Mathias de Azcona

Muy S.or mio

Muy S.r mio: y mi Dueño

REGVLARVM VTRIVSQVE IVRIS TAM CIVILIS QVAM PONTIFICII,

Quæ à clarißimis Iurisconsultis variè conscriptæ, ac collectæ hactenus circunferebantur, QVARTA HAC EDITIONE *multo auctiorum, emendatiorumque, ac in tria volumina congestarum,*

TOMVS PRIMVS.

Auctorum nomina sexta ab hac pagina indicantur.

Index rerum & verborum locupletißimus ad finem secundi voluminis reiectus est.

Ant. Juan Lenardo de Albaro y Aguilar



E. 9. t. 6.



LVGDVNI,
Apud Stephanum Michaëlem,
M. D. LXXXVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Aviendo sido visto este libro por el padre fr. Luis de mendoça Calificador del S.to offi.o dice que se puede leer sin ningun escrupulo alguno



IVRISCONSVLTORVM NOMINA QVORVM REGVLAE HOC IN OPVS SVNT CONGESTAE.



Bartholomæus Socinus.
Ioannes Bernardus Dias
Petrus Dueñas
Andreas Tiraquellus
Franciſcus Turzanus
Damaſus vetuſtiſſ.
Antonius Corſetus

Præter vltimas omnes editiones qui ſequuntur auctores ſuperioribus adiecti ſunt,

Azo
Pardulphus Prateius
Claudius Batander
Benedictus Gandius
Matthæus Chærianus
Sebaſtianus Medices
Iacobus Nouellus
Henricus Riiſvvichius
Donatus Fina
Georgius Viuiennus
Scipio Ianuarius
Ioannes Nicolai.





Extraict du priuilege.



A R grace & priuilege du Roy est octroyé à Philippes Tinghy Marchand Florentin, d'Imprimer, vendre & distribuer, *Regulæ vtriusque Iuris à diuersis conscriptæ ac collectæ, &c.* reduites ensemblement en deux volumes & à present augmentees outre les precedentes Impressions. Et ce pour le temps & terme de six ans. Auec defenses & inhibitions à tous Imprimeurs, Libraires, Marchans, & autres personnes quelconques de n'imprimer, vendre ou distribuer desdicts liures dans les païs & terres de sa Maiesté, sinon de ceux qui seront imprimez du consentement & permission dudit Tinghy, sur les peines contenues és lettres patentes dudict Seigneur, Donnees à Villiers Costeretz le xviij. iour d'Octobre l'an mil cinq cens soixante treize. Ainsi signees.

Par le Roy à vostre relation

More

Ledict liure a esté acheué d'Imprimer le sixiesme Iour d'Aoust. 1579.



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII, EX VARIIS COLLECTARVM,

Liber primus.



ABBAS licet habeat generalem administrationem, non tamen potest præiudicare monasterio saltem in acquisitis, & in arduis debet requirere consensum capituli, Bald.l.fin.cap.de bon. quæ liber. gloss.& Ancharan.cap.2.de exc. Prælat. capit. pastoralis.de don. Abb. cap.edoceri col.2.de rescr.Innoc.c.causam.de iudiciis.&est com.opin.not.c.iudic.89.dist.c.si qua.12.q.2.nec potest repudiare hæredit.d.l.legatum.ff.de leg.1.Ar.l. seruus. ff.de vulg.Bald.l.fin.C.de bon.quæ liber.Sebast.Medic.reg.1.

ABBAS regulariter non potest absoluere monachos ab excommunicationibus inductis à iure. Ita Panor.in capit.monachi.de sentent.excom. per text.in clem.j. de priuil.& in cap.religioso.eod. tit. de sent. excom.libr. 6.& per alia de quibus per eum:& vide Syluest.in sua summa,in verb.absolutio. lo iiij.vers. circa prædicta.

Primò restringe hanc regulam, nisi esset Abbas habens iura episcopalia. Sic limitat idem Panorm. in d.cap.monachi.Feder.de Senis in cons.xiiij.cuius vestigiis inhæret ibi Feli.alia cumulans.

Secundò limita, vbi religiosus esset excommunicatus ex constitutionibus ipsius regulæ:quia tunc ab Abbate poterit absolui. Ita Calde.in consil.vj.in tit.de senten.excomm.incipien. apostatauerunt.nisi ex consuetudine absolutio pertineret ad superiorem, secundum eum,cui assentitur Feli.loco præallegato.

Tertiò fallit, nisi Abbas excommunicasset, quia ad eum spectabat absolutio:sic restringit Felin. vbi suprà, per text.in cap.ab excommunicato. de rescr. & satis impertinenter, cùm talis excommunicatio non dicitur inducta à iure, & sic extra propositum nostræ regulæ. Io.Bern. Dias.reg.1.

ABBATISSAE electio si semel fuerit data episcopo à monialibus si semel prouiderit nō poterit amplius alias eligere,gl.c.causam.ver.recipi.de ele.vbi Host. col.2.Anch.Abb.Car.Flor.& Imol.per c.si compromissarius.eod tit. Medic.reg.3.

ABLATIVI absoluti regulariter faciunt conditionem propriam de futuro.text.in l.facta.§.rescripto. ff.ad Trebel.vbi iungendo principium illius tex.cum fi. probatur,quòd paria sunt, vel quòd dispositio fiat per ablatiuos absolutos, vel quòd fiat per conditionem,si.

Amplia primò istam regu. quòd non solùm ablatiui absoluti faciunt conditionem propriam,imò etiam faciunt conditionem expressam.ita Bart. in l. j.in prin.in vij.q.ff.de cond.& dem. quia actus verbi importati per ablatiuos absolutos, importat futurũ euentum,qui futurus euentus est expressus:ergo faciunt conditionem propriam & expressam.

Amplia secundò,quòd ista regula procedit etiam in statutis: nam etiam in eis ablatiui absoluti faciũt conditionem, ergo propriam, secundum Bald.in l. non sine.circa princ.C.de bon.quæ lib.vlt.not.decidit,quòd stante statuto, quòd præmortua vxore maritus lucretur dotem,non habebit locum in sponsa: quia si ablatiui,vxore præmortua, faciunt conditionem,id est,si vxor sit primò mortua,sed ista non est vxor, ergo deficit conditio statuti, per consequens statutum.

Tertiò amplia quòd ista regula procedit, etiam si cum ablatiuis absolutis apponatur dictio vt, quæ regulariter facit modum , adhuc isti ablatiui absoluti etiam iuncta ea dictione, vt, faciunt conditionem.ita Bart.in l.sub conditione.ff.de solut.per tex. in l.si ego.§.j.ff.de iure dot. facit l. à testatore. ff. de conditionib.& demonst.& l.facta. §.rescripto.iungendo principium cum fine.ff.ad Treb.

Primò fallit ista regula, quando materia subiecta repugnat,vt in rub.solut.matrim.quæ necessariò est solùm in præteritum,vel de præsenti, facit quod in proposito not.Bald.in repet.l.j.in xj.oppos. ff.de legat.ij. vbi quòd quando ablatiui absoluti cadunt super eo,quod est incertum,& sic super futuro,tunc propriè faciunt conditionem,in l.euictis. ff.de vsu. & l.acceptis.ff.ad leg.Falcid.

Secundò fallit, quando materia est dispositiua, tunc enim non possunt conditionem facere: ita propriè loquitur l.qui fidem.in verbo,rato manente pacto.ff.de transactio.vbi soluta pœna apposita in trãsactione,adhuc remanet pactum,& si adhuc dispositiuum.facit tex.in l.de submersis.in verbo,velo leuato.C.de naufrag.lib.xj.facit quod tenet idem Bal.in l.j.C.de libe.præter.& in l.vnic.in j.oppos.C.quan. nō pet.par.vbi dicit Bal.quòd ablatiui absoluti possunt stare tribus modis,scilicet in vim conditionis, item causæ finalis, item suppositionis terminorum.

Tertiò fallit, quando important admonitionem quandam,vt sunt illi ablatiui,arbitratu meo, qui apponuntur operi futuro: certè tunc important admonitionem & conditionem:vt loquitur text.in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. & ita Bar.circa principium declarat,de verb.oblig.

Quartò fallit,quando ablatiui absoluti apponuntur gratia frequentioris vsus,nam tunc nihil important:ita propriè loquitur tex.in l.ij.in prin. in versi. sed & si extraneum,in verbo,filio præcedente. ff. de vulg.& pup.& ibi glo.quam ad hoc valde not. dicitur enim quòd quis potest adoptare extraneum loco nepotis,dato quòd nullum filium habeat.tex.est

in l.adoptare. in princi.ff.de adopt.tamen quia frequenter actus vt plurimum cõtingit, quod adoptio fiat in nepote, quando quis habet filium, ergo illi ablatiui, filio præcedente, sunt positi gratia frequentioris vsus, ideo tunc nihil important. ideo ibi est text. iuncta glos. notab.

Quintò fallit, quòd licet ablatiui absoluti faciãt aliqualiter conditionem, tamen magis accedunt ad naturam dispositionis, & alienationis, quàm conditio expressa, prout tenet Paul. de Cast. & Alexand. in d.l.in ratione.ij. §.tam & si.ad legem Falcid.& Bal. in rubr.C.de instit.& substit.in pe.quæst.in vj. fundamento.& ita declarantur ea, quæ doct.tradunt in l.à testatore, ff.de cond.& dem.& in l.cùm fidem.ff. de transact.& alibi sæpe. B.Soc.reg.1.

Ablati absoluti regulariter faciunt conditionem propriam de futuro.l.fideicommissa.§.cùm esset, de leg.3.l.à testatore.ff.de cond.& demonst.

Ampliatur in 3.casibus, & limitatur in 5. à Iaso.in rub.ff.solut.matr.in 2.lectura, num.17.& sequen.

Ampliatur in 3.casibus, & limitatur in 4.per Soc. in trac.fal.reg.1.in addi. Ampliatur in 4.casib. & limitatur in 5.à Rippa in rub.ff.solut.matr. numer.31. Don.Fina.lib.5.reg.

Ablatum ab aliquo tanquam ab indigno, fisco applicatur: in l.Papinianus.§.meminisse. ff.de inoffic. testamen.& in l.Claudius.in fin. ff.de his qui.in indig. cum simil.not.gl.in l.j.C. eod.& ibi doct.

Et tu Hispane, qui Castellæ, & Legionis legibus subderis.vide l.xiij.titul.vij. part.vij. quæ ponit sex casus seruientes pro exemplis huius regulæ, quę primò fallit, quando talis indignitas non venit culpa illius à quo aufertur, sed propter errorem testatoris: quia tunc non fisco, sed venientibus ab intestato applicatur text.in l.si pater. C.de hæred. instit. & ita limitat Ias.in d.l.j.post glos.ibi.

Secundò fallit, quando quis priuatur propter delictum suum, quod respicit certam personam: quia tunc non fisco, sed illi personę applicatur. Tex.est in l.penul.C.de leg.at concordat text.in l.post legatũ. §.amittere.ff.de his qui.vt indi. vt in l.ij.§.fi.vbi Bar. ff.de collat.bon.& vide Socin.in cons.ccxlj.in versi. quartò probat.in ij.volumi.vbi per d.l.penult.& per d.§.amittere.dicit, quòd regula est, quòd quando aufertur aliquid ab aliquo tanquam ab indigno, illi applicatur, cuius contemplatione aufertur: quod intellige: quando talis priuatio fauore dictæ personæ, certæ, fit à lege, vel statuto, & procedãt dicta iura: secus si fiat à testatore, quia tunc non illi personæ, sed venientibus ab intestato, vel aliis cohæredibus, applicatur. Ita declarat Ias. vbi suprà: & ponit notabile exemplum pro secũdo casu, videlicet, si testator præcipiat hæredibus, vt vxorem suam, cui victum & vestitum relinquit, nõ malè tractent sub pœna amissionis hæreditatis, ipsis eam incurrentibus, non vxori, sed aliis legitimis successoribus, hæreditas applicatur: quod dicit voluisse Bar.in l.vxorem.§.hæres.per illum tex.ff.de leg.iij.& refert Bal.Ang.Imo.& Ale. idem tenentes in variis locis: & ita est communis cõclusio doct. secundum Didac. de Segura in solenni repe.l.vnum ex familia.§.sed & si fundum.ff.de leg. ij.qui refert eundem Ias. in aliis duobus locis idem tenere. Et tu Hispane vide l.fi.d.ti.vij.par.vj.quæ describit sex casus, quibus fallit ista regula. I.Ber. Dias, reg.2.

Abolitionum literas, à Principe accusator nõ obtinet, secundum iuris communis dispositionem, si, vel calumnia ad accusationem prosiliisse, à reóve corruptus dicatur, vt nec reo pœnam aliquã corpoream (nisi eo applaudẽte) passo: & hæc nisi illo casu, suam, suorúmve iniuriam, insectetur, vt & hoc, nisi reo cõsentiente, text.in l.secunda & tertia. C.de abolitionib.aliàs autem intra triginta dierum à rei custodia, spatium non vlterius, vel inuito reo, causa cognita, eas obtinet.d.l.ij.& l.iij.præalleg.versic.quando autem, &c.& versic.post hoc verò, &c. Quibusdam tamen criminibus, quæ pedetentim recenset Imperator in d.l.ij.à versic.finautem.ibi. Vt in violata Maiestate, demptis, &c. Creditur insuper abolitioni, vel partibus arridentibus, si testium tormẽta legantur, & adsint, locum non fore: dicta l.iij.ver.quòd si ingenuorum, &c. Hinc elicit & exhaurit, additio ad Bar. eò loci, in criminalibus reorum (vt fit in ciuilibus) consensum, Iudicem sensim non insectari: in hanc pedibus manibúsque iuit sententiam Bald. eo loci.numer.2.vt Iudicem, vel partibus ad pacem & concordiam deductis, ex officio in criminalibus procedere posse opinetur. De his nonnihil Specul. tit.de abolit.li.iij.cuius sata huc tranferre, & inserere, ex sparsis aliorum velleribus, politam sibi ordiri & texere telam, videretur. Ille autem triplicis generis depingit abolitionem: vnam, nempe, generalem de qua, C.de generali abolit. specialem, & legalem, de quibus, tit.de abolitio. C.Batander, reg.2.

Abrasio in instrumẽto, seu literis in suspecto, & substantiali loco vitiat.glo.Innò.& doct.in c. ex literis. de fi.instrumen.& per Bart.in l.si vnus.C.de testa.& in l.fi.C.de edi.diui.Adria.tollen.

Amplia hoc verum esse, etiam si notarius emendaret in senio quod scripsit in iuuentute: cùm tunc rasura incontinenti fuisse dicatur, & instrumentum sit suspectum, secundum Bald. in d.c.ex literis.arg. c.præterea.de testib.quod tamen intellige, nisi intellectus, quẽ scriptura in loco abraso sonat, surgeret necessariò ex præmissis vbi non est vitium, secundum ipsum.

Primò fallit, quando ipsæ literæ, vel instrumentum continerent plura capitula: tunc ipsa rasura vitiat solũ in illo capitulo, in quo est facta, non in aliis. vnde non vitiabit ipsas literas, vel instrumentum in totum, vt voluit Bald.in l.fi.C.de edic.diui Adri.tollen.pro quo etiam facit l.si ex falsis.C.de transac.& habetur extrà de hæret.c.fraternitatis.& cap.si cum tempore.extrà de rescri.in vj.secundum Nico.in d. * c.ex literis*.

Additio.

* Ex literis. Et ibi vide Feli. vbi dicit etiam in iij. no. quòd si rasura sit in loco suspecto, & de possessorio agatur, scriptura absque alia inquisitione veritatis reiicitur.l.edicto.C.de edi.diui Adria.tollen.Si verò de petitorio, tunc scriptura suspecta censentur, & ad veritatis inquisitionem proceditur, secundum Bald. in l.si vnus.C. de testamen.cui ipse addit Anchar. in cons.ccccxij.incip.præmissa.vbi declarat hoc procedere solum in possessorio adipiscendæ. Nunquid autem illud, quod est rasum, per viuam vocem corroborari possit: & vnus idoneus testis sufficiat, vide Felin.in loco alleg.in v. not.vbi dicit quòd sic, sed per duos indubitanter: quod tamen locum non habet, vbi summaria cognitio sufficiat: quia tunc instrumentum sine macula, & abrasione esse debet, nec testibus iuuatur: vt ibi per eum in vj.nota. & quis dicatur locus suspectus, vide ibidem per eum in fin.in x. & vlti notab. Bened. Vad.reg.2.

Secundò

Secundò fallit, quando ex præcedentibus, & sequentibus colligi potest, quòd ita debet stare (prout stat) rasura: cùm tunc non nocet per id, quod habetur extrà de relig. do. c. cùm venerabilis. vbi est bona glo. secundum Anto.

Tertiò fallit, quando rasura appareret, & in loco rasuræ repletio manu eiusdem scriptoris esset, quod constare potest per comparationem literarum. C. de fide instru. l. comparationes. cum & tunc non noceat, vt voluit Gof. in d. c. ex literis. post Ant o. & Io. And. dictum quorum potest procedere, quãdo emanaret ipsa rasura in loco non suspecto: vt glo. ibidẽ & in d. c. cùm venerabilis. aliàs si in loco suspecto, tunc quòd sola comparatio non sufficiat, videtur magis verum: cùm sit probatio fallax, vt dicit tex. in auth. de instr. cau. & fide. §. si quis igitur. secundum Nicol. in d. c. ex literis. &c. Barthol. Soci. reg. 2.

ABSENS condemnari poterit, si post citationem absentauerit se, ideo vlterius nulla alia opus est citatione. Maranta in trac. de ord. iud. p. 6. num. 16. Alexan. l. contumacia. ver. 5. ff. de re iud. Iaso. l. nec quicquã. num. 20. ff. de off. proc. glos. fin. auth. iubemus. C. de iudiciis. Bald. leg. 2. C. quomodo, & quando iudex. Innoc. ca. ad petitionem. de accusat. Med. reg. 8.

ABSENS. Non videtur absens, qui disciplinę vel studiorum gratia aliò missus est. de fun. inst. l. Sciæ. §. Pamphilæ. de leg. 3. l. quæsitum. Riisvvich.

Damnari vel puniri nemo debet absens l. 1. ff. & C. de requirendis reis. idem.

Absenti ex necessitate oon voluntate subuenitur. Ex qui. cau. ma. l. sed etsi, in fi. l. 26. idem.

Præsumptio pro absente inducitur. de inof. test. l. meminisse. §. Papi. C. de rest. mili. l. 1. Plura in Reg. iu. 183. absentia. l. inter maiores. de in int. rest. & quod tractant Interpretes. Riisvvich.

ABSENS regulariter ad ea, quæ sunt grauis præiudicij, ad domum citari non potest. l. ignorare. C. de resti. in inte. & c. quoniam. §. sunt & alij. vt lit. non conte. & c. causa. & ibi per Abb. de do. & contu. & in c. fi. de eo, qui mit. in possess.

Primò fallit in causa liberali. ff. de fideic. libert. l. cum vero. §. j. & de lib. causa. l. infamis.

Secundò fallit, quando expediret ipsi agenti vt potiùs procedatur, quia debitum erat vsurarium, & * tunc potest fieri citatio ad domum: * vt in l. Fulcinius. §. adeo. ff. qui. ex cau. in pos. ea. Soc. Reg. 3.

ADDITIO.

* Ad domum. Adde Bal. in cons. xvj. in iiij. parte incipien. citatio ad domum. & in cons. ccccxij. in ij. parte. & Rom. in cons. cccciiij. vbi inquit, quòd necesse est, vt inuestigationem præcessisse constet, ad hoc vt citatio ad domum fieri possit: & cum illa sit solennitas extrinseca non præsumitur nisi probetur. l. sciẽdum. de verb. oblig. de quo etiam per Abb. in consi. lxxiiij. & in consilio xxx. vbi ponit, quid si notoriè constet aliquem in loco suæ habitationis non habitare, an valeat citatio? Pro qua materia vide etiam quæ habentur per Card. in cons. xxiij. & per Ang. in cons. ccxvj. & Cor. in consil. in litera d. in iiij. parte. vbi dicit, quod non sufficit, nisi prius discutiatur, an personaliter fieri possit. Bened. Vad.

Tertiò fallit, quando tale esset vitium, per quod transferretur tota possessio vel vera possessio ex secundo decreto: quia tunc citatio ad domum fieri potest, vt sentit Inno. in d. c. fi. extrà de eo qui mitti. in poss. vbi latiùs per ipsum, & doc. de quo tamen dic, vt ibi per Abb. in fi. B. Soc. reg. 3.

Absenti ex causa necessitatis non infertur præiudicium, vnde sententia si feratur contra ipsum, est ei restitutio danda, Bar. l. fin. l. si qua. ff. ex quib. caus. maior. idem si est absens absque contumacia. l. de vno. ff. de re iud. ideo citari debet. ca. absentiæ. c. omnia. 3. q. 9. l. ea quæ. C. com. & quand. iud. Doc. com. rubr. ff. de in ius voc. qui defectus à nemine etiam si esset princeps suppleri potest, Dec. cõs. 63. nu. 11. cõs. 181. nu. 9. Rom. sin. 173. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. sent. ex defectu Citat. numero 6. & sequen. S. Medices, reg. 8.

ABSENTES defendere publicè & priuatim interest. de proc. l. ferum quoque. de negotiis gestis. l. 1. Henr. Riisvvich.

ABSENTES in actibus collegij, vel vniuersitat. regulariter non sunt vocandi, glos. in cap. de testib. lib. 6. & hanc opinionem dicit esse cõmunem Rippa. in lib. 2. res. cap. 21.

Fallit in 9. casib. quos refert And. ab Exea. in cap. cum omnes, nume. 206. de const. Fallit in 4. casibus quos notat Benedict. Capr. in suo tract. regul. 9. numero 26.

Absentia causa Reip. absenti non debet esse damnosa, l. absentia, ff. de reg. iur.

Fallit 2. casib. vt per Dec. in d. l. Fallit etiam, nisi dolo malo abesset, l. itẽ hi, & l. data opera. ff. ex quib. causis maiores, & ideo absens causa Reip. restituitur ad appellãdum: videas circa hoc multas communes opiniones per Baptist. à Villa. concl. 1.

Seruus non potest esse absens causa Reipub. l. seruus, ff. de reg. iu. vbi Dec. limitat.

Absens damnari non potest, l. absentem, ff. de pœnis.

Fallit in 8. casib. quos not. Lancel. in tract. de off. Præto. in causis crimi. in tit. de contu. num. 6. videas Baptist. à Villa. conclu. 10. Fallit in 3. casib. vt per Bello. in suis conclu. in litera A. in vers. absens.

Pro absente non citato, seu contumace sententia ferri non potest, not. in l. furioso, ff. de re iud.

Fallit in 3. casib. secundum Alexan. in d. l. furioso, nu. 3.

Absenti contra sentẽtiam quomodo subueniatur distinguendo, declarat Bart. in l. inter minores, de in integ. rest. nu. 14.

Vbi aliquorum præsentia exigitur, in eorum absentia nihil agi potest. Fallit vt per Damas. regu. 26. Donat. Fina. lib. 3.

ABSENTES in actis capitularibus, regulariter vocãdi non sunt, nisi in tribus casibus, de quibus per glo. in c. ij. de test. lib. vj. Ita Car. tenet, & ibi Feli. in c. cùm omnes. de consti. vbi Bal. & Archid. in c. ea enim. §. hoc ius porrectum. x. q. ij. & Imo. in c. fi. de maior. & obe. vbi dicit, quòd ista est communis, licet oppositum teneat Inn. in c. ij. de no. ope. nun.

Limita, & declara dupliciter, vt per Fel. in d. c. cùm omnes. num. 22. B. Dias. reg. 3.

ABSENTES in actibus Collegij, vel Vniuersitatis, regulariter non sunt vocandi. Hanc regulam ponit gl. in c. 2. ij. in verb. ipsorum. de test. lib. vj. nisi in tribus casibus ibi positis: quam gl. dicit communem Franc. Rippa, in lib. ij. Respon. c. xxj. Catellianus Cotta in verbo, absentes. Hanc Regulam ponit Ber. de Luco, in regula iij. vbi eam dupliciter limitat.

Limita nouẽ modis, vt per Andr. ab Exea in c. cũ omnes. nu. 206. vsque ad nu. 218. de cõst. P. Duc. re. 3.

Contrà inquisitum absentem, contumacem, sententia ferri, nedum procedi potest: text. in l. absentem. in princip. versi. vl. aduersus contumacem. ff. de pœnis. Contumax autem is fertur qui, vt nec denuntiationibus, ita nec Iudicis edictis, paruit: text. præalleg. & l. contumacia. in princip. & in fin. ff. de re iudic. fit autem hac in re contumax, qui citatione personali, aut, in capturæ defectum, trina breui etiam citatione personali, siue in perso. siue in domicil. siue voce tubæ & præconis, siue alta seruientis voce, per vicos seu quadriuium, euocatus, coram iudice non comparet, à quo manarint, & fluxerint, id genus edicta, & denuntiationes, quò respondeat, & innocentiam purget, aut aliàs obediat, & pœnam delicto congruam enatet & euadat. Procedi autem contra hunc solitum est, vt si quidem personali citatione euocatus, non sese, die, putà, præfixa & assignata, nec intra tres die proximè subsequentes, sistat, is defecisse dicatur, & in defectum coram iudice pro tribunali sedente vocatus, huiusmodi declaretur, id parte ciuili, aut saltem Procuratore Fisci petente, quem defectum die lapsa adiudicabit Iudex parti petenti: quo casu, ipsius vtilitas, personalis captura esse videtur, ex l. prima. §. administrationem autem. C. vt omnes Iud. in cuius defectum, trina breuium dierum citatio, cum bonorum rei annotatione sufficietur: Verùm vsu communi cò ventum est, vt de secunda personal. citatione, quando prior personaliter (vt sic dicam) executa non est: secus, captura decernatur, & in huius subsidium, trium breuium dierum citatio, & annotatio. Sin ab initio captura, cum trium breuium dierum, & bonorum annotatione, concessa legatur, reo diebus assignatis, deficiente, tribus defectibus obtentis, & legitimis declaratis, Iudex ex officio testium repetitionẽ arbitrabitur: quo præstito, citatione peremptoria, reus ad ius audiendum, assignabitur: quibus peractis, vtraque pars concludit, & tandem ad iudicem omnia deferuntur, qui hunc vel sola contumacia, reum criminis declarat, & pœna congruenti, si & quando apprehendi poterit, honestat & decorat, aliàs in effigie, mitigatis & declaratis contumacialibus mulctis & pœnis ex æquo & bono: quibus expensarum litis & iustitiæ condemnatio nectenda venit. & ita hodie vtimur: non desunt tamen, qui aliquali æquitate pulsi & lactati, ob contumaciam, si de rei absentis innocentia, Iudici liqueat, hunc non condemnandum, verum Principi rescribendum, autument: huic sententiæ velut ad saxum hæsit, Cæpoll. cautel. cclv. numero quinto. quod & æquitatem habere, & humanitate fultum, videtur: Alibi ad ipsius absolutionem, pedibus manibúsque it: cautel. lxvj. numero secundo, & quinto. & Angel. Tract. malef. in verb. qui dominus Iudex. numero vigesimonono. & ferè per tot. illum versic. vbi latè de materia contumaciali: vt suprà. Alibi non condemnandum. cautel. cclv. numero quarto. (& ibi num. quinto. si sententia lata, de rei innocentia liqueat, non ad executionem corporalem, incedendum, sed Principi rescribendum ducit: iuxta l. primæ. §. vltim. vbi gl. ff. de quæstion. quod & æquitatem redolet.) De hac contra absentem, & ciuili & canonica incedendi via, Guido. Pap. decisio. ccccxxix. Bartol. in l. inter. ff. de public. iud. Qui autem contra absentem iri soleat, aperit Alber. Gand. Tract. malef. tit. quid sit agendum reo absen. & contum. vbi Phœnicè hodie confiscationem, sedem nullam habere; sed proximiores palmam obtinere velle creditur. Dicam infrà, reg. cxxix. Quî insuper aduersus hos incedatur, & quòd intra annum contumax comparens, refundendo expensas, audiatur, notat Angel. in Tractat. malef. in verb. qui dominus Iudex. versicul. & tene menti. numer. 4. cum sequen. quod hodie vix procederet, citra appellationis viam, saltem contumaciæ mulctis, & emendis, declaratis non solutis: hæc tanguntur à Specul. titul. accusat. contumacia multip. considera. libr. iij. & ita videtur enucleanda. l. absentem. C. de accusatio. fingitur enim hodie contumax, vel inscius, breui post perpetratum crimen, vel ante inquisitionem, aut fugiens, & absens: & ita curia Gallica, & nostra vtitur, quò rei, non fuga, sed præsentia iustitiæ pareant, & eorum innocentiam velis equisque purgent, & fugæ odio. C. Batander.

In criminalibus, vbicunque contra absentem, inquisitum, sententia ferri posse credita est, ad causas innocentiæ nedum absentiæ, & allegandas & probandas, excusator de iure admitti creditur: quamuis vix hodie quoad innocentiam admittatur, refert hanc esse communem sententiam, in iure Roscius, Aretin. consilo centesimoquadragesimosexto. visa consultatione. versicu. sed concludo, post Bart. in dicto §. publicè. l. seruum quoque. numero trigesimoquarto. & quinto. de Procurato. ff. & in l. pen. §. vltimo. numero sexto. ff. de public. iud. Iaso. in l. si is, qui. numero sexto & septimo. ff. qui testa. fac. pos. videtur text. Lynceus in dict. §. publicè. ibi, nam & in capitalibus iudiciis defensio datur, &c. vnde hæc regu. exhausta videtur: sororem habet. l. si non defendantur. in fin. verbis. ff. de pœnis. vbi de absentis innocentia, & l. vltim. versicu. si neque redierint, neque qui se defendant habuerint. ff. de requiren. reis. vbi de absentis rei defensione, de absentiæ causa, est text. in dicto §. vltim. l. penult. ff. de public. iud. & in l. inter. ff. eodem. latè & scitè de his amicorum allegationibus, per d. Gandin. in malef. Tract. tit. vtrum Procurat. in malef. interuen. numero quinto & sexto. cum sequen. & titu. sequen. vbi quid reo absente, & contumace, sit agendum, enucleat & enodat, & de annotatione, ac confiscatione: iuxta dictam l. vlt. de requiren. reis. Melle dulcior etiam Angel. in malef. Tract. in verb. qui dominus. ij. versicul. tu autem. numero vigesimo, & sequent. & eodem verb. versicul. & tene mente. numero octauo. vbi annotationem in solis mobilibus, fieri autumat: sed vsus, aliter hic & in Galliæ partibus, habet: describuntur enim omnia, & sub iustitiæ iugo & manu reducuntur, & commissario custodienda, donec & quousque, &c. demandantur: idque in capturæ, aut trinæ breuis citationis, si capi nequeat, literis. Vt is (ad rem) rei absentis nomine defendens, innocentiæ, aut absentiæ causas allegans, non Procuratoris, sed defensoris colore depingatur, ac dealbetur: Bartol. locis præallegat. Nam & iudicem, nemine postulante, id præstare posse arbitrantur: Bartol. dicto §. publicè. numero quarto. ex authentic. qui semel. versicul. quòd si vocatus. C. quomodo & quando Iud. pronunc. deb. & l. ampliorem. in fin. princip. versicul. sin autem. C. de appellat. vbi glo. iij. & sic diuersitas vocabuli. dicto §. publicè, cum Aut. l. reos. Codic. de accusat. (quæ Procuratoris vocabulum, ad defensorem, & negotiorum quemcunque gestorum, dilatat) cum dicto §. vltim. conciliabit: defensor enim,

longè latéque à Procuratore dissidet, & discrepat, hæc autem regul. de defensore & excusatore, non item, de Procuratore verba facit. Hæc insuper defensio, è re erit, & absenti proficiet, quòd pœnas pecuniarias & contumaciales, vtcunque effugiat, vsque ipsius bona non annotentur: has vtilitates & commoda adfert gloss. mag. in verbo datur. circa med. ibi, sed quid prodest, &c. dicto §. publicè. d.l.seruum quoque. Quod verò arridere opinor, pendente ea propositione, durantéque à Iudice statuto sese repræsentandi termino, vt interim non incurrat absens reus, contumaciæ pœnas, & citationum, vt aiunt, emendas, quas aliter ob defectus mox incurreret: argumen. §. vlti. l.penultima in fin.verb.ff.de public.iudi. Nam contumacia, delictum censetur: Angel.loco præalleg. in verb. qui dominus.versicul.quæro an.numero vigesimoquarto. Pro absentis rei innocentia, cautelas adfert Cepol.cautel.lxvj.& cautel.cix.vt quis Iudicem amicabilem instruat, quo ex officio ipsemet de absentis innocentia & eius iustificationibus, inquirat: iuxta l.si non defendantur.ff.de pœnis. & non tantum.ff. de appellationib. ac testes de ea re deposituros, ei nominet: hi autem Iudicis officio deponent: Cæpol. caut.cclv. Thomas Ferrat.cautel.xviij.aliam contexit ac nectit cautelam, vt in longinquas migret reus regiones, quo citationis præsumatur ignorantia, & id ab amico proponatur, & exemplò probetur, sicque iudicium differatur. De hac iustæ causæ absentiæ, & similium excusationum allegatione tetigi suprà, regul. xvij. numero septimo. & est textus in l.quæsitum.ff.de re iudicata.& c.si ægrotans. cum gloss.mag.v.quæstio.iij.& capitul.placuit.capit.querelam.extrà, de Procuratoribus.his addatur l.reos. vbi Bald.C.de accusationib.& l.inter. ff. de public. iudic. Duo autem habet exouiator hic iurare necesse, quod sit reus infirmus tantáque infirmitate irretitus, vt citra vitæ aut personæ periculum venire nequeat, aut quid id genus: & ab eo missus, ad eum excusandum, & exouiandum. Quam causam, parte negante, reus breui habet probare, & etiam pars in contrariam partem, si velit: his denique nectatur textus in capit.cum dilecti. §. expectantibus.extrà, de dolo & contuma.& Bartol.in l. quæsitum.ff.de re iudic.& Innocent. in capit. querelam. extrà, de Procurato.& capit.veniens. extrà, de accusationib.Bartol.in l.penult.§.ad crimen. numero 16.& numero 18.ff.de publ.iud.Nec probata ea causa, contra hac via excusatum, vim & robur habere creditur sententia lata, text.& ad hanc rem natus, in cap.querelam.extrà, de Procurator. & in dicto cap. cum dilecti.extrà, de dolo & contumacia.& ca.cum Bertholdus.extrà, de re iudic.& l.si finita.§.si fortè, ff.de damno infect.& l.quæsitum.ff de re iudi. Quod vel in probabili absentia, procedere creditur: vt cap.consultationibus. extrà, de offic. deleg. Nonnulli eò rem dilatant, vt publico impedimento, aut necessario absens ita excusatur, vt ne quidem excusatorem seu exouiatorem mittere habeat necesse: not.in l.ij.§.si quis municipalis.ff.si quis cautio. iuuat l.j. ff. de vacat. & excusat. muner. Quòd si hoc modo excusatus, intra terminum præfixum non venerit, sicque ducatur ac æstimetur contumax, vt per Bartol. in l.ex consensu. §.fin. ff.de appellationib.& in Clement. vnic. de dolo & contumacia.& l.petitam. §.item veniunt. ff. de petit. hæreditat.tunc demùm contumacia, suum teretem & plenum sortitur effectum: dicto cap.cum dilecti. §. expectantibus, de dolo & contumacia. Pluries autem quis exouiatorem, eadem in instantia, delegare potest, toties, putà, quoties citabitur: & iusta fuerit ratio & causa, eodem iuramenti genere superstite. In ciuilibus autem, semel atque iterum reus excusatus ac exouiatus, vel impedimento vegetante. Procuratorem constituere, si in contumacis nomen irrepere nolit, habet necesse: d. l. quæsitum.ff. de re iudic. Actor verò, sacco (vt aiunt) paratus adesse debet, vnde exouiatoris ac defensoris priuilegio non vtitur: l.j.ff. de diuers. & temporib. præscript. & ibi gloss. & Bartol. tenetur enim Procuratorem adhibere & delegare: vt ibi, & not.Cyn.in l.j.C.de restit.milit.& eorum qui Reipubl. caus.abs. Quod accipias, impedimentis superuenientibus: ex æquo tamen & bono, modica dilatio non abs re concederetur. C.Batander.

Absente accvsatore, iudex, vel ab instantia reum absoluit, aut ad litis decisionem, Procuratore præcipuè Fiscali id requirente, incedit: l.quàuis indubitati.C.ad l.Iul.de adult.& capitu.crimina.extra, de collus.deteg.& l.penulti. ff.de public.iudic.vbi Bartol.& in l.interdum. numero decimo, in fin.& l.libellorum.ff.de accusationib.& l.Pap.§.j. post gloss. ff.de inofficio.testament.Imol.in capit.licet. de locat.Semper enim publicum id quod interest, remanet pœna condigna donandum, l. licitatio. §.quod illicitè.ff.de public.& vectig.Quòd si ideo ab accusatione deflectat, quòd pacto cum reo conuenerit, in Turpil.Senatuscon. pœnam præceps cadat, necesse est, si publico saltem agebatur crimine: l.ab accusatione.ff.ad Senatuscon.Turpil.iuncta.l.cum §§. sequent.eadem.l.j.& l.in executionibus.C.eo.Emédam insuper pecuniariam non euadet. l. iij. §.final. ff.eodem. Sin priuatum vertebatur scelus, Iudicis arbitrio coercendus creditur: l. si quis repetere. §. vltimo, in fin.iuncta gloss.penultima, & vltim.ff.ad Senatuscon.Turpil.& l.qui iniuriarum.ff.de iureiuran.Huius rei scintillam degustabis in regu. cxx. & regu.cxxj.sed hic actor & pœnam extraordinariam, præter Turp.patietur vocatus, & contumax, sumptúsque & impensas resarciet: l.qui crimen.ij. resp. C.de his, qui accusare non poss.& l.eum, quem. ff.de iudic.& l.j.§.qui excusatione.ff.de vacat. & excusat. mune.& l.ij.ff.de Decurion.libro x.C.& l.vnic. C. de sumptib.recuper.eod.libro, & l.omnes, qui in fi. C.de Episcop.& Cleric.& l.seueriter. C. de excusa. tut.Poterit insuper Iudex, ipsius accusatoris calumniam, & exspicari, & coercere. Hæc vera, nisi pro eo, absentia, & excusatio, in medium Iudici adferatur: tunc enim paulò illi sistendum venit: l.inter accusatorem.ff.de public.iud.l.rescripto. §.si quis accusatorem non habet.ff.de munerib.& honor. iuncta gloss.in verb.non debet.& l.iij. C.de his, qui accus.non possunt, Sin relegationem pœna excedat & euolet, ipsius annotabuntur bona, & iustitiæ iugo subiicientur, vt infrà, de reo dicetur. Citandum autem actorem, quò causam insectetur, & eo contumace, extraordinariè hunc puniendum, cum expensarum, & rei sumptuum condemnatione, ex dicta l. qui crimen. versicul.sin verò.& l.si ea. C.de his qui accusare non possunt. senili consilio ductus, credidit Specul.tit.accusator non veniens in termi. ad compar.assig.numero secundo, libro tertio, latè. Accusatore autem non citato, vt decet, rei absolutio haud viribus subsistit: text. in l.si accusatoribus. C.

de accusatio. sed iteratò & denuò liberè conuenietur. Is autem semel accusatione lapsus, iterum eam non excitat.l.is.C.ad Turpillia.& d.l.si ea.in fin. C. Batandier.

ABSENTIA. Vlpianus libro quinquagesimosexto, ad edictum. Lex cxl.

Absentia eius, qui Reipublicæ causa abest, neque ei, neque alij damnosa esse debet.

In glossa.c.ij.de test.in vj.vid.l.ij. §.si quis in iud. ff. si quis cautio.nisi tribus casibus in d.gloss.positis pro primo membro: quam gloss. dicit communem Francisc.de Rip.lib.ij.Responsor.ca. xxj. Catellianus Cotta in memorabilib. Iuris: in verb.absentes. Hanc reg.ponit D.Bernardus de Luco. reg. iij. vbi eam dupliciter limitat. Absens ergo Reip. causa, sic restituitur aduersus præsentem, vt & præsens restituatur aduersus ipsum quondam præsentem. Georg.Viuiennus.

ABSENTIA.140. L. 183. Vlpianus libro quinquagesimoquinto ad edictum.

Absentia eius, qui Reipublicæ causa abest, neque ei, neque alij damnosa esse debet.

C. Iunge l.fin.seruus,inf.NEQVE.C.de resti.mil. l.neque reipub.l.final.Ratio.de dol.l.1.ALII. Qui. cau.ma. l.1.l.non solum.§.pen.l.si quis Titio. §.fi.Ratio.de re iudic.l.sæpè. C.res in al.ex quib. cau.ma.l. 29.videlicet.Ext. de testamen.mili. l.4.quæ à patre. Riisvvich.paratit.

ABSENTIAE paternæ ratione filius admittitur ad agẽdum qui alias minimè admitteretur. l. si longius. §. filiusfamilias, & ibi doctores Com. ff. de iudiciis. Socin.in regu.284.fallent.27.Item ratione absentię iudicis poterit quis appellare, quamuis regulariter non possit.l.secunda.§.biduum.C.Quando appellandum sit.c.ex suscepto.vbi doct.Cõmuniter extra de foro competent.Baldus capitu. primo. de vasal. Socinus dicto loco, fallentia quadragesimaprima. Medices, regula 1.

ABSOLVERE. Proniora sunt iura ad absoluẽdũ, quàm ad condemnandum.

PRO.

35.q.9.c. loci.
De pœnit.dist.7.c.baptizari.
50.dist.c.postquam.& c.absit.
23.q.c.est iniusta.& c.duo.
Ext.de elect.c.Osius Episcop.
Ext.de spon.& mat.c.veniens.
Ext.de sortileg.c.ex duabus.
D.de off.præsid.l.obseruare.
D.de rei vind.l.officium.

CONTRA.

Ext.de probation.c.ex literis.
Ext.de reg.iur.c.estote.
Ext. de fid.instr.c.inter dilectos.
Ext.de caus.pos.& propric.c.3.
27.q.7.c.ipsa pietas.
25.q.vlt.c.allegatum.
D.de pœn.l.respiciendum.
D.de act.& oblig.l.Arrianus.

SOLVTIO.

Regula præmissa vera est, vbi pares sunt probationes: tunc enim potior est rei conditio, præterquã in causa liberali, d.c.ex liter. Et in causa inofficiosi testamenti, D. de inoff.test.l.si pares iudicant.vbi indistinctè tenet sentẽtia lata pro testamento: nisi sint pares iudices, & diuersas ferant sententias. Et idem dicendum est in matrimonio: quia res fauorabilis est, ext.qui mat.accus.pos.c.vid.ideóque siue iudices discordant, siue testes, potior est pars illa, quæ stat pro matrimonio. Vbi autem actor probat intentionem suam, & reus nihil probat contra, constat vincere actorem, eúmque potiorem haberi.d.l.officium. In aliis verò contrariis ideo dixi duriorem inueniri conditionem rei, quia ex specie facti præsumitur aduersus eum, vel propter periculum animæ certior pars capitur.d.c. Osius.& d.c.baptizari. Illud tamen obserua, quòd duobus iudicibus ordinariis diuersa iudicantibus, tenet sententia pro reo, & non pro actore: nisi in quatuor casibus, dote, libertate, testamento, matrimonio. Si verò sint iudices delegati, cõsulitur superiori si arbitrij, neutrius tenet sententia.ext.de sentent.& re iud.c.vlt. Damas.reg. 39.

ABSOLVERE, CONDEMNARE. Vlpian.lib.lij ad Sabinum.Lex a xxxvij.

Nemo, qui b condemnare non potest, absoluere potest.

ADDIT. a al.lxxviij.

b Condemnare potest, absoluere non potest.

Coniunge l.eum qui.de iurisdi.l.si locus.de iud.l. si iudex.de re iud.vt executor qui non est iudex, sed officium iudicis exequitur, condemnare non potest nec absoluere potest, sed d.sententiam exequi: Sicuti executor nullam gratiam dare vel concedere potest ex officio ei qui ad solutionem faciendam est condemnatus: nisi suo periculo. Et eius est creatio cuius est remotio.vt in authentic.de arm.in fin. Barto.l.non enim, versicu. quæro.numero 6. ff. de adoptio. Viuiennus.

ABSOLVERE potest iudex absentem, cõdemnare autem non potest. Gagno.l.fauorabiliores, numero 2. ff.de reg.iur.dixi super reg.in princi.& fauorabilior esse debet ad absoluendum, quàm ad condemnandum, l.absentem.ff.de pœnis. Medi.reg. 9.

ABSOLVERE potest iudex partem à termino citationis sibi factæ, etiam parte aduersa non citata. Marss. l.de vno num.108.ff.de re iud. item nec in absolutoria ab instantia edicti, Paul.l.& post.§.quod si.num. secundo.ff.de iudic.Barth.l. Titia.ff.de accusat.item nec minus requiritur in absolutoria super crimine publico. Tiraque.tract.res inter alios acta.lim.vigesimaquinta. Med.reg.8.

ABSOLVERE non potest, qui condemnare nõ potest. l.j.ff.de officio Proconsul.& lega. Dias reg.6.

ABSOLVERE potest legatus ab omni excommunicatione, etiam Papæ reseruata: probat text. in capitul. ad eminentiam. de sentent. excommun. iuncto capitul. si quis suadente. decimaseptima quæstio.iiij.

Limita hanc conclusionem vij.modis, vt per Feli.in d.c.ad eminentiam.in fin.de senten.excommuni. I. B. Dias reg.7.

ABSOLVERE potest ab excõmunicatione regulariter qui & ligare: vt in c.si Petrus xxiiij. q.j. & in c.inferior.xxj.dist.facit.l.qui condemnare.ff.de re iudic.

Limita nouem modis, vt per Sylue. in sua Sum. in verb.absolutio.lo.j.versicul.absolutio verò. & in proposito huius regulæ, vide Zasium in l. qui condemnare, suprà alle. vbi facit regulam sub his verbis: Correlatiuorum, vel contrariorum, qui potest vnum, potest & reliquum, & limitat nouem modis, vbi etiam vide Ripam vbi regulam illius legis, qui condemnare limitat septem modis. Ioan.Bern Dias reg.8.

Primò

Primò fallit quando quis non potest condemnare ex defectu iurisdictionis, secùs si nõ possit cõdemnare ex priuilegio personæ: quia tũc absoluere potest.l. quoties.C.vbi senat.vel clarissimi.& Bal.ibi rationem adducit, quia priuilegium non debet nocere priuilegiato.

Secundò fallit in materia correctoria: quia si tollitur potestas condemnandi, non videtur adempta potestas absoluendi.gloss.nota.in clemen.prima,in verbo contra eos debere.de hæret. quam ibi Imo. & Abb.sequuntur,licet Socin.& Aretin.in rubrica, de acquirend.possess. videantur illam impugnare: sed pro illa facit,quia absolutio fauorabilior est.l.fauorabiliores.de regu.iuris.l.Arrianus.de actio.& obligatio.

Tertiò fallit non procedere,vbi est eadem ratio. not.Bal.in l imperium.ff.de iurisdic.omn.iudicum. B. Soci.reg.4.

Absolvi ab illo quis debet,à quo ligatur.xxiiij.quę s. j.c.si potius.& xxj.distin.c.inferior.& ff.de re iudic. l.qui condemnare.c.verbum.de pœni.distin.j.& ff. de reg.iur. l.nemo.la prima.

Primò fallit in delegato Papæ, qui sententiæ suæ inobedientem excommunicare potest:sed non potest absoluere,vt dixit Innocen.in c.quærenti.per illum tex.& gloss.ibi de offi.delega.

Secundò fallit in eo, qui postquam excommunicauit, incidit in excommunicationem maiorẽ, quia tunc nec excommunicare, nec absoluere potest. xxiiij.q.j. c.audiuimus. secùs si incidit in minorem tantum. c.si duobus.de sentent.excommunicatio. si celebrat.de clerico excommuni.minis.

Tertiò fallit in incendiario, quem ordinarius potest excommunicare, sed post denuntiationem absoluere non potest,sed Papa potest.cap.tua.de senten.excommuni.

Fallit in sententia lata ab inferiore, confirmata tamen per Papam: quod de sententia lata ab eo homine intelligitur.Ioan.Andr. c. ex frequentibus.de institut.

Fallit in degradato, quę ordinarius degradare potest, sed Papa restituet. gloss.in capit.ex tuæ. de cleri.non resid. Scipio Ianuarius reg.1.

Absolvi regulariter à iuramento ex causa quis potest.gl.in c. quanto.de iureiur.

Primò fallit,Quando ille casum læsionis sciuerit tempore iuramenti pręstiti à quo vult absolui, secũdum Feli.in c. in præsentia. in versi.in text.ibi iuramento firmari,de proba.in antiq.

Secundò fallit,quando iurans esset incursus periurium,puta,iuraui quid soluere tali tempore, post illud tempus,ex quo periurium fui incursus non potero amplius absolui secundum Felin.in c.ex administrationis.in versi.in tex.ibi iuramento firmari.de probationi.

Fallit in iuramento præstito personæ gratia personæ, putà iuraui Berthæ ducere ipsam in vxorem, quòd à tali iuramento etiam Papa non absoluit, vt vult Archi.in c.authoritatem.in versi.in eadem glo. ibi non dispensat,&c. post tex.& gloss.ibi.xv.quæst. vj. S.Ianu.reg.2.

Absolvi Regulariter à iuramento quis debet ad effectum agendi tantum.c.authoritatem.xv.q.vj. nota. glo.in d. c.quanto.

Primo fallit, in iuramento præstito super aliqua re illicita, quia tunc (cùm iuramentum tale non teneat) possum absque aliqua alia absolutione ipsi iuramento contrauenire,vt est tex. in c. inter cætera. xxij.quæst.iij.nam non est cogitandum, quòd Deus recipiat iuramenta illicita:vt est text. in c.quemadmodum.de iureiur.c.in malis.cum seq.xxij.quæstio. iiij.ratio quia cùm Deus rectus sit,recta,& sancta facit.c.nimirum.xxvj.quæst.v.voluit Abb.in cap.j.de sepulturis.

Fallit in iuramento vi, & coactè præstito, vt est tex.in c.j.& ij.xxij. q.iij. S.Ian.reg.3.

Absolvtio. Qui condemnare non potest,absoluere nequit,l.solent.in princ.de off.proconsl.l.nemo qui condemnare,ff.de reg.iur.

Fallit in 2.casibus.quos not.Dec.in d.l.nemo.fallit in 7.casibus quos not. Rip. in l. qui condemnare.ff.de re iud.nume.4.Fallit in 3.casibus,vt per Fely.in c.cum inferior.de maiorit.& obed.Fallit in 2. casib.vt per eundem Felyn.in c.non potest, de sent. & re iudic.

Absolvtio à iuramento peti non potest post periurij incursum:hanc esse communem opinionẽ attestatur Franc. Turza. in suis conclusionibus, conclu.2.

Fallit in 3.casib.vt per eundem ibi.

Ab excommunicatione lata ab homine alius homo non absoluit.c.præterea,de off.ord.

Fallit in 6.casib.quos not.Felin.in d.c. præterea. nume.1.

In absolutione à iuramento requiritur partis citatio,not.DD. in cap.ex administrationis,de iureiurando.

Fallit in 4.casibus quos not. Felin.in d.c.nu.20.

Fallit vt per Baptist.à Villa.in suis conclu.regul. 122.in litera I.

Abbas potest absoluere Monachum,no.in c. Monachi.de iud.

Fallit in 3.casib.quos not.Fel.in d.c.

Absolui non potest quis per procuratorem, c.cũ desideres, de sentent. excommunicat. vbi Felin. limitat.

Absoluere potest legatus ab omni excommunicatione,c.ad eminentiam,de sent.excom.

Fallit in 7.casib.quos no.Felin.in d.c.nu.5.

Per absolutionem excommunicatus recuperat omnia iura, quæ amiserat propter excommunicationem.Fallit vt per Damas.reg.10.

Proniora sunt iura ad absoluendũ,quàm ad condemnandum,l.Arianus, ff.de act.& oblig.

Fallit vt per Damas.reg.38. Dona.Fina.lib.3.

Absolvtio esse non potest sine condẽnatione,vnde petens absolutionem tacitè fateri videtur se excommunicatum seu ligatum, nisi ad cautelam faciat se absolui si & quatenus egeat absolutione. Cagnol. l. nemo.ff.de reg.iur.gloss.c.venerabilem,ver.postulauit,de elect.Ioan.Andr.c.cum dilectus, de ordi.cognit.Doct.com.l.decem.ff.de verbor.oblig.Euer.in loco à priuat.ad habitum. numero 2. Priuatio enim præsupponit habitum, nec sine eo ipsa dari potest. d. l.decem.conc. Abb. de infidelibus,numer.5.de cõsang.& aff.Ias.l.si quis maior.num.24. C.de transac. l.si sic.§.si mihi.numer.4.ff.de leg.1. idem in rub. ad Trebel.num.7.l.apud.§.si Titius num.21.ff.de leg.1. l.Marcellus.num.14.ff.ad Treb.l.ait prætor.§.si neque.numer.6.ff.de iur.iur.l.manumissiones.numer. 12.ff.de iust.& iur.vbi Paul.numer. 7.idẽ Paul.l.sub conductione. num.2.ff.de sol.Alexan.l.nullæ.nume. 1.de acquir.hęred.Brun.in tract.stat.super fœmi.art. 6.num.43. Medic.reg.6.

ABSOLVTIO facta à iudice dicente Absoluimus te à petitione tibi facta, prout absoluimus Titium, talis absolutio valet etiam si de absolutione Titij nō con stet, dummodo in forma iuris tradatur. Barto.l.eum qui.§.Iulianus il 2.§.de const.pec. glos. capitu. quoniam Abb.de offic.dele.Doct.l.1.C.de inst.& subst. per hanc regu.de qua per Alexand.consil.23.numero 9.lib.septimo, consilio 87, numero sexto, volum. 6.l.ait prætor.§.si iudex.numero 2.ff.de re iud. Decis.Pedem, 23.nu.41.Iaso.l.Marcellus.num. 14. ff.ad Trebel. Medic.reg.10.

ABSOLVTIO generalis facta à iudice non cōprehendit absolutionem omnium bonorum, quando ex diuersis factis resultarent: Doc.cō.l.fin.C.de nupt.vbi Cy.Iac.Bar.& Bald.quos refert Ias.l. de pupillo.§.si in pluribus.colum.2. nu.6.ver.2.ff.de nou.ope.nun. ampl.etiam in absolutione facta per principem, quę non comprehendit casum grauem, quem supplicās tacuit.idem Ias.d.loco.nume.7.Bal.l.proscriptione. col.9.C.si contra ius, vel vtil.public.Oldrad.cons.33. Alexand.cons.4.lib.5.doc.l.iij.C.de Episcopali audientia.Barb.cap.super literis.column.33. de rescri. Medic.reg.1.

ABSOLVTIO facta indefinitè à petitis intelligitur esse facta ab omnibus, cum dicitur petita fieri non debere, & similia per istam regulam, hoc idem est in condemnatione.doct.in l.1.ff.de reg.iur.l.si plurib. ff.de leg.2.& in Rub.extra de reg.iur.in 6.Med.re.2.

ABSOLVTIO nulla est non seruata forma absoluendi in quocunque casu.Doc.ca.cum desiderat, de sent. exc.c.cum aliquis.12.quæst.1.Fel.cap.ex tenore, eodem titu.de sent.excom.Host.§.& qualiter.numer. 14.conc.simil.Bar.l.1.§.si quis.ff.de verb.obli. Port. consi.29.nume.10.consil.36.num.57.Cephal.consi. 229.num.3.Dec.cons.446.nume.14.Fel.c.cum dilecta.nu.16.de rescr. Medic.reg.7.

ABSOLVTIO vnica legitimè impetrata sufficit, vt quis absoluatur à pluribus excommunicationibus. Glo.est sing.in c.cùm pro causa.in gloss.j.de senté. excommu.

Limita illam gloss. vt per Felin.ibi, vltra docto. dummodo absoluens possit absoluere ab illis excōmunicationibus: quod firmat tenuisse Petr.de Anchar.post Paul.in cle.grauis eodem tit. & ibi Card. quæstio.xviij. B.Dias reg.4.

IN absolutione à iuramento concedenda, necessaria est partis citatio: not.Abb.in cap.j.de iureiur.& Alber.in rubr.C.de vsu.in fin. & Imo.in clem. dispendiosam.de iud.& est communis opin.vt per Philip. Dec.in cap.qua fronte. de appella. qui refert alios: de quo vide per Iaso.in l.nec quicquam.in §.vbi decretum. ff. de officio procons.& leg. & vide etiam per Gul.Bene.in rep.c. Rainutius.de testa. post me.

Amplia istam regulam procedere etiam in Papa, vt per Ioan.de Selua, in loco infrà allegando: quā ampliationem limita dupliciter, vt per eum ibi.

Limita primò, quando constaret iuramentum esse illicitum.

Secundò, quando non ageretur de præiudicio partis.

Tertiò, quando periculum esset in mora: quas limitationes descripsit Phil.vbi suprà, & vide Ioann. de Selua in trac.de iureiur.vbi supradictas limitationes ad hanc regulam descripsit, etsi Philip. non referat, qui etiam limitat, alio & quarto modo videlicet, nisi iurasset non vocare creditorem in iudicio, quia tunc posset absolui parte non citata, pro quo alleg.Felin.in capit. j. eodem titu. & vide in materia Anto. Nicel.in concordiis glossarum iuris ciuilis & canonici, in concordia lij.versic. vigesimoprimò fallit. I.B.Dias.reg.5.

ABSOLVTVS de certo crimine, ampliùs accusari non potest, vt in cap.de his.de accus.vbi bona gloss.Vide similem in cap.habet iij. quæstio.v.probatur in l. licet.§.fi.ff. nau.caup.sta.concor.l.xij.tit.1.parte 7.

Limita xij.modis, vt per Felin. in d.c.de his.per duas primas col. vbi aliquas ex limitationibns sublimitat: quem vide, quia esset laboriosum transcribere.Et vide tu.

Hispane allega l.partitarum, quę huic regulę triplicem limitationem assignat. I.B.Dias reg.6.

ABSOLVTVM.vide Reg.12.ad fin. Riisvvich.

ABSOLVTORIA, quemadmodum quādo lata pro vno non prodest alteri, ita etiam nec lata contra vnum nocet alij.l.adulter.§.si eo, & §.fin.ff.de adulte. Alexand.l.sæpe.numer.36. ff.de re iud.commu. dicit Abb.&Fel.capitulo quamuis numer.12.de sent.&re iud. Medic.reg.8.

ABSOLVTORIA semel facta super crimine publico nocet aliis super eodem crimine accusare volentibus.l.si cui.§.iisdem.de accusa.c.de his.eod.tit.Alexan.l.sæpe.nu.34.§. de re iudi.sed not.ibi in nu. 26. vbi limitat hoc dictum. Medic.reg.8.

ABSTINERE debet iudex omnino à muneribus, nisi sint munera parua, quæ iudicantis animum non mutent, gloss.c.non licet.11.quæstio.3.cap.& si quæstiones, de simon.c.statutum. §.insuper, de rescr. Doct. com.l.solent.ff.de offi.procons.vbi esculeta, & poculenta iudex rectè accepit. Medic.reg.5.

ABSVRDVM. In omni dispositione vel actu interpretatio fieri debet, vt absurditas euitetur, de bo.lib.l. nam absurdum.C.de vsur.rei iud.l.fi.in prin.sol.ma. l.diuort.de publicia.l.1.§.vnde. Riisvvich.

ABSVRDVM intellectum ab omni dispositione reiiciendum.l.nam absurdum.ff.de bon.liber.l.1.§.vnde quæritur.ff.de publi.l.ratas.C.de rescind.vend.l.nec audiendus.ff.de op. liber. & propter absurdum vel scandalum euitandum, 33. casus sunt statuti contra regulas iuris, quos not.Feli.in c.nihil. de præs.nu.2. Don.Fina.lib.5.

ABSVRDVM quando aliquid resultat non comprehenditur in generali dispositione.l.nam absurdum.ff.de bon.libert.l.obseruare.§.fina, ff.de offic.procons.l.si quis ex argentariis.§.fi.ff.de ed.Euer.in loco ab absurdo, numer.1.Bald.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excus.tu.& est Com.dictum Ioan. Andr.c.cui licet, de regu.iur.in 6.dict.auth.sed nouo iure. C. de Episco. & Cleric. Medic.reg.1.

ABVNDANS cautela non nocet.C.de testa.l.testamentum.Cc.Reg.Actus. Riisvvich.

ABSVRDO dato vno aliud facilè sequitur.C.de rescin. ven.l.ratas. Riisvvich.

ABVSVS.Priuilegium tolli per abusum, vel per actum contrarium.

PRO.

11.q.3.c.priuilegium.
64.dist.c.vbi ista.
Ext. de præben.c.pro illorum.
Ext.de constit.c.cum accessisset.
Ext. de his quæ fi.à maio.c.ex tenor.
Ext.de conces.præb.c.cum nuper.

CONTRA.

Ext.de priuileg.c.si de terra.& c.accedentibus.
25.q.1.c.priuilegium.

C.de

C.de excusat.tut.c.voluntarie.
C.de his qui spon.mun.sub.l.vlt.

Solutio.

Per abusionem non tollitur priuilegium ipso iure, sed potest auferri per superiore, vbi quis abutitur eo, faciendo contra priuilegium: quoniam si cõtrarium priuilegio fecisset 40.annorum spacio, tũc tolleretur priuilegium per exceptionem præscriptionis.d.c.si de terra.&c.accedentibus. Per vnicũ actum contrarium fortè tollerentur ista priuilegia, quæ obtenta essent ad instantiam petentium. Damas.reg.127.

Accessorium sequitur naturam sui principalis.l.cũ principalis.ff.de reg.iur.cap.accessorium, de regul. iu.in 6.in fin.C.de non nu.pecu.l.fi.C.de const.pec. §.liberis.instit. de vulg.& pupil.

Fallit in l.1.C.de iud. quando accessorium potest esse sine suo principali.fallit vt per Soc.in tract.fallentiarum regul.tertia in additio. Ampliatur & limitatur per Marsil. in singul. 17. fallit vt per eundem Marsil.in repetit.rubric.ff.de fideiusso. numero 63.

Cassato principali, cassatur & accessorium, l.non dubium,C.de legib.l.cum lex. ff.de fideiusso.l.1. & secunda,ff.de pecul.lega.§.liberis,instit.de pupilla. substitu.§.2.instit.de hæredi. instit. l.cum principalis,ff.de regul.iur. capit .inter dilectos,extra de fide instrumen.cap.cum quid. & c.accessorium,de regu. iu.in 6.

Fallit primò in odium parentum,qui præterierunt,vel exhæredarunt sine iusta causa, nam cassatur institutio quę est principalis,§.ante hęredis,inst. de lega.& tamen remanent legata,auth.ex causa,C. de lib.præte.

Fallit secundò in odium filiorum, qui patrem contempserunt, nam non valet hæredis institutio, & tamen legatum valet,auth.furiosi.C.de episcop. audien.

Fallit 3.in cap. cum contingat, extra de iureiurando,c.pactum,de pact.in 6.vbi ratione iuramenti propter animæ periculum non tenet principalis contractus de iure, & tamen valet accessorium,idẽ probatur in l.1. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio.

Fallit 4.in l. stipulatio ista,§.alteri.ff.de verb.obligat.vbi stipulatio principalis alteri facta non valet, & tamen stipulatio pœnæ accessoria valida est, videas gl.in d.l.cùm principalis.

Concesso vno videntur etiam concessa accessoria eius,& quæ ex eo sequi possunt.l. legatis. ff.de adi.lega.l.2.§.inspectio.ff.quemadm.testamen.apc. l. 1.in fin.ff.si vsus.peta.l.3.§.qui habet. ff. de ser.rusti. prædiorum.

Ampliatur in 4.casib. & limitatur in 12.à Ioann. Bolo.in l.2.ff.de iuris.om.iud.nu.48.

Prohibito principali, prohibetur consequens. d.l.cùm principalis. Ampliatur in 2.casib. & limitatur in 4.à Ioann.Bolog.in d.l. secunda. numero 63. Donat.Fina.lib. 5.

Accessorium.Bonifacius viij.in Sexto Decretaliũ. Regula xlij.

Accessorium naturam sequi cõgruit principalis.

Nimirum quando sequatur naturam sui principalis accessorium.l.fin.§.Lucius.ff.de condict.indebit.Bald.l.in iis.§.mancipia.ff.solut.matri.ff.de offi. deleg.c.si super.lib.vj. Viuiennus.

Accessorium esse non potest absque principali, c. accessorium.de reg.iur.lib.6.gl.& Dec.Cagno.l.cum principalis.ff.eod. Hypolit.sigu.17.Barto.l.1.numero tertio.ff.de pecu.leg.Felin. cap. cum M. numero 36.de constit.Rom.sing. 577.Bald.consi.30.nume. 5.volum.2.Cephal.consilio 252.numero 84.Hyppo. l.1.§.item. numero 8.de quæst. Iaso.l.si fideiussor.§. meminisse.numero 20.ff.de leg.1.Aretin.§.actio numero 20.insti.de act.Iaso.l.1.numero 13.C. de iudic. l.edita. numero 24.C.de edendo,l.prima.§.vir vxori.numero 19.de acqui.possess.rubric.de leg.1.numero 44. Med. re.6.

Accessorium sequitur naturam sui principalis.§.liberis.Insti.de vulg.& pupil.&c.accessorium.de reg. iur. lib.vj.

Ista regula procedit,vbi est eadem ratio : secus si diuersa,vt no.Bar.in l.ita stipulatus. in xij. oppo.de verborum obligat.& Bald.in l.non dubium.in xiiij. oppo. C. de legi Alexand. in consilio iiij. circa primum. libro j.& hoc modo procedit text. allegat. in gloss.in l.& si is.C.de prædiis minorum.& in l.stipulatio ista.§.alteri. de verborum obligation. Bartho. Socin.reg.5.

Accessorie quãdo venit præiudicium alterius seu in consequentiam, res inter alios acta alteri nocet. l.de vno.numero 57.ff.de re iud.Doc.com.l. diem. ff.de aqua plu.arc.l.ab eo.C.quomodo,&quando iudex.l.si suspecta.ff.de inoff.testa.Gem. c.fi.de elect. in 6.Alex.consi.86.col.1.vol.2. Med.reg.6.

Accessio nõ datur ei,qui nullam causam habuit,ita per ista respondit Alex.l.Pomp.§.si liber. nu.1. ff.de acq poss. tradit latissimè Brun. in trac. de augment. quæ.8. Med.reg.6.

Accipere aliquid vltra sortem * quis regulariter non debet, quibus autem casibus liceat infrà patebit.

Additio.

* Sortem. Ad istam materiam vide Bald. in consil.cxviij.in j.parte.& in consil.cxxxj.ead.parte.& in cons.ccclxix.in iiij.parte.

Primus est per text. not. in capitulo primo, extra, de vsuris. in quo licitè percipiuntur fructus ex re pignorata,non computando eos in sortem, veluti si des beneficium alicui clerico in pignus, qui clericus ex eo percipit fructus æquiualentes sorti, potest etiam rem retinere vt proprium beneficium, & non est vsura, ex quo ipsum vt proprium retinet. ita vult glos.finalis in principio.ibi. & Ant.de Butr. qui procedit aperta ratione,quia non est pignus.l.vt pignus.ff.de remiss.pign.& l.si rem aliquam, de acquir.possess.

Casus ij. est per l.iiij.ff ait Prætor. ff.de re iudic. coniuncta.l.ij.C.de pign.act.&probant quidam per Ioan.de Imo.in cap.ad nostram. j. de iureiur.quòd alia est forma iuramenti, videlicet, quando debitor, qui possessiones creditori pignori dedit iurando super illis, donec creditori soluerit pecuniam, nullum ei grauamen inferre, alia est forma adiiciendi donec creditori fuerit satisfactum: quia primo casu creditor non cogitur fructus perceptos computare in sortem, sed debitor debet implere iuramentum soluendo. Deinde post æstimationem fructuum,fructus repetere: vt in d.capit. ad nostram. Secundo casu secùs: quia si esset ipsi satisfactum de sorte in fructibus,non debent compensari in sortem,licet glos.ibi in verbo, persolua-

tur.

tur.incautè contrarium dicat & malè, & non limitat.l.ij.C.de pign.actio.& extrà de pigno. cap. cum contra.in quo dicitur quòd fructus computantur in sortem.

Casus iij.secundum aliquos,nisi creditor fecisset sumptus in colligendis fructibus, licèt hæc non sit propria fallentia:quia fructus dicuntur,deductis ex pensis.ita dicit not.gloss.in cap.conquestus. de vsur. & in c.j. extrà de feud.& in l.fructus.§.impendia.ff. solu.matr.& est tex. in l.si fundum.ff.fam.ercis. text. est cum glo.in c.j.extrà de vsu.

Casus iiij.est, nisi conuentum fuisset inter debitorem & creditorem quòd non reddatur pignus, nisi integrè satisfactum sit de sorte. & hoc quidam dicunt vt verba aliquid operentur. l.si quando.de leg. j.Sed tu dicas,quòd hoc euidenter est falsum : quia contra text.in d.c.cum contra.& contra ca p.j.de vsur.& l.ij.C.de pigno. act. cum si. quoniam non valeret pactum expressum de lucrandis fructibus, tanquam vsurarium : vt in iuribus alle.ergo inest tacitum,prætereà expressio eius,quòd tacitè inest nihil operatur.l.4.& l.non rectè.C.de fideius.sed hoc tacitè inest,vt in l.quandiu.C.de distra.pig.& l.pignoris.ff.de pigno.ergo,&c.

Casus v. est quando vassallus rem feudalem in pignus directo domino daret. Ratio est, quia tádiu vassallus non tenetur ad seruitium, & sic fructus confunduntur,non autem cum sorte . ita debet intelligi alleg.ca.conquestus iuncta gloss.de vsur.& capi. j.extrà de feu.& est glos.v.in cap.j.de vsur.& hoc habet locum tam in feudo ecclesiastico, quàm in seculari,quando eadem est ratio: cùm vna tantùm sit causa,quam not.posuit Ioan.de Imo.in d.cap.j.dico etiam eadem ratione in emphyteuticario , vsufructuario , vel conductore ipsi domino proprietario, vel locatori. & idem in simili : quia fructus confunduntur cum eo,ad quod ignorans tenetur ipsi. Ratio huius est,quia res de facili redit ad sui naturam. l.si vnus.§.pactus.ver. quod & in specie dotis. ff.de pact. & in capit.ab exordio.xxxv.distinct.& reperio hoc idem tenere Ioann.de Imol.in dicto capit.j. de feu.quamuis alij sentiant oppositum, quòd dictum capit. non debeat extendi ad aliam causam contra conclusionem istam. sed hoc non obstat: quia ab identitate rationis fit extensio ad lucrum : vt per gloss.& docto.in d.cap.j.de vsu.de quo per Hostiē. in Summa. §.annali. de vsuris. & ad hanc extensionem optimè facit quod not.ipse Imol.in l.si viro.ff. solut.matr.

Casus vj. est quando creditor non poterat commodè aliter rem sibi in pignus traditam recuperare,nisi vt pignus recuperet,positionem faciat ne fructus imputētur in sortem,per id,quod dicit gl. in d. c.j.de vsuris.quia sentit quod per hoc recuperat possessionem suam,facit quod not. doct. pro ratione in d.c.j.de feu.& ideo Abb.in d.c.j.de vsur.dicit,quòd licitè quis recipit aliquid ex mutuo , quando illud erat suum,vel aliter sibi debitū, nec poterat illud aliter consequi , sicut dicimus in simili quod licitū est parare hosti insidias, vt quocunque modo expugnetur.xxiij.q.ij.c.dominus. vbi tex.cum glo.quæ ita dicit.& est tex.in l.j.§.non fuit.ff.de dolo. ita dicitur per no.in d. c.j. de vsur. & no. dum dicit l.si debitor. quia est diuersus actus à prædictis.

Casus vij.est, vt sentit ibi gl.in fi.videlicet,si de scientia domini ipsius pignoris fiat pactum inter debitorem & creditorem quòd fructus non cōputentur in sortem : & eadē ratione dicitur quòd validaretur tale pactū,si dominus ipsum ratificaret & approbaret,vt in cap.ratihabitionem.de re. iur.in vj.

Casus viij.est, si fructus sunt consumpti ,sed iste casus respicit materiā cōpensationis: quia de specie ad speciem non fieret compensatio,nisi essent consumpti.l.si conuenerit.ff.de pign.act. & not.gl.in l. diuortio.§.ob donatione. ff.solu.matrim.sed potest procedere ipse casus,quousque obiiciatur compensatio.

Casus ix. est , quando pignus est obligatum pro tanta quantitate,quòd non sit spes luitionis quia videtur haberi pro derelicto,nec etiam ad aliquem effectum diceretur debitor possidere:vt dicitur in l.j. ff.de acquir.possess.quod interpretor ad ipsius tex.limitationem.

Casus x.est,nisi pactum intercessisset, quòd creditor non possideret nisi naturaliter:quia tunc ex sola ciuili,quæ remansit penes debitorem procedit acquisitio fructuum:ita not.in l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.poss.nam etiam tractando de compensatione sortis,si teneretur fructus restituere quasi non suos, de compensatione faceret suos, cùm non sit in mala fide.Sed aduerte,quia hoc casu propriè effectualiter nihil percipit vltra sortem.

Casus xj.est, quia non tenetur computare in sortem omnia, si res pignori data erit aliena : quia pignus non tenuit,l.rem alienam. ff. de pign.act. imò fructus , vel eorum æstimationem restituere tenetur.iuxta not.in l.fructus.&in l.fundo.ff.de rei vēd. & in l.j.C.de pet.her.Procedit autē iste casus, quousque à domino cōueniatur.sed prima est limitatio ad l.iij.C.de pig.actio.

Fallit xij. quando ratione mutui creditor subiit laborem: quia tunc in compensatione laborum possunt fructus non computari in sortem , secundum Hostiens.in d.cap.conquestus.&remittit ad Sūmam eo.tit.§.in aliquo.

Casus xiij.est , quando debitor recusat compensare fructus propter aliquod interesse , puta quia erat maritus , qui subit onera matrimonij , dote adhuc sibi non tradita:vt est text. elegans in cap. saluhriter.extrà de vsu.& est materia l. insulā. §.vsuras. ff.solu.matrimo.vbi vide. & eadem ratione dico , si creditor propter moram debitoris prætenderet aliquod interesse,facit l.qui Romæ.in princ.& ibi no. per gl,&in l.si filiusfa.§.cùm fundum.ff.de verb.obl. & l.stipulatus.de vsuris.

ADDITIO.

* Non tradita.Vide Bart.Soci.in cons.clxxj.inci. præsens.ver.confirmo.cum versi.sequent.in ij.parte. Bened.Vad.reg.6.

Casus xiiij.est , quando fructus sunt inæstimabiles,vt fructus præsentationis,vt est gl.in c.cùm Bertholdus.de re iud.quam allegat Ang.in l.ij. C.de distra.pigno.

Casus xv.est,quia regula d.l.j. C.de pig.act.cū si. procedit si obiiciatur compensatio ab ipso debitore , aliàs secus : nam ita est quando compensatio fit:quia intelligitur, scilicet , si ab homine obiiciatur.l. fi.constat.& l.eius.C.de compēsa.& de hoc est glos.in d.l.j.de pig.act.& eam multum ponderat ibi Ange.idem voluit Imo.in d. c. ad nostram.de iureiur.post alios doct. & ita ibi teneas, licet ibi Ant.de But.dicat quòd fructus compēsantur etiam si obiecta non sit compensatio, & etiam procedit gloss.in d.cap.j.de vsuris.

Casus

Casus xvj.est, quando fructus non erant liquidi, nec ipsorum æstimatio: nam tunc demum de liquido fit compensatio.vt l.fi.C.de comp.& est tex.in d. cap.ad nostram.secundum alium intellectum.

Casus xvij.est, quando darentur pignori possessiones,& reditus:quia tunc fructus non computantur in sortem,nec illos lucratur creditor:sed,soluto debito,debet eos restituere,& de hoc est tex. secundum alium intellectum in d.cap.ad nostram.vbi Io. de Imo.proponit hanc limitationem.

Casus xviij.est pari ratione, quando conuenitur vt fructus non computentur in sortem,hoc adiecto vt teneantur,seu eorũ ęstimatio teneatur quousque sit satisfactum debito : quia tunc non videtur agi, quòd creditor lucretur fructus, secus si conuenitur quòd fructus computentur in sortem, vt in cap.j.de vsuris,quod quidem capitulum sic limitatur,& etiã prædictis aliis modis,& casibus.

Casus xix.est,quando esset conuentum quòd alia res pro pecunia solueretur,iuxta l.ij.si cert.pet.quia tunc fructus,licet sint consumpti, computantur in sortem,id est in ipsam alienam rem: quia de specie ad ipsam quantitatem & è conuerso, sicut de specie ad speciem non admittitur compensatio.l.si creditor.§.j.& ibi gloss.ff. de pecul.l.j. C.si ma.fac.rat.habuerit.& per gloss.& doct. in l.diuortio.§.donationes.ff.solut.matri.

Casus xx.est, nisi sit cum dicto pacto, quòd fructus non computentur in sortem cum iactura: quia idem esset sine dicto pacto,vt non cõputenturin sortem:nam cēsentur donati,vt æquè creditori,& debitori,donauerat & concesserat fructus non compẽsari in sortẽ:quia subest animus remunerandi.l.si verò non remunerandi.§.si ponamus.ff.man.l.sed & si lege.§.consuluit,& cap.cùm fiscus,de testibus.

Casus xxj.est,quando debitor gratis dimisit istos fructus apud creditorem sine spe à principio lucrandi eos,per cap.consuluit.de vsur.xiij.quæst.iij.capit. vxorem.& cap.libertus.in fine,de simonia.

Casus xxij.est, quando percipiens fructus nõ fuit in dolo,lata culpa,vel mala fide,secundum Anto.de But.in c.j.de vsur. Sed aduerte, quia hoc casu nihil lucri manet apud creditorem,sed hoc potiùs procedit ad declarationem dict.l.j.& ij. C. de pign.actio. cum similibus præallegatis.

Casus xxiij.etiam est,vt in cap.quia frustra.extrà, de vsuris.

Casus xxiiij.est, quando vendo tibi fundum, & trado,& tu es in mora soluendi precium,& hoc virtute moræ.l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de act.emp.qui text.notab.est,& glos.in c.conquestus.de vsur. nam tunc venit ad interesse.

Casus xxv.est, si concessi tibi pecuniam ad pompam, quia possum aliquid à te recipere, secundum gloss.ibi in d.c.conquestus.

Casus xxvj.est, quando emptor restituit pretium ex pacto,quia lucratur fructus,& rem,quæ retrò illi datur:vt est gl.in d.c.conquestus.

Casus xxvij.est illud generale in contractibus bonæ fidei*virtute moræ:vt per gloss.in d.capit. conquestus.

Additio.

* Bonæ fidei.Adde Bar.Soc.in cons.clxxiiij.inci.pro facto.versi.sed ad hoc respondetur. in ij.parte. Bened. Vad.reg.6.

Casus xxviij.est, quando est pactum à principio nomine * pœnæ propter pecuniã mihi non restitutam,dummodò non sit in fraudem vsurarum appositum:vt est gloss.in d.c.conquestus.

Additio.

* Pœnæ. Vide Bart.Soc.in consil.clxxiiij. in versicul. sed ad hoc respondetur. circa princip. in ij. parte. Bened. Vad.

Casus xxix.est,quando mutuo illi, cui vellem nocere:quia hostis est fidei.xiiij.q.iiij.c.ab illo. & per hoc patet quod licitum est Christiano ab hostibus fidei percipere vsuras.& hoc etiam voluit Abb.in c. personæ miserabiles,de vsur.& hoc etiam dicunt Iudæi,quia eis licitũ est recipere vsuras à Christianis. pro quibus facere videtur Deut.xviij.c.Non fœneraberis fratri tuo pecunias, vel aliam rem ad vsurã. sed contra eos est c.xviij.fœneraberis gentibus multis,& à nullo fœnus accipies,& aduena fœnerabitur tibi,& tu nõ fœneraberis illi, quod dictũ est c.post miserabilem.c.pen.eod.tit. non obstat d.c.obiectũ. quia debet intelligi negatiuè, scilicet, nocere nulli desideras,si à nullo exigas vsuram. Vel dic quòd licitè potest exigi ab hoste,quia bona hostium exponũtur:non sic Christianorum nec Iudęorum:quia non sunt hostes,& quæ fauore, &c. l.quod fauore. C. de leg.ita Ant.de But.in d.c.post miserabilem.

Trigesimus casus est, quãdo aliquid vltra sortem sponte oblatum recipitur sine pacto, caueas tamen ab intentione concepta,iuxta not.in d.c. consuluit. de vsuris.facit tex.in c.dilectus.& quod not.ibi per doc.& in c.tua nos.eod.tit.& j.q.secunda.c.sicut.

Trigesimusprimus casus est, quando venditor erat solitus mercari,vnde si habuissem pretium,fuissem in mercantia,tantũ verisimiliter lucratus : ideò illud lucrum debetur ab emptore. l.ij.§.ij.ff. de eo quod cer.lo.ita sentit gl.dum illum tex.alleg.in d.c. conquestus.& ibi Abb.

Trigesimussecundus casus est eadem ratione in istis viduis mulieribus,quæ solent ponere pecunias suas in banchis,& consequi aliquod lucrum ex honesto mercimonio, per capitulum, per vestras.de don.inter vir.& vxorem.& per Bald.in l.j.C.pro socio.quod etiam vult Abbas in d.c.conquestus.

Trigesimustertius casus est eadẽ ratione in mutuante, vt si debitor non soluerit in termino pecuniam:nam tunc potest petere interesse lucri cessantis,si erat persona solita insumere pecuniam in aliquod honestum mercimonium,*quod iudicis arbitrio relinquitur:dicta l.secunda,in fine. & idem Innoc.in capitulo, sacro.de sententia excommunicationis.& gloss. in dicta l.curabit.C.de act.empt.& in dicta l.Iulianus.§.ex vendito.& §.offerri. ff.de actio. empt.& sic etiam fit de iure can.vbi potest peti aliquid vltra sortem: nedum ratione damni emergentis, vt per gloss.in dict.capit.conquestus. sed etiam ratione lucri cessantis.&hoc etiam idem dicit Abb. Sicu.

Additio.

* Mercimonium.Vide Ludo.Rom.in cons.cj.& Alede Imo.in cons.ccxx.& seq.in seq.in ij.part.& Abb. in consi.vij.& in consi.lx.in ij.part. Bened.Vad.

Trigesimusquartus casus est in fideiussore, qui soluit vsuras creditori:vt in d.c.peruenit.de fideiusso.& ibi not.in cap.damnum,de reg.iur.in 6.

Trigesimusquintus casus est,quando subest ratio dubij periculi, vel euentus, licitum est emere reditus minori pretio,quàm valeant,vel vendere maiori,vel cariori quàm valeãt:vt patet de pecuniis mutuatis in pluribus.Italiæ ciuitatibus,vt est tex.in c.fi.

de

de vsuris.& l. si ea.C. de vsur.& in c.mutuantibus.ex trà,de vsuris.

Trigesimussextus casus est, quando ratione administrationis tenebatur quis collocare pecuniã in emptionem prædiorum,vt tutor: quia si non faciet, tenebitur pupillo soluere vsuras ratione lucri cessantis, quod habet locũ de iure canoni. & ita voluit etiã ipse Abb.in d.ca.conquestus.per l. tutor si post rem.ff.de administr.tuto.quod not. cõtra prælatos: quia & ipsis ecclesiis tenentur acquirere, si possunt: & si non acquirunt,tenentur xij. q.iij. in summa.

Trigesimusseptimus casus est etiã ad limitationem ca.consuluit in ij.& iij.casu.& ad limitationem capituli in ciuitatib.de vsur.quia resultat vsura, nisi creditor sit talis persona,quæ solita fuisset ex pecunia lucrari,& sic in cõtinẽti in illo secũdo casu.& in c.in ciuitatibus habuisset certũ pretium,& fuisset ex eo lucratus tantũdem plus, quatum iusto pretio vẽdidit.& idẽ in secundo casu , quãdo tantũdem fuisset lucratus tẽpore primę delationis,per ea quæ no. glo. in d.c.conquestus.& hoc patet apertè: quia hoc casu non potest dici vẽditum tẽpus , quia subest ratio interesse,saltem lucri cessantis, vt etiam non videatur venditum tempus eadem ratione in multis alijs casibus,de quibus in d.c. conquestus.meritò ergo cessat ratio propter quam dicitur, ꝙ in illo c.in ciuitatibus. hoc procedit quando vendens esset tũc venditurus,& vellet in cõtinenti vti pecunia in emẽdo merces, quas in continenti volebat posteà vendere vlterius maiori pretio,fortè causa mercandi & etiam ipsa causa lucrandi, vt contingeret Venetiis: quia merces & alia quandoque emuntur minori pretio,vt transmittantur ad alia loca cum maiori lucro. in mutuo autem secùs est, quàm in contractu venditionis, quia debet esse gratuitum : vt per gl.in d.c. conquestus.& ibi iuxta verbum diuinum,Luc.15.Mutuum dantes,nihil inde sperantes: possunt etiam aliqui casus colligi ex his quæ habẽtur in l.in insulam. §.vsuras.ff.soluto matrimonio. B.Socin.re.6.

Acceptio pers. Procedendum esse absque personarum acceptione.

Pro.

Ext.de iudic.c.nouit.
Ext.de constit.c.cùm omnes.
Ext.de mutuis per c.ex liter.& c.seq.
11.q.3.c.si quis presbyter.
1.q.vlt.§.hinc Petrus.

Contra.

Ext.de off.ord.c.pastoralis.
2.q.vlt.c.quisquis.
8.q.1.c.illud inferendum.
40.dist.c.homo Christianus.
24.q.1.c.qui contra pacem.
C.de pœnis,leg.maiorem.& l.quædam.

Solutio.

Quantum ad definitiuam sententiam,non est acceptio personarum habenda:imò ita iudicandus est magnus, vt paruus.d.c.nouit. In processu autem negocij,& in personarum executione poterit certa ratione personarum acceptio habere locum. d. c.quisquis. Damas.reg.24.

Acceptilatio facta hoc modo: habeo acceptum, secundum quod recepi à Sempronio,si non constet de aliqua Sempronij acceptilatione , valebit tamen,si forma seruata fuerit.not. l.1. l.pluribus.ff.de accepti. quia interrogatio & responsio fuerint super idem,iuxta not.l.5.§.stipulatio. ff.de verborum oblig. fallit nisi fuerit responsum per modum conditionis,l.actus legitimi.ff.de reg.iur.cõc.Paris cõs. 133.nu.12.volumine 4.consilio 51.numero 17. volu.3. August.Ber.consilio 20.nume.9.vol.3.cons.93.num. 51.vol.2. not.doct.com. d.l.asse toto.ff.de hære.inst. Med.reg.10.

Acceptilatio nulla est vbi nullum debitum præcessit.l.1.ff.de acceptilationibus.l.an inutilis.ff.eo.est enim ipsa species absolutionis,de qua satis in super. ampl.dictum est,cui adde Barto.auth. si testis.nu.1. C.de test.l.post legatum.§.si vero.ff.de his, quib.vt indign.l.Titio.ff.de cond.& demon.l.remitti. ff.de iur.iur.& l.1.ff.de suis,& leg.l.Iulianus.ff.de diuor.l. legata.num.4.ff.de adim. leg.l.3.§.si duobus.ff.eod. Medices,reg.6.

Accidit. Propter id quod modò accidit, anteriora demonstrantur.

C.de nup.l.si quis alumnam.
Inf.de præsumpt.Rub.de præsenti.
C.de adult.si quis adulterij.
33.quæst.1.c.1.
distinct.18.peruenit.
ff.de reb.dub.l.quædam.
ff.de neg.gest.l.cum pater testamento.
C.de appel.l. à proconsulibus.

Propter id quod modò.&c. Hæc Rubrica exposita est Rubri.Quomodo ex priori,&c. Azo,Ru.10.

Accidens & compvtatio. L.65.Idem lib.19. Digestorum. Ea quæ raro accidunt,non temerè in agẽdis negotiis computantur.

Iunge ad l.115.in obscuris.de leg.l.nam ad ea quę, cum seq.C.de pign.ac.l.quæ fortuitis,arg.de leg.1.l. apud.Exem.Auth.vt si. Vl. in ped. §.quia verò magna est cõst.94.de vsur.& vsuc.l.iusto.Ratio,de off. de.cap.coram.Auth.de consue. Secus in iis quæ naturaliter contingunt,C.de leg.l.si maior 50.de peti. hære.l.illud,l.antiqui,de statu hom.l.non sunt,Insti. de rerum diuis.§.insula.Quæ de iure speciali conceduntur,non considerantur, scilicet antequam actus sequatur,de leg.1.l.non quocunque,§.si ex bonis,de fideicom.li.l.4.§.1.vbi Bart.nisi de eo expressè dictũ sit(De vul.sub.l.fina. de acqui.hær.l.quamdiu, C.de sen.pas.l.2.de rebus dub. l.quidam relegatus.) Aut par ratio id suadeat,de li.& post.l.quod dicitur.arg. l.si ego,§.ex omnibus,de publici. Temere, Id est, facile,de fideiuss.l. si fideiussor,de iniu.l.7. §.sed etsi quis,Quintilianus lib.1.de orat.inst.Sueton. in Aug. cap..53.cap.73.cap.77.ad fin.consil.disti.51.c.qui in. Riisvvich.Paratit.

Accidens non potest esse sine subiecto,Doctor.cõ. §.1.instit.de Vsuf.per l.2.ff.eod.tit.Ias.Dec.& com. omnes. l.eius.§.quod si.ff.si cer.pet.Neuiz. in Sylua nup.li.1.nu.231.Fran.in tract.de test.Cõclu. 27. nu. 58.Ias.l.si ita.num.5.de verb.obl.l.1.nu.44.ff.de leg. 1.Med.reg.6.

Accidentia non veniunt in generali dispositione, quia ipsa præuideri non possunt, vt sunt omnes fortuiti casus qui imputari non debent, gl.1.c.ad aures, de ætat.& qual.c.vnico commodati.cap.final.de homicid.l.in rebus.ff.commodati.l.illicitas. ff.de offi. præsid.c.de occidendis. 23 q. 5.conc. cum hoc com. dicto Bart.l.cæsar.numero 4.ff.de publi.ne vect.l.2. §.si quis.ff.si quis caut.l.fi.§.1.ff.ad l.Rhod. de iac.l. quæ fortuitis. C.de pignor.act.l.2.§.si quis.ff.si quis caut.l.cum duobus.§.damna.ff.pro socio. Dec.cons. 473.num.2.Dec.& Cagnol.l. contractus. ff.de regul. iur.c.2.depositi.Cephal.consil.20.numero 12. Dec. cons.

consi.523.nume.3.Alex.l.sed si.§.quæsitum. nu.19.ff. si quis Caut.idem l.Titius.nu.4.ff.de liber.& posth. Ias.l.à diuo Pio.§.si post.nu.7.ff.de re iud. Med.re.1.

ACCIDENTIA morte soluuntur. Bal.l.prima.C.de cõ. ob eam causam iam illa esse non possunt absque subiecto:§.1.inst.de vsufr.l.ff.eod.tit.Ias.l.eius.§.quòd si.ff.si cert.pet.Neuiz.in Sil.nup.lib.1.nu.231. Fran. in tract.testi. concl.27.nu. 58.Ias. l.si ita.nu.5.ff.de ver.sig.l.1.nu.44.ff.de leg.1.Alex.cons.233.nu.8.volu.6.l.fin.ff.de col.bon.Tiraq.in tract.prim.qu.40. nu.21.Cephal.consil.58.nume.8.Dec.cõsilio.583. numero.9.adesse tamen possunt,& abesse præter subiecti corruptionem.Arist.lib.prædic.c.de accidente, quæ non veniunt in generali dispositione, quia præcaueri non possunt.glo.c.ad aures.de æt.& qual. c.fin.de homic. l.illicitas.de offic.præs. Dec. cõsilio 473.numero 2. consilio 523.numero 3. Alexan.l. sed si.§.quæsitum.numero 19.ff. si quis caut.l.Titius.numero 4.ff.de liber.& posthum.Ias.l.à diuo.§.si post. numero 7.de re iud. Medi.tract.2.parte.

ACCIDENTALIA quæ sunt in vno de correla.non dicuntur esse in alio,vnde non sequitur,pater est malus,ergo & filius dicetur malus.not.§.minorem.instit.de adopt.l. quisquis. C.ad legem Iul. maiestat. Medices reg.9.

ACCRESCIO.accrescendi ius in præsumpta voluntate pendet.de leg.2.l.si Titio.§.Iul. Not. in rub. de regul.iur.ex præsum.§.l.91.§.qui se. Riisvvich.

ACCVSARE quis nõ cogitur,vel agere in criminalibus maximè.l.vnic.C.vt nemo inuitus.

Primò fallit in crimine homicidij, in quo iudex potest cogere aliquem ad accusandum : secundum Bartol.in l.omnium.ff.de procur.de quo tamen vide per Bal.Salyce.& Angel.in l.si quis homicidij.C. de accusa.& Aretinum in tract.malefi.in versiculo, necnon ad querelam.

Secundò fallit etiã in hærede,qui cogitur vindicare necem defuncti.l.j.C.de his quibus vt indign. Socin.reg.7.

ACCVSARE hoc in Subaudiæ regno,vt nec denunciare,vt si ius fisci abdatur cogitur nemo.l.vni. C.vt nemo inuit.ag.& statu. Sabaud.tit.xcij.libro ij. Reaccusare autem de graui & manifesto crimine,insinuatus, non creditur, alias sic. argu. text. in ca. proposuit.in fin.extrà,de appellat.& cano. quod suspecti. iij.quæst.v.etiam in argu.vbi de recusatione iudicis, & quòd admittatur secundum dictam distinctionẽ, quamuis hodie ex iusta causa indistinctè admittatur: sed adfero text.in l.is.qui ff.de public. iudi.& l. neganda.C.de is,qui accus. non poss. canonizata in cano. neganda.iij.quæstio. xj. vbi in neminem, nedum accusatorem ,ad reaccusandum admitti reus videtur. tangit Specul. titul. accusat. crimin. à quo fieri permit. libro 3. At vlterius Iurisconsul. Vlpianus in dicta l.is, qui graditur quærendo, quid accusatione finita, siue reus damnatus, siue absolutus dicatur. Et tandem hoc admisso,illum de graui crimine conuictum, vnde infamia manet, & fluat, repellit : inchoatam autem ante damnationem, admittere in dicta l. in fine creditur. Et ita ferè Bartol. eam legem in principio, & numero 7. enodat.

Excipi tamen ab hac regula secunda parte propriæ iniuriæ, suorúmque, siue personalis, siue realis casum, certum est: ex l.qui iudicio. ff. de accusat. Bartol. in dicta l.is, qui. numero 2.idem in aliis,si nõ par, aut maius obiiciatur crimẽ, aut nisi in modum exceptionis, aut iudicis officio edatur: dicta l.neganda.vbi glos.vltim.& ex dicta l. neganda. cuius is videtur sensus syncerus:vt suam suorúmque iniuriam prosequendo, reaccusans,indistinctè,sed alius,non nisi grauius crimen reus proponat,audiatur.Quo præstito grauius priùs discutiatur oportet. l.j.C.de his qui accu.nõ possunt.Additur & alia declaratio, vt crimen præiudiciale, reus accusatori obiiciens audiatur.Ita Bartol.eo loci.num.1.auxilio l.1.C.de his qui accu.non poss.fultus & innixus,hâc addens & contexens rationem: quod exceptionis peremptoriæ specimen (quam admittendam nemo nescit l.si maritus.§.præscriptiones.ff. de adulter.) præ se ferat.Non desunt qui reaccusandi reo fas esse,licet non prosequendi tantisper dum sese accusationis onere exuerit,& exemerit,vt eo saltem finito incœptam reaccusationem,ante condemnationem, prosequi possit, autument. dicta l.neganda. & dicta l.is qui.ij.respon. ita enucleat Bart.in dicta l.is qui num.1.idem in calumnia, & crimine connexo, creditur.vt per Bart.eò loci.Idem si pars non opponat ibidem Bart.nu.8.vbi plura per eum dicuntur, quæ hîc non insero,ne alienis riuulis meos irrigare hortulos videar.Non tamen est Bart.ibi nu.7.in eo missus faciendus, an post condemnationem, ratione obiecti & reaccusati criminis, executio in pendu losubsistat, necne & quando. Quòd autem in criminalibus reconuentioni non sit locus,not. Hypp. de Marsi.§.expedita.nu.68. Accusatio autẽ iis finibus sepiri & enucleari creditur, vt nihil aliud sit quàm rei delatio apud iudicem vt ille puniatur.l. libellorum.ff.de accus. Denunciare verò, est certiorem iudicem de crimine commisso, facere, quò si videat, vlciscatur.l.ea quidem. C.de accusationibus. C. Batand.

In damnis datis ac illatis, accusandi ius illius esse creditur, ad quem res vel iure dominii, quasi aut possessionis iure pertinet.Bart.consi.xv.lib.2.Quod intellige quoad priuatum interesse,& in priuatis delictis : quamuis sit infamis. Specul. lib.3.tit.accusa. crimin.à quib.fieri permit. fultus l.1.& 2.ff.de priuatis delict.Quoad verò publici criminis accusationẽ quilibet integræ famæ,admittẽdus creditur.in prin. versi.publica autẽ.instit.de public.iudic. Hodie autem solus Procurator fisci, admittitur ad publicum interesse persequendum. Id quod Reip.interest. & hoc quilibet facere partem potest. Quando autem quis repellatur delibauit Hypp.de Marsil.in Practi. §.constante.nu.34.cum seq. C.Batan.

ACCVSATIO seu actio criminalis, regulariter tollitur spatio xx. anno. Casus est notabilis in l. querela. C. de fals.qui à Bal.& Ang.ibi commẽdatur. Vide Hispane.l.v.tit.7.par.7.

Amplia hoc procedere, etiã in inquisitione quæ fit offic.iudic.

Limita ix.modis,vt per Balb.in tract.de præscripti.in 4.parte,4.partis principalis. Petr.Duen. reg.19.

ACCVSATIO.Accusare quilibet potest.l.qui accusare ff.de accus.vbi Bart.

Fallit in 84.casibus, seu personis quas enumerat Lancil.tractat.de offic. prætor. in tit. de accus. numero nono, & cuius sit accusare tam in priuatis, quàm in publicis declarat Batand. in sua praxi, regul.quinta. videas multos qui non possunt accusare, vt per Placentinum in tractat. de accusa. in princ.

Accusatio seu actio criminalis tollitur spacio 20.anno.l.querela.C.falsi.

Fallit in 9.casib.vt per Balb.in tractat.de præs. in 4.parte 4.partis principalis,columm.2. fallit in multis casib.vt per Mars.in l.qui falsam.§.accusatio de fals.

Accusator seu instigator etiam in criminalib. debet condemnari in expensis. Bald. in l.1. C.ad Turpil. Iaso. in l. properandum. §.sin autem. C.de iudi.

Fallit in 3. casib.vt per Ias.in d.§.sin autem.fallit in 22.casib.vt per Ant.Nicellum in tract.de con. cord. glos. concord. 47. qui tractatus est in primo volum.tract.

Fallit in 4.casib.vt per Lancil.in tract.de prætor.in tit.de accu.numero 18.

Accusans aliquem tenetur se inscribere ad pœnam talionis.l.fi.C.de accus.

Fallit in 4.casib.quos not.glo.in l.3.C.qui accus.non possunt. Hostiensis in c. super his. de accus. Lucas de penna ponit alias limitationes.in Rubri. C.de dilat.libro 10.Fallit in 18.casib. vt per Io.igne in l.fideicommissum.numero 119.ff. ad Senat.Cons. Silla. sed ista regula non seruatur. Bartol.in l.si cui. ff.de accus.

Accusatio facta de crimine,tanquam commisso certo tempore vel loco,si probetur de alio tẽpore vel loco, debet sequi absolutio,l. denunciasse. §. quid tamen. ff.de adult. Doctor.in l. si per alium.§. docere.ff.ne quis eum qui in ius. Ias.in l. interpositas. C.de transact.

Fallit in 3.casib.vt per Pet. Duen.reg.28.

Accusatus non potest recusare accusatorem suum post nomen rei receptum inter reos,leg.is qui reus.ff.de pub.iud. l. neganda. C.qui accus.non pos. c.neganda.3.q.3.

Fallit in 14.casib.vt per Maria.Soci.in c. ex literis.numero 69.de mutuis petitio.Fallit vt not.Battan.in praxi crim. reg.14.

Sine accusatore nemo damnatur. C.de manifesta.2.quæstio.1.& ibi glos.& in c.si quis potestatem 23.q. 4.

Fallit in 27.casib.vt ꝑ Bened.cap.in suo tract. reg.74.fallit in 9.casib.vt per Lancil.in tract.de prętο.in tit.de notorio.numero 5.

Accusare nemo cogitur.l.1. C.nemo inuitus.

Fallit in 2.casib. vt ꝑ Socin. reg.4. in addit videas Battand.in praxi crim.reg.4.

Accusatori si desistit ab accusatione, incidit in multas pœnas, qnas enumerat Battan. in praxi crimin.reg.16.

Reaccusare nemo potest.l.is qui reus.ff.de public.iud.

Fallit vt per Marc. Ant.Blanc. in praxi criminali,folio 31.

Accusator quando non prosequitur suam, vel suorum iniuriam,si plures velint vnum accusare parte opponente,iudex debet eligere vnum qui prosequatur accusationem, si tamen pars non opponit, valet iudicium. communem attestatur Aretin. in c. olim.in numero 20.de accu.

Fallit vt per Baptist.à Villalob.conclusio 15.in litera A.

Laicus non potest accusare clericum.not.Docto.in c.1.de accu.

Fallit in sex casibus,vt per Felin.in capitulo ex parte,de testib.numero 7.

Criminosus ad accusandum non admittitur, c.legitima,de accu.

Fallit in 4.casib.vt per Fel.in dicto capit.si legitima.

Familiaris potest accusare.Doctor.in ca. nulli. de accu.

Fallit in 5.casib.vt per Fel. in d.c.nu.6.

Absolutus de certo crimine,amplius accusari non potest.no.in.c.de his,de accu.

Fallit in 10.casib.vt per Fel.in d.c.de his quãdo enim causa finitur per sententiam, tunc præiudicatur omnibus aliis,qui amplius non possunt accusare.Fallit in 4.casibus,vt per.Ioan.Bolog.in l.transigere,C.de trans.nu. 64.

Si iudiciũ est finitum alio modo quàm per sententiam, tunc alij non prohibentur accusare. Fallit in 2.casib.vt per Io.Bolog.in d.l. transigere. numero 65.

Accusatio nõ procedit mortuo reo,quia mors omnia soluit.§.deinceps.§.in Auth.de nup.

Fallit in multis casi. vt per Mars. in l.qui falsã. §.accusatio,nu.8.ff.de falsis,& crimina morte extinguuntur.l.1.C.si reus vel accusator.

Fallit in 5.casib.vt per glo.in c.interdictũ.Inst. de hæred.quæ ab intest. Fallit in 9. casib. secundum glo.in l.ex iudiciorum,de accu.Fallit in 12.casib. vt per Mars.in l.qui falsam.§.accusatio. nu.8. ff.de fals.

Don.Fina,lib.4.

ACCVSANS aliquem tenetur se inscribere ad pœnam talionis.probatur hæc regula in l.fin. C. de accus.& in Auth.sed nouo iure. C. de adulter. per totum.C. & ff.ad Turpil. & de calumniat. de iure Canonico probatur in c.j. & ij.q.iij.& in ca. j.ij.& iij.& iij. v. q.6.in c.qui crimen.2.q. 8. de iure Regio probatur in l.5.& 7.tit.xx.li.iiij.fori.& in l.xix.& xxvij.titul.j. par.vij.& l.xcij.styli.& ita concludit Iason in l. transigere.nu.3. C.de transact. & in cons.2.nu.11.volu.j. Alex.in consi.xj.nu.7. vol.1. hanc dicit communem opinionem Matthæus de Afflictis in const.Neapol. lib.1rub.14.nu.49. & in eod.lib.rubr.21. numero 5. Et dicitur ille calumniator,qui falsa crimina scienter proponit ,vt probat tex.in cap. si quem.in §.notandum.2.q.3.& in l.1.in §.calumniari. ff. ad Turpil. ita concludunt Felinus & Ioan.de Imo.nu.1.Rubr. de calũniat.& ibi doct.Bart.in d.l.1.ad Turpil.Bernar.de Luco in practic.cap.59.& sic propriè dicitur quis calumniari, cùm quis ex certa scientia iniustè agit,vel resistit: ita tenet Spiegel.in lexico iuris,in verbo calumnia.Alciatus in l. si calumniatur. ff. de verb.signific.& ista pœna talionis fuit in leg. veteri constituta,vt apparet Exod. xxj.c. Deuterono. xix. postea fuit translata ad leges xij.tabularum, vt patet in tit.xj.de iniuriis.teste ibi Spiegel.& Ioan Oldendrop.num.4.& sic constat legislatores diligenter legisse tabulas Hebræorum: postea tamen fuit reuocata prætorij iuris clementia, vt testatur Aulus Gellius libro xix. noctium Atticarum, vbi assignat duas rationes, scilicet incommoditatem legis & rependendæ pœnæ, id est retaliandæ difficultatem. de qua pœna meminit diuus Augustinus in capitul. pen. decimaquarta quæstion. prima, sed de iure Canonico & Ciuili, vt suprà patet, fuit introducta.

Quam regulam limita quatuor modis, vt per glos. in l. 3. C. qui accusare non possunt. in verbo pagina.quas ampliori stylo sequutus est Hosti. in c. super his de accusat.Lucas de Pẽna ponit alias limitationes

rationes ad hanc Regulam in rub.C.de delat.libro x.& melius quàm alibi limitat hanc Regulam xviij. modis, vbi latissimè prosequutus est hanc materiam Ioan.Igneus in l.fideicommissum.numero 119. vsque ad numer.163.ff. ad senatusconsultum Syllanianum.

Est tamen notandum quòd de consuetudine prædicta Regula non seruatur, & sic valet consuetudo per quam pœna talionis est sublata: ita tenet Bartol.in l. si cui.ff.de accus. quem sequũtur Angel.& Salic in Authen. sed nouo iure.C.de adulteriis. Hippol.de Mar.in pact.crim.§.sequens. numer.21.Lancel.Decius in l.transigere C. de trans.Philip. Decius eius frater in l.si fugitiui.numer.22. C.de seruis fugit. Nicolaus Belon. in consilio xliiij.nume.32.Felin.in ca. super his,num.5.de accus.Andreas Alciat.in lib.viij. Parergôn.ca. viij. Ratio est, ne propter antiquum rigorem accusatores retrahantur ab accusando, & sic delicta remanerent impunita,contra text.in l.ita vulneratus.§.pen ff.ad leg.Aqui.in c.vt famæ.de sententia excom. & hanc opinionem firmat esse veram Mattheus de Affl.in const. Neapo.libr. j.rubr.lj.nu. 1.& in lib. ij.rubr.xiij.numero. 5.

Quod tamen in testibus non habet locum, sed procedit nostra Regula: ita probat tex.in l.j.§.prætereà. ff.de sicariis. vbi probatur quòd falsus testis.in causa homicidij punitur tanquam homicida,si dolo malo deponat:& ita per illum tex.tenet Bal.in c.j in §. iniuria.de pace iura.firm.in vsi.Feu.& in l.ij C.de rebus creditis.Corset.in fin.incip.testis.el xij.Ias in l. & si lege.num.5.C.si contra ius vel vtil.pub.& in l.si duo patroni.§.fin. nume.5.ff. de iureiurand. in §.itẽ si quis postulante:numero sexagesimoquarto.Instit. de actio.Bartho. Chas.in consuet. Burgund.rubr.j. in titul.des iustices, numero 15.pro quo est gloss.in cap. rex debet furta.xxiij. quæstio. v. probatur de iure nostro regio in l.xxvj.titul.xj.parte iij.& in l. lxxxiij.Tauri.

ACCVSATIO facta de crimine,vel inquisitio,tãquam commisso certo tempore, vel loco, si probetur de alio tempore vel loco,deber sequi absolutio.hæc regula probatur in l. denuntiasse.in §.quid tamen.ff. de aeul. ponitur per doct.in l.si per alium. in §.docere.ff. ne quis eum qui ius vocatus est vi eximat. Ias.in l.interpositis.C.de trans. Florianus in l.si cui. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. Angelus in l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de iis, qui not.infam. Canonistæ in capitul. licet causam. de probationibus.

Limita primò quando locus, vel tempus non esset variabile: quia esset impossibile quòd sit nisi vnum: quia tunc licet non probetur locus, vel tempus in accusatione deductum, debet sequi condemnatio, ex quo locus vel tempus non alterat ipsum factum vel pœnam: ita tenet Angelus de Perus. in dicto §. quid tamen numero 4.

Secundò fallit, quando inquisitus esset confessus delictum. ita tenet Angelus in l.si vacantia.vers. quæro si inquisitus.C.de bonis vacantibus. lib.x.de quo vide Bald.qui videtur aliter dicere in l.quoniam.in si. ff.de iis,qui not.infa.

Tertiò limita, quando in inquisitione esset clausula, quæ communiter solet apponi,videlicet,super quibus omnibus& singulis procedere intendit simul & diuisim,& omni meliori modo quo potest.ita tenet Bal.in l.& si seuerior.C.quibus ex cau.itro.infa.Flo. in l.in delictis.in §.si detracta.in fine.ff.de noxa.Angel.Are.in tract.maleficiorũ, in parte, super quibus omnibus & singulis.nu.4. P.Duen.reg.27.

¶ACCVSANS aliquem in libello si petit eum condemnari secundum formam statuti, si statutum nihil disponat,condemnabitur tamen secundum formam iuris cõmunis,ne delicta remaneãt impunita. Bald.l.3.C.de nupt.Ias.l.admonendi.lectura 1.nu.34. & lectura 2.num.30.ff.de iur.iur.Abd.c.cum Bertoldus,de sent.& re iudic.c.inter cæteras,eo.tit.Socin. cons.63.numer. 7.libr 3. consil.27.col.4.vol.4.Paul. cons.283 Gratus con.105.nu.3.lib.2.dummodo probet. Seb.Medi.re.10.

¶ACCVSANS alium iniustè ad mortem xl.diebus in pane & aqua per septem annos ieiunet & pœniteat: & hoc si accusatus est occisus. Si autem tantùm mẽbrum perdiderit triennio pœniteat.

Extr. de accus.accusasti. Host.verò & Ioann.de Deo in ieiunando intellexerunt quòd primus pœniteat per septem annos: quolibet anno ieiunando xl.diebus in pane & aqua. Secundus verò per tres annos. Gu.verò Duran.intellexit prout litera magis sonat, scilicet,quòd primus ieiunabit xl. diebus in pane & aqua siue continuè siue interpolitè: & per septem annos ieiunabit & pœnitebit:non tamen in pane & aqua: sed ad arbitrium presbyteri. secundus verò per tres xl.prima ante natalem Domini,secunda ante pascha, tertia ante S.Ioãnem. Has enim instituit. B.Petrus vt habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua.Probantur hæc secundum Hostiens.xxij.quæst.v.c.j.ij.& iij. Viuiennus.

¶ACCVSATIO nulla est vbi nullum fuit repertũ crimen.no. Do. com. c.super his,de accus.l.ignorat.C. quia accusare non possunt.l. libellorum.ff.de accus. Host.in summa de accus.nu.3.dixi ego in meo tract. de fin.p.2. Defin.2.nu.1. Abb.Fel.Dec.& August. Ber.com.dicit.in rubr.extra eod.num.21. Angel.in tract. maleficiorum in tit.de accusat.numerotertio. Seb.Medi.re.6.

¶ACCVSATIO,seu actio criminalis,regulariter tollitur spacio xx. anno. casus est notabilis in l.querela. C.de fals.qui à Bald.& Angel.ibi commẽdatur. Vide Hispane l.v.tit.vij.part.vij.

Amplia hoc procedere, etiam in inquisitione quæ fit offic.iudic.

Limita nouem modis, vt per Fran. Balb. in tracta.de præscript. in iiij. parte, quartæ partis principalis B.Dias.

¶ACCVSATIO. Qui semel ab accusatione destit.ad eam non admittitur amplius l.qui destitit.ff.ad sen. Cons.Tert.l.si maritus. §.si negauerit.ff.ad l.Iul. de adult.l. abolitionem. C.eodem titul.l.accusation. C.qui accus. non possunt.l. postquam. C.de pact. Bald.dicta.l. Accusationem.item accusatio, cuius accusator abolitionem impetrauit amplius repeti non potest.l.prima.C.de Aboli.l.quamuis.l.si is.C. ad sen.con.turp.l.mulier.§.1.ff.eo. Med.reg.3.

¶ACCVSATIO.Sine accusatione nemo damnatur.de iniur.scripto.§.si quis accusatorem. Riisvvich.

¶ACCVSATIO morte soluitur cũ instantia,& omnia acta ante sententiam, decisio.decimaquarta.titu. vt lite penden. numero 3.in nouis, not.c.verum.de cond.appos.c.accusatus. §.penult.de hæret 6 glo.c. à nobis.il 2 ver.mors.de senten. excommu.l. si pat. ff.si penn.appel.mors interu.l.j.& sequen. C.si reus vel actor mort.fuer.vbi.Azo num.1.in Summa dicit hoc procedere,vbi accusator moritur:nam eius hæredes prosequi non possunt accusationem,seu que-

relam, sed bene ab altero poterit accusari, l.diui. ff.de accusat. Item hoc idem procedit in accusato mortuo, nisi bona fisco applicentur. Tiraque.l.si vnquam versicul.reuertatur. numero 241.C.de reuoc. donation. Gomes.c.dilecti.& cap.primo, numero 8. de delict.Iul.Clar.Alexand.in pract.§.fina.quæst.51. Secūdò fallit in crimine læsæ maiestatis. Hier. Gig. in tract.de crim.læsæ maiest.q.23.num.24.Iul.Clar. in pract.crim.§.læsæ.vers.itē. Tertiò fallit in crimi. hæresis, l.ex iudiciorum. ff.de accusa.l.apostatarum. C.de apostat. Quid si moriatur accusatus appellatione pendente? Respond.idem esse quo ad crimen, sed quo ad bona, siquidem fuerint adempta expressim, perficienda erit appellatio, si autem erint adem pta tacitè, extincta causa principali, extinguitur quæstio bonorum, l.fin.C.si reus vel accus.not.l.1.C. ne ex delict.defunc.Iacob.Conc.in addit.ad Bartol. l.diui.num.1.ff.de accus.Bar.l.si quis actiones.num. 8.ff.de priuat. delict. Si tamen hæres probet accusationem factam per defunctum, habebit præmium statuti.Ioan.l.si decem.ff.de verb.oblig. Item accusare potest de furto defunct. Bar.l.fi.ff.de priua.del. not.c.quorundam.23.dist.§.per contrarium.Inst.de hæred.quæ ab intesta.defer.Feli.c.super his.nu.5.de accus.not.l.Caius.ff.ad Syll.dixi ego in tract.de leg. & statut. pag.4.q.30.num.5.ca.sanè.24.q.2.c.neque. 88.dist.l.si ff.de mor.eorum.Boer.decis.259.num.11. l.ex iudiciorum.ff.de accus.Craue.cons.119.nume.3. not.l.aut priu.ff.ad Turp. Doct.l.si quis post.l.qui à latronibus.§.fi.ff.de test. Vant.in tract.de nullit.in tit.de null. Ex defectu iuris.nu.106.l.in summa.§.fi. ff.de regul.iur.l.Paul.ff.quæ sent.sine appel.rescind. Capit.decis.1.numero 26.Doct.Com.l.eius qui.ff.si certum peta.Marsil.l.qui sine.numer.17.ff.de quæst. dicam inferius in versicul.crimen, & in versicul. delictum. Medices tract.mors. om.sol.2.par.

¶Accusatio, & Excusatio. Qui non possunt de symonia argui, vel accusari: qui ordinationem facit vt recipiat prædia Ecclesiastica.

ff.quæ in fraud.cred.l.pupil.
ff.de vsur.l.creditor qui vi.§.vlt.

Qui non possint.&c.) Hæc est nota.

Excusatur quis à delicto ratione iuris quod in se habet.

ff.pro socio.l.merito.

Accusatio non tollitur tempore: quia crimina non extinguuntur morte.

In inst.de hær.quæ ab intest.§.per. Contra.
C.de hæret.& Manich. l.Manichæos.
C.de apostatis.l.apostatarum.
C.si reus vel accus.l.de func.
ff.de his quib.vt indign.l.1.
ff.de publ.l.continge.§.illi.
ff.de accusat.l.duo.
ff.ad Pompe.de parricid.l.vlt.
ff.de fals.l.qui falsam.
ff.ad l.iul.pecul.l.vlt.

Contra.

C.de inof. test.l.si quis filium.in fi.
C.de impuber.& al.subst.l.quamuis.
ff.de calum.l.in hæredem.
ff.de diuers.tempo.præscr.l. præscriptionibus.
ff.de iniur.l.si tamen.
ff.ad l.iul.de adult.l.si tamen.

Accusatio, &c.) Accusationes omnes limitatæ sunt spacio viginti ānorum, nisi in quibusdam aliud specialiter dicatur: quod dic, vt notaui C.ad legē Corne. de fals.l.querela. Nec obstat quod dicitur in contraria Rubr.in C.de inoffic.testam.l.si quis fi.& de impuber.& ali.subst.l.quamuis.nihil enim video eas ad rem facere: morte autem omnia crimina extinguuntur: nisi crimen læsæ maiestatis, & repetundarum, & apostatatus, vt ff.de accusationib.& inscript.l.ex iudiciorum, & C.de apostat.l.2.& l.apostata, in fine legis. Azo rubr.86.

Subscribere debet qui accusat, sese ad similem pœnam velle obligari.

C.de fid.instrum.l.2.sed Io.contrà.

Non excusatur, qui propter factum suum incidit in delictum vel damnum.

ff.qui satisd.co. l.fideius.l.si necesse.
ff.si quis caut.l.2.§.quod diximus.
ff.ad l.Aquil.l.idem iur.
ff.pro socio.l.verùm.§.tempore.
ff.de act.& oblig.l.4.
ff. de act.empt.& vend.l.iul.§.idémque.
ff.de adult.l.mater autem.§.miles.
In instit.quib.mod.re contrah.§. item.
In Decret.dist.50.clericus.

Diuersæ species vocationem non prosunt ad excusationem.

ff.de numero tut.l.si tres.
C.de vsur.l.vsuræ.
ff.de verb.oblig.l.si ita stip.§.Titius.
ff.de procur.l.non tantum.

Sed quæ non prosunt singula, multa iuuant, vel duo imperfecta vnum perfectum faciunt.

C.de procur.l.neque.
C.de agric.& cens.l.causa.& l.sancimus.
C.quor.app.non recip.l.2.
C.de testamen.l.sancimus.
In auth.de instrum.cau.§.si verò.§.oper.

Non excusantur, &c. Diuersæ species, &c. Hæ sunt notæ.

Qui ius suum exercuit, à condemnatione & à delicto excusatur.

C.de adult.l.Gracchus.
ff.ad Trebel.l.de duc.§.qui post tempus.
ff.de lib.hom.exhib.l.3.§.si eum.
ff.de iuredict.omn.iud.l.si quis id quod.
ff.de in ius voc.l.communis libertus.
ff.de his, qui not.infam.l.libero.§.vlt.
ff.de rei vendic.l.is, à quo seruus.
ff.de bon.quæ liber.l.qui cum ma.§.si pater.
ff.de his quib.vt indig.l.in §.rectè.
ff.de aq.plu.arcen.l.1.addatur.§.quanti.
ff.de solut.l.stipulatus.§.si an.
ff.de fals.l.filius.§.1.& §.diuus.
ff.de reg.iur.l.is damnum.§.ad ea quæ non.

Contra.

C.de accus.l.non ideo.
C.de rap.virg.§.sin autem.
ff.ad l.Aquil.§.manci.
ff.de peric.& com.rei vend.l.eum qui.
ff.de vi & vi arm. l.1.§.quoties.
ff.quod vi aut clam.l.si ego tibi.
ff.de act.& oblig.l.seruus non in omnibus.
ff.de iniu.l.non solùm.§.1.& §.si malo.
ff. de iure fisc.l.1.§.diuus Pius.

Ius suum, &c.& contra.) Si hæc Rubric.bene intelligatur, non recipiet contrarietatem, id est, vt in eo quod quis iure suo faciat, non patiatur pœnā, Exemplum

plum optimum, C. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus. Sin autem ius in alio vel ad aliud faciendum quis habeat, non ideo minus tenetur. Et ita soluuntur leges contrariæ Rubricæ. Azo rub. 86.

Quando ex sola suspicione debet purgari innocentia.

¶ Actionem vbicunque in ciuilibus, lex vel statutum non dari dicit, ope exceptionis intelligitur, nõ autem ipso iure: tenet Bar.per tex. ibi in l.1.§.sublata.iuncto principio illius l.ff.ad senatusc. Treb. vbi & Ang.& alij. Idem Bar.in l.j. per illum tex.cum gl. ff.de iureiur.& in l.cùm lex.ff.de fideiusso.& in l.1. per illum tex. ff.ad Maced.& hanc regulam confirmat, & defendit Ias.in d.§.sublata.

Limita dupliciter, vt per Ias. ibi, in lectura duplici illius §. I.B.Dias.reg.13.

Actione populari potest quis conueniri pro damno dato à tertia persona. Doc.omn. l.1. & seq.ff.de popul.act. quod intellige dummodo pecuniaria petitio competat cuilibet de populo, non in pœna corporali. Alexand.l.sæpe.nu.33. ff.de re iud.in termin. huius reg. Med.reg.8.

¶ Actione pœnali sublata, durat hypothecaria. Hanc regulam ponit textus in l. intelligere. C. de luitione pignoris.

Ampliatur primò, vt etiam procedat in præscriptione: quia sublata personali per præscriptionem triginta annorum, iuxta l.sicut. C.de præscriptio. xxx. vel xl.annorum. hypothecaria, quæ aliquando durat longiori tempore, durabit adhuc donec durat eius vita: iste est tex.& ibi glo.in iij.exemplo, quam ibi sequuntur Bal.& Salyc.in d.l.intelligere. Paul.de Castr.in l.eos, qui nu.2.C.de vsu.

Secundò amplia, vt procedat, si personalis esset sublata confusione, scilicet, si creditor successisset debitori, & esset grauatus per fideicommissum de restituenda hæreditate alteri: quo casu actio personalis esset confusa per aditionem, vt in l.debitori. C. de pact. tamen tunc hypothecaria remanet, vt in l.debitor. ff.ad Trebel.& notat Alexan. in d.l. debitori. & est tex.& ibi gl.in l.ex sextante.§.Latinus. ff.de except. rei iudic.gl.& Bal.& Salyc.in d.l.intelligere.

Tertiò amplia vt procedat etiam sublata obligatione fideiussoria: quia durat etiam hypothecaria, vt fideiussor, qui pro me intercessit, & dedit etiam pignora meo creditori, instituit me hæredem: nam dum ego succedo meo fideiussori, extinguitur dicta obligatio fideiussoria, ita quòd creditor meus non poterit me heredem fideiussoris mei conuenire obligatione fideiussoria, cùm illa sit sublata per confusionem: sed obligatio hypothecaria, qua res data est pignori à meo fideiussore adhuc durat, & creditor poterit agere contra me hypothecaria ad dictam rẽ: vt est text. in l. cùm quis.§. fina. & ibi hóc declarat Barto.ff.de solut. Ratio est, quia obligatio fideiussoria nec à principio nec ex postfacto stare potest sine principali. ita notatur in l.si hæres pecuniam.ff. ad Trebellian.sed hypothecaria potest stare sine principali ex postfacto, licet non à principio, vt in l.non intelligere.C.de luitione pignoris.& ita tenet Pau. de Cast.in l.fi.C.de fide instrum.

Fallit primò, quando sententia absolutoria lata est in fauorem debitoris contra creditorẽ: quia per eam tollitur obligatio principalis & hypothecaria, vt in l.deferente.ij.respons.ff.quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.

Secundò fallit si creditor deferat iuramentum, & debitor iurat se non esse debitorem: quia tunc non solùm non tollitur obligatio principalis: sed etiam hypothecaria: vt in d.l.deferente.& in l.soluitur.§.fi.ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur.

Tertiò fallit, quando principalis actio seu obligatio tollitur per pactum seu conuentionem, quia tunc intelligitur etiam sublata hypothecaria vnà cum ea. vt in l.soluitur. in princip.& in §.j.ff.quib .mod.pig. vel hypothec.soluitur.& in l.cùm soluendæ.ff.de distract.pignor.

Quartò fallit, si debitum solutum fuit creditori, vel etiam creditori creditoris, vel alio modo satisfactum de voluntate creditoris, vel si ad tempus fuit obligatum certum pignus, vel sub aliqua conditione quæ posteà non fuit verificata, nec euenit: istis enim casibus sicut tollitur obligatio principalis: ita hypothecaria: vt est text.iuncta gloss.in l.item liberatur.in princ.ff.quib.modis pign.vel hypothec. solui. habetur per glos.& Salycet. in dict.l.intelligere. P.Duen.reg.17.

Actiones contrariæ quæ electione tolluntur, nec in eodem nec in diuersis libellis admittuntur. probatur hæc Reg.in l.j & ibi gl. C.de furt.& in l.quod in hærede.§.eligere.ff.de tribut.in l.cum filius.§.variis.ff.de leg.ij.& in cap.solicitudinem.el j.de appel. & in cap.j. de postulatione prælatorum.libr.vj.& in cap.gesta.lxxi ij.distinct.& in cap.quemadmodum. xxiij. q.vij. cum aliis iuribus similibus adductis per glos.in d.l.j.

Limita hanc Regulam vndecim modis, vt per Marianum Socinum in c.dilecti.num.35. vsque ad numer. 45.de libelli oblatione. P.Duen.reg.14.

¶ Actiones plures eodem libello proponi possunt. fa.her.l.hæredes.§.1.25. Riisvvich.

Actiones tres, videlicet personalis, rei vendicatio, & hypothecaria, competunt pro omnibus legatis, & fideicommissis.text.est in l.j.C.commu. de leg.& in §.nostra autem.Inst.de legat.

Amplia dupliciter, & limi.vij.modis, vt per Ias.in d.l.j. Et vide Iaco.de Nigris in repet.l.j.ff.de leg.j.vbi in materia huius regulæ facit aliam: scilicet, actio ex testamento competit pro legato, vbi est validum de

iure communi,& concernit vtilitatem alterius: quã tandem ampliat quinque modis, & limitat septem aliis, quem etiam vide ponentem octo casus,in quibus actio hypothecaria non competit pro legatis. I.B.Dias.reg.13.

¶ Actiones. Parens,filius,seruus,frater,eorúmque actiones.

Argumentum,ꝙ filius contra remissionem patris iniuriæ possit venire.

ff.de inoffic.testam.l.pen.
ff.de pact.l.si vnus ex.§.inter ius pu.
ff.de appel.l.non tantum.
ff.de adult.l.si maritus.in fin.
ff.ad l.Iul.de vi pub.l.quod cæcum.§.fin.
C.de episcopis l.si quis in hoc. Azo.ru.35.

Argumentum quòd non possit.

ff.de reg.iur.l.bona fide,& l.nec ex prætorio.
ff.de iniur.l.sed si vnus.§.filia.
ff.de iud.l.si longius.
ff.ad Sylla.l.Diuus.

Vt filius contra remissionem,&c.) Vt in contraria Rubrica dicitur,certum debet esse cuilibet, filium vel alium admitti non posse ad actionem iniuriarum, patris nomine, cum pater remisit iniuriam: est autem prima accusatio,& crimen.vt C.de iniur.l.iniuriarum. In publicis autem criminibus aliud est, vel in casibus,quos cuilibet permittitur exercere.& ita intelliguntur pleræque leges huius Rubricæ.vt ff.ad l.Iul.de vi pub.qui accusare.de adul.l.si maritus. §.si sine.& C.de episcopis & clericis. l.si quis in hoc. & ff.de appella.non tantum. Nec obstat,quod dicitur.ff.de inoffic.testamen. l.penult. quia ibi sequens suo nomine ad querelam admittebatur: hic autem filius patris nomine non habet iniuriæ actionem. Azo rub.35.

Qui repudiat hæreditatem,non repudiat emphyteotica, quæ sunt in patris patrimonio.

C.de interdict.l.1.
C.de manumiss.l.libertatem.
C.de fund.patr.l.fundum.
C.de collat.l.patri.
ff.de verb.sign.l.horum.§.1.
ff.de bon.poss.l.bon.
ff.vt in poss.leg.l.hæres cui.
ff.de acquir.rer.dom.l.tenet in bo.
ff.de adopt.l.si arro.§.si autem.
ff.de verb.obl.l.stipulatio ista.
ff.ad Trebel.l. quamuis cog.§.sed &.

Qui repudiat hæreditatem,&c.) Hæc est nota,non generale:& puta eam esse falsam:debet enim ita dicere: Qui repudiat hæreditatem, videtur repudiare emphyteosim:quia res data,hæreditatis appellatione continetur: vt ex legibus sub ea positis continetur.

Adiectio.

Hæc valent ad quæstionem,qua dicitur,an feudatarius creditoribus teneatur, cum cæteris bonis paternis repudiet.Potest enim militiam habere,nec creditoribus tenebitur,vt in Authen.de exhib.reis.

Causa.

Quòd si dominus accepit pecuniam, vt seruum manumitteret suum,ab ipso seruo, cogetur eum manumittere.

In Inst.de nox.§.dominus.
ff.de acquir.hær.l.seruum.§.si quis.
ff.si lib.ingenuus esse dicatur.l.1.
C.de lib.caus.l.cùm affirmes. Azo rub.33.

Facta parentum filiis nocent.

C.de acquir.possess.l.vitia.
C.ad l.Iul.maie.l.quisquis.
C.de murileg.l.edidimus.
C.de mulier.quæ ser.propr.l.1.
C. de agr.& cens.l.cum scimus.
C.de quæstio.l.milites diuo.
C.de bon.pos.l.pen.in fi.& l.pri.
ff.de euict.l.si pignora.§.6.
ff.de vi & vi arm.l.interdicto.
ff.de ritu nupt.l.in sub.
ff.qui bon.ced.pos.l.3.

Contra.

C.de inof.test.l.si quis sub.in fin.
C.de postlim.reuers.l.1.
C.de reuoc.don.l.his solus.
C.de transaction.l.transactio matris.
C.de quæstion.l.diuus Marcus.
C.de pœn.l.sancimus.
ff.de excus.tut.l.diximus.
ff.de probat.& profess.l.vlt.§.1.
ff.de pœn.l.moris.§.pen.& l.crimen.
ff.de statu ho.l.& seruor.quidẽ.§.ingenui sunt.
ff.de adult.l.miles.§.defunct.marito.
ff.quod quisque iur.l.illud nomen.
ff.de ritu nupt.l.generali.§.vlt.
ff.de deport.& rel.l.eum qui.
In Auth.de incest.& inutil.nupt.§.si verò.

Facta parentum filiis nocent.)Regulare est, vt delictũ parentũ filio non noceat.vt ff.de pœn.l.crimen.& vt in contraria Rubrica cõtinetur.Fallit autẽ in crimine læsæ maiestatis.vt C.ad l.Iul.maiest. l.quod quis. & aliàs.vt C.de mulier.quæ prop.seruis.l. & C. de quæst.l.diuo Mar.Item fallit, vbi res est vitio affecta:vt ff.de acqui.poss.l.vitia.& tũc idẽ esset in quolibet extraneo,quod in filio. Itẽ nocet,vt teneatur, in quantũ ad eũ peruenit.vt ff.de vi & vi.arg.interdum.hoc,si nascatur actio ex delicto:aliud,si ex contractu.ff.de ac.& obl.l.exposita.& l.ex contractibus.

Quando filiusfamiliàs conueniri potest.

ff.de minor.l.denique.§.verum.& §.quòd si.
ff.de pet.hæred.l.si à domino.in prin.
In Instit.de nox.in fin.tit.
ff.de act.& obl.l.filiusfam.ex.
ff.de nox.act.l.quoties.
ff.de pecul.l.si quis cum fi.
ff.de his,qui deie.vel effud.l.1.§.filius.
ff.de fideius.l.si dubitetur.§.filius.
C.de secund.nupt.l.hac edictali.§.vlt.

Quando filiusfamiliàs conueniri potest.) Malè dicit, quando: quia ex communi causa conueniri potest, vt paterfamilias.vt ff.de act.& oblig.l.filius.& vt in legibus sub hac Rubrica positis dicitur. Hodie tamen solus pater conuenitur, si nomine rerum filij cõueniatur,in quibus habet vsumfructum:alioquin filius, patre tamen consentiente. vt C.de bon. quæ lib.l.vlt.§.vlt.& primo responso. Azo rub.35.

Quando filius admitti debet ad vtriusque matris successionem,facti qualitate proposita: eadem est quæstio,si vnum ex pluribus interfec.sed fuerit neci.

ff.de quæst.l.1.& 2.
ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus.
ff.de bon.secund.tab.l.qui ex liberis.
ff.de inter.act.l. qui seruum.

Contra.

ff.de iur.iur.l.si duo.

ff.de

ff.de test.tut. l.duo sunt Titij. cũ suis cõcordã.
ff.de cond.& demonst.l.Titio.

Quando filius admitti debet ad vtriusque matris successionem, &c.) Filium debere admitti vtriusque matris successionem, facti qualitate non proposita. Minus discretè hîc ponitur quæstio. Fingas igitur, prout verisimile esse videtur, secundum quæstionẽ, quòd quidam à duabus meretricibus, tanquam filius detinebatur: vtraque dicebat, suum esse filium: hic vtramque dicebat suam matrem esse: decedit vtraque: hic vtriusque successionem sibi vendicat, vt filius. Illud satis dici potest, vt simul petat vtraque, repellitur, quasi impossibile prætendat, ꝙ filius sit duarum fœminarum, ita quasi ipsi sit contrarius, cum hic dicit, se esse filium huius, ergo dicit, se non esse filium illius: & ideo debet repelli. vt ff. quand. appel.sit.l.2.& de procur.l.Pompon.§. sed & is qui. vel ratione incertitudinis, vt in contraria Rubrica: quia non implet intentionem suam.vt C.de rei ven dic.l.res.Si verò vnam primò petit, & obtineat, & aliam petit, non obstat ei prima allegatio: quia in alio iudicio est facta.vt ff.de inoffi. testam. l. Pap.§. si is in pu.& quia potius debet ad hæreditatem vtrãque admitti, separatim tamen, vt dictum est: quoniã ab vtraque, ratione incertitudinis, repellitur, vt in hac Rubrica dicitur. Azo, rub.35.

Filius viuente patre, dominus dicitur.
In Instit.de hær.qual.§.sui.
In Insti.de hær.quæ ab intest.§.sui.
ff.de lib.& posthum.l.in suis.

Filius viuente patre, dominus dicitur.) Subaudi, quasi dominus quia inde alitur, & gubernatur: & quia spẽ habet, quòd patri succedat: nec enim verè dicitur dominus, cum pater de iure naturali & ciuili, insolidũ sit dominus: duo enim in solidum domini esse non possunt: vt suprà in illa Rubrica continetur, Quòd maritus, &c. Azo, rub.35.

Fratrem fratri in emphyteosi succedere, non dominũ, post diuisionem vel successionem: videtur ergo, ꝙ locus sit accusationi: sed non quidem in feudis.
In Instit.de leg.§.si eadem res.
In Instit.de assigna.liber.in prin.
ff.de vsuf.ac.l.inde Neratius.§.& non solum.& l.si mulier.
ff.quib.mod.vsufr.amit.l.2.in prin.

Fratrem fratri, &c.) Hanc Rub.non intelligo: est igitur stultè posita.ff.de testam.l.dominus. Azo, rub.35.

Quòd ille, qui tenetur quartam communicare, teneatur vsufr.communicare acquisitum.
ff.de acquir.rer.dom.l.si is, qui secundum.
ff.de dam.infect l.damnum.§.flumen.
ff.de ser.expor.l.Titius.

CONTRA.

ff.de verb.obl.l.cùm seruus.
ff.de collat.Auth.
ff.de suis & leg.in testamento.

Quòd ille, qui tenetur, &c.) Hanc Rubricam non intelligo, scilicet in cuius persona, & in cuius facto contingat: in genere tamen possum respondere: quia si bona, vel partem meorum teneor dare, & vsufruct. continentur.vt ff.de bon.aut.iud.pos.l.in venditione.& de vsufru.l.in multis casibus. Leges autem in contraria Rubrica positæ, nõ obstant in aliquo.quia nihil rem tangunt. Azo, rub.35.

Per filium lucrantem ex pecunia, à patre profecta, patri lucrum quæri & communicari.
ff.de petit.hær.l.si & rem & precium.

Sed si dubitetur, vnde quæsiuit: quid præsumetur? dicunt quidam, quòd ex re patris.vt ff.de donat. inter vir. & vxor.l.quintus.& non aliunde.arg. C.de arb. l.si defunctus.sed Io.respiciebat personam filij, aut scit acquirere, vel non.
ff.de vsufr.l.ex re fruct.
ff.de peculio.l.si seruus eo tempore.§.etiam.
ff.de in rem vers.l.si filius.
ff.de pig.l.cum taberna. Azo, ru.35.

Nec acquiri, nec communicari.
In Insti.per quas pers.nob.acq.§.hoc quoque.
C.de bon.quæ li.l.cùm oportet.§.cum autem.
C.de emancip.lib.l.vlt.

Per filium lucrantem, &c.) Indubitanter verum est, quòd sicut ex suis rebus pater quærit, ita & si occasione rerum suarum filio quid obueniat. vt in hac Rubr. continetur.vt ff.de nox. l.si in re communi & in Inst.per quas pers.acqui. §.igitur liberi. leges autem inductæ in contraria Rubr. in nullo contradicunt. Azo, ibi.

Differentia inter filium & seruum.
ff.de procura.l.seruum.
ff.de pecul.l.in depos.
In Instit.quod cum eo.§.illud.
ff.de acquir.pos.l.quod quid.
ff.de stip.seruorum.l.si seruus communis.

Differentia inter filium & seruum.) Hæc est nota, non generale: negari enim non potest, quin seruus differat à filio in casibus: vt in ll.sub Rubrica positis continetur.sed in plerisque conuenit, vt in Instit. quòd cum eo.in prin. Azo, ru.35.

Ea quæ facti sunt, per seruum domino non acquiri.
In Instit.de stip.§.seruo.
ff. de solut.§.si Stichum.
ff.de cond.& demon.l.quod hæredi.
ff.de euict.l.minor.§.si seruus.
ff.de adim.leg.l.legatum.

Ea quæ facti, &c.) verum est, quòd quicquid per seruum quæritur, domino quæritur, vt ipse experiatur, & commodum sentiat, & quicquid velit, faciat: hoc, si datio, vel aliquid quod iuris sit, contineatur in stipulationem, puta iter vel actum est stipulatus, vel vsumfr. vel vtifrui.vbi autem factum continetur in stipulatione, quod certæ personæ concessum ab alio prædictis modis, quæritur patri, non tamen vt ipse faciat: vt in hac Rubrica continetur. Azo, rub.35.

Seruus sine domino est.
ff.de nox.act.l.si seruum.
ff.de lib.caus.l.si vsum.

Seruus est, &c.) Hoc verum esse dico, etsi habeatur pro derelicto: licet quidam dicant, eum eripi ingenuitate. arg.in auth.de nup.coll.4.§.si verò ab initio.&§. multo potius.Sed certè ibi non loquitur, nisi de seruo languente: quod etiam dicitur in C. de Lat.lib. toll.§.sed sancimus. Azo, rub.35.

Factum filij patri non nocet.
ff.quod quisque iur.l.pen.
ff. de excus.tut.l.diximus.
ff.de pœn. l.moris.l.filius.§.ius.
ff.de adult.l.defunct.
ff.de in ius vocan.§.adopti.
ff.de probat.l.etiam.& l. vlt.§.1.
ff.de stat.hom.l.ex seruor.

Factum filij non nocet patri.) Vt puniatur per filium, vel vt sentiat damnum in paternis: vt in hac

Rubrica dicitur. In peculiaribus verò, etiam inuito patre, contrahendo obligat patrem. vt ff. de pecu. l. si seruus. §. vlt. Azo rub. 35.

¶ ACTIONVM vtilium sedes in l. 1. de act. & ob. Negatoriæ verò & confessoriæ ad l. si prius. de ope. no. nuntiat. Riisvvich.

¶ ACTIONIBVS bonæ fidei, veniunt vsuræ à tempore moræ, absque eo quòd lis contestetur. text. est in l. videamus. in princ. ff. de vsur.

Limita & intellige, quando tales actiones competunt contra eum, qui nullum ius habet: sed si competant contra eum qui mero iure habet ius, licet possit priuari eo, tunc vsuræ tantùm veniunt à tempore motæ litis. Hoc voluit glos. in l. prima. C. de his qui- bus vt indignis. & ibi ita declarat Pau. quem ibi refert & sequitur Iason. in fine. Ioan. Bern. Dias. reg. 14.

¶ ACTOR impeditus iusto impedimento, & necessario regulariter non tenetur mittere procuratorem. l. non exigimus. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio.

Fallit, quando causa est multum ardua. Doctor. dicto §. si quis in.

Fallit, si idoneus procurator inueniri in eo loco posset. Bart. l. idémque. ff. pro socio.

Fallit, quando causa cœpta esset, & pòst superuenisset impedimentum. text. l. eundem. §. j. ff. de legat. Bartol. l. fina. ff. de in integrum restitutio. Hanc autem fallentiam amplia etiam si causa esset solùm præparata: & reus sciebat, secundum Bald. in l. ab eo. C. quomodò, & quando iudex, per text. in d. §. j. nisi citò reus sit reuersurus. l. cùm antiquitas. C. de testamen. cum not. per Pet. & Cyn. vide de præmissis fallen. per Iason. & alios in d. §. si quis in iudicio. S. Ianua. re. 15.

¶ ACTOR in libello se referens ad instrumentum, in quo nihil reperitur, si tamen postea debitum probat per alias probationes, obtinere debebit, non obstante relatione instrumenti, in quo nihil reperitur. Roma. consilio 11. gloss. 1. l. admonendi. numero trigesimoprimo, & de iureiuran. vbi Ias. si vero non probabit, non auditur: quia relatio est in referente. Doct. com. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contr. emp. Port. consilio 32. nume. 17. Ruin. consil. 84. nu. 4. volum. 1. Dec. consil. 2. num. 18. Por. consi. 100. nu. 1. Paris. cons. 21. nu. 29. volum. 3. Med. re. 10.

¶ ACTOR indefinitè constitutus ad omnia constitui dicetur sicuti curator. l. 3. §. pupillus. ff. de tutelis. l. quod dicitur. ff. eod. l. curatorem. ff. de tutor. & curadat. ab his. Specul. in tit. de actore. nu. 9. per c. si Romanorum. 19. distinct. capit. 1. in fine. l. distin. c. quod circa, de priuileg. Med. reg. 2.

¶ ACTOR, REVS. Bonifac. Reg. xxxij.

Non licet actori, quod reo licitum non existit. Vide Dynum hoc loco. Viuiennus.

¶ ACTOR sequitur forum rei.

PRO.

C. vbi in rem actio. l. vlt.

11. q. 1. experientiæ.

Ext. de foro com. c. sanè. & c. cum sit generale.

CONTRA.

Ext. de foro comp. c. quòd clerici. & c. si.

Ext. de iur. patro. c. relatum.

11. q. 1. c. relatum.

C. de iurisd. om. iud. l. iuris ordinem.

SOLVTIO.

Regula præmissa vera est: fallit tamen in ecclesia, quæ malefactores & hostes suos sub quo mauult iudice, poterit conuenire, d. c. cùm sit generale. Illud autem c. relatum, loquitur secundum statum primitiuæ ecclesiæ, quòd eo tempore omnes causæ ad ecclesiam deferebantur. Damas. reg. 65.

¶ ACTOR & reus, l. 168. fauorabiliores rei. l. 171. in pari. l. 197. cùm par. l. 43. qui in alterius.

Actor in sua potestate habet, quando agere velit. de dolì exceptio. l. quinquagesimaprima, in fi. sup. l. 43. qui in alterius.

Prius actor debitorē amicè admonere debet. de iud. c. nouit. de ser. vrb. præd. l. quidam. C. de pig. act. l. debitores. de min. l. Aemilius.

Forum rei sequi debet actor. C. vbi & apud quē l. quoniam. de alien. iud. l. quia. C. vbi in rem act. l. fi. de foro comp. c. si clericus. c. cùm sit generale. 11. q. 1. c. experientiæ tuæ. cum seq.

Probandi onus incumbit actori. Instit de interdict. §. commodum. Inst. de legat. §. & verius. de proba. l. 2. C. eod. tit. l. actor. C. de episc. aud. l. si legibus. de probat. licet causam. Riisvvich.

¶ ACTORI non licet quod reo licitum non est, capitulo non licet. de regul. iuris. 6. vnde si denegatur reo potestas producendi testes post deducta testificata, neque actori fuerit licitum. §. illud. au hent. de testibus. item si reo non licet reuocare procuratorem post litem contestatam, nec etiam actori. l. post litem. ff. de procurat. vnde lex corrigens in actore extenditur etiam in reo. gloss. l. per interuallum. ff. de iudiciis: gloss. auth. qui semel, vers. triginta dierum. vbi doct. comm. C. quomodo, & quando iudex. Din. d. cap. non licet. numero secundo. Euer. in loco à correl. numero 7. Boer. post Din. d. cap. non licet nu. 5. Medices, reg. 9.

¶ ACTORE non probante, reus debet absolui, l. qui accusare. C. de edendo.

Ampliatur in duobus casibus, & limitatur in octo, à Ioanne Butr. Bald. & Sali. in d. l. qui accusare. vbi etiam Ioan. Bologn. ampliat in septem casibus, numero septimo.

Ampliatur in octo casibus, secundum Franc. Hercula. in tracta. de negati. numero 70. Ampliatur in sex casibus, & limitatur per Deci. in dicta l. qui accusare. Fallit in multis casibus, quos not. glo. in cap. primo, vt ecclesiast. benefi. Fallit in vndecim casibus, quos not, Speculat. in titu. de probation. §. probare. versic. tunc ad propositum. Fallit in duobus casibus, vt per Iaso. in dicta l. Ampliatur in duobus casibus, & limitatur in quindecim à Marsil. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion. vltra quos plures ponit Purpura. in d. l. qui accusare numer, 8. Fallit in vndecim casibus, quos not. Iacob. de Ptolemæis in l. admonendi. ff. de iureiurand. numero centesimo decimoquinto. Fallit vt not. Baptist. à Villaloþ. conclus. quadragesimaseptima.

Circa merita causæ pariter fauetur actori, & reo, not. in l. de die ponenda. ff. qui satisd. cogantur.

Fallit in 3. casib. quos not. Ias. in d. l. nu. 2. ver. capio secundum membrum.

Actor impeditus iusto, & necessario impedimento, tenetur mittere procuratorem: hanc esse communem opinionem attestatur Ias. in l. nō exigimus. §. si quis iudicio, ff. si quis caut.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. l. num. 8.

Actor

Actor vel reus in causis arduis nõ tenetur mittere procuratorem: hanc dicit esse communem opinionem Ias.in d.§.si quis iudicio,numero 13.vbi limitat in 4. casib.

Monachus non potest esse actor nomine proprio. no. in c.cùm dilecta,de ref.

Fallit in 8.casib. vt per Fel.in d.c.colum.23.Fallit in 5. casib. quos not. Benedictus Capra in suo tractatu reg.85.

Actor tenetur sequi forum rei,l.iuris ordinẽ. C.de iurisd. omn.iud.

Fallit in 8.casibus quos not.Socin.in tract. fallent.regul.10.

Fallit in 11.casib.quos not.Marian.Socin.in capit.cùm sit generale,de foro compet. Ampliatur in duobus casib.& limitatur in 3.per Alexan. Loscum in d.l.iuris ordinem, numero 8. Fallit in 52.casib. quos not. Speculator in tit.de competenti iudice, in §.generaliter.Fallit in 3. casib. vt per Bello. in suis conclusio.in littera A.in versic.actor. Fallit vt per Damas. reg.75.

Actor in actione proposita, & reo cognita, cogitur persistere.Auth.qui semel, C.quomodo & quando iudex.

Fallit in 4.casib.quos ponit Io.Franc. Purpur.in l. edita.nu.38.C.de edendo,vbi Io.de Vico Mercato ponit duas limitationes,nu.11.

Excommunicatus non potest esse actor. c. intelleximus,de iudiciis.

Fallit in 4.casib.quos not.Soc.reg.132.

Actori non prodest ius superueniens lite pendente, capit. fina.vbi DD.vt lite pendente,l.non potest,ff. de iud.

Fallit in 5.casib.quos not.Soc.reg.216.

Agere quis non cogitur ante tempus concessum à lege.leg.prima. C. nemo inuitus, l.creditor, C.de pigno.

Fallit in 6.casib.secundum Soc.reg.14.in addit.

Actori non licet quod reo est prohibitum,c.non licet, de reg.iu.

Fallit vt per Dyn.in d.c.

Actor debet habere probationes,l.qui accusare, C.de edendo.

Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Io.Bolog.in d.l.qui accusare,nu.3.

Actor tenetur edere reo ad exceptionem fundandam. Fallit in 7.casib.vt per Io.Bolog.in l.fi. C.de edendo,nu.29.

Actori non datur actio præscriptis verbis. l.siue apud acta.C.de transact.

Fallit in 3.casib.vt per Io. Bologn.in d.l.nu.56.

Agens ante euentum conditionis, vel diei patitur pœnam duplicationis induciarum. Fallit in quatuor casib.vt per Alexan.in l. pecuniam, ff.si certum pet. nu.8.

Actor an possit repudiare venientem pro reo in iudicio,declarat Bar.distinguendo in l.si actor, nu.2.ff. de procu. Donat.Fina.lib.3.

¶ Actor tenetur edere reo instrumenta ad exceptionem fundandam.hanc regulam ponit Bar. in l. & quia diuo.nũ.1.in j.lectura.C.de eden.per text. in l.nõ est nouũ.&in l.iustum.eo tit.quẽ sequitur Ale. ibi. Hanc regulã dicit esse cõmunem & latissimè eã examinat Fran.Pur.in d.l.& quia diuo.vbi eam quadrupliciter limitat,à n. 8.vsq. ad nu.16. P.Du.re.20.

¶ Actor tenetur sequi forum rei: ita probat text. in l.iuris ordinem.C.de iuris.om.iud.in l.criminali. eo. tit. in l.fin. vbi in rem actio. de iure Canonico tex.in c.cùm sit generale.de foro comp.& in c.si clericus laicum.eo.tit.facit etiam tex.in l.iij. in prin.ff. de alie.iud.mut. cau.facta ibi,quia si cum eo qui alterius prouinciæ est experiat, in illius prouincia experiri debeo. Hanc regul.limitat octo modis Bart. Soci.in reg.x.vndecim modis limitat Mari. Soci. in d.c.cùm sit generale.à nu.8. vsque ad nu. 18.de iure nostro regio limitatur hæc reg. quatuordecim modis,vt in l.xxxij.ti.ij.par.iij. & in l.iiij.ti.iij.ea.par.& in fi.Bar.Soc.ponit mirabilem cautelã per quam ferè nunquam actor sequeretur forum rei.

Amplia hanc regulam vltra eos duobus modis, vt per Ale.Losæum in d.l.iuris ordinem.in nu.8.vbi etiam ponit alias tres limitationes.

Limita etiam quinquaginta & duobus modis, vt per Spec.in tit.de comp.iud.adito.in §.generaliter.nu.1. cum seq. P.Duen.reg.21.

¶ Actore non probante reus debet absolui:ita probat text. in l.qui accusare. C. de edend. de iure Regio tex.in l.cccix.tit.ij.part.iij.& in l.j. tit.vj.lib.j.fori:etiam si reus nihil præstet probationis, vel defensionis. Hanc reg. ampliat duobus modis & limitat 15 modis Hip.de Mars.in l.de minore.in §.tormẽta. ff.de quæs.vltra quas limitationes vide alias per Frã. Purp.in d.l.qui accusare.à nu.8.vsque ad finẽ, vbi notabiliter declarat materiã huius regu. P.Du.re.22.

¶ Actor regulariter sequitur forum rei. l.iuris ordinem.C.de iurisd.omn.iud.

Primò fallit ratione oppressionis, quæ facta esset per laicum, vel occupationis rei ecclesiasticæ, vel doli aut fraudis commissi, vel commissæ in contractu celebrato inter clericum & laicum: quæ omnia dic vt in capitulo,cùm sit generale.& in capit. licet ex suscepto. de foro competent. in quibus etiam notantur plures casus, in quibus actor trahit reum ad forum suum. & vide etiam aliquos per Specul. in tit.de compet.iudic.adi.

Secundò fallit, quando reus esset voluntarius, non etiam necessarius: vt si Paduanus conueniret Paduanum rei vendicatione coram Potestate Paduano,& Vicentinus qui vendiderat illam rem illi Paduano conuento voluit ipsum defendere ne teneatur de euictione: nam potest petere quòd causa remittatur Vicentiam,vbi ipse sortitur forum, vel debet venire coram Potestate Paduano vbi causa est inchoata.l.venditor. ff.de iudi.quia ipse nõ est reus voluntarius,sed necessarius:cùm ipse non fuerit vocatus ad iudicium: sed venit sponte pro suo iudicio, vnde debet defendere in eo foro, in quo est inchoata lis.

Tertiò fallit in fisco,vbi reus sequitur forum vel iudicem fisci actoris,vt probatur in l.j.C.rep.hære.& in l.defendere.ff.de auctor.tut.&in l.iij.de his,quibus vt indignis.

Quartò fallit in iudicio voluntario, vt in actibus extraiudicialib. ita dicunt dom. de Rota, in quæstio. clxxij.quæ incipit,item quæ emancipatio.&est aliàs in ordine lxvij. & ita tenet Dominicus de sancto Gemin. in capitulo,si annum. §. si vero.de iudic. in sexto.

Quintò fallit, quando agitur actione reali ratione rei, quæ est in alio territorio,quàm in quo sit reus: quia tunc est in electione actoris conuenire reũ in loco domicilij rei,vel in loco vbi res est:vt est casus cum glo.& ibi Doct.in l.filiusfamiliàs.vbi in rem actio. C.hæc tamen fallen. non habet locum quando reus

esset

eſſet clericus, & actor eſſet laicus: quia tūc actor deberet ſequi forum clerici conuenti, vt notat Bald. in auth. clericus. C. de epiſcopis, & clericis.

Sextò fallit, quando iudex rei non facit iuſtitiam actori, & ſic creditori: & tunc creditor & actor poſſunt à iudice ſuo impetrare repræſalias contra ciuitatem ipſius rei, & contra ipſum reum, vt not. Ang. in authen. vt clerici apud proprios epiſ. §. ſi verò aut.

Septimò fallit ratione mercātiæ: vt not. Paul. de Caſt. in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. & vide aliquot limitationes in locis alleg. per Ang. in authen. de exhib. reis. & vide Paul. de Caſt. in l. ordinarij. C. de rei vendi. vbi ponit etiam aliam limitationem de hoc, videlicet, quando in præparatoriis aditur primò alius iudex. & ibi vide multos caſus ſpeciales, in quibus actor non ſequitur forum rei: vt not. xj. quæſtio. j. c. experientiæ. in gloſ. & per Archid. & Alb. de Roſ. in authen. ſtatuimus. C. de epiſcop. & cleri. & vide Ang. in l. ſi cui. §. idem Imperator. ff. de accuſa. & vide omnino Tancre. in ſuo opere ordinis iudiciarij. in tit. de foro compet. vbi ponit multos caſus, & fallentias.

Octauò fallit: quia pauper, tāquam miſerabilis perſona, poteſt trahere reum, etiam laicum in rebus temporalibus coram iudice clerico, ſicut eſt in cauſa donationis. vide Ant. de But. in cap. per veſtras. in princip. & in c. de prudentia. de donat. inter virum & vxorem. & idem dicas de vidua.

Nota vnam cautelam valde ſingularem per quam fit, vt nunquam actor ferè ſequatur forum rei, videlicet, quod ille, qui agit compareat, & dicat iudici ego ſum acturus ad talem rem, &c. vos faciatis fieri proclama, vt omnes qui ſua intereſſe putant compareant, nam hoc caſu ſi quis putauerit ſua intereſſe & compareat, etiam ſi fuerit clericus tenebitur reſpondere in foro actoris, nec obſtabit, ſi diceret actori tu debes ſequi forum rei: quoniam ille replicabit, ego non te facio reum: ſed ſi putas aliquid tua intereſſe in hac mea lite, defende te coram meo iudice: nam ex hoc te reum non facio, & non debes, nec potes me compellere, vt ego tuum tenear forū proſequi. iſtam cautelam ponunt Doct. in l. conſulta diualia. C. de teſtib. & Ang. in l. j. §. hęc ſtipulatio. ff. ſi cui plus, quàm per legem Falc. in ſua repet. quā not. perpetuò in practica. B Socin. in reg. 15.

¶ Actore non probante reus abſoluitur. d. l. act. C. de teſtib. l. minus graue. de queſt. l. de minore. §. tormenta. Ad Treb. l. eum qui. C. de ac. & obl. l. negātes.

Vrgere debet actor vt iudex quàm primùm partibus ſuis fungatur. C. de admi. tu. l. fruſtra. Riiſv.

¶ Actus agentium debent regulari ſecundum eorum intentionem. l. obligationum ſubſtantia. §. nō ſatis. ff. de actio. & obligat. cum concor. quæ notabiliter congerit Iaſ. in l. ſi extraneus. primo no. ff. de acq. hæred.

Primò fallit niſi res quæ fit, ſit imperfecta, nam tali caſu regula non procedit, ſecùs, ſi perfecta ſit: vt not. Bald. in l. quod ſine. C. de teſta. iunctis ijs quæ tradit Bald. in l. cùm allegas. C. de vſuris.

Secundò fallit quando apparet de intentione, ſecùs ſi non quia propoſitum in mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de conditio. ob cauſam.

Tertiò fallit non procedere, quando eſt ſola intentio ſine poteſtate: quia in quolibet actu voluntas & poteſtas requiritur. cap. cùm ſuper. de officio delegati. not. Bald. in l. cùm te. per illum text. C. de dona. ante nup. in l. nollet. de acquiren. hæredi. & in l. omne verbum. C. communia de lega.

Quartò fallit hoc eſſe verum quando agitur ex contractu, ſecùs ſi agitur ex quaſi contractu. l. ſi is, qui. §. ff. commodati.

Quintò fallit hoc habere locum quo ad actionem directam: ſecùs eſt in vtili actione. l. ſi abſentis. C. ſi certum petatur.

Sextò fallit regulam procedere, quando intentio eſt expreſſa: ſecus verò ſi de intentione non conſtat. ita limitat Iaſ. poſt Gul. Bar. & alios in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſ. limita. ff. de pact.

Septimò fallit nō procedere, quando ex qualitate perſonæ actus aliter eſſet interpretandus. ita limitant Mod. Hiſpani in rub. Inſt. de iuſt. & iu.

Octauò fallit regulam procedere de intentione primitiuā, non autem ſecundaria: vt eſt text. in l. ſi abſenti. & ibi Bald. no. in ij. oppo. C. ſi cer. peta. ſequitur Iaſon in l. liber hom. la ſecunda. vbi mirāda eſt. ff. de verb. oblig. B. Soci. re. 20.

¶ Actus agentium non operatur vltra intentionē. l. non omnis. ff. ſi certum petatur. l. obligationum ſubſtantia. §. non ſatis. ff. de actionibus & obligationibus.

Ampliatur in quatuor caſibus, vt per Decium in dicta l. non omnis. numero 1. & ſequent. fallit vt declarat Maria. Socin. iunior in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. nume. 39. & 42. fallit in octo caſibus, vt per Bar. Socin. in tracta. fallentiarum, in additio. regul. 10.

Actus ſi non valet, vt agitur, valet, & valere poteſt, l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. cap. vno. §. pen. de ſpon. impub. lib. 6.

Fallit in quinque caſibus, vt per Iaſon. in dicto §. ſi quis ita. numero 23. & ſequen. Ampliatur in octo caſibus. & limitatur in ſex, vt per Rip. ibi, fallit in duobus caſibus, ſecundum Crotum ibi, in ver. quinta concluſio. videas quinque concluſiones limitatas per Alci. in dicto §. ſi quis ita. numer. 17, fallit, vt per Damaſ. regula 88.

Fallit, & fallentia ſublimitatur à Baptiſta à Villalobos. concluſ. 43. in litera N.

Actus debet interpretari, vt magis valeat, quàm pereat. l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verbor. oblig. l. quoties in actionibus. ff. de rebus dub. facit text. in l. tertia. ff. de teſtamen. milit. & in cap. abbate ſanc. de verb. ſignif. l. Diuus. ff. de vſu, & habit.

Ampliatur in 5. caſib. & limitatur in 4. à Iaſ. in d. l. quoties in ſtipulationibus. à numero 5. vſque ad numerum 6. fallit in 6. caſib. ſecundum Dec. in l. in cōtrahenda. ff. de reg. iur. nu. 4. vſque ad finem.

Actus inutilis, & inualidus operatur tantum ademptionem actus validi. l. plane, in princ. ff. de leg. 1.

Fallit in 7. caſibus, vt per Iaſ. in d. l. plane, numero 1. & ſeq. fallit in 6. caſibus, vt per Soc. in tract. fallentia. in addi. reg. 7.

Actus geſtus contra formam eſt nullus, c. cum dilecta de reſcrip. cap. Piſanis. de reſtitu. ſpoliato. cap. venerabilis, de off. delegat. l. cum hi. §. ſi prætor, de tranſactio.

Ampliatur in 12. caſib. & limitatur in 8. à Fel. in d. c. cū dilecta, col. 8.

Actus viriliter conſtitutus non vitiatur ſi deuenit ad caſum à quo incipere non poteſt. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de regulis iuris. l. prima. §. caſum. ff. de poſtula. l. is cui. ff. de teſta. c. factum legitimè, de reg. iur. in 6.

Amplia

Ampliatur in vno casu,& limitatur in 2 à Deci.in d.§. non est nouum,& à Dyno in dict, cap. factum legitimè.

Actus qui potest expediri aliquo inuito, potest expediri eo ignorante.l.nec non ignorante.ff. de tut. & curato.l.4.§.1.ff. de fideicom.lib.

Fallit in 2.casib.vt per Socin.in tractat.fallent.in addi. reg.9.

In actu censentur inesse quæ incontinenti fiunt.l.in bonæ fidei.& l.petens.C.de pac.l.iurisgentium.§.quin imò. ff. de pact. l. generaliter.§.primo. C.de rebus cred.

Fallit in 10.casib.vt per Felin. in c.exceptio,col.8.de exceptio.

Fallit in 3.casib.vt per Io.Bolog.in l.lecta. ff. si certum petatur,nu 32.& seq.

Actus,& dispositio verificatur in prima vice. l. boues. §.hoc sermone.ff.de verb.signi. hanc regulam ponit Bar.in l.1.ff.ad l.Iul.maiest.l.dotis la 2.ff.de iure dot. plures ponit decisiones Felin.in capit.2.de treug.& pace.

Fallit in 4. casib.vt per Soc.reg.11.in posterio. Amplia pluribus modis,& limita 7.modis, vt per Feli.in c. innouauimus. de treug.& pace, numero tertio cum sequent. alias limitationes ad hanc regulam, vide per Paul.Paris.in consilio 14. numero 14. volumi.4. & per Ruinum in consilio 62.numero 7.volu. 3. & per Ias.in l.duobus,§.ei qui,numero 2.& 19.ff.de iu. iurand.& in l.diuortio, §.quod in anno,numero 12. ff.sol.matrim.& vide Sebast.Sap.in l.cum antiquioribus,C.de iure delibe.nu.23. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 6.ab Antonio Gabriel.in lib.vj. de legib.& const.conclu secunda.

Actus contra legem pro infecto habetur, l.non dubiũ, C.de legi.c.imperiali.25.q.3.

Fallit vt per Iaso.in d.l.non dubium.fallit in 3.casib. secundum Felin. in capit. in nomine, de test. numero 1.

Actus intermedius vitiat stipulationem, l. continuus, ff. de verb. oblig.

Fallit in 4.casib. secundum Ripam in l. stipulatio ista, §.qui præsens,nu.17.ff.de verb.oblig.

Actus nullus executioni mandatur, licet nullus remaneat:hanc regulam ponit Præpositus : vbi etiam limitat in 4.casib.in c.dilecto, numero 85. de appellatio.

Actus regulatur secundum naturam sui subiecti,l.eius artificij,ff.de op.libert.

Fallit in l.2.in fi.ff.ad l.Aquil.vbi inspicit consuetudo, quæ est altera natura,glo.in l.si quis posthumos, ff. de lib.& posthu.

Actus in dubio debet interpretari in meliorẽ partem, l.cum creditor,C.de furt.fallit in 2.casib.vt per Fel. in c.audiris,de præscr.nu.52.

Actus legitimi non recipiunt,neque diem neque conditionem.l.actus legitimi.ff. de reg.iur.

Fallit vt per Dec.in d.l.actus legitimi.& per Dyn. in actus legitimi,de reg.iu. De intellectu d.l.actus legitimi,videas Thob.Nonium,in §.omnis.Inst.de ver. oblig.nu.12.

Actus impugnatus operatur, quod quis se in eo fundare non potest:hanc regulam cum 6. fallentiis ponit Felinus in c.capitolium, de rescript. numero vigesimosecundo.

Actus simpliciter factus intelligitur, quando in eo nõ est aliqua conditio, hanc regulam colligit Alciat. & eam limitat in 3.casib.in l.1.§. si quis simpliciter. ff.de verb.obl.nu.25.

Actus agentium non potest esse in suspenso, declarat hanc regulam Barto.distinguendo in l.Pomponius. ff.de negot. gest.tamen solemus dicere actus viuentium suspendi posse,non vltimas voluntates.l.fin.ff. comm.prædio. Don.Fina.lib.5.

¶ Actvs alienvs.Res inter alios acta,alij prodest.

C.de diuer.rescri.l.1.
C.de natural.lib.Aut.item.
ff.de neg.gest.l.quod aliena.§.vlt.
ff.quemad.ser.amit.l.si commun.
ff.de man.te.l.si ita fuerit.
ff. de reb.aut.iud.possi.l.cùm vnus.
ff.de accept.l.ipsius.§.sed si isti.
ff.de appel.l.si quis separa.§.quoties.

Non prodest,nec obest.

C.de inof.test.l.si quis §.v.t.
C.fam.her.l.cohæredibus.
C.de pœn.l.sancimus
C.de proba.l.ad proba.§.serui.
C.locati.l.circa.
C.vnde vi.l.nemine.
C.de don.inter vir.& vxor.l.res.
C.de lib.caus.l.ea quæ.
C.si vnus ex pluribus ap.l.1.& 3.
C.de non nu.pec.l.vlt.
C.de reis.l.vlt.prope fin.
ff.quod qu.s. iur.l.3.§.si is.in fin.
ff.de inof test.l.qui re.
ff.fam.herc.l.hæredes.§.nulla.
ff.de diuer.temp.præ l.an & vitium.
ff.de dol.excep.l.procurat.
ff.de re iud.l.non debet.
ff de eo,per quem fac.esse dic.l.2.
ff.de in ius voc.l.adopt.
ff.quemad.seru.amit.l.si commu.
ff.de hær.instit.l.paterfamiliàs.
ff.de alie.iu.mu.caus.l.1.
ff si ser.ven.l.loci.§.cùm.
ff.de contra.emp.l.si seruus communis.§.si seri
ff.si quis ali.te.pro.l.2.§.1.
ff.de oper.no.nun.l.depu.§.si plures.
ff.de public.l.quot.§.dominis.
ff de ap.l.si proba.§.quoties.
ff.de stat.lib.l.si quis ita.§.si duo.

Aliquando nocet.

C.si vnus est plurib.app.l.2.
C.de duob.reis stip.l.vlt.prope fin.
ff.de oper.no.nun.l.de pupillo.§.si plurium res
ff.de ma.te.l.si ita stipu.
ff.de cessio.bono.l.is qui.
ff de stata.lib.l.si quis ita.§.si duo.
ff. de of.proconf.l.obserua.§.præsi.
ff.fam.he.l qui erat hæres.
ff.de bo.pos.cõtra tab.l.non tantum.§.si eman.
ff.quod quisque iur.l.si quis edi.§.dominus.
ff.de instito.l.sed etsi.§.præscribere.
ff.quib.vt indigni.l.tutorem.in fin.
ff.de app.l.in peti.§.si magi.

Res inter alios,&c.& contrà.) Regulare est, vt res inter alios acta,aliis nec noceat,nec prosit.vt in cõtra. Rub.dicitur quãdoq; tamẽ & prodest alij,vt in hac Rub.& nocet.vt in tertia postea sequẽti. Azo,ru.62.

Res iudicata,inter alios alij prodest.

C.si vnus ex pluribus ap.l.2.§.vlt.
C.de lib.caus.l.iubemus.

ff.de naut.caup.stab.l.licet.§.vlt.
ff.de inof.test.l.posthumus.§.si quis ex.
ff.ad Tertul.l.2.§.obiter.
ff.de testamen.tut.l.si quis similem.
ff.de iur. dot.l.cùm in fundo.§.ipsius.
ff.quæ in fraud.cred.l.vlt.§.vlt.
ff.fam.herc.l.hæredes.§.si pro emp.
C.de reb.aut.iu.pos.l.cùm ven.
ff.de rei ven.l.in fundo.
ff.de euict.l.si rem,quam.§.1.
ff.si ser.vend.l. loci.§.si fundus.
ff.de appell.l.si quis quot.à sent.
ff.de iur.do.l.si duo.

Non prodest.

ff.de appel.l.si quis.§.vlt.

Aliquando nocet.

ff.de trans.l.vlt.
ff.de re.iu.l. pen.

CONTRA.

C.de fid.instru.l.si nostris.
C.de non num.pec.l.si cui.
C.quib.res iud.non no.l.1.& 2.& 3.
C.si vnus ex pluribus.l.1.
ff.de his qui not.infam.l.Lucius.
ff.de pub.l.eum qui.§.qui sæpe.
ff.si ser.ven.l.si de communi.
ff.de iureiur.l. ait prætor.§.denique.
ff.de ritu nup.l.sæpe.
ff.qui pot.in pig.l.Claudius.in fin.
ff.de except.rei iud.l.res inter.
ff.de adul.l. de nupt.§.vlt.

Res inter alios iudicata, &c. & econtrà.) Sicut res acta, ita & iudicata nec prodest, nec nocet inter alios.vt C.res inter alios iudi.l.1.& vt legitur in prox. Rub. & in quarta. quandoque tamen prodest inter alios,vt in casibus sub ista Rub contentis: & quandoque nocet, vt quandoque ex sententia fit ius, id est,in causa ingenuitatis,filiationis,& inof. testa. vt ff.de stat.ho.l.ingenuum.& de lib.caus.l.& diui.&de inof.test.l.Pap.§.si ex causa. & de lib.agno.l.1.§.vlt. & 2.& 3. Azo,rub.62.

Contra se fidem haberi.

ff.de inter.act.l. de ætate.§.1.

Contra se,&c.)Bene dicit,contra se, quia pro se alicui non debet fides haberi, licet præclarè curiæ honore præfulgeat.vt C.de testi.l.omnib & de probatio. l.exemplo. Azo,rub.62.

Alterius conditio per alium fit deterior.

In Instit.de emp.& vend.§.si.
ff.pro socio.l.verùm.§.si cum.
ff.man.l.si ita.
ff.de ser.expor.l.Titius.
ff. de hær.insti.l.si quis.§.semper.
ff. de verb.obl.si quis arbiter.
ff.de stat.lib.l.si quis ita.§.si duo.
ff.solut.matr.l.3. Azo,ru.62.

Tenetur quis aliena gerere negocia: & econtrà.

In Aut. de referen.3.col.Ibidem.

Iniuria quæ fit vni,alterum continget.

ff.pro soc. l.cum duob.§.vlt.
Contra,ff.de euic.l.si per impruden.ibidem.

Quandoque quis sibi non prodest,tamen alij nocet.

ff.de assig.liber.l.1.§.vlt.
ff.de inof.test.l. posthumus.
ff.de his quæ in frau.cred.l.vlt.§.vlt.
ff.ad Tertullian.2. §.obiter.& l.equis.& ex his duab.legib.vnde ar.
ff.de testam.tutel.l.si quæ similes.
ff.de iur.dot.l.cum in fundo.§.ipsius.

CONTRA.

ff.de reb. aut.iud.pos.l. cùm vnus.
ff.de rei ven.l.in fundo.

Alterius conditio,&c.) Regulare, vt non fiat cuiusquã conditio per alium deterior. Fallit tamẽ in casibus, vt in hac Rub.dicitur,& ff.de alie.iud.mut.caus.fact. l.1.adeò, vt licet quis sibi non proficiat, alij tamen noceat,vt in sequenti Rub. Azo,ru.62.

Qui proprium facit negocium,aduersus alterum regressum non poterit habere.

ff.ad Treb.l.deducta.§.qui post tempus.
ff.man.l.si mandato.§.quòd mihi. Azo,ru.62.

Alterum alteri impedimentum præstare.

C.si se ab hær.absti.l.si omnis.
C.qui bon.ced.pos.l.si pater.
C.de iur. delib.l. sancimus.§.si verò.
ff.de adim.leg.l.3.§. si quis.
ff.de red.du.l.si fuerit.
ff.de hær.inst.l.imperator.
ff.de ma.testa.l.cùm ex.
ff.de testa. tu.l.duo sunt.
ff.de vsur.l.quoties.
ff.de rei vend.l.idem Pom.in fin.
ff. de acquir. pos.l.possideri.
ff.de in diem adiect.l.cùm duo.
ff.de confess.l.certum.
ff.de ædil. edict.l.quòd si nolit.§.quæ man.
ff.de pecul.l.peculij.
ff.quod vi aut clàm.l.ait prætor.§.1.
ff.de bon.dam.l.vlt.§.vlt.
ff.si quis caut.l.si quis.§.quæ fuit.
ff.de eden.l.1.§.ede.
ff.de interrog.act.l.de æta.§.nihil.
de leg.1.l.huiusmodi.§.vlt.
In Instit.de act.§.curare.

CONTRA.

In Instit.quod cum eo.§.cæterùm.
ff.de verb.obl.l.conti.§.1.
C.de probat.l.2.
ff.qui admit.ad bon.pos.l.vlt.
C.qui bon.ced.pos.l.in omni.
C.de ann.except.l.sed etsi.
ff.ad Treb.l.restituta.
ff.de ope.no.nun.l.de pupillo.§.qui nunciat.
ff.com.diuid.l.& si.§.1.
ff.de furt.l.qui vas.§.qui furt.
ff.de contra.emp.l.cum seruo.
ff.si pars hær.pet l.1.§.vlt.
ff.quod met.caus.l.sicut ex.§.in hac.
ff.de pig.l.& quoniam de §.1.

Alterum alteri,&c.& contrà.) Solutio. Si duo contraria vel pugnantia petãt,vel si talia fuerint duo quorum vnum non patiatur alterum inuicem, dicuntur sibi afferre impedimentum, vt in hac Rub. & ff.de vsufr.l.quotiens.& de testa.tu.l.duo sunt Titij.&de reb.dub.l.si fuerit.& de hære.institu.l.qui soluendo. Vbi autem sunt duo non contraria, sed diuersa, & quæ se inuicem patiantur, obtinet contraria Rubr. scilicet, vt neutrum alteri præstet impedimentum. Azo,rub.62.

Factum alterius alteri prodest.

C.de pact.l.si creditores.
C.si vnus ex plur.l.1.
C.ne de stat.defun.l.si is.

C.de

C.de bon.aut.iud.pos.l.vlt.
C.de temp.in integ.rest.l.pen.
C.de lib.causa.l.principaliter.
C.de furt.l.vlt.§.litis.
ff.si quis caut.l.si ser.§.1.
ff.de inoff.test.l.2.§.Pap.
ff.de crim.expil.hære.l.rem habere.
ff.si ser.vend.l.loci.§.1.in fin.
ff.de iureiur.l.duobus.§.1.
ff.de vsur.l.natura.

Contra, non prodest.

Cod.de mag.conue.l.1.in fin.
C.de distr.pig.l.vnus ex.
ff.de leg.præ.l.nonnunquam.
ff.de don.inter vir.& vx.l.si spon.§.1.
ff.de oper.nou.nunc.l.de pupil.§.si plurium.
ff.de col.bon.l.2.§.vlt.
ff.de admi.tut.l.qui tutor.§.vlt.
ff.de pact.l.si tibi.§.si pactum.
ff.de separat.l.1.§.quæsitum.

Factum alterius: &c.) Hæc duo generalia ita soluuntur, vt diximus suprà, eo. Res inter alios, &c. Azo rub.62.

Pactum vel delictum alterius alteri prodest.

ff.de mag.conuen.l.2.l.si inter ma.
ff.de of.proconsul.l.obseruare. Azo rub.62.

Pactum super vna re factum, non nocet super alia.

ff.de pact.l.si vnus.§.pact.
C.de donat.inter vir.& vx.l.cùm multæ. Ibid.

¶ACTVS & dispositio verificantur in prima vice: ita probat tex.in l.boues. in §.hoc sermo. ff.de verb. sig.hanc Reg.ponit Bart.in l.j.ff.ad l.Iul.maie.& in l.dotis. l.ij.ff.de iur.dot.hanc Reg.quatuor limitat modis Soc.in reg.xiij.in posterioribus duobus modis per Bernard.de luc.in reg.dcxiiij.

Amplia pluribus modis, & limita septē modis, vt per Fel.in c.innouamus. de treuga & pace.nu.3. cū seq. alias limitationes ad hanc Reg.vide per Pari.in cōs. xiiij.num.14.in iiij.vol. Ruin.in cons.62.nu. 7.vol. iij.& per Ias.in l.duobus.in §.ei qui. num.2.& 19.& 20.ff.de iureiur.& in leg.diuortio.in §.quod in annu.12.ff.solut.matr. P.Duē.reg.24.B. Soc.reg14.

¶ACTVS dummodo constet, licet non apparet contentum in eo, si relatio fiat ad ipsum, verificabitur: ita in terminis per hanc reg. docet Paris. cons.133. nu.12.quia accedūt aliæ præsumptiones & cōiectu ræ in informatione facti, aliàs secus per hanc reg. Doc.l.institutio.ff.de cond.iustit.Bart.l.vbi autem. §.illud.ff.de ver.obl.Ias.l.Marcel.nu.14.ff.ad Treb. l.placet.n.22.ff.de lib.& posth.Alex.l.ait prætor. §. si iudex.n.2.ff.de re iud.Dec.cōs.63.n.6.decis. Ped. 23.n.41.Paris.cons.12.nu.68.vol.2. Medic.reg.10.

¶ACTVS electionis rerum, in dubio, in minimo interpretatur c.ex parte, de censi.l.nummis. ff.de leg. iij.l.apud Iulianum.§.scio.de legat.j. alias est sub l. idem Iulianus.

Primò fallit vbi est incertitudo in rebus, secus si est in personis: quia tunc electio datur hæredi.l.si quis seruum.§.si inter duos.de leg.ij.& not.per Dy.in reg. in obscuris.de reg.iur.in vj.vbi dicit, quòd in personis minimum apparere non potest,

Secūdò fallit, nisi propria significatio vocabuli aliud importaret, vt not.Bar.per illū text.in l.si is, qui ducenta in prin.ff.de reb.dub.

Tertiò fallit regula, quando illud minimum non habet in se vtilitatem, aliàs secus vt per glos.in l.legato generaliter.de leg.j.vbi Alex.in versic.item dicit glos.

Quartò fallit ista regula, quando non apparet quòd electio data fuerit legatario, aliàs secus. vt no.Bar. in l.legato generaliter de legatis primo. circa finē, in versic.prædicta omnia.

Quintò fallit quando qualitas legati & legatarij aliud suaderet.l.si cui de aliment.& cibar.lega.l.Stichus. de legat.iij.quia legatum obscurum ex affectione cuiusque capit interpretationem, vt dicit text. in l. capienda.§.quod factum est.infr.ff.de reg.iur.facit tex.in l.Aurelius.§. Titius testamento. & quod ibi Bar.suprà de lib.leg.

Sextò fallit in legato relicto ad pias causas, quia nec de minimo sed de maiori, fauore religionis, intelligitur.l.Titia.§.Seia.ff.de aur.& argen.lega.vbi Bar. ita limitat istam regulam.& istum tex.pro singulari alleg.Ro.in sing. ccccxv. quæro si ego ecclesiæ: & no.Abb.in ca.indicante de testam.ver.vnum tamen sing.& tradit And.Sicu.in cons.lix.illud in medium lib.ij. B.Soc.reg.19.

¶ACTVS vt factus per maiorem partem, censetur ab omnibus factus.l.quod maior.ff.ad municipal.not. Abb.in cap.cùm olim in fine, de re iudicata.& hinc dicitur quòd maior pars reputatur pro toto: vt tradit Bartol.in l.cum delanionis.§.Sabinus per illum tex.ff.de fundo instructo.& ratio redditur per Bartol.in l.quicunque.in fine.C.de omni agro. des.libro xi.

Ista tamen regula limitatur, nisi aliter constaret de mē te disponentis, volentis cōsensum omnium debere interuenire: prout not.gloss.in cap.vbi periculum. §.idem quoque.in verb.singulis, de elect.in vj. & tenet Bald.in c.nō potest.de re iud.Et istud de plano procedit, quando talis voluntas expressa esset per viam statuti: secus tamen videtur in consuetudine, quæ hoc facere non posset per ea quæ not. Abb.in c.j.in pen.not. de is quæ si.à maio.parte cap. Super quo tamen latius disceptat Dec. in l.refertur. ff.de reg.iur.vbi videndum est. B.Soc.reg.16.

¶ACTVS geminatus validat actum inualidum priorem.Ang.l.talis scriptura.ff.de leg.1.Docto.l.legata inutiliter.ff.de adim.leg.Bar.in tract.schim.colum. 3.Feli.c.quoniam de offic.deleg.ca.si quando.de rescrip.versi.geminata scriptura.glos.& Are. in l.cēturio.versi.paganus.ff.de vulg.quod dictum procedit videlicet, quando actus per se solus erat inualidus, poterat tamen validari per geminationem: secus si omnino validari nequiret: item hoc idem si incompatibilia essent, vt nullo modo possent concurrere, vt testis infans, & adulter.l.spadonem. §.qui multa. ff.de excus.tut.Ias.l.quæ dotis. nu. 36.ff.sol.mat.itē procedit, quando fit geminato diuersis temporibus, aliàs secus.Ripa in Rubr.de verb.obliga.nu.30. Dec.cons.x.num.5.Cephal.consi.40.num.4.Decis. Pedemon.39.numero 16.Paris.consil.71.numero 19. volum.3. Medic.reg.3.

¶ACTVS gestus contra formam, est nullus. Text.in capit.cum delicta.de rescript.text.in capit.Pisanis. de restit.spol.in capit.venerabilis.de offic.delegati. in l.cùm hi.§.si prætor.ff.de transact.& aliqua dicta ponit Felin.in d.c.cùm dilecta.

Amplia xij.modis & limita octo, vt per Felin.ibidem. B.Dias Reg.17.

¶ACTVS LEGITIMVS. Papinianus lib.18.Quæst. Lex lxxvij. al.lxxviij.

Actus legitimi qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectioné. Nonnunquam tamé actus suprà scripti tacitè recipiunt quæ apertè comprehensa vitiú afferunt. Nam si acceptum feratur ei qui sub conditione promisit: ita demú egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit. Quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

ADDITIO. a deest in pand. Florent. hęc negatio. b. mancipatio, in Florent. c. intelligitur in Pand. Floren. d. sic in Pandec. Florentin. aliàs Quòd si.

Actus legitimus est lege introductus, vel approbatus, vt contractus iure gentiú. Coniunge l. 8. de tutel. & rationib. distrahend. Alciat. lib. tertio parerg. cap. quarto & quinto. l. Labeo. de verborum significat. in princip. l. eum actum. de negociis gest. Georg. Viuiennus.

¶ACTVS legitim. l. 78.

Actus secundum naturam sui subiecti regulatur. de op. lib. l. si ius.

Animum agentis declarat actus. ad Maced. l. sed. Iul. §. interdum de reb. du. l. quidam.

Præsumitur iustè & legitimè gestus actus à prouidis & honestis viris factus. de præb. c. nisi essent. & ibi Abbas.

Non valet actus cum forma non seruatur. Bald. consil. 320. in fi. 1. partis. Dec. consilio. 11. column. 6. Socin. consil. 35 Iason in l. si vnus. C. de testib.

Actus celebratus coram iudice non requirit solemnitatem testium. C. de testa. l. omnium.

Non operantur actus agentium vltra eorum intentionem. C. si cer. pet. non omnis. de ac. & obl. l. obligationum.

Actus regulatur à fine in quem dirigitur de acquir. re. do. l. si is qui in aliena. ver. non enim. de furt. l. verú.

Actus quantumcunque fauorabilis contra voluntaté agentis minimè sustinetur. de leg. 2. l. si idem ser uus. ad Treb. l. si cui purè. in fi. in princ. de vul. & pupil. sub l. verbis. vbi Doctores.

Actus agétiú sunt in patiente bene disposito. C. de hæ. inst. l. 1. de ac. & obl. l. in omn. 2. si cer. pe. l. si ego.

Actus momentaneus non est considerandus. de sol. l. qui sic. de reg. iur. l. quicquid calore.

Actus necessarij interpositio non impedit continuationem. de ver. ob. l. continuus. in prin. de testa. l. hæredes. §. fin. C. eo. l. antiquitas.

Actus nullus nullum parit effectum. C. de legit. hæredib. l. si autem nullum. C. de legibus. l. non dubium.

Actus & potentia simul esse non possunt. Inst. de act. §. sic itaque.

Actus potentiam excludit. de manu. test. l. si ita fuerit. ver. non enim.

Actus in dubio ex causa magis necessaria factus intelligitur. de sol. l. cùm ex pluribus.

Actus non habens effectum, secundum intentionem disponentis reiterari debet, donec consequatur effectum. Bald. in l. inuitus. circa fi. C. de proc.

Actus non valet cuius effectus in tempus prohibitum confertur. C. de don. ante nup. l. quod sponsæ.

Actus ambigui eandem ferè naturam vel promiscuá habentes ex signis & accidentibus distinguuntur. de iure codicil. l. illud. §. tractari. de dot. præleg. l. Seia. C. de test. l. nó codicil. Oldra. consil. 139. Ex præsenti. in prin. Idem.

Actus in dubio, magis proprio quàm alieno nomine factus reputatur de sol. l. & magis.

Actus in dubio censetur potius ex caussa necessaria quàm voluntaria factus. de iure deli. l. Aristo. §. 1. ad leg. Fal. l. pater filium. in fin. de adu. l. miles. §. fin. de ritu nup. l. proximè. Sol. mat. l. si cùm dote. §. si pater de leg. 1. l. huiusmodi. 8. cùm pater. 80.

Actus in dubio factus censetur loco & tempore licitus Bar. & Dec. in l. non solùm. §. sed vt probari. de op. no. nu.

Actus perfectus per contrarium euentum non resolui tur. de don. l. donationes.

Actus contra legis prohibitionem factus, nec effectú habet, nec vllú nomen meretur. C. de sen. ex pericu. recitan. l. fin. C. de legib. l. non dubium.

Actus indiuiduus vnico contextu perfici debet. de testa. l. 1. de verb. obl. l. continuus in princ.

Propter vnitatem finis & effectus idem actus reputatur. de adul. l. qui pupillam. §. fin. l. vim passam. §. incesti. Ang. in l. hos accusare. §. Iul. in fin.

Actus facti plenior est quàm verbi. C. de testam. l. nostram. iunc. §. pen. Inst. quib. mo. test. infir. c. gradatio. de pœnis. in vj.

Actus peccans in forma redditur nullus. de transact. l. cùm hi. §. si prætor.

Actus peccans in materia, valet meliori modo quo potest. de pact. l. si vnus. §. si acceptilatio. 28. Bar. in l. 1. in fin. & prin. de vulg.

Actus attribuitur ordinanti & non exequenti. C. de vet. iur. enuc. l. secunda. §. omnia. Inst. in procem. §. cúmque.

Actus non à nomine, sed ab effectu iudicatur. de pręscrip. ver. l. insulá. De contrahend. emp. l. cùm manu sata §. fi. C. loc. l. si olei. iunct. glo. in l. non codicillú. C. de testam.

Actus qui re integra valere non potest, per consumptionem reconciliatur, si cert. pet. l. si à furioso.

Actus appellatione venit validus, non inualidus actus de re iud. l. si se. §. condemnatum.

Actus inualidus & nullus æquiparantur. C. de legit. hæred. l. si aut nullum.

Actus appellatione venit purus, non conditionalis. Quando appelland. sit. l. prima. §. biduum. iuncta gloss.

Actus conditionalis non est propriè talis. de vsuc. l. si hominem. de don. l. 1.

Actus fauorabilis vel odiosus iudicatur secundum principalé agentis intentionem. de cond. in d. l. qui exceptionem.

Actus in continenti facti censentur inuicé correspectiui. de priui. cred. l. si ventri. §. in bonis. si cer. pet. l. lect. vers. dicebam. Bald. in repetit. l. petens. col. pen. C. pe pact.

Actus non à confirmato, sed à confirmante dominatur. de test. tu. l. testamento. ad Trebellianú. l. si quis priore.

Actus non à faciente, sed ab eo cuius contemplatione fit, nominatur. de iur. dot. l. profectitia. in principio.

Actus cœptus in conditionibus etiam fauorabilis caussę pro completo non habetur. de statu hom. l. Arethusa.

Actus perueniens ad casum, à quo non potest incipere, vitiatur. de verb. oblig. l. pluribus. §. etsi placeat. Reg. 86. q. 1.

Consu-

Confirmatus actus non vitiatur, licet perueniat ad casum suo principio repugnantem. de acq. hær. l. si quis alicui. C. de contrah. emp. l. si Gaudentius. de his qui sunt sui. l. patre furioso.

Actus plures vnico contextu facti pro vno iudicantur. Curt. consi. 54. super duobus. Colum. 1. in fi.

Actus efficaces fieri nequeunt, nisi legum forma obseruata. de verb. oblig. l. 1. in prin. de pact. l. traditionibus.

Ad perficiendum actum requiritur etiam habilitas instrumenti. de acq. poss. l. §. cæterùm.

Actus qui multiplici intentione geri potest, debet ab agente præmissa protestatione declarari. de religio. l. at si quis. §. sed interdum. versic. sed oportet.

Actus nullus propter inhabilitatem agentis, superueniēti habilitate confirmatur, de seru. export. l. si minor. de rescrip. in sexto. cap. si eo tempore. Pulchrè Deci. in consil. 661. in casu. in fine. volum. 4. vide infrà Suspensio. Riisvvich.

¶ACTVS in quacunque materia intelligitur pro prima vice. l. dotis promissio. ver. si. ff. de iure dot. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. cum plurib. decisionibus, quas ad istam regulam plenè scribit Fel. in cap. 2 de treuga & pace.

Primò fallit ista regula in dispositione permissiua, & consequenter affirmatiua: secus est in dispositione prohibitoria & sic negatiua: quia sermo negatiuus non finitur in primo actu. tex est no. in l. si sic stipulatus. ff. de verb. oblig. sed si non vis insistere posset retorqueri ille text. econtra, eò quia illud est quod dicit, si per me nisi per hæredem istud per hæredem nihil operaretur, &c. nisi dicas quod in illo text. est duplex ratio, ista videlicet quia sermo est negatiuus. istam limitationem ponit vna gl. no. quam Bar. sequitur in l. hoc genus ff. de cond. & demon. sed cogita quæ ratio diuersitatis. & dicit Bart. signa: quia est notanda adde quod per illam glos. consuluit in specie Oldrad. Lau. in cons. xvi. quod incipit thema tale est, Titius habens vnam filiam. quod si testator ordinauit in testamento suo, quod filiæ non nubant, nisi filiis mercatorum sub pœna priuationis hæreditatis, si aliis nubant quòd habeant tantum legitimam suam, pone quod vna filia nupserit primò filio vnius mercatoris, postea mortuo eo nupsit vni nobili, consuluit Oldr. quòd non priuabitur illa filia hæreditate. & illam decisionem Oldrad. refert Paul. de Castro in l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstr. & dicit quòd ex illo consil. Abb. habuit magnum honorem. adde quod idem latè ponit Albe. de Rosa. in l. fi. C. de sponsalibus, vbi ponit totum consilium Oldr. licet de eo non faciat mentionem.

Secundò fallit prædictam regulam procedere in dispositione hominis, secus in dispositione legis, vel statuti, quia lex non debet intelligi de primo actu, sed toties quoties opus fuerit: aliàs lex esset imperfecta: & quia propter primum actum non intelligitur satisfactum menti statuti: vnde si statutum disponit, quod in causis vertentibus inter agnatos debet fieri cōpromissum: si semel fuit factū compromissum, nec habuit effectum, debet secundo & tertio fieri cōpromissum: quia mēs statuti est quòd nō fiat lis inter agnatos, & de isto compromisso ponūt Bald. & Moder. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de edendo & in l. qui per salutem. vbi etiam Iason. ff. de iureiur. cum concord. quæ vtrobiq. dātur. & in terminis nostris reperio quod ita limitat regulam supra dictam vt procedat in dispositione hominis, & nō legis vel statuti Raph. Cu. consi. cxxj. quod inci. statutum dicit. & in specie Alexand. in l. cùm si dotem. §. 1. ff. sol. matr. & in consili. ccxij. inci. viso consi. aliàs per me reddito.

Tertiò fallit, quando primus actus non tenet ex benignitate: nam tunc intelligitur de secundo, ita dicit text. in l. hæc conditio. la prima. ff. de con. & demōst. & ita per illum text. limitat. Bal. in ca. olim ex literis de rescript.

Quartò fallit ista regula secundum Bald. in l. inuitus. ad fin. de Proc. vt procedat tantùm quando primus actus assumeret effectum secundum intentionem loquentis, aliàs intelligitur etiam de actu vlteriori. Per hoc infert, quod si procurator sit constitutus ad appellandū, intelligitur non solum de prima appellatione: sed etiam de secunda: eò quia per primā appellationem nō est causa totaliter finita, & sequitur latè & in cons. ix. quod incipit, in casu propositę consultationis. aliis quinque modis vltra quatuor præcedētes limitat Ant. de But. in consil. xxx. quod inci. dubium ingerit. sed illæ limitationes parùm mihi placent, ideò non curo referre. B. Sotin. regula 21.

¶ACTVS intermedius vitiat stipulationem. hanc regulam probat text. in l. continuus. ff. de verborum obligationibus. P. Duen. re. 25.

Limita hanc regulam quatuor modis, vt per Rippam in l. stipulatio ista. §. qui præsens. nu. 17. ff. de verborum obligationibus. P. Duen. re. 25.

¶ACTVS inutilis & inualidus operatur tantùm ademptionem actus validi. text. est in l. planè. in prin. ff. de lega. j. vbi Barto. & doct. ponunt rationem. Limita hanc regulam vij. modis, vt per Ias. ibi. B. Dias reg. 16.

¶ACTVS inutilis & inualidus operatur ademptionem actus validi. l. planè. ff. de leg. primo.

Primò fallit non habere locum in actibus dependentibus è voluntate duorum. l. si id quod. ff. de rescinden. ven. not. Bart. in l. iij. & si transferam. ff. de adimen. lega.

Secundò fallit secundum Barto. ista regula vt procedat in iure nondum quæsito, sed quod quæri sperabatur, secus in iure iam efficaciter quæsito. l. nec vtilem. ex quibus cau. maio. & l. si id quod in princip. ff. de rescindē. vendi. Ratio, quia facilius impeditur aliquid de nouo acquiri, quàm quæsitum tollatur. l. patre furioso. ff. de is, qui sunt sui vel alieni iuris.

Tertiò fallit ista regula in reuocatione expressa, secus in tacita & coniecturata, quæ non inducitur per actum secundum inualidum. l. si iure. & ibi Bart. in prima opposi. ff. de leg. iij. Raph. Paul. de Castro & Alexand. in d. l. plane. nam si non valet secundum testamentum expressum, non valet etiam tacitum. l. iij. §. fina. ff. de serui. rustico. prædi quicquid dicat gloss. l. fideicommissum. C. de fideicommissi quod intellige nisi illud tacitum resultaret ex actu inter viuos. text. habes nobilem. in l. legatum sub conditione. §. pater. ff. de adimen. lega. nam si ibi secundum legatum non valuisset, non induceretur ademptio primi. quia tex. ibi dicit illam esse tacitam ademptionem.

Quarto fallit ista regula, vt procedat in vltimis voluntatibus, in quibus primus actus validus tollitur per sequentem inualidum factum in vltima volunrate vel in contractu, vt in l. & si trāsferam. ff. de adimē. lega. cum simi. secus in contractibus inter viuos, in quibus actus validus nō tollitur per actum inuali-

dum.l.certi condictio.§.quoniam.ff.si certum peta tur.l.j.ff.de noua.l.si quis ante.§.fin.ff.de acqu. pos. secundum Bartol. in d.l. & si transferam. Imol. & Mod.in l.si cùm dotem.in princ. & ibi Alexand. ff. solut. matrimon.& Bart. in dicta l. & si transferã assignat rationem diuersitaris, quia contractus pen det ex voluntate duorum:sed vltimæ voluntates pẽ dent à voluntate vnius.

Quintò fallit ista regula,vt nõ procedat etiam si trans latio sit inutilis:adeptio enim nihilominus est valida,& tunc bene reuocat primum legatum validum:ita propriè loquitur tex.in d.l. purè. secus si ademptio esset in sei psa inutilis,putà ademptio seruitutis viæ pro parte.text.habes & exemplum in l. legata inutiliter.§.fin.ff. de adimen.lega. Bart.in d. l.& si transferam.

Sextò fallit secundum Bartol.& Imol.in l.seruum filij §.seruus.per illum tex.ff.de legat. 1.vbi legatum libertatis,quod præcedit si est inualidum, non vitiat legatum de ipso seruo factum, de quo ibi dicetur. B.Socin.reg.17.

¶Actvs nullus executioni mandatur, licet nullus re maneat, hanc regulam ponit Prepositus vbi eam quadrupliciter limitat in d.cap.dilecto.numero 18. de appel. P.Duenas reg.26.

¶Actvs qui potest expediri aliquo inuito,potest etiam expediri eo ignorante.l. necnon ignorante. ff. de tut.& curato.dat.ab his.l. iiij.§.j.ff. de fideicommiss.libertatibus.

Fallit ista regula pluribus modis,vt per gloss.in l.si in. tres.ff.de arbit. Ampliatur etiam per Alexand.in l. j.C.qui admitti.sed inter cætera tu sic limita, quòd ista regula intelligatur & procedat, vbi est eadem ratio:prout regulariter videtur: quia si possum face re aliquid te inuito & contradicente, pari ratione te absente & ignorante: quia non debet expectari præsentia,& absentia quę nihil operatur.argumen. l. aliquando. §. fin suprà ad Velleianum. Secus vbi sit diuersa ratio, prout est in casu l. duo ex tribus.ff.de re iudica. vt in arbitris vel iudicibus, qui iudicare licitè possunt tertio contradicente & inuito,non autem eo absente & ignorante, facit tex. in d.l.si in tres,qui rationem adducit, quia tertius, si esset præsens posset alios in suam sententiam tra here. Bartol.tamen in l. qui potest. ff.de regul.iur. Videtur istam rationem impugnare, quia talis ratio semper videretur habere locum. & in omnibus casibus regulæ procederet,quòd absens posset alios præsentes trahere in suam senientiam: sed cùm ista sit ratio Iurisconsult.impugnari non potest,& ideo dicendum est quòd illa ratio solùm attendatur in arbitris vel iudicibus qui ra ione officij habeant potestatem iudicandi:secus videtur in priuatis,prout regula loquitur.

Secundò fallit quod regula non procedit in iudicialibus:quia iudicia redduntur in inuitum.l.inter stipu lantem.§.j.ff.de verb.oblig. & tamen non procedit iudicium contra absentem: quia citatio requiritur. l.de vno quoque.in princip. ff.de re iudica. & simili ter in electionibus prælatorum, & in actu capituli, vel collegij in quibus attenditur quod fit à maiori parte,& contradictio minoris partis non attenditur.l.quòd maior.& cap.cùm omnes. de const.ff.ad municip.in antiq.& tamẽ factum à maiori parte nõ valet, aliquibus absentibus, & ignorantibus: quia plus nocet vnius contemptus, quàm contradictio multorũ.c. venerabilẽ. de delect.in prædictis enim casibus regula non procedit: quia data est forma à iure quod absentes requirantur. B.Soc.reg.8.

¶Actvs qui potest sæpius iterari, non verificatur in vno indefinitè prolatus, sed vlterius porrigitur.l. in annalibus. C.de lega. l.pater.ff.de vulg. & pupil. l.qui liberis.§.hæc verba.ff.eodem. Cornæ.consilio 279.vol.3.item actus primus quando inualidus est. tunc iterandus est, quia cùm fit mentio indefinitè de actu,intelligi debet de valido.l. qui per salutem. ff.de iur.iur.Alex.l.serui.ff.de leg.1.hæc conditio.ff. de cond.& demon.l.fideicommissa.§. Si quis decẽ. ff.de leg.3.Bald.in d.l.qui per salutem.ff.de iur.iur.l. Mæuius ff. de cond.& de. præsertim quando actus fuit nullus defectu formæ. l. si de pluribus. l. quid tamen.ff.de arbitr.& quando nullus est ipso iure. Bald.l.fi.quæst.4. C.de contr.empt. l.serui elect. de leg.j. Medic.reg.2.

¶Actvs si non valet vt agitur, valet,vt valere potest vt in cap.j.§.pen.de despons.impub.lib.vj.

Limita istam regulam v.modis. vt per Iason.in l.j.§.si quis ita. ff.de verb. oblig. vbi vide Ripam qui ampliat istam regulam viij. modis. & limitat aliis sex. B.Dias reg.18.

¶Actvi potentia proxima habetur pro actu, quia vt dictum est, quod parum abest, nihil abesse dicitur.l.pen. ff.de testam.milit. vbi glos. Bart.l.1.§. sed si.ff.ad Syllan.Ias.l.admonendi.1. lect.nu.56. Tiraq. tract.de retract.in tit.de contr. conuent. §.1.glos.4. num.1.Ias.lecta nu.24. ff si cert.pet.l.1.§. quæ onerandæ.ff.quar.rer.act. non datur.glos.l. in operis.ff. locati. Med.reg.5.

¶Actvm nihil dicitur, dum aliquid ad agendum superest.l.pe.C.de his quib.vt indi g.C.nihil.7.quæ.1. Cors.d.tract.num.85.& dicam infra latiùs suo loco Med.reg.5.

¶Actorvm verba emẽdare tenore sententiæ perseuerante, non est prohibitum de re iud.l.actorum. cum glos. Riisvich.

¶Adaptatio.ad ea quæ frequenter accidunt, iura aptari.

Pro.

14.q.5.denique.
3.q.5.c.accusatores.
19.q.2.c.duæ sunt.
28.dist.c.de Syracusanæ.
Ext.de despon.impub.c.literas.
D.de leg.& Senatusconf.l.iura.
D.si pars hæred.peta.l.antiqui.

Contra.

Ad ea Quæ nunquam aut rarò accidunt.
51.dist.c.qui in aliquo.
De consec.dist.4.c.sanctum est.
19.dist.c.in canonicis.
C.de legit.hæred.l.si maior.
Auth.de restit. & de eo quæ parit §. siquidẽ mulier.

Solvtio.

Ex ordine & regulariter iure obtinet prima pars,vt ꝑ sua exempla probatur. Cõtraria autẽ casualia intelligũtur non tenere, cùm in negotiis gerendis interseruntur.D.de reg.iu.l.ea quæ. Damas. reg.103.

¶Addi,nec minui quicquam potest ei quod est pro forma introductũ.l.fi.col.4.C.de suis & leg.sed est. puntaliter obseruãda. Angel.consl.146.leg. cũ hi.§. si prætor.ff.de trãsact.alioquin vnusquisq. daret for mam quod prohibitum est. c.quia de ele. Boe.dec. 1.n.45.imo cũ sit indiuidua, interuallũ nõ recipit.l. furiosum.C.qui test.fac.poss.Card.clem. caus.§.pẽ. de elect.

de elect.Docto.l.1.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebel.l.si quis mihi.§.virum.de acq. hæred. ideò in suspenso manere non potest.l.obligari.§.tutor.ff.de auct. tutor.§.pen.inst.eodem titu.Ripa.l.1.§.qui præsens.n. 10.ff.de verbo.oblig.Asin.in prax.iud.§.3.c.36.num. 16. Medices reg.7.

¶ADAEQVATVM vnum de correlatiuis ad alterũ recipi eius priuilegia, secus è contra, nisi ad inuicem adæquẽtur.Docto.com.l.1.§.de leg.1.Bart.l.si cohæredẽ.ff.ad l.Fal.l.si cùm venerit. §.si nuda. ff.de pig. act. Bald.l.siue possidetis.columna.2. C. de probat. Medic.reg.9.

¶ADAEQVATORVM ead.& iuris est dispo.de le.1. l.1.

Aditio hæreditatis.l.78.Actus legit.

Adiectiuum ab his sic argui potest: Quando præcedunt duo substantiua, adiectiuum sequens vtrunque determinat.de his qui me.cau.l.1.extat.vbi Bar.

Adiuncti ratione conceditur, quod simpliciter non concederetur: de aqua plu.l.interdum.

Item quod profertur ab adiuncto, nõ est propriè tale. de don.l.filiusfa.§.meminisse.

Administrator tenetur de negligẽtia. C.vt in pos.leg. l.fin.& ibi Bald.

Contumax administrator priuetur officio.C.de proc. l.eum qui.& ibi Bartol.vide Suum.

Adoptio imitatur naturam matrimonij. de adopt.l.si pater. Riisvvich.

Aduersatur.vide reg.79.generaliter.

Æqualitas seruanda est in iudiciis.c.in iudici.in vj.C. si aduersus transf.l.si ex persona.Item inter maritum & vxorem.Sol.mat.l.fructus.Auth.de æqua. dot.de re iud.l.non tantum dotis.Item inter fratres. C.cõmuni diui.l.maior, in fi. C.de collatio.l. vt liberis. C. de bo.quæ lib.l.cùm oportet.§.cui.

Æquatorum vel adæquatorum sedes est. in l. 1. de leg.1.

Æquipollentium est eadem disciplina & idem iudicium.C.de inst.& sub.l.si mater,& ibi.Bar.

Æquipollentium quid fiat nihil refert. C.de inst.& sub.l.3.de lib.& post.l.Gallus.§. quid si tantũ. de le. 3.l.11.§.si cui.de conditione indebiti.l.seruo. ad leg. Rhod.l.nauis.in fine de con. & de.l. Iulianus de æquiparatis vel adæquatis tractant Doct. in l.1.de leg.1.Riisvvich.

ADEMPTIO.Translatio legati facta inutiliter in secundum adimit legatum à primo. l.planè.ff.de lega.1.

Fallit in 7.casib.quos no.Ias. in d.l.planè. nu.1. ea quæ in testamento ipso iure adempta censentur. l.si ita. scriptum vbi glos.ff.de leg.1.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 3.à Zasi.in d.l.si ita scriptum.num.7.

Voluntariæ rei legatæ alienatio seu donatio inducit legati ademptionem.l.rem legatam, vbi gloss.ff. de adimẽ.lega.fideicommissa,§.si rem, ff.de leg. 3. §. si rem inst.de leg.

Fallit in 10. casib.quos not.Bened.Capra in suo tract. reg.108. Don.Fina.lib.2.

¶ADIRE hæreditatem non dicitur illè qui rẽ minimã hæreditatis possedit.Saly.l.non hoc. C. vnde legit.Bald.c 1.colum.4.ver.quæro.in tit.ã agnat. vel fil.licet regula sit in contrarium. l. 1. C. de repud.l. pro hærede.l. Iulianus.ff.eo.conc.cum dicto.l.idem §.recepisse.ff.de arbitr.l.si quis in conscribẽdo,Do. C.de pact.l.si hæredis.C. de man.test. Medic. reg.5.

¶ADITIONE hæreditatis non facta, omne ius testamenti soluitur.l.eam quam C.de fideicom.l. si nemo.la prima.ff.de testam.tutel.

Primò fallit,nisi hæreditas pro adita habeatur: vt in titu. si quis omis.caus.testam : quia tunc omnia debentur.l.ij.§.planè.ff.de vulg.& not.Bar.in l.1.§.fi. ff.de vulga.

Secundò fallit hæc regula in milit.l.miles ita hæredẽ. §.fin.ff.de testamento mil.

Tertiò fallit quando habetur pro adita propter existentiã sui hæredis.l.si filius qui patri. supra de vul. ita not.Imo.in §.ex asse.de vulg.& pupil.

Quartò fallit in legatis ad pias causas.vt no.Bar.in l.j. C.de sacrosanct. ecclesi. in versic. quartò quæro, de quo not.Bald.in cons.cclxxxvij.dicta mulier in fin. lib.4.cons.xx.super primo libro quinto,& in consi. xxxix.viso testamento.eodem libro 5. Ro.cõs.xviij. in terminis propositæ quæstio. & in consi. ccccxiij. in casu consultationis.Ioan.de Ana.in consil.xxviij. visis.Aret.in consi.lxiiij.diligẽter.& in l.si filius qui patri de vulg.& pupil.post Imo.& An.Sicu.consilio 8. scribitur.versicul. circa istam hæsitationem.libro primo. Aliquid Alexand.consilio 4. videretur. lib.ij.

Quintò fallit, nisi expressè agatur,quia testator potest disponere quod legata debeantur hæreditate non adita.Alexand.in l.nemo potest.versi. & ista faciunt ad quæstionẽ:vbi tamen distinguit post alios,quos ibi refert.ff.de lega.j. B.Socin.reg.26.

¶ADEVNDI iuri seu immiscendi xxx. annis præscribitur:vt tenent doct.communiter. l.licet. C. de iure delib.secundum Ias.ibi.vide tu Hispane.l.fin.tit. 14.vj.part.

Limita nisi filia esset instituta à matre sine cohærede, quia tunc si intra xxx.annos nõ adiuit ex testamento,poterit intra alios.xxx. adire ab intestato: & idẽ si ab intestato ex vno cap.per xxx.annos esset exclusa,quia poterit ex alio intra alios.xxx.admitti,quod voluit notabiliter Bald.in d.l. licet referendo Bart. quam decisionem dicit mirabilem Paul.in cl.quandiu.la 1.ff. de acquir. hæred. commendat etiam Ias. in dict.l.licet.per quod limitat dictam communem conclusionem: quod subintellige, vt per eosdem ibi.B. Dias.reg.2.

¶AD compromissum faciendum iudex partes litigantes cogere nõ potest. ita probat glos. & ibi Bar. in l.furti.in §.qui ius.ff.de is qui not.infa.tex.in §.si & ibi Ang.in Auth.vt litigantes iurent. in §.fin.& ibi Bald.de rescrip.Bartol.in l.congruit.ff. de offic. præsidis.Bald. in procemio Decretalium numero 28.glos. & ibi Doct.in l.1. in §. & post operis.ff.de noui operis nuntiatione,quod etiam hodie est decisum, quòd etiam inter consanguineos non habeat locum in Pragma vigesimaquinta,de Segouia. anni 1534.

Hanc regulam limita tribus modis, vt per Ias.in l. quidam existimauerunt.num.4.ff.si cert.pet. quas limitationes posuit Iacobinus de sancto Georg. in l. si verò.num.2. C.de iudiciis. Septem limitationes ad hanc regulam posuit Felinus in rubric. de treuga & pace.vbi tractat materiam:quam regulam latius explicabimus infr.in regu.incipiente Affines.P.Duẽ. reg.30.

¶ADMINISTRATOR non potest remittere debitum liquidũ etiam [illegible] diosum.Bart.& Bal. l. præses. C.de transact.tacitè tamen poterit Bar.leg.Imperatores.ff.de pact.no.leg.aduersus.C.de vsu.Alex.leg. item ff.de pact.itẽ nec emere potest bona illius pro quo est administrator.l. si in emptione. §.[illegible] ff.



de contr.empt.glos.leg.cùm ipse.C.eo.l.nō licet.ff. eo.l.qui officij.ff.eo.l.1. C.de contrac.iudi.leg. plebiscito.ff.de offic.præs.leg.aufertur.§.1.ff.de iure fisci.& hoc ne talis contractus noceat ei, pro quo administrat. Medic.reg.8.

¶Administratorem liberat liberatio generaliter facta à reddenda ratione eorum quæ ante liberationem administrauit, secus ab his quæ post, ne illi qui est administraturus, detur occasio delinquē di, Aretius §.actionum.nu.24. inst. de act. Alciat.in tract.præsumpt. regul.1.præs.6.Ruin.consil.54. colum.fin.lib.1.& est cō.opi.Ceph.inter.cons.39. numero 21. Medic.reg.1.

¶Administratores publici dicuntur habere mandatum generale cum libera: probat text.ex quo ibi notant Bart.& doct.in l.præses.C.de transactio. per quem textum hoc firmauit glos. in l. mandato generali.ff.de procurat.in glos.fin.

Limita tripliciter, vt per Ias.in d.l.præses. qui prius infert duo notāda ex prædicta regula.I.B.Dias.reg.22.

¶Administratores seu officiales, vt sunt tutores, curatores & similes, non possunt emere res illorum seu bona, cuius vel quorum administrant, facit & probat text.in l.si in emptione.§.fin.ff. de contrahen.empt.vbi dicit textus, quod tutor nō potest emere rem pupilli. glos.in l.cùm ipse. C. eodem titu.ibi, dum dicit habet locum hæc in omni officio publico vel priuato:& si isti contrahunt puniuntur, vt in l.non licet.ff.eod.tit.vbi text.dicit quod amittunt & rem, condemnantur in quadruplū. facit etiā tex.in l.qui officij.ff.de contrahen.empt. & in l.j.& ibi doct.C.de contractibus iudicum.in l.plebiscito. ff.de offi. præsidis. notatur in l.aufertur. in §.j.ff.de iure fisci.Hæc regula probatur in tutoribus & curatoribus, in l.j.titul.v.lib.5.ordina. & in l.xiiij. tit. vlti.lib.viij.ordina.& in l.iiij.titu.v.part.v.hanc regulam ponit Socin.in regu.cclxxviij.vbi eam limitat septem modis.

Et quia Socinus tantummodo ponit regulam in officialibus administrantibus iustitiam, diuidam eam in duas partes.In prima parte ponam vltra eum Fallentias, aliàs in istis officialibus qui iustitiam administrant.In secunda parte quid in curatoribus & tutoribus: quæ magis est necessaria.

Primò fallit vltra Socinum supradicta regula, nisi officialis emit rem quæ fuit patris vel antecessoris sui. ita probatur in d.l.qui officij:& in l.milites. ff.de re milit.& notatur in d. l. principalibus maximè per Rom. Ratio est quia nihil tam proprium est filio quàm patris successio, vt in Authen.quib.mod.natu.effician.legit.in §.igitur colla.vi.

Secundò fallit nisi contractus confirmetur silētio xxx annorum.ita concludit Azo in summa. C.de contract.iudi.quam sequitur Matthæus de afflic.in cap. j.§.si verò.nu. 18.de feud. Guard. atque Castaldiæ. in vsib.feud.

Tertiò fallit nisi officialis emat finito officio & sic tē pore syndicatus, vt in d.l.j.C.de contract.iud.& ho. gl.in d.l.qui officij.& ita tenet Ias.in d.l.principalibus.numero 4.

Quintò fallit vt non ꝑcedat d.reg.in vltim.volūtate: & ideò officialis durante officio potest hæres instituti & sibi fieri legatū: vt in l.nō dubiū.in princ.ver. potestate.C.de testa. & ibi Bar. & doct.quā opi. sequitur Ias.in l.principalibus.nu.1.in fi.ff.si cert.pet.

Quintò, fallit in officiali qui caperet donationē remunerationis causa, durante officio, vt in l.Aquilius Regulus, vbi Bartol.in iij.oppositione. num.1.ff.de donationibus.

Sextò fallit in officiali recipiēte pignus: ita tenet Bar. in l.in quorum.ff.de pigno.contra glo.ibi quam doctrinā in Bar.sequitur Bertachinus in tract.de Gabellis.in iij.parte principali.nu.10.Ias.in d.l.principalibus.nu.3. Fran. Aret.in l. Gallus.in §.& quid si tantum.nu.9.ff.de libe.& posth.

Secunda conclusio huius regulæ, scilicet quòd tutores non possunt emere rem pupilli: & sic in consequentiam quod non valeat donatio vel alia dispositio à minore facta ad vtilitatem tutoris, vel curatoris seu alterius administratoris, vt probāt iura suprà alleg. Cuius regulæ ratio est: quia tutores in hoc casu autoritatem pupillis præbere debent, & tanquā in re sua non possunt: vt in l.j.ff.de auro.tut.quia tutor datus est pupillo vt eum tueatur, non vt eum spoliet. vt in l.j.§.de tutelis.& in §. tutores. Inst.de tutelis.

Secunda ratio est propter metum & reuerentiam quā pupilli habent tempore tutelæ, ob ius tutelæ ipsius vel administrationis: iste metus & reuerentia sufficit ad rescissionem contractus: tex.est iuncta glos.in l.j.§.quæ onerandæ.in verbo metu.ff.quar.rer.actio non dat.

Tertia ratio est, quia aliàs tutores, & alij administratores suos pupillos, & hos quos regerent spoliarent. ita dicit Alberic.in l j ff.de tutel.facit tex.in l.j ff.de dona.inter virum & vxorem.

Quarta ratio est, vt sit supradicta regula introducta in fauorem minorum, ne decipiatur, vt in l.j.ff.de minor.

Quam regulam amplia.primò vt procedat etiamsi pupillus sit hæres institutus & grauatus restituere hæreditatem tutori, non potest ipsi tutori restituere prædictam hæreditatem sine iudicis autoritate: quia non potest esse autor in re sua. vt in l j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebel. cùm prædicta restituio sit ad vtilitatē tutoris: cùm in eum transeant actiones. vt in dicta j. & per totum, instit.de fideicommis. hæred.ita tenent doct.in l.singularia.ff.si certum petat. ita concludit Nicol. Bello.in lib.3. supputationum. cap.xiiij.& xv.

Secundò amplia, vt in tantum procedat quod etiam non valet acceptilatio facta tutori vel curatori per pupillum seu alteri administratori durante tutela, neque etiam quidem statim finita tutela, sed ex longo interuallo secus, quia tunc cessat ratio huius regulæ arg.l.si ventri.in fin.ff.de priui.credit. & in l.j. in §.quæ onerandę. ibi si in summa. si incontinenti impositū sit quid liberto, quod oneret eius libertatē, dicendū est exceptioni locum fore.ff.quarū rerū actio non datur. Sed ex interuallo post redditas rationes & reliqua, cùm nemo videatur eum cogere, vt promittat, tum bene potest, quia qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tēpus verbi vt in l. in delictis.in §.j de noxa. & ne officiū sit alicui dāno sum, vt in l.si quis.ff.si quis omissa cau.test.posset tamē minor lęsus postea restitui p l.i.ff. de minor.

Tertiò amplia, vt etiam habeat locū in contractu donationis, quæ donatio tutori per pupillū fieri non potest: quod non solum est verum in donatione immobilium, verumetiam mobiliū, vt in l.si ita. ff.de fideius.& in l bonorum.ff.de verb.sign.quod etiā intelligo nō solùm habere locū in tutoribus vel curatorib.sed etiā in aliis, etiāsi ipsos tutores vel curatores nihil tāgat, nō valet supradicta donatio: vt in l.tutor.ad vtilitatem.ff.de administ.tuto. & in l.fi.

C.si

C.si maior factus:imo etiam si tutor in hoc casu pupillo præstiterit autoritatē,tenetur: vt in l.j.in prin. ff.de tutelis & ration. distra. quia donare est perdere,vt in l. filiusfamiliàs.ff.de donatio.

Quartò amplia,vt etiam procedat in cessione:quia cessio facta per pupillum tutori,non valet:quia donationis vicem plerumque habet,vt in l.penulti.& final.C.manda.

Quintò amplia,vt non solùm habeat locum in persona tutoris & curatoris,verùm etiam habet locum in persona consanguinei ipsius tutoris.Ratio est,quia fieret fraus de persona ad personam , vt inl.pupillus.in §.sed etsi per interpositam. ff.de administr.tuto.notatur in l.fraus.ff.de legibus,& in regula, quæ in fraudem.de reg.iur.lib.vj.

Sextò amplia, vt etiam procedat in testamēto facto ab adolescente in fauorem tutoris vel curatoris, quia etiam non valet , quia non liberè videtur factū vt decet:vt in l.j.C.de sacrosan.eccle.& in l.j.& per totum.C.si quis aliquem testa.prohibuerit. quamuis si aliud prohibitusfuisset institutus,valeret,vt in l.qua ætate.ff.de testamen.

Septimò amplia,vt supradicta regula habeat locum in custode:de quo potest poni exemplum in c.cùm locum.de spons.vbi dicitur, quòd quādo agitur de fœdere matrimonij, debet custodiri mulier in loco tuto:quòd si ista mulier esset minor,non posset cōtrahere cum custode.Ratio est, quia ratione metus videretur facere,vt in dicto §.quæ onerandæ. idē est dicendum in minore qui est in carcere,quòd nō possit contrahere cum Commentariensi, vt notatur l. qui in carcerem.ff.quod metus caus.

Octauò amplia,vt non procedat etiamsi cōtractus fieret in præsentia amicorum: quia licet præsentia amicorum tollat suspicionem,vt in l.transactionem.C. de transac. tamē non tollit prohibitionem huius regulæ,licet contrarium teneat Bartolus in repet.l.frater à fratre.nume.51.ff.de condit.indebit. vbi expressè loquitur in casu huius regulæ : quem sequitur ibi Iason,in repetitione,num.42.Alex.in d.l.transactionem.numer.4. Sed contra Bartolum & pro supradicta ampliatione,facit tex.in l.xiiij.tit.xviij.libro octauo ord.in parte,concegeramente. quæ debet intelligi, id est publicè sicut est quando fit in præsentia amicorum quod dicitur publicè fieri.

Nonò amplia,vt etiam hæc regula habeat locum,si cōtractus inter tutorem & pupillum fieret in præsentia iudicis,cùm iudex non possit legibus probantibus hanc regulam derogare:quia inferior non tollit legem superioris,maximè prohibitiuam: vt in l.j.C. ne fideiuss.dot.dentur. in Clem.ne Romani.de electio.aliàs nunquam haberent locum constitutiones vel ordinationes prohibentes aliquid fieri,contra l. nemo vbi docto.ff. de legatis j. nisi iudex ex magna causa approbaret supradictum contractum, vt si nimis vtile esset pupillo:vel aliàs , vt in l.si hominem. ff.manda.ita probat text.maxima causa interueniēte.in l.iiij.titul.v.parte v.

Fallit primò supradicta regula,scilicet si tutor vel curator emat rem pupilli altero tutore autorizante:vt in l.iiij.& v.ff.de autorit.tut.& in l.non existimo.ff. de administ.tuto.Ratio est, quia isti tutores habent autoritatem diuiduam: quod tamen intelligo verū, vt suprà dixi, quando fieret etiam cum magna causa,vt probat text.in l.iiij.titul.v.parte v.

Secundò fallit, quando tutor accepisset possessionem alicuius rei sibi debitæ,antequàm fuisset tutor:vt in l.fistulas.in §.j.ff.de contrah.empt.Ratio est,quia agitur de executione alterius cōtractus & vacuę possessionis,in quibus nō requiritur autoritas pręsidis, vt in l.j.C.quando decreto opus non est.

Tertiò fallit , quando pupillus esset debitor tutoris: quia tunc poterit sibi soluere, si debitum esset pecuniarum: vt in l.quoties.in §.sicut.ff.de admin. tuto. sed si res essent immobiles,requirerentur solennitates positæ in l.magis puto.ff.de rebus eorum.& in l. si prædium,cū aliis.C.de prędiis mino.notant doct. in l.singularia.ff.si cert.pet.& idem quod dictum est de tutore,quod potest sibi soluere,habet etiam locum in executore dato in testamēto:ita tenet Ioan. Andr.in additionibus ad Spec.in tit.de instr.editio. in §. nunc aliqua.vers. xxix.num.30. quem sequitur Bal.licet de Ioan.And.nullam mentionem faciat,in l.non est dubium.numer.4.C.legibus allegat tex.in d.l.fistulas.in §.fundum . eandem opinionem tenet ibi Paul.de Cast.& Iason.n.4. in ij.limitatione. neque talis executor propter hoc incidit in pœnam d. l.nō est dubium.quam opin.sequitur Decius in consil.ccxlij.num.3.

Quartò fallit quando pupillus factus maior approbauerit illum contractum:vt in l.fin.C.si maior fact.in l.pupillus.in §.itē ipse.ff.de administ.tuto.Quod tamen intelligo verum quòd valebit supradictus contractus à tempore approbationis,& non antè, cùm à principio nullus fuit,ob id non potest conualescere.vt in l.quod in initio.ff.de regu.iur.

Quintò fallit quandocunque ex contractu resultaret commodū pupillo. Ratio est,quia cùm hæc regula fuit introducta fauore pupillorum , ne decipiantur,& bonis suis priuentur:igitur in fauorē ipsorum valebit:vt in §.j.Inst.de auth.tuto.in l.non eo minus. C.de procur.glo.in l.ij.ff.de acceptilatio.text.est in l.iij.tit.vij.lib.iiij.fori.& in dicta l.iiij tit.v.part,v.

Sextò fallit in substitutionibus pupillaribus: quia non fiunt à pupillis tutoribus,& sic requiritur quòd sint factæ ab ipsis pupillis:quia vbi verba non conueniūt neque dispositio, vt in l.iiij.in §.toties.ff.de damno infec.& quiasubstitutio pupillaris potius est dispositio testator.quàm filij pupilli:vt in l.Papinianus. in §.sed neque impuberis.ff.de inoff.testa.& est prouisio patris magis quàm filij.vt in l.patris & filij.ff.de vulg.& pupil.& sic substitutio valet,vt in cap.si pater.& ibi doct.de testam.lib.vj.

Septimò fallit quandocunque fieret contractus cum autoritate iudicis. Quod tamen intelligo verum ,vt suprà dixi in ix.ampliatione,scilicet quod causa debet esse maxima & iure conueniente:nam aliàs non potest minor etiam cum decreto facere talem contractum,vt in l.j.& ibi Bart.C.si maior factus ratum habuerit.quem sequitur Barba. loquendo in donatione,in cōsilio lx.versic.capio aliud dubium. in iij. volumine. vbi dicit quòd in tantum hoc procedit, etiam si minor iurauerit talem donationem, idem tenet in consi.xlj.iiij.volum.

Octauò fallit quādo pupillus esset ditissimus, & cōtractus factus vel donatio esset modicæ quantitatis: quia de modicis non curat prætor,vt in l. scio ff. de restitutio.in integrum.& in l.cùm plures. in fine ff. de administr.tutor.

Nonò fallit in minore qui alienauerit aliquam rem pio loco , dum ibi custodiebatur professionis voluntariæ faciendæ causa, probat gloss.j.in l.si quis Tit.ff. de legat.ij.ita tenet Bald.in l. generali. nu.3.C.de sacrosan.eccl.quam opinionem sequitur Paris.in c.in

præsentia.nume.37.de probat.contra Abb.ibi,num. 10. Circa quam quæstionem,vide Tiraquellum in le gibus connubia.in gloss.vj.numer.159.cum sequent. & sic licet, vt suprà dixi in vij.ampliat.quòd hęc regula habet locum in custode,tamen quando aliquis custoditur professionis voluntariæ faciendæ causa, non habet locū. est tamen verum quod ibi vult Tiraquel.loquendo in muliere quæ prohibetur contrahere sine licentia mariti, vt in l.lv. Tauri,an possit facere contractum fauore ecclesiæ vel piæ causæ: & concludit quòd non, ibi in nu.170.Ratio in qua se fundat est,quia talis ꝓhibitio est in fauorē mariti introducta. Sed supradicta ratio cessat in casu nostrę regulæ:quia talis prohibitio vt minor nō possit cōtrahere cū tutore tantummodò, vt suprà dixi in prin.huius regulæ, est introducta in fauorem ipsius minoris:& ideò procedit, & est vera nostra limitatio:& ibi Tiraq.pro vtraque parte ref.plures doctores quos propter prolixitatem non refero, cùm ibi in promptu videri possint. P.Duen.reg.31.

¶ Admittere. Quod pro te non admittitur, nec contra te admitti debet.

In Aut.quib.mod.nat.effi.leg.§.filium. az.ru.104.

¶ Admittere. Quod pro te admittis,contra te admittere debes.

In Aut.de his,qui ingre.ad ap.§.illud.
C.de testib.l.si quando.
C.de senten.& interlo.l.cum ap.
C.de fruc.& lit.expen.l.cū quidam. az.rub.60.

¶ Admitti actioni, Excipi. Bonif.Reg.lxxj. Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admitendus.

L.j.§.quod autem.ff.de superfic.l.inuitus.§.cuidamus.de regu.iur. Viuiennus.

¶ Adoptio facta, hoc modo videlicet, adoptamus Semproniū secundū quod adoptauimus Seium,si adoptans apponit relationem per modum conditionis,tūc nō valet.l.si tibi.vbi Doct.ōnes.ff.de adopt. si verò per modū causę efficiendi bene valebit,ita firmat Cagnol.l.actus legitimi. numer.6.ff.de reg.iur. not.l.1.§.1.si furt.fam. fecisse dicatur.l.si quis seruū. §.fin.ff.de leg.2.August.Ber.consi.20.nu.9.vol.3. cōsil.93.nu.51.vol.2.consi.110.nu.22.& seq.vol.2. Paris. consi.5.num.17.vol.4.cons.1.num.106.vol.3. cons.7. nume.13.vol.2.

Adoptio non iure facta nulla est, licet confirmari possit à Principe.l.adopt.ff.de adop.dixi ego in meo tract.de fin.part.2.de fin.74.nu.2.§.minorē.inst. de adopt.idē est in arrog.dixi d.loco. nu.4.Med.reg.7.

¶ Adoptio soluitur morte adoptantis, §.1.Instit. quibus mod.ius part. potest.sol.l.si pater.ff.eodem. Ampl.1.procedere, vt soluatur etiam morte ciuili, not.§.pœnæ.§.cum autem.Instit.eodem tit. Tertiò soluitur propter delictum contrahendi incestas nuptias.§.sancimus.authentic.de incestis nupt. Quartò si adoptatus cōsecutus fuerit dignitatem aliquā, vt consul,& episcop.l.si vbi. Doct.C.de decur.lib. 10.§.filius.Inst.quibus mod.ius part.pot.solu.Quintò soluitur etiam per emancipationem,l.emancipati ff.de adopt.§. præterea. Instit.quib.mod.ius part. pot.solu.Host.in Summa de cogn. leg.num.8.conc. cum hac conc.Oldra.cons.139.Alexand.consi.83.volu.2.Petrus sing.27.Mars.l.fin.nume.40.ff.de quęst. Medic.tract.2.p.

¶ Adscriptitius aliquis si pronunciabitur esse, talis sentētia quidem faciet ius quo ad omnes, quia est immobilis status personæ.l.quemadmodum.C. de agric.& cens.lib.11.Alexan.l.sæpe.numer.65.ff.de re iud.conc. simil.glo.l.cognitio.ff.de liberali causa.l.patronum.ff.si lib. inge.esse dicatur.l. ingenuū. vbi Doc.ff.de stat.hom. Med.reg.8.

Advena,vel viator,conueniri non potest in loco cōtractus, nisi sit permansurus.l.hæres absens.§.j.ff.de iudic.

Primò fallit,nisi talis aduena,vel viator esset vagabundus:quia poterit non solùm ibi,sed vbique conueniri,vt tenuit gloss.in d.§.j.& ibi per Bart.& in l.iiij.§. prætor ait.ff.de dam.infect.& per gloss.& Bal.in l.j. C.vbi de crimine & vide per gl.in d.§.prætor.dicentem, quòd dicitur vagabundus ille, qui non habet certam mansionem.

Secundò fallit,nisi tali loco esset destinata solutio:quia tunc ibi dicetur factus contractus,& ibi posset conueniri,vt in d.l.hæres.§.ij.Mod.in c.fi.de foro cōpeten.l.contraxisse.ff.de act.& oblig.

Tertiò fallit, nisi talis contrahens vt viator, vel aliena, conuersaretur posteà ibi assiduè, ratione cuius assiduæ cōuersationis sortitur forum, tunc ibi conueniri poterit secundum Inno.in c.ex parte.suprà eo. per tex.in l.ij.C. vbi sena.vel claris. quod intelligit Pet.de Ancha.in c.j.§.contrahētes.de fo. comp.lib. vj.procedere, quando conuersatio esset assidua per x.annos.l.ij.C.de incolis.lib.x.Sed certè illo modo contrahitur forum ratione incolatus, vt per gloss.in d.§.j.sed ratione assiduæ conuersationis est diuersus modus & non requiritur decennium : vnde dicebat glo.in l.fi.C.vbi de crim.& Bart.ibi quòd scholaris poterit conueniri in loco studij, etiam pro debitis alibi contractis,de quo per eum in d.l.ij & per Spec. in tit.de compe.iud.adi.§.j.ver.quid si aliquis.& Io. And.ibi in additione,dicentem, quòd ratione assiduæ conuersationis poterit quis ibi conueniri de contractibus alibi gestis.& sequitur Anto.in cap.fi. & in ca.quod clericis.suprà e.& Abb.ibi,licet Ioan. And.in contrarium teneat in d.cap.ex parte. vt sola assidua conuersatio nō sufficiat: prout etiam tenuit Bal.in d.l.ij.cùm tex.ibi loquatur copulatiuè, scilicet,de assidua conuersatione, & quòd habeat quis ibi maiorem partem bonorum:& ita etiam sequitur Bal.in d.l.fi.& inclinat in hāc partem Imo.in d.c.ex parte. pro quo facit quod idem Bart.dixit in tract. repræsaliarum, in v.q.prin.prope fi.quòd scholaris non possit ante decennium in loco studij conueniri ex contractibus alibi gestis. Imo.in l.lex.Cornelia. §.domum.ff.de iniuriis.dixit,ꝙ etiam si per mille annos staret scholaris in studio,animo tamē recedendi,de quo appareret, non contraheret domicilium vt per gloss.in d.l.ij.C.de incolis. de qua tamen materia vide plenius per doc.in d.c.fi.& c.ex parte.&c. quod clericis.

Quartò fallit,nisi conueniatur ad id,quod venit ex natura contractus immediatè expediēdi in illo loco, vt si viator emit librum vel equum,poterit ibi conueniri ad pretium : quia de natura contractus est,vt pretium soluatur:& ita in dubio pręsumitur de mēte contrahentium,nisi aliud appareat.l.iiij.ff.de pigno.actio.nec præsumitur habita fides de precio in rebus,in quibus consueuit statim pretium solui, vt in rebus,quę venduntur in nundinis.& ita determinat Bal.in l.si non donationis.C.de contrahen.emp. secùs tamen esset, si ageretur ad alia, quæ licet veniant ex natura contractus, tamen non veniunt ad executionem contractus immediatè: vt si agatur de euictione, vel petuntur fideiussores, vt determinat

terminat Bart.in d.§.j.& Imo.hic.quod intellige,nisi euictio veniret in limine contractus,& sic incontinenti.argu.l.si post perfectum.C.de euictio.

Quintò fallit,nisi contrahens cum illo,ignorauerit eũ aduenam,vel viatorem: quia tunc poterit ibi conueniri.d.§.j.& ibi per Bar.& per Anto.in d.c.fin.intellige ratione illius contractus, non autem alia de causa.

Sextò fallit, nisi contrahens vt aduena, vel viator haberet ibi originem, ratione cuius originis possit quis conueniri in loco.l.incola.& l. assumpto.ff.ad Municip.quod intellige ,nisi locus originis sit alteratus per contrariam consuetudinem: vt not.in l.j. §.bestias.ff. de postu. vbi dicebat Barto. quòd si represaliæ sunt concessæ contra Florentinos, tamen non intelligitur de Florentinis, qui diu habitassent in ciuitate,licet originaliter essent Florentini.Item intellige secundò, nisi ipsa origo sit repentina: vt not.in l. huiusmodi. §. legatum.ff.de lega.j.secundum Bald.putà si esset quis natus in vna ciuitate, dũ mater esset in fuga,vel peregrinatione: quia non dicitur ciuis illius ciuitatis,tenet Imol.d.§.j.ne sit cõtrarium, de quo ibi.

Septimò fallit,nisi talis viator intenderet delinquere, vel decipere contrahentem, vt si vellet recedere cũ re sibi vendita,vel cum re aliena, vt ff.de iudiciis.l. non aliter. & l.ait prætor.§. si debitorem.ff.quæ in fraudem creditorum. secundum Bald.in d.§.primo.

Octauò fallit,nisi esset talis causa ex qua esset alicui leue respondere. putà si vendidisset equum morbosum,vt in d.l.hæres absens. in versicu. durissimum.à contrario sensu, secundum Bald.in d.cap.quòd clericis. B.Socin.reg.23.

¶ Advlter.Adulter pœna mortis punitur.l.quamuis.C.de adulter.

Ampliatur & limitatur in 5.casibus, quos refert Lancil.in tractat.de prætore, in titu. de adulte. numero 21.

Propter adulterium mulier amittit dotem,lege quamuis.la 2.C.de adulte.c.plerique,vbi Abb.& Docto. de donat. inter virum & vxorem, & est communis opinio.

Fallit in 5.casibus,vt per Lancil.in tract.de prætore, in tit.de adulte.nume.23.

Mulier quę adulterium cõmisit,pœna mortis punitur, glo.in l.quamuis.C.de adult.

Fallit in 9.casibus,vt per Lancil.in d.tract.& titul. numero 25.

De adulterio non dispensat Episcopus, nisi sibi aliàs permissum à iure reperiatur, c.at si Clerici,§.de adulteriis,de iud.

Fallit in 3.casib.vt per Fel.in d.c.num.1.

In adulterio,& minoribus Episcopus dispensat, nisi prohibeatur.Fallit in 4.casib.vt per Fel.in d.§.de adulteriis,num.4. Don.Fina.lib.4.

¶ Advlter si condemnatus fuerit per sententiam, non nocet mulieri,quæ diceretur adultera in eo delicto.l.denunciasse.ff.de adulter. capitu. interrogatum.secunda quęst.4.capitul. significasti.vbi Doct. com.ff.de adulter.facit tamen aliquam præsumptionem cont.ipsam,gl.c.ordinatus.59.di.Arch.c.interrogatũ.2.q.4.ita in term.ad hanc reg.firmat Abb.c. quamuis.nu.23.de sent.& re iud. Med.reg.7.

¶ Advlteri confessio nocet alteri, gloss.c.ordinatos.59.distinct.Archid.interrogatum.2.q.5. Abb.c. quamuis.num.24. de senté.& re iud.vbi dicit quòd facit tantum aliqualem præsumptionem. l. denunciasse.§.queritur.ff.de adul.cap.significasti,vbi doc. extra eo.addentes ad Abb.d.capitulo quamuis. numero 24. Medic.reg.8.

¶ Advltero absoluto, & adultera debet absolui. l.denunciasse.§.fi.ff.ad l.Iul.de adult.quando, scilicet tempore absolutionis mulier nupta erat, secundũ Bart.d.loco. Aliàs secus.l. adultæ.§.si eo.ff. eod. similiter si vir potest vxorem adulteram accusare: ita & econtra,vt qualitas seruetur, atque par pari referatur.gloss.c.vnico,de æta.& qual.Doc.commu.l. si aduer.C.si aduer. rem iudicatam. Alber.authen. nouissima.C.de inof.test.conc.simil. Duen.reg.158. Soc.consi.56.num.3.vol.1. Alex.l.generaliter.§.cum autem.num.4.de inof.testa. Med.reg.9.

¶ Advlterivm accusari non potest post mortem mulieris,neque post mortẽ mariti, ideo mulier superstes potest petere dotem.Anto.capit.fina. de donat.quã ipsa amitteret,si deprehensa fuisset in adulte .Doct.com.in rubric.C.de edendo.Affinitas non durat mortua filia, cuius causa affines dicebantur. le.cui eorum. §.affinitates. ff. de post. cap. infames §.affinitates.3.quæ.7.gloss.l.sed hoc.ff.de re iud.l.fi. vbi Paul.& Ias.C.de verbo.sig. Bald.c.in literis de testibus.Alexand.consilio 107.column.3. volum.6. Medic.reg.6.

¶ Advlterii querela soluitur morte viri,vel mulieris,vnde vir superstes lucratur dotem,mulier autem superstes illã repetere põt.Aut.c.fi.d.don. Bas. l.rei.§.morum.ff.sol.mat.dec.Pedem.77.nu.10.non enim ius querelandi transit ad hæredes,sicut ius tollendi feudum non transit ad hæredes,l.omnimodo. C.de inoffic.testa. Boer.decis.338.nu.7. conc. cum hac 5.concl.Alexan.d.l.rei.num.3.ff.sol.matr.Bald.l. fin.C.de adult.Alba.cons.25.num.11.Fallit nisi ante mortem querela intercesserit:Specul.tit.de don.inter vir.& vxor.ver.quid si mulier, vbi Bald.vers.an hæredes.Rayn.l.secunda, §.fin.ff. ad Syll.Ant.c. fin. de don.Paul.l.2.§.si voluntate.ff.sol. matr. Imola l. si constante. in fine.ff. eodem. Barto.l.rei iudicatæ. num.5.ff.sol.matr.gloss.§.adulteram.Authen.vt nulli iud.§.quia verò. Authen.vt liceat matri,& auiæ. notat l.fina.C.de dot.promiss. Secundò fallit,si maritus, vel vxor ignorassent, quo casu iniuriam remissam esse non præsumitur, argumen.l.error.l. non est.ff.ad l.Falc.in dubio tamen ignorasse præsumitur,l.veriùs.ff.de probat. Tertiò fallit, quando maritus, vel vxor statim fuissent mortui post adulterium, tunc enim iniuria non præsumeretur remissa,not.l.si mater.C.de inoffic.testam.Conclu. autem procedit quãdo sciens,& prudens quilibet aliquo tempore tacuerit, nam quasi simulando remisisse præsumũtur,l.omnino.C.de inof.test.l.1. in fi.C.de reuo.don.l.procula.ff.de probat.not.l.posthumus.C.de inof.test. Bal.cons.302.& seq.vol.3.Tiraq.l.si vnquam.vers.susceperit.nu.217.C.de reuoc. donatio. Med.tract.2.part.

¶ Aduocatus in criminalibus non repellitur.l. custodias.§.de pub.iud.

Fallit vt per Battand.in sua praxi,reg.17.

Aduocatus qui se obligauit defendere, non tenetur defendere in causa appellationis.

Fallit vt per Baptist.à Villal.concl.63.

Aduocatus qui pręstat patrociniũ petenti rẽ suam sibi præiudicat.fallit vt per Dama.reg.29. Dona. li.3.

¶ Advocatvs ,sententia lata contra aduocatum de corruptela & pręuaric.facit fidem contra corrumpentem.Doc.com.l.C.de aduoc.diuer. iudi.Cyn.& Bart.d.l,

Bart.l.si quis homicidij.de accusat.Cyn.l.1.C.quando ciuil.actio detur.Bar.l.preuaricationes.ff.de præuaricat.Alexand.l.sæpe.numer.46.ff.de re iud.Abb.c.cum super.numer.24 ex tra eodem tit.de sent.& re iud. Medic.reg.8.

Aduocati corrupti an possint nocere parti, vide Bart. per hanc reg.l.1.C.de adu.diuer.iud.l.præuaricationes.ff.de præuaric.Barto.rub.C.res inter alios acta.numer.2.leg.cum filius.ff.de verb.obligatio.& conclusio est quòd non.leg.si vteris.de fide instrū.leg.1.ff.ad leg.Corn.de Sic. Doct.com.leg.prima C.de aduoc.diuers.iudic.Alexand.leg.sæpe.num.46.de re iud. Medices reg.8.

¶ Ædificare potest quis, aut reficere castrum ciuitatis in sua.l.per prouincias.C.de ædif.priuat.

Fallit in casibus, vt per Pet.Duen.reg.32.

¶ Ædificare, & eleuare potest quis domum suam vsque ad cœlum.l.altius.& l.si ædib.C.d.ser.& aqua

Ampliatur in 3.casibus, & limitatur in 8.vt per Pet.Du. reg.33. Don.Fina.lib.5.

Ædificare potest quis aut reficere fortalicium vel castra, & ciuitates in suo.Hanc regulam probat text.in l.per prouincias.C.de ædificiis priuat. eandem regulam ponit Bart.in l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure.num.7.& ibi Bal.& Angel.Ratio est, quia constructio ędificiorum est deiure gentium, vt in d.l.ex hoc iure.

Limita primò, nisi talia ædificia fierent ad æmulationem vel iniuriam alterius. ita probat tex.in l.opus nonum.ff.de operibus publicis.& ibi Barto.& in l.fluminum.in §.finali.ibi, nisi animo nocēdi.ff.de dāno infecto.gloss.in l.per prouincias, in verbo, sui dominij.C.de ędificiis priuatis.& in l.quicūque castellorum.C.de fundis limitrophis.libr.xij.in verbo antiquas.Barto.in l.j.in princip.ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine.& in l.fin.ff.de colleg.illicitis.numero tertio. Innocen.in capitu.Pisanis. de restitut. spoliato.Angel.in l.cum eo.ff.de seruit.vrb.prædio. Iason in dicta l.ex hoc iur.numer.8.ibi Claudius de Seysello nume.16.

Secundò limita, quando quis ædificaret in limitibus Imperij castrum vel fortalicium, vt in dicta l.quicunque castellorum.iuncta gloss.ibi.Innocen.in dicto cap.Pisanis.Barto.in d.l.fin.ff.de colleg.illici.in d.num.5.Ang.in l.xij.tabularum.num.3.ff.ad legem Iul.maiest.Iason in d.l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure num.12.

Tertiò limita, quando ædificia præberent materiam seditionis & scandali, vt tenet gloss.in d.l.per prouincias.Quia tunc publica vtilitas prefertur priuatæ: vt in l.Lucius.ff.de euictionibus, & in l.itē si verberatum. cum similibus.ff.de rei vend. Quod tamen intelligo esse verum, etiam si iste haberet licentiam Regis ad ædificandum fortalitium, quia talis ædificatio præberet seditionis materiam, tunc illud priuilegium si ex post facto incipit nociuum esse debet reuocari: ita probat text.in c.suggestum.de decimis.& in l.xlj.titu.xviij.par.ij.& ita tenet Mattheus de afflictis in constit.Neapol.lib.iij.Rub.xxix.nu.5.

Quartò limita, vt procedat quòd quis possit ædificare ad hoc quòd officiū sit licitum: sed ad hoc vt castrum vel locus habeat iurisdictionem, vel ius ciuitatis aut municipij, hoc non licet sine autoritate Regis, ita tenet Barto.in d.l.fi.ff.de colleg.illici.nume.5.& in l.fin.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine. quē sequitur Claudius de Seysello in d.l.ex hoc iure num.14.& ita debet intelligi dictum Innocent.in c.cūm ab ecclesiarum. nume.1.de officio ordinarij.

Quintò limita nisi per sententiam essent muri destructi: quia tunc non possunt refici, vel de nouo ædificari sine licentia regis. ita tenet Ioannes Faber in l.seruus.C.de pœnis. quem sequitur Chassanæus in consuetudinibus Burgund.in titu. Des forestz.§.ix.numer.4.Matth. Affl.in d.rub.xxix.num.6.pro qua opinione est text.in l.sacra loca.in §.muros.ff.de rerum diuisione.

Sextò limita nisi esset consuetudo vt quis non posset ædificare castrum vel fortalicium: quia tunc illa cōsuetudo valet, ita tenet Chassaneus in dicto titul. Des forestz.§.ix.num.4.

Septimò limita vt ista regula non procedat de ivre nostro regio.vt in l.vij.tit.vij.li.iiij.or.& in l.xlvij.Tauri, in fine: & in Pragmatica lxx.in antiquis.vbi habetur neminem posse sine licentia principis ædificare aut reficere Castella. P.Duenas.reg.32.

Ædificare & eleuare potest. quis vsque ad cœlum domum suam. Hanc regulam ponit text.in l.alius.& in l.si in ædibus.C.de seruit.& aqua.in l.si.in §.si.ff.quod vi aut clàm. cum aliis iuribus allega.in gloss.in d.l.altius.De iure nostro regio tex.in l.xxv.tit.xxxij.parte iij.Hanc.regulam ponit Soci.in regula cj.vbi eam quadrupliciter limitat.

Amplia primò vltra eum, quòd in tantum procedat regula nostra, quod etiam si domus mea steterit per mille annos iuxta domum tuam non ædificata, probè potero eam ædificare, ita probat gloss.in l.qui luminibus.in verbo, formam.in fine.ff.d.seruituti vrba.præd.& gloss.in cap.Abbate.in verbo, Alciatensem monachum.de verb.sig.ita tenet Iaso.in §.æquè si agat.num.41.Inst.de actio.

Secundò amplia, etiam si eleuando quis domum suam officiat luminibus vicini: quia tunc potest prædictam domum eleuare, nisi ei debeatur seruitus altius non tollendi.ita probat tex.in d.l.altius.&in d.l.si in ædibus.& in l.cum eo.ff.de seruit.vrbano.prædio.etiam si vicinus esset minor vel pupillus: vt in l.altius.ff.si seruitus vendicetur.iuncta gloss.ibi. Decius in l.nullus videtur.num.1.& ibi Cagnolus, numero.4.ff.de regu.iur.Coras.in lib.iij.Miscellanęorum.c.xxiiij.nume.3.Aymon.consi.lxxxiiij.nume.2.volu.j.Bertrand.in consilio xxix.numer.2.& in consil.ccxxiij.nu.1.vol.ij.& in consi.lxij.nu.1.vol.ij.primæ impressionis.

Tertio amplia procedere etiam si in totum obscurarentur lumina seu ædes vicini, vt in dicta l. cum eo & ibi hoc tenet Bald.& Paulus in l.binas ædes.nu.2.in lectura Auenionensi.ff.de seruituti.vrb.præd. Ange.num.1.in dicta l.cum eo.& Cæpol.in tract. seru. vrba.præd.cap.xxxix.nume.1.in fin. licet Bartholomæus Socinus in dicta regula cx.in iiij.fal.teneat expressè contra hanc ampliationem: quæ opinio falsa videtur, maximè cum tex.in quo se fundat, in iure non reperiatur.

Limita primò hanc regulam vltra Socinum, quando seruitus esset imposita per pactum: vt in l.inter seruitutes, cum sequenti.ff.de seruitu.vrbanorum prędiorum.& ita tenet Corasius in l.j.nu.27.cū aliis.ff.de seruitutibus.

Secundò fallit quando ædes vicini haberent lumen ex publico: quia tum vicinus ædificando nocere non potest talibus luminibus: nam non licet vicino aliquid in publico facere, quin liceat alteri prohibere: vt ff.ne quis in loco publico.per totum.ita tenet gloss.in l. fluminum. in §.fina.in verbo, non teneri. ff.de

ff.de damno infec.& ita tenet Bard.Cæpola.vbi declarat istam limitationem,in tract.de serui.vrba.prędio.c.xxix.nume.2.

Tertiò limita quando quis habet plures domos,& legat vsumfructum vnius alicui: nam tunc hæres non potest obscurare domum vsufructuariam in totum: sed debet modicum lumen quod habitantibus sufficiat relinquere. ita probat text.l.si is qui binas.ff. de vsufructu.& in l.binas ædes. & ibi gloss.ff.de seruitutibus vrbano.prædio.ita tenet Iason. in d.l.ex hoc iure.nume.15.ff.de iustitia & iure. Hippolyt.in singulari cliiij.Corasius in libr.iij.Miscellanęorum. cxxiiij nume.6.

Quartò fallit quando esset statutum vel consuetudo ędificandi vsque ad certam mensuram:vt est gloss.in l.j.C.de ædificiis priuatis.&in l.qui luminibus.ff.de seruit.vrbanorum prędiorum quas sequitur Cæpol. in tract.seruit. vrbanorum prædiorum.c.xxvij.nu. 5.Coras.in l.j.num.12.ff. de seruit.& in lib.iij.Miscellanæorum.c.24.num,8.

Quintò,fallit quando quis ædificaret super re communi ipsius laborantis, & eius cuius luminibus officit. quia tunc non potest obscurare lumina alterius domus quę est propria dicti sui consortij:& iste talis ædificando tenetur formam antiquam seruare secundum quam erat ædificatum,&si nũquam fuit ædificatum super ipso pariete,melior est cõditio prohibentis: vt in l.Sabinus.ff.communi diuidundo.& in c.in re communi,& ibi Ioan.Andr.& Dinus de reg. iur.lib.vj.& ita tenet Alberi.in d.l.altius.quẽ sequitur Cæpola in tractatu de seruit.vrba.præd.c.xxxvj. num.10.& c.xxxix.num.3.

Sextò fallit quando area. in qua fructus triturantur & paleę à fructibus discernuntur,nõ possit habere ventum nisi ab vna parte:quia tunc ipso iure prædio vicini seruitus imposita esse videtur, ne possit altius tollere, & ventum impedire: ita probat tex. & ibi doc.per eum in l.si.in §.j.C.de seruit.& aqua.tex.& ibi gloss.j.& Ang.in l.Imperatores.ff.de serui.vrba. præd.& ita tenet Ioan.de Imol.in l.si prius.numer. 9.ff.de noui operis nunc.Iaso. in l.ex hoc iure.num. 14.ff.de iusti.& iur.Io.Coras.in lib.iij.Miscellanæorum.c.xxiiij.num.4.

Septimò fallit quando quis ædificaret animo nocendi vicino,& sibi nõ prodest: vt est tex.iunct.gloss.in l. j.in §.denique.clij.ff.de aqua plu.arcen.& in l.fluminum.in §.fi.iuncta gl.ibi in ver.nõ teneri.ff.de dam. infecto.& ita tenẽt Cyn.Bald. & doct. in d. l.altius. per tex.in l.opus.ff.de operibus publicis.facit etiam tex.in l.qui data opera.in princ.ibi,sine lucro hoc affectauit.ff.ex quibus causis maiores.& hanc opinionem tenet Pau.de Castr.in d.l.cum eo Dec.in l.nullus.num.1.ff.de reg.iur.& ibi Cagno.nu.4. Hyppo. in sin.cliiij.Fran.de Ripa in l.de pupillo.in §.meminisse.numer.34.per.gloss.ibi.ff. de dam.inf.Alex.in consi.clxxiiij.num.4.volum.ij. Stephanus Bertran. consi.cccxxix.num.ij.vol.2.primæ impressionis.Aymon consi.xciiij.num.j.vol.j.Marianus Socinus Iunior in consi.lxxvj.vol.ij. Corasius in lib.iij.Miscellanęorum c.xiiij.num.x.Alciat.in trac.præsump.iij. regula, præsump.xxiij.nu.1.in l.ex hoc iure.num.8. ff.de iusti.& iur. Franc.de Ripa in l.quo minus.nu. 26.ff.de fluminibus.De iure Regio est text.pro ista opinione in l.xix.tit.xxxiij.parte iij.& ibi glos.& ista opinio est vera & cõmunis,vt ex supradictisdoc. patet:licet Alberic.teneat contrarium in dicta l.altius.& Angę.in d.l.cum eo nu.2. Florianus in l.Sabinus.num.2.ff.communi diuidundo.quæ opinio vt suprà diximus,communiter à doct.reprobatur.

Octauò fallit in scalis: nam quis iuxta scalas ædificare non potest,ita quòd luminibus earum officiatur,licet seruitus constituta non sit:ita tenet Cæpola in trac. seruitutum vrbanorum prædiorum.c.xxxix. nu.4. P.Duen.reg.53.

Ædificare in solo suo vsque ad cœlum regulariter vnicuique licet,eique liberum est.l.altius.& l.sine ædibus.C.de serui.cum simi.

Amplia,in area,inqua aliàs domus vel aliquod ædificium nunquam fuit,quia contra illam vicinus non prescribit secundum gloss.in l.qui luminibus.de serui.vrba.prædio.

Amplia etiam,si officiatur luminibusvicini:nisi ei debeatur seruitus altius non tollendi.l.d.altius.

Amplia etiam si esset minor,vel pupillus.d.l.altius.

Primò fallit,quando consuetudo, vel statutum poneret mensuram in ædificãdo.Floria.in l.j.C.de ędifi. priua.gloss.& Docto.in d.l.qui luminibus.

Fallit,quando seruitus est imposita per pactum.l.inter. seruitutes.ff.de ser.vrb.præd.

Fallit quando ædes vicini haberent lumen ex publico. ff.ne quid in loco pub.per totum.

Fallit quando concederetur potestas ædificandi à priuilegio principis, & non à iure.l.2.§ meritò & §.si quis à principe.ff.ne quid in loc.publ.

Fallit in prædiis rusticis ratione fructuum,putà ego habeo viridarium, tu habes aream,à cuius parte recipio solem in viridarium meum,quòd non possis ędificare in ipsa area, ex quo impedior recipere solem in ipsum viridarium,& per consequens fructus non producerentur, vt probat text.in d.l.fi.§.fi.Sed quæ est ratio,quòd fructus non generantur propter solis carentiam,dic quia sol & homo generant omnia,secundum naturales.

Fallit in scalis,nam quis iuxta scalas ædificare non potest,ita quòd luminibus earum officiatur,licet seruitus constituta non sit.Ita d.Ant.de But.in d.l.fi.in d. §.fi.hæc habes ex D.Bar.Cæpo.in tit.de ser.vrb.prædio.in tit.de solo,& area.vbi diffusiùs.

Fallit in locatore,qui quando vult ædificare,debet ita facere,ne luminibus domus locatæ officiat,ita quòd obscurentur,quia illas obscurare non potest secundum d.Bart. Cæpol.eod. loco, in titu.de fenestra. quia tunc locator tenebitur conductori, vt probat tex.in l.si merces.§.fi.ff.loc.glo.& Bart.in d.l.qui binas. quod intellige: vt est dictum suprà in tertia fallen. S.Ianu.reg.77.

¶ Ædificans. Sciens de suo, in alieno ædificans donat.

ff.de donat.inter vir.& vxor.l.si vir.§.2. Az.ru.69.

¶ Ædificium.regulariter solo,seu domino soli cedit.l.ij.C.de rei vendic. & §.ex diuerso. Institut.de rerum diui.l.qui domum.ff.ad l.Aquil.l.final.de superfi.& l.obligationum.§.placet.ff.de actio.& obligationi.

Primò fallit in eo,qui ædificat in mari,vel in litore maris:quia tunc ædificium non cedit solo,vt est tex. Institit.de rerum diuisio.in princi.versi.nemo.& similis tex.& magis apertus in l.j.§.nũtiatio.ff.de noui operis nuntia. argument.eius quod not. Ludo. Roma. quod potest.imponi huic ædificanti onus pensionis soluendæ annuatim fisco.& alleg.l.ij.§.si quis nemo ff.ne quid in loco publi.

Secundò fallit vbicunque ædificium esset illicitè constructum:nam tunc non cedit solo, cum veniat destructu-

ſtruendum in l.fideicommiſſa §.ſi. quis illicitè per illum tex.ff.de fideicommiſ.lib.per quem Bald.colligit iſtam fallen.

Tertiò fallit dicta regula in ædificante de pecunia eccleſiæ in ſolo dicto: quia tunc ædificium non cedit ſolo, ſed eſt ædificium eccleſiæ:gloſſ. eſt ſing.xij.q. ij. apoſtolica. quam ad hoc reputat ſing. Ludo. de Roma. in d.l.j.§. nunc videndum.ff.de noui operis nuntia.& eam ſimpliciter ſequitur Bald.in addi.antiquis ad Spec.idem tenentem,in tit.de empt.& vendi.§.tertio loco.verſic.quid ſi clericus,&c.Bald.in l. intantum.ff.de rerum diui.Ioan.Andr.tamen in regula,qui prior.in mercurialibus,de reg.iur.lib.vj.dicit, quòd gloſſ.in d.ca.apoſtolica.non videtur iure approbata. & in ſimili Ioan.Andr.in addi.Specu. in d. ver. quid ſi clericus. non approbat gloſſ. illam, nec dom.Specu.& ſimiliuer do.Lud.de Rom.in authentic.ſimiliter.ad l.falc.in xj.& xxj.ſpeciali,etiam in factis contra ius ad pias cauſas, tranſit cum opinione Ioan Andr.

Quartò limitatur dicta regula non habere locum, vbi eſſent aliquæ coniecturæ quòd ædificans non habuiſſet animum donandi ædificium domini ſoli: vt quando ius habuiſſet ædificandi in ſolo alieno:vt probatur in l.ſenatus.§.Marcellus.ff.de leg.j.ſecundum Pet.de Anch.ibi, & etiam hoc ibi no.Ioan. de Imol.& tenet Cyn.& Bald.in l.ij.C.de rei vēd.per illum tex.& probatur in d.§.ex diuerſo.

Quintò limitatur non procedere vbicunque ædificij dominus & dominus ſoli eſſent perſonæ inter quas non poſſet cadere expreſſa donatio:vt eſt gloſſ.in l. ſi vxor filio.in gloſſ.fi.de dona.inter virum, & vxorem.& l.Marcellus.ff.eod.tit.

Sextò limitatur, vbi ædificium factum eſſet ſine calce & cemento aliquo:vt quia lapis ſuper lapidem poſitus fuerit ſine calce & cæmento & alia materia,& modo hoc fuiſſet confectus murus ſiccus: quia hoc modo ædificium illud non cedit domino ſoli,quia non dicitur propriè ædificium,nec videtur propriè habere faciem operis.l.ſtipulatio.§.opus.ff.de operis noui nun. Sed iſtud non videtur verum,imò in contrarium eſt veritas,vt eſt text.valde notab.in l.j. ff.communia prædio.& in l.ſi precario.eodem titu. * ibi,dum tex.innuit ædificium*ſoli conditum & dirutum inutilem facit intentionem,&c.& ibi tex.loquitur de muro ſicco, & tamen ædificiū ſolo cedit. ad hoc illum text.ponderat Bald.& ibi Paul.de Caſtr.& eſt vtile hoc ſcire:quia ſi aliquis vēdit mihi fundum in quo eſt talis murus confectus ſiccus ſine calce & cæmento,non poterit tamen eum tolere ſicut murum confectum cum calce. B. Soci.reg.88.

Additio.

* Aedificium. Aduerte ad hoc, quia non ſic legitur in d.textu,ſed, cùm ædificium ſoli conditionem ſecutum.nec vlla ſit mentio de diruto. B.Vad.

Septimò limitatur prædicta regula, quando ædificans ignorabat ſolum,in quo ædificat eſſe alienum,nam tunc ædificium non cedit ſolo:vt in dicto §.ex diuerſo.Inſtit. de rerum diuiſ.quia hoc depēdet ex iiij.limitatione ſuprà poſita. B. Soci.reg.88.

¶ Æquiparatum. Lex loquens in vno ex æquiparatis,procedit in altero,gloſſ.in l.2.C.de curato. fu. Bald. in.l.infantis.C.qui admit.

Fallit in 2.caſibus,vt per Socin.iun.in l.Centurio.ff.de vulg.num.69.

Vbi duo caſus æquiparantur ab aliqua lege antiqua, lex noua diſponens in vno habet etiam locum in altero.hanc regulam cum vnica limitatione ponit Io. Crot.in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iure.

Fallit in 6.caſib.vt per Crot.in l.ſi cōſtante,ff.ſol.matr num.78. Don. Fina.lib.5.

¶ Æquipollens. Nō refert quid ex æquipollentibus fiat.l.3.C. de inſt.& ſubſt.l.fi.C.de donat.quæ ſub.mod.l.mulier,in prin.ff.ad Treb.

Ampliatur ſiue conditio ſit neceſſaria,ſiue voluntaria, ita dicit Ma.Soc.iud.in l.Gallus.§.quid ſi tantùm.ff. de lib.& poſthu.num.28.

Ampliatur & limitatur per Iaſo.in l.ſi mater.C.de inſt. & ſubſtit.num.3. Don.Fina.lib.5.

¶ Æquitas,& Iustitia. Aequitas præfertur rigori iuris.

C.de iudic.l.placuit.
C.ſi res alien.pig.da.l.cùm res.
C.de donat.l.quæ ſub.mod.l.3.
ff.de pet. hær.l.1.§.ſi ego.
ff.de conſtit.pec.l.ſi duobus.
ff.depo.l.bona.fi.§.in eu.
ff.de iur.do.l.ſi ego.§.1.
ff.de relig.l.& ſi quis.
ff.ad Vell.l.ſi creditor.§.1.
ff.de arb.l.ſicut dies.§.ſi quis ex.
ff.de ſeru.ruſ.præd.l.ſeruitutes.
ff.de pecul.l.ſi ex duob.
ff.ſolut.mat.l.Gaius.
ff.de aq.plu.arc.l.in ſumma.§.item variis.
ff.de excep.rei.iud.l.ſi mater.
ff.de fideiuſſ.l.inter eos.§.1. Azo rub.76.

¶ Æquitas.&c.) Certum eſt,æquitatē ſtricto iuri eſſe præferendam.vt C.de iud.l.placuit.aequitatem dico,lege, non cuiuſquam ingenio excogitatam, vt C.de leg.ſenat.conſ.l.1. Azo rub.76.

Ex iuſto iuſtius, & bono melius.
C.de prob.l.exigendi.
ff.depoſiti.l.bona fi.
ff.de verb.ob.l.vbi autem.
ff.de vulg.& pupil.ſub.l.ſi filius.
ff.de dol.except.l.ſi prox.
ff.de furt.l.ſi ſeruus communis. Azo rub.76.

Ius bonum,melius,optimum.
ff.de min.25.an.l.ſi mulier.
C.de vſu.l.1. Azo rub.76.

Non oportet.Ius ciuile calumniari,nec eius verba captari.
C.de teſtam.l.non codicill.
ff.ad exhib.l.pen.
ff.man.l.ſi ſeruus.§.1.
ff.de re iud.l.4.
In Decret.2.q.5.ſi quis. Azo rub.76.

Nullum non ipſo iure dicitur nullum, ſed quia iuris remedio nullum.
C.de bon.quæ lib.l.vlt.§.vlt.aut. Azo rub.76.

Geſtum cum effectu videtur accipiendum.
C.de cond.ob.cauſ.l.1.§.ſi militem.
C.ff.manci.ita fu.ali l.ea.
C.de don.inter vir.& vx.l.ſi ex.
C.quando dies leg.ced.l.vlt.
C.de oper.lib.l.ſicut.
ff.de cond.& demon.l.hæc conditio.
ff.quib.mod.pig.ſol.l.ſi.debitor.§.vlt.

Ex iuſto iuſtius,&c.
Non oportet,&c.
Nullum non ipſo iure,&c.
Geſtum cum effectu,&c.) Hæ ſunt notæ. Azo ru.76.

Semel

Semel extincta obligatio vel ius restituitur, quòd res peruenit in eo, in quo erat ab initio.

C.de pact.l.debitori.
C.de Epis.Aut.si seruus.
C.de iur.dot.l.cùm in fin.man.
ff.de fun.do.l.si maritus.
ff.de rer.diuis.l.non tantum.
ff.ad Trebel.l.debitor.
ff.de hær.vend.l.2.§.vlt.
ff.de fur.l.si cum quis §.vlt.
ff.de relig. l.cum lon.
ff.de vsufr.l.qui vsufr.
ff.de excep.rei iud.l.si cum testamento.
ff.de oper.lib.l.si quis.§.vlt.
ff.de leg.3.l.si communis.§.area.
ff.de adim.leg.l.3.§.vlt.
ff.de effract.l.sicut quis.§.vlt.
ff.de acquir.rer.dom.l.insulam.

Contra.

ff.de sentẽtiam pass.l.4.& l.frustrator.
C.de iur.dot.l.licet postea.
ff.de adopt.l.si pater.
ff.de pact.dot.l.inter so.§.vlt.
ff.de verb.sig.l.boues man.§.1.
ff.de lib.hom.exhib.l.3.§.2.
ff.de adult.l.capite.
ff.de solut.l.qui res.
ff.de pact.l.si vnus.§.2.
ff.de dol.l.arbiter.§.pen.
ff.de pecu.l.& an.§.illud quoque.
ff.de in rem vers.l.si pro patre.
ff.de cap.mi.l.2.§.vlt.
ff.de rei vendic.§.sed ad.

Semel extincta,&c.) Si semel ius fuerit extinctum,& perueniat in pristinum statum in quo erat antequam extingueretur, resuscitatur quod erat amissum, vt in hac Rub.dicitur. Perueniat dico omnino, & quantum ad omnia, recuparato pristino statu: alioquin contrà, vt damnato, si enim pœna tantum per indulgentiam fuerit remissa, non recipit obligationem creditorum: sed si cum substantia tota, vel eius quota portione, non cum re aliqua singulari, vel pluribus etiam redeat, recidit in obligationem. vt C.de sent.pass.l.si debitor.& l.creditor. & l.tutor. restitutus enim pro non damnato habetur. Secus, si ex indulgentia pœna fuerit ei remissa. vt C.de generali abo.l.vlt.& C.de sent.pas.l.1. Similiter respondetur ad id, quod legitur in ff.de stat.ho. l.homo liber. quia ibi non omnino recuperat primũ statũ quia ingenuus erat à principio, factus est autem postea libertus. Similiter respondeo ad id, quod legitur in ff.de pact.l.si vnus.§. pactus quia si factum fuit primò pactum de non petendo, & post ea fiat de petendo, non restauratur ius in pristinum statum: quia obligatio naturalis extincta per pactũ de nõ petẽdo, nõ resuscitatur. vt Inst.eo.§.dicitur. Itẽ quod legitur in ff.de pecul.l.& an.§. illud.nõ obstat: quia ibi nullo modo resuscitatur obligatio, semel per confusionẽ extincta. Et est ratio: quia domini acquisitio seruo facta, nõ fingit infecta. Itẽ quod legitur ff.de iur.dot.l.& licet.nõ obstat: quia ibi cogitatũ videtur de primo nuptiarũ iugo. vt ff.de verb. sig.l.boues.§.1.& de pact.dot.l.item.§.vlt. Et ita determinantur l.contrariæ Rub.ad hanc rem facientes: quædã enim aliæ sunt ibi, parũ aut nihil ad rem facientia. Azo rub.76.

Addit. * a Alias, non recidit in obligationem.

¶Aeqvipollens nõ sufficit vbi certa forma à iure statuta est. Boer.Decis.1.numc.45.glos.clem.1.de vit.& hon.cleric.1.de vasallo.qui cõtra consu.Doc. com.c.ex.tuæ.de cleric.non resi. Asin.in praxi iudi. §.3.c.36.nu.12.&c.37.numer.1.Crau.consi.12.numero 2.Felin.c. dilecta.numero 25.de rescri. Decis.Pedem.92.num.15.& est com.opin.Dec.l.si mater.nu. 4.C.de inst.& sub.Dec.cons.466.nu.19.Crau.cons. 177.nu.4. Med.reg.7.

¶Aeqvitas. Paulus lib.xv.quæstion.

Lex xc.

In omnibus quidem, maximè tamen in iure, æquitas, spectanda est.

Maximè autem in iuris professione spectatur æquitas (& plus quàm in grammaticis vel dialecticis) vt iudex eam stricto iuri præferat: cum etenim ius strictum sit, pacta seruari: æquitas autem, sua distinctione dicat quędã pacta seruanda non esse, vt quę dolo, quæ metu, quæ vi, quæue cum minore, vel quæ cum fœmina, & maximè vidua, filiofam.furioso, surdo, muto, mente capto, &c. facta sunt: iudex decernere debet secundum æquitatem: hoc est, potius non esse seruanda, quàm secundum iuris rigorem atque angustias: quum in omnibus spectanda sit æquitas: & benignior interpretatio fieri debeat. vt re semper in dubiis.inf.& maximè quidẽ in iure, eo quòd æquitas præferatur rigori.l. placuit.C.de iudic.& l. si tibi.si cert.pet.c.fin.de transac.& not.Bald.per illum tex.l.ij.no.j.C.de rescind.vend.l.cum stipulati sumus.§.sequitur.de verb.oblig.& ibi.Ias.in hunc locum, & Felin.in cap.ex parte.de officio delegat. Viuiennus.

¶Æqvitas.L.144.Marcellus libro tertio Digestorum.

Et si nihil facile mutandum est ex solennibus, tamen vbi æquitas euidens poscit, subueniendum est.

Ex titu.de in integrum restitũ, l.Diuus Ant.l.solennibus, l.fin. Iunge ad l.in omnibus quidem, de inter. & re.l.fin.de const.prin.l.2.Solennibvs. Quib. ex caus.ma.sed etsi.§.feriæ. Hinc manet l.absentem, de pœnis. Ad fin. Hæc lex de facto, at lex.86.de iure inteligenda est. Riisvvich.paratit.

¶Æqvitas generalem dispositionem restringit.c. fin.de trans.c.disciplina 25.distin.l.placuit.C.de iudic.Bald.l.2.numer.1.C.de res.vend.Felin.c. cum illorum de sent.exc.Ias.d.l.placuit.Dec.l.in omnibus 2.ff.de reg.iur.Bal.l.abolendæ.C.de episc.& Cleri. Socin.de regu.284. fallentia 17.& est com.opinio. Medic.reg.4.

¶Æqvitas suadet relatum esse in referente, nam quod relatum sit proprie nominatum in referente, procedit per fictionem nõ verè, & propriè. Aretin, l.Titia.§.fin.ff.de verb.oblig.Ruin.cons.69.num.1. volum.3.l.sed.& si.§.pe.ff.de pet.hęre.l.si is qui pro emptore.vbi Bar.in 3.oppos.ff de vsucap.& est com. opin.vt attestatur Tiraq.in tract.de leg.con.glos.7. numer.187.quæ fictio non habet locum vbi æquitas cessat l.denique.l.sciendum.ff.ex quib. caus. maior, Medic.reg.10.

¶Æqvitas.l.91.in omnibus quidem.vbi notãtur plures reg.l.44.etsi nihil.86.quoties æquitatem.ff. lib.39.tit.5.l.3.§.quanquam.vide Cautel.

Æquitas naturalis exigit, vt res mea quæ ad aliũ peruenit, mihi restituatur. de ac.em.l.seruus.si cer.pet. l.si cum seruum.in fi.l.si & me.in fi.

Licet subtilitas iuris refragare videatur, attmen voluntais testatoris ex æquo & bono tuebitur. Papin.

de iniust. test. l. filio. 17.

Æquitas in omnibus personis, quæ in negotio gesto continguntur, impletur. Trypho. Dep. l. bonaf. 31.

Æquitas quæ non est scripta in iure, sed ex motu & affectione animi apparet, contra ius scriptum non est sequenda. Bar. Bal. & alij in l. 1. C. de leg. l. placui. C. de iud. Riisvvich.

¶ ÆQVITAS NATVRALIS. Iulian. lib. lx. digesto. al. Vlpian. Lex lxvij.

Marcellus ait a, Desinit debitor esse is, qui b nactus est exceptionē iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Qualis est exceptio pacti, & rei iudicatæ, pecuniæ non numeratæ. Viuiennus.

ADDIT. a deest in P. Florent. alias notat. in ver. imp. b nanctus. in P. Flor.

¶ ÆQVITAS. L. 91. Idem decimoquinto Quæstionum. a al. l. 90.

In omnibus quidem, maximè tamen in iure æquitas spectanda sit.

Iūge. l. 86. §. fi. l. & si nihil. 143. C. de iu. l. placuit. 8. C. de legib. l. 1. ad Treb. l. qui filium. §. 1. de appel. l. Impp. in fin. C. de testa. l. præposterè, Aut. vt sine prohibitione, ma. in fi. cum gl. C. de intest. l. si quis in suo. §. legis. C. de fur. l. fin. §. cum autem. de doli exc. l. qui æquitatem, C. de bo. au. iu. pos. l. 3. si certum pet. l. si tibi de transf. c. fi. C. de interd. l. 1. in fi. Exem. de aqua plu. l. 2. §. quanquam, de in integr. restitu. l. 7. Ratio, inf. l. semper in dubiis, de iust. & iu. l. 1. de vot. c. magnæ, vbi Pontifex tradit, quid liceat secundum æquitatem inspicitur. Item res ad æquitatem redigitur, C. de interdict. l. 1. in fin. Hinc manāt multæ Regulæ: Æquitas, Modus est interpretandi leges, Statuta & pacta, inquit Bald. in l. si defunctus, C. de suis: quæ quidem æquitas præcipuè in curia mercatorum attenditur. Bal. ad l. Quintus, in fin. l. fideiussor, §. quædam. man. Per sententiam æquitatis procedi debere iubet lex, de offic. de cap. quærenti. Item à Regulis solennibus iuris, verbis testatoris, & eo quod vsitatum est sæpenumerò receditur propter æquitatem. si certum petatur, l. si me. &, de instit. l. si quis mancipiis, in fi. de restitut l. Diuus, ad Trebel. l. qui filium, §. fin. de ap. l. Impp. Iudex æquitatem ante oculos habere debet. Vlp. quod cer. lo. l. quòd si Ephesi. in fin. Postremò fingit quandoque æquitas, quod non est in rerum natura, de statu hom. l. qui in vtero, l. fin. Instit. de excu. tu. §. sed si bello, de vac. mu. l. fin. Exem. de aqu. pluu. l. 2. §. quanquam, de in integrū rest. l. 7. dep. l. bon. fides. Exc. Qui & àquib. l. prospexit. Pyrr. & arbitraria excipit cum Bal. in d. l. 1. Æquitas. in specie per modum Regulæ scripta post rigorem: qui quidem aliàs tanquam genus speciei derogat Reg. 6. cap. genere. Cann. Deci. & Ramus hic: Bar. Sa. Ias. in dicta l. placuit. Ex hac reg. & alia oritur scilicet: Humanitatis ratio habenda est, quibus ex caus. ma. l. 38. de fideiuss. l. 48. §. si fi. de manu. test. l. 4. C. de petit. hær. l. fin. §. penultim. Verum æquitatem scriptam esse nō posse Pet. Fa. hic astruit ex l. in iis, de cond. & de. Cicero pro Cecinna & in Bruto, Aristot. in Rheo. & Eudem. libro quarto. Nicomac. 5. Æquitas, hoc est benignitas, f. l. 57. de appel. l. 6. quando ap. l. 6. Salustius in proœ. Cati. SPECTANDA. exem. de vi & vi, l. 1. §. familia. Riis. para.

¶ ÆQVITAS. Æquitatem rigori præferendā. l. placuit. C. de iud.

Fallit in 3. casib. quos not. Deci. in l. in omnibus. ff. de reg. iur. vbi Iaso. limitat etiam in 3. casi. fallit in 3. casib. vt per Felin. in c. iurgantium, de sentent. Ampliatur in 2. casi. & limitatur in 4. per Ias. in d. l. placuit. fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. ex parte, de off. deleg. & in c. cum illorum, de sent. exco. Don. Fina. lib. 5.

¶ ÆQVITATE suadente indefinita æquipollet vniuersali, quo casu quando res semel tantum nō sufficit iteratio erit admitenda. Saly. l. dotis promissio. ff. de iure dot. l. quo enim. §. 1. ff. rem ratam haberi. Comensis l. si cum dotem. §. 1. cum gl. ff. solu. matri. multa enim ratione æquitatis concedūtur, quæ alias minimè cōcederentur. Ias. & Doc. com. l. placuit. C. de iudiciis. Med. re. 2.

¶ ÆSTIMVM referri non potest in præiudicium tertij, Barto l. susceptores. la 2. C. susceptor. & Arc. lib. 10. leg. Theopompus. co. 2. ff. de dote præleg. l. 3. C. fi. reg. Bartol. l. hac edictali. §. is illud. C. de secun. nupt. cum simil. aliis. Med. re. 8.

¶ EVICTA repignorata à debitore non nocet creditori. l. creditor. ff. si cert. pet. vnde creditor agere poterit pignoratitia contra debitorem. l. tutor. §. cōtrarium. ff. de pigno. act. doc. leg. sæpe. vbi gl. & Bar. & Alex. ff. de re iud. Abb. c. quamuis. numero. 7. eod. tit. Medic. re. 8.

¶ ÆSTIMATIO: Habendus quis est prout in Ciuitate sua æstimatur. de qu. l. 1. tenet Ab. inper. & c. postquam. de elect. Riisvvich.

¶ ÆSTIMATIO in dubio facta videtur, vt emptionem faciat* l. quoties. & in l. si dotē. & in l. si inter. ff. de iure dot. & in l. plerunque. ff. eodem. tit. cum similibus.

ADDITIO.

*Faciat. Vide Ias. instit. de actio. in §. actionum. nu. 80. cum seq. Bened. Vad.

Primò fallit, vbicunque hoc ageretur in contractu vbi agitur vt dominium transferatur: quia tunc æstimatio nō facit emptionem, sed operatur vt periculum rei transeat in recipientem: de quo per. Gul. & Bart. in l. si vt certo loco. §. j. ff. de pactis. & elegātissimè vltra alios per Bal. in l. si. pascenda. C. de pact. & in l. si cum dotem. ff. sol. mat. & in l. quoties, & in l. si inter. ff. de iure dot. Soc. reg. 184.

¶ ÆSTIMATIO communis valoris, præsentis temporis, & non futuri attenditur in beneficiis: Oldra. cons. lviij. Fel. in c. eā te. vers. fallit quintò. de rescri.

Limita dupliciter, vt per eum in cap. ad aures. eodem titulo. B. Dias reg. 282.

¶ ÆSTIMATIO rei dotalis, vel alterius rei in dubio facit emptionem. l. prima cum glo. & l. quoties. & l. si inter. vbi glos. singul. & Bal. C. de iure dot. per Docto. in l. si. æstimatis. ff. soluto matrim. quām regulam inter suas inserit Socin. in regula ex lj. incipi. æstimatio, & c. quā tantū vnico modo restringit.

Amplia primò, siue tunc fiat æstimatio, siue committatur arbitris, siue alteri personæ quę debeat ęstimare: pulchrè in materia. Soc. cons. lvj. incip. stantibus.

Amplia secundò, etiam si partim det in pecunia, partim in rebus ad ornatum mulieris æstimatis, quia tenebitur maritus ad pecuniam, & deterioratio vestium erit suo periculo. Soc. cons. cclxxxix. inci. difficultas. refert. & sequitur vtranque ampliationem Neuiza. in loco infrà allegando.

Limita quatuor modis, vt per Ias. in l. ex conuentione. C. de pact. videlicet, quando maritus non est soluendo: quia tunc non facit emptionem, quòd nota, quia est quotidianum, & dicit ipse obtinuisse in practica, quod dicit etiam aureum Ioan. Lupus in repetitione rub. de donat. inter virum & vxorem.

verfic.

versi. intellige, idem in repetit. c. per vestras. in addi tione, vbi plures refert idem tenentes. Et prædictas quatuor limitationes Ias. refert Neuizam. in Sylua nuptiali. & cuilibet limitationi earũ addit ipse vltra Ias. alios Doct. idem tenentes, & ipse tandem vltra prædicta ponit alias tres limitationes.

Octauò limita, nisi in æstimatione facta non sit pretiũ cõdignum rei, quia tunc in dubio nõ facit emptionem. Ita Bald. in l. j. vers. tertiò quæro. C. commod. refert Aret. consi. lxxxiiij. incipien. diligenter ponderatis his. & notat idem Bald. d. l. ex conuentione. & refert ibi Ias. declarando primam limitationem, licet hanc pro limitatione non assignet, & sequitur Ioan. Lup. in d. c. per vestras.

Et nota, quòd in hac æstimatione rei dotalis, in quacunque quantitate maiori vel minori iusto precio interueniat deceptio, debet reparari, & quod deest, vel superest, læso restitui. Ista est lex regni nostri, in quarta parte titul. xj. in l. decimasexta. quam nota, & sic non attenditur quòd sit vltra dimidiam iusti pretij, vt in aliis contractibus. Bernard. Dias reg. 278.

¶ Aetas alia requiritur in masculis alia, in fœmina in matrimonio contrahendo, no. c. Iuuenis, de spõsal. inst. de nupt. in princ. l. qua ætate. ff. de testam. Bap. in loco à corre. nu. 198. Med. reg. 9.

¶ Aetas excusat in pœnalibus quando fragilis est, & indefinitè prolata, intelligi debet tam in minori, quàm etiam in valde senili. l. infans. ff. ad l. Corne. de sicar. l. 1. C. de falsa mone. Clemen. vnica, de homicidio. Docto. commun. cap. 1. & seq. & tot. tit. de delictis puer. l. 2. ff. de termino moto. l. ferè. ff. de reg. iur. adeò, vt nec etiam pro debito possint incarcerari, Bald. l. secunda. numer. 24. C. qui bon. ced. poss. docto. l. ne impuberes. ff. de in ius vocan. Roman. cons. 120. numero quarto, Angel. l. 3. §. sed vtrũ, ff. de minor. & l. nemo. C. de exact. trib. lib. x. l. auxilium. §. in delictis. ff. minor. Cæpol. l. si fugitiui. nu. 26. C. de seru. fugi. l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pecul. Do. comm. c. pueris de delictis puer. l. maiores. ff. de iure immunit. Ioannes §. item. num. 27. & Sylu. Aldobr. nu. 5. inst. de excusat. tutor. item neque torqueri potest. l. 1. §. impubes. ff. ad Syllan. l. ex libero. §. de minore. ff. de quæst. Gandin. in tract. de pœn. reorum. num. 30. Angel. in tracta. malefic. vers. fama. nume. 102. Med. reg. 2.

¶ Ætas in causa est vt restringatur generaliter dictum, vnde testi antiquiori magis creditur. l. ob causam ff. de testibus. cum gl. in §. fin. item senior Canonicus potest conuocare capitulum, quando prælatus abesset. Inn. c. 1. de maior. & obed. not. simile tot. tit. de minor. l. 2. §. item. ff. de reg. iu. Med. reg. 1.

¶ Aetas, seu fragilitas ætatis, seu imprudẽtia excusat in pœnalibus. Hanc reg. probat text. in l. j. & ij. C. si aduersus delictum. & in l. j. C. de falsa moneta. & in l. ij. ff. de termino moto. in l. ferè. ff. de reg. iur. in clement. si furiosus. de homicid. glos. quæ allegat quam plures cõcordantes in dict. l. ferè. de iure Regio probatur in l. ix. tit. j. & in l. xvij. tit. xiiij. & in l. viij. ti. xxxj. par. vij. & in l. xv. tit. j. par. j. & in l. iiij. ti. xix. par. vj.

Amplia primò, adeò procedere prædictam reg. vt talis minor non possit pro debito incarcerari. ita tenet Bal. in l. j. num. 24. C. qui bon. sed. possunt. quem sequitur Iacob. de S. Geor. in l. nec. impuberes. nu. 3. ff. de in ius vocand. Chassanæ. in consuet. Burg. in tit. des rentes. rub. v. §. ij. num. 14. pro qua opin. est gloss. in l. iij. in §. sed vtrum. ff. de mino. & ita tenet Ange. in repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. x. Rom. in cons. cxx. nu. 4.

Contra quam gl. tenet expresse Bart. in tract. de carceribus. num. 6. vbi dicit, quòd supradicta gl. communiter reprobatur, in l. si filio. la ij. ff. sol. matri. Doct. in l. filius. ff. de procur. Bal. post Cinum. in l. alio. C. quod cum eo. Hippo. in practica criminali, in §. attingam. nu. 69. & ita communiter teneri firmat Caccialup. in trac. de debitore suspecto & fugitiuo. q. v. nu. 8. & ibi Ioan. Baptist. in dict. nu. 8. dicit suprà dictam opi. gl. in d. §. sed vtrum habere locum, & posse saluari quandocunque minor est filius familias: nam tunc non potest pro debito carcerari. Quem sequitur Paris. in hoc, in cons. xciiij. nu. 41. vol. j.

Amplia secũdò, habere locum in infante: nam infans penitus excusatur à delicto, etiam si dolo id commiserit: vt in l. infans. ff. ad l. Corn. de sicar. in d. l. j. C. de falsa mone. & in d. cle. vnica. de homi. not. per. doct. in c. ij. de delictis puero. De iure regio probatur in l. iiij. tit. xix. par. vj. & in l. iv. tit. j. part. vij. & in aliis iuri. suprà allegat. Et quis propriè dicatur infans, gl. iij. in d. cle. si furiosus, dicit quòd ille qui est minor septennio probatur per tex. in l. si infanti. C. de iu. deli. in c. j. de spons. impu. lib. vj. idem videtur tenere glo. in c. j. in verb. infanti. xx xj. q. ij. dicet tamen ibi quod potest capi pro maiori septennio, secundum subiectam materiam. ad quod etiam facit tex. & ibi glos. in cap. j. xxviij. distinct.

Et circa hanc ampliationem & regulam quæ differentia sit inter infantem, puerum adolescẽtem: puberẽ iuuenem, & senem, & similes, vltra doct. in l. si infanti. C. de iure deliber. & docto. in rubric. de delictis puerorum. est gloss. quæ enumerat suprà dictas ætates, in procemio vj. in verb. perfectus. quam gloss. vltra Chassanæ. in consuet. Burgund. ti. Des enfans. rub. vj. §. iiij. numero 15. sequitur Oldendor. in tractat. de vsucap. c. de ætate hominis, & earum temporibus numero 1. cum sequent. vbi hoc declarat in viij. volum tract. eandem glos. sequitur Grammaticus in decisione xxxiiij. numero 2. cum sequenti. Io. Coras. in l. precibus. numero 19. C. de impuberũ & aliis substitu. Ioan, Montolon. in suo promptuario iuris, in verbo, ætas. Nicol. Bello. in rubr. instit. qui bus modis re contrahitur obligatio. numero 25. & est similis glo. in l. prima. in §. pueritiam. ff. de postulan. Hip. in l. infans. numer. 6. ff. de sica. sequitur eas.

Amplia tertiò habere locum in furioso. Ratio est: nam illud quod à furioso fit, perinde reputatur ac si casu contingerit sine facto hominis, vt in l. fin. in fin. ff. de administrat. tutor. & in l. sed & si quæcunque. in §. ij. ff. ad legem Aquiliam. vbi dicitur, quòd illud, quòd fit à furioso, perinde est ac si à quadrupede vel tegula per se cadente factum esset: cum satis furiosus dicatur puniri suo furore, vt in l. diuus. ff. de offic. præsid. & in l. penult. §. final. ff. ad legem Corneliam, de parricidiis. Probatur de iure regio in l. ix. titul. j. par. vii. & l. xv. tit. 1. part. 1. facit quod notat Bald. in l. humanitatis. C. de impub. & aliis, vbi tenet, quòd furiosus habetur pro mortuo: & mortuus non potest corporaliter puniri, vt tenet Cin. in l. ii. C. qui testamenta facere poss. Quod tamen intelligo verum quandocunque furiosus continuo furore laborat: sed si habebat dilucida interualla, requiritur ad hoc vt liberetur, quod delictum sit commissum tempore dementiæ, ad hoc vt suprà d. ampliatio locum habeat; ita concludunt suprà d.

leges regni.

Quam amplia. intelligo non habere locum in furioso qui commisit maximum, & atrocissimum delictũ. Nam hoc casu credo posse puniri, non obstante furore, ad quod dicendum moueor ex not. doctrina Innocentij in cap. j. de consti. vbi dixit, quòd propter atrocitatem delicti, licitum est iura transgredi. quam doctrinam sequũtur ibi doct. Canonistæ, & doctores Legistæ in pluribus locis, quos congerit Hippol. de Marsil. in l. vnius. in §. cogniturum. numero 70. ff. de quæst. Ias. in l. cum seruus. numero 7. ff. de condit. caus. data. causs. non sequuta. Pro qua opin. est tex. in cap. mulier. xv. quæst. j. vbi probatur quòd si animal irrationale habet accessum ad mulierem quòd tale animal cum prædicta muliere cõburi debet. Si ergo animal brutum, omni ratione, & sensu carens, punitur propter enormitatem criminis à fortiori furiosus cùm sit homo. & illum tex. dicunt esse notandum, Hippolyt. in dict. §. cogniturum. nu. 71. & in Practica sua criminali, in §. diligenter. nu. 176. Andr. Tiraq. in leg. connubia. in ix. leg. nu. 83. Io. Igne. in l. iij. §. ignoscitur. nu. 78. ff. ad Syll.

Circa hanc ampliationem, & eius intellectum videndum est an, si aliquis commisit aliquod delictum propter quod deberet decapitari, vel suspendit, si posteà iste efficiatur furiosus, nunquid debeat decapitari, vel suspendi? Bal. notab. mouet hãc quæst. in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. vbi determinat non posse puniri in persona, sed bene in bonis: quia afflicto non debet dari afflictio. l. diuus. ff. de offic. præsi. dem tenet Bald. in l. vnic. C. de confessis. & in l. humanitatis. nu. 47. C. de impu. & aliis, idẽ Bal. & ibi Aluarotus in c. j. in fi. princip. an ille qui interfecit fratrem domini sui in vsib. feud. Ioan. de Imol. vbi multa pro, & contra adducit, & in fine relinquit indecisum, in l. ex pacto. ff. de vulg. & pupil. numer. 22. idem Imol. sequitur illud dictum Bal. in c. Rainutius, nu. 143. de testam. per rationes quas ibi assignat, vbi plus tenet, quòd si iste qui commisit delictum dum esset sanæ mentis, & esset comdemnatus, si posteà efficeretur furiosus, sententia non debet exequi contra eum: sed Princeps est consulendus. allegat ad hoc tex. in l. Diuus. in §. si verò. ff. de offic. præsid. qui parum aut nihil ad hoc facit. eandem opin. Bal. tenet. Alex. in d. l. furiosum. C. qui testa. fac. pos. motus: quia furiosus mortuo æquiparatur. vt suprà dixi: & mortuus nõ debet puniri in persona iuxta no. per Cin. in d. l. furiosum. C. qui testa. fac. pos. & ab ista sententia Bald. nullus discrepat præter Rom. in d. l. furiosum, vbi tenet quòd licet opinio Bald. in practica seruetur propter eius auctoritatem, tamen non videtur vera: motus tali fundamento: Nam qualitas superueniens post delictũ commissum non mutat pœnam, l. j. in princ. versic. per contrarium. ff. de pœnis. facit etiam tex. in l. si quis decurio. C. de falsis. Sed sustinendo dictũ Bald. ad tale fundamentum respondent doct. quòd Bald. non vulg, quòd mutetur pœna, sed quòd impediatur processus, condemnatio, & executio, propter furorem, & sic propter fictam absentiam vel mortem. Secundò, & contra Bald. tenet idem Rom. in l. penult. ff. si ex noxali causa agatur. quem sequitur And. Bar. in c. in literis. vers. & in quantum. de rescrip. Mouetur Rom. per doctrinam Barto. & doct. per tex. ibi, in l. j. ff. de pœnis. vbi concludunt, quòd in publicis delictis, in quibus pœna à iure determinata est, attenditur tempus commissi delicti: ad quod etiam respondem doct. vt suprà dixi: & sic dico, quòd in actu practico, & sic in iudicãdo & consulendo ab opin. Bald. non est recedendum: præcipuè cùm in pœnis & delictis minor pars tenenda sit: vt in l. interpretatione. & in l. sanctio legũ. ff. de pœnis. & hanc opi. Bald. sequutus fuit Ias. in d. l. furiosum. nu. 7. idem in l. ex facto. num. 30. ff. de vul. & pup. & ibi. Franc. à Rip. nume. 73. Gul. Bene. in rep. c. Rainutius. in verb. si absque liberis moreretur. in tract. de exemplari substi. nu. 23. de testa. Dec. & ibi Cagn. nu. 1. in l. negotiis. ff. de reg. iu. Et hanc opi. firmat esse communem Lud. Gome. in §. item si quis in fraudem. nu. 6. Instit. de act. eandem etiam dicit communem esse Hippol. in l. j. nu. 58. ad l. Corn. de sica. Hãc opi. dicit esse cõmunem, licet contra eam teneat Ias. in l. si seruũ. nu. 7. ff. si ex nox. causa aga. cã dẽ opi. Bal. sequitur Ang. Aret. in tract. malefi. verb. scienter & dolosè. nu. 7. Bau. in §. item furiosi. nu. 13. & 14. Instit. qui test. fac. pos.

Sed licet hæc opinio sit communis, vt suprà dixi, arbitror tamen contrariam opin. attentari posse: imò quòd, non obstante furore superueniente, debeat corporaliter puniri: ad quod dicendum moueor per tex. qui hoc clarè probat in d. l. Diuus. in versi. neque morbo eius danda est venia. & in vers. etiam supplicio afficiendus. ff. de offic. præsi. & dico, quòd non obstat tex. ibi in princ. iuncta ratione, dum dicit quòd satis furore ipso punitur: quia text. loquitur quando in furore commisit delictum: & certè tex. ille hanc differentiam ponit, quòd si commisit delictum tempore furoris, non debet puniri: sed si cõmisit delictum dum esset sanæ mentis, dato quòd furor superuenerit, puniendus est, & quòd tex. hoc probet, patet: quia text. ibi dicit, nec morbo eius dãda est venia. si morbo, ergo furore: quia qualitas adiuncta verbo intelligitur secũdum tempus verbi cui adiicitur. vt in in l. in delictis. in §. si damnũ. ff. de noxa. Secundò, ad hoc etiam moueor ex notab. decisione Bar. qui in fortioribus tene in l. nunquam. la ij. §. si vi aut clãm. ff. de vsucap. per tex. ibi: vbi tenet posse decidi quæstionem Theologorum, quòd si aliquis dum esset sanæ mentis commisit peccatũ mortale, & posteà efficiatur furiosus, & moriatur in furore, an damnabitur apud Deũ? & determinat ibi quòd sic quod dictum Bar. vltra doct. suprà alle. sequitur Ias. in l. patre furioso. n. 40. ff. de iis qui sunt sui, vel alie. Iur. & hanc opi. contra Bal. tenet Franc. de Albergotis de Are. qui fuit discipulus Bar. in d. l. furioso. Eandem opin. contra Bald. in puncto iuris firmat Ias. in l. si seruum. nu. 7. ff. si ex noxa. causa aga. vbi dicit, quòd opinio Bal. est communis. quod dictum Ias. sequitur Ioann. Montolonius in Promptuario iuris: in verb. furor. vers. ex delicto tamẽ ante furorẽ commisso posset furiosus puniri. & hanc opi. cõtra Bald. vbi eam examinat, tenet Ioan. Igne. in l. iij. §. ignoscatur. nu. 79. ff. ad Syllan.

Et non obstant fundamenta Ioan. de Imol. & Alex. vbi suprà, scilicet quòd furiosus habetur pro absente: item quòd æquiparetur mortuo, & mortuus non põt corporaliter puniri, vt tenet Cin. in. d. l. ij. quia dico, quòd Cin. loquitur in eo, qui naturaliter est mortuus, vel absente qui naturaliter viuit. Facit pro hoc: quia mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus à iure expressis. gloss. est not. in cap. placui. e l. ij. xvj. q. j. quam pro sing. alleg. Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. Aret. vbi eam declarat in l. ex ea parte. ff. de verb. oblig.

Ias

Iaſ.in l.ſi deceſſerit. numero 10.ff.qui ſatiſd.cog.& eſt ſimilis gl.in c.ſuſcepimus. de reſcript.libr.vj.in verb. non morte. aliàs ſequeretur euidentiſſimum abſurdum, quòd ſeruus ſi deliquerit nõ poſſet corporaliter puniri,eo quia cenſeretur mortuus ciuiliter: vt in l.quod attinet.ff.de re.iur. quod eſt falſum, & contra text.in l.j.ff.de pœnis.

Sed non obſtantibus ſuprà dictis fundamentis, & aliis quàm pluribus quæ pro hac parte poſſent adduci, dico quòd in iudicando & conſulendo ab opinione Bald.non eſt recedendum: quia eſt Communis, vt ſuprà dixi.

Amplia quartò prædictam regulam habere locum in ebrio: nam ſi aliquis exiſtens in ebrietate committat homicidium, non debet puniri homicidij pœna. probat text.in cap. ſanè.cum duobus ſequenti. xv.q.j.gloſſ. in c.inebriauerunt Loth.eadem cauſa & quæſtione.& in l.j.iuncta gloſſ.in verb.temulentia.C.ſi quis Impera.maledixe. De iure regio probatur in l.v.ti.viij.par.vij.& hanc opin.tenet Barto. in l.aut facta.ff.de pœnis quem ſequitur Marcil.in l.1. numero 63.ff. de ſicar. Quod tamen intelliguut ſuprà dicti dicto. quòd licèt iſte talis non debat puniri pœna homicidij,tenetur tamen de pœna ebrietatis.& ſic mitiùs debet puniri arbitrio iudicis.& ita hanc opinionem intelligit Card. Alexand.in c.denique.iiij.diſtin.Franc.de Ripa in l.fina.numer.79. C. de reuoc.donat. Ioan.de Ana.in c.de infantibus. numero 2.de his qui filios occid.Rom.in l.j.in prin. nume.9.ff.de verb.oblig.& hanc opinionem approbant doct. Theologi, prout refert Ioan.Gerſon in regulis moralibus, libr.j.pro qua opinione facit ſuprà dicta l.Regni.

Contrariam tamen opin.tenet idem Bartol.ſibi contrarius in l. reſpiciendum.in §. delinquũt.numer.3. ff.de pœnis.per text.in l.omne delictum in §.qui ſe vulnerauerit.ff.de re milit.in iſtam opinionem Bar. ſequitur Florianus in l.ſed & ſi quęcunque. in §.ſed ſi infans.ff.ad legem Aqui.vbi dicit Florianus,quòd iſte talis punitur, tamen mitiùs quàm ſi non fuiſſet ebrius.Quam opinio.ſequitur etiam Guliel.Maine. in l.in totum.numero 68.& in l.ferè in omnibus.numero 3.ff.de reg.iur. Saly.in l.diuus Traianus.C.de ſicar.Abb.in cap.j.de maledi.Bald.in l.j.numero 45. C.vnde vi. & ſic concludunt prædicti doctor.quòd licet ebrius debeat puniri ratione delicti, tamen quod leuiùs puniatur. In qua quæſtione ſic diſtinguo,quòd aut ipſe non dedit operam vt inebriaretur,ſed fortè deceptus fuit ex aliqua cauſa iuſta, & tunc non eſt aliqua pœna puniendus:aut dedit operã vt inebriaretur, & ſciebat quòd in ebrietate exiſtens erat ſolitus quaſi vt furioſus homines percutere & mutilare: & ſic procedat ſecunda opinio.ita notabiliter concludit Maria.Socin.in repetit.capit. ad audientiam.numero 15.de homicid.Angel.Aretin.in tract. maleficiorum. in verb.ſcienter, & doloſè. numero 17.Ludouicus Montaluus intracta.de reprobatione ſententiæ Pilati.in primo dubio, numero 4.

Amplia quintò,habere locum in confeſſione:nam minor non punitur ex confeſſione facta in iudicio ratione delicti commiſſi:imò poteſt petere reſtitutionem aduerſus talem confeſſionem.pro quo facit notab.verbum Ioan. Andr.in capit.ij.de in integrum reſtitut.lib.vj.quod dictum tanquam notabile, & quotidianum ſequitur Angel. de Peru.in l.certum. in §.in pupillum.numero ſecundo.ff.de confeſ.&ſic dicit debere intelligi text.in l.ſi ex cauſa. in §.nunc videndum.ff.de minor.quod ſequitur Abb.in cap. fi.nu.7.de confeſſis.Deci.in l.ſemper.in §.ius publicũ.nu.4.ff.de reg.iur. Hippol.in l.j.nu.11.ff.quæſt. & in ſing.ccccxlv.Iaſ.in l.nam poſteà.in §.ſi minor. nu.7.ff.de iureiur. Afflic.dec.ccviij.idem in cõſtit. Neapol.lib.ij.Rub.xxxiij.nume.18. Ioan.Mauritius not.in tract.de reſtitutione in integ.c.cl. Quod tamen non habet locum in delictis atrociſſimis, ſecundum Bar.in l.auxilium. verſic.nota ex hac lege. ff.de minor.Hipp.in l.de minore.nu.35.ff.de quæſt.

Amplia ſextò,habere locum in ſene.ita probat text.in l.ij.ff.de termino moto.tex.& ibi glo.in verb. miſeratio in auxilium.in §.in delictis. ff.de mino.& ita expreſſè per ſuprà dicta iura concludit Bartho. Cæpol.in repet.l.ſi fugitiui.num.26.C.de ſer.fug.facit tex.in l.ſacrilegij.pœna in princip.ff.ad l.Iul.pecul. De iure regio probatur in l.xvj.tit.viij.par.vij. Hãc opin.tenet expreſſè Gul.Main.in l.fere in omnibus. nu.16.ff.de reg.iur.tex.& ibi doct.in c.pueris.de ſent. excom. Ioan. Igne.notab.in l.iij. in §.ignoſcitur.ff. ad Syllan.nu.1. cum ſeq.& in tantum hoc procedit, quòd non ſolùm debent puniri, verum etiam non poſſũt torqueri,vt in d.l.j.in §.ignoſcitur.& in l.j.in §.impubes.ff.ad Sylla.& ita expreſſè tenet Hip.in ſua practi.in §.expedita.nu.41.vbi dicit hoc eſſe verum, quãdocunque ſenex eſſet decrepitæ ætatis:de quibus ego etiam ſuprà dictam ampliationem intelligo. Porrò quis propriè dicatur ſenex decrepitæ ætatis,ponit Tancre.in compendioſa q.xxij.vbi dicit quòd ille qui eſt maior lxx. annorum. alleg. ad hoc tex.not.in l.maiores.ff.de iure immu.facit tex. in l.ſi vltra.C.de decur.lib.x.& circa hanc ampli.vltra ſuprà dicta vide alia priuilegia ſenectutis, per Ioan.de Plat.in §.item is qui.nu.27.Inſtit.de excuſ. tut.per Sylueſt. Aldobran. in §.item maior num.5. Inſtit.eo titul.not. per Chriſtoph.Iacob.in tract.de conſilio,lib.j.Ad hæc quinquaginta priuilegia ſenectutis ponit Tiraq.in tract.de primoge.in præfatione.à num.75. vſque ad finem.quæ autem ante eum poſuit Barth. Cæp.in tract.de Imper.mili.deligen. in princ.à num.1.vſque ad finem.

Amplia ſeptimò, vt prædictus ex defectu ætatis torqueri non poſſit. ita probat tex.in l.j.in §.impubes. ff.ad Syllan.& in l. iij.in §.impubes eod.tit.l.de minore.in pri.& in l.ex libero.in §. de minore. ff. de quæſt.De iure regio probatur in l.ij. tit.xxx.par.vij. ita tenet Ioan. Igne.in d.l.j.in §. impubes.nu.1.cum ſeq.Alber.Gan.in tract.de pœnis reor.num.30.& in rub.de quæſt.& tormentis,numer. 9. Angel. Are.in tract. malefi. in verb.fama publica.nu.102.Quod tamen non habet locum in crimine læſæ maieſtatis in perſonam Principis commiſſo:vt in d.l.de minore.& vltra Hip.ibi ita concludit Ioan igne.in dict.§. impubes.nume.19. Secundò, intellige hanc amplia. quòd licet prædicti minores non poſſint torqueri, poſſunt tamen terreri ita probat tex t. in l.j.§.impuberi. ff.ad Sylla.ex quo not. Bald. in l.ij.C. quor. app.non recip.num.4. dicit quòd omnes illæ perſonæ quæ de iure torqueri non poſſunt, poſſunt ſaltem terreri, quem ſequuntur ſuprà dicti doct.& ita tenet Ioan.igne.in l.ij.nu.49.ff.ad Syllan.

Amplia octauò habere locum etiam ſi minor commiſerit delictum in minori ætate: nam poſteà factus maior, non poterit de illo delicto puniri.gloſſ.eſt not in l.ſciant.C.de legi.hæred.quam vltra doctor. ibi ſequitur Hippol.de Marcil.in l.de minore. in

princ.nu.40.ff.de quæst.& in l.infant.nume.13.ff.de sicar.

Amplia nonò suprà d.regulam habere locum etiam in mente capto, per rationem l.tum dementis.C.de epis.aud.facit tex.in l.ij.ff.de testam.in §.item furio sus. iuncta glos. Instit.quib. non est permis.fa.test. pro qua opin. est tex. expressus in authen.vt hi qui obligatas se habere perhibêres mino.in §.conside re mus collat. vj.vbi probatur quòd mente captus & furiosus æquiparantur. quem tex.ad hoc not.Bald. in l.sed & milites in §.iam autem. ff.de excus.tut.& in l.amicissimos.in §.j.eod.tit.& in l.ij.C.de curat. furi.& in l.humanitatis.C.de impuberum, & aliis. Ias.in l.patre furioso.nu.3.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur.Franc.Curt.Iun.in cons.lj.nume.6 And.Alciat.in l.j.nu.59.ff.de verb.oblig.Mart.Anto. Bauaria.in §.item furiosi.numero 28.Insti.qui testamenta face.pos.Pro qua opin. etiam facit tex. in l.si furiosi.C.de nuptiis.vbi constitutionem de filio men te capto qui potest vxorem ducere sine consensu pa tris, Imperator extendit ad furiosos. & econtrà.& hanc opin.tenet Ioan.de Ana.in c.ad audientiam. numero 9.de homicid. Eandem opinio. vbi dicit Parisiis fuisse iudicatum.firmat expressè Ioan.Igne. in l.iij.in §.ignoscitur.nu.82.ff.ad Sylla.vbi hoc intelligit in vero demente, non autem in eo, qui demẽtiam simulat: facit tex.in l. obseruare.ff.de curat.furio.& in l.diuus.in j.responso.ff.de offi.præsi. Differentiam autem inter furiosum & mente captum ponit Bald.in locis suprà allega.scilicet quòd ille dicitur furiosus, qui est cum rabie furoris euidenti mente:captus autem est ille,cui mens & consilium deficit: tamen nullum furorem ostendit.quem sequitur Ias.in l.furiosum.num.2.C.qui testa.facere possunt.

Limita primò hanc regul. quandocunque minor dolo commisit delictum.ita probat tex.in l.si ex causa.in §.si in commissum.& in §.nunc videndum.ff.de minor.facit quod not.Gramm.in dec.xxiij.nu.12.Gul. Main.in d.l.ferè.nu.14. Iacob.de S.Geo.in l.j.nu.2. & 3.C.si aduersus delictum.

Secundò limita in delictis atrocissimis: l.auxilium.in §.in delictis.ff.de minorib.glos.in d.l.ferè.& quæ dicantur atrocissima delicta, ponit Guliel.Main.in l.ferè nu.30.ff.de minorib. facit quod suprà dixi in iij.ampliatione.

Limita tertiò suprà dictam regu. quandocunque talis infans esset doli capax.ita concludit Abb.in ca.j.de delictis puerorum.vbi tenet, quòd licet infans non possit puniri,tamen hoc intelligi debet:nisi esset doli capax. Quam opi.Abb.sequitur Ioan.de Ana.ibi nu.3.Montal.in gl.l.viij.tit.xxxj.par.vij. Hippol.de Marsi.in l.infans.nume.5.de sicar.& in l.j.nume.91. eod.tit.& in l.si quis iste.num.3.C.eod.tit.Quod tamen intelligo verum ad hoc vt puniatur ex delicto: secus tamen ad hoc vt incidat in irregularitatem,in quo tamen dico quòd licet infans si doli capax, vsque ad vij.annum in nullã incidit irregularitatem. ita tenet Maria.Socin.in c.ad audientiam.nume.13. de homic.& quòd infans possit esse doli capax, firmat gl.in c.fin.de senten.excomm. quam sequitur Ioan.de Ana.in rub.de delictis puerorum.nu.fi.pro qua facit tex.in l.alterius.C.si minor se maiorem dixerit. vbi dicit text. quòd malitia supplet ætatem. Et circa hanc limit.notandum est quis propriè dicatur doli capax. Doct.in clemen.j.de homicid.& in c.j.de delict.puer.dicant, quòd ille dicitur doli capax qui proximus est pubertati: vt l.apud Celsum in §. quæ in tutore.ff.de doli except.Ioan.Ign. in l.excipiuntur.nu.35.ff.ad Syllan.& proximus pubertati dicitur qui annum decimum & dimidium peregerit, si sit masculus: fœmina verò proxima est pubertati, si ix. annum cum dimido compleuerit. glo.est not.in §.pupillus.in verb. infantiæ.instit.de inutilibus stipu.& in l.pupillum.ff.de reg.iur.Quas esse communiter approbatas asserit Ias.in l.properandum. in §.& si quidem.C.de iudic.Socin.in l.1.in §.adipiscimur.ff.de acquir.poss. Angel.Aret. in d.§.pupillus.Deci.in d.l.pupillũ.& ibi Hier. Cagno.nu.2. ff.de reg.iur. De iure regio probatur in l.vj.tit.v.par.vj.& in l.ix.tit.j.par.vij.& in l. viij.tit. xxxj.part.vij.sunt & alij docto.quiquo ad delicta il lum esse proximum pubertati opinantur, cui ad ęta tem perfectam vj.tantum menses deficiunt.ita not. Bald. per illum text.in l. excipiuntur.ff.ad Syllan. quem vltra Ioan.igne.ibi, sequitur Ias in authen.sacramenta puberum.num.15.C.si aduer. vend. & in d.§.& si quidem. alij verò doct.hanc vlt.opin. sequuntur, nonsolùm in delictis,sed in aliis quibuscũ quę actibus. Pro quibus est gl.in l.non tãtum.ff.de excus.tu.& in cap. continebatur.& in c. attestationes.de despon.impu.latè Ioan.Igna.in d.l.j.in §.impubes & l.excipiuntur.ff.ad Syllania. Sed,his omissis, dico quod arbitrio iudicis est relinquendum quis dicatur proximus pubertati: hoc enim iudex debet arbitrari & discrepatione pueri, & ex aliis circunstantiis cõtingentibus. ita tenet Ioan. Faber.in dict.§. pupillus. Salyc.in l. impunitas.C.de pœnis. Ioan.de Ana.in c.j.num.4.de delictis puer.Ant. de But.in dic.c.attestationes.in fi Abb.& Præpos.in d. c.continebatur.Philip.Deci.in d.l.pupillum.& ibi. Hier.Cagn.numero 3.pro qua opin.est text.in §.in summa.Instit:de oblig.quæ ex delicto.ibi,si proximus pubertatis sit:& ob id intelligat se delinquere. facit etiam tex.in d.l.impunitas.C.de pœnis. Quod tamen intelligit esse verum Dida.in epit.de spons. in ij.par.c.v.nu.5.quòd iudex ante illam ętatem definitam communi opinione,non potest imponere arbitrium suum, scilicet nouem annos cum dimidio in fœmina:& decem cum dimidio in masculo: imo iudex qui ante illam ætatem arbitrari debet puerum esse proximum pubertati, maximis adducend⁹ est cõiecturis,& raro & cautissimè debet id agere.

Est tamen notandum, quòd si infans doli capax committeret homicidium,mitiùs punitur quàm maior. ita tenet Abb.in d.cap.j.de delictis puer. quem sequitur Cæpola in authen. sed nouo iure.C.de seru. fugit.Pro qua opin.est tex.in cap.fin.de senten.excommu.in l.auxilium. in §.in delictis.ff.de minor. & in leg.regni suprà alleg.facit quod not.Ioannes Igne.in d.l.excipiuntur.numero 49.ff.ad Syllania. Decius in dict.l.ferè.nu.3.

Et circa hanc reg.alias limitationes vide per doct.in locis suprà dictis, & per Albertum Gandinum in tractatu maleficiorum: in titul.de pœnis reorum. numero.30. P.Duen.reg.259.

¶ AETAS vbi est fundamẽtum intentionis alicuius siue sit actor siue reus,ille debet eam probare.Hanc regul.probat tex.in l.cùm te.C.de prob.& in l.si minorem.C.de in integr. restit. mino. & in l.cùm de ætate.ff.de prob.& ibi Iac.de S. Geor.Circa quam regulam vide Bart. not. in cons.xc.& in repet. l.de ætate.

ætate.num.12.ff.de mino.Pet.de Anch.in c.accessit. num.1.cum seq.de despons.impub.Iac.de S.Georg. in d.l. si minorem. numero 2. Oldendorp. trac. de probat. cap.fin.in reg. xxxiiij. Alciat.in tract.præsumpt.in 3. reg. præsumptione 3.numer. 2. Petr. de Vnzola in practica artis notariatus,in c.An de contractibus suis teneatur pubes respondere.num. 2.& notabil.Ioan.Mauritium in tract.de restitu.in integrum.c.cccxv.cum viij. sequentib. Quæ regula probatur de iure regio in l. 4.titul.14.parte 3.

Hanc regulam limitat quatuor modis Alciat. in tract. præsumptionum.in 2.regula.præsumptione 14. nu. 1.cum sequent. P.Duen.reg.258.

¶Affectare nemo debet id, in quo vel intelligit, vel intelligere debet suam infirmitatem periculosam aliis futuram.Ad leg.Aquil.idem §.Mulionem. Riischvvich.

¶Affectio facit cessare generalem dispositionem l.qui officij. ff.de contr. emptio.l.si in emptione. ff. de minor.l. alimenta. ff.de alim.& cib. legat.not. l. spadonem.ff.de excus.tut.Socin.regul.284.Fall.35.& sequen. Medic.reg.1.

¶Affectio non petitur,nec eius ratione condemnatio augetur. Hanc regulam ponit text.in l. si seruum.ff.ad l.Aquil.& in l.pretia rerum. & in l. in lege Falcidia hoc esse.ff.ad legem Falcid.& in l.vnica in ver.quòd re vera.C.de sent.

Fallit primò quando vtilitas est iuncta affectioni,vt in libro in quo diu studui,& multum scripsi & sic habet vtilitatem iunctam cum affectione,vt in l.videamus.ff.de in litem iurando.& ita tenet Alber. in l.1. eod.ti.secus si affectio sit sola.

Secundò limita vt non procedat in casibus à iure expressis,ita videtur tex. in l.non tantum. ff. de appel. & ibi est vtile,quia vita prorogatur.

Tertiò limita nō habere locum in minore,vt in l.si in emptionem.ff.de minoribus.& ita communiter tenent doctores secundum Pyrrhum.in l.quatenus.in secunda regula.ff.de regul.iur.

Quartò fallit in casu legis, competit in §.1. & ibi Albericus.ff.quod vi aut clam.& in casu glossæ.in l.fin. in verbo,non habebitur.ff.de operis seruorum.

Quintò limita,quo ad inducendam actionem quam affectionis ratio inducit in cōtractibus bonæ fidei,vt in l.cùm seruus.ff.mādati. quod intelligo si affectio fuerit honesta,secus si inhonesta,quia tunc non præbet actionem , nec auget condemnationē. ita tenet Alberic. in dict.l.1.ff.de in litē iurando.secus tamen est in actionibus stricti iuris, in quibus affectio nō inducit actionem, etiamsi fuerit causa honesta: ista est glo.in l.fideiussores.ff. de pac.in verbo nec enim quam vltra pac.ibi, præcipuè Iacobinum de sancto Geor.sequitur Iaso.in l.quidam cùm filium.num.7. ff.de verb.obl.& in l.1.num.7.ff.de in litem iurando & in cons.41.vol.3 P.Duen.reg.34.

¶Affectvs , licet non sequatur effectus, punitur. Hanc regulā probat tex.in l.1.§.diuus.ff. de sicariis. & in l.is qui.cum telo.C.eo.tit.& in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cle.canonizata. in capit.si quis non dicam rapere.de pœnit.dist.1.& in l.1.in fi. ff.quod quisque iuris.& in ca.fi. desponsa. cum aliis glossis allegatis per Hyppolytū. & in d. §.diuus. nu. 3.& circa hanc regulam vide Felin.ca. 1. de præsum. & melius quàm alibi Tho.grammaticus, decisio.2. num.2.cum aliis.

Hanc regulam ponit Socinus,vbi eā octo modis limitat in regula 31.Latius ponit hanc regulam vbi eam limitat octo modis Felinus in tract.de con.quas limitationes ponit etiam Hyppolyt. in dicta l. is qui cum telo.nu.24.& in l.qui falsam monetam.ff.de sicariis.nu.1.cum seq.Decem limitationes ad hāc regulam ponit Math.de Affl. in constitutionib. Neapolitanis.lib.1. rub.11.nu.1. Circa quam regulā vide de iure regio legē 2.tit.3.par.7.Hodie tamen ad hoc vt incidat in pœnam,requiritur vulneratio.vt in l.2. tit.13.lib.8.ordinamenti. P.Duen.re.35.

Licet aliquando in maleficiis solus effectus sine effectu,de iure etiam puniatur, veluti in delictis atrocioribus.l.si quis ne dicā. C.de epis.& cleri.l. is qui cum telo.C.de sica.tamen consuetudines, & statuta pœnalia semper intelliguntur de delictis effectu cōsummatis.Bart.& Hyp.in l.1.de sicar.Ange. & Pau. in l.1.quod quisque iuris.Bal.in l.fugitiui.C.de seruis fugit.Felin.& Imo.in c.1.in vers.fallit octauò, & vlt.de præsumpt. M.Chærianus.

¶Affectvs non punitur nisi sequatur effectus. Quod quisque iu.l.in fin.de verb. sign.l.sæpe ita.de spon.c.fin.

Affectioni parentum parcitur. de re milit. l. 4.in fin. Riisvvich.

¶Affinitas contrahitur ex commistione sanguinis mulieris & viri,non ex missione seminis vnius tantum.capitulo fratres.25.quæstio.10.Innocen.ca. fraternitatis, de eo qui cognosc. consang. vxor. fratr. tui. Med.reg.9.

¶Affinitas soluitur morte. l.cui.§.affinitates. ff. de postul.c.infames.§.affinitates.3.q.7.vnde Cic. in Orat.pro Publio Sextio,ademit,inquit,altum soceri nomen mors filię,glo.l.sed hoc,ver.succurrendū. ff.de re iudic.Alex.l.legit.l.non tantum. C.com. de succ.Bald.l.affinitatis.C.eod.Paul. l.fina.C.de verb. sign.Bal.c.accedens.vt lite non cont.ca. in literis de testibus.Alex. cons.207. volum.6. Vnde quam diu durat affinitas,affines testificari non possunt pro inuicem,secus autem si fuerit morte affinitas soluta. Lanfrancus. cap. quoniam contra. de prob.Mars. l. 1.§.idem.ff. de quæstio. Vnde statutum disponens inter affines compromitti debere , intelligi debet affinitate durante, quæ conclusio intelligitur procedere in ciuilibus , secus est quoad impedimentum matrimonij, Diu. Thomas 3. parte summæ, quæst. 55.articul.2.& toto titulo de cons. & affinitate. Medic.trac.2.par.

¶Affinitatis leuis nulla est habenda ratio,Iac. Butr.leg.Lucius.ff.de his qui not.infam. Angel.consil.194.Hyp.consil.1.column. 2.idem l.fin.C.de probat.sing.76.& est com.Tiraq.in tract.de iud. in reb. exig.non fer.numer.86. Vnde parum affinis dicens non esse affinem falsum deposuisse non dicitur. Medic.reg.5.

¶Affines ad compromittendum de litibus cogi possunt, quandocunque cauetur per statutum, quod statutum in iure nostro validum est , vt tenet Bald. in prima constitutione. Cod. §. quibus. quem sequitur Ias.in l.1.num. 6.ff.de legibus. & ita etiam quod prædictum statutum valeat,firmat afflic.decisione 46. Cur.Iunior.in l.fratris.nu.2. C.de trāsact. Iacobi.de sancto Georg.in l.1.nume.7.in 1.lec. ff.de transac.& in 2.lectu.nu.9. vbi dicit, quod istud statutum est fauorabile, quia est introductum in odiū litium.quod ante eum tenet Bald.in l. qui se patris. num.16.C.vnde liberi.Tiraquel.not.in trac. de causa cessante.in 1.part.in prin.num.34.

Amplia primò procedere etiam inter maritū & vxo-

rem:qui licet non sint affines, sunt tamen principiũ & causa affinitatis.ita Bal.in l.affinitatis.C. communia de successionibus.num.1.

Amplia secundò procedere inter sponsum & sponsam secundum Ias. in l. quod Seruius.ff.de cond.ob causam.num.2.

Tertiò amplia procedere inter consanguineos spurios ,quando agitur inter coniunctos ex parte matris secundum Alexand.in l. ex facto. §. si quis rogatus.ff.ad Treb.num.5.

Quartò amplia etiam inter minores, secundum Paulum de Castr.in l.nam & postea.in §. si minor. ff.de iureiuran.

Quinto amplia in tutore & procuratore:nam licet aliàs istæ personę non possint compromittere sine speciali mandato. vt in l.transact.& ibi doct. C. de transact.tamen quando eorum principales sunt cõiuncti,bene possunt compromittere,ex quo non faciunt hoc voluntariè , sed ex necessitate statuti: ita tenet Ang.in l.non solùm.§.interdum.ff.de procur. Bald.Paul.de Gast.& Alexan.in l.si plures.ff.de pac. Ias.in d.l.transactionis.

Sextò amplia procedere,etiamsi partes sint discordes in eligendis arbitris,quia tunc iudex solus eligit,& fit compromissum:vt in l.fin. §. electioni. C.de iud. ita tenet Bart.in l.in venditione. in §.fina. ff.de bonis autoritate iudicis possidẽdis.& in l.1.in §.ex hoc rescripto.ff.de ventre inspiciendo. Alex. in l.de die. in prin.in 2.notabili.ff.qui satisd.cog.

Septimò amplia,non solùm quando principalis litigator est coniunctus, sed etiam quando autor est cõiunctus, licet principalis sit extraneus : ita tenet Bar. in sua 2.disputat. incip. Pisanæ ciuitatis. & in l. procurator.la.2.ff.rem ratam haberi.

Primò limita,dũ tamẽ compromissum petatur ab vna ex partibus: aliàs si non petatur, iudex non debet compellere partes de per se ad compromittendum vt in l.4.in §.hoc autem iudicium.ff.de damn.infec. & quando petitur ab vna parte debet alia pars citari:ita tenet Alex.in cons.lxxxij.vol.1.

[Se]cundò limita non procedere quando staret aliqua scriptura iurata: quia propter iuramentum non fit compromissum: ita tenet Paul.de Cast.in cons. xiij. vol.2.num.1.& 2.Alex.in cons. xxxvij.vol.2.num.16. Ias.vbi plures alleg.in l.fratris. C.de transact.

Tertiò limita procedere inter affines durante affinitate:secus autem si affinitas sit dissoluta per mortem: quia licet remaneat vinculum quoad impedimentũ matrimonij,tamen non remanet quoad cõpromissum.ita tenet Bar.in l.cui eorum.in §. affinitates & ibi Bal.& doct.ff.de postul.glo.& ibi Alex. & doct. in l.sed hoc ita.ff.de re iud.Pau.de Castr.in l.rei iudicatæ.§.fin.in fin.ff.sol. matr. Tiraquellus in trac. de causa cessante in prima parte, in prin.nu.31.Et ex hoc infero cessare dictum statutum inter priuignũ & nouercam mortuo patre, ex quo est dissoluta affinitas secundum Bald. in l.affinitates.C.communia de successionibus.Pau.in cons.lxxx.volum.2.

Quartò limita in causa feudali:quia illa compromitti non potest non obstante prædicto statuto:ita determinat Andræas de Isernia in c.j. in §.si inter.de lege Corradi.in vsib.feud.

Quintò limita in causa in qua agitur de vita & militia,in qua non compromittitur : nam æquiparatur feudali,ita Matthæus de afflictis in decisione xliij. per totã.& in const.lib.iij. reg.xviij.Anto.Capitius in decisione ccxj.

Sextò limita , quando altera pars haberet aliquam exceptionem litis finitę seu impedientem litis ingressum:quia nõ potest ea inuita fieri compromissum: ita Bal.Alex.& doc.in l.fratris.C.de transact.Bal.in l.si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Iaco. de sancto Geor.in d.l.fratris.num.6. Iason nu.4.

Septimò limita quando altera pars haberet scripturam publicam liquidam , puta instrumentum, sententiam vel obligationem. ita concludit Socin.in consi. 4.num.1.volu.consiliorum.& in cons. ccc.nu. 5.in 2. volum. Corneus in cons.lxij. in 4.volumin. Barto.in l.eleganter.in princip.ff. de cond.indeb.Iacob.de sancto Georg.in l.1.in 1.lectura.numer.7. de transac.& ibi Iason num.13.

Octauò limita non procedere in spurio , qui litigans cum consanguineo suo non potest petere compromissum,ex quo non dicitur coniunctus.ita Bal.in l. id quod pauperibus.num.37.C.de episcop.& cler.& in l.cum acutissimi.nu.8. C. de fideicom.gl.in. Clement. vnica,in verbo, liberi de baptismo. quam sequitur Guliel.Benedictus in c.Raynutius. in verbo, Raynutius de Clera.nu.23.Pav.Pari.in c.in præsentia.num.76.de probationibus. Quod tamen intelligo,vt suprà dixi in 3.ampliatione quando ageretur inter coniunctos ex parte patris,secus si ex parte matris,quia tunc etiam spurius dicitur coniunctus, & petit compromissum: ita concludit Alexand. post doct. in l.ex facto. in §. si quis rogatus. nu.50. ff.ad Trebel. Alex.in cons.60.num. 8. in 2.vol.consi.

Nonò limita non procedere in causis criminalib. quia in eis non fit compromissum.vt est gl.in l. transigere.C.de trans.quam sequũtur ibi Bald.& Sali.Felin. in rub.num.2.de treuga & pace.

Decimò limita non procedere in articulo iuris : quia vbicunque vertitur dubium quod in mero iure consistit, non debet compromitti , ex quo in iure omnia sunt certa & liquida. Ita tenet Bald.& Salyc. in l.ancillæ.in prin.C.de furtis.Felin.in cap. cum venissent in prinde iudi.Alex.in cons.lxij.num.6.volum.2.Iason in cons.26. & cons.35. volumin.1.Iaco. de sanct.Geor.in l.1.in 2.lectura,numer.8.ff.de trãsaction.quod tamen declara,vt per Iasonem in d.l. 1.num.19.

Vndecimò limita non procedere quando altera tantùm ex partibus læderetur, vt notabiliter determinat Pau.de Cast.in cons.cccxx.num.3.& 4.vol.1.

Duodecimò limita procedere inter affines coniunctos per legitimum matrimonium:secus per simplicem fornicationem.ita tenet Ioan. And. in c.nõ debet de consangui.& affinit.

Decimotertiò limita in causis mixtis imperij,quia de iure non compromittuntur , non obstante prædicto statuto,ita tenet Barto. in.l. non distinguemus, in §. de liberali.ff.de arbitris.& in l.prætor.ff.de tut. & cura datis ab his.quem sequitur Francis. Curtius Iunior in l.fratris.numer.4.C.de transact. Iacob.de sanct.Georgio,in d.l.1.in 1. lectura.num. 8. & in l.2. lectura.num.8.ff.de transactio.

Decimoquartò limita in causa appellationis : quia in ea non potest peti compromissum non petitum in causa principali.ita tenet Paul.de Castr.in dict.con. cccxx.num. vol.1. Iacob. de sancto Georgio, in d.l. 1.num. 8.in 2.lectura.ff.de transac.

Decimoquintò limita non procedere in causa dandi tutelam , quia non potest compromitti, secundum Barto.& Bald.in l.prætor.ff.de tuto. & curatori.datis ab his.

Decim

Decimosextò limita, quando coniūctus cederet suam actionem nō coniuncto, quia licet compromissum fieret cum concedente, non tamen fiat cum cessionario. ita tenent Imo.& Alexand.in l. post diuortium.in fine.ff.sol.matr. Afflic.in decis.lxxiiij.facit text.in l. Paulus. respondit per procuratorem.ff.de acquir.hæred.

Decimoseptimò limita non procedere inter consanguineos legitimatos.ita tenet Alexand.in consil.lx. num.7.volum.2.

Decimooctauò limita non procedere contra clericum coniunctum, quia cùm sit statutum principis secularis, non potest ligare clericos, ita tenet Bald. in cap.cùm venissent.numer.6.de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.quæ sequitur Soci. in consil.lxxj.numer.12.in 4.volum. consil. sed ipse clericus actiuè posset petere compromissum contra laicum coniunctum, quia clericus gaudet statutis laicorum pro se, non autem contra se, vt habetur per Abbatem & Modernos.in cap. ecclesia sanctæ Mariæ.de constitut. vbi Felin.numer.81.Barto. & doct.in l.cunctos populos. C. de summ. trini.& fide catholica. P.Duen.reg.36.

¶Affirmativa & negatiua. Negatiua resoluitur in affirmatiuam.

ff.de pac.l.in persona.
ff.de inof.test.Pap.§.1.in fi.l.etiam.

Verbum non obtinuit, id est succubuit, & ita affirmatiua in negatiua, vt in concordantiis istis & tali modo est contraria.

Contra.

ff.de procura.l.Pomp.§.1.
ff.de except.rei iud.l.si mater.
ff.de donat.l.non debet.in fin.

* Verbum bonæ fidei:id est,* nominale.

Addit.*al.non malæ fidei.

ff.mand.1.quæstio.seruos.
ff.de minor.l.si res.
ff.de oper.nou.nunc.l.non solum.§.si caus.
In Insti.de tute.in fin.
l.de igno.dic.Rub.mitius.
ff.de manumis.l. is qui ius.

Negatiuam resolui.&c. Euenit, vt negatiuas resoluamus in affirmatiuas dictiones, quod est vbicunque ponuntur duę negationes. vna negatio tollit alteram:& ita fit affirmatio, vt in proxima rubrica continetur,& ita ponitur in ff.de pac.l. in persona.quia non fit nocitura: dubitari non oportet, id est, non dubitatur, vel non timetur quòd noceat. Verbum enim quin, tacitam importat negationē, sicut enim negatiuæ resoluuntur in affirmatiuas, sic & affirmatiuæ in negatiuas.vt Rubrica signata pro contraria, quæ non est contraria, sed diuersa, sic enim bonæ fidei,& non malæ fidei.vt ff.de dona.l.non debet. sic etiam dicitur gratus, quia nō est ingratus,& iustus, quia non potest dici iniustus.vt ff.de test.man.l.seruus.& ff.de fideicomm.l.liber sicut.§.ex insta. & ita in similibus, vt in legibus sub Rubr. positis continetur. Azo rub.30.

Duæ negationes faciunt vnam affirmationem.

ff.de pact.post venditionem.
ff.de verb.sign.duobus.

Contra.

ff.de damn.infect.l.flum. in prin.

Duæ negationes faciunt vnam, &c. hoc in superiori Rubrica continetur. fallit tamen in casu signato in contraria Rubrica. vt ff.de damn. infect.l.flumē, ibi enim ponitur, nemine nil faciente, id est, aliquo aliquid faciente:quia superabundat ibi vna negatio, vt ibi designatur in glos.Ioann.B.

Non semper interrogatio negationem habet, sed aliquando difficultatem, aliquando caritatem notat.

ff.de dolo.sed si ex dolo.
ff.locati.l.sed de damno.

Eo ipso dicitur quid dubium quod negatur.

C.quib. ad lib.procl.non lice.l.3.
ff.de cond.ind.l.e legāter.§.si post rē. Az.ru.30.

Quod de vno affirmatur, de reliquis tacitè negatur.

ff.de procura.l.maritus.
C.de pact.tam super do.l.si mulier.
C.de pign.l.quamuis.
ff.com.præd.l.similem di.
ff.de compen.l.quod Labeo.
ff.de act.emp.l.Iul.§.idem.
ff.de pign.l.1.§.seruo.
ff.de vsur.l.3.cum pa.
ff.de euic.l.minor.§.vlt.& l. quilibet. §.1. & 2.
ff.de donat.inter vir.& vx.l.sed si moræ.
ff.de cond.& demonst.l.cùm ita lex.
ff.de instrumento leg.l.cum dela.
ff.de supp.leg.l.legata.§.1.
ff.solut.matr.l.si cùm dotem.
ff.de pact.dot.l.pacta.

Contra.

ff.de cond.caus.dat.l.si extraneæ.

Contra.

In Decr.dist.65.disciplina.
In Decr.2.q.1.vnum ex duobus. Azo ru.30.

Quod de vno negatur, de aliis tacitè affirmatur.

ff.de posthu.l.Imperator.
ff.de seruit.rust.præd.l.si domus.
ff.de pigno.l.in quorum.
ff.de testib.l.ex eo.
ff.de repud.l.vlt.
In Decr.dist.25.quali.ibidem.

Quandoque non est ita.

C.de diuer.rescrip.l.1.
C.de instit.& subst.l.3.
ff.de vsur.l.Paulus.§.hæres.
ff.de re mil.l.7.
ff.de vino leg.l.cùm vinum.
ff.de nat.lib.auth.si quis liberorum.

Quod de vno affirmatur,&c.) Ista omnia vera sunt nisi in ꝓhibitis eadē sit ratio, quæ & in omissis, vel nisi in omissis eadē sit ratio, quæ in affirmatiuis, vt in cōtraria sequēti Ru.cōtinetur, suprà eo. in illa Rub. De simil.ad similia.& in illa, Simile ex lege,&c. ibi.

*Prohibitio aduersus tollitur, eiúsque contrario.

Add.*al.ꝓhibito principali, tollitur & accessoriū.

ff.de vacat.mun.l.in hono.§.philosophis.
C.de Latin.lib.tol.in prin.
C.de testamentis.l.nec codicilli.
C.de reput.l.vlt.
ff.de excus.tut.l.si duos.§.prohi.
ff.de remissionibus. Azo ru.30.

¶Afflictio non debet dari afflicto.l.diuus. ff.de of. præsi.l.pœna.§.fi.ff.ad l.Pōpe. de parrici.l. tā demētis.C.de epis.aud.l.ex facto.§.Iulianus.ff.de vul.& pup.c.at si clerici.in fi.ff.de iud.

Fallit primò in l.Romanus.ff.de tuto.& curato.vbi in eadem tutela duplex periculum substinet.

Fallit 2.in l.capitalium,§.solent, de pœni.l.1. ff.de iure patro.capit.attendendum,17.quæst.4.capitu.si quis

cuiuslibet 21.q.4.ca.1.ext.de calumniato. in quibus iuribus habetur quod in delictis pœna duplex dari potest. Don.Fina.lib.15.

¶AFFLICTIO non est addenda afflictis. instit. de redi.§.quod vis fluminis.7.q.1.cùm percussio.de clericis æg.c. ex parte. de of.præf.l.diuus Mar. de iuris. l.si idem.ad leg.Rho.naui.Quæ in fraud. cre. l.ait.§. annus.nisi ob crimen puniendus veniat. vt Zas. ibidem. Riisvvich.

¶AFFLICTIO soluitur morte, vnde mors est solatium priuatis omnibus bonis.l.fina.C.de l.Iul.maiest. iuxta illud Cla. Senensis (Tutte l'humane cure trôconsi alcolpo di morte, spengonsi in morte tutti l'humani lumi) Paria enim sunt insidiari vitæ, & omnibus bonis .auth.quod matri & auiæ.C.de reuocan.don.Item metus amissionis omnium bonorum æquiparatur metui mortis.Barto.l.athletæ.ff.de excus.tut.Iaco.l.propter. ff.eo docto. com. l.isti quidem.§.si is.ff. quod met.causa. Barto.l. pœna.ff.de cond.ob turpem causam.Fulgos.cons.fin.column.1. Abb.c.2.column.fin.eodem titu. de eo quod metus causa. Alc.l.interpositas.C.de transac.Mars.l. vt allegas.num.5.C.de sicar.imo, vt Baldus inquit, maior, est pœna omnium bonorum, quàm mortis, l.certa. C.de iure fisci:lib.10. nam ea quæ fiunt in bonis, in persona fieri dicuntur, & ita licet restituere ei qui de statu & capite controuersiam mouet: ita etiam ei qui de omnibus bonis, vel maiori parte. Baldus d.l.athletæ.§.dat.ff.de exc.tut.Ioan.And.capit.cum oportet de accusat.colum.2.Ias.cons.177.volumin. 2.quo casu frater pro fratre testis esse non potest. Baldus.l.parentes.numer.1. C.de testibus. Aret.cap. cùm oporteat.numer.10.de accusat.Bauer.§. pater. numer.23.institut. de testam.Lanfrancus in tract.de testib.numer.80. nota tamen quod in persona egregia, quælibet minima pœna corporalis est maior qualibet pœna pecuniaria.l.si in seruorum.ff.de pœ. Medic.trac.2.par.

¶AGERE. Si quod ago non valet, vt ago, nec vt potest, valebit.

C. de codicil.l.pen.& vlt.§.illud.
C.de don.ante nupt.l.quod spon.
C.de repud.her.l.3.
ff.de euict.l.incredi.
ff.de test.l.ex eo.
ff.de spon.l.quæsitum.
ff.de vul.sub.l.cohæredi.§.cùm.
ff.de acquir.hær.l.qui mali.
ff.de leg.l.si seruus.§.si ser.
ff.de reb.dub.l.si ambi.
ff.de vsuc.l.iusto.
ff.de accept.l.an inutilis.
ff.de seru.reipub.l.item.§.qui habet.
ff.de verb.obl.l.si duo.
ff.de iur.codic.l.1.& 2.§.2.

Imò vt potest valebit.

In instit.de adopt.in fin.tit.
In Aut.de nupt..§.si verò abest.
In aut.vt cùm de ap.co.§.si igitur.
C.de testament.l.hac consulti.
C.de pact.l.1.
C.de inst.& sub.l.cum te.
ff.de cont.remp.l.qui tab.
ff.de naut.fœn.l.Iul.§.vlt.
ff.de rescind.vend.l.cum emp.§.qui ita.
ff.de leg.præst.l.1.
ff.de leg.1.l.si tibi huius filiusfam.
ff.de test.mil.l.3.
ff.de accep.l.si ancil.§.an inutilis.
ff.de fideicomiss.l.1.§.generaliter.& §.si quis.
ff.ad Treb.l.ex facto, qui fi.§.& si cum.

Si quod ago, &c. & contrà. Solutio. Ita breuiter assignata est à quibusdam, si is qui agit, nullo alio modo voluit rem valere, nisi eo quem in animo gerebat.obtinebat hæc Rub.alioquin obtinet contraria. Quæ solutio videtur rationabilis, non tamen sufficiens.quid enim si dubitetur de voluntate? Respon. hanc esse Rub.Si quod ago non valet, vt potest præsumpta voluntate gerentis, per l.ex aliquibus coniecturis & argumentis, secundum rerum diuersitatem & qualitatẽ, propter quod lex mouetur ad cassandum quod factum est, vt neque eo modo quo voluit, valeat, quia id nõ potuit, neque eo quo potuit, quia apparet eum id non voluisse. Et huic responsioni optimè aptatur sequens generale, & quando locum habet regula, id quod potuit, &c. Et idem etiã per exẽpla, sub Rub. posita, quilibet notare potest. Si verò non appareat per coniecturas, quod alio modo valere voluerit, magis inclinabo, vt valeat eo modo quo potest, quàm vt pereat. vt ff.de reb.dub.l. quot.& ita seruabo sequentem Rubr.vt generalem. Azo rub.69.

¶AGERE quis non cogitur ante tempus concessum à lege.l.vni.C.vt nemo inuitus.l.creditor.C.de pign.

Primò fallit si apparet de mente valentis agere quod differat vt probationes aduersarij pereant. l.pe. C. de vsuris pupillar.

Secundò fallit vbi quis de proximo est recessurus de loco vbi habet creditores, quia tunc potest præfigi terminus creditoribus ad agendum.gl.in l.vni.C.vt nemo inuitus.& in l.diffamari.C.de inge.manumis.

Tertiò fallit quando quis comminatur se posse per querelam inofficiosi testamenti infringere testamentum, quia tunc fauore vltimæ volũtatis, ne stet in dubio, potest præfigi tempus ad querelam præparandam.per tex.notabilem secundum Bar.in l. Papinianus.§.si quis post.de inofficio.testa.ff.

Quartò fallit in eo qui litem contestatus fuerit, vel libellum obtulerit, vt in auth.de litigiosis.§.omnem.

Quintò fallit in nuntiante nouũ opus.vt in c. fi.de no. operis nuntia.

Sextò fallit quando actor differt malitiosè conuenire reum, quem conuenire intendit, argumento capituli, nonnulli.de rescrip. B.Soci.reg.24.

¶AGERE non possunt filij contra parentes, neque excipiunt de dolo.l.apud celsum.§.aduersus.ff.de doli mali exc.idem est in libertis contra patronos, secus autẽ est è contra.leg.tertia.C.de arbitris.Med.re.9.

¶AGENS mitius cum lege, quàm cum homine agitur.l.Celsus.cum glos.ff.de arbitr.comprobatur per l.si stipulatus sit quis decem in melle. ff. de solutio. iuncta l.item veniunt. §. item in rete.ff. de petitio. hæreditat. comp robatur etiam per l.insulam, iũcta l.cùm stipulatus sim mihi ô Procule. ff. de verbor. obligatio.

Fallit in 3. casib.secundum Ripam.in l.si insulam, ff.de verb.oblig.num.56. Don.Fina.lib.5.

¶AGENS pro coniuncta persona non præiudicat ei, nisi habeat ratum l.1.C.quibus res iud. non noceat. admitti tamen ius ad agendum pro consanguineo cum cautione debita.leg.sed & hæc.ff.de procurat. capitu. nonulli. capitulo, ex parte. de rescript. non tamen illum procuratorem facit l.3. iud. solui. sed consanguineus obligat tantum facturum se, quod con-

coniuncta persona pro qua agit, habeat ratum, ita concl. Abb. per hanc reg. cap. quamuis. numer. 5. de sent. & re iud. Medic. reg. 8.

¶AGENTIA communia. Habet rei vendicationem, qui non habet possessionem.
In Insti. per quas personas nobis acqui. §. item.
In instit. de inof. test. §. sed & si hæredi.
C. de sacrosanc. eccl. l. vlt.
C. de arb. tu. l. 3.
C. de donat. l. quisquis.
ff. de pet. hær. l. & §. qui si.
ff. de rei vend. l. si agere.
ff. de nox. l. in noxalibus.
ff. de acquir. rer. dom. l. homo liber.
ff. de fideicom. lib. l. Imperatores. §. diuus.
ff. de iur. fisci. l. si intelli. §. si tu. & §. idem.

Habet rei, &c. Quidam volunt dicere, ne dominium acquiratur sine possessione, & hoc tradunt pro regula: sed certè regula talis non est ex lege, imò contra leges multas, vt in ista Rub. dicitur. & de fun. dot. l. si fundum. ibi enim etsi possessio non fuit tradita, quia tradens eam non habebat, inductus est tamen maritus in possessionem: vnde & transfertur dominium, & fit fundus dotalis. Ipsi tamen dicunt quod marito fuit concessa rei vẽdicatio. quod falsum est: quia tunc fundus non esset in dote, sed actio & ita non diceretur dotalis, quod lex illa dicit, arg. ff. de iur. dot. l. si sponsalibus. §. si res. Itẽ nõ obstat quod pro se inducunt. in C. de distrac. pig. l. qui prædium. Illud enim exigimus, vt interueniat inductio in possessionem, non vt possessionem acquirat. Azo ru. 61.

Non domino competit rei vendicatio.
C. quod met. caus. l. si vi vel metu.
C. de iur. dot. l. in rebus.
C. de præscrip. 30. annis. l. si quis. §. sed &.
C. de reuoc. don. l. his solis.
ff. de manum. vind. l. si pater.

Non domino, &c. Regulare est vt rei vendicatio domino competat. vt ff. de rei vend. l. in rem. Hoc de directa. vtilis enim non domino plerunque datur. vt emphyteotæ, superficiario, & præscribenti. vt ff. de rei vend. l. superficiario. & si ager vect. l. 1. & vt in hac Rub. dicitur. maritus autem de iure ciuili & naturali habet dominium & ideo habet rei vendicationem, vt instit. de rer. diuis. §. per traditionẽ. vxor autem de iure naturali, quantũ ad sustentationem, dicitur domina, vt & filij. vt C. de in iu. dot. l. in reb. & in inst. de hær. qual. & dif. §. qui autẽ. Azo ru. 61.

Possidentem conueniri, non eum qui vendidit.
In auth. de non alie. seruo mi. §. hoc autem.
In auth. de nup. §. si verò. prope finem. §. quo nunc. col. 7. & §. si verò nullum.
C. vbi in rem actio. l. 1.
C. com. de leg. l. vl. in fin.
ff. de mino. l. in causæ. §. interdum. & §. Pomp.
ff. de oper. nou. nunc. l. is cui.
ff. de contrah. emp. l. si quis sub hoc.
ff. de ser. expor. l. Titius. Azo ru. 61.

Non conuenitur possidens, sed qui rem tradidit.
C. de hær. ven. l. 2.
C. de rer. permu. l. cum precibus.
C. de rescin. vend. l. dolus.
C. de distract. pig. l. vlt.
ff. de peculio. l. sed & si quis.
ff. de leg. 2. l. vlt. §. vlt.
ff. quæ in fraud. cred. l. quæ à debit.

Vtrunque posse conuenire.
C. de alie. iud. mu. caus. fac. l. 1.
ff. quæ in fraud. cred. l. 1. in prin.
ff. de nox. l. de illo. §. de dolo.
ff. de pec. l. si nox. §. pe. & l. ancilla. §. si seruus.
ff. de dam. infec. l. damni. §. vlt.
ff. de pet. hær. l. nec vllam. §. pen.

Possidentem, &c. & contra. Si quæritur an tradens tantum, an & possidens debeat conueniri. attende an agenti competat in rem actio, an personalis. Si in rẽ tantum possidens, vt in hac Rub. Si personalis, si quidẽ sit in rem scripta, id est qui datur contra possidentẽ ad similitudinẽ realiũ actionũ, vt actio quod metus causa, & ad exhib. & noxalis, & peculiaria, vtraque potest cõueniri. Idem est etsi sit mixta, id est, in rem, & in personã, vt petitio hæredit. vt in sequẽ. Ru. Si verò nec sit mixta, nec in rẽ scripta, tradẽs tãtũ debet conueniri, vt in õria Ru. dicitur. Az. ru. 61.

Qui tantum ciuiliter possidet, tenetur.
ff. de rei vend. l. si à bonæ. Azo rub. 61.

Qui rem alterius mobilem habet, quibus locis habuerunt vel dixerunt, puta quia erat dominus equi, respondere tenetur, non obstante fori exceptione.
ff. de iud. l. non aliter. §. 1. & l. quod legatur.
C. vbi in rem act. excr. de l. vlt.
Cont. ff. de iudic. l. hæres. §. 1. Azo ru. 61.

Agis ex meo nudo pacto vel stipulatione.
ff. si quis caut. l. si procurator.
ff. de procur. l. in causæ. in fin.
ff. de constit. pec. l. eum qui. §. pen.
ff. de dam. infec. l. damni. §. pen.
ff. de pact. dotal. l. cum dona.
ff. de præto. stip. l. in omnibus.
ff. de verb. obl. l. si procur.

Agis ex meo, &c. Hæc specialia sunt. xt ff. de pact. l. iurisgen. §. cum nulla.

Quid si conueniunt hæredes vt vnus respondeat?
Ille primò à creditoribus est conueniendus.
ff. de lega. 2. l. cum ab vno.
ff. de ma. con. l. 1. §. si inter. Azo ru. 61.

Vbi in causa ciuili nõ potest agi, nisi per procuratorẽ.
C. de his qui veniam ætat. l. omnes.
ff. de procur. l. Pompo. Azo ru. 61.

Qui conuenitur ex aliquo officio, interim cessat ab administratione.
ff. de vsufr. l. certum. §. vlt.
ff. de appel. l. impri. §. illatum.
ff. de suspect. tut. §. si quis.
ff. de sol. l. quod. §. 1.

Qui cõuenitur, &c. Hoc semper est faciendũ, ne propter diffidẽtiã causæ, interim res auferretur? ã aũt interim dũ de causa agitur, expẽsas & sibi necessaria habere debeat, quæritur. Responderi potest, quòd debeat. ar. ff. de inof. te. l. si instituta. §. pe. & C. de or. co. l. vl. Az. ru. 61.

¶AGNATI vsque ad x. gradum, cognati verò vsque ad vj. succedũt. Regula est quæ colligitur ex tex. in l. fi. C. vnde legitimi. & in §. fi. Insti. de succes. cogna. Limita hanc conclusionem quadrupliciter secundum Ias. in d. l. fina. I. B. Dias reg. 23.

¶AGNATIS vel cognatis deficiẽtibus, coniuges succedunt inter se, excluso fisco. Hæc regula probatur in l. maritus. C. vnde vir & vxor. circa quem text. vide Maturinum Montanum in authen. de hæred. ab intest. ven. col. ix. in regula xxx. Ang. de Gambellionibus in tract. de testa. in glo. iiij. num. 19.

Han

Hanc regulam amplia duobus modis & limita sex modis, vt per Dec. in d.l. maritus. nu.3. vsque ad numerum 14. hanc etiam Reg. cum sex ampliationibus diuersis ab aliis duabus, ponit Guliel. Benedictus in c. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelasiã. num.231. vsque ad num.240. vbi etiam ponit quinque limitationes ex limitationibus Decij, licet de eo mentionem non faciat. P.Duen.re.37.

¶Agnatis ignorantibus non præiudicabit sententia lata contra vasallum, licet sint eiusdem vasalli agnati, secus si sciuerint, licet Barto. dicat quòd præiudicabit citatis, & non aliis leg. filiusfamil. §. diui. quæstio.1.ff. de leg.1. Andr. c. vnico §. si vasallus. si de feud. fuer. contr. Alex. l. sæpe. numer.110.ff. de re iud. per hanc reg. Medic.reg.8.

Agnatis nocet sententia scientibus, quando lata est contra vasallum. And. de Isern. c. vnico. §. si vasallus. si de feud. contr. fuer. etiam si citati non fuissent. Angel. & Imola l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg.1. quicquid dicat Bartol. in contrarium d. loco. q.1. refert Alex. in termi. huius reg. l. sæpe nume.110. ff. de sent. & re iudic. Medic.reg.8.

¶Allegans turpitudinem suam regulariter non potest venire contra factum proprium. l. cùm profitearis. C. de reuo. donatio.

Fallit quando allegaret turpitudinem suam excipiendo tantum. l. fin. ff. de actio. & obligatio. hoc autem intellige quando non allegaret turpitudinem suam contra sententiam iudicis, quia tunc nullo modo auditur, nec agendo, nec excipiendo, vt est text. in l. si seruus plurium. §.1. de lega.1.

Fallit quando turpitudo esset prius detecta, quia excommunicatus potest allegare excommunicationem propriam. Barto. in l. iusiurandum. §. procurat. ff. de iureiurand. & Bal. in cap. intelleximus. de iudi. in antiq.

Fallit quando turpitudo esset talis, quod ex toto potest eligi ius auctoris. Ioan. And. in c. inter dilectos. de donatio.

Fallit in casu legis, quisquis. C. ad leg. Iulia. maiesta.

Fallit in casu text. in ca. si quis Papa. lxxix. distinctio. & ibi glos.

Fallit in tex. in casu. c. mulieri. de iureiur.

Fallit in casu. c. nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudicauit. S.Ianuar.reg.37.

¶Allegans impossibile non auditur. de interrog. l. confessionibus. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. fi. & in iis l. gib. glo.

Allegans frustratoria non auditur. Quando prouoc. non est neces. l. fin. iuncto. c. consuluit. de off. deleg. facit de verbor. signific. clem. sæpe. C. de conue. fisc. de l. hi qui fisco.

Allegans contraria non auditur. C. de fur. l.1. de cond. & dem. l. Titiæ. de proc. l. in causæ. de app. c. solicitudinem. vt eccle. benef. c. in fin.

Allegans turpitudinem suam non auditur. C. de transf. l. transactione finita. C. de ser. pig. dat. ma. l. si crediditoribus. in fin. Riisvvich.

¶Allegans contraria non est audiendus. text. in l. j. C. de furt. & in l. Titiæ. ff. de conditio. & demonst. & allegat plures concordantias. glos. in d. l. j. sunt iura cano. in c. vno. vt ecclesiastica beneficia. & tex. vbi Bald. in c. solicitudinem. de appel. in quo semper tenementi, quòd si aduersarius non vult eum repelli in totum, sed acceptare vnum ex contrariis, potest hoc facere. Ita Bald. in l. cùm precum. C. de lib. causa, vbi dicit notandum.

Limita tamen prædictam regulam septem modis, vt per Iaso. in d. l.1. C. de fur. adde alias quatuor limitationes per Claudium Marmerium in repet. §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acquiren. poss. ver. his consequenter. I.B.Dias.reg.25

¶Allegans pro se aliquam legem fori, incumbit onus probandi illam esse vsitatam & obseruatã. hãc regulam ponit Rodericus Xuares, vbi eam dupliciter limitat in prooemio fori. Duen.reg.37.

¶Allegans titulum solennem vel legitimum, puta stipulationis, probat titulum allegatum præcessisse ex præstatione decennali: adeò quod eius virtute potest debitor in futurum compelli. Elicitur ista regula ex l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris. secundum communem intellectum Doctor. ad eam assignatum.

Amplia quadrupliciter dictam conclusionem, & limita duodecim modis, vt per Ias. in l. si certis annis. C. de pactis. quem vide, quia in huius regulæ corroborationem nouem decisiones notandas adducit, in quibus multum operatur Decennij lapsus. & vide eundem Iaso. qui solùm posuit septem restrictiones ad d. l. cùm de in rem verso. in §. præiudiciales Insti. de actio. quem etiam vide pro materia eiusdem l. & huic regulæ solùm tradidit duas limitationes Soci. in regula lxxxij. incip. debitum. I.B.Dias.re.26.

¶Allegare, vel dicere non sufficit, nisi probetur. glo. in c. non est. de consuet. lib.6. in vers. quem allegat, & in clem. vnica. de in integr. resti: quas glo. cũ aliis xvj. ad hoc allegat Feli. in cap. cùm dilectus de accu. pro quibus considerat text. ibi: quas omnes etiam allegauit Hyp. in l. j. §. si quis dicatur. ff. de q.

Limita præfatam regulam ix. modis, vt per eundem Hyppol. in d. §. quis dicatur. quorum quatuor, vt ipse fatetur, habuit à Felin. in ca. quoniam contra. de probat. & pro ampliatione huius regulæ vide eundem Hyppo. vbi suprà, qui pluribus doctrinis eandem extendit etiam in scripturis tabellionum, vel in sententiis iudicum. I.B.Dias.reg.27.

¶Allegare in iudicio aliquid non sufficit, nisi probetur. C. de li. & eo. li. l. si manumissus. C. de prob. l. siue possidetis.

Allegare sufficit naturalem rationem sine lege. de pœ. l. fin. Riisvvich.

¶Alienare. Paul. libro trigesimo ad Sabinum.

Lex xxvj. al. xxvij.

a Qui potest inuitis a aliquibus alienare, multò magis & ignorantibus & absentibus potest.

Addit. a deest in P. Florent.

Inuitis, vt creditoribus, pupillis adultis, qui potest alienare: multò magis absentibus, & ignorantibus potest. Viuiennus.

¶Alienare consentire. Vlpia. lib.53. ad edictum.

Lex 165. al. lex 126.

Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa concesserit, ratam eius voluntatem habendam.

Super hac reg. vid. sup. aliud est vendere, cùm minus sit consentire quàm alienare. Viuiennus.

Alienare non potest pater rem ipsius filij, licet ipsam in iudicio deducere possit, dato quòd hæc duo correlatiua dicantur. Bald. l. prima. C. de bon. matern. Bapt. in tract. de correlat. num. 17. Med.reg.9.

Alienare non potest emphyteuta, neque vasallus rem conductam in præiudicium domini. cap.1. de vasallo,

vasallo, qui contra cap. imperialem. de prohib. feud. alien. Bald. & Docto. com. leg. si permittente. C. ad Mace. Specu. in tit. de locato. §. nunc aliqua. imo nec etiam sententia lata contra his præiudicabit dominis, vt dicam infert. Medic. reg. 8.

* ¶ ALIENARE prohibitus, & ad longum tempus * locare prohibitus esse censetur. not. in l. codicillis. §. instituto. de leg. ij.

ADDITIO.

* Tempus. Vide quæ not. in l. j. §. quod autem. ff. de superfic. & quod ibi habetur per Alexa. de Imol. post Bartol. & Fel. in c. quæ in ecclesiarum. in ver. vbi autem. de const. & Pet. Phi. Cor. in consilio cclij. incipien. licet. in litera d. in iij. parte. & adde quod contra gloss. in d. §. instituto. tenet Abb. in c. ad audientiã. de reb. ecclesi. non alien. & Lud. Rom. in l. si constante. §. quoties. cum seq. sol. mat. & Bart. in d. §. instituto. cum quo transit Ang. & Imol. in l. si filio. §. fin. sol. matr. Bened. Vad. reg. 23.

Primò fallit, quia si quis est prohibitus alienare sub pœna, non prohibetur locare ad longũ tempus. tex. est in c. nulli. in verbo, alienatione. de reb. eccle. non alie. vide Pau. de Cast. in cons. xxv. qui alleg. Iaco. de Bel. in auth. de non alienan. §. quia verò.

Secundò fallit, si esset facta locatio ad lõgum tempus, & esset dictum quòd tot sint locationes, quot sunt anni, argu. l. scire debemus. ff. de verb. obl. & ita sub dubio dicit Bald. in c. j. qui feud. dar. pos. & idem tenet Bald. in §. vt libellario. j. alleg. sed hoc est contra not. per Dyn. in §. instituto. & contra prædicta vide Bald. qui tenet primam partem in l. voluntas est. C. de fideicommis. vide Bar. in l. si finita. §. si vectigalibus. de dam. infect.

Tertiò fallit, quãdo volumus intelligere de alienatione propriissima: & tunc venit translatio directi dominij, & sic poterit fieri locatio ad longum tempus: si de alienatione propria, intelligitur de locatione ad longum tempus, si verò impropriissimè, & intelligitur de obligatione, & ita dicit Bald. in c. j. §. vt libellario. quibus mod. feud. amitta. & in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl. & sic potest concordari d. gl. in §. instituto.

Quartò fallit, quando locatio potest fieri ad longum tempus, si dictum sit quòd non transeat aliquod ius in conductores: tamen istud dicit Domi. de sancto Gemin. in c. abbatibus xij. quæst. ij. & istud tenent Mod. ibi. idem tenet Bald. in l. si domus. §. fin. de legatis secundo. Sed contra hoc vide quod not. idem Bald. in c. imperiali. de prohib. feud. alienatione per Federi. in versi. quæro vasallus. & est contra not. per Dyn. in dicto §. instituto, & l. vbi ita. ff. de donationibus, causa mortis. & in l. cùm precario. de precario.

* Quintò fallit, quia potest fieri locatio ad longum tempus colono partiario, & ita dicit Bald. in dicto §. vt libellario. & not. quidam Moder. in l. si filio. §. si vir in quinquennium. ff. solut. matrim. Sed videtur contra l. primam. §. j. ff. pro socio. vbi trãsfertur dominium in talem partiariũ, qui est socius: vt est text. & ibi hoc tenet Salycetus, in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. vide Bald. in l. certi iuris. C. locati. vbi dicit, quòd non est propriè societas. & in l. j. C. de fructibus & lit. expen. & in consilio cccij. quod incipit, videtur prima frõte. &c. vbi tenet quòd sit socius. Item dicit quòd si fundus vendatur per dominum, fructus integri sunt emptoris: cum actio personalis fundum sequatur, & ibi ponit an successor singularis teneatur stare colono partiario. & tenet quòd sic.

ADDITIO.

Fallit. Vide de hac fallent. Andr. Barb. in repet. rubr. de reb. eccl. non alien. in ix. fallent.

Sextò fallit, vbi ratio legis esset in contrarium, vel lex careret ratione. & multò fortius fallit, quando lex municipalis est contra rationem, vt quòd bona laicorum non possint vendi ecclesiis. Item fallit, vbi lex continet ius singulare. l. fin. C. de prædiis curia. libr. x. & his verbis vtitur Bald. in auth. ei qui. C. de bo. auct. iud. pos. in vers. vlterius quæro.

Septimò fallit in prohibitionib. odiosis, putà si testator prohibuisset alienari in consortes: nam hoc casu valebit locatio, secùs in non odiosis. ita not. Bal. in l. fin. C. de rebus alienis non alienandis.

Octauò fallit *, si esset facta locatio ad modicum tẽ- * pus cum clausula ad renuntiandum: quia tunc videretur etiam valere locatio, vt not. Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. B. Socin. re. 25.

ADDITIO.

* Fallit. Vide Ioan. Bapt. de Rosel. in j. nota. vbi nonnulla ad materiam.

¶ ALIENARE non dicitur rem qui fructus alienat. so. mat. l. vsusfructus. Riisvvich.

¶ ALIENARE prohibitus à testatore extra certũ genus personarum, puta extra familiam vel descendẽtes, potest ex testamento transferre in eum qui aliàs esset sibi ab intestato successurus, dato quòd nõ esset de familia illa, Glos. est sing. in l. paterfamilias. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. iij. quæ communiter approbatur secundum Imol. & raph. Cuman. in l. cùm pater. in §. cùm inter. ff. de leg. ij. & sequitur eam Bartolus in l. peto. §. frater ff. eodẽ titulo, & confirmat Iaso. in l. filiusfamilias. §. diui. numero 136. ff. de legatis j.

Limita hanc regulam duobus modis, vt per Ias. in d. §. diui. num. 137. & 138. I. B. Dias. reg. 28.

¶ ALIENARE prohibitus generaliter non prohibetur testari. Alba. consilio 109. num. 1. com. dicit Bal. l. ea lege. num. 11. C. de cond. ob causam, similiter nõ comprehendit alienationem necessariam neque illam quæ fit causa dotis, & similium. Cephal. consi. 58. nu. 17. nisi adesset dispositio geminata. Ruin. cõs. 98. nu. 11. vol. 2. idem cons. 123. libr. 2. Cephal. cons. 59. nu. 35. cons. 13. numer. 19. & 20. Fulg. cons. 215. l. 1. vbi doct. ff. de fund. dot. Med. re. 1.

¶ ALIENARI non possunt res ecclesiæ sine solennitate debita. c. Ambitiosæ. in extr. de reb. eccle. non alie. gl. c. terrulas. 12. q. 2. c. sine exceptione. ea. q. Do. com. c. j. & seq. de reb. Ecc. non alien. fallit in re minima. d. c. terrulas. 12. q. 2. Doct. c. 2. de reb. Eccl. non alien. 6. Beroius. c. quæ in ecclesiarum. numer. 49. de const. conc. gloss. §. hinc nobis vers. substantiã. auth. de hære. & falc. Affli. in tract. de iur. proto. §. 6. nu. 9. gl. & Arch. c. Abbatibus. 12. q. 2. Inno. ca. 1. de his, quæ fiunt à prælat. gloss. & Host. c. si proponente de resc. Ioan. And. c. qui tacet. de reg. iur. 6. Feder. cons. 210. Henr. cap. & si quæstiones. de simon. Anchar. consi. 420. Docto. com. cap. super de reb. Eccles. non alie. Bald. & Saly. Auth. hoc ius. C. de sacrosanct. Ecclesi. Imol. capit. 1. de his, quæ fiunt à maiori per ca. Barb. consilio 61. lib. 3. Ias. cap. 1. qui feud. dare poss. Curt. in tract. feud. 21. q. pen. quęst. princip. cum mult. aliis simul. Medic. reg. 5.

¶ ALIENARI prohibita, in dotẽ dari possunt, auth. res, quæ. & l. finali. §. auaritiæ. C. communia de leg.

tenet Bartol. in l. si tibi homo. §. diui Seueri. ff. de legat. j. per text. in l. fina. ff. ad Trebel. Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss.

Amplia primò, vt nedum locum habeat in dote de nouo cõstituta, sed etiam in dote, quam filius accepit, viuo patre, restituenda, secundum glos. magnam in d. authen. res, quæ in ij. parte.

Amplia secundò, quòd nedum procedat, quando filia dotem pro seipsa constituere vellet, sed etiam pro liberis, in casu quo mater filiam dotare tenetur: & similiter in fratre, & clariùs in patre, vt probatur in d. authen. res, quæ. in j. q. vbi per Ias.

Amplia tertiò, procedere nõ solùm quando pater vellet constituere dotem pro filia inter viuos, sed etiã in vltima voluntate, putà testamẽto, vt probatur in d. authen. & ibi per Ias. in quarto nota.

Amplia quartò, quòd non solùm procedat pro dote matrimonij temporalis, sed etiam pro dote matrimonij spiritualis, & sic ingressus monasterij, secundum Bart. & alios in dicta authen.

Amplia quintò procedere, etiamsi filia iam esset maritata cum nulla aut quasi nulla dote, vt per Ias. contra in dicta authen.

Amplia sextò, quòd nedum ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, sed etiam alimentorum, vel redemptionem captiuorum, aut alia simili causa, secundum d. glos. approbatam in dict. authen.

Amplia septimò procedere etiam quando mulier non inueniret maritum condignũ, nisi omnia bona subiecta restitutioni daret in dotem, quia tunc posset, secundum Bal. & Paul. de Castro in d. authen.

Amplia octauò, nedum procedere donec filius vel filia viuunt, imò beneficium huius ad eorum hæredes transmittitur, secundum Bal. in d. authent. vbi etiam per Paul. de Cast.

Amplia nonò, nedum si fideicommissum sit vniuersale, sed etiam si esset particulare, & purum, per rationem literæ, secundum Bal. in d. auth.

Amplia decimò, etiam si testator alienationem expressè prohibuisset, vt per Ias. in d. auth. in v. not.

Amplia vndecimò, procedere etiam si alienatio per statutum, etiam iuramento firmatum, prohibita esset, vt per Ias. in d. authen.

Amplia duodecimò non solùm procedere in causa dotis, vel donationis, propter nuptias, sed etiam in causa pia: quia tunc alienari potest, secundum Ange. in l. quidam ita in testamento. §. fin. ff. ad Trebel.

Amplia decimotertiò, etiamsi talia bona subiecta restitutioni, venirent restituenda ecclesiæ, vel ad alias pias causas, secundum Bald. in authen. & Lud. Rom. in consi. ccxvij. incip. circa id.

Amplia xiiij. procedere etiam in muliere sterili, secundum Bal. in d. authen.

Amplia xv. procedere nedum in muliere, sed etiam in eius cessionario, cui mulier cessit iura dotalia: licet beneficium personale videatur, & diuersa sit inter ea ratio. ita singulariter tenet Paulus de Castro in consil. cxxj. incipient. circa ea, quæ superiùs in vlti. dubio. quem refert, & sequitur Ias. in d. auth. in xiiij. ampliatione.

Amplia xvj. procedere etiam in dote, in qua mulier habet fideiussorem obligatum, vt tenet Paulus de Castro in cons. xiij. incipien. quia per suprascriptum. & pleniùs in cons. cxxxj. incip. circa ea. quem etiam refert, & sequitur Ias. in d. authen. in xv. extensione.

Amplia xvij. vt effectus d. authe. perpetuò duret, adeò quòd bona detracta ex fideicommisso causa dotis vel donationis propter nuptias, nunquam ad fideicommissarium reuertatur, secundum Paul. de Cast. in d. auth. pro quo dicit esse casum singularem in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. inductũ vt per Ias. in d. auth. in xvij. extensione.

Amplia xviij. vt etiam procedat in re emphyteutica, quam pater potest dare filiæ in dotem, vel filio in donationem propter nuptias sine cõsensu domini, secundum Spec. & Io. And. in tit. de loca. §. nunc aliqua. & latiùs per Ias. in d. auth. in xvij. extensione.

Primò fallit, vt singulariter dixerunt Iac. de Aret. Cy. & Salyc. vbicunque non extarent alia bona, quæ in dotem dari possent: aliàs secùs, per d. auth. res, quæ. C. commu. de leg. bene facit secundum eos l. pater filium. ff. de leg. iij. not. Salyc. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. Paul. de Cast. in consil. xiij. quod incipit, per suprà dictum eximium. & ibi subtiliter idem dicit Bar. in d. §. diui Seueri. Bal. tamen in c. j. in §. donare. in tit. qua olim feu. alie. pot. tenet contrarium, volens, quòd dispositio d. auth. res, quæ. non extendatur ad res expressè prohibitas alienari: quia illæ non poterunt alienari etiam pro causa dotis: quoniam illa authent. est exorbitans à regula iuris communis in eo, quod dicitur ibi de causa dotis, ergo non debet extendi. Sed respond. quòd imò debet extendi ad similes casus: cùm dispositio illius auth. cõtineat causam fauorabilem, vt colligitur ex no. in l. si constante. in princip. ff. soluto matrim. & ibi not. Barto. in ix. q. j. partis. quod not. per gloss. in l. qui propter necessitatem. ff. de reg. iur. Bar. & omnes Doct. in d. auth. res, quæ. dum alleg. not. per glo. in l. obses. C. de præd. mino.

Limitatur illa regula procedere in prohibitione impediente translationẽ dominij: quia tunc nullo casu poterit alienari, etiam pro dotibus constituendis, vt est gl. singu. secundum Cyn. & ibi Bal. in l. nulla. C. de iure dot. idẽ tenet Bal. in d. c. j. §. donare, qual. olim feu. alien. pot.

Secundò fallit, prædicta regula habere locum in filia fœmina grauata: quia illa non posset alienare pro constituenda dote liberis suis, vt est gloss. not. in l. à filia. in princ. ff. ad Treb. quam ad hoc valde notabiliter allegat Nic. de Neap. in l. mulier. in §. cùm proponeretur. ff. eo. titu. & eam sequitur. Pro quo facit tex. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. ibi, & patris voto, &c. & rationem alleg. glo. in dicta l. à filia. Et de materia etiam vide per gloss. & Doct. in §. quamobrẽ. in authen. de restitutio. & ea, quæ par. vbi habetur, an dispositio dictæ auth. habeat locum in extraneo, an verò in filiis, vel filio testatoris. Et magis communis opinio est, quòd solùm extendatur in descendentibus*. & etiam probat in dicta authentica, res, quæ versicul. sed si liberis legitima. B. Socin. re. 26.

ADDITIO.

* Descendentibus. Et ita tenet Ang. in dicto authen. res, quæ & sequitur Francisc. Aret. in consil. xxxvij. incipien. sequendo. in secũdo dubio, vbi tenet quòd nec in parentibus, nec in transuersalibus locum habet d. auth.

Fallentias alias vide per Iaso. in d. authen. vbi ponit ad istam regulam xv. limitationes, & fallentias. Bened. Vad.

¶ ALIENARI in alium prohibita, nec vsucapi, nec præscribi possunt, tenet Bart. in l. vbi lex. & ibi gloss. ff. de vsucapio. & tenet Angel. in l. j. C. de præscript. long. temp. & Io. de Imol. in l. filiusfamil. in §. diuus Seuerus.



Seuerus.ff. de legat.j.& Iac.de Aret. Cyn.& Bar.in l. fi.C.in quibus causis in integ.restitutio non est necess.not.Bald.in l.j.C.de ser.fugit.licet Bart.in d.§. diuus Seuerus,contrarium tenuerit.

Primò fallit, quando res, quæ prohibita est alienari, fuit alienata ab alio, quàm à domino, vel ab alio quàm ab hærede prohibito, vt putà à non domino bona fide: quia tunc talis res poterit vsucapi,& præscribi,ita not.tenet Cyn.in d.l.fin.C.in quibus caus. in integ.rest.nō est necess. idem tenet Paulus de Castro in consi.suo xij.vbi refert Cyn. in loco præalle. & pro ista opin.alleg.text.& glos.not.in l.j.in gloss. magna.C.de ser.fugit. Dum glos. dicit, quòd seruus adscriptitius minimè potest præscribi, vel vsucapi: tamen si fuisset venditus à nō domino bona fide, bene posset præscribi,& vsucapi.

Secundò fallit,nisi interuenerit scientia illorum, contra quos præscribitur: quia sic videtur tacitè consentire: ita not.Cyn. in l.j.in iij.oppos. C.de seru.& aqua.Bald.in l.fin.post princip. C. in quibus caus.secùs,si ignoranter:quia in tali præscriptione non vitur adesse consensus illius, contra quem præscribitur.vt est glos.in l.j.§.penult.versic.actione.ff.de dolo.not.Bald.in l.j.C.de in integr.rest. & in authent. ad hæc.C.de vsur. & in l.ij. C.de iure emphyteu.de quo vide per Ioan. de Imo.in d.l.vbi.& vide Bald. in l.j.C.de ser.fug.Ange.& Fulg.in l. j. C.de præscript. long.tempo.& in dicta.l.si tibi homo.in §.diuus Seuerus.de leg.j. B.Socin.reg.27.

¶ Alienans bona sua hoc pacto:alieno rem meam secundum quod Sempronius suam alienauit,si de alienatione Sempronij non constiterit, talis contractus tunc dicetur nullus,nisi ex verisimili mēte possit donatio præsumi, vel nisi solemnitates debitas posuerit.not. Barto.l.1.C.de errore calc. Abb.c.Bertoldus,de sent.& re iud.Doct.com.c.quoniam contra.de probat.Imol.l.diuus.ff.de re iud. Socin. cons. 27.col.4.vol.4. Cephal.consi.16. num.32.consi.44. nu.14. Medic.reg.10.

¶ Alienans rem subiectam fideicommisso in præsentia fideicommissarij non præiudicat, licet ipse præsens taceat,& non contradicat. Ita tenent communiter Doct.damnando glos.ibi, in l.cùm proponas.la j.C.de pact.quam dicit communiter reprobari Bald.in l.j.in fin.C. de bon.mater.

Limita dupliciter, vt per Ias.in d.l.cùm proponas. I.B.Dias.reg.29.

¶ Alienatio. Vlpianus libro xiij.ad edict. lex cxix. al.l.clxij.

Non alienat,qui duntaxat omittit possessionem.

Ex tit.de alienat.iud.mut.caus.fact.l.4.§.1.eodem tit. non alienat debitor, quasi in fraudem creditorum, qui duntaxat omisit, quod quærere potuit. Licet donatio sit prohibita quo ad dominium inter maritum & vxorem.l.3.§.sciendum. de dona. inter vir.possessio tamen non prohibetur transferri.l.1.§. si vir.de acq.possess.vt & hic Ias. in 3.columna.Viuiennus.

¶ Alienatio. vide l.127. qui potest inuitis.l.126. cùm quis possit alienare.123.cuius est donandi. l.11. id quod nostrum.l.162.Non ali.206. De prohibitis alienationibus tractatur ad l. filiusfamilias. §. diui. de leg.1. Riisvvich.

¶ Alienatio. l.162. Idem libro decimotertio ad edictum.

Non alienat,qui duntaxat omittit possessionem.

Sequitur hæc l.al.seq.legem, verùm hic ordo cùm ob idem argumētum de possessione tractet, tum etiam ob auctorem eundem videtur esse commodior. Ex titu.de alie.iu.l.4.§.2.Alienat.i.propriè, de acquir.poss.l.1.§.si vir,de contrahen.empt.l.fistulas, §. fundum,C.de fun.do.l.1.de verborum signific.l.alienationis,l.alienatum, §.1.28.67. de rebus eccl. non alien.c.episcopi.facit de eo quod met.cau. l.21.§. qui possessionem,ne obstet l.non solum, de alie.iud. Riisvvic. paratit.

¶ Alienatio contra legem facta pro infecta habetur.C.de sacrosanct.eccl.l.iubemus.§.1.de iu.pa.l. si libertus.& ibi glo.Prohibitæ alienationis materia tractatur à Dd.de leg.primo.l.filiusfamilias. §.diui. Riisvvic.

¶ Alienatio feudi non valet sine consensu domini.Hanc regulam probat tex.in cap.imperialem. de proh.feudi alienatio.per Federic.& ita per illum text.vltra Bald.& Doctor.ibi ita tenet Zasius in cōsilio xv.nu.11.& 16.vol. ij.Marc.de Mantua in consi. ccxxiij.Moder.in consuet.Paris.§.xiij.glo.v. nume.1. cum aliis.

Primò amplia,vt procedat etiam inter conuasallos,secundum Bald.in d.c.imperialem. nu.9. quem sequ. Socin.in cons.xix.vol.j.Curt.Iun. in tract.de feud.in iiij.parte.nu.82.

Secundò amplia,quòd in tantum procedat nostra conclusio, vt talis alienatio non possit præscribi etiam lōgissimo tempore.ita tenet And.de Isernia in d.c. imperialem.per illum tex.in verb.nullius temporis præscriptione, quem sequuntur Doct.ibi Bart. Soc. in cons.lxxxvj.nu.8.vol.j.Marianus Socin. Iun.eius nepos,in cons.cxv.num.4.vol. ij.Chassan.in cons.xj. nu.91.Paris.in cons.xxiij.vol.j.num.196.ibi hoc not. declarat.

Tertiò amplia,vt etiam procedat in pignoribus & hypothecis quæ pignorari nec hypothecari possunt sine consensu domini:vt probat tex.in d.cap.imperialem.ibi,pignorare.& in c. j. §. itē si quis.quibus modis feudū amitta.per illum tex.tenet Soc.in cōs. xix.nu.12.vol.j. August.Berous de.xciiij. nu.11.Chassan.in consuet.Burgund.in tit.des fiefz.Regula iij.§. viij.num.11. vbi hanc ampliationem quadrupliciter limitat vsque ad num.21.& quinque limitationes ad hanc ampliationem ponit Affli.in d.c. imperialem. num.4.

Quartò amplia, quòd nō solùm alienatio non valeat, sed feudatarius alienās amittit feudum ipso iure: vt in c.j.in §.si vasallus.quæ fuit pri.causa benefi.amittendi. in vsibus feudorum.& ita per illum tex. tenet Gratus in consil.ix.nu.134.vol.j.& sic talis alienatio cùm sit de facto facta,de facto per dominum debet reuocari,secundum Alber.Brunum in cons. viij.nu. 6. Quod tamē intellige vt per Paridem de Puteo in tracta.de integratione feud.in c.an ipso iure perdatur feud.nu.1.per totum.& Matth. de Afflic.in d.c. imperialem.§.xiij.nota. nu.5.& num.59. Ias.in l.fin. nu.103.C. de iure emphyteu.Fel.in ca. Rodulphus. nu.36.de rescr.

Quintò amplia, procedere non solùm in toto feudo: sed etiam in parte feudi:nam si pars feudi alienatur, pro illa parte perditur feudum,& reuertitur ad dominum:ita probat text.in d. c.imperialem. & ita tenet Bald.in c.j. in §.hoc quoque.de successione feud. nu.13.Matth.de Afflict.in d.c. imperialem. numero 28.Thom.Grammati.in deci.xlix.numero secundo. Paris.in consilio xiiij. num.11.volum.j.& in cons. vj. nu.19.volum.iiij.& Andr. Tiraquel.in l.si vnquā. in

verbo, omnia, vel parte aliqua. numero 14. C. de reuoc. donat.

Sextò amplia, quòd etiam pro anima feudum sine consensu domini non potest relinqui, vt in d. cap. imperialem. & ita tenet Curt. in tract. feu. in iiij. parte, numero 125. Lud. Gozad. consil. viij. numer. 21. quod de iure Canonico dicit non procedere Romanus singul. dxxvij.

Septimò amplia, procedere etiam in donatione: nam vasallus non potest feudum dare sine consensu domini: ita probat in tex. in d. c. imperialem. versicul. distrahere, vel alienare, quod comprehendit donationem, vt in l. fi. C. de reb. alie. non alien.

Octauò amplia, procedere etiam in dote: nam vassallus filiæ suæ non potest feudum in dotem dare sine consensu domini: vt in cap. j. §. donare. & ibi Bald. qualiter olim feudum poterat alienari. & in c. j. de eo qui sibi, & hæredibus suis. & in c. j. an maritus succedat vxori in vsibus feudorum, & in c. nuper. de donat. inter vir. & vxor. ita concludit Socin. in d. consi. xix. num. 13. vol. j. Chassan. in d. rubr. iij. nu. 29. Ias. in l. fin. num. 109. C. de iure emphyt. & in consil. lxxxix. vol. j. & ccxxj. vol. ij. Maria. Soc. Iun. consil. lxxij. nu. 74. volu. j. Paris. consil. xvj. nu. 31. & cons. iiij. nu. 47. volum. j. & dicit Communem opin. Iacob. de Leonard. in consil. cxiiij. nu. 86. inter consil. Brun. Sigismun. Goffred. consi. lij. nu. 60.

Nonò amplia, procedere etiam in emphyteusi perpetua: quia feudatarius non potest dare feudum in emphyteusim perpetuam, vel in eo constitui vsusfructus: ita tenet Andr. de Isern. in d. c. imperialẽ. & ibi Bal. num. 7. facit tex. in l. arboribus. in §. j. ff. de vsufruct. & in l. fin. C. de reb. alie. non alie. & istam opin. tenet glos. in d. c. imperialem. in princ. quam opinionem tenet Franciscus Curt. Iun. in tractat. feud. iiij. parte. nu. 91.

Decimò amplia, non solùm procedere in feudatario, verùm etiam in emphyteuta, cùm validum sit argumentum de vno ad alium, maximè quando dispositio feudalis non est contra regulas iuris communis, vt probat gloss. in c. j. in verbo, vtrunque. an agnatus vel filius. in vsib. feud. quam sequitur Alexan. in cons. v. numer. 2. volum. v. moderni in consuet. Paris. in §. j. glos. v. nume. 71. Tiraq. in tract. le mort saisit. in iiij. parte. declar. vj. nume. 2. Euerardus in Topic. in loco xij. & sic emphyteuta non potest ius suum emphyteuticum alienare, vel suas meliorationes: sed tenetur domino denuntiare, & expectare voluntatem ipsius per duos menses: aliàs amittit rem ipso iure. l. fin. & ibi Doct. C. de iure emphyt. & contractus factus ab emphyteuta non tenet, cùm factus sit contra formam illius l. ita tenet Salic. ibi, quem sequitur Ias. in d. l. fin. nu. 105.

Vndecimò amplia, procedere in omnibus casibus, in quibus dominium transfertur: quia in illis est prohibita alienatio feudi, arg. tex. in l. j. C. de fundo dotali. & ex hoc edicto. in §. ij. ff. de alien. iud. mu. cau. vt in l. alienationis. ff. de verb. signi. notatur in d. l. fi. C. de reb. alien. & ita tenet Afflict. in d. c. imperialem. nu. 6.

Duodecimò amplia, procedere etiam in locatione ad longum tempus: nam feudatarius non potest rem feudalem locare ad longum tẽpus: ita tenet Matth. de Affl. in d. c. imperialem. nu. 61. Ias. in l. fin. num. 8. C. de iur. emphyt. Paris de Put. in lib. de redintegr. feudi. c. an possit reuocari locatio. pro quo facit, an locatio ad longum tempus parum distet ab alienatione: & ideo, prohibita alienatione, censetur etiam locatio ad longum tempus prohibita. Ratio est, quia talis conductor dicitur naturaliter possidere: vt est gloss. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculũ. in glos. magna. ff. commodati. & in l. si quis anteà. in glo. iij. de acquir. poss. & in l. sciendum. §. j. in gl. j. ff. qui satisd. cog. & in l. j. C. de patria potestate. & in l. j. in verb. conduxerit. ff. de loco publ. fruen. & in l. j. in verb. superficiem. ff. de superficieb. & in l. quæro. §. inter locatorem. in verb. biennij. ff. locati. & quia talis conductor habet vtile dominium in re conducta: vt in d. l. j. in §. j. ff. de superfic. & in l. j. in §. fi. cum l. sequenti. ff. si ager vectigalis vel emphyteutic. petatur. Dicitur autem longum tempus secundum supradictas glos. spatium x. annorum: quas glos. sequitur Bart. in l. j. in §. j. ff. de superfic. Ang. & Imo. in l. si domus. in §. fina. ff. de leg. j. Ias. in l. manumissiones. nu. 7. ff. de iustit. & iure. & in l. iij. in §. ex contrario. num. 48. ff. de acquir. posses. Felin. in c. quæ in ecclesiarum. num. 86. de constit. de Afflic. in trac. de iure protomiseos, in viij. notab. nume. 25. Nicol. Boer. in decis. ccxxxiiij. Zasius in sua Epitome feud. in ix. parte. nu. 13. licet contrarium teneat glos. quæ Communiter reprobatur secundum supradictos Doct. & secundum Bar. ibi, in l. codicillis. §. instituta. in gl. fi. ff. de leg. ij.

Decimotertiò amplia procedere etiã si Vassallus post alienationem recuperauerit feudum, nihilominus non euitat pœnam. c. j. quid iuris sit, si Vassallus post alienationem factam recuperauerit. vbi text. & Cõmuniter Docto. tenent istam opinionem. Quam tamen intelligo veram, quando recuperauit feudum postquàm fuit traditum: secus, si recuperasset feudum antè, quàm tradidisset possessionem ipsius feudi: quia tunc excusaretur, & non procederet prædicta regula: ita concludit Aluarotus in d. c. j. vbi sic intelligit illum tex. quem sequitur Cur. Iun. in tract. feudorum. in iiij. parte. nu. 13. Tiraq. in tract. de iure constit. in ij. parte. ampliat. xxvj. nu. 1.

Decimoquartò amplia procedere etiam si Vassallus alienet feudum propter aliquam necessitatem. ita tenet Bald. in c. j. in princip. per illum text. qualiter olim feudum poterat alienari. & ibi communiter Docto. eandem opinionem tenuit idem Bald. in capitu. j. in §. aut si libellario. quibus modis feudum amittatur. quam opinionem sequitur Curtius, vbi eam examinat, in tractatu feudorum, in iiij. parte, nu. 107.

Limita primo regul. vt non procedat quando vnus Vassallus infeudat alium Vassallum de feudo, quòd ipse habet, & recognoscit à domino. ista est gloss. Communiter approbata in c. j. in §. prætereà de capitulis Corradi. & in capit. j. in §. j. qualiter olim feudum poterat alienari. & in c. j. §. similiter. & in §. sequenti. de l. Corradi. text. & ibi gloss. & omnes Docto. in c. imperialem. in §. j. de prohibita feudi alienat. per Federic. glos. in c. quæ in ecclesiarum. in verbo, alienandi. de constitu. bonus tex. in c. ex trãsmissa. & ibi Panorm. & alius de foro compet. quam opinionẽ tenet Ioan. Barthol. de Scarampis in consil. cxj. nu. 1. inter consilia Alber. Brun. & Ludouic. Gozad. cons. lxij. nu. 5. & dicit esse communem Francis. Curt. Iun. in tract. feudor. in iiij. parte, num. 83 quam limitationem sublimitat idem Curtius ibi, vsque ad nu. 91.

Secundò limita supradictã conclusionem nõ procedere in trãsactionib. nam Vassallus potest super feuda transi

transigere sine consensu domini, quando est mota sibi quæstio: vt in c.j.§.si Vassal.de benefic. suo.si de feudo fuerit controuersia. & in c.j. de controuersia feudi inter Vassal.& alium.in vsib.feudorum.

Tertiò limita quandocunque Vassallus vendidit feudum,sed non tradidit: quia non priuatur feudo. ita tenet Bald.in c.j.in §.aut si libellario.quib. mod.feudum amittatur.& in c. j. in §. callidis. de prohibita feudi alienat.per Federic.in versicul. vendunt & in alios transferunt.Hanc opin.tenet Matt.de Affli. in d.c.imperialem.nu. 46.Modern.in consuet. Paris.§. xiij.in gl.v.num.2.Hanc opin.notabiliter examinat Andr.Tiraq.in tracta.de iure constituti.in iij.parte, amplia.xxvj.nu.1.& 2.

Quartò limita in renuntiatione, nam Vassallus potest renuntiare feudo inuito domino: vt in c. j. de Vassallo qui contra constitutionem Lotharij. vbi hoc expressè determinatur. Ratio est,quia cùm feudum principaliter concedatur in fauorem Vassalli,potest ipsi fauori suo renuntiare:vt in c.ad apostolicam. de regularibus.ita tenet Matth.de Afflict.in d.c.imperialem.versic.xvj.quæro.num. 35.

Quintò limita nisi esset statutum vt feudum possit alienari sine consensu domini:ita determinat Iac. Aluarotus in c.j. qualiter olim feudum poterat alienari. quem sequitur Franciscus Curtius,vbi hoc notabiliter declarat,in tractatu feudorum , in quarta parte, nu.109.Syluan.in consi.xv.nu.41.& 43.

Sextò limita,non procedere in pignore iudiciali,nam sine consensu domini potest contrahi de feudo , vel in causam iudicati capi.ita tenet Aluarot. post Iacobum de Ardizone , in d.c.imperialem. vbi concludit,quòd licet voluntariè, vel ex consensu prædicta fieri non possint, tamen ex necessitate si Vassallus aliud non habet ex quo satisfieri possit creditoribus,prædicta fieri possunt: argument.text.in l.alienationis.& in l.cùm putarem.ff.famil. erciscund. & in l.cùm postulassem.in fine.ff.de damno infecto. & ille ad quem ex dicta causa peruenerit feudum,poterit illud retinere donec viuat Vassallus.argumen. l.peto.in §.prædium. ff.de lega.ij.& in l.fundus.ff.de actio.emptio.quam opinionem sequitur Curt.in d. iiij.parte,nume.102. Albert. Brun. in consil. xxxvij. nu.1.

Septimò limita in iuramento: nam Vassallus litigans potest deferre iuramentum aduersario super re feudali sine consensu domini: ita tenet Rom.in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.j.ff. de iureiur.reprobando ibi Guliel. de Cun. Ratio est: nam iuramentum & transactio æquiparantur. l.iij. ff.de iureiur.sed Vassallus potest transigere,vt suprà dixi:ergo & deferre iuramentum, quod tamen intellige vt per Curt.in d.iiij parte,num.100.

Octauò limita, quando feudum alienatur in augmentum ipsius feudi,& ad vtilitatem domini , tunc potest alienare sine consensu domini : vt si feudatarius habens filios vendat feudum non habenti filios, & sic citò recasurum est feudum domino , tunc valet venditio: vel iuuenis vendidit feudum seni,cùm senes præsumantur citiùs mori quàm iuuenis: vt in l.hæreditatum.ff.ad leg. Falci. & sic in similib.casib. ita tenet And.de Isern.in c.j.§.è contrariò, de inuestitura de re aliena facta.& in c j. an ille qui interfecit fratrem domini sui.&in d.c.imperialem.in prin. quam opin.sequitur Matth.de Afflict.in d.c.imperialem.in vj.notab.numer.55.&in §.præterea duca tus.numer. 69.& in decis.Neapol. ccxxxij.numer.6. Paul.Paris.in consi.ij.nu.10.volu.j. Thom. Gram.in consil.x.nu.6.8.& 9.& in consi.cxlix.nu.4.in consiliis Ciuil.Pro qua opin.facit text.in l.iij. ff.de nouationib.vbi in augmẽtum & vtilitatem suam ille,cui bonis est interdictum,potest alienare.tex.in l.si quis in graui.§.cùm hi.ff.ad Syllan.vbi si seruus prohibetur distrahi,talis prohibitio non extenditur ad alienationem quæ expediens est communi vtilitati.Facit etiam pro hoc:quia prohibitio alienationis feudi fuit inducta ne feuda deminuantur:ergo vbi augmentatur non est prohibita talis alienatio,per regulam legis,quod fauore. C.de legib. Quod tamen intelligo verum dummodò sit euidens augmentum domini directi: ita tenet Afflict. in dict. notab. xvj. nu.57.

Nonò limita non procedere in arbitrio: Nam Vassallus potest compromittere in arbitrum de re feudali sine licentia domini:vt in c. j.§.si inter.de lege Corradi.& in c.an apud iudicem vel dominum quæstio feudalis terminari debeat.& in c.j.de inuestitura in maritum facta.& ita per illa iura tenet Cur. in d.iiij. parte,nu.98.

Decimò limita non procedere in seruitute reali: nam Vassallus sine consensu domini potest constituere in feudo seruitutem realem:vt in c.j.§.quid ergo.de inuestitura de re aliena facta.Quod tamen intelligo verum in præiudicium ipsius Vassalli:nam resoluto iure ipsius , & reuerso feudo ad dominum , nullum præiudicium affert domino talis constitutio. facit etiam glos.in c.j.in §. prætereà.de capit.Cor.&quia in supradicta regula tractatur, quòd Vassallus alienans feudum sine consensu domini priuatur feudo, alias quadraginta causas, in quibus Vassallus potest priuari feudo ponit Franc.Curti.Iun.in tractat. feudorum, in iiij.parte , à num.4.vsque ad numerũ 82.septuaginta & duas causas ponit Matth.de Affl. in cap.j.§.item si quis feudum.à nu 22. vsque ad finem. P.Duen.re.40.

¶ ALIENATIO fieri potest ab executoribus testamentorum non citatis hæredibus, Maranta in tract. de ord.iud.p.6.§.proposui.vers.decimoquinto. Ale. consi 17.nu.11.Bal.l.fi. C.com.de legatis. & l.captatorias.C.de testamen. mili.sicuti neque in alienatione sui iuris possessor citari non debet. Mar.Soc.cap. de mult.nu. 20.de præb.Mars.l.de vno.num.86. ff. de re iudic. Med.re.8.

¶ ALIENATIO rei ecclesiasticæ non seruata forma, est ipso iure nulla. Doct.comp.c.1.de reb.eccle.non alien.6.clem.1.eo.titu.extra,ver. ambitiosæ,eod.tit. ca.fine exceptione.12.quæst.1.Euer. in loco à defectu formæ.num.3.fallit hoc dictum quatuor modis, vt per August.Ber.ca.quæ in ecclesiarum. nu.39. de const.formam autem ponit Host.in summa,de reb. Ecclesi.alien.vel num.4. quæ forma nec per consuetudinem minui potest ,Doc.c.cum causam.de re iu. gloss.capitul.1.de consuet. c.quæ in ecclesiarum. de const. Med.re.7.

¶ ALIENATIO rerũ patrimonalium principis quæ appellatur limitosa, non valet: & si est facta alienatio debet reuocari, c.intellecto,iuncta glo.extrà de iureiurãd.tex.est cũ gl.in c. quod quis,35.q.9.Bal.in l.1.in fi.C.de pet.bo.sublat.lib.10.

Fallit in 2.casib. vt per Ioan.Igneum,in l.donationes, C.de donat.nu.19.

Per alienationem fundi extinguitur stipulatio insulæ ædificandæ,no.in l.non solum,§.morte,ff.de no.op. nunciatione.

Fallit in 5.casib.quos ponit Anto. Rub.Alexan.in d.§. morte.num. 26.

Alienata post delictum, fiscus reuocare potest, l.post contractum,vbi no.ff.de donat.

Fallit in 2.casib.vt per Paul.de Monte Pico,in d.l.post contractum,num.20.

Prohibitio testatoris de non alienando nuda non valet,sed regulariter valet, si concernit fauorem alterius personæ,quàm prohibiti,siue sit facta causa tacita,vel expressa,l.filiusfamil.§.Diui.ff. de leg.1.

Fallit in 6.casib.vt per Amb. de Opiz.in d.§.Diui.numero 10.in ver.ex hoc text.Fallit in 6.casibus,vt per Ferd.Loaz.in d.§.Diui.numero 3.& sequent.& numero 29. limitat in 6.casib.secundam partem gloss. Fallit,vt per Crot.ibi.in 7.casib.nume. 1.& quòd nuda non valeat.Fallit in 6.casib.secundum Soc.Iun.in d. §.Diui.nu.100.

Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 14.per Ias.numer. 69.Fallit vt per Ripam,qui limitat in 3.casib.num. 20.Fallit vt per Alex.ibi videas 8.limitationes Iaso. in d.§.Diui.nu.60.& seq.

Res prohibita alienari, potest per prohibentem alienari, propter dotem, vel donationem propter nuptias, hanc esse communem opinionem attestatur Crot.in l.filiusfa.§.Diui.ff.de leg.1.nu.51.

Fallit hæc communis cõclusio in 2.casib.vt per Amb. de Oppiz.in d.§.Diui.numero 34. Fallit in 4.casib. vt per Crot.in d. §. Diui. numero quinquagesimoprimo. Ampliatur in septem casibus & limitatur in 15.à Iaso.in Authen.res quæ.C.com.de leg. numero 32.& sequent. Ampliatur in 18.casibus,& limitatur in 3.à Socino, in tract.fallent.reg.duodecima, & regu.324. Ampliatur in duobus casibus,&limitatur in 3.à Ripa in d.§.Diui.num.75.vbi Alexand.limitat in 3.casib.num.10.

Valet statutum, quòd in non subditum non possit alienari res immobilis: hanc esse communem opinionem attestatur Ambr.de Oppiz. in l. filiusfamiliàs.§.Diui.ff.de leg.primò,numero 35.versicu.circa princ.

Fallit in 8.casib.vt per Ferd.Loaz.in d.§. Diui.numer. 75. Fallit in 6.casib.vt per Crot.ibi.numero 75.Fallit in 15. casib. vt per Ambr.de Oppiz. in d.§. Diui. nu.35.

Alienatio non potest impediri per pactum,vel non valet pactum,quòd quis rem suam propriam non alienet.l.ea lege.C.de cond.ob causam.l.si ita quis.§. ea lege.ff.de verb.oblig.

Fallit in 4.casibus vt per Iaso.in d.§.Diui. numer.115. Fallit in 3.casibus. vt per Socin. regul. 75.in addit. Fallit in 7. casib.vt per Ripam, in d.§.Diui. numero 84.

Fallit in 14.casibus vt per Anto.de Oppiz. in l. filiusfamilias,§.Diui,ff.de legat.1. numero 101. Fallit in 8. casibus,vt per Ferdi de Loaz.in d.§. Diui. numero 84.Fallit in 6.casibus, vt per Crot.in dicto §. Diui. numero 83.Fallit in 2.casibus secundum Iuniorem. ibi.numero 178.vbi disputat istam quæstionem.Fallit in 2.casibus,vt per Iason.in d. §. ea lege. numero decimonono.

Statutum prohibens alienationem in non subditum, non comprehendit clericum: hanc esse communem opinionem, tradit Ferd. Loaz. in d. §. Diui. num.82.

Fallit in 3. casibus,vt per Ferd. Loaz.in d.§.Diui. num. 83.Fallit in 2.casib.vt per Crot.in d.§. Diui. numero 88.

Prohibita venditione censetur prohibita quæuis alia alienat.gl.in l.2. C.de vsu.pro emp.in l.statuliberi à cæteris. §.fi.ff.de stat.lib.

Fallit in 3.casib.vt per Ferd.de Loaz.in l.filiusfa.§.Diui.ff.de leg.1.nu.97. Fallit in 3.casib.vt per Marian. Socin in dicto §.Diui.numer.203.Fallit in 3.casibus, vt per Ias.in dicto §. Diui.num.143.Fallit in 6. casib. vt per Ripam,in d.§. Diui.nu.101. & ista regula procedit etiam si sit hæredis institutio,sed hoc fallit in 3.casib.vt per Rip.in d.§.Diui.nu.99.

Prohibitio alienationis facta filiis nõ extẽditur ad nepotes.§.nos igitur,vbi gl.in Auth. de test.fideicom. hanc esse communem opinionem attestatur Ferd. Loaz.in d. §.Diui,nu. 98.

Fallit in 3. casib.vt per Ferd.de Loaz.in d. §. Diui. nu. 98.& ibi Maria.Soci n.limitat in 2. casib.nume.203. Fallit in 2. casib. vt per Socin.regu.284.contrariam regulam facit Baptist. à Villa.conclusi. 92. vbi eam limitat.

Prohibitio alienationis facta hæredi intelligitur facta hæredi hæredis,l.sicut. §.si debitori,ff.quibus mod. pig.vel hypoth.hãc opinionẽ tenet Bar.in d.§.Diu. cum quo est communis opinio.

Fallit in 3.casib.&prima limitatio sublimitatur in aliis tribus per Ferd Loaz.in d.§. 1.nume.100.Fallit in 2. casib.vt per Iason.ibi,numero 74. Fallit in 4.casib. quos not.Pet.Duen.regul.37.Fallit in 2.casib, vt per Marian.Socin.in d.§. Diui.numer.210. Fallit, vt per Crot.in dicto §.Diui. columna 33. vbi limitationẽ sublimitat.

Res prohibita alienari, si alienatur, non potest nec præscribi, nec vsucapi: hanc esse communem opinionem,attestatur Ferd.Loaz.in dicto §.Diui.numero 101.

Fallit in 3.casibus, secundum Ferd. Loaz.numero 101. fallit in 12.casib.quos no.Ias.in Auth.res quæ.C.cõmu.de lega.numero secundo,Fallit in 4.casibus, vt per Socin.reg.324.Ampliatur in 18.casib.& limitatur in 13.à Socin.regul.12.addit.Fallit,vt per Ripam in dicto §. Diui, numero centesimo decimotertio, Fallit in 2.casib.quos ponit Baptist.à Villa.conclus. 258.in littera P.

Alienatio rerum minorum facta à tutore,vel curatore non valet sine causæ cognitione,l.non solum. & l.sequent.C. de præd. mino.l.si ad reuelationem, C.de præd.mino.l.1.§.1.ff.de reb.eorum.

Fallit in 5.casib.quos no.Ias.in l.mandata,ff.de off.eius nu.3.& seq.

Quando testator fauore agnationis, & familiæ prohibuit ne bona possint alienari extra familiam, si prohibitus ex testamento instituit vnum,qui non sit de familia,dato quòd sit ab intestato successurus,videtur facere contra voluntatem primi testatoris,& tamen valet alienatio,& institutio. Bartol. in dicto §. Diui.

Fallit in 2.casibus, vt per Iason.in dicto §.Diui.numero 135.

Bona restitutioni fideicommissi subiecta, regulariter alienari non possunt,l.fin. §.sed quare, C.commun. de lega.

Fallit in 15.casibus,vt per Socin.in tract.Fallentiarum, reg.38.

Fallit in 8. casibus secundum Iaso.in l.fin. §.sed quare nostra,C.commun.de legat.Fallit in multis casib.vt per Alexandr.in l. Marcellus, §.res, quæ, ff. ad Trebellianum.

Si quis alienat rem subiectam fideicommisso in præsentia

sentia fideicommissarij, talis præsentia sibi non præiudicat: hanc esse communem opinionẽ attestatur Ias. in l. cùm proponas. C. de pacto. nu. 10.

Fallit in 3. casibus, vt per Ias. in d. l. cùm proponas, colum. fin.

Prohibitus alienare extra familiã, alienare non potest. l. voluntas, C. de fideicom.

Fallit in 4. casibus, vt per Ias. in d. l. voluntas. nu. 9.

Res subiectæ restitutioni in diem incertũ, vel sub conditione, interim possunt alienari; & transfertur dominium, sed adueniente conditione annihilatur, l. si duobus, §. sed quare nostra, C. commu. de leg.

Fallit in 8. casibus, secundum Ias. in d. §. sed quare, C. commu. de leg. num. 3.

Alienare prohibitus à testatore extra certum genus personarum, puta extra familiam, vel descendẽtes, potest ex testamento transferre in eum qui aliàs esset sibi ab intestato successurus, dato quòd nõ esset de familia illa. gloss. in l. paterfamil. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. quæ est communiter approbata, secundum Imo. & Cuman. in l. cùm pater. §. cùm inter. ff. de leg.

Fallit in 2. casibus, secundum Ias. in d. §. Diui. nu. 137. Ampliatur in 2. casibus, & limitatur in 2. à Baptist. à Villã. concl. 85.

Fallit vt per Matth. in suis conclus. conclus. 1. in Litera A.

Fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 76. in addi.

Mulier si iurauit non alienare in futurum rem dotalem, & postea alienet cum iuramento, nihil valet alienatio iurata, propter iuramentum primum, hanc esse magis communem opinionem, attestatur Alexand. in l. duobus reis. §. idem Pomponius. ff. de iureiur.

Fallit in 3. casibus, secundum Iaso. in dicto §. idem Põponius.

Alienari potest pecunia sine decreto, quia non est de rebus quæ seruando seruari possunt. l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel.

Fallit in 2. casibus, vt per Iaso. in d. §. fuit quæsitum, colum. 6.

Prodigus notoriè & manifestè potest alienare antequam sibi interdicatur à iudice: hanc esse communem opinionem attestatur Ias. in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig.

Fallit in 2. casibus secundum Ias. in d. l. is cui bonis.

Solennitates requisitas à Canone in alienatione rei ecclesiasticæ non potest consuetudo diminuere: communis est opinio per text. in capit. causa, de re iud. & ibi glos. & c. 1. de cons. Abb. in c. nulli, de reb. eccl. non alienand.

Fallit in 2. quos no. Fel. in d. c. cum causa. col. 4.

Fallit in 6. casibus, in quibus res ecclesiæ possunt alienari absque solennitate, quos ponit Soc. in tractat. Fal lẽt. reg. 110. & si ista alienatio sit vtilis, an valeat. Por. in libro 4. suarum conclu. reg. 13. & solennitas quæ requiritur in alienatione rerum ecclesiæ, an requiratur in alienatione rerum hospitalis, vide Por. libro 5. regul. 8.

Qui potest inuitis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest, l. nec non ignorante, & in uito. ff. de tut. & cura. dat. ab his, l. 4. §. 1. ff. de fideicom. lib.

Fallit in multis casi. quos no. glo. & Dec. in l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur.

Alienare prohibitus, non prohibetur alienationi consentire: vt no. per glo. & Bart. in l. cum pater. §. libertis, ff. de leg. 2. Bald. in Rub. de pact. in fin.

Fallit, vt no. Dec. in l. aliud est, ff. de reg. iu. 3.

Alienare non dicitur, qui omittit possessionem. l. item si res. §. sunt alia, ff. de alien. iud. mut. caus. fact.

Fallit, vt per Dec. in l. non alienat. ff. de reg. iur.

Alienari non pótest res dotalis immobilis, etiam cum solennitate. Auth. siue à me. C. ad Vel.

Fallit in 2. casibus, vt per Socin. in l. 1. ff. si solu. matr. nume. 238. Fallit vt not. Francis. Turza. conclus. centesimadecimaquinta.

Dotalis res mobilis non potest alienari, si inæstimata detur, nisi ab initio consentiat mulier, & iterum lapso biennio, & viro remaneant tot, quæ sufficiant ad dotis restitutionem. no. in l. 1. ff. sol. matr.

Fallit in 3. casibus, vt per Socin. in d. l. 1. numero ducentesimo trigesimoquinto.

Prohibitus alienare potest alienando vni ex his quibus permittitur facere alienabilem, & postea etiam inter extraneos, ita quòd alij retractare nõ possunt.

Fallit in 3. casibus, quos not. Mar. Soc. in d. §. Diui. nu. 143. & seq.

Sententia Arbitri prohibentis alienare, non impedit dominij trãslationem. Fallit in 2. casibus, vt per Maria. Soc. in d. §. Diui. nu 186.

Alienatione fundi facta à matre non potest reuocari per filium hæredem institutum, qui acceptauit hæredem. Fallit, vt per Franc. Turz. concl. 23.

Prohibitio de non alienando à causa vestita obligat prohibitum, & impedit alienationem, l. filiusfam. §. Diui. ff. de leg. 1.

Fallit in 11. casibus, vt per Ripam, in d. §. Diui. nume. 9. & sequent.

Filius prohibitus alienare, potest alienare vsq; ad summam legitimę: hanc esse communem opinionem attestatur Ripa, in d. §. Diui.

Fallit in 2. casib. vt per Ripam ibi. nu. 28. Don. fi. lib. 1.

¶ ALIENATIO simpliciter, atque indefinitè prohibita vniuersaliter est intelligenda, vt comprehendat etiam hæredis institutionem. Ias. l. filiusfamilias. q. 7. §. Diui. ff. de leg. 2. Ang. cõsi. 57. nu. 5. Soc. cõs. 227. nu. 9. lib. 2. Ias. consi. 101. lib. 1. alienationis enim appellatio comprehendit omnem actum per quem dominium trãsfertur. l. 2. C. de reb. alie. §. alienationis. authent. de non alien. l. 1. §. 1. C. de fund. dot. l. alienatum. ff. de verb. sig. Corn. consi. 147. nume. 22. Negus. in tracta. de pign. 3. memb. 2. par. nume. 7. Crau. consi. 215. num. 2. idem est in statuto prohibente alienationem. Ias. §. item si quis. num. 22. & num. seq. insti. de act. Alexand. consi. 29. nu. 15. lib. 7. Dec. cons. 645. num. 14. consi. 640. num. 8. & in terminis huius dicti facit l. à Titio. ff. de furtis. Afflict. decis. 240. nume. 4. Ripa l. filiusfamil. §. Diui. nu. 102. ff. de leg. 2. Ceph. cons. 53. nu. 16. Med. reg. 2.

¶ ALIENATIO, Seruitus. L. 206. Idem libro 39. ad Quintum Mutium. † al. Vlp.

Plerumque fit, vt etiam ea quæ a nobis auire possunt, b proinde in eo statu sint, atque si non essent eius conditionis, vt abire possent, & ideo quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & seruitutem in prædio imponere possumus.

ADDIT. a al. quæ à nobis. b al. perinde.

Summa legis. Plerumque fit vt rebus, quæ non in plenum nostræ sunt, ita vtamur quasi essent, perindéque illarum nomine nos aliis, & alij nobis obligantur, ac si iure suo nemo à nobis eas auocare queat.

C.de in diem.ad l.2.de contrahen. empt.l.hæc. §.fi. l.si sciēs,de cō.fur.l.si seruus,de rei ven.l.41.l.si quis hac le.Exc. l.23.in rem act.l.66.non.de rei ven.PLERVMQVE.Conciliatio.l.non quocunque, de leg.1 l. etiam,de sol.l. etiam,circa stip.§. sed quia, C.cō.de leg.FISCO.Multò magis priuato. de rei ven. l.non ideo,66.ALIENARE.C.de dist.pig.l.si debitor.SERVITVTEM. Et multo magis acquirere inquit Fab. quemadmodum ser. amit. l.is cui.§.hęres. Secus de fideicom.l.generaliter. §.quoties,de leg.1.seruo leg. §.seruum sub.ad Trebel.l.Marcel.§.res, C.com.de leg.§.1.sinautē.Si.de in diem ad.l.2.Hæc capitula se quentia fini conueniunt, nam postremò venitur ad fiscum & rem iudicatam,vt & seruorum genus infimum est inter homines. Quin & superiora quædam clarius repetunt & interpretantur. Riisvvic.paratit.

ALIENATIO,VENDITIO,& AESTIMATIO.

Præcisè tenetur venditor rem tradere.

In Instit. de donat.§.perficiuntur autem.
C.de contrah.emp.l.vlt.
C.de rescind.vend.l.non est.
ff.de act.empt.l.sicut cum.& l.ex empto.
ff.de hær.vel act.vend.l.2.§.illud.§.qui facti.
ff.de furt. l.causa.
ff.de iur.iur.l.si duo.§.si quis fundum.
ff.de leg.1.l.si domus.§.si peculium. & §.alicui.
ff.si cert.pet.l.2.
ff.de cond.ob caus.l.vlt.§.si ob rem.
C.de fabricen.l.1.
C.si cert.pet.l.non ad.
C.de fideicommiss.libert.l.1.& vlt.
C.de donat.l.si quis argentum.
ff.de leg.2.l.fideic.§.si seruo.
ff.de eo quod cert.loc.l.2.§.2.
ff.de ope.nou. nunc.l.stipulatio.§.siue.Az.ru.41.

Propter tale inconueniens,ne semper dicat,se non posse tradere.

ff.de contrah.empt.l.si cum fundum.§.fi.
ff.de hær.vend.l.2.§.peruenisse.
C.de act.empt.l.si ancillam.

Tunc demum præstando interesse liberatur,cum rei possessionem amisit sine dolo.

ff.de act.empt.l.si quis seruus eius.

Differ. Mart.& Alber.

In Decret.c.1.q.1.qui studet. Azo rub.41.

Non tenetur:quia sufficit,si velit interesse præstare.

C.de fid.instr.l.contractus.
C.de hær.vel act.vend.l.qui tibi.
C.de act.emp.l.si traditio cum in rem.
C.de iur.emphy.l.vlt.
ff.de act.empt.l.1.ex empto.§.inde si ancillā.
ff.quibus mod.pig.sol.l.voluntate.
ff.de procur.l.nō cogēdū.§.multus.Azo ru.41.

Si rem habet, tradat:si non,interesse.

ff.de leg.2.l.mortuo.§.Labeo.

Præcisè tenetur,&c.) Verum est, venditorem ad rem tradendam præcisè teneri , sed liberatur præstando interesse:vt in contraria Rubr. dicitur. Nec obstat, quod in hac Rub.dicitur , per quædam argumenta, quòd debeat imponi tradendi necessitas.Illud enim est notādum,an factum sit in obligatione,an datio: si datio,hoc est, quia obligatus quis est facere accipiētis,omnino debet facere id,si potest,vt ff.de ver. oblig.l.vbi autem non apparet.§.vlt. quod si non faciat,certum est,quòd non iuratur in litem,nisi actio esset arbitraria. vt ff.de in litem iur. l. actione. aliàs puto manu militari rem posse auferri.argu.ff.de rei vend.l.qui restituere.& in Instit.de act.§.aliæ. Si autē factum contineatur in obligatione, præcisè ad id potest agi.vt ff.de op.nun.l.stipulatio.§.sine,nisi specialiter lex permittat solui interesse, vt liberetur ab obligatione.vt ff.de procur. l.non cogēdum. & l.mutus.§.vlt.Ad quid ergo venditor est obligatus? Respondeo,ad factum:id est,ad traditionem,non ad dationem:nam traditio facti est,vt probatur per hoc, ff.de vsur.l.si stipulatus.& ti.de act.emp.l.ex empto. §.idem Neratius.& l. Iul. §.possess.aut.Igitur secundum prædicta , præcisè debet cogi ad traditionem? Respondeo : Verum est,sed lex permittit,vt possit præstito inter esse liberari.vt ff.de act.emp.l.1.& C. de act.empt.l.si traditio. Obligatus est ergo sub alternatione,ad hoc vel ad illud:vnde alterum præstādo liberatur,vt ff.de iur.dot.Nec obstat, quod dicitur in Instit. de donation. §.alie. In hoc enim est similitudo inter donatorem & venditorem: quia cuilibet eorum imponitur necessitas,sed venditori cautiua:id est,si nolit rem præstare, interesse præstet,illi pręcisè imponitur necessitas.Quę in hac 2.& 3.Rubrica dicuntur, intelliguntur esse communiter:aliàs secundū regulas cōmunes: aliud autē in venditore, vt dictū est.Itē si alicubi dicatur,necesse habet rē tradere:intelligas causatiuè,vt dictū est. Itē quod dicitur in quarta Rubr. Tunc demum,&c. falsum est in venditione, nec probatur per leges ibidem positas. Posset tamen illud admitti,cum res pręcisè est in obligatiōe.vt ff.de leg.2.l. mortuo.§.Lab. Az.rub.41.

Iustum precium tempore venditionis æstimari.

C.de rei vend.l.ad resc.volun.
C.de rescin.vend.l.ad resc.

Iustum precium,&c.) Hæc Rub.exposita est suprà eodem,in illa Rub. Tempore contractus,&c.Az.ru.41.

Non habetur ratio affectionis.

ff.si quadrup.paup.l.ex hac lege. Azo.rub.41.

Emptor se bonam fidem habuisse probare debet.

C.si ignorans rem.l.si quanquam. Azo ru.41.

Precia rerum communiter,non ex affectione æstimari.

ff.ad l.Aquil.l.si seruum.
ff.ad l.Falc.l.precia rerum.
ff. ad Treb.l.1.§. si hæres.cum suis concordant.

Precia rerum.&c.)Hoc regulare est: quandoque enim quis ex sua affectione æstimat,vnde aliquas quandoque iuratur in litem.Item aliàs quādoque ęstimatur interesse meum, ratione affectionis. vt ff.mand.l.cū seruus. Item quandoque agitur ad singulare interesse.vt ff.de act.empt.l.1. Azo rub.41.

Aestimatio facit veram conditionem.

C.de iur.dot.l.quot.
ff.locati.l.3.

CONTRA.

ff. de iur.do.l.cùm poss.§.cùm res.
ff.de pig.act.l.si creditor.

Æstimatio, &c.) Quod in hac Rub.dicitur, verum est tūc demum,cùm eo animo fit æstimatio,vt ipsa præstetur:alioquin si fiat,vt appareat quanti res sit facta deterior,cōtra est.vt C.de iur.dot.l.si inter.vt in cōtraria Rubrica dicitur. Azo rub. 41.

Aliquem posse alienationi consentire, qui possit alienare.

ff.de man.l.si pater.in fin.& l.tertia.

C.de

C.de pact.l.vlt. Azo rub.41.

Cui vendere permittitur, etiam pignorare.

ff.de pig.l.sed & qui.

ff.de reb. eor. qui sub tut. l. si pupilli.§.si emptor. Azo rub.41.

Aliquem posse donare sine decreto, non vendere.

l.com.de pact.Rub.prædium minor.

C.de præd.sine decret.l.vlt.vel 10. Azo rub.41.

Aliquem posse distrahere, non donare.

ff.de pact.l.contra iuris ciuil.§.vlt.

ff.quæ res pig.vel hypot.l.1.§.vlt.

ff.de donat.l.filius.

Aliquem posse distrahere, &c.) Verbũ distrahere, malè fuit positũ in Rub.nec enim fit in l.distractionis mẽtio: sed hæc est sententia ibi, vt donare quis non possit, etsi liberam habeat administrationem: imò nec distrahere potest, qui habet liberam, sicut nec donare. vt ff.pro empt.l.qui sine.& l.qui fundum.§.tutor. Azo rub.41.

Reuocanda res quæ alienata est.

C.de condic.ob caus.l.3.& l.ea lege.§.dum.& §.tutor.

C.de pact.inter empt.& vend.l.qui ea.

C.de donat.caus.mor.l.qui mortis.

C.de donat.quæ sub.mod.l.1. Azo.ru.41.

Vel si contra illud factum fuerit.

In Aut.de nup.§.quia ius.

C. de reb.al.non alien.l.sancimus.

ff.de contrah.emp.l.si quis.sub.§.qui fundum.

In Aut.vt decætero.§.quicunque.

Reuocanda res, &c.) Super reuocatione alienatæ rei verum intuentibus, ita videtur distinguẽdum: prohibeatur à testatore alienato, an à cõtrahente. In primo casu datur rei vendicatio ei, cuius causa, testator prohibuit alienationem, vel si nõ appareat persona, cuius gratia prohibuit alienationem, impunè alienatur. vt ff.de leg.1.l.filiusfa §.diui.& de lega.l.cum pater.§.libertis. Et est ratio, cùm ex sola defuncti voluntate trãseat dominium, etiam sine traditione: ergo eadem ratione debet re transferri. At in secundo casu, licet contrahens prohibeat, nihilominus recedit dominium: quia sicut nudo pacto, nõ transfertur dominium, ita nec sine traditione transfertur. vt C. de pact.l.traditionibus.& de cõd.caus.dat.l.ea lege. Excipitur in casu. vt C. si man.ita fue.alien.l.ea quidem. Nec obstat, quod dicitur in C.de reb.al.non alie.l.vlt. nec enim vetat lex illa transire dominium, vbi pactum contrahentium prohibuit alienationẽ: sed dicit, quæ videatur esse prohibita, cùm lex, vel pactum, vel testator prohibet alienationem.

Quædam non recipiunt venditionem, recipiunt tamen diuisionem.

C.de prædi.min.l.inter omnes.

C.de fund.dot.l.mariti.

C.de litig.l.vlt.

C.de plag.l.in fuga.

Contra.

ff.comm. diuid.l.in hoc iu.§.2.

ff.pro soc.l.idémque.

Quædam non recip.&c.) Regulare est, vt quę vẽdi possunt, & diuidi. Fallit tamen quãdoque, vt in personis eorum, qui prohibentur alienare: conueniuntur tamen nihilominus communi diuidundo. Et est ratio: quia fit talis alienatio per actionem communi diuidundo, ex necessitate. vt ff.de cond.fur.l.elegãter. & vt in hac Rubrica. & econtrà, quędã propter pactum non agunt communi diuidundo: vendunt enim, vt in contraria Rubrica. Azo.rub.41.

Priuilegium & omnis causa in accipientẽ transit.

ff.de priuil. fisci.l.vlt.

ff.de contr. emp.l.alienatio.

Non transit.

Priuilegium, &c.) Priuilegium, siue ius personale in alium transire non potest, vt in contraria Rubrica dicitur. vbi autem non est personale, cõtrà. vt ff.de aq. quot.& æsti.l.§.pen. Azo rub.41.

Ius venditoris transit in emptorem.

ff.fam.herc.l.hæredes.§.cum ego.

ff.de except.rei iud.l.si à te.§.item.

Ius vẽd.&c.) Hęc Rub.in superiori cõtinetur. Az.ru.41.

Alienari. Quædam non alienantur per hominem, sed per legem.

In Aut.quæ med.morb.

ff.de acquir.rer.dom.l.quædam.

C.de præscript.long.temp.l.1.

ff.ad Silla.l.si quis ingra.

C.de asser.toll.l.1.§.omnes.

ff.de eo qui protu.l.si is.

Quædam non alienant, &c.) Hoc locum habet, vbicunque quis ipso iure cadit à dominio, vt suprà eo. Ipso iure, &c. Azo rub.4.

Cùm quis soluit precium, venditione etiam retractata, non potest ipsum repetere.

C.de sacros.eccl.Aut qui contra res.

C.ne rei dominicæ.vel.l.2.

ff.de euict.l.si fundum.

C.de his qui ven.æt.imp.

C.de præscr.30.ann.l.1.

C.de agric.& cens.l.quemadmodum.

C.quod metus causa.l.pen.siue pars.

ff.de vsur.l. placuit.

C. de præd.curial.l.1.& 2.

ff.de leg.1.l.si seruus.

ff.de rescind.vend.l.pen.& vlt.

ff.de act.empt.l.emptorem habere.§.1.& vlt.

Distingue, an sciuerit, an ignorauerit: vt si sciuerit, non possit ad precium agere, nisi sibi stipulatione præuidit. vt C.comm.vtriusque iud.l.si fratris vno. vt quidam dicunt. nec tamen propter causam, quæ in fine illius legis, C.de agri.& cens.l.quemadmodum ponitur. Si ignorauerit, sine cautione ei consuletur.

Cum quis soluit, &c.) Hæc sunt specialia, propter delictum contrahentis: aliàs enim, sicut vẽditor rem, ita emptor precium debet recuperare. C. de præd. vel aliis reb.l.inter.ne vnquam contingat, vt re careat, & precium amittat. vt ff.de act.emp.l.emptorem. §. vlt.Py. Azo rub.41.

Emptorem non esse melioris conditionis, quàm venditorem.

ff.ad Vel.l.si mulier hęres.§.1.

Emptorem melioris, &c.) Quid miri, cum in eius locum succedat? vt ff.de re iud.l.his.§.non debeo. Azo rub.41.

Aestimationem loco rei haberi.

In Instit.de leg.§.si res alie.

C.de cond.ob turp. caus.l.1.

ff.de neg.gest.l.vlt.

ff.de pet.hær.l.quod si in.

ff.quod met.caus.l.si ipsa.

ff.de depos.l.1.§.vlt.

ff.de vsufr.l. quia præ.l.si vsufr.§.vsufr.

ff.de pecul.l.sed & si quis.

ff.quæ in fraud.cred.l.quia.

ff.de hær.

ff. de hær. vel act. ven. l. venditor.

CONTRA.

ff. de pet. hær. l. nec vllam. §. pen.
ff. de lib. hom. exhib. l. 3. §. hoc.
ff. de verb. obl. l. Stichum.
C. de rei vend. l. si is.
ff. de furt. l. qui vas. §. vlt.

¶ AESTIMATIONEM, &c.) Licet preciũ succedat loco rei ad multa, vt in hac Rubrica dicitur: fallit tamen in quibusdam, vt in contraria Rubrica dicitur. Azo rub. 41.

¶ ALIENATIONIS prohibitio facta hæredi, intelligitur facta hæredi hæredis. Hãc regulam ponit Bar. in l. filiumfamil. in §. diui. ff. de leg. j. nu. 21. per tex. in l. sicut. in §. si debitori. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solui. qui licet loquatur in permissione, dicit idẽ esse in prohibitione. argu. legis, pater filio. in §. fundum. ff. de leg. ij. & licet Doct. maximè Imo. dicant in illo tex. opi. Bar. probari non posse, Communiter tamen approbatur opinio Bart. eò quia hæres hæredis & testatoris esse censetur: vt in l. fi. & ibi Doct. C. de hæred. inst. & est tex. clarus in l. hæredis appellatione. & ibi gloss. ff. de verborum signific. & istam opin. Bart. sequitur Alexand. in cons. lvj. volu. j. Andr. Alciat. in d. §. diui. nu. 43. Ias. in j. lect. nu. 110. & in ij. lect. nu. 148.

Limita primò, si prohibitio in personam hæredis nominatim facta fuerit, puta Titium hæredem prohibeo: quia tunc non censetur facta hæredi hæredis, vt in l. Lucius. in §. j. & ibi Bar. & doct. ff. de leg. iij. quã opin. sequitur Alciat. in d. §. diui. nu. 41. & ibi Ias. in j. lect. nu. 112. & in ij. lect. nu. 159. Ioan. Gauden. de arte testandi, Cautela ij. nu. 3.

Quam limitationem intelligo verã, nisi testator prius nomẽ appellatiuum quàm proprium apposuisset, vt si dicat, prohibeo hæredem Titium alienare: quo casu prohibitio de non alienando comprehendit hæredem hæredis, vt in l. si seruus cõmunis. ff. de stipulat. seruorum. faciunt notata per Bartol. in l. cùm ita. in §. fina. ff. de condit. & demonstr. per Doct. in l. quoties. ff. ad Trebel. & in l. j. C. de impuberum & aliis. per Canonistas in capit. quoniam Abb. de officio deleg.

Secundò, limitatur hęc j. limitatio. quando testator adiecit quòd volebat talem rem in familia remanere, vel de nomine vel genere suo non exire: quia tunc cùm ratio sit generalior, quæ ampliat & declarat ipsum dictum, vt in l. cùm pater. in §. dulcissimis. ff. de leg. tunc quamuis prohibitio nominatim sit facta, nihilominus ad hæredem hæredis est extendẽda: ita consuluit Rom. in cons. ccccxlvij. nu. 1. Ias. in d. §. diui. in ij. lect. nu. 152. vbi dicit se ita in facti contingẽtia consuluisse, & ita iudicatum fuisse.

Tertiò limitatur ista j limitatio, vt non procedat, quãdo testator prohibuit hæredẽ nominatim, & sic nomine proprio expresso, scilicet ne domum quæ erat maiorum suorum alienare possit: quia ex tali prohibitione apparet testatorem ad dictam rem affectionem habuisse: vt in l. si emptione. ff. de minoribus, & in l. lex quæ tutores. C. de administ. tuto. Hanc opinionem tenet Roman. quã refert & sequitur Ioan. Crot. in d. §. diui. Ferdin. Loazes in d. §. diui. nu. 501. licet contrarium teneat Alexan. ibi nu. 26. quia contra eum est communis opinio relata in proxima limit. quæ quasi eadem videtur cum ista.

Secundò limitat supradictam communem regulam, quando testator prohibuit bona extra familiam alienari sub pœna priuationis hæreditatis: quia tũ cum sit apposita pœna, prohibitio apposita in personam hæredis non afficit hæredem hęredis: ita tenet Ioã. Crot. in d. §. diui. versi. iij. sit conclus. argum. tex. in l. multa. in princip. ff. de cond. & dem. per quem tex. ita ante eum tenuit Bald. in l. fin. num. 42. C. de hęr. instit.

Tertiò fallit, quãdo testator prohibuerit hęredes suos alienare: dicẽdo infrà scriptos seu suprà scriptos hæredes meos: quo casu talis prohibitio non comprehendit hæredem hæredis: quia illud dicitur scriptum in testamento quod oculis corporis legi potest, vt in l. j. in fin. ff. de his quę in testamen. delen. facit etiam tex. in l. cùm filio impuberi. iuncta. l. qui liberis. in §. hæc verba. ff. de vulgar. & pup. vbi per ista verba, quisquis mihi hæres erit filio meo impuberi hæres est, nõ admittitur hæres hęredis: eo quia non est scriptus in testamento: quod requiritur per dicta verba, quisquis. vt in d. l. cum filio. & l. ex illa parte. ff. de verbor. sign. Hanc limitationem ponit Crottus, quã declara & intellige, vt per Loazem in d. §. diui. nu. 504.

Quartò limita & intellige hanc regulam quòd licet comprehendat hæredem hæredis, non tamen extenditur vltra quartam generationem post testatorem: iste est tex. singul. secundum Iacob. de Bellouiso, & Angel. in Authentic. de restit. & ea quę parit in xj. mense. in §. j. collat. iiij. & ita per illum text. tenet Alexand. num. 72. Iaso. in j. lect. num. 113. Fel. in consilio lxxvij. numer. 12. quod tamen est verum, nisi testator in prohibitione adiecit, quòd vult rem illam perpetuò transire ad omnes descendentes: tunc talis prohibitio extenditur vltra quartam generationem, & deinceps in infinitum: ita tenet Iacob. de Bеlloui. in d. §. j. quem refert & sequitur Alexand. in consilio lvj. nume. 2. in j. volum. Ias. in d. nume. 113. & in l. fi. C. de hęredib. institu. Dec. in cons. cccccxvj. nu. 16. Paul. Paris. in cons. lij. nu. 17. in iij. volum. Ioã. Gualdensis in tracta. de arte testan. titu. viij. cautel. ij. nu. 3. P. Duen. reg. 39.

¶ ALIENATIONEM fundi dotalis reddit consensus mulieris iuratus, & geminatus. Doct. com. c. cũ contingat. de iur. iur. Auth. siue. C. ad Velle. Euer. in loco à vi gemin. nu. 3. Med. reg. 3.

¶ ALIENVM negotiũ facio Ratihabitione meum, de neg. gest. l. 5. §. item quæritur. vide Licitum.

Alieno odio neminem prægrauari. C. de inoffic. testamen. l. si quis in suo. §. leges. vide Odium.

Alienis in rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci secta horum temporum nõ patitur. Iustinian. C. de pact. in fin.

Alienare non possum, quod meum non est. si cer. pet. l. pen. §. quas. de spon. c. fin.

Alienasse nemo videtur ea, quæ possidet. Quib. mod. pig. sol. l. sicut. §. si voluntate. Riisvvich.

¶ ALIENVM. Permutatio. Vlpian. lib. xiiij. ad edictũ. Lex cxxiij. ✝ al. clxvj.

Nemo alieno nomine agere potest. Temporaria permutatio ius prouinciæ non innouat.

Alter nanque non intendit actionem alteri competentem, nisi vel ex officio priuato, vt procurator, creditor, qui nomen pignori accepit, vel publico, vt tutor, curator, executor: qui & ipsi non agunt lege disponente, sed auctoritatem custodiente. Bart. l. j. C. de obseq. & l. quæsitum. de in ius voc. l. tutorem. de iis quib. vt indign. Viuienn.

¶ ALIMENTVM. Mater tenetur alere filium intra biennium

biennium.l.nec filium.C.de patria potestate. Alexã. in l.alimenta.C. de nego.gest.glo.& Can.in c. fin.de conuer.infidel.

Fallit in 2.casib.vt per Ioan.Neuiz.in sua sylua.fol.95.

Alimentorum fauore præstatio triennalis operatur, quòd ex vltima voluntate inualida in futurum possint peti, ac si fuissent relicta in testamento valido, & solenni.

Ampliatur in 4.casibus,& limitatur in 8.à Ias.in l.1.C. de fideicommis.Fallit in 6.casibus,vt per Dec.in l.si certis annis.C.de pact.nu.7. & seq. vbi etiam Curt. limitat in 4.casibus.

Mulier mortuo viro alendá est infra annum ab hæredibus viri, si non habet vnde alatur. gloss.communiter approbata, in princip. ff. solu.matrimo.in l. diuortio.

Fallit in 12.casibus,vt per Ias.in §.fuerat, Instit.de act. colum.6.

Fallit in 2.casib.quos not.Plot.in repet. l.si quando, C. vnde vi,sub num.459.Fallit vt per Baptist.à Villa. concl. 19.in litera H.

Filio durante lite super hæreditate paterna, facienda est prouisio de alimentis, l.qui de inofficioso. ff. de inoff.testam.l.si instituta.§.de inoff.ff.eod.

Ampliatur in 12.casibus & limitatur in 8. à Petr.Due. reg.365.

Filius spurius debet habere alimenta de iure canonico à parentibus,§. fi.in auth.quibus mod. natu. effi. sui.l.1.& in authen.licet, C.de nat.lib.auth.ex complexu,C.de incest.nupt.

Ampliatur in 7.casibus,& limitatur in 3.à.Petr.Duen. reg.367.fallit vt per Baptist.à Villalo.conclus.29.in litera P.fallit vt per Fran.Viu.in suis conclus.in ver. alimenta.

Filius potest compellere patrem vt sibi det alimenta in studio.not.in authentic.habita, C. ne filij pro patre.

Fallit in 4.casib.quos not.Pet.Rebuf.in tract.de priui. schol.priuil.53.nu.1.

Maritus vxorem alere non tenetur, si dos sibi promissa non detur,l.fi. C.ad Velleia.Bald.Cy.& Saly.in l. quod in vxore,C.de neg.gest.

Fallit in 3.casibus,quos no.Socin.reg.258. Donat.Fina,lib.2.

¶ Alimenta non debẽtur ab eo qui ea præstare cogebatur respectu alicuius rei, si res fuerit ad nihilũ redacta. Bart.l.3.ff.vbi pup.educ.debeat.sicuti augẽtur ea, si res augeri contingerit.l.Plautius.ff.de cõd. & dem.fallit hoc dictum quãdo vtile dominium,atque directum fuisset translatum:quia ad eum,in quẽ translatum fuerit periculum spectat, &nihilominus alimenta debentur.Doct.comm. leg.1.C.de iur.emphyt.capitul.potuit,locati. leg.pignus.C.de pigno. act.Imol.d.c.potuit. Med.reg.6.

Alimenta si minutatim dantur transigi potest facile de illis.l.cum hi.§.fi.ff.de transact.facit simil.glo.l.cum quid.ff.si cert.pet.vbi etiam gloss.l.si filij .C.de don. inter vir.& vxor.Alexand.rub.colum.1. ff.sol.matr. gloss.cap.fin.de corpore vit. Cardi.Flor.c.1.de censu. Medic.reg.5.

Alimenta quemadmodũ debentur liberis à parentib.l. alimen.C.de neg.gest.Do.§.1.inst.de iur.nat.Gẽt.& ciuili, ita & econtra à liberis parentibus debentur, quando parentes egent.l.si quis à liberis.§.1. ff.de libe.agn.ratione huius reg.conc. Alexand.consil.131. numer.2.volum.5.Natta consilio 201.nume.4.volu. 1.Socin.cons.56.num.3.volu.1.Cephal.consi.109.nu. 17.Ruin.cons.33.nu.11.volu.1.Brun.tract.stat.arti.14. num.12. Medic.reg.9.

Alimentorum fauore indefinita æquipollet vniuersali. Bar.l.quidam.num.1.ff.de tritico,vino, & oleo leg. l.si cui.ff.de annuis leg.Bart.in terminis huius Reg. d.l.quidam.item alimenta relicta vxori alicuius,intelligitur de qualibet ipse duxerit.l.1.vbi doct.C.de fidei com.Alexand.consilio 171. vol.2. not.l.cum hi. ff.de transact. Med.reg.2.

Alimentorum legatum generalis clausula nõ comprehendit.Ias.l.talis scriptura.nu.13. ff.deleg.1.Med.re.1.

¶ Alimentorum, & vltimæ voluntatis fauore duplici cõcurrente, præstatio triẽnalis operatur,quòd ex vltima voluntate inualida in futurum possint legata peti, ac si fuissent relicta in testamento valido, & solenni.casus est secundum verum, & communẽ intellectum in l. j.C.de fideicom.

Amplia hoc quatuor modis,& limita aliis octo: vt per Ias.ibi,scripsit easdẽ limitationes idem Ias.in l.si certis annis.C.de pact. I.B.Dias.reg.31.

¶ Alimentis regulariter renuntiari non potest.l. cùm hi.ff.de transact.

Fallit in alimentis debitis à patre filiis. S.Ianua.

¶ Alimentum. De alimentis tractatur in l.Mela. de aliment. Riisvvich.

¶ Alternativa. In alternatiua quantitatis,vel tẽporis minus onerosum est in obligatione,l.si ita stipulatus,ff.de verb.obl.

Ampliatur in 2.casibus, & limitatur in vno à Ias.in d. l.si ita stipulatus.

Alternatiua posita inter personas resoluitur in coniunctiuam,l.cum quidam,C.de verb.sig.

Fallit in 8.casib.vt per Ias.in d.l.cum quidam,&in l.cũ quidam, C. de leg.

In alternatiuis sufficit vnum esse verum. cap. in alternatiuis, de reg.iur. in 6.capitu.inter cæteras, de rescrip.

Fallit in 5.casibus,vt per Felin.in dicto capitu.cæteras, num.3.

Alternatiua facit dubium seu parit obscuritatẽ,c.certo loco,de proba.

Fallit in 3.casibus,vt per Felin.in dicto cap.certo loco, num.5.

In alternatiuis electio est debitoris.l.plerunque,§.penul.ff. de iu.dot.l.si ita relictum.ff.de leg.2.l.pen.C. de cond.indeb.

Fallit in multis casibus quos notaui in lib. vltim. vol. in c.electio. concl.11. Don.Fina.lib.5.

¶ Alternativam ex plurib.vnam sufficit esse veram.tex.in c.inter cæteras.de rescript.traditur in regula,in alternatiuis.de reg.iur.lib.vj.

Limita quinque modis, vt per Felinum in d.cap.inter cæteras. Io.B. Dias reg.32.

Alternativvm. Reg.vj. In alternatiuis debitoris est electio. Riisvvich.

Alternatiua petitio non est admittenda.de stip.ser.l.si ita. de iniu.l.Prætor.§. quod autem.vide pactum.

Alter.l.74.§.1.l.50.alterius.l.43. quid in alterius. l.20. qui cum alio.in vj.capit. qui facit per aliũ. 127. qui rem al.111.§.nemo alienæ.75.non debet alteri. 177. qui in ius. Riisvvich.

Alter.Ad veritatem disiunctiuæ propositionis sufficit alteram partem esse veram.de verb.obli.l.si ita quis. de reb.dub.l.si quis.§.vtrũ. Secus de verb.sig.l.cùm quidam.C.de inst.& subst.l.generaliter. Riisvvich.

Amba

¶ AMBASIATOR non potest præiudicare domino suo mittẽti. Bar. l. Lucius. ff. de fideiusso. idem l. Paulus. ff. de legationibus. fallit nisi contigerit casus fortuitus, qui ei imputari non debet, sed quicquid perit, periculo domini interiit. Bartol. l. inter causas. §. non omnia. ff. mandati, nisi voluntariè se obtulerit. Ant. c. significasti. de pign. Med. reg. 8.

¶ AMBIGVVM. †Metianus lib. xij. Fideicommissorum. †Mætianus in P. Florent.

Lex xcvj. al. lex xcvij.

In ambiguis orationibus maximè sententia spectanda est eius, qui eas protulisset.

Vt declaremus. In ambiguis orationibus legislatoris, siue actoris maximè spectanda est eius sententia, qui eas protulisset. vt in libertate etiam censendum videtur. l. generaliter. ff. de fideicommiss. libert. Viuiennus.

¶ AMBIGVVM. Paul. lib. vj. Quæstionum.

Lex lxxxv. al. lxxxvj.

In ambiguis, pro dotibus respondere melius est. Non est nouum, vt quę semel vtiliter constituta sunt, durent: licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. Quoties a æquitatem desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est.

ADDIT. a æquitate in P. Florent.

Coniunge l. in ambiguis. de iure dotium. l. Caius. solut. matr. l. si ego. §. si res. de iur. dot. l. fi. C. ad Velleia. l. j. ff. solut. matr. Viuiennus.

¶ AMBIGVVM. †Pau. lib. v. ad Plautium.

Vlp. Lex clxxij. al. cxxxv.

In contrahenda venditione, ambiguum pactum cõtra venditorem interpretandum est: ambigua autẽ intentio ita accipienda est, vt res salua actori sit.

Hoc est, in contrahenda obligatione ambiguum pactũ contra venditorem interpretandum est: ambigua nanque intentio, sic accipitur, vt res salua actori sit. Viuiennus.

¶ AMBIGVI seu obscuri interpretatio alicui concessa non potest fieri nisi semel: gloss. l. quicquid astringẽdæ. ver. secundum promissionem. ff. de verb. obli. vbi Bar. col. 2. & Ang. nu. 6. Pau. Alexan. & Ias. & Cõ. doct. Barto. l. inter stipulantem. §. 1. vbi etiam Imol. ff. de verb. obli. Bald. l. de die. colu. fi. ff. qui sati. cog. Medic. reg. 4.

¶ AMBIGVITAS. L. a 86. Idem lib. 6. Quæstionum. a Bal. l. 85.

In ambiguis pro dotibus respondere melius est. §. Nõ est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sunt durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. §. Quotiens a æquitate desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur iustis decretis res temperanda est.

ADDIT. a æquitatem.

De interpretatione ab vtilitate eadem est l. 70. de iure do. Iunge l. Caius. solut. matr. C. de dot. promiss. l. fi. l. 2. de iure dot. l. si ego. §. si res. 9. C. de rei vxo. ac. l. 1. C. ad Vel. l. fin. de iud. l. exigere dotem. 65. Iunge ad l. quoties dubia. 21. l. 168. Idẽ in aliis fauorabilibus, de re iud. c. fi. Ratio, sol. matr. l. 1 C. vnde vi. auth. præterea. Secus de iure fis. l. non puto.

§. 1. Non est nouum. De actu perfecto communiter intelligunt hanc reg. inf. l. omnia quæ ex testamento. l. penultim. arg. l. 30. quod initio, de iti. l. nec. l. 1. §. fi. de iu. pa. c. consultationibus, de conuer. coniu. c. placet. C. de interdict. matr. l. 3. de secun. ta. l. exigit. §. si quis autem, de eo qui cog. con. c. penult. 32. q. 7. cap. neque fur. de ritu nupt. l. adoptiuus. l. si qua denique, quor. legat. l. quoties. 1. de acq. hæ. l. seruum quis. §. fi. de testi. l. is cui, de postu. l. 1. §. casum, qui sat. cog. l. sciendum. §. fin. Inst. de leg. §. ẽ cõtrario. ver. quòd si, ad l. Fal. l. verbis. in fi. ne obstet. de his qui pro non script. l. si in metal. §. si seruo. 3. de assig. lib. l. vtrũ, de verborum obligation. l. pluribus. §. etsi placeat. l. existimo. 98. l. si sub vna. §. si quis vna. 136. l. inter. §. sacra. §. 83. l. pen. fin. de arbi. l. non distinguemus. §. sacerdotio, de serui. l. pro parte. l. post finitam. d. l. sciẽdum, in fin. Vide Nic. Bellonum consil. 74. num. 20. & 8. vbi traditur, quod hic est exceptio à Regula l. pluribus. §. & si placeat, de verbor. obligation. hac nimirum: Quando res deuenit ad eum casum, à quo incipere non posset vitiatur, argu. l. quod ab initio. 30. sup. Ratio, nam casus superueniens facti, ius non tollit, de his qui sunt sui. l. pater, iuncta l. obligationum, de verborum obligatiõ. c. 73. de acqui. hæ. l. si quis alicui. C. de con. empt. l. si Gaudentium, vbi distinguit Sa. VTILITER. s. absque tamẽ delicto facientis, de iniust. l. 6. §. irritum. Etiam si nõ legitimè, nã multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, quando ap. l. 1. §. biduum. d. l. patrem. C. de epis. l. si quis, de inter. d. l. relegatorum. §. ad tempus. Vide Brocar. Azo. CASVS. s. actui nõ cõtrarius, ne obstet. l. 72. §. cum duo, de fideiuss. Lor. ax. 174. ad fi. Quãdo que tamen effectus eorum impeditur. dist. 33. c. communiter. cap. vsque adeò, de cle. eg. c. presbyterum. c. tua. Sic nõ obstat de iud. l. 12. 11. ad l. Aqu. l. quia in eum, ca. Ita gl. in Reg. factum legitimè. 73. quæ videtur contraria. Cõtrà de leg. 2. l. debitor. E diuerso Regula est. Principio malè inchoata, quam vide inf. in libro singulari.

§. Finali. S. si cui plus, l. hæreditate, C. de exc. re. iud. l. si legis, 7. de exc. re. iu. l. 2. de ac. & ob. l. qui cũ. AEQVITATE, ne obstet de pac. l. epist. §. fi. DESIDERII. Id est precum, de offic. procon. l. 9. §. obseruare. Plinius in Panegyr. Si de exc. do. l. qui æquitate. NATVRALIS RATIO. Hoc est, cõflictus naturaliũ, qualia sunt honestatum natura, vtile. Ramus. Vide Cicer. lib. 3. Offi. de exc. do. l. qui æquitate. DVBITATIO. Id est, controuersia ex contrariis & dissimilibus prudentum sentẽtiis emergens, Instit. de rerum diui. §. cùm ex alie. MORATVR. Id est, impedimẽto est, quominus res decidi possit. Ita Ramus. Petrus autẽ Faber accipit moratur pro retardatur, s. l. 12. IVSTIS. Iusta vocantur, quod ea præcipuè ius agnoscat & probat, vt iustæ nuptiæ, iusta pacta. DECRETIS. Id est, aliqua parte iuris, qualis est lex, S. C. &c. Instit. de iure nat. §. constat. Petrus autẽ Faber interpretatur ordinariis remediis, vt in pos. leg. l. 2. TEMPERANDA EST. Id est, finienda. C. de iu. vet. enu. l. de vsur. l. cùm quidã. Exem. de pac. do. l. 11. cùm pater, de verborum signifi. l. 240. l. cùm quærebatur, de excu. tu. l. si is qui tres. §. cæterùm, de cu. fu. l. & mulieri, iuncta leg. 4. §. fina. & 2. leg. seq. de priui. cre. de bo. possess. contra tab. l. ex 2. penult. & fina. de con. cum eman. lib. l. 4. Secus inf. l. 144. & si nihil, ad legem Falcid. l. qui quadraginta. §. quid ergo, de constitu. pec. l. 17. Riisvvich. paratit.

¶ AMICITIA in causa est vt recedatur à generali dispositione. gl. l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. l. sed & hęc. ff. de procurat. l. exigendi. ff. eod. tit. not. l. inter amicos. ff. de verbo. sign. Socin. Reg. 284 fal. 26. vnde amicus nõ est idoneus testis pro amico, sed suspectus. Curt. in tract. de testibus. concl. 30. nu. 65. Ripa & com. doct. l. admonendi. col. 18. ff. de iur. iur. gloss. l.

glos.l.sciendum.ff.de vsuris, Specul.in tit.de test.in princip.Nellus in tract.de test.nume.5.item amicus pro amico agere potest sine mandato, licet in aliis regulariter secus sit.l. cum allegas. C. de cast. pec. Bartol. l. non solum.§.qui in alieno.ff. de procurat. Alex.l.sæpe.nu.88.ff.de re iud. Med.reg.1.

¶ Amicitia soluitur morte, iuxta illud Terentianum, Te mihi nisi mors adimet nemo. ex quo sequitur, quod eo casu, quo quis repellitur ab agendo aliquid amicitiæ causa, mortuo amico illa exceptio cessat, cap.accusator.3.quæst.5.Spec.§.1.tit.de teste, Bald.l.eos.quæst.1. C.eod.Doctor.l.sciendum,C. de vsur.glos.§.cogitandum,vers.testes.authen.de monach.& quia amore captus quodammodo æquiparatur mortuo, quicquid agit in eo, mitiùs punitur, furore enim amoris nihil vehementius est:vnde omnia vincit amor, not.Oldr.cons.210.colu.2. cap.maiores.§.sed hoc.de Bapt.Faber §.vxor.Inst. de inof. test.Boer.quæst.23.numer.75. Abb.cons.4.volum.1. Bald.l.precibus.C.de impub.not.l.2.§.initium.ff.de orig.iur. vnde qui plus castigat, plus amore ligat, Neuiz.lib.1.Syl.nupt.nu.109. Med.trac.2.part.

¶ Amicus potest agere pro amico sine mandato, sicuti coniunctus pro coniuncto, sed an possit ei præiudicium conferre? not.leg.com.allegas.C. de castr. pec. Mil.lib.12.l.hæreditatis.ff.de castr. pec. dixi suprà amp.8.vide Barto.l.non solum. §. qui in alieno. ff.de procurat.Specul.in titu. de aduoc. §.obiicitur. Ioan. Andr.capitu.fin.de postul.præl.Bald.l.prima. C. qui accus.non pos.Ioan.Andr.capit.coram.de offi.deleg.Imol.leg.si vero.§.de viro.ff.solut. matri.l. tutori.ff.de negot.gest.Alexand. l.sæpe.nume.88.ff. de re iudic. Med.reg.8.

¶ Amicus qui est cum meis inimicis, meus amicus non est.C.de inof.testam.l.libertis.§. fin.3.q.5.cap.3. glos.in c.si inimicus.45.dist.in capit.cùm oporteat. de accu.

Amittere.l.84.non videtur rem amit.l.196.ferè quibuscunque modis.

Non est æquum pecunia amissa teneri eum, qui non teneretur, si creditor accipere voluisset. Martianus. l. 72.qu.10.de sol. Riisvvich.

¶ Amissio.Papinian.lib. 2.definition.
Lex 83. al.84.

Non [a] videtur rem amittere, [b] cuius propria non fuit.
Addit. a al.videntur.in P.Flor. b al.quib. ibidem.

Rem amittere dicitur cuius ea fuerit.Sicut amitti non potest quod acquisitum non fuit.l.1.§.quib. mod.vsufr.amitta. Viuiennus.

¶ Amissio instrumenti debet probari per probationes legitimas, sicut etiam amissio cuiuslibet alterius rei, secundum Bart.& omnes in l.si quis ex argentariis.§.1.ff.de eden.

Primò fallit, quando ageretur de modico præiudicio secundum Bald.in l.fin.in fin.ff.de eden.& in l.dissolutæ.C.de condi.ex lege.

Fallit, quando quis teneretur ad exhibendum instrumentum officio iudicis tantùm, secundùm Cyn. in l.un.C.de fide instru.vbi per Bal.& pleniùs per Ale. in l.huiusmodi.§.si ita.ff. de leg.1.

Fallit in casibus, in quibus esset necessaria probatio instrumenti: nam tunc non potest probari per testes secundum Card.in cons.27.incip. in causa, & quæstione excellentissimi,&c.Fel.in c.sicut.de re iud.in versic.sexta declaratio. S.Ianua.reg.9.

¶ Amissio instrumentorum cùm de modico præiudicio agitur iuramento probari potest, Alexand.l. huiusmodi.§.si ita. ff. de leg.1. glo.& Barto.l.sicut, & l.emancipatione.C.de fide instrum.l.thesaurus.ff.ad exhib.l.dissolutè.C.de cond.ex leg.Marsil.in rub.C. de prob.col.28. Med.reg.5.

¶ Animal mortuum non dicitur animal, vnde qui tenetur animal tradere, puta cappones, non liberatur, si mortuos tradiderit, Doctor.Com.l. quod te.ff.si certum pet.Ang. l.qui decem.§.fin.ff.de sol. l.1.§.cùm etiam.ff.si quadrup.paup.fec.dicatur.Et homo mortuus non dicitur homo, sed cadauer, Bellamera.cap. ex parte.num.16.de arbitr.not.l.1. ff. si quis ius dic. non obt.l.contumaciam.§.1.ff.de re iudica.Petrus Instit.de l.Fusia Canin.tollenda.numer. 6.glo.l.itaque ff. de furt.Imol.l.qui Romæ.§. Augerius. num.3.ff.de verb. oblig.Imol.c.Raynutius, num. 144.de testam. Mars.l.fin.num.25.de quæst.Bald. in tract.stat. vers. pœnam. nec soluitur gabella pro mortuo animali, Barto.l.cum delanionis.ff.de fundo instru. dixi ego in tract.de reg.iuris, reg.6. nu.45. & dicam inferiùs, ver.homo mortuus. Med.tract.2.par.

¶ Animae defectus modicus, non facit aliquem imprudentem dici, neque corporis defectus modicus facit quem appellari morbosum. Bartol. in term.in tract.de testibus. num.84.in princip.not. Doct.cap. fin.de corpore vitiat.conc. simil.Abba.capit. parati. colum.3.de appellat. Dec. cap. de appellationibus, de appel. Medic.reg.5.

¶ Animae periculum vbi versatur receditur per hoc à regul.iur. Crauet.cons.282.nu.5.ideo quitatio generalis ad vsuras non extenditur, Abb.cons.314. col. 3.in 3.dubio lib.2. Med.reg. 1.

¶ Animus percutientis, an fuerit occidendi, vel non, ex qualitate instrumenti, quo percussit præsumitur. Probat hoc text.in c.significaui. el 2.de homicid.& ibi not.Felin.Probat etiam hanc conclusionem tex. in l.1. §.diuus.ff.ad leg.Corn.de sicar. de quo ibi singulariter per Hyppol.

Limita istam conclusionem dupliciter, vt per Felin. in d.c.significasti. I.B.Dias.reg.33.

¶ Animus occidendi, vel non occidendi, ex armorum genere & qualitate cognoscitur, vel colligitur: nam percutiens calce, vel claue, capulo, virga, vel baculo, vel pugno, vel similib.instrumentis, ad mortē minimè accommodatis, animum occidendi minimè habuisse præsumitur.l. j. §.diuus. de sicar. l. eum qui.C.eo.c.significasti.de homi. Bar.in l.diuus.de sic. Bal.in l.1.C.de emen.seruor. Aret.in cons.lxxx. sicut decet.& d.cons.147.visa.Alexand.in cons.142.vol.2. Soc. in cons.130.primo aspectu.Thomas Grammatic.in voto 23. Matth.Chærianus.

¶ Annuus. Annua si debes exordia perspicis anni. Annuò si debes in fine, teneberis anni. Inst.de verb. ob.§.sed etsi ita.de inuti.sti.§.qui hoc anno.C. quando di.leg.ce.l.1. cùm ibi no.Contra Inst.de auct.tu. §.neque.

Annuum quando relinquitur, sunt plura legata: sed si stipulamur, est vna stipulatio.de don.cau.mor.l.seruatur. Riisvvich.

¶ Annus. Si promisero alicui seruire per annum, & aliquo illius anni tempore valetudine impeditus fuerim, nec illi seruire possim, non tenebor in alterum annum ei deseruire. l.cum quæritur. §.item si. ff. de fideiuss.l.cum heres.§.stichus.ff. de stat. libe.l. statuliberos.la 3.ff.eod.tit.de stat.liber. Med.re.4.

¶ Annulatio actus pœna est agenti. de leg. 1. l. turpia.in prin.de contrahen.emp. l.senatus.C.de le-

gib.l.non dubium.de posthu.l.fin. Riisvvich.

¶ ANTECEDENS. Antecedenti prohibito, videtur etiam prohibitum omne aliud per quod peruenitur ad illud.l.oratio.ff.de sponsalib.glo.in clement. 1.de consang.& affinitat.cap.constitutus,de conces.præbend.

Fallit in 2.casib.quos no.Iaso.in l.2.ff.de iurisd. nume. 25.fallit in 9.vt per Por.in lib.suarum conclusio.con clusio 35.fallit in 9.casib.vt per Anto.Gab.in lib.1. de præsump.concl.7. Don.Fina.lib.5.

¶ ANTECEDENS. Loci huius maxima hæc à Bald.traditur. Si tenet antecedens, tenet & consequens. in l. conuenticulum.C.de ep. Riisvvich.

¶ ANTECESSOR. Iudex in sententia dicit: condemno te ad soluendum omni anno 10. saccos frumenti sicuti tui antecessores soliti soluere sunt. si antecessores nihil soluerint, an valeat talis sententia? resp. quòd, si causa iusta fuit condemnandi, sententia valebit, quia tunc illa dictio, secundum, non stat conditionaliter, sed causaliter.l.eum qui.§.Iulianus. il 2. ff.de const.pec.vbi Barto.& com.Doct.glos.capitu. quoniam Abbas.de offi.deleg.Ias.l.pen.C.de inst.& subst.Oldr.cons.121.in terminis huius regu.idem est in contractibus ac etiam vlti.vol.Ioan. And.in add. ad Spec.Tit.de feudis.§.1.Alexand.cons.145.volum. 2.Paul.l.admonendi.colum.5.ff.de iur.iur. cõs.322. & l.pen.C.de inst.& subst.dummodo adessent debitæ solemnitates, ita in terminis huius reg.Ias.l.admonendi.1.lectura.num.37.& lectura 2.numer.30.ff.de iur.iur. Medic.reg.10.

¶ ANTIQVITATIS geminatio ostendit enixiorem concedentis voluntatem. Cepha.cons.173.nu.13.iuxta dictum Bar.l.cùm scimus.C.de agr.& cens.lib.10. c.1.de Alien.pat.feud.c.1.§.is verò.de succes.fratr. vel agn.& c.1.de nat.suc.feud.Ias.l.1.col.8. ff.de offi. eius. Medic.reg.2.

¶ APPELLARE. Quòd gradatim sit appellandum.

PRO.

2.q.7.c.metropolitanum.
2.q.6.c.anteriorum.vers.illo.
Ext.de off.del.c.super quæst.
In Auth.de mand.princip.in princip.

CONTRA.

2.quæst.6.c.si quis putauerit.& c.placuit. & c. ad Romanam.
Ext.de præbend.& dignita.c.referente.

SOLVTIO.

Secundum leges tene: nec enim princeps poterit appellari medio prætermisso. Secundum canones bene licitum est appellare ad Papam mediis prætermissis.d.c.si quis putauerit. Excipitur tamen vnicus casus per illam decretal.super quæstionum. Damas. reg.64.

¶ APPELLARE ab executione sententię quis non potest.l.ab executione. C. quorum appel, non recip.2. q.6.c.ei, qui.§. sunt etiam quorum. & habetur in c. nouit ille.extrà,de appel.

Primò fallit, in sententia interlocutoria, cuius grauamen non potest reparari per obtentum in definitiua.istud probatur in l.2.ff.de appel.recip.&c.

Secundò fallit in interlocutoria, quæ habet vim definitiuæ: quia tunc ab eius executione poterit appellari: vt in l.intra vtile. ff.de minori.& ibi hoc notatur. & dicitur habere vim definitiuæ, quãdo per eam tota causa determinatur, vt ibi dicitur in tex.iuncta gl. notabili, de qua per glo.in clem.fin.in gl.2.de appel. & vide Bar.in l.si Prętor.in princ.ff.de tut.& per Ludouic.Rom.in l.2.ff.de verb.obli.& per Bal.in rub. C.ne liceat tertiò prouocare.

Tertiò fallit, quandocunque sequitur, nec speratur aliqua definitiua: quia hoc casu ab interlocutoria tali poterit appellari: vt probatur in l.ait Prætor. in §. permittitur.ff.de minor.

Quartò fallit, quando iudex pronuntiat deferendum esse appellationi, quia etiam à tali interlocutoria, poterit appellari: ita tenet Bal.in l.vnic. C.ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare.& hanc opinionem tenuit Ioan.Monach.in cap.cupientes.de elect.lib.6.

Quintò fallit, in pronuntiatione ad exequendum: nam à tali pronuntiatione poterit etiam appellari *, vt notat glos.in l. ab executione. in princip.& ibi not. per omnes Doctor. Et ideo ex his sumitur cautela, quòd quando sententia est lata pro parte, quæ transiuit in rem iudicatam, quam realiter ipsam exequi facias sine aliqua pronuntiatione, hoc modo valet quòd iudex dicat, quòd exequendo sententiam concedit victori familiam & nuntios suos ad capiendũ pignora, vel admittendum causa releuandi in possessionem bonorum.ita dicit Ang. de Per.se infinitis vicibus practicasse, in d.l.ab executione, quia tũc secundum omnes non poterit appellari. & idem etiam tenet Ange.de Are.in d. l.ab executione.in pr. quod not. B.Soci.reg.33.

ADDITIO.

* Appellari. Vide Corn.in cons.71.in litera V.in 1.parte. Bened.Vad.

¶ APPELLARE ab exequutore permissum non est: vt in l. ab exequutione.C. quorum appellationes nõ recipiantur.& in l.ab exequutore.ff. de appel. De iure regio est tex.in l.2.in fi.tit.18.par.3.& in l.161.Styli. Circa hanc regulam vide Specu.in tit.de appel.§. in quibus.nume.5. Gratum in cons.16.volu.2. Aug. Beroum q.131.Alexan.in cons.113.volum.5, num.10. Ruinum in cons.80.vol.5.Hanc regulam ponit Soc. In regula 26.vbi eam limitat quinque modis.

Limita primò vltra eum, nisi exequutor excederet modum, vt in cap.nouit.de appel.vbi ponitur eadẽ regula cum supradicta limitatione. idem probat text. in d.l.52.in fine.gl.in cap.ad nostram.de appel.& in c.super quæstionem.in §.1.de off. dele.in verbo, exequutorem.& glos.in d.l.ab exequutione. & quando dicatur excedere, ponit glo. & ibi doc.in c.quod ad consultationem. in gl.fi.de re iudic.

Secundò limita quando exequutor quicquam dolo egit, vel si pars dolo obtinuerit sententiam, vt in l.3. in §.si exequutor.ff.de nego.gest.& ita tenet Spec.in d.num.5.& quamuis in d.§.si exequutor, dicatur agi posse de dolo, tamen tutius est appellare.

Tertiò limita quando pars allegaret transactionem factam post sententiam, & illam statim probaret, tunc exequutor non potest exequi, alioquin is ipse grauat, ideo ab eo appellari poterit: argumento text.in l.neque.§.fin.ff.de in ius vocando.& in l.2.si quis cautionibus.vel si quis probet sententiam nouatam, vt in l.4.in §.ex conuentione.ff. de re iudic.glo.in d.c. quod ad consultationem.quæ nouatio hodie non fit nisi hoc expressè agatur, vt in l.fi.C.de noua.vel quando pars, in cuius vtilitatem est prolata illi sententię renunciasset: quod non potest facere si in causa matrimoniali lata fit, secundum Romanum in consil. 367.num.1. quia de periculo animæ agitur, vt in c. lator.& ibi gl.fi.de re iudicata.

Quartò fallit quando exequutor mistus sentẽtiam male inter

lè interpretatus esset: vt in d.l.ab exequutoria: ita tenet Pract.Pap.in forma exequutionis sententiæ definitiuæ.in verbo,publico nuntio. nu.10. vbi declarat qualem interpretationem possit exequutor facere.

Quintò fallit, quando sententia lata fuerit contra absentem ex iusta causa: quia non potest ei imputari cur non anteà appellauerit, & ob id ab exequutore iustè appellatur: vt in l.si prætor.in §. fina. ff.de iud. c.cùm Bertol.de re iudic.Spec.in d.nu.5.

Sextò fallit quando pendet restitutio in integrum post sententiam,vel literis super supplicatione ciuili impetratis durante earum comprobatione, si vellet exequutor exequi,tunc ab eo licitè appellatur:l. 1.C. de in integ.restit.postul.

Septimò fallit,quando exequutor aliquid iniuriosè egerit vt si lectos captos, vel dolia capta causa exequutionis,malitiosè fregerit: vt in l.si quis prouocatione.C. de appel.& in l.lector.ff.de periculo,&cōmodo rei venditæ.& in c.quia suspecti.3.q.5.

Octauò limita, quandocunque sententia lata est contra aliquem famosũm artificem : nam propter artificium ipsius poterit populos suspendere exequutionem, & tunc potestas tenetur suspendere exequutionem,donec principem, vel dominos, vel superiorem consulant, iste est mirabilis casus in l. ad bestias.ff. de pœn.& ita tenet Rom.in sing.dccxvij. quem sequitur Cæpol.in l.mercis appellatione. nu. 15.ff.de verborum significatio.& in Caut.1. nume.1. facit tex.in l.qui cædem.in ver.faciliùs.ff.de sicariis. & idem Cæpola in l.si contra.nume.18.C. de vsucapione pro emptore. P.Duen.reg.41.

¶ Appellare à pœna legis,vel statuti non licet.gl. communiter approbata in c.cupientes. §.quo si.super verb.priuatos.de elec.lib.vj. pro qua est text.in capitulo,quia nos.vbi doc.de appell.tenet Bald.in l. vnic.C.ex delict.defunct.

Limita vno modo secundum Fel. in c. cùm omnes. de constit.num.5. I.B.Dias.reg.41.

¶ Appellare à sententia arbitri non licet.l.1. C.de arb.cum ibi not.& l.diem proferre.§.stari.ff.eo.titu.

Primò fallit,quia licet à sententia arbitri non appelletur,tamen adiri potest superior super nullitate arbitrij. ita Bal.in l.1.C.de sent.experic.reci.per illũ tex.

Secundò fallit, quãdo arbiter assumptus sit cum clausula vt possit de iure & de facto procedere, sed de iure tantùm pronuntiare:tunc enim si tulit iniquam sententiam,quia de iure non pronuntiauit,&non seruauit formã compromissi ab eo, dicta sentētia est nulla ipso iure,& non tenentur partes ei stare.ita Bart. simpliciter in l.diem proferre.§.stari.ff.de arb.cuius opin.sequuntur Mod.in l.societatem.§.arbitrorum. ff.pro soc.Bald.tamen dicit, quòd sententia lata ab hoc arbitrio tenet, sed partes bene appellare possunt ab ea:quia iste nō est propriè arbiter,&sentētia lata iniusta ab eo tenebit,sed ab ea appellabitur, vt dixit plenè in suo consi.quod incip.de iniustitia,vel de iustit.Sed istæ opi.non placēt:quia arbiter in pronuntiando & sententiãdo tenetur iuris formã seruare,sicut iudex.l.1.de arbi. & ideo si iniustè pronuntiat,litem suã facit.l.si quis in cōscribēdo.C.de pac. & cũ de iure teneatur pronũtiare, meritò dicēdum est, ꝙ si hoc partes in cōpromisso expressè egerint, quòd de iure pronunticet, operetur quòd sententia sit nulla,vel ab ea possit appellari:quia expressio eorum,quæ tacitè insunt,nihil operatur.l.3.de leg.1.

Tertiò fallit in arbitro iuris, qui eligitur loco iudicis recusati & suspecti,vt in l.apertissimi,& in l.cùm speciali.C.de iudic.Ratio,quare à sententia istorum appellatur,est,quia subrogantur loco iudicis recusati, vt in causa cognoscant : ideo sapiunt eandem naturam,quam ipse iudex recusatus, vt in l.eũ,qui. §.qui iniuriarum.ff.si quis cau.& hoc de iure Ciuili: de iure.autē Canon.cognoscunt solum de causa suspicionis: sed ab ipsorum sententia ideo appellatur, quia sunt arbitri iudiciales, quia ex necessitate iuris eliguntur.& ita not.in c.ad arbit.de offi.deleg.in 6.

Quartò fallit*, quando arbiter est electus de iure municipali, & sic ex necessitate statuti, vt sunt statuta per Italiam, non potest à sententia talis arbitri appellari:vt not.in d.l.apertissimi.& in dict.l.cùm speciali:tamen in prima constitutione Codicis tenetur contrarium,videlicet, quòd à tali sententia arbitri non appelletur, quod sequitur But.in cap. Quintauallis. de iureiur.standum est enim, secundum eum regulæ prohibitiuæ,ex quo non reperitur in hoc casu concessa appellatio. B.Soc.reg.31.

Additio.

* Quartò fallit.Pro qua fallentia vide Fely.in ca.quę in ecclesiarum.de constit.in versic. secundò est considerandum.& Ias.Insti.de actio.§.omnium.nu.10.& seq.& Franc.Aret.in d.l. j.C. de arbit. Bened.Vad.

Quintò fallit,vbi conuenitur inter partes,quòd à sententia arbitri possit appellari:contractus enim ex cōuentione legem accipiunt.l.j.§.si conuenerit. ff.depos.& ita tenuit Dyn. in l.si quis ex consensu. de appel.& Bald.in l.j. C. eo.ti.& in l.nemo potest.de leg. j.& Cyn. in hoc tenet contrarium in l.j. C.de arbit. Bald.ibi ponit tertiam sententiam, quam sequitur Car.Zaba.in c.cùm dilectus.de arbitris.de hoc vide Spec.in ti. de appellatio.in §.2.versi.16.& in §.inquilinus.versic.13.& glos.2.q 6.c.iudicibus.& vide Ant. de But.in c. Quintauallis.de iureiur.

Sextò fallit, nisi esset tertius arbiter electus loco duorum discordantium,iuxta formam l.si vnus. §. pen. ff.de arbit.nam tunc ab eius sententia poterit appellari:quia tunc non eligitur ex iuris necessitate, & dicitur potiùs arbiter iuris,quàm aliter:&ideo ab eius sententia poterit appellari:& fuit dictum Iac.But.in l.ab arbitrio. ff.qui satisd.cog. quam sequitur Ioan. And.in addi.Spec.in ti.de arbi. §. sequitur.vers. sed nunquam de quo dic vt habetur in l.si vnus.§.principaliter.ff.de arbi.

Septimò fallit,vbi statutum esset in loco, quo sententia arbitratoris mandaretur executioni, sicut sententiæ iudicum,tunc enim posset appellari : quia ex forma statuti assimilatur sententia arbitratorum sententiis iudicum.& ita videtur voluisse Bald.in l.j. C.de arbitr.

Octauò fallit,si intra x. dies appelletur:nam tũc appellans videtur approbare sententiã arbitri tanquam latam,sed non tãquam sic latã:sicut in simili in l.3.§. falsus.ff.rem rat.hab.secundum Bar. in l.2.ff.de arb. & in l.nemo potest.ff.de lega.j.& in l.j.C.de arbi.& in l.ab arbitro.ff.qui satis.cog.iuncta.l.penul.ff.eod. sed communis opin.est in hoc contra Bar.vt tenent Doct.Moderni.in c.Quintauallis.de iureiu.maximè Ioan.de Imol.per plures rationes.

Nonò fallit secundum But.vbi suprà, in sententia arbitri electi ad referendum iudici super aliquo incidenti in iudicio, à quo partes non recedunt ex toto, vt si arbiter eligitur ad probandum, vel improbandum fideiussorem in iudicio datum per alteram partem : vt est casus in l. ab arbitro. ff. qui sa-

tisda.cog.licet aliqui teneant, quòd tunc non appellabitur, sed officium iudicis implorabitur: vt l.ab arbitro. secundum aliam lecturam.

Decimò fallit, vbicunque non subditi compromittunt in iudicem ordinarium: nam tunc licet non iudicet vt iudex, sed vt arbiter, iuxta not.in l.1. ff. de iudi.tamen ratione præexisten.iuris potest à sententia talis arbitri appellari, ad hoc allego casum.ij.q.vj.c.iudicib. quem sic intelligo, licet doct. non dicant.

Vndecimò fallit vbicunque sententia arbitri est nulla, vt quia per eam laico spiritualia conceduntur: vt in cap.ij.de re iud.cum simil. & in l.j.§.item cùm contra sacras. ff.quæ senten. sine appella. rescind. nam tunc non appellatur, sed dicitur nulla, iuxta l. fin. §. expressim.ff.de appel.secundum Ioan. de Imo.in d. c.Quintauallis.

Duodecimò fallit, quia dicta regu. procedit de iure Ciuili: secùs autem de iure Cano. quia à tali sententia appellatur, vt est glo.singularis.3. q.6.c.iud. & eam sequitur Bald.& Ang. in l.si seruus plurium.§.fin.ff. de leg.1.& Bal.in l.1 C.de arbi.& Ang. in l. ab arbitr.ff.qui satisd.cog.& Petr.de Anch.in clem.sæpe ad fi.de verborum significatio.& est alia glos.consimilis in c.2.de arbitr.& in hoc sequuntur Host. & Ioã. Andr. & aliqui in d. l. nemo potest. tenent contrarium, sub dubio fortè: quia in dubio non dicitur induci discordia inter ius Ciui.& ius Cano.cap.1.&2. de nou.oper.nunc.cap.cùm ex parte.de elect.in 6.& respondent ad cap.2.de arbitris. Sed vide Innoc. & Imol.in d. cap.Quintauallis.quos sequitur Rom. in d.l.ab arbitro.& hæc est substentabilis opin.Ioan.de Imol.in puncto iuris: tamen communis opin. est in contrarium: quam opin. vltra prædictos tenent Hostien.& Anto.de Bu.in cap. cùm dilectus. de arbitr. & Bald.in l.cùm quidam. la grande. ff. de legat.2.& Salyc.in l.prima.C.de arbitr.& Paul.de Castr. in l.& posteà.§.si minor.ff. de iureiurand. & pro ista communi opinione facit quod habetur.2.quæst.6.in canone, omnis oppressus. & cap.ad Romanam. & cap. omnimodæ. de appella.

Tertiodecimò fallit, si sententia arbitri tenet, vel continet tale pactum, cui partes renunciare non possunt. Verbi gratia, si sententia continet simoniam, ita loquitur cap.secundum, de arbitr. nam tunc per superiorem corrigitur, vt no.Ioan.de Imol.in dicto cap.Quintauallis.in aliis autem casibus sententia arbitri, quantumcunque iniqua esset, & magni erroris vel læsionis, rescindi non potest. Adde tamen quòd licet ipsa rescindi non possit per appellationem, tamen iudex, coram quo petitur executio sententiæ, si viderit ipsam iniquam & malè latam, poterit in executione ipsius sententiæ ipsam, tanquã malè latam, infringere, ita singul. tenet Bald.in dict.l. diem proferre.§.stari.ff.de arbitr.& tenet Ioan.Andr.in c.j.eodem ti.quod perpetuò tene menti. B. Socin.reg.31.

¶ APPELLARE à sententia lata in causa momentaneæ possessionis non permittitur.l.vnica. Cod. si de mom.pos.fuer.appel.

Primò fallit, vbi notoria est iniustitia ex parte volentis appellare.glo.est in ca.ex conquestione. de resti. spol.Bar.& Bald.in d.l.vnic.C.si de momen. possess. fuer.appel.

Secundò fallit, vbi non possit reparari grauamen à sententia lata in possessorio per iudicium petitorium: nam in dicta l. vnic. fuit constitutum, quòd non possit appellari in causa possessionis, quia est succursum in petitorio: & sic, vbi proprietas esset priùs expedita, quàm possessio, tunc poterit appellari. ita dicit Bald. in d.l.j.

Tertiò fallit etiam vbi est melior conditio possidetis, vt in turpi causa: vt per Bar.in l.2.de appel.recip.

Quartò fallit, vbi est missio in possessionem ex secundo decreto: quia remanet reparatio: ideo poterit appellari, vt dicit Bartol.in dicta l. prima. & isti duo casus continentur sub regula & fallentia, scilicet quando non remaneret remedium per iudicium petitorium.

Quintò fallit, vbi sentẽtia sit lata in causa possessionis contra condemnatum ad fructus sine interesse: quia tunc appellari poterit: cùm istud damnum reparabile non sit in causa proprietatis, & sic non est momentaneum. ita Bald.in d.l.vnic. C. si de mo.pos.fu.app. in prin.vers.sed pone. B.Soc.reg.32.

¶ APPELLARE à sententia lata super possessorio de iure Ciuili non permittitur. tex.est in l.vnica.C.si de momen.possess.fuer. appel. Posuit hanc regulam Socin.in suis fallen.in regula 18.incip.appellare etiam. & illam restrinxit quinque limitationibus.

Limita vltra eum tripliciter, vt per Ias.in l.j.C.de bono.pos.sec.tab.

Primò videlicet, quia si iudex deferat appellationi, poterit appellans obtinere, ad quod alleg. Bal.& Alex. & tenet etiam idem Ias. in l. patre furioso. ff. de is, qui sunt sui vel alie. iur.

Secundò, quia in tali casu ab inordinato processu potest appellari, Bal.in c.ex conquestione. de rest.spol. dicens alibi non legisse.

Tertiò, quia licet non possit appellari, potest tamen agi de nullitate. Ant.Nicel.in concor. glo. iuris Ciuilis, & Canonici, in concor.sexta, incip.refricatur. vers. sextò fallit. vbi hanc regulam limitat pluribus modis. I.B.Dias.re.36.

¶ APPELLARE à sententia latã super possessorio non permittitur, l.vnica. C. de momentanea possessione fuerit appellatum.& in cap.vltim. §. de possessione. 2. q.6. Quæ regu. habet locum in omni possessorio siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ, secundum Bar.ibi notatur in l.quisquis. C.quorum appellationes non recipiantur. plenè per eundem Barto.in l.2.nume. 3. de appellationibus recipiendis.text.in c.ex conquestione.& ibi Bald.de restitutione spoliatorum.& in cap. super eo.el ij. eodem ti. gloss.in ca.cùm ad sedem.in verbo, interdictum.in vers.& nota per hanc Decretalem.eodem ti.Et hæc est vera regula, & communis opinio cum ea secundum Augustinum Beroum in q.52.num.8. & ex adductis per Tiraquellum in tract.le mort saisit.in vj. parte, declaratione vj.num.5.Catellianus Cotta, in verb.appellari.el j.Sebastianus Vantius de nullitate sententiæ. rub.4. quis possit dicere de nullita. num. 34. Ioannes Constan.in glo. ad constitutiones Regis Galliæ, artic.lxij. licet contra eam teneat Ioannes Corasius in Paraphrasi, ad tex.in l.naturaliter.in §.nihil commune.num.8. ff.de acquirẽda possessione. Hanc regulam cum quinque limitationibus posuit Socinus in regula xviij. eandemmet regulam cum tribus aliis limitationibus ponit Bernardus de Luco in regula 36.& ibi refert Antonium Nicellum in concordantis glossarum, in concordantia 6.num. 26. vbi limitat hanc regulam vno & viginti modis.

Primò limita vltra eos, nisi sententia feratur per verba negatiua, in casu l.fin.C.de edicto diui Adri. tollen. nam licet à sentẽtia lata in casu illius legis in iudicio

dicio possessorio adipiscendæ, vt est glo. vbi in verbo missus est: post principium, non possit appellari per l. quisquis. C. quorum appellat. non recip. tamen, vt suprà dixi, quando sententia lata est per verba negatiua in isto possessorio; vt quia iudex pronuntiauit actorem non esse mittendum in possessionem: ab hac sententia bene poterit appellari, istud fuit notabile verbum Angeli, vbi dicit se ita multoties practicasse, in d. l. quisquis. nu. 3. quod dictum tã quam notabile, & stupendum, vbi etiam dicit se ita practicasse, refert & sequitur Iacobinus de S. Geor. in d. l. fin. numer. 56. C. de edicto diui Adria. tollend. illud dictum Angeli etiam tanquam notabile & mẽte tenendum, refert Andræas Tiraquel. in tractat. le mort saisit. in vj. parte, declaratione vj. nu. 3.

Secundò limita in sententia sequestri faciendi: quia licet sit super possessione, potest tamen ab ea appellari. ita concludit Angelus in cons. 107. num. 3.

Tertiò limita in sententia definitiua: secus in interloquutoria, quia ab omni interloquutoria lata in possessorio ante sententiam potest appellari, secũdum Angelum in cons. 46. nu. 4. & in cons. 188. Ioan. Mariam Riminaldum in l. 1. num. 2. C. de bonorum poss. secundum tabulas.

Quartò fallit, quando possessorium tractaretur per viã contractus, & non per momentaneum iudiciũ: quia tunc potest appellari. ita concludit Bal. in cons. 210. num. 5. in 5. volu.

Quintò fallit, quando iniustè, & sine causa aufertur alicui possessio: quia tunc potest appellari. ita concludit Abb. in cons. 55. in princ. 2. vol. P. Duen. reg. 43.

¶ Appellare à statuto iniquo non permittitur, no. Bar. in l. fi. ff. de appel. recip.

Primò fallit, quia à sententia lata vigore illius statuti bene potest appellari: vt not. Bald. in capit. cessante. extrà, de appellatio. & Bald. in l. quisquis. C. quo. appel. non recip.

* Et si omnia exemplaria sequentes limitationes huic regulæ subiectas habeant, vide tamen num potius ad regulam, Appellatione pendente. quæ est 42. pertinere debeant.

Ista regula limitatur septem aliis modis vltra istum: primò non habere locum, quando appellans est persona suspecta, vel fructus dilapidat, siue res sit mobilis, siue immobilis, fructus sequestrantur. l. ab executione. C. quorum appel. non recip. istud voluit glos. in ca. appellationis. 2. quęst. 6. & voluit Bal. in ca. j. §. sancimus. in titulo, quo tempore miles inuestitu. petere deb. dilapidare dicitur secundum Bal. ibi, si consumit in suos vsus conuertendo, maximè prodigaliter viuendo, & refert Archidia. 6. quæst. 1. quia res.

Secundò fallit ista regula non habere locum, quando appellatio est expressè iuri contraria: vt no. in c. pastoralis. in nouel. de offic. deleg. ita refert Bald. in d. c. j. §. sancimus.

Tertiò fallit, nisi appellatio esset friuola, vt in c. cùm appellationibus friuolis. de appe. lib. 6.

Quartò fallit regula esse vera quo ad partes, secùs quo ad tertium. ista est glo. celebris in l. creditor. in princip. in verbo, pone. ff. manda. quam allegat Baldus in l. si quis filio. ff. de iniust. rupt. testamen. Adde tex. & quod voluit ibi Gemin. in capit. Romana. §. in alium de appella. & tex. singularis in cap. super eo. ff. de offic. deleg. secundum Butrig. in cap. vt debitus. de appel. & hoc voluit expressè Gemin. in c. non solùm. super glo. fin. de appel. lib. vj. licet non alleget glo. in d. l. creditor.

Quintò fallit regula esse vera in eadem causa, secùs in diuersa: istud dixit Abb. in cap. quia frustra. extrà, de vsuris. & Lau. de Rodul. in tractatu de vsuris. q. cxliiij. & idem dicit in litis pendentia, secundum Bald. in d. cap. j. §. sancimus. vbi refert Innocent. in c. bonæ. de appellat. & in d. c. pastoralis. facit, vt lite pendente. per totum. & limita, prout dictum est in appellatione.

Sextò fallit prædicta regula, & dicas eam procedere respectu iudicis, & non respectu partis, secundum Innocen. & Abb. in versicu. oppono tertiò. in ca. dilecte. de exceptionibus, tu pro veritate huius dicti vide plenè Abbat. ibi disputantem hunc passum, & veritatem huius limitationis, quæ indistinctè ante procedit, vt ibi plenè per Abbatem post Hostiens. Adde etiam, quòd innouatum in causa appellationis non reuocatur, si extrinsecus aliquid sit gestum, quod in litis præiudicium non vergat, vt testimonium: vt singulariter notatur in l. furti. §. primo. ff. de iis, qui not. infa. & Bal. in dict. capit. dilecte. item nec reuocatur quòd legitimè factum est, secundum litis exigẽtiam. tex. est vnicus in iure in l. postquàm. §. Imperator. ff. vt leg. nom. caue. talia innouata non impediunt executionem. ff. de administrat. tut. l. chirographis. §. primo. ff. vt in pos. lega. l. is, cui. §. quæ in possessione.

Septimò fallit illa regula, quòd lite pendente non habet locum in casu cap. accusatum. de sim. & ibi aliàs in 2. notab. dicit. not. casum, in quo lite pendente quis priuatur quasi possessione beneficij & officij, & intellige illum text. quando accusatus erit infamatus de simonia: nam per atrocitatem delicti concurrente infamia fit suspensio, donec causa finiatur: vt in cap. inter. de purgat. canon. & idem dicit in aliis magnis criminibus, concurrente infamia. facit quod not. Io. Andr. in d. cap. j. de accus. lib. vj. faciat etiam quod volunt Inno. & Abb. in c. cùm M. in gl. fi. de constit. & de ista materia vide per Specu. in tit. de app. vbi xvj. limit. ponit. Soc. re. 34.

¶ Appellare ad Papam à subdelegato non in totum minimè licet, sed ad delegantem. Hanc regulam reassumit Felin. per text. ibi, in c. super quęstionum. §. porrò. de offi. deleg.

Limita octo modis, vt per eum ibi. B. Dias. re. 34.

¶ Appellare licet quis non possit ab excommunicatione, potest tamen à pronuntiatione qua quis dicitur excommunicatus. gloss. est in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elec. lib. vj. in verbo priuatos. Feli. in c. parrochianos. de sent. excom.

Limita quatuor modis, vt per Feli. ibi. I. B. Dias. re. 39.

¶ Appellare licet regulariter in maioribus, & minoribus, in ciuilibus & criminalibus causis: vt probatur in l. & in maioribus. C. de appel. in l. non tantùm. & in l. fi. §. iussus. ff. eo. & pluribus aliis locis.

Limita centum & viginti modis, vt per Ant. Nicellum in concordiis glossarum iuris Ciuilis, & Canonici, in concordia vj. quæ incip. refricatur in dubium. licet huic regulæ Socin. assignauerit solùm xxxij. limitationes in regu. xxiiij. incip. appellatio. & Lanfr. in repet. c. quoniam contra. de prob. in verbo, interlocutiones, & appellationes. quas limitationes tu, iudex ecclesiasticè, perlege, vt intelligas, quando tibi liceat appel. denegare, ne si in denegatione, partem grauaueris, de appel. deferendam regia authoritate cogaris.

Et vide Hisp. l. 13. & 16. tit. 23. par. 3. I. B. Dias re. 35.

¶ Appellare potest à iudice, si in commissis arbitrio suo partem lædit, aut grauat. gl. est not. in c. super his. de accu. & in c. Romana. in §. quòd si obiicia tur. in verb. minus legitima. de appel. in vj. gl. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de verb. sig. vide Præpo. qui refert opiniones contrarias & concordiam in rub. de appel. & no. Phil. in c. cùm speciali. de appella. idem in c. ex ratione. de appellat.

Amplia istam conclusionem semel, & limita vj. modis, vt per Fel. in d. c. super his. vbi priùs pro ipsa principali regula, plures refert. I. B. Dias re. 40.

¶ Appellare potest ille, qui recusat iuramentum, ex declaratione ex iusta causa. l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred. ita pariter etiam, & ille cui defertur iuramentum. glos. & Salyce. d. l. generaliter. vnde reg. hęc procedit, nedum quando sumus in causa principali, sed etiam quando sumus in causa appellationis, vel nullitatis. l. fin. C. de fruct. & lit. exp. l. ita. C. de procu. l. postquam. §. Imperator. ff. vt leg. nom. cau. leg. prima. C. de repudia. quæ fiunt in iudicio, quia causa appella. est eadem cum causa principali. vulg. iur. Medic. reg. 9.

¶ Appellare potest tertius pro reo condemnato in criminalibus. tex. est in l. non tantum. ff. de appel. Abb. & doct. notant in c. cùm super. de re iudi.

Amplia hanc conclusionem sex modis, & limita duobus, vt per Felin. in dict. cap. cùm super. I. B. Dias regul. 44.

¶ Appellare tertiò non licet, iuxta text. in l. vna. C. ne liceat in vna eadémque causa. circa quam regulam vide Hippol. in l. extra territorium. numero 49. ff. de iurisdict. omnium iudicum & in l. vnica. numer. 160. C. de rapt. virg. Paris. in consil. 119. num. 15. volum. 4.

Hanc regulam amplia dupliciter, & limita quinque modis, vt per Decium in c. sua nobis. numero 13. de appel.

Limita sextò vltra eum vt non procedat in supplicatione: nam poterit quis supplicare, vt suprà dixi in regula 43. & Bernard. de Luco in regula 719. ponit hanc limitationem. P. Duen. re. 50.

¶ Appellari ab omnibus iudicibus, tam ordinariis, quàm delegatis, regulariter potest. Hâc reg. probat tex. in c. omnes. & in c. ad Roman. ij. q. vj. ita tenet Spec. in tit. de appel. in §. videndum. in prin. Nõ enim iudici iniuriam facit is, qui ab eius sententia appellat: vt & in l. in maioribus. C. de app. cùm enim appellatio sit quædam defensio quæ datur oppressis contra iniuriam iudicis. vt in l. j. ff. de appel. & in d. c. ad Roman. & sic debet regulariter omnibus censeri permissa. & quòd sit defensio probat tex. in c. cũ speciali. in §. porrò. de appel. Circa quam reg. vide Soc. in cons. 195. nu. 1. cum sequenti. in 2. vol. consil. Ias. in l. 1. nu. 17. ff. si quis cautio. Octauianus in practica Romanæ Curiæ, libr. 7. Tiraq. in tract. le mort saisit. in 6. parte, declaratione 6. num. 9. Paul. Paris. in cons. 28. nu. 11. vol. 4.

Hanc regulam limita 121. modis, vt per Ant. Nicellum in tract. de concordantiis glossarum, in concordantia 6. à num. 15. vsque ad fin. Quam regulam cum suprà dictis limitati ponit Bernar. de Luco. in regu. 35. & circa istam reg. vltra eum vide Matth. de Afflic. in constitutio. Neapol. in præludiis. in q. 25. per totã. & circa hanc regulam vide notabiliter Robertum Maranta in tract. de ordine iudiciorum, in 6. parte, in actu secundo, n. 255. cum sequentibus: vbi etiam eam limitat pluribus modis.

¶ Appellari potest à statuto facto in odium, vel præiudicium particularis personæ. Hanc reg. ponit Bart. in repeti. l. omnes populi. numer. 53. ff. de iust. & iur. Deci. in capitu. cùm omnes. in j. lectu. num. 15. de constitutionib. Ias. in l. prima. num. 3. cum sequentibus. ff. de legibus. Franc. de Ripa. in lib. j. responsorum. cap. 22. num. 4. facit quod notant Abb. & doct. in cap. vestra, de locato. Barto. & Doct. in l. 1. ff. quando appellandum sit.

Ampliatur primò, etiam si statutum sit conditum per verba generalia. ita tenet Bart. in dicta l. omnes populi. numero 53. & in l. si res. numer. 3. ff. de appel. reci. Felin. in dict. cap. cùm omnes. numer. 5. de consti. Ias. & Clau. de Seysello in d. l. prima. ff. de legibus. Ioan. Crot. in repe. d. l. omnes populi. versicu. decima conclusio. Ias. in consil. 161. versic. confirmantur prædicta. volùm. 2. & in consil. 126. in fi. volu. 4. Ang. Aret. in §. ius ciuile. numer. 15. Institu. de iure natur. gent. & ciui. Pro quo facit: nam genus quod in vna tantùm specie verificari potest, habetur pro specie & non pro genere: vt in l. prima & secũda. vbi Doc. ff. de libe. & posthum.

Amplia secundò procedere si statutum fiat in odium, vel grauamen vnius quarterij ciuitatis. ita tenet Iason in dict. l. j. ff. de legib. Stepha. Bertrand. notab. in cons. j. incipiente: Viso consultationis themate. in responsione ad 7. dubium. num. 25. in 3. volu. primæ impressionis.

Ampliatur tertiò, vt non solùm à tali statuto possit appellari, sed etiam per viam querelæ habeat recursum ad superiorem. ita Panor. in cap. cùm omnes. & ibi Philip. Dec. in d. nume. 15. & hoc est quod voluit dicere Bald. in l. j. §. similíque modo. num. 2. C. de Latina liber. tollen. dum dicit, quòd fortior est sententia iudicis quàm statutum: quia sententia iudicis, si ab ea non appellatur, transit in rem iudicatam. Est tamen notandum, quòd talis facultas reclamandi non est perpetua, sed tantùm durat per annum: vt in l. qui grauatos. C. de censibus. lib. 11. tenet Bart. in l. ambitiosa. num. 31. ff. de decret. ab ordi. fac. Dec. in d. c. cùm omnes. de constit. & in ca. consuluit. el 3. nu. 30. de appel.

Amplia quartò, vt etiam tale statutum possit dici nullum, secundum Abb. in d. c. cùm omnes. nu. 2. & in c. consuluit. el 3. num. 4. de appel. facit text. in l. si constat. ff. de appel. idem sentit Bart. in l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. Contrarium tamen tenet Dec. in d. c. cùm omnes. & in d. c. consuluit. nu. 32. vbi dicit, quòd contra Abb. est communis opinio. Eandem opin. contra Abb. dicit esse communem Fran. Curt. Iunior. in l. fin. num. 25. C. de edicto diui Adr. tolle. & in l. 2. numer. 7. ff. quod quisque iuris. Sed hæ opiniones possunt concordari ex mente Aret. in rubri. nu. 7. de constit. quòd opinio Panor. procedat quando statutum esset factum in odiũ alicuius de collegio qui tempore conditi statuti contradixisset: tunc enim statutum est nullum: quia cùm contradicens sit sanior pars capituli, in eo videtur ius residere capituli: vt notatur in cap. scriptum de election. & hac ratione idem videtur dicendum si statutum fiat in odium alicuius qui non sit de collegio, sed tantùm vnus de collegio contradicit: quia semper contradicens est sanior pars capituli.

Amplia quintò, vt non solùm à tali statuto possit appellari, sed etiam à sententia lata secundum tale statutum: ita tenet Bald. in l. quisquis. num. 2. C. quorum appel. non recipi.

Amplia

Amplia]sextò vt etiam grauatus ex tali statuto possit contra agentem opponere exceptionem doli, vt in l. j.in fine.ff.de doli exceptio. Franc. de Ripa. in d. c. xxij.& hoc verum,si actor participauerit dolũ, aliàs secùs: l.ij.in §.j.ff.de dolo.quòd tamẽ declara, vt per Aret.in §.j.num.9. Instit.de except.

Fallit primò, quando statutum re & nomine esset generale,quia tunc à tali statuto non poterit appellari, l.ij. in §.exactis.ibi,neque prouocatio ex eis.ff.de origin.iur.& in l. si qua pœna.ff.de verb.signific.&in l.fin. ff.de appel.recip.& in cap. quia nos. de appel. & ita fuit de mente Bart.in d.l.omnes populi, & in d. l.si res.Dec.in d.cap.consuluit.el iij.de appel.Fel. in d.c. cùm omnes.

Fallit secundò, quando statuentibus datum esset arbitrium procedendi, appellatione remota. ita Bald.in l.ij.§.posteà ne diutius.ff.de orig.iuris,quem sequitur ibi Cagno.nu. 69.de quo vide Ias.in l.quominus nu.155.ff.de flumini.Bar.in l.fi.ff.de appel.

Fallit tertiò, quando illi,in cuius præiudicium statutum tendit,consensisset:secundum Inno:in c.vestra. de loca.quem sequitur Fel.in c.quæ in ecclesiarum. de constit.nu.54.

Fallit quartò, quando persona, quæ ex tali statuto læderetur esset notoriè delinquens: quia valet statutum factum in odium delinquentis, si delictum erat notorium.ita Bald.in l.amissione. in §.j. ff. de capitis diminu.& in Auth.habita.nu.18. C. ne filius pro patre. Sic etiam fuit factum capitulum vnicum de schismaticis, libr. vj.in confusionem domus de Columna de ecclesia malè merentis, quòd posteà ob eius emendationem fuit solenniter annullatum per Benedictum xj.in extrauagan.incipiente,bonæ memoriæ.in tit.de schismaticis.de quo vide Felin.in c. si quando.nu.7.de rescr.

Fallit quintò, si non fuerit appellatum intra decem dies:nam,lapsis decem diebus, non est ampliùs recipienda appellatio,vt in l.qui grauatos. C.de cẽs. lib.xj.ita Bar.in d.l.ambitiosa.nu.31.facit text.in c. concertationi.de appella.lib.vj.

Fallit sextò vbicunque subsisteret aliqua iusta causa taliter statuendi contra priuatam personam. Ita Felin. in d.c.cùm omnes.Iason in l.omnes populi in ij. lectura.nu.13.ff.de iusti.& iure.Cagnolus in procemio Digestor. nu.36.Claudi.de Seysello in l.j.nu.3.cum sequent. vbi enumerat aliquas causas ex quibus tale statutum sustineri potest.ff.de legibus.& hanc limitationem ponit Bernar.de Luco,vbi eam tripliciter sublimitat,in re.dcxcij. P.Duen.reg.44.

¶ Appellari non potest à iudice à futuro grauamine,antè,quàm sit illatum.not.Io.And.in c.super eo. el j.de appel.& Ibi Imo.notat Inn. in c.significauerũt.de testib.& in c.dilecto.de appel. vbi bonus tex. & vide etiam ibi Panor.

Limita tribus modis, vt per Philip.in c. vt debitus.de appel. Quartò vltra eum limita non procedere in causis beneficialibus, vbi est speciale, quòd à futuris grauaminibus appelletur, ita tenent expressè Domini de Rot. in decisione cccxvj. inci. possessor beneficij. per text.in c. qui contra certam. de elect. in vj.

Appellare. Vide infrà in reg.pactum initum.&in regula,procurator.la vltim.& in regula,supplicare. I.B.Dias.reg.42.

¶ Appellari non potest à pronuntiatione iudicis de exequendo,sicut nec ab ipsa exequutione. gloss. in l. si cum exceptione. §. hæc autem. ff. quod met. caus.verbo,datam,ad finem. Tenent Specul.& Ioan. And.tit.de execut. senten. §.pen. ver. sed secundum eum Cyn.in l ab executione. C.quor. appel. non reci. & alij plures quos recitat Felin. c.quoad consultationem. de re iudic. qui sequitur hanc partem, licèt in contrarium sint gl.& doc.multi,allegati per ipsum: Communis tamen est opinio prior secundũ Alex.in cons.ccxxxvj.visis processibus, quem refert vbi suprà Fel.

Limita dictam Communem conclusionem tribus notandis modis,vt per Felin.vbi suprà. Io.Bernar. Dias reg.43.

¶ Appellari à sententia interlocutoria de iure ciuili non potest.Hanc regul.probat tex.in l.ante sententiam.ff.de appella.recip. & in l.ante sententiam. C.quorum appel.non reci.Regia l.iiij.titu.xvj.libr. iij.ord.

Limita primò,quando appellatur super carcere vel tortura: tunc enim admittitur appellatio. Ratio est, quia grauamen in definitiua reparari non potest: l. ij.ff. de appella.recipien.glossa in Clemen. j. verbo, ipso iure.de hæret.tex.de iure Regio in l. xiij. titul. xxiiij.in iij.partic.& dicitur grauamen irreparabile, quando continet factum: quia cùm factũ infectum esse non possit,vt in l.in bello.in §.factæ.ff. de capti. ideò grauamen illud irreparabile censetur.ita tenet Doct.in l.quod iussit.ff.de re iud.

Secundò fallit in sententia excommunicationis: quia etiam dicitur continere irreparabile grauamẽ, cùm habeat exequutionem,vt in cap.pastoralis.de appel. Bernar.de Luco in reg.xxxix.

Tertiò fallit, quando sententia interlocutoria tangit factum principale,vel substantiam negotij:vt in l.intra vtile. ff. de minori. vtpote si pronuntietur quis minor,vel maior,prodigus,vel aliàs inhabilis: quia ex hoc totus annullatur actus, vt tradunt Doct.in l. is,qui.ff.de verb.obligat.

Quartò fallit quando iudex per sententiã denegat copiam actorum.l.ij.C.vt lite pendente.& dixi in regula v.

Quintò fallit quando iudex iustam excusationem tutoris repellit,vt in l.prima,in §.si quis tutor.ff.quando appel.sit.

Sextò fallit quãdo sententia lata est super legitimatione personæ.ita Bal.in sua Margarita,quæst.viij.

Septimò fallit, quando iudex pronuntiat fideiussorem esse idoneum: quia tunc poterit à tali sententia appellari,vt in l.si arbitrio. ff.qui satisdare cog.

Octauò fallit, quando iudex mandat solui pecuniam minori sine curatoribus.l.ait prætor.in §.permittitur.ff.de minori.

Nonò fallit,quando iudex pronuntiat testes admittendos esse,vel non: vel probationes admittendas, vel non,vt notab. concludit Cornæ.in cons.xxxv.numero 1.vol.j.

Decimò fallit, quando interloquutoria meretur exequutionem: vt si partes per eã cogantur facere compromissum.ita consuluit Barba.in cons.cccv.incipiẽte,Illud in medio.vol.iij.vel quando generatur præiudicium circa executionem: vt in d.l. si ab arbitro. & ita tenet Sali.in d.l.sententiam.C.quorum appel. non recip.

Vndecimò fallit, quando alia non expectatur sentẽtia: vtpote,si quis pronuntiet se iudicem competentem vel incompetentem, vt in c.significantibus. de offi. deleg.& in l.ait prætor.in §.permittitur.ff.de mino. glossa in Authen.habita.in fine. C.ne filius pro pa-

tre.tenet Abb.in c.super eo.el ij.notab. j. de appel. Sali.in l.penulti. C.quorum appel. non recip. circa quam limita.vide Berna.de Luco.in regu.cccliiij.

Duodecimò fallit,quando perfectè grauamen reparari non possit in definitiua quin aliquod faciat præiudicium:tunc enim bene poterit appellari,vt in l.j.in §.quæsitum.ff.de appel. vbi permittitur appellare à mendacis relatione,notat Bar.in d.l.ante sententiã. ff.de appel.recip.

Decimotertiò fallit, quandocunque grauamen possit reparari, sed cum maxima difficultate: tunc enim poterit appellari, & iudex non poterit posteà procedere.ita Bar. in d.l.j.in §.quæsitum. ff.de appel. & in l.ij.C.de appel.recip.quem sequitur Felin.in c.ac cepimus.num.5.de fide instr.

Decimoquartò fallit in sententia lata in causa momẽtaneæ possessionis:quando per istam sententiam pateretur præiudicium, cui non sit alio modo consultum quàm per appellationem.ita Bartol. in d. l.ante sententiam.nu. 3.ff.de appell.recip. P.Duen.reg.52.

¶ Appellans ab interlocutoria, causam in specie exprimere debet:glos.& Doct.in c.j. de appellat.in vj.& l.iiij.§.j.ff.eod.tit.

Primò fallit,quando appellatur in causis maioribus,& Papæ reseruatis:vt in c.vt debitus.extrà,de appel. secundum Hostien.in c.quamuis.de elect.in vj.

* Secundò fallit*, quando appellatur à tali interlocutoria,quę habet vim definitiuę:vt tenuit Ioan.And. in c.peruenit.el ij.extrà,appel.& Abb.in cle.appellanti. de appel. & tenent domini de Rota in decis. xij.quæ incipit,item si iudex. B.Soc.reg.30.

Additio.

* Secundò fallit.Pro qua fallen.vide Felin.in c. quod ad consultationem.de re iud.

Tertiò fallit,quando appellatur in causa notoria, secũdum Lapum in d.c.j .de appel.in vj. quod tamen nõ est verum,vt ibi per Doct.

Quartò fallit,quando appellatur ab interlocutoria, de cuius grauamine satis constat ex inspectione: quia ibi inserta est causa à iure reprobata,vt vult Petr.de Anch.in d.c.j.de app.in vj.

* Quintò fallit*,quando in ipsa appellatione nõ exprimitur causa specialis, sed per relationẽ ad illud, vt si diceret,appello ab iniqua interlocutoria prout patet ex actis: cùm tunc valeat appellatio etiam hodie, si iniquitas colligeretur ex actis & allegationibus iuris absque aliqua probatione facti. & ita saluari poterit dictum Innoc.in c.penul.de no.ope. nũt. secundum Lap.in d.clem. appellanti. & refert Domin.de sancto Ge. in d.cap.j. de appe.in vj. hoc idẽ tenens. B.Soc.re.30.

Additio.

* Quintò fallit.Vide Bal.in cons.xliiij.in iij.parte.

¶ Appellans à sententia definitiua, causam * appellationis allegare non tenetur.l.ij.§.j.de appellatio.& not.in l.ante sententiam. C.quor.appella.nõ recip.

Additio.

* Causam.Adde Bar.in l.à sententia.ff.de appel.quòd quotiescunque prohibita est appellatio,vt per legẽ, vel per statutum, sed permittitur appellatio in aliquo causa speciali, ille qui appellat in illo casu speciali,causam appellationis exprimere debet:aliàs appellaiio non tenet:& ita tenet Lap.& Abb.in c.Romana.in §.sinautem. de appel.libr. vj. & vide Fel. in c.quod ad consultationem.de re iud.in versi. nihilo minus.Bene.Vad.

Primò fallit, vbi quis appellat à sententia definitiuá contra se lata per confessionem suam: quia tunc tenetur reddere causam quare appellat: quia confessus est per errorem: vt not.Ioan. Andr. in c.Rom.§. cùm autem,de appel.lib.vj.& ibi glos.sing.

Secundò fallit, in appellatione reductionis ad arbitriũ boni viri, in qua debet exprimi qualitas, & quantitas læsionis,aliàs simplex appellatio non tenet: vt not. Bald.in l. vnic.C.de his,quæ pœn.nomine. Bened.Vad.

Tertiò fallit, vbi latæ sint tres sententiæ conformes, & non obstante hoc, si victus appellat, & iudex pronuntiat appellationi non esse deferendum, appellãs à tali sententia debet exprimere causam, secundum Io.And.& Imol.in c.cupientes.de elect.lib.vj.& idẽ tenet Bal.in l.vnic.C.ne lice.in vna, eadémque causa tertiò prouoc. Bene.Vad.

Quartò fallit,quando commissa est causa alicui delegato,cum clausula,appellatione remota:nam debet talis appellans exprimere causam,ita tenet sing. Inn. in c.vt debitus.de appel. Bened.Vad.

¶ Apppellans ad vnum vel alium iudicem, quem * ex his eligat,intra decem dies declarare debet*:no. Io.And.in c.is,qui de offic.deleg. lib.vj.

Additio.

* Debet.Vide Alex.in consil. ccciiij. incip. viso processu,& in consil.ccvij.incip.viso toto processu.& in consil.cxxiij.incip. viso processu causæ vertentis inter And. Et amplia & limita dictam regul. vt ex dictis consiliis colligitur.Felin.in c. inter cætera, de appellatio.versicu.insuper.& dic vt ibi per eum.Bened.Vad.

Primò fallit,vbi ambo sint competentes,quia quemlibet potest eligere:secùs, si vnus tantùm erat compe tens,alius non.dicit not.Ang.in l.cùm proponas.C. de bon.auctor.iud.poss. B.Soc.re.29.

¶ Appellans licet possit, & debeat terminum iuris præuenire,secus autem est in appellato, qui solum auditur circa finem termini iuris. c. præsens. c. sæpe.c.oblatæ.de app.c.appellatore. 2.q.6. l.eos. §. ne temerè. C. de appellat. Med.reg.9.

¶ Appellans potest renuntiare appellationi,& reuerti ad iudicem à quo, vt in c.interposita. in §.ille denique & ibi glos.in verbo, contradictione partis. de appel.

Hanc regulam limita decem modis, vt per Præpositũ in d.§.ille denique.n.7.vsque ad finẽ. P.Due.re. 49.

¶ Appellanti propter exceptionem non admissam,cuius probationẽ incontinenti obtulerat, non esse necesse ad iustificandum appellationem probare veritatem exceptionis: sed sufficit quòd probet se opposuisse exceptionẽ,& obtulisse probationem in continenti. ita probatur in c.interposita. ibi, nisi exceptionẽ. de appel.Hanc regulam,vbi ponit rationem eius,ponit Præpositus cum xvj. limitationibus in d.c.interposita.nu. 4.de appel. P.Duen.reg.43.

¶ Appellantes plures ab eadem sentẽtia, si vnus obtinuerit,quia de iure suo docuerit, & alij non:victoria eius aliis non prodest. Abb.c. cùm super. nu. 4.de sent.& re iud.Are.consil.78.& Ale.cons.134.cõs. 205.vol.2.Seba.in add.ad Abb.d.c.cùm super.nu.8. Imol.l.non tantum.ff.de appe.c.vna.vb i Doc.cõ.de appel.l. si qui separatim. ff. eod. Fel.d. c. cum super nu.2.& seq. Med.reg.8.

¶ Appellatum bene sufficit pronuntiare, si præcessit absolutoria, vt intelligatur reus condemnatus.glo.in l.præses.C.de sent.& interlo. Bartol. in l.

eos.

eos. C.de appellat. vbi dicit communiter teneri per doct. refert, & sequitur Abb. contra Ant. & melius hoc disserit alibi secundum Felin. ibi. in c. cùm causam. de re iud.

Limita hanc regulam duobus modis, vt per Abb. vbi suprà: quas limitationes ornat Fel. ibi. Dias reg. 45.

¶ APPELLATIO alternatiua & incerta nõ valet. Bal. in l. appellatione. C. de appel.

Primò fallit, quando omni casu appellatio incerta valeret, dummodo intra decem dies declaretur & suppleatur. glo. in c. si is cui. de offic. deleg. lib. vj. Imol. in c. sua nobis. de appel.

Secundò fallit, quia valeret appellatio generalis, si esset facta ad competentem iudicem, vel simpliciter dicendo, Appello, non exprimendo ad quem iudicẽ, aut si appellatur alternatiuè, quando concurrit aliqua probabilis dubitatio iuris vel facti, ad quem sit appellandũ: tũc enim de iure Cano. propter probabile dubium iuris, vel facti, valeret talis appellatio. arg. c. j. de postul. præla. lib. vj. & in l. j. §. quod autem. ff. quo leg. secundum Io. And. in reg. in alternatiuis. lib. vj. & gl. in d. c. si is, cui. Soc. reg. 36.

¶ APPELLATIO ad hoc vt valeat, in scriptis fieri debet*, not. in l. j. §. libellus. ff. de appel.

ADDITIO.

* Debet, vide Corn. in cons. cxv. incip. viso. per totũ, in quarta parte.

Primò fallit, quando iudex pronuntiat, & inde recessit à bancho: quia potest appellari sine scriptis, vt in d. l. j. §. libellos. & ibi per Bar.

Secundò fallit in sententia interlocutoria, vt not. Bal. in l. si eo. §. sin autem. C. de appel. dic tamen vt ibi per Angelum.

Tertiò fallit, quando causæ sunt breues, vt not. Bald. in l. & in minoribus. C. de appel. Soc. re. 36.

¶ APPELLATIO ad hoc vt valeat, in scriptis fieri debet. no. in l. 1. §. libellis, ff. de appel.

Fallit in 3. casib. quos not. Socin. regul. 19. & non dicitur appellare in scriptis, quia appellat viua voce, deinde per notarium facit redigi in scriptis, hoc dicit Ias. in l. 1. ff. de edendo. vbi limitat in 2. casibus numero 10.

Appellatus si ita interrogatus dicat sententiam pro se latam fuisse, sed se illam non habere, poterit iudex pronunciare, quòd si aliquo tempore apparuerit, illa sit cassa, & vana: hinc dicit esse communem opinionem Purpurat. in l. is apud quem, C. de edendo.

Fallit in 8. casib. vt per eundem in d. l. nu. 45. Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 3. per Felin. in c. perpetuus, de fide inst. nu. 6.

Ab interlocutoria non licet appellare, l. ante sententiam, ff. de appellat. recip. l. ante sententiam, C. quo. appella.

Fallit in 14. casib. quos no. P. Duen. reg. 52.

Appellans ab interlocutoria, causam in specie exprimere debet, gloss. & Doct. in cap. 1. de appel. in 6. l. 4. §. 1. ff. eo.

Fallit in 5. casib. vt per Soc. reg. 16.

Appellatio ab interlocutoria non potest iustificari ex nouis dictis, nisi ex primis. Clem. appellan. de appel. Bar. in l. eius. qui. nu. 8. de appel.

Fallit in septem casibus, quos not. Petrus Duen. regula quadragesimaseptima. Fallit in 4. casib. vt per Soc. reg. 12.

Appellans ab interlocutoria non est amplius citandus, hanc opinionem cum vnica limitatione ponit Iaso. in l. qui Romæ, §. Seiæ, ff. de verb. oblig. numero 22.

Appellare ad Papam à subdelegato non in totum minimè licet, sed ad delegantem, not. in c. super quæstionum, §. porro, de off. deleg.

Fallit in 8. casib. quos not. Fel. in d. c. col. 5. num. 2.

Appellatio ad principem omisso medio, regulariter non admittitur, l. Imperatores, ff. de appel. c. dilecti, el 2. de appel.

Fallit in 14. casibus quos not. Socin. regul. 23. appellandum enim est gradatim. Fallit vt per Damas. regul. 74.

Appellare licet quis non possit ab excommunicatione, potest tamen à pronunciatione, glos. in c. cupientes, §. quod. si per viginti, de elect. lib. 6.

Fallit in 4. casib. vt per Felin. in c. parrochiani, de sent. excom.

Appellare licet regulariter in maioribus, & minoribus, in ciuilibus, & criminalibus, l. & in maioribus, C. de appellat. l. non tantum, & l. fin. §. iussus, ff. eod.

Fallit in vno & centum casibus, quos refert Antonius Nicel. in concor. gloss. in concor. 6. Fallit in 23. quos refert Socin. reg. 24. Fallit in 23. casibus secundum Marsil. in l. prima. C. de rap. virg. numero 138. Fallit in 80. casibus quos refert Lancillotus in tractat. de off. prætor. in causis ciuilib. §. 2. de appellat. numero 7. & seq. in causa criminali. Fallit in 22. casib. secundum Carerium in praxi crim. l. obseruare, nu. 43. vsque ad nu. 101.

Appellare à sententia lata super possessorio, de iure ciuili non permittitur, l. 1. C. si de momentanea pos. fuerit ap.

Fallit in 3. casib. quos not. Soc. reg. 18. & vltra eum limitat tripliciter Diaz. regul. 30. Fallit in 21. casib. quos no. Anton. Nicel. in tract. de concor. glo. & vltra suprà dictas limitationes videas quinque per Pet. Duen. regu. 44. Fallit vt per Bapti. à Villa. concl. 13. in litera A.

Appellatio suspendit sententiam, c. venientes, de iure iurando, l. fi. C. qui sentent. res. non pos. l. si quis iusiurandum, de reb. cred.

Ampliatur & limitatur in 5. casib. per Ripam in l. 1. ff. de re iudic. col. 2. & 3.

Appellationi interpositæ licet videatur renunciare, recipiens terminum, non tamen interponendæ, Inno. in c. quoad consultationem, de re iud. Imol. in l. 3. §. si quis condemnatus. ff. de re iud. hanc dicit esse communem opinionem Felin. in d. c. quoad consultationem. licet Ang. in l. cùm ex causa, de appel. reprobet.

Fallit in 2. casib. vt per Fel. vbi suprà, & appellationi renunciare videtur, qui coràm iudice à quo, aliquid agitauerit, l. sed etsi. de iud. l. 3. §. falsus, rem ratam haberi.

Fallit in 5. casib. quos not. Socin. regul. 25. Fallit in 15 casibus. vt per Purpur. in c. solicitudinem, numero 18. de appel.

Appellari potest à iudice, si in commissis arbitrio suo partem lædit aut grauat, gl. in c. 1. super his, de accu. Bar. in l. si qua pœna, ff. de ver. sig.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 6. Fel. in d. c. super his.

Appellare à pœna legis, vel statuti, non licet, gloss. communiter approbata in c. cupientes, §. quòd si super viginti, de elect. l. prima. nec ex delicto defuncto.

Fallit

Fallit vt no. Feli. in c. cùm omnes, de const. numero 5. Fallit vt per Carerium in praxi crimi. l. obserua. numero 58.

Appellari non potest à iudice, vel à futuro grauamine antequàm sit illatum. Inno. in c. significauerunt, de testib. & in c. dilecto, de appellat.

Fallit in 4. casib. quos not. Feli. in c. vt debitum, de appellat. columna 6. aliam falentiam ponit Diaz. regu. 42.

Appellari non potest à pronunciatione iudicis, de exequendo, sicut nec ab ipsa executione, gloss. in l. si cũ exceptione. §. hæc autem. ff. quod metus causa: hanc esse communem opinionem attestatur Alexan. consil. 236.

Fallit in 3. casib. secundum Fel. in c. quoad consultationem, de re iud. colum. 8.

Appellatum bene sufficit pronuntiare, si præcessit absolutoria. vt intelligatur reus condemnatus, glos. in l. præses, C. de sent. Bartol. in l. eos, C. de appellat. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

Fallit in 2. casib. vt per Fel. & Abb. in c. cum causam, de re iud.

Supplicare licitum est à sententia in casib. in quibus non est licitum appellare ab ea. gloss. in c. ex literis. de rest. in integ.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in Authen. quæ supplicatio, in Auth. de precib. imperato. offe.

Appellare ab executore permissum non est, l. ab executione, C. quorum appel. non recip. l. ab executore, ff. de appellat.

Fallit in 5. casib. quos not. Soc. reg. 26. & vltra cum limitat in 38. casib. Pet. Duen. reg. 41.

Appellatione pendente nihil est innouandum, l. appellatione. C. de appel. l. 1. C. nihil innouari appella. pendente.

Fallit in 5. casib. vt per Socin. regu. 21. Fallit in 7. casib. vt per Anton. Cors. in sing. incip. appellatio. Roma. sing. 163. Fallit in 23. casibus quos no. Pet. Due. regu. 42. Fallit in 23. casibus quos not. Lanci. in tract. de offic. præto. in causis ciuilibus. scilicet 2. in tit. de appellat.

Fallit in multis casibus, vt per Ripam in l. 1. ff. de re iudic. numero 10. Fallit in 22. casibus in 2. act. princ. in vlt. par. prin. numero 163. Fallit in 2. casibus. vt per Deci. in l. pendente, C. de bono. possess. contra tab. in princip. Fallit in 3. casibus, vt per Socin. regul. 17. in addit.

Pendente appellatione ab interlocutoria potest iudex procedere. Fallit in 3. casib. vt per Lancillot. vbi suprà nu. 23.

Appellatio iusta non tollitur à principe, cap. qui scit, 1. quæstio. 6.

Fallit in 5. casib. quos no. Pet. Duen. reg. 43.

Appellare à statuto iniquo non permittitur. Bar. in l. fin. ff. de appel. recip. Fallit, vt per Soc. reg. 20. Fallit etiam, si statutum factum est in odium particularis personæ, quoniam tunc licet appellare, hoc ampliatur in 6. casibus, & limitatur in sex à Petro Duen. reg. 46.

Appellatio à diffinitiua potest iustificari ex nouis causis, & ex nouis probationibus, l. per hanc, C. de temporib. appellation. l. eos, §. si quid autem, C. de appellat.

Fallit in 4. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 48.

Appellans potest renuntiare, & reuerti ad iudicem à quo, c. interposita, §. ille denique, de appellat.

Fallit in 10. casib. quos not. ibi Præpos. nu. 7.

Appellare tertiò non licet, l. vnica. C. ne liceat in vna & eadem causa, vide Marsil. in l. extra territorium, numero 49. de iurisd. & in l. vnica, C. de rap. virg. numero 160.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 5. à Dec. in c. tua nobis, nu. 13. de appella. Fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 328.

Fallit si tertius vult appellare pro reo condemnato in criminalibus, quia tunc potest. Ampliatur ista limitatio in 6. casib. & limitatur in 2. per Fel. in c. cùm super, de re iud. nu. 2.

Tertij appellantis pro suo interesse victoria prodest etiam victo. l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus, C. vna senten. de appellat.

Fallit in 8 casib. vt per Fel. in d. c. cùm super, de re iud. col. 1. & 2.

Conuictus legitimis probationibus, ac sponte, proprio ore confessus, condemnatus, non auditur appellans, l. obseruare, C. quorum appellat. l. abstinendũ, C. eod.

Fallit in 8. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 156. Fallit in 7. casib. vt per Carerium in rep. l. obseruare, C. quando appellandum sit, in praxi crimi. numero primo, & seq.

Appellatio incerta non valet, Bal. in l. appellatione, C. de appella.

Fallit in 2. casibus, quos not. Soc. reg. 15. in addit. Fallit in 3. casib. quos not. Lancil. in tract. de off. prætoris in causis ciuilibus, §. 2. de appel. num. 38. Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 3. per Fel. in c. inter cætera, de appellatio. nu. 6.

A sententia principis non appellatur, nisi ad alterius relationem pronuntiatio facta fuisset, l. 1. ff. à quibus appella. non licet.

Fallit in 3. casib. secundum Port. in libr. 4. suarum conclu. reg. 15.

Appellans à sententia diffinitiua, causam appellationis allegare non tenetur, l. 1. ff. de appellat. no. in l. ante sententiam. C. quando appel. non recip.

Fallit in 4. casib. quos not. Soc. reg. 14.

Appellans vnum, vel alium iudicem, quem ex his eligat, infra decem dies declarare debet. Inno. in c. his qui, de off. deleg. lib. 6.

Appellare à sententia arbitri non licet, l. 1. C. de arb. l. diem proferre, §. stari, ff. eo.

Fallit in 13. casib. secundum Socin. reg. 17. Fallit in 3. casibus secundum Pet. Duen. reg. 57. Fallit in 4. casib. secundum Soc. in l. arbitro. ff. qui satisd. cogant. nu. 15. Fallit in 6. casib. vt per Ripam. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. nu. 90.

Appellare non potest contumax verus, l. ex consensu, §. eum, qui de appel.

Fallit in 4. casib. vt per Soc. 73. Fallit vt no. Carerius in praxi crim. legis obseruare, nu. 59.

Contumax fictus auditur appellans, l. & peremptorium. §. fin. ff. de iud. l. Labeo, C. quomo. & quando iudex.

Fallit vt not. Soc. re. 75.

Appellatio in notoriis non admittitur, c. cùm sit Romana, & c. peruenit, & c. consuluit, de appel.

Fallit in multis casib. quos not. Carer. in praxi crim. l. obseruare, in prin. nu. 44.

Foriudicatus non potest appellare, & ei denegatur defensio.

Fallit vt no. Careri. in praxi crim. in prin. nu. 73.

Condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure non appellat. Bal. in l. si qui adulterij, C. de adult.

Fallit

Fallit in multis casib. quos not. Carer. in d. praxi crim. nu.54.

Appellari non potest à declaratoria sententia torturæ. Fallit vt no. Carer. in praxi crim. l. obseruare, num.188. ver. item antea non debet torqueri.

Appellatio non potest tolli per statutum. hanc esse cõmunem opinionem attestatur Anton. Nicel. in concord. gloss.6 in fin.

Intellige in statuto inferiorum. hanc esse communem opinionem attestatur Ripa. in cap.1. de rescr. numero 45.

Appellatio inspecto præsenti statu extinguit sententiam, sed futuro considerato solùm suspendit. hanc esse communem opinionem attestatur Baptist. à Villalo. in conclus.112. in litera A. vbi limitat in duobus casibus.

Appellatio sub his verbis, appello ad competētem iudicem valet. Ampliatur, & limitatur vt per Baptist. à Villa concl.115.

Appellatio prima est prosequenda. Ampliatur & limitatur per Baptist. à Villa. concl.118. in litera A.

Appellatio iustè fit, si iudex reiicit legitimam exceptionem, dummodò probetur veritas causæ appellationis, c. ex parte R. de appella.

Fallit in 8. casib. quos not. Soc. reg. 1.6. in addit.

Appellationis instantia non currit impedito ipso iure, §. hoc quoque, in Auth. vt sponsa. larg.

Fallit in 7. casib. quos not. Soc. reg.18. in addit.

Probationem afferens in peremptoriis exceptionibus, ex quibus appellauit, per hoc non iustificatur appellatio, nisi causa appellationis probetur, d.c. ex parte R. de appellat.

Fallit in 9. casib. quos not. Socin. reg. 73. in additio.

Appellationi renuntiare videtur continuans iudicium coram iudice à quo, not. in c. gratum, de offic. delegat.

Fallit in 20. casib. quos not. Fel. in d.c. nu.9.

Pactum quòd à sententia iudicis liceat appellare valet, l. fi. §. fi. C. de temp. appel.

Fallit in 4. casib. quos not. Rip. in l. nemo potest, ff. de leg.1. nu.87.

Coram iudice appellationis potest deduci, & probari, quod non fuit deductum, neque probatum in causa princ. no. in c. cùm Ioannes, de fid. instr.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 3. à Fel. in d.c. n.17.

Victor non appellat ab expensis, sed obtinet de ipsis coràm eo, ad quem victus appellauit, l. fi. C. quando prouoca. non est necess.

Fallit in 4. casi. quos no. Fel. in c. significauerunt. de exceptio. Fallit in 3. casib. vt per Socin. regula 97. in addit.

In commissis facultati iudicis non appellatur. Fallit vt per Fel. in c. exceptionem, de except. numero 3. 5. & 6.

In commissis arbitrio iudicis si partem lædit, vel grauat, potest appellari. not. in cap. super his, de accu.

Fallit in 4 casib. quos not. Fel. in d. c. nu.15.

Qui appellat prior agit. l. qui appellat. de iudic.

Fallit vt colligitur ex distinctione, quam facit Bartol. in d. l.

Appellatio non valet in his, quæ dilationem non capiunt.

Fallit vt per Damas. reg. 73. Donat. Fina, lib.3.

¶ Appellatio à definitiua potest iustificari ex nouis causis & ex nouis probationibus. Hanc regulam probat tex. in l. per hanc. & ibi docto. C. de tempor. appel. & in l. eos. in §. si quid autem. C. de appel. Bart. in l. eum qui. ff. de appel. num.7. habetur in cap. fraternitatis. de testibus.

Primò fallit, dummodo nouæ probationes quæ producuntur per testes non sint super eisdem articulis vel directò contrariis propter timorem subornationis, sed super nouis articulis dependentibus à veteribus facientibus ad causam, vt est text. in Cle. ij. de testibus. ita Bartol. in d. l. per hanc. C. de temporib. appellat. numero quarto. idem Bartol. & docto. in Auth. qui semel. C. de proba. Abb. & Fel. in d. c. fraternitatis.

Secundò limita, dummodò nouæ probationes recipiantur, & producantur super re petita, & deducta in causa principali, & non super noua re & nouo libello: nam si in causa principali petij bouem, non possum in causa appellationis petere equum, & producere probationes super equo. Philip. Franc. in c. cùm ecclesia. num.13. de appel. Nam iudex causæ appellationis non cognoscit nisi de eo, de quo cognouit iudex causæ principalis: vt tenet Bart. in l. j. C. si aduers. lib. Quod tamen intellige, nisi aliquis egisset ex testamento, vt hæres: Quod testamentum fuit pronuntiatum inualidum, quia potest in causa appellationis agere, & idem ab intestato: quia iuri, quod ignorat sibi competere, non videtur renuntiasse, vt in l. mater. ff. de inoffi. test. ita. Matth. de Afflict. in decis. Neapo. decis. liij.

Tertiò fallit in exceptione dilatoria, quæ si non fuit opposita in tempore in causa principali, non potest postea opponi in causa appellationis, vt in l. ita demum. & ibi Bald. & Alex. C. de procur. vbi dicunt, quòd illa lex non est alibi in iure ad limitationē huius regulæ, & sic per illum tex. tenet Iaso. in l. si arrogator. nu.59. ff. de adopt. Fel. in cap. ad audientiã. el ij. nu.13. de rescript.

Quartò limita quando scienter, & per negligentiam fuit aliquid omissum in prima instantia, vt tenet Anto. de But. in c. ad audientiam. el ij. nu.12. de rescrip. & ibi Fel. nu.14. & idem in simili dixit Bart. in Auth. at qui semel. numero 12. C. de prob. Hippol. in sing. ccclx. P. Duen. reg.48.

¶ Appellatio ab interlocutoria ex eisdem actis verificari debet; clem. appellanti. de appel.

Primò fallit, vbi est lata contra absentem, vt not. Bart. in l. cùm prætor. §. qui tamen. ff. de minor.

Secundò fallit, vbi iudex noluit admittere probationes in causa principali, vt dicit Bal. in d. l. per hanc. C. de temp. appel. per ea, quæ notantur in c. interposita. de appel.

Tertiò fallit, quando interlocutoria continet grauamen irreparabile ad definitiuam, vt not. Bald. in d. l. per hanc. per notata in l. ait Prætor. §. qui tamen. ff. de minor.

Quartò fallit, quando appellatio surgit ex facto aduersarij, vt dicit Baldus in l. per hanc. C. de temp. appel. B. Socin. reg.38.

¶ Apppellatio ab interlocutoria non potest iustificari ex nouis actis, nisi ex primis. Hanc regulam probat in tex. Cle. appellanti. de appel. Bar. in l. eius, qui. nume.8. ff. de appel. recip. idem tenet Bart. in l. ait Prætor. nu.4. vbi assignat rationem huius regulæ ff. de minoribus idem Bar. in l. eos. §. si quid autem. C. de appel. & in l. per hanc. nume.2. C. de temp. appel. Afflic. dec. lxxix. Roma. in sing. cccxcix. & cclxxviij. Hanc regulam ponit Socin. in regu. xxij. vbi etiam quatuor modis limitat.

Limitat primò vltra eũ, vt non procedat, quando quis vellet

vellet producere nouas probationes super causa antiqua expressa in appellatione, quando illa causa requirit probationes in facto. vnde dispositio l. per hanc. C. de temp. appel. habet locum etiam in appellatione ab interlocutoria quo ad probandum causas deductas. ita tenet Cynus in d. l. per hanc. in j. & ij. q. Deci. in capi. cùm ecclesia. de appel. gloss. in d. Clem. appelanti. de appel. in verbo, probandis.

Fallit secundò nisi causa noua superueniat de nouo, in qua nulla potest imputari culpa appellanti quare ipsam non deduxit in appellatione: nam potest tūc interlocutoria iustificari ex ista noua causa secundum Oldra. in consil. cxxx. num. 13. Bal. in l. inuitus. C. de procura. num. 6. & in l. per hanc. C. de tempo. appel. num. 29. Rom. in sing. cclxxviij.

Tertiò fallit si esset interlocutoria quæ haberet vim definitiuę: quia potest iustificari ex nouis actis: ita Car. in dicta Clem. appellanti. num. 9. in 9. quæst. vbi ponit exemplum in interloquutoria lata super attentatis: idem tenet Bald. in l. minoribus. nu. 8. C. de his quib. vt indig. facit quod notat idem Bald. in l. j. nu. 25. C. quando prouoc. non est necess.

Quartò fallit, quando appellatur à definitiua: nam in ea potest reparari grauamen, etiam illatum per interloquutoriam ex nouis causis & probationibus, ex quo non directò appellatur ab interloquutoria. ita Bal. in l. generaliter. in §. sed iuramento. num. 5. C. de reb. cred. & iureiur. Innoc. in c. quod ad consultationem. nume. 4. de re iudic. facit text. in c. fin. de appel. lib. vj.

Fallit quintò quando iniquitas interloquutoriæ sententiæ detegatur per allegationem iuris, & non facti: tunc enim non est necesse declarare causas in appellatione. ita Bald. in l. minoris. num. 7. C. de his quibus vt indig.

Fallit sextò secundum Bal. in l. hi qui ad ciuilia. nu. 2. C. de appe. scilicet quando præcedit causæ cognitio, & tunc habet locum: secùs vbi non præcedit, sed sequitur. Exemplum: si aliquis esset nominatus ad officia publica & appellasset, vel nunciatione noui operis quæ fit per prætorē, quæ venit iustificanda ex nouis actis posteà probādis: vt in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de no. oper. nūt. idē dicit in præcepto facto à iudice cū causæ cognitione: quia potest iustificari ex iā dictis posteà probandis, secundum eum: quia magis accidit definitiuè, quàm interlocutoriè.

Fallit septimò, quando iudex à quo appellatur nō fuisset passus acta facta corā se scribi, vel appellanti copiam dari, poterit pars appellans per testes coram iudice appellationis hoc probare: argu. l. ij. C. vt lite penden. & ita expressè tenet Bar. in l. eius, qui. nu. 8. in fi. ff. de appel. recip. P. Duen. re. 47.

¶ Appellatio ad principem omisso medio * regulariter non admittitur. l. Imperatores. ff. de appel. & c. dilecti. el. ij. de appe. & c. Romana. de appel. in vj. & ij. q. vj. anteriorum.

Additio.

* Medio. Pro infrà scriptis fallentiis vide Fely. in c. super quæstionum. §. porrò. vers. appellari. de offic. deleg. Bened. Vad.

Primò fallit, quando appellatur ab interlocutoria, eo casu, quo potest appellari ab interlocutoria. text. est in l. reo vniuersali. ff. de minor. & ibi per Doct. & in auth. de appel. & intra quæ tempora. §. j. & in l. maritus. ff. de quæst. in auth. de mand. princip. §. sit tibi. & ibi vide rationes per Doct.

Secundò fallit, quādo esset appellatum ad principem, & pars non opposuisset: per tex. in l. Imperatores. de appel. & debet fieri remissio.

Tertiò fallit, vt habetur in l. ad Imperatorem. ff. de appellatio.

Quartò fallit, quādo iudex inferior delegaret causam appellatione remota, vt in l. j. ff. quando appel. non licet. & in l. fi. C. de sen. & interloc. om. iud.

Quintò fallit in scholari, secundum Nicol. de Neap. in * auth. habita. * C. ne filius pro patre. B. Socin.

Additio.

* In auth. habita. Vide Bal. & Abb. in disput. sua, quæ incip. Sandulphus. Bene. Vad.

Sextò fallit, quādo consuetudo super hoc disponeret, vt patet per tex. & glo. in d. c. Romana.

Septimò fallit, quādo hoc competeret ex priuilegio, vt ibidem per glossam.

Octauò fallit, quando Archiepiscopus cōueniret subditum suum coram suo suffraganeo, vt extra, de for. comp. c. cùm sit generale. & hoc vt iudex non sit in causa sua: cùm nullus possit sibi authoritati, vt in cle. si vna de reb. eccles. alien.

Nonò fallit, quando Episcopus agit contra subditum suum, quo casu eligerentur arbitri, à quibus appellatur ad Papam, extrà, de offic. deleg. in vj. c. arbitris.

Decimò fallit, quando concurrit iurisdictio mediata, vel immediata, vt si appellatur à subdito Archidiaconi, qui esset subditus Episcopi: nam omisso Archidiacono appellari potest. Abb. in c. dilecti. el ij. de appellat. in fin. in glo. fin. in simili, in cap. cùm ab eccles. de offic. ordin.

Vndecimò fallit, quando medium sit inhabile, putà, hęreticus vel excommunicatus. gloss. est in c. is cui. de offic. deleg.

Duodecimò fallit, quando esset suspectus, vel recusatus, vt in c. is cui. secundum Io. Andr. in c. Romana. §. j. qui hos casus enumerat, de quibus per Archid. in dicto canon. anteriorum.

Tertiodecimò fallit, quando appellatur ad legatum Papæ. c. j. de offic. deleg.

Quartodecimò fallit, quando appellatur ad patriarchā. vt dicit Innocen. in cap. Archiepiscopus. de priuile. B. Socin. reg. 39.

¶ Appellatio iusta & licita non tollitur à Principe sine causa: ita probat text. in c. qui scit. ij. q. vj. vbi colligitur quòd appellatio est permissa de iure diuino: de cuius intellectu vide sanctum Tho. ij. q. lxix. artic. iij.

Secundò probatur hæc Regula: nam iusta appellatio est defensio innocentis, vt in c. cum speciali. de appellationibus. cùm sit de iure naturali, vt habetur in l. vt vim. cum similibus. ff. de iustitia & iur. & in Cle. pastoralis. de re iudicata. atqui Princeps sine causa non potest tollere decisionem, vt notatur in dicta Clementina: pastoralis. ita eodem modo non potest tollere appellationem.

Tertiò probatur hæc Regula: quia per appellationem reparatur ius illius, qui habet sententiam contra se: quia si apparebit iustè appellasse, extinguitur pronuntiatum: vt in l. j. in fin. ff. ad Turpil. sed Princeps sine causa non tollit ius alterius, l. quoties. C. de precibus Imperatori offerendis. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, & ideò dixi quòd sine causa non potest princeps iuri alterius præiudicare, cùm ipse fateatur se secundum leges viuere: l. digna vox. C. de legibus.

Fallit primò nisi iusta causa subsistente, scilicet, quādo aliàs tumultum sedare non posset: quia tunc princeps

ceps posset tollere appellationem: argumento tex. in l. qui cędem. ff. de sicariis. Pro quo facit, quia Princeps cum causa potest dominium rei alienæ tollere, & dispensare contra ius gentium, naturale, & diuinum: vt copiosè congerit Felin. in c. quæ in ecclesiarum. num. 2. cum aliis, de constitu. Ferdinandus Loazes in tract. de matrimonio Regis Angliæ, in ij. dubitatione, in solu. ad fundamentum ij. partis negatiuæ, num. 4. latissimè Nicolaus Belon. in consili. ij. per totum.

Secundò limita, quando sumus in casibus, in quibus non admittitur appellatio: de quibus per Azonem in Sum. tit. quorum appellat. non recipian. Est tamen notandum, quòd in casibus, in quibus non admittitur appellatio ab aliqua sententia, poterit pars querelari: vt est glo. in c. querela, in glos. j. de procu. quam vltra Doc. ibi sequitur Ioan. Constantinus in glo. ad constitutiones regias Galliæ: anni 1539. articu. cxxxv. tit. xvj. lib. iij. ordinamenti.

Tertiò limita quando appellatur à sententia Regis, vel eius magni consilij, tunc enim non admittitur appellatio. l. j. in prin. ff. à quibus appellare nō licet. & in l. vnica. ff. de senten. præfec. præto. in quo est notandum quòd solùm de gratia admittitur supplicatio, vt in Authen. quę supplicatio. C. de precibus Imperatori offerendis. & in authen. vt sponsalitia largitas. in §. ad hæc. & ita notabiliter tenet Hippolyt. in l. vni. nu. 16. C. de raptu virg. Parisius in j. volum. consiliorum, consi. cxviij. num. 4. & in iij. volumine. cōs. liiij. nu. 39. de iure Regi. est tex in l. xij. ti. xxiiij. par. iij. & in l. clxxiij. Styli. & in xxj. de Madrid.

Quartò limita, quando Princeps rescribit committendo causam, appellatione remota: quia tunc solùm videtur tollere friuolam appellationem, secundum Bartol. in l. j. in §. interdum. ff. à quibus appellare non licet. numero 3. habetur in c. pastoralis. & in c. vt debitus. de appella. & in c. licet in corrigendis. de officio ordinarij. per Ioan. Andræam in c. fin. de appellat. lib. vj.

Quintò fallit de plenitudine potestatis: ita tenet Bald. in procemio Gregorianarum. nu. 4. vbi dicit quòd in Principe est plenitudo potestatis, quòd quando aliquid vult ex certa scientia, non potest ei dici, cur ita facit? idem tenet idem Bald. in præludiis feudorum, nu. 34. & in l. fi. C. sententiam rescindi nō posse: sed ante Bald. istud fuit notabile verbum Speculi, in tit. de locato. in §. nunc ostendēdū. vers. lxxxix. pro qua opinione est text. in cano. in memotia. xx. dist. facit quod notat idem Bald. in c. cùm super. nu. 1. de causa possessionis, & proprietatis. quòd Princeps ex certa scientia super ius, & contra ius, & extra ius omnia potest: quem sequitur Ias. in l. j. num. 2. ff. de consti. principum. pro qua opinione est tex. in l. qui in prouincia. in §. diuus. ff. de ritu nuptiarū. Ex quo apparet verum esse dictū Ange. in l. item si verberatum in §. j. ff. de rei vēdicatione. vbi dicit quòd princeps potest mihi auferre dominiū rei meæ, etiā nulla causa subsistente: & qui contrariū dicunt, fallūtur. idem tenet idem Ange. in l. iij. In §. si is, pro quo ff. quod quisque iur. & in l. ij. C. de quadriēnij præscriptione. Bald. in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerendis. & l. ij. C. de seruitutibus & aqua. quam opinionem sequitur latiùs comprobando Decius in consili. cxcj. nume. 4. & in cōsilio cxcviij. num. 2. & in consili. cclxij. nu. 12. & in consil. cclxix. numer. 7. Barbat. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitut. & in iiij. volumine consiliorum, cōsilio lxiij. Curtius Iunior in consil. 1. nu. 19. Belonus in d. consi. ij. num. 7. & Iacobus de Leonardis in consilio cxiiij. nu. 43. inter consilia Alberti Bruni.

Et facit etiā in fauorem huius limitationis: nam Princeps (si vult) potest legitimare post mortem patris filium naturalem, nō requisitis his, de quorum præiudicio agitur: ita probat tex. in l. ij. in fi. ff. de natalibus resti. inquantum probat tex. ille, quod Imperatores nō facilè solent quenquā natalibus restituere, nisi cōsentientes patrono: innuit ergo tex. ille, quòd si Imperator vult, potest: licet cum difficultate hoc faciat: & ita per illum tex. notab. tenet Bar. in l. Gallus. in §. & qui si tantùm. ff. de libe. & posth. num. 14. quem sequuntur ibi doc. præcipuè Iason in j. lectura. nu. 140. eandem opinionem tenet Bal. in l. nā ita diuus. ff. de adoption. & in l. ij. nu. 39. C. de seruitu. & aqua. & in l. fin. C. quibus res iudic. non nocet. Abb. vbi refert se ita consuluisse in c. cùm olim. nu. 16. de re iud. & ita cōsuluit in j. vol. suorū consiliorū, cons. lxxxiiij. nu. 6. Ale. de Imol. in j. vol. consiliorū, cons. ij. nu. 14. Soc. cons. cxx. nu. 8. in iij. vol. & alij Doc. relati per Fel. in d. c. cùm olim. nu. 17. pro qua opinione est tex. in l. ij. in §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publi. vbi probatur, quod licet Princeps non possit aliquid concedere in præiudicium iuris alterius, tamen si concesserit, valet. Facit etiam tex. in c. quamuis. de rescrip. lib. vj. vbi probatur, quòd restitutio Principis, vbi aliud non exprimitur, intelligitur fieri sine præiudicio iuris alieni: ergo si aliud exprimitur potest fieri cū præiudicio iuris alieni. Pro qua opinione est gl. nota. in l. relegati. in glo. fi. ff. de pœnis. vbi probatur, quòd sola volūtas Principis dicitur iusta causa, quam gl. sequitur ibi Bar. Iason in l. testamentū. nu. 2. C. de test. & in l. quo minus. nu. 6. de flumin. Alex. de Imol. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. nu. 11. & simil. glo de iure Canonico in ca. si gratiosè. in verbo, à Romano Pontifice, de resc. lib. vj. & in c. si eo tempore. in verbo, & quamuis. de electio. eod. lib. Facit etiam vltra omnia supradicta text. expressus in dicta lege, quo minus. ff. de flumi. vbi cuilibet est licitum aquam ducere flumine publico.

Ratio est, quia licet hoc facere auctoritate iuris gentium, quo iure flumina & eorum vsus & iura sunt publica & vsui publico cuilibet: vt in §. flumina. & in §. riparum. Institut. de rerum diuisi. & in l. fluminū. in prin. ff. de dāno infecto. Sed tex. in d. l. quo minus. dicit hoc esse verum nisi Imperator vel Senatus vetet: & sic expressè ꝓbat hanc limitationem. Et idem ꝙ dictum est de appellatione, extendo eriam habere locum in citatione: nam licet citatio sit de iure diuino, vt patet in Gene. c. iij. & etiā de iure naturali, vt in Clem. pastorali. in §. ceterùm. de re iudic. tamen Princeps potest tollere citationem, & sic actus vel processus factus à Principe sine citatione valet. ita tenet Bal. in l. cessante. in prin. C. quomodo, & quando iudex. quem sequitur Alex. in cons. ij. nu. 9. vol. j. Petrus Belluga in suo Spec. Principum, in Rubr. xj. §. restat. nu. 4. facit glos. in c. apostolicæ. xxxj. q. ix. ex quo apparet malè dixisse Fel. in d. c. cùm olim. numero 13. de re iudic. vbi tenet quòd Princeps de plenitudine potestatis non potest procedere parte nō citata. Et ratio quare Princeps potest procedere sine citatione est, quia in Principe semper præsumitur causa: vt suprà dixi. & hoc etiam tenet Cinus & Bal. in l. rescripta. C. de precibus Impera. offerend. & in l. fina. C. si contra ius, vel vti. public. Anton. &

Imol.in cùm inter.de renuntiatio. Floria. in l.si irruptione.§.ad officium numer.6.ff.finium regūdo. & alij Doc.relati per Ias.in l.si testamētum.num.3. C.de testamēt.& per Hippol.in sing.vj.Ex quo Cinus in d.l.rescripta dicit,quòd si Princeps sine causę cognitione mandat alicui,vt aliquem suspendat,potest ille sine peccato exequi: quia presumitur pro principe quòd iustè procedat:facit tex.in l.si vindicari.C.de pœnis.& in c.cùm apud Thessalonicam. xj.quæst.iij.& illud dictum Cini.dicit esse notandū Abb.in cap.cùm olim.nume.23.de re iud.

Secunda ratio est, quia quando Princeps facit actum sine citatione partis simpliciter, debet valere,& tenere omnino.Ratio rationis est quia si Princeps facit actum qui non possit valere nisi fiat de plenitudine potestatis, semper intelligitur fieri plenitudine potestatis, vt actus magis valeat quàm pereat, ita Castr.in consil.cclxxiij.nume.2. volum.j.& in l. ex imperfecto.C.de testam.quem sequitur Alex.in l.quanquam.nume.1.C.de testam.militis.Feli.in c. j.num.27.de constit.& in ca.cùm inter. nu.7.de exceptio.& in c.in causis num.2. in fi.de re iud. Hippol.in l.de vnoquoque.num.20.ff.de re iudic.& in singul.lxxxiiij.Et hanc limitationem secundò extēdo,vt habeat locum etiam in recusatione; nam licet recusatio iudicis sit de iure naturali,vt in c.quia suspecti.iij.q.ix. Princeps tamen de plenitudine potestatis potest tollere recusationem.hoc fuit nota.verbum Inno.in c.ex transmissa,de for.comp.quem sequitur Specul.in titu.de recusatio.in §.j. Lapus in cap.iudex ab Apostolica.de offic.deleg.lib.vj.Bald. in l.fin.C.de sentētiis & interloquut.omn. Ange.& Imo in l.j.in §.interdum ff.à quibus appel.nō licet. Hippolytus in sing. ccxcij P.Duen.reg.43.

¶ Appellatio iustè fit,si iudex reiicit legitimam exceptionem dummodò probetur de veritate causæ ipsius appellationis,vt probatur in c.ex parte R. de appell.ex quo infertur, quòd iudex non dicitur grauare partem ex hoc solo, quòd eius exceptionem legitimam non admiserit:vt per Lapum in allegatione secunda.

Primò fallit in exceptione recusationis iudicis: quia si,ea non obstante,iudex procedat in causa principali,& ex hoc appelletur, censetur ipso facto iustificata appellatio, licet aliter posteà in causa appellationis non probetur causas recusationis fuisse veras:licet aliter non fuerit oblata probatio:quia non est necessarium offerre probationem coram iudice recusato, coram quo non tenetur facere probationes suas.c.cùm specialis.de appel.

Secundò fallit in casibus,in quibus grauamen illatum non subiacet probationi, vt si denegentur induciæ deliberatoriæ, vel si negetur copia sententiæ vel aliorum actorum, in quibus non potest offerri probatio, iustificatur appellatio:etiam si aliter non obtulit se probaturum grauamen,nisi quia nō fuit admissa petitio partis,quæ de iure erat admittenda: vt per Imo.in c.significāte.de appel.& per tex.in c.G. perpetuus.de fide instrum.

Tertiò fallit in omni casu,in quo causa grauaminis detegitur per solas allegationes iuris absque alia probatione facti,vel si causa grauaminis appareat ex iuris præsumptione: quia tunc videtur in continente iustificata appellatio, cùm constet de veritate causæ,per solas allegatione iuris: vt per Bald.in l.minoribus.C.de his,quibus vt indig.

Quartò fallit vbicunque appellatur ex causa notoria, vel tali,quę fundet intentionem appellantis de iure communi,per not.in c.bonæ.de appel.& in c.ad decimas.de restit.spol.in vj.

Quintò fallit,quando constat ex iuris dispositione appellationem fore legitimam: vt si est appellatum à definitiua,& illa non fuerit admissa, bene appellatur.cap.j.§.iis,quæ de appellat.& c.cùm appel.eod. tit.in vj.

Sextò fallit,nisi iudex,à quo appellatur, sit verisimiliter informatus de veritate exceptionis, seu causæ appellationis: quia tunc intellitur iustificata appellatio:vt,not.in c.cùm causā.de offic.de leg.& in c.si duobus.de appel.

Sextò fallit, nisi constaret de ipsa exceptione,& eius veritate per cōfessionem partis factam corā iudice à quo tunc statim intelligitur iustificata appellatio, vt in c.dilecto.de appel.

Septimò fallit in causis beneficialibus, in quibus quo ad deuolutionem negotij principalis,quādo est appelatum ad Papam,quia sufficit quòd appellatio interponatur ex causa probabili, licet aliter non probetur de veritate illius causę: vt in c. quamuis. & in c.postquàm.de elect.in vj.

Octauò fallit,quando iudex ex leui præsumptione repelleret exceptionem partis in his, quæ sunt grauis præiudicij:tunc enim dicitur grauare partem,etiā si non fuerit oblata probatio.c.licet causam.de probat.& per Inno.in cap. post electionem. de conces. præben. B.Socin.re.37.

¶ Appellatio in qualibet causa permissa est *.l.*& in maioribus.C.de appel.& per gl.& ibi Ang.in l. qui restituere.ff.de rei vend.

Additio.

* Est. Vide Lanfranc.in repet.c.quoniam contra.de probat.in vers.tractabimus.in vers.quęro in quibus. cum xx.seq.vbi latè.Et circa fallētias alias infrà positas vide gl.in l.j.& ij.C.quorum appel.nō recip.& gl.ij.quæst.vij.in summa.& in Specul.de appe.§.quibus.quæ iura allegant Canon.in c.Romana.§.fin.de appel.in vj.

Primò fallit in sententia interlocutoria, à qua de iure ciuili non appellatur.tex.est in l.ij.C.de epis.aud.& in l.antè.C.quor.appel.non reci. & istud procedit de iure Ciuili: de iure autē Canonico potest à quocunque grauamine appellari, siue sit illatum in iudicio,siue extra iudiciū:vt in c.super eo.de appel.dixit temē Gul.l.de.Cu.quē sequitur Bal.in l.post sententiam. C.de sent.& interloc.omn. iud.quòd licet de iure Ciuili non possit appellari ab interlocutoria:tamen possit appellari à grauamine illicito. Verbi gratia:iudex nō vult admittere alios testes ,quos actor produxit, rectè poterit appellari ab isto grauamine illicito:dato quòd ita nulla interueniat sententia definitiua vel interlocutoria:quod est singulare.

Secundò fallit in execusatione,à qua non potest appellari,l.ab executore.C. quorum appel.non reci.& in l.ab executione.ff.de appel.poterit tamen appellari à sententia lata de exequendo, vel non exequendo: vt est sing.gl.in d.l.ab executione.& hanc glo.sequitur Ang.in d.l.ab executione.qui dicit ita in practica seruari, subiiciens cautum debere esse aduocatum actoris petentis executionem,vt instet cum iudice,vt non pronuntiet aliquam sentētiam esse exequēdam, vel non:quia posset appellari à tali sentētia.Sed faciat quòd iudex suam sententiam exequatur mittēdo in possessionē,&c.& tunc ab ista executione

tione non poterit appellari. Sed Oldra.& Bal.in d. l.ab executione, tenet, quòd etiam à sententia de exequendo non possit appellari: quia nunquam secundum non esset finis: quia lata sententia incerta, quis instaret cum iudice ipsum debere pronuntiare esse exequendam sententiam, & sic à tali sententia dominus appellabit, & sic ad exitum nunquam perducetur. Sed tu teneas opinionem gl. quæ est Communis, & etiam seruatur: nec obstat ratio Oldra.& Bald. quia ad boni iudicis officium pertinet dirimere lites, vt in l.quidem existimauerunt.ff.si cert.petat. neque pronuntiabit sententiam esse exequendam: imò ipso facto exequetur sententiam, vt finis litibus imponatur.

Tertiò fallit in sententia lata super debito fiscali: quia à talis sententia super debito non potest appellari, vt in l.abstinendum.C.quorũ appel.nõ recip. Idem secundum Bal.in sententia lata super decimis: quia non poterit à tali sententia lata super decimis appellari: quia æquiparatur iuri fiscal.ij.q.v.c.si episcopi.

Quartò fallit, vbi sententia esset lata contra cõuictum testibus, & propria voce confessum: quia tunc non poterit talis aappellare, vt in l.ij.C.quo app.nõ rec.

Quintò fallit in sententia lata super apertura testamẽti, vel super missione hæredis in possessionem bonorum hæreditariorum: vt in l. quisquis.C.quorum appel.non recip.

Sextò fallit in sententia contra verum contumacem: quia non potest appellare, vt in l.ex consensu.C.de appel.& in l.post edictum.in §.fin.ff.de iudi.& in l. properandum in §.sin autem reus C.de iudic.

Septimò fallit in sententia lata per principem, vel lata per eum cui princeps contulit causam cognosci, appellatione remota: quia ab illa sententia non poterit appellari: vt in l.j.in ff.à quibus appel.non lic.

Octauo fallit, vbi interuenit pactum de non appellando à sententia iudicis: nam tunc non poterit appellari, etiam si sententia foret iniqua, vt in l.fin.§.fi.C. de temp.appel. Idem si litigantes promisissent stare sententiæ certi iudicis, quomodocunque foret lata talis sententia: nam per talia verba tolitur beneficiũ appellandi.glo.est singu.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.quam glo.sequũtur Bart.& An.

Nonò fallit in sententia à Præfecto prætorio lata: vt in l.à proconsulibus.C.de appel.& in l.vni.C.de sent. præfe.præto. & per consequens non poterit appellari à sententia Cardinalium: cum sint similes præfect.prætor.gl.est sing.in l.vnic.ff.de offi.pręfe.prę to. Idem dicas in sententiis eorum, qui non recognoscunt superiorem: ar.in c. quoniam.xj.distin.& Bald.in l.hostes.de capt.

Decimò fallit, in sententia lata per arbitrum, qui est arbitrarius de iure tantùm, & non de facto: quia ab eius sententia non potest appelari, nec etiam reduci ad arbitrium boni viri: imò ei est stãdum siue iniusta, vel iniqua sit: vt in l.dium proferre.in §.stari.ff. de arbitr.& in l.societatem.in §. arbitrorum.ff.pro soc. In arbitris autem, qui eliguntur ex necessitate, vt sunt arbitri, qui eliguntur ex forma statuti inter consanguineos, secus est, quia ab eorum sententia potest appellari, glo.est singularis in l.arbitro.ff.qui satisd.cogan.quam glo.ibi sequitur Bartol.

Vndecimò fallit in sententia arbitratoris, à qua nõ potest appellari. sed si interuenit deceptio vsque ad sextam partem, debet reduci ad arbitrium boni viri: vt in l.si neque pro socio, & ita tenet Barto.& est communis opi.in d.§.arbitrorum.

Duodecimò fallit in sentẽtia lata ab episcopo ex eius prorogata iurisdictione: quia non poterit appellari, vt in l.si qui ex cõsensu.secũdum vnum intellectũ. C.de episcopali aud.

Tertiodecimò fallit, vbi aliqua causa fuit alicui commissa in sua conscientia: nam tunc non poterit à tali sententia appellari: vt est glo.in c.statutum.in §.insuper.de rescript.lib.vj.& ita tenet Bald in l.ij.C.de hære.

Quartodecimò fallit in sententia existẽte nulla*, à qua non potest appellari, vt in l.si constat.ff.de appel.& l. si expressim.ff.eod.titu.quia appellatio habet extinguere pronuntiatum, vt in l.j.in fi.ff.ad Tur.

Additio.

*Nulla. Vide Corne.in consil.xij.in litera a, in iiij.parte.& in consil.cclx.in litera m, eadem parte. Bened. Vad.

Quintodecimò fallit in sententia reductionis ad arbitrium boni viri, de qua tamen fallentia est valde dubitandum, & maximè: quia Inno.in c.præsenti.de rescrip.tenuit, quòd à sententia lata à bono viro nõ appellatur in causa reductionis ad arbitrium boni viri: & sic à sententia lata à bono viro nõ appellatur secundum eum. hanc eandem sententiã tenuit Bart. in l.j.ff.de leg.ij.& idem tenet Bal.& Host.disputãdo, vt refert Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de appel. in §.in quibus.in ver.quid si cõuenit.& eandem sententiam fuit amplexus Salic.in l.societatem.§.arbitrorum.ff. pro socio. & ita etiam de facto cõsuluit. Contrariam verò sententiam tenuit Bald.qui fuit sibi ipsi cõtrarius in l.vnica.C.ne liceat in vna eadémque cau.tertiò prouocat.dicens quòd à sẽtẽtia lata per bonum virum pro reductione causæ potest appellari, vt hîc: quia non reperitur iste casus exceptus à iure: ergo remanet sub regula præmissa, quæ est quòd regulariter in omni causa potest appellari: vt in l.nouum.C.de appel.hanc eandem sententiam tenuit Anch.in consilio incipi.laicus quidam.idem tenet Ioan.de Imo.in consilio suo, quod incipit, illud reuocatur in dubium. Bald.ad hoc reuocat eam, & tenet vnam opinionem, videlicet, quòd potest appellari à sententia reductionis ad arbitrium boni viri si in appellatione asseratur qualitas & quantitas lęsionis.& ita intelligitur opi.Petr.de Anch.cum sequen. Si autem in ipsa appellatione non sit expressa quantitas vel qualitas læsionis, non valet appellatio: imò remanet sententia firma. ita tenuit ipse in l.vnica.C.de his, quæ pœn.num.& ista opinio in practica seruatur. sit ergo cautus ille, qui à sententia reductionis ad arbitrium boni viri appellat, vt inferatur in ipsa appellatione quantitas & qualitas læsionis, aliàs succumbet: quia iudex appellationis pronuntiabit non deferendum, nec debere deferri appellationi.

Fallit xvj. vbi quis appellans dicit statutum esse iniquum, quum statutum est generale, secundum Bald. qui ita not.in l. quisquis.C. quorum appellation. non recip.

Decimoseptimò fallit, vbi sunt latæ tres sententiæ super eodem articulo confirmatoriæ: quia vlteriùs non licet prouocare, vt in rubro & nigro.C.ne lic. in vna eadémque causa tertiò prouoca. vbi ab ipsa sententia lata de consilio sapientis, licet transiuerit in rem iudicatam, poterit appellari, non tanquam à sententia, sed tanquam ab iniquo consilio. iste est text.ad literam, secunda quæstione sexta, biduum.§.vidimus.versicul.& nos & tenet Antonius de Butri.

Decimooctauò fallit, in sententia lata persyn dicatorem, qui habet syndicare officialem suum, putà Potestas syndicat vicarium suum: nam à sententia late per Potestatem super syndicatu non potest appellari: vt in l. nulli. C. quorum appel. nõ rec. secùs esset in sententia lata per alium syndicatorem: quia tunc bene posset à tali sententia appellari, secundum Ange. in d. l. nulli, &c.

Decimònonò fallit, si statuto caueretur, vel consuetudine legitima haberetur, quòd à certa sententia non possit appellari. Nam si per pactum, ergo & per consuetudinem, vt tenuit Lanf. in sua solenni repetitione c. quoniam contra falsam. extrà, de probatio. circa finem.

Vigesimò fallit, in sententia lata super possessorio, à qua non licet appellare: vt in l. vnica, in fine. C. si de moment. possessione fue. appel. Quod tamen fallit, vbi tale possessorium saperet naturam proprietatis, quia à tali sententia super possessorio bene posset appellari, secundum glos. in l. vnica. C. si de momēt. possessione fuerit appel. & per hoc à sententia lata super constitutione legis, si quis in tantam. C. vnde vi. non poterit appelari: quia constitutio sapit naturam proprietatis, quæ cõpetit soli domino: ita not. Ang. in l. incerti. C. de interdic. & text. in l. ij. §. quędam. ff. de interdic.

Vigesimoprimò fallit in sententia lata super alimentis, per l. fin. de appel. recip. & ibi per Ang. l. si iudex. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Fallit xxij. quia in decimis non appellatur. c. tua nos. de decimis. & glo. in cle. dispendiosam. de iudi. Spe. in tit. de appel. in §. in quibus. & suprà tactum fuit in tertia fallen.

Vigesimotertiò fallit, vbi victus in expensis condemnatus non sit: nam propter hoc victor non appellat, vt l. j. C. quando prouoc. non est nec. Ant. de But. & Io. de Imo. in c. significauerunt. de appella.

Vigesimoquartò fallit in correctione, vt in c. ad nostrã. de appellatio.

Vigesimoquintò fallit, vbi excommunicatus iurauit de parendo mandatis excommunicatoris: quia non poterit appellare, vt in c. quæstio. de appel.

Fallit xxvj. in eo, quod fit à maiori parte capituli: quia tunc appellari non potest.

Fallit xxvij. quia non potest appellari à sententia excommunicationis, vel alterius interdicti, ita quòd suspendat executionem. c. pastoralis. de sententia excommunicationis.

Vigesimooctauò fallit, quando quis appellat, ne fiat electio secundum ordinem iuris, vel pro vsu ecclesiæ. c. cùm à nobis de electio.

Vigesimononò fallit in casu falsæ monetæ. l. j. C. de falsis.

Fallit xxx. vbi quis appellauit nullo existente grauamine. c. constante. appel.

Fallit xxxj. in casu. c. cùm sit Roma. §. j. de appellat. in vj. vide Spec. in dicto §. in quibus.

Fallit xxxij. quia à sententia super declaratione non potest appellari: quia quisemel declarat, non potest amplius declarre: vt per gloss. in l. quicquid adstringendæ. de verbo. oblig. & ibi hoc dicit Ang. sed hoc intelligas verum, quando iudex declarando interpretatus est dictum suum ambiguum: secus si declarat factum alienum: ita declarat Ang. in l. qui cum se. de re iud. B. Socin. re. 40.

¶ Appellatio & Dilatio Non tenere appellationem in his quæ dilationem non capiunt.

Pro.

Ext. de appel. c. qua fronte.
2. q. vi. capi. ei qui appel. §. definitiua. §. si quis etiam. & §. sequen.
In Aut. vt cùm de appell. cognosc. §. meminimus. col. 8.
D. de rescind. appe. l. vlt.

Contra.

Ext. de appe. c. consuluit &c. peruenit.
2. q. 6. c. post appellationem. §. appellatione interposita.
D. penden. app. nihil innoua. l. 1. §. 1.

Soultio.

Vera est prima rubrica: sed fallit in casu, quando aliter non potest consuli creditoribus, nisi interdicatur defuncto sepultura: vt sic rubore tacti hæredes eius soluant debita illius. ext. de vsur. c. quia frustra in dicto verò. c. consuluit ratione dubitationis admittitur. In illo autem §. appellatione interposita siue ea recepta fuerit, siue non, nihil debet innouari, vsque dũ deliberet secum iudex, an sit appellatio recipiẽda, vel nõ. Et ita exponũtur illa verba D. nihil inno. appel. l. 1. §. 1. Damas. re. 63.

¶ Appellatio concessa alicui, seu constitutus ad appellandum intelligitur non solum de prima appellatione, sed & de secunda si prima non sortitur effectum, iteratur enim actus ad hoc, vt mẽs disponentis locum habeat. Bald. l. inuitus. C. de procurat. l. hæc cõditio. ff. de cond. demonst. l. prætor. §. hoc interdictũ. ff. de nou. ope. nunc. vbi Rom. idem in cõs. 104. per l. si is qui. §. fin. ff. vt in pos. leg. l. 1. §. ꝙ ait. ff. quorum lega. l. si arbitr. ff. qui satisd. cog. nã si actus primus non expeditur, secũdo proceditur, quia verba cũ effectu sunt intelligẽda. l. 1. §. hoc autẽ. ff. quod quisque iur. l. qui per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui. c. relatum. de cleric. non resid. Med. reg. 2.

¶ Appellatio nulla est non seruata forma, videlicet si fuerit facta extra tẽpus, vel ad nõ cõpetentẽ iudicẽ. l. 1. C. de tẽpor. appellat. l. præcipimus. C. de appel. vt post. decem dies. §. 1. auth. de appel. & intra quæ tẽp. c. anteriorũ. 2. q. 6. c. cũ dilecti. de confirm. vtil. vel inutili. hoc idem si tertius appell. Hyppo. l. extra territoriũ. nu. 49. ff. de iurisd. omn. iud. l. vnica. nu. 160. C. de rapu. virgi. Paris. cons. 109. nu. 15. vol. 4. Medic. reg. 7.

¶ Appellatio ꝓ modico grauamine admittitur. c. de appe. hodie tamen de iure can. non daturappell. ab interlocutoria. nisi habeat vim diffinitiuę, & hoc ne lites in lõgum tẽpus protrahantur, vt nouissimè disponitur in cõsil. Trid. sessione 13. in ti. de reformatione. §. cũ igitur, item no. quòd stã. sta. vt appellans debeat soluere quinque den. pro libra, si quis omiserit soluere vnicum tantũ nummum, appel. dicitur deserta. Bal. in Add. ad Spe. in tit. de app. ver. sed pone. Ant. trac. mini. nu. 100. item propter modicũ impedimentum non datur spatium alterius anni. Ang. cons. 39. Bal. aut. ei qui. C. de appel. aut in minimis causis detur appellatio. facit l. in maioribus. C. de appellat. l. si proprietarius. ff. de damno infecto. vbi gl. & Doc. Med. re. 5.

¶ Appellatio soluitur morte, siue actor, siue reus moriatur, quando causa erat criminalis, nisi expressè bonorum fuerit facta ademptio, Doctor. l. fi. C. si pend. appel. reus, vel accus. mort. fuer. secus autem si ciuilis causa esset, l. 1. C. si pẽd. appell. mors intercess. Host. in Summa, de appel. num. 12. l. fin. C. si reus. vel accus. l. si quis post l. qui à latronib⁹. ff. de testa. Vát. in trac-

in tractat.de nullit.in tit.de nullit.ex defectu iurisd. num.106.l.in summa.§.fi.ff.de reg.iur.l.Paul.ff.quæ sint sine appell.resc.l.de qua.§.fin.ff.de re iud. Capic.decis.1.num.16.Item non soluitur si procurator ad illam causam constitutus esset,qui ante mortem litem contestatus fuisset, vel dominus de iudicatum soluendo satisdedisset præsente,& non contradicente procuratore: his enim casibus sentētia pro defuncto vel contra defunctum ferri poterit, dummodo in persona procuratoris formetur concipiatúrue,l.nulla.vbi Bald.ff.de procur.l.defunctus.ff.eo.Bald.l.1.C.de sent.Cassad. numero 2.decisi.2.de appel. Mars.l.qui sine.nume.17.ff.de quæstio.ampl. etiamsi moriatur res de qua agitur, nisi reus fuerit in mora, tunc enim si ad vsum hominis deuenire potest debetur, vt mortuo boue corium debetur, l.si seruus.§.boue.ff.de cond.furt.alioquin ad æstimationem diuenitur.l.inter stipulātem.§.si Stichum.ff.de verbo.oblig.Azo in Summa,C.si pend. appel. numero.2.In casu tamen,cui hæredi dabitur appellatio conceditur eis terminus quatuor mensium ad exercendum, non autem ad deliberandum, l.cum antiquioribus.C.de iure deliber.l.fi.C.pend. appellat.Azo in Summa,C.si post.creationem quis decessit numer.3. præsertim quando pœna pecunia ria est,Barto.l.ex iudiciorum.de accusat.l.si qua pœna.ff.de verb.sign.l.1.columna 4.C.ne ex delicto defuncti,Docto.Com.l.3.ff.si pend. appel.mors inter. Secundo modo tollitur appellatio per rem iudicatam.not.l.1.ff.de re iud.Tertiò hoc idem per desertionem gloss.l.2.C.de tempor.appelat.in dubio tamen non est pronunciandum esse desertam. Alex. l.1.ff.si quis caut.consil.163. volumine 2.Dec.consilio.83. Medic.tract.2.par.

¶Appellatio suspendit sententiam.vt in c. venientes.de iureiur.& in l.fin.C.sent. rescin.non posse. & in si quis iusiurandum.C.de rebus credit.

Amplia quinque modis, & limita aliis quinque,vt per Ripam in l.j.ff.de re iud.Et vide Robertum Marāt. de ordine iudiciorum. vbi limitat hanc regulam viginti modis. I.B.Dias.reg.37.

¶Appellationis geminatio non nocet,Inno.c. dilecto,de app.Bal.in Marg.ver.renuncians.ver.12. Bartol.& Alexand.l.1.§.1.in fine.ff.de ope.no.nunc. & omnes com.& distingue vt per Alexand.ibid.numer.8.conc.doct.d.c.dilecto, de app.Spec.in tit.de sent.§.8.numer.24.vbi dat cautelam, vt quis in secūda appellatione protestetur se nolle recedere à prima.Inno.& glos.d.c.dilecto.not.doct.Clem.si ante de dolo,& contuma. Medic.reg.2.

¶ Appellationis instantia non carrit impedito ipso iure.§.hoc quoque in authen.vt sponsa.larg. in ver.nullum penitus præiudicium,& c.cum sit.per Mod.Peru.in c.hac ratione.xxxj.quæstio.j.ver.circa quintum.

Primò fallit, dummodo impeditus protestatus fuerit & appareat quòd per ipsum non stetit: vt tenet Felyn.in c.cùm M.in j.quæstio.protestationis.de consti.& est glo.in c.cupientes.§.quòd si.in verbo,proposita.de elec.in vj.& ibi dicit Imol.quem sequitur Dom.se obtinuisse in vna causa appellationis, quòd appellans, qui non poterat habere copiam iudicis ad interponendam appellationem, & permisit labi tempus datum à iure ad appellandum, succumberet propter negligentiam in nō protestādo, quòd per eum non stabat, quo minùs tempore debito interponeret appellationem, quam ad glos.vide tu Alex.consilio clxiiij.volum.ij. Fely.in ex transmissa.de præscri.& Bar.consilio 50.volumin.ij.Phil.Simonnet.

Secundò fallit, dummodò impeditus probet se fuisse paratum expedire actum: tex.est in l.qui commeatus.ff.de re milita.& ibi Ba.& Inno.in c.ex transmissa.de præscr.in prin.& Arch.in c.actione.xxij.q.iiij.

Tertiò fallit,dummodò impeditus probet se adhibuisse conatum, vt repelleret impedimentum: text.est in l.fi.C.de adul.& ibi Bart.& Saly.reliqua circa impedimentum non cadunt hîc, maximè materia de modo probādi ipsum,sed ponitur per omnes in l.ij. §.quod diximus.ff.si quis cautionib⁹,& per Moder. in cap.ex ratione. in versic. quantum principale.de appellatio.B.Soci.re.44.

¶Appellationis remedio extinguitur condemnationis pronunciatio.ad S.C.Tur.in l.fi.de pœ.l.2. in fi.de his qui notantur infa.l.furti. Riisvvi.

Appellatio inuenta est ad præsidium innocentiæ, non autem, vt defendatur malitia appellantis.de appel. c.suggestum.c.ad nostram.

Non appellatur à sententia super possessorio lata.C.si de mo.poss.l.1.2.q.6.c.si de possessione.

Absenti ex peremptorio non conceditur appellatio, si modò per cōtumaciā absuerit.de iud.l.& post.in fi.

Appellare ad principem omisso medio nō admittitur regulariter de appel.l.Imperator.

Extra eod.c.dilectus.2.in vj.titu.eo.c.Romana.Exceptiones habet Socinus.

Pendente appellatione,nihil innouandum.ff.Nihil inno.pen.ap.lib.vj.de ap.c.non solùm.2.q.6.c.non solùm.Ad.S.C.Tur.l.1.in fi. vide fallētias Barto.Soc.

Ab interlocutorio appellatio ex ijsdem actis verificari debet de ap.c.appellāti.vide fallen.Soc.

Renunciare appellationi videtur, si appellans coram iudice appellatio aliquid agitauerit.De iud.l.sed si rem ra.ha.l.3.§.falsis. De off.de.c.gratum.vide fallen.Socini. Riisvvic.

Apex. Vide Ius.

¶. Appellationi interpositæ licet videatur renuntiare recipiens terminum, non tamen interponendæ.Inn.in c.quo ad consultationem.de re iudic. sequitur ibi Abb.super gl.ver.arctari. Imo.in l.4.§. si quis cōdēnatum.ff.de re iud.& alij plures relati p Feli.d.c.quo ad consultationem.vbi demū dicit opinionem Inn.esse Cōmunē,licet Ang.in l.cū ex causa de appel.ff.reprobet Inno.dictum.

Limita dictam Communem conclusionem dupliciter vt per Feli.vbi suprà. I.B.Dias.re.38.

¶ Appellationi renunciare videtur appellans, si coram eodem iudice à quo, aliquid agitauerit.l. sed & si.ff.de iudi.& l.iij.§.falsus.ff.rem ratā ha.&c. gratum.de of.de leg.

Primò fallit, secundum canones in cap.cùm venissent. extrà de eo,qui mit.in pos. quādo eius comparitio per aduersarium non acceptatur, cùm tunc non videatur appellationi renunciare, vt est casus in dict.c. cùm venissent. secundum vnam lecturam. pro quo facit regula, extra eodem.in vj.c.cū olim.extrà, de testi.&c.mulier.de iureiu.& quod no.per d.do Rot. in decisi.ccccvj.aliàs ccccxviij.quæ incipit, Item si ab alio.

Secundò fallit, quando comparuisset coram iudice nō conquerendo, sed coram honesta persona compositionem querendo, & protestando quod per hoc non intendit appellationi renuntiare: & isto modo poterit intelligi text.dicti c. cùm venissent.vt ibi in

telligit Host. & Ioan. Andr. post eum.
Tertiò fallit, quando ipse iudex à quo, fuisset aditus, non vt non cognosceret de causa, vt iudex, sed vt ipsam instructam ad Papam remitteret, & ita potest intelligi alio modo secundum quosdam d.c. cùm venissent. & vide ad hoc quod not. extrà de ap. c. constitutus. vbi de hoc.
Quartò fallit, quando iudex à quo, haberet ex priuilegio potestatem cognoscendi de appellationibus interpositis ad Papam, vt habere consueuerunt communiter archiepiscopi: & ita intelligi poterit alio modo tex. in d.c. cùm venissent, secundum Ioannem Andræam ibi.
Quintò fallit, quando ipse appellans compareret primò coram iudice à quo, pro reuocatione grauaminis: cùm tunc non videatur renuntiare appellationi, etiam si illud vellet probare coram iudice à quo. vide ad hoc quod no. per glos. in c. si à iudice. de appellatio. in vj. & ita poterit alio modo intelligi tex. in c. cùm venissent. extrà de eo qui mittitur in pos. secundum Nicol. de Neapo. & pleniùs per Hostien. & doct. B. Soci. reg. 43.

¶ Appellationi renuntiare videtur, qui post appellationem coram iudice à quo, aliquid agitauerit, vt in l. sed & si. ff. de iudic. & in l. iij. in §. falsus. ff. rem rat. hab. & in c. gratum. de of. dele. Hanc regulam cum quinque fallent. ponit Soc. in reg. xxv.
Limita eam quindecim modis, vt per Prępo. in c. solicitudinem num. 18. de appell. P. Duen. reg. 51.

¶ Appellatione parentis omnes superiores continentur l. appellatione. ff. de verbo. sign. item appellatione liberorum omnes descendentes continentur, l. liberorum. ff. eod. conc. gloss. 1. ibi & inst. de hęred. quę ab inte. l. 1. ff. si tab. test. l. sed & si. §. liberos. ff. de in ius voc. l. liberos. ff. de senator. l. cognoscere. §. liberorum. ff. de verb. sign. l. si dotali. ff. sol. matrim. Medic. reg. 2.

¶ Appellatione pendente, attentata debent reuocari per iudicem appellationis. c. solicitudinem. de appel.
Primò fallit, nisi appellans velit renuntiare appellationi: vt not. in d.c. solicitudinem.
Secundò fallit, nisi attentata sint notoriè iniusta, vt est tex. in c. cùm teneamur. eo. tit. & ita potest intelligi iste tex. in ver. si verò.
Tertiò fallit, nisi attentata tangant causam, vel negotium appellationis, sed possint expediri circa cognitionem articuli appellationis, tunc enim posset inferior vel alius iudex se intromittere super attẽtatis, vt in d.c. cùn teneamur. B. Soci. reg. 41.

¶ Appellatione pendente*, regulariter nihil innouari debet: vt in toto titu. ff. nihil innouari appel. pen. & in l. j. in fin. ad Turpil.

Additio.

* pendente. Vide Lanfran. in reperit. c. quoniam contra. de proba. in ver. hic tractabimus. & in ver. quæro pro declaratione. cum quinque sequentib. & vide Bald. in consil. ccxvij. vbi ponit nunquid executio fierit possit. Ben. Vad.

Primò fallit, quia nihil est innouandum per iudicem à quo, sed per iudicẽ ad quẽ bene potest innouari: ita dicit gl. in l. eos. §. j. C. de ap. quod etiã intelligitur in præiudiciũ tertij: vt l. creditor. & ibi gl. sing. ff. mãd.
Secundò fallit, quando illud attentatur, quod poterat attentari, pendente primo iudicio: text. est sing. secundum Dyn. in l. postquàm. §. imperator. ff. vt lega. nom. caue.
Tertiò fallit si appellatio esset euidenter frustratoria. vt in capitul. cùm appellationibus. de appel. lib. 6.
Quartò fallit si appellatur à sententia interlocutoria, quia iudex potest innouare quod velit, vt in c. non solùm. in appel. 6.
Quintò fallit, si fiat innouatio ex permissione legis, vt per hanc. C. de tempo. appel.
Sextò fallit si inuouat appellando. vt l. eos. §. super his. & l. minimè. C. de appel. & istas fallẽtias ponit Ang. in d. l. per hanc.
Septimò fallit, quãdo partes consentiũt, quia tunc potest innouari ex consensu eorum. vt est gl. in c. significasti. de appel. B. Soci. re. 41.

¶ Appellatione pendẽte, suspenditur iurisdictio iudicis à quo, & sic interim nihil est innouandum. vt in l. appellatione. C. de appel. & in l. in princi. ff. nihil nouari appellatione pendente. & in ca. non solùm. de appel. lib. 6. & in capit. post appellationem. §. ante appellationem. 2. quæstio. 6. & in l. 26. in fi. titul. xxiij. par. 3. & in l. 4. titul. 15. libr. 2. fori. Hanc regulam ponit Socin. cum 7. limitationibus in regul. 21. Anton. Corset. in singulari incip. appellatio. vbi ponit septem alias limitationes, ex quibus quinque sunt diuersæ à limitationibus Socini, quas limitationes Corsetti ad literam ponit Ioãnes Constantinus, in glos. ad cõstitutiones reg. anni 1539. Galliæ artic. xxix. Aliam limitationem ad hanc regulam ponit Rom. in singulari clxi. quas limitationes Corseti & Romani refert Catellianus Cotta, verbo appellation. & Franciscus Niconicius in repetitione cap. quoniam contra. in glossa fin. numero 12. de proba. Matth. de Afflict. in c fi. 5. nu. 35. quo tempore miles in vsibus feudorum. Paris. in consi. 28. volum. 4. nu. 22. & 23.
Limita decimoquartò, & 1. vltra eos quando maritus in matrimonio quod iure non valebat possessionẽ copulæ carnalis habebat, pendente lite, potest prohiberi ne ad inuicem rem agat post litem contestatam & testium publicationem seu probationẽ. iste est casus singularis secundum Antonium ibi nu. 5. in c. laudabilem. vt lite pendente. quem sequitur Romanus in singu. ccccxi.
Secundò limita cùm hæres conuictus super legato appellat: quia non obstante appellatione debet cauere de eo restituendo. vt in l. postquam. §. Imperator. ff. vt legatorum nomine caueatur.
Tertiò limita si agatur actione personali, putà exemptio: nã si res petita alienetur, tenetur alienatio. Nec obstat supradicta nostra regula, vbi status causæ nõ debet mutari. quia respondeo quòd non mutatur, nec alienationi præiudicatur: quia perinde condemnabitur reus si res petita alienetur, ac si nõ esset alienata. Ita tenet Spec. in titu. de interrogationibus. in §. nũc de interrogatione. nu. 8. nec etiam obstat tex. in auth. vt nulli iudicũ. in §. & hoc. vbi prohibetur iudex transferre possessionẽ rei petitæ ab vno litigãtiũ in alterum. quia: ibi nõ prohibetur quod pars possit transferre in extraneum, licet iudex sic. & sic regula nostra debet intelligi in iudice, non in parte in hoc casu, licet in aliis secus secundum Paris. in c. dilectæ. nu. 11. de exceptio. Nã pars nõ obstante appellatione potest vti iure suo, quãdo agitur personali actione: sed si ageretur reali, tũc fateor quod non possit alienari, non per generalitatem nostræ regulæ: sed quia res erat litigiosa. & ita tenet Parisius in c. dilectæ. nu. 13. de exceptio.
Quartò limita, vbi ordinarius ignorat fuisse appellatum

tum ad superiorem.vt in c.si duobus.de appellatio.
Quintò limita, nam iudex post appellationem potest tempus legis moderari.vt in c.cum sit Romana.in j. responso de appellationibus.
Sextò limita non habere locum in casu.c.consuluit.el 1.& c.reprehensibilis.de appe.vbi iudex post appellationem potest cogere appellantem ad prosequendam appellationem propriam intra certũ terminũ.
Septimò fallit in patrono præsentante duos in beneficio,nã si prius præsentauit vnũ & ille appellauit, ne præsentetur alius, potest nihilominus patronus alium præsentare appellatione pendente. & iudex à quo admittit talem præsentationem.Ratio est quia ante appellationem permittebatur sibi huiusmodi præsentatio, & non debet hac facultate priuari per dictam appellationem.ita tenet Abb.in c.pastoralis.num.3.de iure patro.
Octauò fallit in sententia excommunicationis,quia ea non obstante,potest iudex à quo denuntiare & publicare excommunicatum, vt ab omnibus euitetur, ita probat tex.in c. pastoralis.in §.verũ.& ibi Ab. & Philip.Franc.in j.notab.de appel.Ioan.And.in c.venerabilis.in §. attamen.de sent.excom. libr.6.Ang. in l.per hãc.C.de temp.appel.& in d.l.1.ff.nihil nouari appel.pendẽ. Item etiam iudex potest interim priuare excommunicatum fructibus sui beneficij,& distributionibus quotidianis. ita tenet Abb. in d.§. verum.nume.17.quem sequũtur Io.de Imo.& Phil. Franc.quod tamen est verum, quãdo appellatur ab ipsa sententia excommunicationis.secus si appelletur à declaratoria iudicis, per quam declarat aliquẽ incidisse in sententiam excommunicationis: quia tunc appellatio suspendit,& iudex nihil poterit interim innouare,ita concludit Fel.in c.cum non ab homine.nu.12.de iudiciis.vbi allegat aliquot Doct.idẽ tenentes. Item potest innouare iudex absoluendo ab excommunicatione,non obstante appellatione, secundum Ab.in c.qua fronte. nu.5.& in c.quæstioni.nu.6.eo.tit.etiam si appellans non renuntiet appellationi.vt ibi habetur.Quæ omnia suprà dicta intelligo quando quis appellat ab excommunicatione iam lata, secus quando appellat à futuro grauamine,& sic à censura futura,quia tunc excommunicatio postea lata est ipso iure nulla. vt est tex. & ibi do.Abb.& Phil.Fran.in j.notab. in c.dilecti. el.2.de appel. in c.solet.de sent.excommu.lib.6. & ita concludit Ang.in consl.clxxxviij.& Pau.Parisius in consi.xxviij.volu.iiij.& in c.Apostolicæ.num.30.de excep.quod procedit etiam in appellatione extra iudiciali,vt in dicto capitulo,dilecti.
Nonò limita quando debitor qui appellauit,fuit ex noua causa factus suspectus de fuga.quia etiam appellatione pendente, potest capi per creditorem ,sicut anteà poterat.ita tenet.Ang.in repet.l.nemo carcerem.ver. itẽ quæro quid, si lite pen. C.de exactoribus tributorum. libr.x. quem sequitur Ias.in l.si ab arbitro.nu. 6.ff. qui satisd. cog.Alex.in consil. cv.n. 31.in 3.vol.pro qua opinione allegant glos.in l.fi. in verb.fideiussionis.C.de feriis.rectè intellecta:vbi secundum eos lis pendebat, & ita dicunt quod debet obseruari,quam opinionem tenet etiam Phil.Frãc. in c.cùm teneamur.nu.13.de appel.
Decimò fallit in omnibus casib.in quibus de iure appellare non licet,quia tunc appellatio non suspendit effectum sentẽtiæ,& potest iudex à quo, innouare,secũdum Inno.in c.pastoralis.nu.3.de offic.deleg. gl.in c.non solum.in verbo, casibus. de appel.lib.vj. & per totum.C.quorum appellationes nõ recipiantur.Bal.in c.Sancimus.quo tempore.miles in vsibus feudorum.Quod tamen intelligo,nisi in talibus casib.prohibitis appellãs allegasset aliquam iustã causam ex qua deberet admitti eius appellatio, quia tunc iudex tenetur eius appellationi deferre, & nõ debet interim innouare.glo.est in c.Romana.in §.si autem.& ibi Dominicus in fi.de appel.lib.vj.Ab. in c.consuluit.el 3.in 1.notabili.de appel.
Vndecimò fallit in eo,qui detinetur in carcere pro crimine, in quo fuit condemnatus, quia licet appellet à sententia, tamen adhuc potest detineri. ita tenet Bald.in l.si clericus.num.6.C.de episcopali audientia.Spe.in tit.de appellatione. in §.nouissimè. num. 1.Alexand.in addi.ad Barto.in l.j. ff.de custo.reorũ Barto.in l.ab exequutione.C.quorum appel. non recipiantur.nume.3.& iste carceratus est remittendus ad iudicem appellationis, & debet mitti cum custodibus,idque expensis ipsius carcerati.ita tenet Bald. in l.generaliter. in §. his de præsentibus. nũm.4. C. de rebus creditis,& iureiuran.& licet pendente appellatione, executio corporalis non debet fieri, vt tenet Barto.in l.qui vltimò.nume.5.ff.de pœ.hodie. tamẽ de iure regio bene põt. vt in l.cj.& in l.clxiij. in legi.Styli.
Duodecimò limita in factis notoriis, nam in talibus appellatio non suspendit exequutionem sententiæ, secundum doc.in c.cum sit Romana. in §. præterea. de appel.glos. in c.cum sit Romana.in §.si autem.in verbo,notorio. de appel.lib.6. Hinc dicimus quod notoriè criminosus non auditur appellãs,& eius appellatio non suspendit, vt habetur in c.proposuit. de appel.Decius post Abbatem in capit. consuluit. numer.5.eodem tit.Antonius de But. in tract. de notorio.artic.iiij.nume.53. Bald.in l.vnic.numer.10.C. ex delictis defuncto.
Decimotertiò fallit,nam iudex in fauorem appellantis potest innouare. secundum Inno.in c.quia propter.de electione.nume.13. quem sequitur Socin. in consi.xlv.nu.6.in j.volu.
Decimoquartò fallit quo ad impediendam absolutionem ab excommunicatione. vt in ca.qua fronte. & ibi Abb.& Doct.de appel.
Decimoquintò quando sentẽtia fuit lata cõtra possessorem beneficij in Curia Romana,quia tũc interim si fuerit appellatũ,interim beneficiũ sequestrabitur per ordinariũ loci.iuxta text.in Clemen.j.de sequestratione possessionum & fructuum.nam tunc interim si ab ordinario appelletur, potest procedere, ad sequestrum non obstante appellatione, secundum Cardinalem in d.Cleme.j.num.7.
Decimosextò fallit quando appellans attentaret aliquid in præiudicium appellationis. nam potest iudex à quo,se intromittere,non obstãte appellatione putà si appellans turbaret aduersario possessionem: nam potest iudex à quo,reformare sibi possessionẽ. vt in c.cùm teneamur.de appel.& ibi Abb. nume.5.
Decimoseptimò fallit, nam iudex à quo generaliter potest intentare omnia illa, quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis:non tamen cognoscendo de viribus appellationis,vt tenet Abb.per illũ tex.in c.ex literis.nu.4.de matrimonio contracto cõtra interdictũ ecclesiæ. & in c.cum teneamur. in j.notabili.de appel.Felin.in consi.13. nu.3.
Decimooctauò fallit quo ad taxationem expẽsarum, quia iudex à quo,potest pendente appellatione, taxare expensas,in quibus condẽnauit, quia tunc non

dicitur innouare, sed potius declarare pronunciatum. ita tenet Lapus in alleg. lxxij. incipien. in causa matrimoniali. Felin. in consi. xiij. num. 2.

Decimononò fallit in eo cui factum est mandatum vt veniat ad residendum in loco beneficij. quia si interim appellat, potest iudex à quo, pendente appellatione, ponere substitutum in dicto beneficio, qui in terim nutriatur de fructib. illius beneficij, vt est tex. in c. peruenit. el 2. de appella.

Vigesimò limita in sententia lata cõtra officialem in syndicatu, quia non suspenditur per appellationem, vt est lex nostra regia in Pragmatica lvij. ver. 66. in vol. Pragmaticarum. Idem habetur in petitione xv. Toletana anni 1530. quod tamen intellige dummodo sententia non excedat quantitatem sibi positam.

Vigesimoprimò fallit contra administratorem alicuius loci pij, quia si fuit condemnatus ad reddendum rationes & appellauit, potest interim iudex à quo ipsum constringere, nõ obstãte appellatione. ita tenet Ang. in Auth. de sanctissimis episcopis. in §. œconomos. nume. 28.

Vigesimosecundò fallit quando fuit à iudice terminus præfixus ad persequendam appellationem, vel ad se præsentandum coram iudice ad quem, nam licet pẽdente appellatione, censeantur ligatæ manus iudicis, non tamen censentur ligatæ quo ad hoc vt post illud tempus, (cùm appellatio remaneat deserta) possit ipse iudex sententiam exequi, vel in causa ipsa procedere. in c. personas. & ibi Ab. & Præpositus in c. oblatæ. & in c. reprehensibilis. & in c. sæpe. & in c. cum sit Romana. ver. quòd si is. de appella. & ita tenet Spec. in ti. de appellatione. in §. nouissimè. nu. 1. versic. 15. & 16. Cardinalis in Clemen. j. nume. 119. q. 22. de appellationibus. Bartol. in l. præses. C. de appellatio. Parisius in consi. cviij. nu. 32. vol. 4.

Vigesimotertiò fallit pendente appellatione, potest iudex à quo, examinare testes senes vel valetudinarios, nam tunc ad perpetuam rei memoriam, non dicitur innouare. teste Afflic. in constit. Neapolit. lib. 2. Rub. 32. nu. 1. cum aliis. P. Duen. reg. 42.

¶ APOCHA priuata non facit probationem, vt in l. instrumenta. & l. exemplo. C. de prob. notant Canonistæ in c. 2. de fide instru.

Limita decem modis, vt per Iaso. in l. admonendi. in lectura. ff. de iureiu. quorum primos tres ponit, remittendo se ad Barto. ibi, ex cuius verbis colliguntur. I. B. Dias. reg. 54.

¶ APOCHA in qua quis ostendit se tribus annis proximis soluisse, retrò soluisse præsumitur, nisi contrarium probetur. Hanc regulam probat textus in l. quicunque. C. de apochis publi. lib. x. & ibi Barto. per illum tex. & Doct. in glos. in l. ij. in verbo, repellere. C. de iure emphyt. & in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & propriè. Decius in l. si certis annis. num. 6. C. de pactis.

Amplia primò procedere tam in censu emphyteuticario quàm tributario. ita tenent Do. de Rota in dec. ccciiij. in ti. de locato, in nouis. quos sequitur Alex. in additio. ad Barto. in d. l. quicunque. Iacobi. de S. Geor. in l. non est necesse. num. 3. ff. de probatio.

Secundò amplia habere locum in simplici colono, vel conductore, quia probando se soluisse tribus proximis annis, præsumatur semper retrò soluisse, secundum Ang. in Auth. de non alienandis. in §. scire. nu. 25. vbi dicit se nescire legem de hoc. Hãc etiam opinionem tenet Bald. post. Ioan. And. in c. literæ. num. 7. de dilatio. vbi dicit quod conclusio huius regulæ procedit in emphyteuta, siue in simplici colono, siue in sensuario, siue in illo qui soluit collectas in communi per triennium. quam etiam opinionem sequitur Ias. in d. l. ij. num. 137. C. de iure emphyt.

Limita primò, vt procedat supradicta regula, quando illa solutio trium annorum esset facta quælibet de per se, vnaquæque singulo anno: secùs, si simul & semel soluisse vno anno pro tribus annis: quia tunc regula nõ procedit. Hanc limitationem ponit Cinus in l. ij. C. de dotis promissio. quem sequitur Bald. ibi num. 2. Ang. in d. l. quicunque. num. 5. & ibi Pyrrhus Englebermæus in principio: quam limitationem dicit semper menti tenendam Iacobi. de S. Georgio in d. l. non est necesse. numer. 3. ff. de prob.

Fallit secundò hæc reg. singulariter, vt per Hostien. in Summa, in tit. de locato. num. 13. vbi tenet, quòd hæc regula procedat tãtummodò in causis secularibus: sed in ecclesiasticis dicit sufficere, quòd emphyteuta probet per duos annos proximè præteritos soluisse. Quæ limitatio non est vera, & eam expressè reprobat Ioan. And. in Addit. ad Specu. in tit. de locato. in §. nunc aliqua. versic. xxvij. nu. 38. & istam opinionẽ Io. And. reprobãdo dictũ Host. sequitur Iaso. in l. 2. nu. 136. C. de iur. emphyteut. P. Duen. reg. 54.

¶ APOTHECAM possidens stante statuto, quòd non possit personaliter capi tanquam suspectus, non procedit in vilissima apotheca. Ang. §. hinc nobis. auth. de hæred. & falcid. Afflict. in tract. de iur. protomis. §. 6. num. 8. cum simil. Medic. reg. 5.

¶ APOSTOLICVS executor citare partẽ aduersam non tenetur: quia per viam disceptationis non procedit. Bal. l. quinquaginta. ff. de exc. tutor. gl. l. 3. §. si causa. ff. de bon. poss. Gozad. cons. 5. nu. 29. Med. reg. 8.

¶ APPROBARI quod debet ab omni, si vnus deficiat ex plurib. corruit actus. c. quòd omnes. de reg. iur. 6. Do. com. c. cum omnes. de const. præsertim quando plures tanguntur vt singuli. l. per tuum. ff. de seruit. præd. l. 2. §. si aquæductus. ff. eodem. l. fin. C. de auth. præst. Doct. cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte c. Aret. §. inst. de tutel. Alexand. l. quod maior. ff. ad municip. Bar. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Medic. reg. 5.

¶ APPROBATIO communis. Bonifac. Reg. xxix. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Vid. l. per fundum. ff. de seruitut. rustic. predior. l. receptum. commun. prædior. Viuiennus.

¶ APTIORA comprehendit indefinita locutio. circa. de elect. 6. Din. Rub. de reg. iur. 6. Alexan. consi. 15. numero 4. libr. 4. & intellige aptiora vbi par ratio omnium particulariũ: ita Dec. & Cagn. & com. omnes. l. 1. ff. eod. Med. reg. 2.

¶ ARBITER. De arbitris & arbitratoribus tractant in l. si quis arbitratu. de ver. obl. l. societatem. §. arbitrorum. pro soc. De arbitrariis verò actionibus in l. in act. de in li. iu. Riisvvich.

¶ ARBITER. Hæc regula habet locum tam coram iudice, quã in arbitratore, sunt enim arbitria redacta ad istar iudiciorum. doct. com. lege prima. ff. de arbitr. Specul. §. differt. nume. quinto. titul. de arbit. Doct. com. capitulo Quintauallis. de iureiurand. capitulo cum dilectus. de arbitr. Bar. leg. Pomponius. §. fin. num. 3. ff. de procurat. Medic. reg. 9.

¶ ARBITER ad pronũtiandum secundum iura, potest & debet pronuntiare secundũ statuta, & consuetudines: pro quo est tex. in c. j. vt lite pẽd. vbi Archiepiscopo ex priuilegio competebat deferre crucem ante se per totam Angliam: vnde cùm super illo priuilegio

uilegio esset contentio, committitur per Pontificē, & mandat vt deferat crucem donec de iure fuerit cognitum, & sic verbum de iure refertur ad priuilegia & per consequens debet posse referri ad statuta & consuetudines. Facit etiam text. in ca. licet causam. in princ. de probat. inducto eo modo quo suprà d. c. j. Facit etiam glos. in proœm. Clementi. in princip. nam dum dicit text. nulla iuris sanctio. glo. in verbo iuris, dicit, humani positiui. sicut Canonicum vel ciuile, synodale vel municipale, naturale vel diuinum. & sic glos. sub nomine iuris comprehendit quodcunque tam statutarium, quàm alterius speciei. Præterea facit, nam iura mandant iudicari secundum statuta & consuetudines locorum, vt in capitu. 3. de eo qui mitti. in possessi. & in c. illa. 12. distinct. & in capit. sciscitatus. de rescript. cum statuta & consuetudines sint iura, vt patet in definitione consuetudinis: vt per Barto. in l. de quibus. in princ. ff. de legib. & de statutis. in l. omnes populi. in princ. ff. de iustitia & iure. ergo veniunt appellatione iuris. hanc opinionem tenet Antonius de Butr. in ca. Quintauallis. numer. 49. de iureiuran. Paul. de Cast. in l. ius pluribus. numero 3. ff. de iustitia, & iure, & in l. præscriptione. numer. 11. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Ludouic. Roman. in l. post dotem. numer. 43. ff. soluto matrimonio. & in consilio cclj. numero 5. ita tenet Abb. in proœmio Clementinarum. in principio. & in capit. Cumana. numer. 11. de electione. & in capit. cùm venissent. numer. 4. de eo qui mittitur in posses. & in cap. licet causam. numer. 2. de probationibus. Præpositus in cano. ius generale. 1. distinct. numero 8. Alexand. in dicta l. post dotem. numero 26. Felinus in dicto cano. ius generale. 1. distinct. & in dicto capit. licet causam. num. 3. & in cap. 1. numer. 1. de sponsal. Ias. in l. omnes populi. in 1. lect. numer. 3. & in 2. lect. numer. 19. ff. de instit. & iure. & in l. præscriptione. nu. 14. C. si contra ius vel vtilitatem public. & in nume. 18. vbi in num. 20. dicit istam esse comunem opinionem. Dec. in d. c. licet causam. num. 20. hanc etiam dicit communē opinionem Crottus in d. l. omnes populi. in 1. nota. & ibi Baptista de S. Seueri. eandem opinionem dicit Communem Clau. de Seysel. in d. l. ius pluribus. nume. 4. eandem opinionem tenet Roch. de Curte in rubr. de consue. in 6. q. num. 50. licet aliqui doct. quos ipsi referunt, teneant contrariam opin. Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat quinque modis Roch. de Curte in d. num. 50. P. Duen. re. 49.

¶ARBITER de causa restitutionis in integrum cognoscere non potest. tex. est in l. fina. C. vbi & apud quos. & in c. pen. de restit. in integrum. quid autē in arbitratore. Barto. in d. l. fi. videtur tenere quod sic. Bald. tamen ibi tenet contrarium. Vide Abb. in d. c. pen. qui tenet cum Bal. & saluat Bart. in vno casu. vide Bapti. de S. Blasio in loco infrà allegando, vbi videtur tenere cum Barto. dū facit differentiam inter eos.

Limita quadrupliciter secundum eūdem Bapt. in tract. de arbitro & arbitratore. in quæst. xx. & habetur ille tract. in 2. volum. Tractatuum.

Primò quia arbiter poterit pronunciare aliquem restituendum per glos. in d. l. fin. & per plures Doct. per eum relatos, vltra quem vide Abb. in d. c. penul. qui sequendo Bald. in d. l. finali, videtur tenere contra illam glossam.

Secundò si compromittatur in arbitrum, articulis iuris scilicet, an competat restitutio.

Tertiò si compromittatur in arbitrum, validitas alicuius articuli in causa restitutionis in integrum, puta vtrum potuit concedi dilatio ad probandum in ea vel non.

Quartò si quæstio restitutionis, oriatur coram eo incidenter per text. in dicto cap. penult. vbi vltra eum vide Abb. & tenet hoc etiam Iaso. in l. quoties. C. de iudic. B. Dias reg. 47.

¶ARBITER de causa restitutionis in integrum non potest cognoscere. l. fi. C. vbi & apud quos. c. penult. de restit. in integr.

Fallit in 4. casibus, quos not. Baptist. de S. Blasio in tract. de arbit. & arbitr. in quæstio. 20. in 2. volum. tract.

Arbiter regulariter non admittitur ad testificandum in pertinentibus ad causam, in qua indicauit not. Doct. in cap. non sine, de arbi. Barto. in l. ne in arbitris. C. eo.

Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in 9. vt per Steph. Auferre in tract. de reproba. test. in litera A, in vers. arbiter.

Arbiter ad pronuntiandum secundum iura potest, & debet pronuntiare secundum statuta & consuetudines. c. 1. vt lite pendente.

Fallit in 5. casib. quos ponit Roc. de Curt. in rubric. de consue. in 6. q. nu. 50.

Arbitri sententiæ etiamsi sit iniqua, standum est. l. diē proferre. §. stari. ff. de l. arbit. qualem. ff. eod.

Fallit in 3. casibus, quos not. Pet. Duen. reg. 57.

Fallit in 13. casib. quos not. Soc. reg. 17.

Arbiter sententiam non potest ferre de nocte. §. sedebunt. in authentic. de iudic. column. 6. Bald. in l. in eos. C. de appellatio. glos. in §. 2. Institut. de verbor. obligatio.

Fallit in 3. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 58.

Arbiter postquam tollit sententiam non potest amplius eam retractare. Specu. in titu. de arb. & arbitrato. §. sequitur. numero 62. Cyn. in l. diuersa. C. de transact.

Fallit in 3. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 59.

Arbiter debet arbitrium suum ferre partibus citatis, l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoque. ff. de re iud. c. ex ratione. de appellat.

Fallit in 7. casib. vt per Zas. in l. si arbitratu. ff. de verb. oblig. num. 33.

Excommunicatus non potest esse arbiter. Ioan. Andre. in c. dolo. de reg. iur. lib. 6. Spec. in tit. de arb. §. differt. num. 10.

Fallit in 3. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 269.

Arbitri electi si nō concordant, si tertius assumatur, potest ille sine aliis iudicare: hanc esse magis Communem attestatur Port. libr. 2. suarum concl. reg. 13. vbi limitat.

Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorū. l. 1. ff. de arb.

Fallit in 31. casib. quos not. Socin. reg. 27. videas Lanfr. in tract. de arb. in 3. col. ver. arbitrium.

Arbiter cum clausulis amplissimis solùm potest lædere in 6. partes. Ampliatur & limitatur, vt per Baptist. à Villa. concl. 134. in litera A.

Iudex ordinarius non potest esse arbiter. Fallit vt per Viuium in ver. iudex ordinarius.

Arbiter potest iudicare suo sensu. no. in c. Canonū statuta. de consti.

Fallit in 3. casib. secundum Fel. in d. c. num. 110.

Arbiter an possit cogi vt dicat sententiam die feriata, distinguendo declarat Barto. in l. idem Pomponius, aliàs incipit denique. §. ex compromisso. ff. de arbitris

arbitris. Donat.Fina.lib.3.

¶Arbiter debet arbitrium suum ferre, partibus citatis. Hanc regulam probat text. in l.nam ita diuus. ff.de adoptio.& in l.de vnoquoque.ff.de re iud.& in l.si enim tres.cum l.sequenti. ff.de arbit. in c.ex ratione de appel.tex.& ibi Bartol.& docto.in l.si arbitratu.ff.de verb.oblig.

Hanc regulam limita septem modis, vt per Vdalric. Zasium in d.l.si arbitratu.nu.33. P.Duen.

¶Arbitrium iudicis debet esse ratione & lege moderatum & non ex opinione propria, sed ex regulis iuris communis, in materia in qua agitur informatum.c.ne innitaris.cum ibi not.de constitut.c.iudice iij.quæstio.vij.l.de vsu.l.illicitas.§.veritas. de offi.præsid. glo.in l.eas causas.de condit.& demonstr. Rom.in consilio ccclxxvij.Alexand.in consilio xxj. visis volu.1. & in consilio ccxxvij.vo.2.Bal.in l.2.in 4.notab.C. de fideicommis.& in l.fi.C.de pœ.iud. qui malè iud. M.Chærianus.

¶Arbiter non potest nocere partibus:fallit in modicis dixi suprà latè regu. 5. ampli.11. vnde non potest pronunciare absentibus partibus.Cyn.l.fin.de contrah.empt.doc.commu.l.si quis arbitratur.ff.de verbor.obligat.glos.& doc.l.1.§.de leg.2.Petr.l.1.ff. de arb.nec nocet parti testifi.arb.in causa,in qua sẽtentiam tulit glos.& Innocen.cap.sine de censibus. Bald.in l.ne in arbitris.C. de arbi.Lanfranc.in trac. de arbit.7.quæstio.27.in terminis, itẽ non creditur arbitro dicenti se tulisse sententiam per simoniam, nam alleganti turpitudinem suam non creditur Innocen. cap.non sine,cum glos. ver.clerici. extra de arbitr. Med.reg.8.

¶Arbiter regulariter non admittitur ad testificãdum vel in testem,in pertinentibus ad causam, in qua iudicauit. notant Innocen. Hostien. & Ioann. Andr. & alij in cap.non sine de arbit.Bart. in l.ne in arbitris.C.eodem.

Amplia quatuor modis.& aliis limita ix.vt per Stephanum Aufrerium in tract.de reprob.test. in litera A, in verbo arbiter. Dias reg.48.

¶Arbiter postquam tulit sententiam, non potest amplius eam retractare. Hanc regulam ponit Specu.in tit.de arbitro & arbitratore.in §.sequitur.nu. 62.Cyn.in l.diuersa.C.de transac.Bal. & Alber.in l. dicere.in §.vnde videndum.& in l.quid tamen.ff.de arbit.Angel.in consil.clij.

Limita primò non habere locum in sententia interlocutoria:per notata in l. quod iussit.ff.de re iudic. & in l.post sententiã.C.de senten.& interloc.om.iud. & in l.1. C.senten. rescindi non posse. & in l.si opus nouum.ff.de noui oper. nuntiat. & in l.fin.in fin. ff. præto.stipul. Innocen. in c.in literis.de offic. deleg. in c.auditis. numer. 2. de procur. & in cap. quod ad consultationem numer.1.de re iudic.Bal.in d.§.vnde videndum.num.1.Abb.& Cagno.in c.qualiter & quando.el.1.nu.6.de accus. & in c. cum cessante.nu. 3.& ibi Additionator de appel.

Secundò limita quandocunque arbiter mutat sententiam incontinenti.nam tunc valet illa iterata pronũtiatio.per l.si ita. la 2.ff. de hæred.instit. in c. præterea.de testib.cogẽ.ita tenet Spec.in d.§.sequitur.numero 62. Quod tamen intelligo verum, quandocũque nõ interuenerit in mutatione sentẽtiæ aliquod spatium,ex quo decerni possit ius esse quæsitum parti.& ita intelligo dictum Baldi qui contra hanc limitationẽ tenet in l.qui arbiter.in 2. lectura.numero 1. de arbitris, dum quærit an desinitiua possit statim corrigi?pro qua opinone est tex.in l.2. C.de sententiis ex periculo citandis. vbi probatur quod statim lata sententia ius quæsitum est parti, & sic mutari non potest.& quia post latam sententiã functus est officio suo.l.iudex.ff.de re iudic.

Limita tertiò quãdo arbiter pronnntiasset contra formam compromissi.ita probat tex.in d.l. quid tamẽ. in §.1.vbi hoc expressè tenet Lud.Rom.in num.1.notatur in d.l.dicere.ff. de arbitr. P.Duen.re.59.

¶Arbiter sententiam non potest ferre de nocte. Hanc regulam probat text.in authentic.de iudicibus.in §.sedebunt. dum dicit quod vsque ad vesperas potest iudicium reddi.ita tenet Bald.in l.in eos. in fine.C.de appellat.glos.in §.2.Institut.de verborum obligationibus.ita concludunt Roman. & Ias. in l.more.Roman.numero 12.in fine.ff.de feriis. dicentes quod arbiter nisi ex causa necessitatis nõ potest dicere sententiam de nocte. per l.si de meis, in fine. & l.si feriatis. secundum vnum intellectum. ff. de arbit.idem tenet Alexander & Riminaldus Maria.in l.non minorem.C.de transaction. reprobato Paulo de Castro ibi,qui facit differentiam inter ordinarium & delegatum & arbitrum. Sed quantum ad arbitros, sic distinguendum puto: aut loquimur de arbitro compromissario, & tunc dico sententiam per eum latam de nocte valere. per textũ in l. diem proferre.in §.stari.& in l.qualem. ff. de arbitr. nam sicut eidem standum est,quando est iniqua ratione rei vel alterius causa, vt in iuribus supra allegatis,& posui suprà in præcedenti regula. ita & ratione temporis,argumento text.in capitu.1.de plus petitionibus.& in §.plus autem.Institu.de actioni. cum aliis notatis in l.vnic. C.de plus petitionibus. Si verò loquimur in arbitro electo secundum formam statuti,cùm multum assimiletur iudici siue ordinario siue delegato, vt tenent Doct.in l.fin. C.de iudic.& dixi suprà in præcedenti regula, crederem, quòd sicut iudex non potest sententiam de nocte dicere,vt in d.§.sedebunt.& notatur in capitu.consuluit.de officio deleg.& in d.l.non minorem. & tenet Socin. in regula ccclx. ita nec arbiter. & sic nostram regulam secundum suprà dicta dico debere intelligi in arbitro statuario. & Socinus ibi ponit quinque fallentias quæ possunt huic regulæ conuenire.ideò vide eum.

Limita primò non habere locum, quandocunque arbiter dedit interlocutoriam sententiam. nam tunc licet sit lata de nocte, tenet tamen: per notata per Baldum in dicta l. non minorem. Imol.in l. quod iussit. ff.de re iudic. notatur in capitulo, auditis.de procur.

Secundò limita quando arbitri assumuntur de iure & de facto. nam tunc cum talis sententia habeat vim transactionis,vt dicit Paulus de Castro in d.l.more. in fi.dicendum est quod sicut transactio potest fieri de nocte,vt in d.l.non minorem.ita & sententia debeat valere.facit quod notat Iason in dicta l. more. num.12.in vij.fallen.

Limita tertiò, quando lata est sententia de nocte ex consensu partium,per notata per Ioan.Andr.in addition. ad Specul. in titu. de arbitro & arbitratore. in §.differt. Iason & alij in d. l.more. & in d.l. non minorem.Felin.in d.c.consuluit.notatur in l.penul. C.de pactis.quod procedit siue expressè siue tacitè esset consensum. vt tenet Ias.in d.l.nõ minorem.in ij.limitatione. P. Duen.reg.58.

¶Arbiter sententiam ferre potest non citata parte,ita

te.ita in terminis Abb.c.pe.num.2.de sent.& re iud. præsertim quando ita à partibus cauetur.Iaso.l. nec quicquã.§. vbi decretũ.nu.55.de offi. proconf.l. ad. monendi. nu. 80.ff.de iur.iur. Niconiz.c. quoniam contra.num 93.de proba.Cuman.conf.7. nume.8.similiter quando arbitratur super elect. personarum. l.cum quidam.vbi doct.ff.de leg.2.Bal.l.nulli. C. de epis.& cleri.l. alio. ff.de alim. & cib.leg. Alexand.l. si quis arbitrat.ff.de verb.oblig.conc. pro primo dicto Tiraquel.in tract.res inter alios acta.fal.40.Cy. in l.fin.C.de contrah.emptio.Card.capitulo exposita de arbi. Med.reg.8.

Articula admitti possunt absque citatione partis.Marsil.leg.de vno.numero 90.ff.de re iud.Anton.capit. 2.de testibus. Med.reg.8.

¶ARBITRI potestas soluitur morte, seu cõpromissũ morte finitur,nisi actum sit quod transeat ad hæredes.l.arbiter.ff.de rec.arb.l.non distinguemus.§.soluto.ff. eod.c.præsentata.de testib.l.actione.§.morte.ff.pro socio.l.diem.l.sed etsi.l.si compromissum. ff.de arbitr.Abb.c.compromissum.nume.2.ff.de arbit.idem soluitur morte alterius compromittẽtiũ, nisi de hæredibus aliquid fuerit actum.Bald.conf.2. nu.1.volu.3. Item fallit hoc dictum in re diuidua, nã mortua vna persona,& extincta vna re,durat adhuc compromissum,quo ad alias cum tot sint compromissa quot partes & personę.l.ad officium.C.de cõ. diu.l.scire.ff.de verb.oblig. l.si plures. ff.de iniuriis. In re autem indiuidua finitur compromissũ morte, vnius tantum, vt est in seruitutibus,l.hæredes.8. an ea.ff.fam. herc.l.loci.§. pen.ff.si seruit.vend. Tertiò fallit quando non facta mentione hæredum, sed pro se & vxoribus compromiserunt duo promittentes,& alterius vxor moritur,nõ finitur cõpromissũ. cum executio non extra illam, sed contra promittentem fieri deberet. l.Plautius. ff.de procur. Ang. consilio 249.Quartò fallit in iudiciis quando nomine dignitatis compromissum fuit.l. proponebatur. ff.de iud.l.mortuo iudice.C.de ped.iud. Quintò fallit in arbitratore,quia arbitrium nõ soluitur morte. est enim transactio quædam,in quam hæres concedit.Sextò fallit post sententiam latam. l.diem. ff. de rec.arb. Septimò fallit in compromisso facto per prelatum in fauorem ecclesiæ,quo casu eo mortuo, transit ad successorem.capit.1. de arb.ca.2. de præc. c.1.de societ.capit.fina.ne præl.vices suas,secus si esset in perpetuum detrimentum ecclesiæ,nam & eo viuo,eo casu non tenet.capit.3.eodem tit. Quod autem arbitrium non soluatur morte,not. Specul. tit. de arbit. §. fi.ratione superiùs relata:dę qua c. Quintauallis de iureiur.auth.si verò.C.de iud.DD. Com. vbi Ioan.And. & Ant. c.compromissum. vbi Imol. nume.6.de arbit..Lanfranc. tract.dearbi.6. memb. numer.46 Item & secundò not. arbitri potestatem pluribus modis solui,quorum primus est si inimicitiæ interuenerint,vel infamia facti.l.licet.ff.de arbitr.l.non distinguemus.ff.eodem. Secundò si arbiter fuerit in magistratu positus.l.3.ff.eodem. Tertiò secuta sententia. l.diem. ff.de arbitr. Quartò soluitur per lapsum temporis. l. si cum dies.ff. eodem. Quintò si litigãtes ad aliud iudicium peruenerint. l.litigatores.ff. de arbit. Sextò soluitur acceptilatione, pacto, & transactione, rei peremptione, sacerdotio adueniente. l.non distinguemus.§. compromisso.ff.eodem. Septimò per cessionem bonorum vnius ex litigantibus. l. item si. ff. de recept. arbitr. Octauò quando compromissum claudicat, l.quid tantum.§.penultim.ff. eodem capit. cum inter.de exception. Nonò per pronuntiationem incertam.l.item.§.idem.ff.de arbit. Decimò quando est manifesta turpitudo,quando accepit pecuniã vt pro altera parte pronũtiet.l.item si.ff.eodem.Vnde decimò quando latum fuit extra petita.l.quod tantum. ff. eodem. Duodecimò cùm pronunciatur die feriata l.omnes.C.de feri. Decimotertiò quando pronunciauit alibi quàm fuit compromissum, l.si cùm dies.§.si arbiter.ff.eodem.vel absente parte, Specul.titu.de arbitr.§.finitur.num.2.§.sequen.numero 10.latiùs dicam in fer. in vers. compromissum conc.cum hac concl.l.Titio.ff.de vsufr. Inst.quibus modis ius patr.sol.not.l. 1.C.si reus vel accus.mort. fuer.el defuncto.ff.de publi.iud.Corn.consilio 195. numero 8.volum.2.Dec.l.pupillum.§.in hæred.numero 3.de regu.iu.l.2.ff.de pe.leg. Bal.l.vni. C.ne ex delict.def. Medic.tract.2.par.

¶ARBITRI sentẽtiæ etiam si sit iniqua, standum est, vt in l.diem proferre.in §.stari.ff. de arbitris. & in l. qualem.eodem titulo.

Limita primò quando sententia arbitri fuisset lata secundum voluntatem & contra compromissum. nã tunc esset nulla,per notata in cap. dilecta de rescrip. & in cap.Pisanis.de restitut.spol.& in l. non distinguemus.in §.de officio.ff. de arbit. quia omnis potestas arbitrij dependet à compromisso, in tantum quod si esset compromissum de iure & processum de facto,non teneret sententia.vt ibi facit lex, diligenter.ff. mandati.cum aliis.

Secundo fallit , si arbirer ferat sententiam pretio vel dolo aduersarij.nam tunc non valet,nec ei standum est, sed ope exceptionis infringitur : ita notabiliter tenet Specul.in titu.de arbitro, & arbitrat. in §. excipitur.num.4.versic.item quod corruptus.per tex. in l.3.in §.1.& l.ita demum. ff. de arbit.& in l. sed & si seruum.in §.sunt & alij.eodem tit.& in c. 2.de arbitris.& in cap. cùm æternæ.de re iudic.lib. 6. & in cano.accusatores.3.q.5.facit text.in l. non distingue mus.in §.cùm quidam.eod.tit.

Tertiò fallit quando ius est clarum, & sententia arbitri continet errorem expressum.per notata in l.2.C. quando prouoc. non est necesse.in cap. per tuas. de sententia excommunic.per Bart.& Alexan.& Ias.in l.cum prolatis.ff.de re iudic.Felin.in c.1.num.6. de re iudic.Moderni in l.qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo.obliga. Anto.de Butr.in ca.Quintauallis. numero 42.de iureiurand.& intelligitur expressum scilicet in ipsa sententia,vt si pronuntiauit quod minor non potuit testari, contra tex.in l. qua ætate.ff. de testamen.nam si non est expressus error,non dicitur arbiter iudicasse contra ius commune,sed contra ius partis, vt in cap. cùm inter.de re iudic. facit text. & quod ibi notatur in l. si expressim.ff. de appel.quod notat Barto.in l.is cui bonis.ff.de verbor. obligat.ita tenet Felin.in d.ca.1.de re iudic.num.9. Quam limitationem amplio procedere quando arbiter fert sententiam contra consuetudinem. nam sicut non valet contra ius,ita neque contra consuetudinem,cum à pari procedant.ita notatur in dicto capitu.1.de re iudic.per Bald.in l.2. C.quando prouocare non est necesse. faciunt notata per eundem Bald.in Rub.de concessione recti feud. & ita tenet Angel.Aretin.in §.1. Institut.de offic. iudic. de quo vltra eum ibi.& Felin.in dicto cap.1. de re iudicata. vide doctor.in d.l.cum prolatis. & in d.§. duo fratres. Quam supradictam regulam intelligo habere locum

locum in arbitro voluntario, secus est in arbitro statuario, nam ab eius sententia appellatur ex dispositione iuris, ita tenet Bartol. in fin. C. de iudiciis. pro qua opinione est glos. in c. à iudicibus, 2. q. 6. & in c. ab arbitris. de officio deleg. lib. 6. quam opinionem vltra Bart. ibi sequuntur Salyc. & Ias. & Iacob. de sancto Geor. in dicta l. fin. C. de iudic. & ibi Aretin. qui dicit quòd ista est verior, & cõmunis opinio. Hanc opinionem tenet idem Bart. in l. j. in fine. ff. à quib. appellare non licet. Iaso. in §. omnium. nume. 11. instit. de actionib. & ista est verissima opin. licet cõtrarium teneat idem Bartol. in prima constitutione C. nume. 4. quem sequitur Anto. de Butr. in d. capit. Quintauallis num. 33. & in cap. cùm dilectus. de arbitris Dominic. in dicto c. ab arbitris. P. Duen. reg. 57.

¶ARBITRO facultas concessa iudicandi secundum formam primi compromissi, si de primo non constat nulla ei iurisdictio deuoluitur. capitulo cũ dilecta, de confirm. vtili, vel inutili. Abb. capitul. ex parte, de priuileg. per hãc reg. de qua per Ias. d. l. admonendi. num. 32. ff. de iur. iur. Dec. cons. 433. nume. 4. Medic. reg. 10.

¶ARBITRIVM iudicis. Quod confertur in arbitrium domini vel procuratoris, de arbitrio boni viri seu iudicis intelligitur. fallit in 2. casib. quos not. Iaso. & Dec. in l. generaliter. ff. de reg. iur.

Ab arbitrio iudicis relinquitur modus torturæ. no. doct. in l. fi. ff. de quæstio.

Ampliatur in multis quæ remittuntur arbitrio iudicis de quibus latissimè videas Mars. in l. quæstionis modum. ff. de quæst. Donat. Fina. lib. 3.

Arbitrium l. 23. §. fin. vide bona fides.

¶ARBITRIVM. De arbitrio boni viri.
In auth. de sanct. episc. §. reueren. Azo ru. 104.

¶ARBITRIO iudicis relinquitur: quæ dicatur quantitas modica. Iac. Menoch. in tract. de arb. iud. lib. 2. Cent. 1. Cas. 52. nu. 11. & idem d. loco. lib. 1. q. 11. nu. 8. Bal. l. voluntatis. nu. 7. C. de fideic. l. quidam. ff. de leg. 2. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. Med. reg. 5.

Arbitrio iudicis declaratur quando aliquid generaliter probatum est, cũ alias declarari non potest. Ber. c. quoniam contra. numer. 28. de probat. Bald. l. 1. in fi. ff. de iure delibe. doct. com. cum sit. de appellat. Medic. reg. 1.

¶ARBITRIA vt iudicia tractãtur & ad instar iudiciorum *redacta sunt. l. 1. ff. de arbit.

ADDITIO.

* Iudiciorum. Et an hoc indistinctè sit verum, vide Lanfranc. in tract. de arbitr. versic. arbitrium. versic. diffinitio.

Primò fallit ista regula quantum ad appellationem: quia à sententia iudicis appellatur, vt l. 1. ff. de appellat. sed à sententia arbitri non appellatur, imò ei stãdum est vt l. prima. C. de arbit. & in l. diẽ proferre. §. stari. eo. titu.

Secundò fallit, quia in iudicio actor præstat cautionẽ de prosequendo litem, & reficiendis expensis in pœna siue casu quo succuberit. vt in authentic. generaliter. C. de episc. & cle. & in corpore, vnde sumitur. approbatur per Bald. in d. authen. generaliter. glos. tamen in d. l. 1. de arb. videtur tenere contrarium: & ibi Gul. de Cu. hoc tenet.

Tertiò fallit, quia pupillus in iudicio nullo modo obligatur. vt l. 1. C. qui le per. & in l. cum & minores. C. si aduer. rem iudic. sed pupilli in arbitrio bene obligãtur naturaliter & tali obligationi naturali potest accedere fideiussor. l. si pupillus. ff. de arb.

Quartò fallit, quia ex sententia iudi. oritur exceptio rei indicatæ, vt l. 2. de arbi. vbi de hoc latius. sed ex sententia arbitri non.

Quintò fallit, quia in iudicio habet locum reconuentio, vt l. Papinianus. & in authentic. & consequẽter. C. de sent. & interlocu. om. iudi. sed in compromissis & in arbitris non habet locum reconuentio, vt in l. fin. in prin. ff. de arb. & in ca. cùm dilectus extra eod. titu.

Sextò fallit quia iudex potest purgare contumaciam litigatorum & cogere testes ad comparendum, vt in d. l. vnic. ff. si quis ius di. non obtempe. & in §. si verò ignoti. in auth. de testibus. Sed arbitrator non potest purgare contumaciam litigantis, nec cogere testes. l. qui cum. §. vlt. de arb.

Septimò fallit, quia iudex potest pronuntiare altera parte præsente, & altera parte absente. vt l. inter stipulantem. §. 1. de verb. oblig. sed arbiter non potest, nisi vtraque parte præsente. si aliud non conuenit. l. diem proferre. §. si quis litigator. ff. de arb.

Octauò fallit quia iudex potest citare partem ad quẽcunque locum voluerit, sed arbiter non potest nisi in loco compromissi. vt l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbitris.

Nonò fallit, quia iudex potest delegare iurisdictionẽ, vt l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iuris. sed arbiter non potest delegare iurisdictionem arbitrariam. l. non distinguemus. §. quæsitum. ff. de arbitris.

Decimò fallit quia in iudiciis, vbi est dies præfixus potest purgari mora, vt l. & si post tres. ff. si quis cau. secus in arbitris, vbi quando dies est præfixus non potest amplius mora purgari. vt in l. cessat. ff. de arb.

Vndecimò fallit quia sententia iudi. potest infirmari, l. ictus fustium. ff. de iis qui not infa. sed sententia arbitri non infirmatur. l. furti. §. ex permisso. ff. de iis, qui not. infami.

Duodecimò fallit, quia si pars in iudicio renuntiat appellationi, non potest amplius appellari. l. fin. in fi. C. de tempor. appel. sed etiam si partes renuntiauerint appellationi non compelluntur arbitrio stare. l. penult. C. de arb.

Tertiodecimò fallit, quia iudicium redditur in inuitũ, etiam principio. l. inter stipulantem. §. 1. de verbo. oblig. sed compromissum fit tantum inter volentes, vt l. iiij. ff. de arb.

Quartodecimò fallit, quia in iudicio contrahitur ere modicium, sed coram arbitrio non. glos. in l. diem. §. si quis. ff. de arb. l. 2. C. eod. titulo.

Quintodecimò fallit, quia iudex cognoscit de pœna compromissionis. l. qui tamen. §. fin. ff. de arb. sed arbiter non.

Sextodecimo fallit, quia olim & hodie ex sententia iudicis oriebatur & oritur actio. vt l. miles. §. iudicari. de re iud. & l. actori. de iureiur. secus de arbitro.

Decimoseptimò fallit, quia instantia iudicis in hæredem transit. vt l. cùm hominem, & ibi latè per Bart. & Ang. ff. de solut. sed instãtia arb. non. vt l. diẽ proferre. §. j. ff. de arb.

Decimooctauò fallit, quia si stat per iudicem quominus in causa procedetur, non currit terminus ipso iure secundum glos. in l. sed etsi per prætorem. §. sed & si. ff. ex quibus caus. maior. secus si stat per arbitrum. l. si cùm dies. in prin. ff. de arb.

Decimononò fallit, quia morte arbitri finitur instantia & compromissum. l. sed & si appellatur. §. vlti. & ibi not. ff. de arb. secus autem mortuo iudice. l. 2. C. de eden. l. mortuo. ff. de fideiuss.

Vigesimo

Vigesimò fallit, quia clericus non potest esse iudex regulariter in causis secularibus, vt l. repetita. C. de epis. & cleric. sed tamen clericus potest esse arbiter. vt l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de eod. & l. episcopali. & l. si quis ex consensu. C. de episcop. audien.

Vigesimoprimò fallit, quia iurisdictio iudicis potest etiam prorogari tacitè. l. 1. & 2. ff. de iudi. secus autem in arbitro, vt est tex. cum gl. in l. non distinguemus. §. si quis. ff. de arb.

Vigesimosecundò fallit, quia iudex postquam est recusatus pro suspecto, processus factus est nullus. l. 1. C. si quacunque prædi. sed in arbitro secus, licet obstet. &c. vt l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbitr. & ita not. Bartol. in l. quia poterat. ff. ad Trebel.

Vigesimotertiò fallit, quia iudex potest condemnare partem ad mulctam applicandam fisco. l. vnic. ff. si quis ius dicenti non obtem. sed arbit. non. vt l. ex omnibus. & l. arbit. cum glo. suis. ff. de arbitris.

Vigesimoquartò fallit, quia maior xviij. ann. & minor xx. de consensu partiũ potest delegari iudex, etiam ab inferiore à principe: vt in cap. viginti. de officio dele. sed tamen non potest esse arbiter. & rationem vide per docto. in l. quidam consulebant. ff. de re iudicata.

Vigesimoquintò fallit, quia furiosus habens dilucida interualla potest esse iudex, vt l. cùm furiosus. ff. de re iudic. sed tamen non potest esse arbi. vt ibi notat glos.

Vigesimosextò fallit, quia iudex per se suam exequitur sententiam. sed arbi. non. l. à diuo Pio. ff. de re iudicata.

Vigesimoseptimò fallit, quia infamis potest esse arbiter. l. Pedius. ff. de arbit. sed non iudex. l. 2. C. de leg. l. vnic. lib. 12.

Vigesimooctauò fallit, quia sententia iudi. per pecuniam lata, est nulla. l. venales. C. quando prouo. non est necesse. sed non est sic in sententia arb. vt est tex. cum glo. in l. ita demum. ff. de arb. & tex. in l. diuus. ff. de re iudic. cum glos. sua.

Vigesimononò fallit, quia iudex habet iurisdictionem sed arb. habet notionem, vt l. ait prætor. §. primo. de re iudicata.

Trigesimò fallit, quia sententia & iurisdictio iudic. est fauorabilis & meritò extendenda. vt in l. pen. cum glo. ff. de offi. deleg. & not. in c. præterea, de rescrip. non sic in sententia & notione arbitr. vt in l. 3. & in l. non distinguemus. ff. de arbit.

Trigesimoprimò fallit in re euicta. nam per sentẽtiam arbit. non datur euictio, secus per iudicem. vt l. si dictum. §. coniũcta. & l. non tãtum. ff. de euictio. quod limita, nisi fuerit promissum de euictione quoquomodo euinceretur. vt est glos. not. in l. cum pœna. ff. de arbit. B. Socin. reg. 45.

¶ Arbitrandi potestas alicui concessa intelligi debet vt semel tantùm arbitrari possit. Bald. l. si vt proponis. la 1. cum glos. 3. C. quomodo, & quando iudex. Innocen. c. veniens, de iur. iur. Bald. l. si diuersa. colum. 2. C. de transac. Felin. c. 2. col. 3. de treuga, & pace. Ias. l. duobus. §. si ei. col. 2. ff. de iur. iur. l. diuortio. §. quod anno. col. 2. ff. sol. matr. Medic. reg. 4.

¶ Arbitrator. A persona arbitratoris electi per partes postea non arbitrãtis non receditur, vt eatur ad arbitrium boni viri, & sic iudicis & consequenter extinguitur compromissum, & stipulatio annullatur. l. fin. C. de contrah. emptio. l. si merces. ff. de locat.

Fallit in 7. casi. quos not. Ias. in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obli. nu. 7. Fallit in 2. casib. secundum Soc. in. in d. l. si quis arbitratu. nu. 21.

Arbitrator propter superuenientiam excommunicationis non desinit esse arbitrator.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in vno, à Soc. Iun. d. l. si quis arbitratu. nu. 79.

Arbitrator debet cognoscere, & diffinire in præsentia partium, aliàs laudum non valet. Fallit in 8. casibus. vt per Socinum in d. l. si quis arbitratu. numero 29. Don. Fina. lib. 3.

¶ Arbitrator potest in modico lædere alteram partem. Bar. l. idẽ Pomponius. & l. si de meis. §. recepisse. ff. de arb. l. societatem arbitrorũ. ff. pro socio. Bal. & Saly. & doct. com. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Bald. l. si hæredis. ff. de man. testam. pro bono enim pacis de modico non curatur. Bald. l. 1. col. 2. C. de his quæ pœn. nomi. c. cum adeo. col. 2. de rescr. Matesi. clem. sæpe. §. quæ omnia. col. 6. de verb. sig. conc. simil. Decis. Neapo. 129. nu. 13. Alex. Rub. ff. sol. mat. nu. 3. Med. reg. 5.

¶ Archiepiscopus præiudicare non potest exemptis, exercens iurisdictionem contentiosè nisi vocatus fuerit ab illis. Card. clem. 2. in opp. 1. de priu. nec factũ suum suffrag. nocet. licet illum cõpe. pos. ad iustitiam administrandã. c. nullus. de iur. pat. c. pasto. de of. ord. Abb. c. 1. colum. 2. de foro comp. gl. cap. si quis. eod. tit. Med. reg. 8.

¶ Argentum. Cui debetur aurum vel argentum nõ potest solui pecunia. C. de don. l. si quis argentum. de aur. & ar. leg. l. 1. §. si. ff. de sol. l. Paulus. Riisvvich.

¶ Argumentum à contrario sensu valet. l. 1. §. huius rei. ff. de of. eius. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamen. l. ex eo. ff. de testament. l. secunda. C. de conditio. institu. capit. cum apostolica, extrà de his quæ fiunt à præla.

Fallit in 17. casib. vt per Socin. regul. 28. fallit in 4. casibus, secundum Sebast. Sap. in l. 1. ff. de offi. eius, numer. 60. fallit in 6. casibus, vt per Iaso. in d. l. 1. num. 36. Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in multis à Fel. in. c. significasti, de foro competen. Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Baptist. à Villa. conclusio. 146.

Ampliatur per Franci. Viuium in suis conclusio. vers. argumentum.

Argumenta à simili, corruunt dissimilitudine data. gl. in c. sicut vrgeri. 1. quæst. & est bonus tex. in l. inter stipulantem. §. sacram. ver. 1. ff. de verb. oblig.

Fallit vt per Socin. regu. 29. Ampliatur in 3. casib. per Dec. in c. translato de constit. Fallit in 8. casibus, vt per Fely. in c. 2. de sponsa. fallit in 10. casibus, vt per Nicola. Euand. in suis topicis iuris, in parte locus à simili. fol. 60. in paruis.

Argumentum à contrario sensũ habet locum in vltimis voluntatibus. l. aliquando. ff. de cond. & demõ. l. legatum purè, in prin. ff. de adim. leg. l. quod purè. in prin. ff. quando dies lega. cedat.

Fallit in 4. casibus, vt per Iason. in l. 1. de offi. eius. num. 54. fallit in multis casibus, vt per Iacob. de Nig. in d. l. 1. num. 41. & sequen. vide Bar. in l. fin. commu. prædio. Dyn. & doct. in l. pactum, de pact. Bal. in l. fin. C. de leg. 1.

Argumentum à contrario sensu valet in statuto. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, firmat Bald. in l. 2. in prin. C. de cond. insert.

Fallit in 2. casib. secundum Alexan. qui firmat hanc re-

gulam.in l.1.numero 45.ff.de offic.eius.fallit in 3. casibus secundum Iacob. de Nig. in d. l.1.numero 36. fallit vt per Ioan.Crot.in l. omnes populi.ff. de iust. & iur.numero 124. & postea limitationem sublimitat.nu.128.

Argumentum à contrario sensu valet in dispositione legis hanc esse communem opinionem, attestatur Ioan.de Nig.in l.prima.ff.de officio eius.not.in l.cõuenticulam.C.de epis.& clericis.& in l.2.ff.de offic. eius.

Fallit in multis casibus, vt per Iacob. de Nig. in d.l.1. nu.34.& seq.

Fallit in 6.casibus secundum Alexand.in d.l.1.num.38. fallit in 4.casibus secundum Campe.in tracta. de testa.conclusi.429.Ampliatur in 9. casibus & limitatur in 10.à Io. Bolog. in d.l. 1. ff.de offi.eius. nu.84.

Argumentum à contrario sensu sumi potest, quando statutum disponit in casu non prouiso à iure communi, hanc regulam cum 3.limitationibus ponit Ioan.Crot.in l.omnes populi. ff. de iust. & iure, nu.128. & seq.

Argumentum ab etymologia vocabuli valet. l.1. ff.de iust. & iu.l. 2.§.appellata. vbi latè Bar. ff.si certum pet.l.1.ff.de acq.pos.l. senatus. §. donatio. ff. de donat.causa mort.l.ita vulneratus.ff.ad l. Aqui.§. sicariis.insti.de publi.iud.

Fallit in 3.casibus quos not.Ias. in d.§.appellata. fallit in 6.casibus secundum Ripam in l.1.ff.de acq. pos. num.19.fallit in 5.casibus secundum Fel. proœ.decreta.num.34.latissimè videas Ioan.Bolog.in d.l.2. nu.12.& seq.

Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus valet.l.ita stipulatus.la magna.& l.si diuortio. ff.de verbor.obli.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de act. & oblig.l.non est mirum.ff.de pigno.act.

Fallit in 18.casibus,quos not.Ias.in l.quæ.de legato.ff. de lega.1.nu.1.

Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates procedit.l.seruum filiis. §. eũ qui chirographum. ff. de leg.1.l.si chirographũ.ff.de leg.3.l. si successori.ff. de neg.gest.l.fin.C.de leg.l.1.& ibi Bar.no. C.de lege Fusiacan.tol.

Fallit in 4.casibus quos not. Iaso.in l.quæ de legato.ff. de leg.1.

Argumentum à contrario sensu habet locum in contractibus.l.inter socerum.§.cùm inter.ff.de pact.dotalib. Corset.in sing.in verb.argumentum.l. pecuniam.ff.si certum pet.

Fallit in 2.casibus vt per Ias.in l.1.ff.de offi.eius.Nicolaus Euand.in suis topicis in loco à contrario sensu col.antep.

Argumentum de maiori ad minus validum est. c. cui licet de reg.iur.in 6.l.in actionibus.§.1.ff.de in litem iuran.facit tex.in l.nec in ea.ff. de adulter.facit tex. in l.in suis.in ff.de li.& posthum.l.1.C. ne fideiusso. dot.ea.ex parte,de deci.c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi.

Fallit in 7.casibus.vt per Dec.in l.non debet.ff.de reg. iur.fallit vt per Damas.reg.81.

Argumentum à diffinitione valet.l.1.§.ff.de dolo malo l.1.vbi Bar. ff.de testa.fallit vt no.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.

In argumentum trahi nequeunt quæ propter necessitatem aliquando introducta sunt.ff.de quo à princ. Inst.de iu. natu.

Fallit vt per Dyn.in cap.in argumentum,de regul.iur. Don.Fina.lib.5.

¶Argumentum à contrario sensu * tam in legibus & vltimis voluntatibus,quàm in statutis, validum est in iure.l.j.§.huius rei. ff.de of.eius cui man. est iur.& l.qui testamento.§.mulier.ff. de testam.& in l.ex eo.ff. de testib.& in l.2.C. de condi.insert.& in c.cũ apostolica. extrà de his quæ fiunt à prælato sine consensu cap.& not.gl.in c. 1.de æta. & quali.in 6.& in l.omnes populi.de iustit.& iure.& in l.si procuratorem.§.ignorantes.ff.mand. & in l. pecuniam si cert.pet.l.inter socerum.§.tutor.ff.de pact.dot.& l.Imperatores.de posth.& per doct.in l. conuenticulam. C.de epis.& cle.& in l.apud antiquos. C. de fur.& per Bald.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff de pact.& plenè.in l.mater.C. de insti.& sub.sub cõdi.fac.& idem dic in priuilegio, vt in cap.penult.de priuil.in 6.

Additio.

* Sensu. Vide Fel.in c.ecclesia S.Mariæ. de consti. & in c.nullus.circa pri.de foro cõp.& in c.significasti. vers.de arg.eod.tit.& nũquid sit sumendum ex tex. c.si verò.de iureiur.vide per eum ibid.in vers.& pro hoc.& vide Paul.de Cast.in con.cccxxxvj. in primo impressis.& Imo.in consil.lvij.Lud.Rom. in cõsilio cccxcij.& in cons.xj.& in consi.xvij.vbi quid in sententiis, & an sit ex mente legis. Vide Franc.Aret.in consil.xliiij.& quid in rescrip.& conuent.vide Lud. Rom.in consi.cccxcix.de quo etiam per do.Alexan. de Imo.in consil.xlvj.& nunquid in priuileg. sumatur.vide eundem d.Bar.Soc.in consi.ccxlvj.inci. eleganter.vers.nec ob.cum vers.seq.in 2.parte. & an in statutis ad correctionẽ iuris sumi debet, quod quis esset hæres ad tempus.vide per eum in consilio 64. incip.in causa.versi.præterea circa me.versicul.& in consil.lxxxj.inci.in præsenti.& in cons.cxlvij.incip. visa.vers. 4. quia non in 1. par. & nunquid ex a di-tramento.vide Bal.in con.clij.in 2.par.& vide Cor. in cons.cclxvj.incip.circa. in litera d.& f. & in cons. cccviij.inci.quod dicta.in litera h.in 4. par. & qualiter tale arg.in contract.procedat. vide per eum in cons.clxviij.inci.visa.In litera h. in 1.par. & in cons. xxxj.ici.videtur.in lite.b.& in cons.107.inci.viso in lit.d.& nunquid valeat à contrario sensu statuti,vide per eum in cons. xx.incip. videtur. in lite. a. in 3. par.& quid in contract. vide per eum in consil. 22. in lite.a.& in cons.cx.incip.in iudicio. in litera .j & quid in instrumen. vide per eum in consil. cxix.inci.circa primum.in prin.& quid ad correct.iuris, vide per eum in cons.xliij.in 2.par. B.Vad.

Primò fallit hæc regula quando resumendo tale arg.à contrario sensu veniret legum correctio,vt l.cùm pater. C. de conditi.insert.

Secundò fallit quando resultaret intellectus absonus, vt l.conuẽticula. C.de epis.& cle.vbi plenè per Bal.

Tertiò fallit quãdo reperiretur casus cõtrarius.vt d.l. cùm pater.& per Bal.in d.l.conuenticula.

Quartò fallit in hærede instituto,vt est casus singul.in l.ex facto.el 2.ff.de hæred.instit.secundum Bal.ibi, qui inducit illum tex.

Quintò fallit quando ita arguendo in statuto,statuentes inciderent in aliquam pœnam,vt per gl. in c.ceterùm.& in c.quanto.extrà de vsur.quam Lu.Ro.in sing.suo cccclxviij.alleg. facit ad hoc.l. si procurator.ff.de cond.indeb.& gl.in clem.j.de vsur.

Sextò fallit in statuto correctorio,vt ponitur per Docto.in l.si verò.§.de viro.ff.solu.matr.nisi taliter nõ arguendo aliud non operaretur, vt per Paul. de Castro in l.qui testamento. §. mulier.ff.de testament. facit

facit ad hoc optimè authen.ex testamēto.C.de colla.quam Bar.C ꝑpo.ad hoc alleg. & eam se didicisse à quodam docto.Perusino dicit:tamen probat difficulter atque subtiliter dicit circa hanc materiam, quòd argumentum à contrario sensu dicitur fieri ex coniectura,vt l.apud antiquos.C.de fur. Bene tamē dicitur esse impropriū tale argu.vt probat tex.sing. in l.j.si tab.test.nul.ext.quod no.pro stat. vbi verba propriè sunt intelligenda. vt l.3.§. hæc verba. ff.de neg.gest.& l.quicquid adstringendæ.ff.de verb.ob. vnde videtur quod in statutis non valet tale arg.cuius contrarium non est in prin. reg. cogita solutionem.dicitur hoc etiam regulariter fieri, vt no. in d. l.si procuratorem.§.si ignorantes.ff.mand.quandoque etiā fieri dicitur impropriissimè.vt in c.apostolica.extrà,de is,quæ fiunt à præla. sine consen. capi. sed de natura agentium à contrario. vide per doct. in l.1.§.domus.& in §.huius.ff.de offi.eius cui man. est iuris.& in l.obseruare.§.proficisci. ff. de offi.pro con.& Ioan.And.in d.c.j.de æta.& qual.li.6. & per Ant.de But.in c.quo dicitur.de verb. sig.& per Bal. in l.apud antiquos.C. de fur.& per eundem in l.omnes populi.ff.de iust.& iur..& Paul.de Cast. in l.qui testamento.§.mulier.ff.de testamen.& per Can. in d.c.apostolica.& vide etiā Bal. in gl. in hac materia in d.l.qui testamento.in §.mulier. qui melius loquitur quā aliquis alius doctor,qui faciēdo distinctionē,dicit quod arg. à contrariò sensu aliquando sumitur probabiliter,sed non necessariò,& aliquādo probabiliter & necessariò. aliquando, nec probabiliter nec necessariò.de quib.omnib. latè vide per ipsum.

Septimò fallit quando ex contrario sensu resultaret tam correctio alterius statuti, quàm iuris communis derogatiui,vt patet rectè intuenti not.Bar.in l.j. in §.hoc interdictum. ff.quod vi aut clàm, & quia tale argu.inducitur per coniecturam,& improprietatem. & per tantas subauditiones & improprietates,non debet induci correctio legis vel statuti, sed bene cauitari,vt gl.sing.in d. ca.cupientes.§.quòd si per viginti.in verbo petere.de elect.lib.6.

Octauò fallit quando ratio statuti impugnaretur, argumento sumpto à contrario sensu, vt est gl.sing.in l.cùm prætor.§.iudex.ff.de iud.si sit etiam statutum permissum in certo casu, à contrario sensu. vt ibi & in c.nonne.de præsump. tamen non sumitur contrarius sensus,quando ille casus specificè permissus,vel prohibitus fuit, & specificatur ratione in actu frequentato,vt est glo.secundum Io.de Imo.in clemē. 2.& in l.1 de rescriptis.

Nonò fallit quando ex arg. induceretur correctio iuris communis,vt in d.clem.2.& in l.2.C.de condit. inser.& not.in d.§.huius rei.Et est ratio, quia cōtrarius sensus potius venit ex interpretatione quàm ex verbis.l.pecuniam.ff.si cert.pet.& not.per Bal.in d.l.apud antiquos.item fit per quādam subauditionem.vt not.Bald.in d.l.2. C.de cond. inser. per quā non debet fieri legum correctio, vt est gl.sing. in d. c.cupientes.§.quòd si per viginti.& est casus in l.fi. vbi autem.C.de bon.quæ lib.iuncta l. pen.C. de testam.item fit per quandā coniecturā quæ non procedit ex proprietate verborū. tex. est sing. in l.pen. si tabul.test.nul.ext.quod tamen intellige,vbi statutum aliter operari non posset, nisi sumatur arg.à cōtrario sensu, quia tunc poterit sumi, etiam à correctione iuris communis. vt no. Iac. Butr.in l. omnes populi.ff.de iust.& iure. §. huius rei. etiam Paul. de Cast.in d.§.mulier.& in d.§.huius rei.& Rom.in l. si cùm dotem.in prin.ff.sol.matr.Raph.Cu. & Lud. per d.gl.prout etiam dictū fuit supra in 6.fallen.

Decimò fallit,nisi statuto caueretur,quod statuta non recipiant extraneū,vel subauditū intellectum,quia si contrarius sensus sit,intellectus subauditus non posset sumi,vt not.Bal.in l.ij.C.de cond.inser. Qui tamen intellectus nisi sumeretur,contrarius sensus relinqueret aliquod absurdum, nam statutum prohibens statuta recipere interpretationem vel subauditionem debet intelligi,nisi propter hoc sequeretur absurdum, ex eo quia talis intellectus cōsonat iuri naturali,à quo omne absurdū remouetur. vt in iij.§. his legib.ff.de orig.iur. & ideo statutū hāc interpretationē tollere nō potest.quia nec ius Ciui. hoc posset.l.2.ff.de vsuf.ear.rer.quæ vsu cōsum.Sed per ista verba solū videtur remota cauillosa interpretatio: vt est gl.fin.in Clem. exiui de paradi.in §.quia verò. de verb.sig. quam ad hoc alle. Bar. in Auth. si qua mulier. C.de sa.sec. & Lu. Ro.in l.Cæsar. ff.de pub.

Vndecimò fallit quando in statutis est dictio implicatiua maximè vel similis.argu.l.qui se patris.C.vnde lib.secundum Ant. de But. in c.cum apostolica. de is quæ fiunt à præla. vbi subdit quod verba enuntiatiua principis,si super illis non fundatur intentio eius, non inducunt arg. à contrario sensu. vt ibi plenè per eum.nam etiam tale arg. debet sumi ad defectum causæ finalis non impulsiuæ, secundum Bald. in d.§.huius rei.

Duodecimò fallit dicta regula,videlicet quod non sumitur dictum arg.nec in contract.nec in vlti.voluntatib.quando esset contra mentem cōtrahentiū, vel cōtra mentē testatorū. vt in l.inter socerum.§. cum inter.de pac.do. quem text.reputat ad hoc singularem.Io.de Imo.& d.Abb. in d.c. cùm apostolica. & est tex.in l.cùm pater.C.de condit.inser.

Decimotertiò fallit, vbicunque in legib. esset dictio præsertim vel maximè,vel similes actiones implicatiuæ,quia illa inducunt maiorem rationem in casu contrario, ita cessat argu. à contrario sensu, secundum Iac.de But. in d.l.conuenticula.per illum tex. prout in litera habetur dictio, etiam vt ipse ibi refert.& no.glo.in l.illud.in verbo æstimari.ff.ad leg. Aquil.bene facit quod not glos.in l. cùm prætor. in verbo iudex.ff.de iudic.

Decimoquartò fallit, quando sumeretur arg. à contrario sensu verborum narratiuorum legis secūdū Ant. de Butr.in c.publicato.de elect.post Io.And. ibi, & not.Io.And. etiam in d.c. cùm apostolica.& in cle. si sumus. de sent. excom.bene facit quod no. Fe. de Se. in commento iij. in puncto iij. prædicto respectu, vbi dixit quòd verba narratiuæ legis non constituūt ius allegandi.c.si Papa.de priuil. in 6. & ita etiam dicit Saly.in d.l.qui se patris.C.vnde libe. allegando in arg.l.verba.C. de testa. & ita etiam dicit ipse in l.accusationem. C.qui accu. non pos.pro quibus allegat glo.in c.2.in verb.non teneris. de dolo. & cont.lib. 6.& ibi etiam ponderant Mod.

Decimoquintò fallit vbicunque verbum Canonis ponitur narratiuè vel modaliter secundum Ant. Butr. post Io.And. in d.c. publicato. & ibi Abb.& in d. c. cùm apostolica. allegato,vt not.dicitur per Spec. in titul.de all.& dis.§.postliminio. versic. non obstat. licet in d.c.cùm apostolica.nihil.alleg.tamen Spec. in loco præalleg. hoc non firmat. de quo plenè per Io. de Imo.in d.c.cùm apostolica.

Decimosextò fallit, quia non sumitur argumentum à contrario sensu verborum causæ impulsiuæ, nec fin-

lis,quia cessante causa impulsiua non cessat dispositio,vt not.in c.post renuntiationem. de renun.& est de mente Iac.But.Pet.& Bal.in d.l. conuéticula. & Ant.de But.in d.c.cùm apostolica.

Decimoseptimò fallit, quia dictum arg. non sumitur à contrario sensu verborũ vnius causæ finalis, quia cessante vna,non cessat iuris dispositio, vt in §.affinitatis.institut.de nup.& l. si verò.ff.de hære. instit. & not. in l.liberorũ. §. notantur.ff.de iis qui no. in fam.& in l.si ventri.§.in bonis. de priuil.credi. & in Aut.de nup.in §.si verò.cum simil. B.Soc. re.46.

¶Argumentum à contrario sensu habet locum in contractibus.text.est in l.inter socerum.§. cũ inter. ff.de pact.dot.quem ad hoc reputat sing.Abb. in c. cum apostolica.de his quæ fiunt à prælat.& Corsetus in suis sing.in verbo,argumentum.el.2. cui est similis in l. pecuniam.ff.si cert.pet.tenet Bal.in l.venditi.la 2.C.de actio.emp.

Amplia hoc procedere siue in contractib. bonæ fidei, siue stricti iuris. tenet Bal.in l. apud antiquos. C.de fur .per dictas leges,refert Ro.in con.cccxcix.incip. vt præsens consultatio clarior.

Limita dupliciter, vt per Ias.in l.1. ff.de offic. eius cui man.est iurisd.& per Nico.Euerar.in loco à contrario sensu. I.B.Dias reg.49.

¶Argumentum à contrario sensu habet locum in testamento,& in vltimis voluntatibus.textus est in l.Lucius.la 2.ff.de hæredi.instit. quem dicit peregrinum Anto. Corset.in suis singul.in parte, argumentum.lo 4.probat tex.in l.aliquando.ff. de conditio. & demonstratio.& in l. legatum purè. ff. de adim. leg.& in l. quod purè. in principio. ff. quando dies leg.ced.

Limitta quatuor modis,vt per Ias.in l.1.ff.de offic.eius cui man.est iurisd.quorum tres ante eum posuit Alex.ibi,ver.item habet locum. licet Ias. non referat eum in aliqua ex dictis limitationib.I.B.Dias re.51.

Authoritatem præstare sibi & ad sui vtilitatem nemo potest. l. 1. ff. de auto. tuto.

Fallit in 2. casibus, vt per Socin. in tract. fallentiarum, regul. 35.

Authoritas Principis excusat hanc regulam cum multis limitationibus ponit Damas. regu. 70. Donat. Fina. lib. 5.

¶ Avthoritas. Vide Emptor.

Authoritas maiorum, & in illi citis excusat. 14. q. 5. ca. dixit.

Authoritate propria nemo ius sibi dicere potest. Quorum leg. l. 1. §. 1. C. ne quis in sua cau. l. 7. Vel suam iniuriam vindicare. 23. q. 4. c. inter querelas. q. 5. ca. de occidendis. Riisvvich.

¶ Avthoritatem principis, vel regis excusare.

Pro.

Ext. de app. c. cùm parati.
12. q. 2. c. de rebus.
63. dist. c. Salonitanæ.

Contra.

6. q. 1. c. in canonibus.
12. q. 2. c. quicunque.
16. q. 8. c. decimas.
23. q. vlt. c. quo ausu.
24. q. 2. c. sanè.

Solvtio.

Si clericus habeat regalia à rege, licet sit prælatus ecclesiæ, tenetur ire ad regem, si prius vocetur ab eo, quàm ab episcopo. 18. dist. c. si episcopus metropolitanus. Si autem vocaretur propter causam spiritualem à Papa, licet prius vocatus sit à rege, tenetur ire ad Papam, neque in eadem causa propter hoc contumax potest iudicari, cùm ad suum tribunal vocatus iuerit, D. de re iud. l. contumacia. §. contumaces. Damas. reg. 60.

Avthoritate propria alicui sibi ius dicenti rem * suam vendicare * non licet. l. si quis in tantam. C. vnde vi.

Additio.

Vindicare. Adde Ias. Institutio. de actio. in princip. num. 74.

Et in ista regula sua fundata videtur æquitas. l. extat. ff. quod metus causa. quæ vt vides hic per Socinum quatuor modis limitatur. tu adde alios decem casus in quibus licitè quis ius sibi propria authoritate facit, quas ponit Bart. in l. generali, C. de decur. libro x. & Bald. in cap. 1. §. 1. de pace iuram. fir. quos non refero.

Primò fallit contra debitorem fugitiuum: quia licet eum capere propria authoritate: vt l. ait Prætor. §. debitorem. ff. de is, quæ in frau. cre. & limita ipsum §. vt patet ibi in margine text. hoc tamen verum est secundum Bartolum in dicta l. ait Prætor. nisi debitor ille similiter esset fugitiuus tempore contractus: quia tunc sibi imputetur quare secum contraxit secundum Baldum in dicta l. 1. de is, quæ in frau. alij verò tenent contrarium: sed opinio Bar. est communis.

Secundò fallit, quia contra nocturnum depopulatorem licitum est vendicare rem meam, & eum occidere. l. 1. C. quando liceat.

Tertiò fallit, vbi esset actum inter partes, vt possit rem suam propria authoritate vendicare: quia tunc licitum est propria authoritate vendicare. casus est in l. 2. C. de pignor.

Quartò fallit in legatario, qui potest rem legatam vendicare ante aditam hæreditatem. casus est in l. non dubiũ. C. de legibus. & no. in dicta l. prima C. quando lic.

Quintò fallit vltra istum nisi per iudicem aliter iustitia haberi non possit. glos. in l. nullus. C. de iudic. & in cap. ius gentium. 1. distinct.

Alio modo istam regulam limitat nota. Alexand. in consilio sexagesimoquarto. incip. & si celeberrimè. libr. 3.

Septimò limitat Imo. cons. 16. viso casu.

Et aliis modis Abb. in cap. 1. de dolo & contu. quæ per te ipsum videre poteris. Soc. reg. 52.

¶ Avthoritate propria non potest quis venire contra proprium iuramentum, aliàs est periurus, vt in c. præiudicandum. 22. q. 2. & in c. peruenit. de fide iussor. & in c. & si Christus. de iureiuran. & in c. cùm dilectus. de temp. ordin.

Amplia istam conclusionem quadrupliciter, & limita duobus modis, vt per Felinum in capitul. 2. de sponsalibus. I. B. Dias reg. 56.

¶ Avthoritate propria nulli subdito Reges competit ius sibi dicere. Hanc regulam probat tex. in l. si quis in tãtam. C. vnde vj. in l. extat. ff. quod metus causa. in l. nullus. & ibi glos. C. de Iudæis. in l. vnica. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat. & in l. Iulianus. ff. de iudic. De iure Regio est text. in l. 10. tit. 4. parte 3. & in l. 2. titu. 14. libr. 3. ordinamenti. Circa quam regulam vide Franc. de Ripa in c. sæpe. nu. 68. de restitu. spoliat. Hippol. de Marsil. in singul. 167. Hierony. Cagnol. in l. non est singulis. nu. 2. cum sequentib. ff. de reg. iur. Dec. in cap. cùm venissent. nu. 45. de iudiciis.

Hanc regulam, vbi eam limitat septem modis, ponit Socinus in regula 34.

Limita viginti modis, vt per Antoniũ de Tremol. ad practicam, Bonacurs. in rubrica. 9. quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur, in additione ad numerum 3. cum sequentibus. Eandem regulam ponit, & limitat Afflic. in cõstitutionib. Neap. lib. 1. rubr. 8. num. 14. vsque ad num. 47. in cap. 1. nume. 43. vsque ad numer. 93. de pace iuramento firmanda. in Vsibus feudorum. P. Duen re. 67.

Avxi.

¶Auxilium ferens delicti participem se facit. Ad l. Aqu.l.item Mela.vide postea minor in f. Riisvvich.

¶Auxilio nouo indigent quæ de nouo emergunt. De inter.actio.l.de ætate.§.ex causa.& ibi Bartolus. de ventre inspiciendo.l.1.Idem.

¶Auxilium præstans nō tenetur,nisi fuerit in dolo. Bartol.in l.sæpe.de ver.sig.

Non debet quis ex eo auxilium petere, quod impugnare nititur.C.de pac. l.cùm proponas. de censi. c. cùm olim de reg.iur.in vj.c.ex eo.de inof.test.l.8.§. meminisse.de his qui vt indig.l.post legatum.l.fi.C. de lega.l.si legaturus. Riisvvich.

¶Auxilium.Procuratio.Bonifac.reg.lxviij.potest quis per alium,quod potest facere per seipsum. §.j.per quas person.ager.pos.in Instit.l. si vnius.§. idem Iulianus. & §.idem ait.de iniur. Viuiennus.

¶Auxilium quod præstatur implorando misericordiam superioris, istud auxilium regulariter est permissum,nec est punibile, l.si fuerit. & l.quidam. ff. de rebidub.

Fallit in 5.casib.quos no.Bened.Cap.in suo tractat.cōclu.80.num.34.

Præstans opem vel auxilium tenetur eadem pœna qua principalis.l.is qui opem.ff.de furt.

Fallit in 6.casib.secundum Benedict.Capr. in d.concl. 80.nu.42.vbi multa videas in materia auxilij.

Fallit in 14.casibus,secundum Campe.in tract.de test. conclusio 433.fallit vt no. Blanc. in praxi crim. fol. 117.& fol.119.ponit defensiones pro imputato pro auxilio,& de materia auxilij videas Carer. in praxi crim.§.homicidium.Fallit in 7.casibus, vt per Marsil.in praxi crimin.§.constante.numer. 50.& per eūdem in sing.15. Ampliatur in 6.casibus, vt per Bru. in repet.c.1.de homi.Fallit in 8.casi.vt per Fel.in c. sicut dign.de hom.Ampliatur in 2.casi.& limitatur in 70.à Io.Villa in repet.l.diuus.ff.ad Cor.de sic.

Auxiliari,vel iuuare alterum nemo tenetur. Communis est opinio in lege.vt vim.ff.de iust.& iure.

Fallit in 6.casib. vt per Fel. in c.quando, de sen.exc.

Fallit in 3.casibus,vt per Ioan.Bolog.in d.l.vt vim, numero 80. Don.Fina, lib.4.

REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber secundus.

B

BANNIRI non debet quis pro modica iniuria in aliquem illata,etiam si iudici inferetur, itē nec modica iniuria irrogat infamiam,glo.c.cum te.de re iudic. Bald.l.quicunque. C.de seru.fugit.l.quamuis. ff.de cō. & dem. conc.simil.Spec.in titu.de in integr.rest.versi.item iudex. Arch.capi.non potest.de præb.6.Ioan.And.cap.si proponente,de rescri.Angel.l.infamem.ff.de public.iud.Rom.consilio 91.colum.2. Medic.reg.5.

¶Bannitus ex forma statuti in territorio bannientis nihil acquirere potest etiam per subiectam personam,vt seruū,vel filiū,not.Ang. & Mod.& Ludo.de Rom.in l. Antistius.§.fin.ff.de acquir.hæred.

Primò fallit,vbi ista acquisitio sit potius odiosa,quàm fauorabilis,quia tunc potest acquirere. l. si quis solidum,& hoc ibi ponit.Bal.ff.de hæred.instit.& hoc tenet gl.in l.2.§. nemo. de cap.dimi. quæ etiā dicit quod licet bannitus desinit esse ciuis: vt l.manumissione.§. qui deficiunt.eod.tit.& l.fin.de leg.2. & ibi plenè,non tamen desinit esse in eius odium.

Secundò fallit, nisi ipsi bannito seu eius seruo sit aliquid relictum,cùm hoc,vt vendat,quia tunc nō obstāte statuto, valet ista acquisitio. ponit Bald.in l. cū quæsti.in fi.C.de leg. adde gl.& Io. And.in c.super.in verbo dominū.de reli.do.in 6.dicētē,quòd licet ordo minorū non possit sibi aliquid acquirere, tamen ei relinqui potest cum hac conditione,vt debeat vendere.& hanc fallent.probat Ludouic.

Tertiò limita nisi acquisitio facta ipsi bānito resultet in fauorem reipublicæ aut ciuitatis. nam si resultet in fauorem talem,acquirit nihilominus.vt not. Bar. in l.si quis contrariis.ff. ad Velleian.per illum text. & in l.in cogitatione.eod.tit.

Quartò fallit in acquisitione dominij consistentis in mero facto,quia illa ratione non obstante potest acquiri.hoc elegāter dicit disputasse Bald.in l.2. in fi. suorum responsorum.ff.de iurisdict.omn. iudi.allegat tex.in l.j. §.vxori.ff.de acquiren.posses. has fallētias ponit Lud. in d.l.Antistius.§.in liberis præal. in princip.regulæ. B.Soc.re.54.

¶Bannitus potest impunè occidi, ex dispositione statuti.ponunt Bart.& Bald.per illum text.in l.2.C. quādo lic.sine iud.se vendic. Bal.in l.Gracchus. per illum tex.C.de adulteriis.

Limita quinque modis,vt per Iaso. in repetit.l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.quem vide,quia pro ipsa principali regula plures allegat.Et vide Felin.in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. vbi ponit nouem limitationes. B.Dias re.58.

¶Bannitus ex forma statuti potest impunè occidi. Hanc regulam ponit Bartolus, Baldus, Iason,& Philip. Dec.in l.vt vim.ff.de iustit.& iure. Ratio est quia bannitus est transfuga,& hostis ciuitatis, vt in l.amissione.§.1.ff.de capitis diminutione.Hostis autē ciuitatis potest impunè occidi.l. 1. ff. de sicariis. & in l.minimè.ff.de religio.& sump fun. Hanc opi. tenet Bart.in l.vbi pactum.C.de transac.& in l.1.C. quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare.Abbas in capit.fi.de consuetudine.Felinus in c. quæ in ecclesiarum.num.5.de constitutionibus.Ias.in l.omnes populi.in repetiti.num.46.ff. de iustitia & iure. Hippolytus in l.1.ff.de sicariis. & in sing.cl.Marcus Mantua.in consilio ccvj.numero j.Afflic.in constit. Neapol.lib.ij.Rubr.iij.per totum.Catellianus verbo,statuta quòd bannitus.circa quam regulam vide Ioan. Igneum in l.iij.§.si ex stipulatu. nu.70. ff.ad senatusconsultum Syllanianum.

Hanc regulā ponit Bernardus de Luco in regula lviij. vbi refert Ias.qui eā limitat quinque modis, vbi suprà in d.l. omnes populi.& Felin. qui eam limitat nouem modis,in d.c.quæ in ecclesiarum.

Quam regulam vltra eos amplia primò procedere in occidente bannitum ignoranter: quia ignorabat eū bannitum esse.ita tenet Bart.in l.inter omnes.in §. rectè.numero quarto.ff.de furtis.& in l.genero. per illum textum.ff.de his,qui not. infam.Alexand. in j. volum.consil.114.nu.4. Hippol.in pract.crimi. nu. tertio,& in l.j.numero 69.ff.de sicariis.& in consil. 55.nu.6.Nellus in 2.par.secund.temp.quæstione 25. num.25.in tractatu bannitorum.

Amplia secundò in occidente bannitum qui erat rebannitus, non tamen adhuc erat cancellatus de banno, nam occidendo eum punitur. ita tenet Paul. de Castro in l. si de eo. ff. de acquir. pos. Bal. in l. Labeo. in fin. ff. de pact. Alex. in d. cons. cxiiij. nu. 5. Hyppolytus de Marsiliis. in l. 1. num. 70. ff. de sicariis. & in practica criminali. in §. aggredior. num. 4. & con. 55. numero 7.

Tertiò amplia si bannitus fuisset indebitè cancellatus à banno, occidens eum non punitur, sicut si non fuisset cancellatus. ita tenet Bald. in c. 1. in princ. hic finitur lex Corradi, in vsibus feudorum. Bart. post Rayne. in l. si eum seruum. ff. de donat. inter vir. & vxor. Cæpola in cons. 7. num. 1. cum sequentibus. Nellus in tract. bannitorum. in 1. parte tertij temporis. qu. 3. num. 3. Hippolytus in l. 1. num. 7. ff. de sicariis. & in singulari cccxl. & in practica criminali. in §. aggredior. num. 5. vbi dicit quod dicitur iniustè cancellatus, si non appareat causa cancellationis, secundum Bal d. in c. cùm super. num. 18. de re iudicata. & in l. si non sortem. in §. adeo. ff. de condict. indeb. & in l. si præses. in fin. C. quomodo. & quando iudex. idem Hippolytus in dicto consil. lv. numer. 5.

Quartò amplia vt etiam procedat, si statutum dicat simpliciter bannitum offendi posse, licet non dicat occidi. nam etiam tūc occidi potest. ita tenet Ioan. And. in Additionibus ad Speculum in tit. de const. in additione fin. in fine. Raynerius & Bar. in l. 3. in §. fin. ff. de alimentis. & ciba. lega. Albe. in 1. parte statutorum q. v. & viij. Nellus de S. Geminiano in tracta. bannitorum in 2. parte. 2. temporis. q. 7. versi. examinatis quæstionibus. Paul. de Cast. & ibi Florianus in l. binas ædes. numer. 4. ff. de seruitu. vrba. prædio. Paulus, Alexan. & Ias. in l. in suis. ff. de liberis & posthumis. Hippolytus in l. vni. num. 37. C. de rapt. virg.

Quintò amplia etiam si bannitus notificasset occisori cancellationem factam ab anno, nam nō teneretur credere ipsi bannito, nisi ostenderet publicum instrumentum cancellationis, & gratiæ. ita Bar. quem sequitur Iason ibi in l. non solum. §. morte. ff. de noui operis nunt. & ibi Ant. Rubeus. nu. 64. Marianus Socinus Iunior in consil. 58. num. 12. volum. 1. Hippolytus in l. 1. num. 72. ff. de sicariis.

Sextò amplia in bannito occidente alium bannitum: nam potest impunè occidi. ita Bal. in l. cùm mulier. num. 4. versi. statuo cauetur. ff. soluto mrtrimonio. & ibi Alexand. Hippolytus in practica criminali in §. aggredior. nu. 53. Felinus in capi. cum duobus. de sententia excommunicationis.

Septimò amplia in occidente bannitum qui iniustè bannitus erat, nam propter bannum etiam si esset iniustum, excusatur. ita tenet Dinus in l. penul. ff. de adulteriis. Bar. in lege, ex hoc rescripto. ff. de ventre inspiciendo. & in lege, siue vxor. ff. de donationibus inter virum & vxorem. & in l. 3. §. si seruus. ff. de acqui. possessio. Cinus in authentica, si vxor. C. de repudiis. Baldu. in l. 1. C. de pœnis. & in l. 1. ff. solu. mat. Angel. in l. quis sit fugitiuus. in §. item apud Labeonem. ff. de ædili edict. Bartol. in l. 2. in §. hæc actio. ff. vi bonorum raptorum. Idem Bartol. Alexan. & Ias. in l. 4. in §. condemnatum. num. 34. ff. de re iudicata. & in l. 3. in §. si seruus. nu. 8. ff. de acquir. poss. Cæpola in consi. 7. num. 7. in consiliis criminalibus. Sebastianus Vantius in tract. de nullit. sententiarum. rubr. 7. quoties & intra quod tempus de nullita. agi possit. num. 44.

Octauò amplia, etiam si quis occidat filium, aut patrem, aut dominum bannitum, vel fratrem, non punitur. ita Bar. & Alex. ibi, in additionibus, in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. Felinus in c. quæ in ecclesiarum. num. 5. de constitutio. Hippolytus in lege, vnica: numero 20. C. de raptu virgi. idem Hippolytus in cons. cxix. num. 18. Iason in dicta l. omnes populi. num. 47. Hippolytus in lege prima, in §. præterea. ff. de quæstio. Eandē opinionem sequitur Gerardus de Petra Sancta in singul. 2. pro qua opinione facit quod notat Marcus de Mantua in l. veluti. ff. de iusti. & iure. Contrariam tamen opinionem tenet Angelus in d. §. liberto. & in authent. de incestis nuptiis, in principio, numero 1. Eandem opinionem examinat & tenet contra Barto. Ludouicus Gome. in dicto §. rursus. cum 22. quam opinionem sequitur Cæpola in cons. v. nu. 26. in cōs. criminalibus. Nellus in tracta. bannit. in 2. parte secundi tēporis. quæst. x. nu. 10. quam intelli ge & declara, vt in finali limitatioue huius regulæ.

Amplia nonò non occidendo bannitum, sed etiam nō bannitum, verum de proximo banniendum. ita Ias. in l. quamuis. nu. 7. C. de inoffi. test. & in auth. si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesi. nu. 23. Hippolytus in l. vnic. nu. 74. C. de raptu virg. & in cons. xcvij.

Hanc regulam sic ampliatam vltra Iasonem in dicta l. omnes populi. nu. 45. vbi limitat eā quinque modis: & Felinum dicto c. qui in ecclesiarum. vbi limitat eam nouem modis.

Limitia primò secūdum Iasonem in d. l. omnes popu. num. 46. quod tale statutum non valet de iure canonico, nec procedit, dato quod de iure ciuili valeat. ita tenet Hostien. & cæteri Canonistæ in cap. fin. de consuetudine, quam refert & sequitur Bald. in l. j. numero nono. C. si non à compet. iudice. iudic. esse dicatur.

Limita secundò, non procedere in foro conscientiæ: quia iste occidens bannitum, etiamsi faciat ex forma statuti, peccat, & in foro poli non est excusatus, maximè si hoc non facit respectu reipublicæ, & animo exequendi statutum, sed animo fundēdi sanguinem humanum. ita tenet Ioan. And. in rubr. de constitutionibus. Sanctus Thomas 2. quæst. lxiiij. Bald. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. Alber. in 4. parte statutorum. quæst. xix. Felinus in capi. quæ in ecclesiarum. num. 24. de constit. Pro qua opinione est gloss. in cano. inter hæc. xxxiij. quæst. 2. vbi probatur quod licet maritus defendatur à pœna homicidij, propter adulterium vxoris. l. Gracchus. C. de adulteriis: non tamen defenditur à pœna æterna. vt in d. capi. inter hæc. & ita per illum tex. tenet Abbas in repeti. capi. cùm esses. num. 16. de testa. Felinus in cap. 1. num. 2. de præscriptionibus. Fortunius Garcia in tract. de vltimo fine iuris Canonici & Ciuil. illatione 11. Ias. in l. vbi pactum. numero 16. C. de transact. Neuizan. Sylua nuptiali. libr. 1. num. 85. Ludouic. Gomezius in §. fuerat. nu. 52. instit. de actio. apud Tiraq. in ix. lege cōnubiali. nu. 4. & ex Theologis idem voluit diuus Thomss in 4. Sententiarum, distinc. xxxvij. quæsti. 3. articu. 1. & ibi Richardus & omnes doct. Astensis in libro 8. suæ summæ. titu. ij. art. iiij. Robertus Holcot. in commentariis in Sapientiam Salomonis, lectione xlij. Ang. in Summa, in verbo, homicidium. el 1. §. 6. & in verbo, vxor. in §. 4. & ante eos hoc tenuit diuus August. in lib. 2. de adulterinis coniugibus. capit. 14. & sequenti. Imò fortius etiam in foro fori non excusatur secundum Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. numero 42. de consti. Gomezius in d. num.

numero 62.& sic suprà dictum statutū.& leges quæ permittūt vindictam, cùm agatur de peccato in eis non valent nec tenent,sed attenditur dispositio Canonum.vt in ca.fin.de consuet. in ca.nouit. de iudiciis.in ca. per venerabilem. qui filij sint legitimi. & ita concludit Rochus de Curte in tract. de consuetudine.numero 140. vbi vult quod dispositio text. in l.1. & 2.C.quādo liceat vnicuique sine iud.se vindicare. non procedat in foro ecclesiæ nec Cæsaris, tanquam nutritiua peccati,nec ad hoc obstat textus in c.2.de homicidio. vbi est dispositio iuris Canonici,& permittitur fur nocturnus occidi,quia dico, quòd non est verum,dato quod sit dispositio Canonica,ac procedat in foro conscientiæ:imò non procedit.ita probatur.in capit.cùm dilecti.& in cap.ad nostram. de emptione & venditione. vbi sunt iura canonica,& per illorum dispositionem permittitur contrahentibus se inuicem decipere, vsque ad dimidiam. tamen illa dispositio canonica non procedit in foro conscientiæ.ita tenet Anto. de Butrio ibi allegando diuum Thom.& Ioan.Crot. vbi plura refert in repeti.capi.2.in 1.nota.de const. libr.6. Gomezius in d.§.superest.num.54.Gerar. de Petra Sancta.in sing.22.Ias.in §.sed istæ quidem.num.104.Instit.de action.& ibi Gome. vbi dicit istam esse communem opinionem & eam examinat in ca.2. nume. 7.de const.libr.6.& in dubio præsumitur bannitus potius occisus causa odij particulatis quàm reipublicæ.vt in can.omnes.6. quæst.1.& ita tenet Auto. Rubeus in repet.l.non solùm.§. mortelegis non solùm.nu.647. ff.de noui operis.

Limita tertiò quandocunque bannitus esset de proximo rebanniendus.nam tunc impunè occidi non potest.ita Bal.in l.1.in §.serui.ff.ad Syllanianum. Cæpola in consi.xxxix.in criminalibus.Hippo.in sing. cvj.& in pract. criminali, in §. aggredior.nu.27.& 30.& in cons.x.& lxvj.& xciiij.Quod tamen intelligo si sciebat rebanniendū esse de proximo,aliàs mitiori pœna punitur,vt ex suprà dictis patet.

Quartò limita in occidente bannitum qui cōmuni existimatione reputabatur pro non bannito. Ita Ang. de Perusio.in l.si duo.ff.de acquiren.hæred.Hippo. in l.1.num.11. de sicariis.& in practica criminali, in §.aggredior. num.34.

Quintò limita in bannito condemnato,qui ducitur ad supplicium,iam non potest occidi ab aliquo priuato,nec à familia potestatis.ita tenet Bald.in l.addictos.nume.3.C.de episcopali audientia. & in l.fidei cōmissa.in §.si quis.ff.de leg.3.& in l.fin.C.de maleficis & mathematicis.Bar.in l.cuiusque. nu.4.ff. ad l.Iuliam.maiest.Hippol.in d.§.aggredior.num. 40. & in l.1.num.13.de sicariis.

Sextò limita quādo bannitus est captus & carceratus: quia talis bannitus incarceratus non potest impunè offendi. quia carcerati sunt sub protectione Curiæ, vt in l.fi.C.de custodia reorum.ita notabiliter dixit Bar.in l.in laqueum.ff.de acquir. rerum dominio,& in l.eiusdem.in §.transfugas. ff.de sicariis. & in l.legis Iuliæ.ff.ad legem Iuliam de vi priuata. Bal.in l. libertus.ff.de statu hominum. Ioan.de Ana. in c.cū iuramento. de homicidio. nu.6. & ibi etiam Felin. Hippol.in singu.cl.& in practic.in §.aggredior.nu. 24.& in l.1.num.3.ff.de sicariis.

Septimò limita in fœmina prægnante:nam licet fœmina bannita possit occidi,tamen si est prægnans nō potest.ita tenet Nel.in tractat.Bannit.in j. parte secundi temporis.quæstio.lvj.& xlv.Ioan. de Anania in ca.intelleximus.nu.7.de his qui filium occiderūt. Angel.in tract. maleficiorum. in parte, fama publica.num.102. Neuizan.in Sylua nuptiali. lib. 1.num. 92.pro qua opinione est text. in l.Imperator. ff.de statu. homi.& in l.prægnantis.ff.de pœnis.l.2.ti.30. par.7. & ibi Ioann.de Anania extendit hoc etiam si partus esset adulterinus vel in carcere conceptus, & etiam si esset prægnans decem,vel viginti dierum. quod etiam tenet Alexa.in additionibus ad Bart. in d.l.prægnantis.Hippoly.in prac.criminali.in §.nūc videndum.nume. 50. & in l.2.in principio.nu.13.ff. de quæstio.

Octauò limita nisi proditoriè occidat vel veneno, cū tunc etiam proditoriè occidere dicatur. ita tenet Ang.in additio.ad Bar.in l.fi.per illum.tex.C.de delatoribus.li. 10.quem sequitur Hip.in rub.nu.14.ff. de sicariis.& in singula.16.idem Hippolytus in cōs. j.in princ.& in cōs.cxxxij.num.16. & in cons. cxxxj. Cæpola in consilio xxxiiij.in consiliis criminalibus num.16.

Limita nonò quandocunque aliquis occidit bannitū, cum quo habeat capitales inimicitias,nam tunc nō iuuatur prædicto statuto, cùm potius præsumatur offendisse propter vindictam priuatam, quàm publicā.tenet Bart.in l.nulla.C.de delator..li.ix. quē sequūtur Lud.Rom.in l.si quis in graui.§. vtrum. ff. ad Syllania.nu. 3.& ibi Alex.in additio.ad Bart.quæ per plura concludit Paul.Paris.in c.dilecti.num. 25. de except.

Decimò pro limitatione facit,nam licet denegare alimenta alicui sit eum necare. vt in l.necare.ff.de lib. agnosc.tamē bannitus stante etiam supradicto statuto potest petere alimenta ab eis qui ante bannum eum alere debebant.probat tex.in l.mutus.in §. manente. ff.de iur.dot.& ita in vxore, quæ tenetur alere virum bannitum.tenet Bart.in l.si constante. nu. 22.ff.solut.matr..facit etiā tex. in Auth. de incestis nuptiis.in §.si verò contigerit.idem etiam est in filio qui debet alere patrem bannitum.vt tenet Bart. in l.si aliquis à liberis.in §.sed vtrum.de libe .agno. allegat ad hoc supradicta iura. & in authentico. vt cùm de appellatio. cognosc.in §.nunc de prædictis. glos. in d.§.si verò contigerit.in verbo.alia necessaria.Idem est in patre,qui tenetur alere filium bannitum.vt tenet Rayne.de Forliuio in d.§. sed vtrum. pro qua facit. nam bannitis interdicuntur tantùm, ea quæ sunt de iure ciuili.vt in l.quidā.in fi.ff.de pœnis. nonautem ea quæ sunt de iure naturali vel gentium.ita tenet Gomez.in §.superest.nume.32.instit. de actio.

In contrarium tamen facit. quia cùm iste bannitus sit hostis ciuitatis,licitum est cuique,etiam filio, eum occidere.l.minimè.ff.de religio.& sumpt.funerum. de quo vide suprà in 8.ampliatione.ergo multò magis possunt ei alimenta denegari.vt in d.l.necare.ff. de liberis agnosc.& in l.nihil. ff.de sicariis. Pro qua opinione est casus expressus in c.j.de pace tenenda. & eius violato in vsib.feudor..vbi Bald.ibi nu.7.per illum tex.dicit quod filius nō tenetur alere patrem bannitum.& ibi hoc introductū est de nouo:& hoc etiam tenet Matth.de Afflic.in d.c.1.per illum tex. in xj.notab.nu.22.

Sed nihilominus dico optimam opinionem esse verā & tenendam,imò quòd filius tenetur alere patrem etiam bannitum.quia licet bānitus sit, nihilominus pater est.vt est in dicto §. si verò contigerit. & in l. eas.& in l.legatum.ff. de cap.deminu.& in l.si adul-

terium cum incestu.in §.liberto.ff.de adulte.
Hanc opinionem tenet Angel.in authen. de incestis nuptiis.num.1. Nellus in tract.bannitorum. in j.parte secundi temporis. nu.48. quam opinionem probat text.in l.si metallum. ff.de is quæ pro non scrip. habentur, vbi probatur, quod licet aliquis sit incapax,ita quod de iure nihil possit habere,tamen legatum alimentorum,& sic alimenta habere potest, ita per illum tex.tenet Io.de Im.in l.si victum.num. 3.de re iudicata.Iason in l.1.nume.1.C.de hæred. instit.& in l.ex hoc iure.numero 49.ff.de iustitia & iure.Alciatus in l. nihil aliud. ff.de verbor.signif. Pro hac opinione etiam facit. nam filius tenetur alere patrem excommunicatum,etiamsi iustè excommunicatus sit,vt in ea.inter alia.de senten excommuni. facit glos.in capit. pastoralis.in §. verùm. & ibi doctor.præcipuè Decius. Imò etiam hæreticum patrem filius alere tenetur. vt in canon. non satis. & ibi expressè Archidiaconus lxxxvj distinctio.facit etiam text.in l.qui cum vno.in §.fina. ff.de re militari,vbi per illum tex.ibi Raynerius de Forliuio,allegando sanctum Thomam tenet, quod frater existẽs in religione potest illam exire pro alendo fratre. ergo à fortiori dicendum est posse exire pro alendo patre.Et non obstat textus in l.minimè.ff.de reli.& sumpt.fune.quia ille text.loquitur in patre contra patriam veniente. Quo casu procedit alia opinio secundum Angel.in d.§.si verò.facit etiam tex. in l.veluti.ff.de iusti.& iure. vbi probatur nos primùm patriæ nasci, & potius patriæ quàm parentibus tenemur obedire,ergo si pater aliàs deliquerit, licet patria eum hostem iudicauerit, si non venerit contra patriam, non licet filio eum interficere. ita Fortu.Garcia in d.l.veluti.num.17.& 18.ff. de iustitia & iure.Gome.in §.rursus.numer.22.institu.de actio.& ita debent concordari opiniones adductæ in viij.ampliatione huius regulæ. Nec obstat text. in c.j.de pace tenenda.suprà alleg.quia ibi ponitur ius speciale, & sic ad consequentiam trahi non debet.vt l.ius singulare. ff.de legibus. Ex quo apparet veram non esse opinionem Ioan.Croti in l.constante.ff.sol.matr. vbi dicit quod licet aliàs vxor marito absenti teneatur mittere alimenta, non tamen tenetur si sit bannitus. allegat text. in l. amissione.in §.qui deficiunt.ff. de capi.demi.quem sequitur Marcus de Mantua in d.l.veluti.cùm contrarium (vt suprà dixi)teneat expressè Bartol.in l.si constante. Et sic ex supradictis omnibus concludunt, quòd licet aliquis sit bannitus, nihilominus alimenta petere potest ab his de iure, maximè naturali, eum alimentare tenentur. & vltra supradicta hanc opinionem tenet Ioan.Iacobus de Leonardis in consil.cxiiij.nu. 417.inter consilia Alberti Bruni. Pala. Ru.in l.iiij. Tauri.nu.14. Hodie autẽ de iure nostro regio quis dicatur bannitus & qua pœn.debeat puniri.vide l.j. tit.17.lib.4.fori.& l.v.titu.13.lib.8.ord.& in lxlviij. styli, quod tamen intellige seruata forma l. lxxvj. Tauri.P.Duen.reg.54.

BANNITVS,qui ex forma statuti indefinitè potest impunè offendi, poterit etiam occidi, item si ex forma statuti poterit occidi,procedit etiam si iniustè bãnitus esset, & procedit in eo qui proximè banniri debet.Ias.l.qumuis.num.7.C.de inoffi. testam. idem auth.si qua mulier.num.23.C.de sac.sanc.ecc. Hippol.l.1.num.74.C.de rapt. virg. Ias.l.omnes populi.numer.45.ff.de iust.& iur.Felin.c.quæ in ecclesiarum de const. Din.l.penult. ff.de adult.Bald. l.1. C.de pœnis. Cæpo.consil.7.num.7.Vant.in trac.de nullit. Rub.8.num.24.hoc idem procedit vt patrẽ, aut filium quis possit occidere. Fel.d.c.quæ in ecclesiarum.nu.5.de const.Hyppolit.con.119.nu.18.Mantua l.veluti.ff.de iust.& iure.Hyppo. l.vnica.nu.20. C.de rap.virg.Ias.d.l.omnes populi.nu.47.Bar.l.3. §.fi.ff.de alim.& cib.leg.Florian.l.binas. nu.4. ff.de seruitu.vrb.præd. Med.re.5.

¶BANNITVS nunquam liberatur, donec non soluerit residuum condemnationis vsque ad vlt.quadrantem.Bald.l.2.ff.ad Silla.Ant.d.loco.nu.95. item stante statuto,quod bannitus non promoueatur ad certos honores: habebit locum etiã in eo, qui paruo momento stetit bannitus.Bart. & Ias.leg.inter stipulantẽ. §.sacram.colu.7.de ver.obl.conc.simil.c.si proponente.de rescri.Med.re.5.

¶BANNITVS potest impunè occidi ex dispositione statuti.Bart.Bald.in l.1.C. quando liceat sine iudice. Bald.in l.Gracchus.de adult.

Fallit in 5.casibus,vt per Iaso. in l.omnes populi.ff.de iust.& iu.fallit in 9. casibus,vt per Felin.in cap. quæ in ecclesia.de constit. colum.2. Ampliatur in 9.casibus & limitatur in 10.vt per Pet.Duen.regu.68.fallit in 5.casibus,quos no. Marsili.in praxi crim.in §. aggredior.numer.vigesimooctauo. fallit in 14.casibus,vt per Carer.in praxi crim.§.circa quartam.numer.195.

Bannitus pro homicidio potest se redimere occidendo bannitum pro furto.fallit vt not.Mar. Ant.Blan. in sua praxi crim.fol.55.nu.133.

Banniti bona non possunt dilapidari. hanc esse Communem opinionẽ attestatur Ioan.Bolo.in l.vt vim. ff.de iust.& iu.

Fallit in 3.casibus,vt per Ioa. Bologn.in dict.l.vt vim. num.30.

Stante statuto, quòd bannitus possit impunè occidi, si quis sit rebannitus,si non est actualiter cancellatus de banno adhuc potest impunè occidi.

Falllit in 3.casib.vt per Iason.in l.si creditoris.C.de fideicommis. Don.Fina.lib.4.

¶BANNITVS,qui potest impunè occidi, potest etiã impunè deprædari, eo viuo, si tamen illico, postquam occisus est,fuerit deprædatus, impunè occidens id facit,quia quæ in continenti fiunt,censentur inesse.l.lecta.vbi Iaso.nume.24.& alij com. Docto. ff.si cert.pet.Pau.consilio 31.Felin.c.quæ in ecclesiarum.columna 5.not.2.de const.Alc.l. 4.§.Cato.ver. in quantum.ff.de verbo.obli.& non curatur de minimo temporis spatio.Tiraq. in tract. de retr. conuent.§.1.glo.5.nume.12.conc.cum his.Bart.l.nec ea ff.de adult.Bal.l.3.C.si pẽd.appellat l.fi.C. si contra ius.l.1.§.quod prætor.ff.de aleator. Bal.c. in literis. columna 1.de restit.spol.Paul.l.in suis. ff.de liber.& posth.Bald.leg.ex hoc iure.columna 3.ff.de insti.& iur. Medic.re.5.

Bannitus per sententiam iudicis hoc pacto,pronunciamus talem bannitum secundum quod fuit bannitus pater ipsius,nisi constiterit de banno eius patris.nõ dicetur bannitus,nisi aliter appareat.Ripa l.5.§.si iudex.numero decimotertio. ff.de re iudic. procedit enim regula hæc etiam in pœnalibus. Bald. consilio decimotertio,consilio centesimooctuagesimoprimo.volumine quinto.Bald.l.prima.§.& post.columna 2.vbi Alexand. & Iason ff.de oper.nou.nun. Bald.l.acceptam. quæstio.7.C.de vsuris.l. quæstio. 10.C.de his qui pœn.nom.Alexand. con.87.num.6. volum.6. Medic.reg.10.

Bannito

BANNITO simpliciter concessio facta seu facultas data, vt tutò possit veniri in Ciuitate, intelligitur, vt semel tantum ipse venire possit. l. dotis. vbi Bartol. & Alexan. in add. ff. de iur. dot. Oldra. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. & l. simili. ff. de verbo. oblig. l. hæc conditio. ff. de cond. & dem. Ioan. Plat. l. j. C. de nauic. libr. 11. Alexand. consil. 16. volum. 4. Curt. consil. 178. Socin. consi. 25. volum. 2. Medic. reg. 4.

¶ BANNITI si remittuntur, omni beneficio principis concesso, non intelliguntur remissi illi qui iterum atque iterum fuerunt banniti, nisi de his expressè dixerit, seu nisi per verba geminata concessio fuerit facta, hoc modo videlicet, remittantur omnes & quicunque & qualitercunque, quia per talem geminationem omnes remitti dicentur, vt dicam infrà. versi. carcer. & not. quod bannum sæpius prolatū magis aggrauat contra facientes, per illud enim ostenditur enixa principis voluntas. Card. Cle. ff. de offi. deleg. Ant. Corset. in tract. de pot. regia. quæst. 17. Feli. cap. si cautio. de rescr. Ias. l. si cert. annis. C. de pactis. Medic. reg. 2.

¶ BANNITI non sunt amplius filij, si intuitu patris fuerint banniti mortuo eorum patre. docto. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Ange. l. incola. columna 4. ff. ad municipal. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. Bald. l. 1. §. fin. ff. de req. reis. & l. 1. versi. extra. C. de postul. bannum enim extinguitur morte bāniti. l. sororem. C. de his quibus vt indign. & l. ex iure. columna 3. ff. de iust. & iur. idem in tract. stat. versic. bānitus, ideo mortuus non potest offendi, licet viuus impunè offendi non possit. Medic. reg. 6.

¶ BANNVM generale restringitur subsistēte ratione, Crau. consi. 3. num. 1. & seq. in terminis. Med. re. 1.

¶ BANNVM datum à iudice contra contumacem non valet quando libellus fuerit ineptus. Bald. in add. ad specu. in titu. de accusat. nec bannum mariti debet nocere vxori quin teneatur ad alimenta præstanda. Bal. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrim. Bar. d. l. si constante. 5. quæstio. 1. eod. tit. l. Mæuia. §. vxor. ff. de annuis leg. doct. com. d. l. si cum dotem. §. maritus. Medic. reg. 8.

¶ BANNVM soluitur morte, vnde si filij fuerint banniti intuitu patris, eo mortuo liberantur. Angel. l. incola. ff. ad munic. l. Titia. §. vsuras. ff. de le. 2. l. 1. C. de postul. l. sororem. ff. de his quibus vt indig. Item statutum quod bannitus offendi possit, ad mortuum bannitum non extenditur. Baldus dict. l. sororem. Mars. l. fin. numero 42. ff. de quæstio. l. si pœnā. ff. de pœnis. Bald. l. ex hoc iure. colum. 3. ff. de iust. & iure. & in tract. stat. versicul. Bannitus. Salyc. l. qui sepulchri. C. de sepulchro viol. Ang. tract. malefic. versic. vestem. colum. 1. not. l. diuus. ff. de bon. dam. Imo spolians cadauer furca suspendi debet, Baldus l. de his. C. de furt. nisi bannitus in continenti post mortem spolietur. Rom. & Salyc. l. gerit. ff. de acquir. hæred. Paulus consi. 33. quæ enim in continenti fiunt censentur inesse, vt latè dixi in tractat. de regu. iur. reg. 5. ampl. 165. Marsil. l. fin. numero 31. ff. de quæst. & quia banniti amittunt nō solum ea quæ iuris municipalis sunt, sed etiam ciuilia. Ias. l. numer. 6. C. de hæred. inst. Inst. de act. in princ. numero 36. consilio 167. numero 2. volum. 2. Sociū. consil. 28. nu. 14. volum. 3. Paulus. l. 1. nume. 4. C. de hæred. inst. Ripa l. si. quæst. 23. num. 86. C. de reuoc. donat. Curt. consil. 82 num. 7. Ruin. consil. 49. num. 4. volum. 6. con. 26. nu. 2. vol. 5. Dec. consi. 438. nu. 8. Affli. decis. 6. nu. 4. Bal. l. si qua pœna. nu. 2. ff. de his quibus, vt indign. Mars. l. qui duobus. num. 15. ff. ad l. Corn. de sicar. Fortun. l. Gallus. §. & quid si tantum. nume. 20. ff. de liber. & posth. ideo dum est bannitus non est amplius ciuis, Felin. cap. ex literis. num. 227. de const. nec meretur in ciuitate sepeliri. l. 2. vbi Bart. C. de cadauer. pun. nec hæres institui. Doct. com. l. 1. C. de hæred. instit. Secundò hæreditatem amittit. Fel. ca. intelleximus. numero 2. de iudic. Tertiò potest impunè occidi. Ang. consilio 14. Nellus in trac. de bannit. 2. par. 3. p. numero 20. Quartò amittit bona. DD. Com. authe. bona. C. de bon. dam. Quintò efficitur seruus pœnę Cor. consil. 55. volum. 2. Aegid. Bos. in pract. crimin. titu. de bannit. nume. 12. Sextò tollit patriam potestatem, Angelus & Imola l. si cùm dotem. §. si patri. ff. sol. matr. Septimò non potest cedere iura sua. Bal. l. per diuersas. quæsti. 9. C. mand. Octauò æquiparatur mortuo. l. tam mandatori. C. de non num. pec. vt dixi super. in prima part. numero 50. Item excommunicato æquiparatur. Ias. l. 1. §. sublata. numero 10. ff. ad Trebel. & potest impunè occidi, etiamsi cancellatus esset de banno ante cancellationem factā Marsil. l. 1. numero 72. ff. ad l. Corn. de sicar. Doctor. Commun. l. non solum. §. morte. vbi Rubeus nume. 64. ff. de oper. noui nunt. Socin. consilio 58. numer. 12. volum. 1. Bart. Auth. cassa, vbi Dec. numero 12. C. de sacr. sanct. eccle. Dec. consilio 327. num. 6 Gozad consilio 6. numero 5. Dec. l. qui cum alio. numero 5. ff. de regu. iur. Item hoc idem est si iniustè bannitus fuisset. Iacobus Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 1. q. 90. numero 7. Bald. in tract. de pace Const. numero 83. Bellamera cap. ex parte. nu. 37. de alien. iud. mut. cau. fact. Med. tract. 2. par.

¶ BANCHERIVS pauper non nocet fisco, si confessus est pecuniam esse condemnati, secus si diues fuerit. Bal. post glos. l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non num. pec. item nec potest salarium doctorū in salarium militum conuertere. Bart. l. sciant. C. de his qui ex pub. lib. 10. Ange. §. iubemus. auth. de collat. nec potest soluere de pecunia communi, nisi de mandato. Bart. l. quoties. ff. ad municip. nec minus absoluit debitores communis. Angel. §. fin. auth. de exhib. reis. Med. re. 8.

¶ BAPTISMVS geminatus. Qui scienter rebaptizatur, vij. annis pœniteat, & feria iiij. & vj. in pane & aqua ieiunando tres quadragesimas facit, & hoc si fecit pro hæresi introducenda. Si antem pro mundicia, hoc est pro salute corporis obtinenda, tribus annis pœniteat.

Vt extrà de Apostat. capitul. ij. de consecr. distinc. iiij. qui bis. & talis qui bis baptizatur vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis. dist. lxxxiiij. dictum est. De pœna autem talium habetur de consecrat. distinc. iiij. eos cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis. Viuien. re. 46.

¶ BAPTISMVS non iteratur, sed vnus tantum datur, vnde dicitur in sacra pagina, Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Paulus ad Ephes. 4. capitul. 51. quis capitu. hanc regulam. 1. quæstio prima. capit. ostenditur de pœnis. distin. 4. tot. titul. ne sanctum baptizetur. nouissimè Can. 11. conci. Trid. ses. 7. in tit. de sacr. bapt. Med. re. 4.

Baptismi forma omnino seruari debet, videlicet, banptizo te in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti. capit. 1. de bapt. Can. 4. sess. 7. conci. Trid. in titu. de sacram. Bapt. Abb. dicto cap. primo. in fin. Host. eodem titu. numer. sexto. Magist. sen. libro quarto, dist. 3. Euang. Math. c. fin. diuus Thom. 3. p. summæ

quæstio.61.arti.5. Medic.re.7.

¶Barrataria, * seu simonia committi dicitur, * cùm præmium iudici datur, etiam si iudex iustam & bonam sententiam ferat.l.3.in princ. ff.de condi. causa data.& xj. quæstio.3. capit. licet,cum similib. B.Socin.reg.55.

Additio.

* Barrataria. Quid autem sit barrataria, vide Bald.in consil.xxj.in v.parte.

Primò fallit nisi quis daret pecuniam iudici quod sibi nollet facere iustitiam, nisi percipiat pecunias secundum debitum salarij sui, & det pecuniam illam iudici coram testibus, & coram notario palàm, & * publicè* non autem secretè, quia tunc & isto casu non diceretur corruptela,nec poterit puniri de barrataria,vt vult Arch.xj.quæstion.3.quæ rectè & Bal. in capit.fin. extra de appell. & ita aliàs fuit iudica- in ciuitate Mediolanensi in fauorem cuiusdam iudicis qui taliter receperat pecunias publicè,quod not. perpetuò, & non vtaris ad malum. Et ideo cautela est, quòd quando iudex non vult sibi facere iustitiam nisi percipiat pecunias, quòd ei des pecuniam palàm & publicè coram testibus, quia ei impunè poteris dare pecuniam. Soc.reg.55.

Additio.

* Et publicè. Et hoc idē tenet Fel.in c. tua nos.post princ.in versi.extra glos.in fin. ver. de simon.

¶Bastardi regulariter legitimantur per subsequēs matrimonium.vt est textus in cap. tanta. qui fi.sint legit.

Fallit primò quando concubina illa non esset digna tali viro,puta aliquis princeps duxit vilem mulierem in concubinam,quam duxit postea in vxorem,quòd tales bastardi non legitimantur per subsequens matrimonium secundum Bart.Cæpol.in tract. cautelarum in caute.ccxlvij.tamen ego teneo contrarium, nam in matrimoniis non est duntaxat certa qualitas personarum ad ducendum vxorem, cùm libera sit volūtas vxorem ducendi. S.Ianuar.

¶Bastardi non dicuntur nobiles, nec nobilitas patris in eos descendit.Hanc regulam ponit Bartol.in l.j.numer. 50.C.de dignitatibus.lib.12.Bal.in l.cùm legitimæ.ff.de statu hominū.vbi dicit quod bastardi nobilium,etiam ex persona matrum non sunt nobiles.idem tenet idem Bald.in c.innotuit. nume.15. de electione.& in l.cùm in antiquioribus.numer.8. in 8.quæstio.C.de iure deliberandi.Anto.de Butrio & præpositus in 3.notabili. in ca. per venerabilem. qui filij sint legitimi.Eandem opinionē tenet Bart. in l. pronuntiatio.in §.familiæ.ff.de verb.sign.idem Bart.in l.tutelas. ff. de capitis deminutione. Florianus in l.qui testamentum.num.11.ff.de probat.Francis.Aret.in cap.super eo.el.2.nume.11.de testibus,& ibi Felinus num.5.idem Felinus in cap.in præsentia, nu.23.de probat. Guido.Pap.in decisione cccclxxx. Ruinus in consi. lxxvij.num. 7. volum.3. text.& ibi glos.in cap. vnico.& ibi glos. in verbo, liberi.in fin. de Baptismo.Circa quam regulam vide Guiliel. Bened.in repet. c. Raynutius. in verbo, Raynutius de Clera.nu.30. cum sequentibus. idem disponitur de iure nostro regio in l.3.tit.xv.parte 4.

Hanc regulam ponit Tiraquel.in tract.de nobilitate. capi.xv.numer.10.vbi tractat materiam.& ibi in numero 17.vsque ad nu. trigesimūprimū ampliat eam dupliciter,& limitat etiam dupliciter,in quo est notandum quod in j.ampliatione quam ibi ponit, dicit supradictam regulam procedere, etiamsi filius sit legitimatus,quia nihilominus non dicuntur nobiles,quod de iure nostro regio hodie est correctū. imò si filius fuerit legitimatus gaudet nobilitate parentum.ita probatur in l.ix.in fin.titul.15. parte 4. & in l.xij.Tauri,in fin.Quod tamen intelligo verum in filiis spuriis vel adulterinis, quia filij naturales tā tùm,etiam sine legitimatione, hodie gaudent nobilitate parentum.ita probatur in l.j. tit.xj. parte 7.& in l.7.in fi.tit.22. libr.4.fori. Est tamen notandum quod supradicta prima ampliatio Tiraquelli, quæ vt suprà dixi,est correcta per tex. in l.9.in fi.titu.15. parte 4.& per tex.in d.l.xij. Tauri. approbatur hodie & procedit non obstantibus supradictis legibus per pragma.ix.anni 1554.in qua dispositū fuit quod quandocunque aliquis filius natus fuerit ex damnato coitu,tam ex parte patris,quàm ex parte matris, etiam si sint legitimati,non gaudeant nobilitate parentum,sed tenentur contribuere sicut si legitimati non essent. P. Duen.

¶Belli tempus etiam in materia pœnali, comprehendit sub se tempus treugæ.text.est melior de iure in c.significauit. de Iudæ.probat tex.in c.2.§.vasalli qui feud.dare pos.in vsib.feud.

Limita dupliciter,vt per Fel.in d. c. significauit. quasi in prin.quē vide,quia dictā regulā exornat quibusdā doctrinis cōmmendandis. B.Dias re.59.

¶Bellum generali concessione immunitatis non venit immunitas ab oneribus belli, quia immunitas nō extenditur ad accidētalia secundū com. opi. Alex.conf.28.nu.8. lib.1.& cons. 107.col.pen. lib.3. Fel.c.sedes.nu.12.de rescr.c.cum M. nu.7. de const. Are.§.cum ante. nu.4.inst.de emp.& vēdit.Rubeus Alex.cons.155.nu.2. Rip.l.ex toto.num.16.ff.de leg.1. l.si vnquā.q.3.nu.9.C.de reuoc.don.& in tract.de peste.2.p.nu.74.Soc.l.2.n.6.ff.de vulg.Alb.cō.1.nu.10. in terminis Ceph.cons. 58.nu.7.in terminis hoc dictum declarat latè. Medic.re.1.

Bellum non debet alicui inferri pro modica iniuria. c. illata,docto.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iur. item not. factum dici tempore belli,quod paulo ante vel post fuerit factum.Bald.capitu.1.columna 2. de pac.ten. doctor.com.l.diuortio. ff.sol.matr.leg.Pedius.ff. de inc.ruin.& naufr.Tiraquel.in tracta.de Retr.conu. §.1.glos. 5.numero secundo.Areti.d.l.diuortio. not. 2.Medic.re.5.

Bellum non obligat milites de homicidiis, quia iussu superioris militant.Doc.com.c.3.de cler.percussor. Cald.cons.1.in tit.de treuga, & pace. Anch.c. fin.de purgat.can.Ias.l.ex hoc iure.nu. 10.ff.de iust.& iure. Alba.cons.1.nu.8. Med.re.8.

¶Belli tempus etiam in materia pœnali comprehēdit sub se tempus treugæ.ca.significauerunt.de iud. c.2.§.vasalli qui feudum dare possunt.

Fallit in 2.casib.vt per Fel. in d.c.significauit, in prin.

Belli publici tempore quæ capiuntur, capitaneo tradēda sunt,licet capientium fiant.Iaso.in l.1.ff.de acqu. possess.nu.8.Bart.in l.hostes.ff.de cap.

Fallit in 3.casibus,vt per Syl.in summa,in ver. bellum. Donat. Fina.lib.

Belli publici tempore quæ capiūtur,capitaneo tradēda sunt, licet capientium fiant,vt diuidat secūdū merita cuiusque.Ita Ias.in l.1.in prin.col.2.nu. 8. ff. de acqu.pos. Bart.in l.hostes. de capti.ff.col. penul. Abb.in c. olim.lo 2.de restit.spoliat.

Limita tripliciter, vt per Syluest. in summa.in verbo, bellum.lo 2.in prin. Ber.Dias re.60.

¶Belli tēpus,etiam in materia pœnali cōprehēdit sub se

ſub ſe tempus treugæ.tex.eſt melior de iure in c.ſignificauit.de Iudæ.probat text.in ca.ij.§.vaſalli. qui feud.dare poſ.in vſib.feud.

Limita dupliciter,vt per Felin.in d.c.ſignificauit.quaſi in princ.quem vide, quia regulam exornat quibuſdam doctrinis commendandis. Dias reg.59.

¶ Beneficivm Geminatio titulorum ſuper beneficio nõ nocet,ſed prodeſt. Abb.c.poſt electionem de conceſ. præbend. vnde ſi dubites de impetratione tuaimpetres ſecundam, nam per hoc non inducitur renunciatio primæ,imò vtraque vti poteris ad tui defenſionem.Innocen.c.cum perſonę.de priu.6. c.2.de arb.gloſſ.c.inter dilectos ver.mentio.de fide inſt. quia abundans cautela non nocet.l.in teſtamẽtis.C.de teſtamentis.& quæ ponuntur ad tollendam dubitatationem non impediunt actum,ſed proſunt. Medic.reg.3.

Beneficium Sentẽtia lata ſuper omni beneficio eccleſiaſtico præiudicat tertio ſcienti. Bald.capitulo veniens, il ſecundo, de teſtibus Iaſo.leg.1.huius.ff.de iuſt.& iur.addentes ad Abb.in termin.huius reg.capitulo penultimo. numero 1.extra de ſent.& re iud. Med.reg.8.

Beneficium Appellatione beneficij indefinitè veniunt omnia beneficia eccleſiaſtica: vnde diſpenſatus ad beneficium tenendum, ad omnia habilis redditur, ſimiliter beneficium quod quis habere debebat per grat.expectatius ſi fuerit impetratum,quod conſequi non potuerit.poterit aliud impetrare.doct.cap. in multis,de reſcrip.6.gloſſ.& doct.cap.ne receptandæ,de conceſſ.præbend.6. Roma.conſilio 329.facit l.2.ff.de opt.leg.gloſſ.& doct.capi.1.de regul.iur.6. Cardin.Clemen.auditor.numero nono. de reſcri.& Clem.1.de præbend.Gemin.capitu.primo,in tit.de eo,qui mitt.in poſſ.Boer.& alij d.cap.1. numer.1.de reg.iur.6. Medic.reg.2.

¶ Benegicivm. L.[a] 69.[b] Paulus lib.ſingulari de dotis repetitione a al.l.68. b al.Paulus de aſſignatione libert.

In omnibus cauſis id obſeruatur,vt vbi perſonæ conditio locum facit [c] beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat: vbi verò genus actionis id deſiderat,ibi[d] (ad quemuis perſecutio eius deuenerit) non deficiat ratio auxilij.

Addit. c al. officio. d al. non includuntur per parenthenſin.

De beneficio in genere quod ſpecialius tractatur in l. 157.priuilegia Secus in beneficio principis,de conſtit.prin.l.fin.Dec.Barto.in concordanti.l.pater,de ſer.leg.Concordãt huic regulæ.C.de pri.cre l.ſcire, ſup.eodem tit.l. dabimus.§.ſi quis,de dol.l.hæredibus de re iu.l.patronus .l.inter.l.ſi fideiuſſor.§.ſi maritus l.ſcientię. l.ſi cum pro.23.l.ſunt,de au.& Vpal. c.2.2.quæſt.1.c.petiſti.C.de legibus.l.leges, in fi.de con.prin.in fi.de cenſibus.l.ætatem,in fi.C.de excu. mu.l.maximarum,de.in immu.l.1.§.perſonis.§.fi.de excu.tu.l.non tãtum.§.non omnia, ſo.ma.l.maritus cum.l.ſeq.l.quia perſonale,inſtitut.de iure na.§.ſed quod principi de iure immu.l.1. Exc.l.etiam.ſoluto matrimon.l.fina.C.quipo.h.Personae.De reſcrip.cap.ſi gratioſe,in 6.de admin.tu.l.ex pluribus. Condicio.Hoc eſt,ſtatus & qualitas, cõciliatio. l.1.& l.non ſolum min.de in integrum reſtit.l.hæredes.C.ad Vel.Ratio.ff.eodem.tit.l.1.Beneficio. Ita quod illa ſit cauſa mediata beneficij,ne obſtet l. non ſolum,de in integrum reſtit.l.minor aut.§.fina. l.interdum,de min.C.de tem.in integrum reſtitu.l. ea.priui.cre.l.antiqua, diſtinct.21.c ap.denique, de off.proconſ.l.fin.Decius hic.& Ioan. Andr.d.cap. 7. Beneficio, ſcilicet vel officio,de tut.l.tutela plerunque. Contrà de vſur.cap.ex tuarum. Deficiente.In 6.capit.7.penult. Exception.De compen.l.fin.de pact.l.17.§.ſi quis.Deficiat.De leg. 2.l.pet.71.§.1.l.cum patronus,in fin.l.Titia.2.§.vſuras,de acqui.hæ.l.Paulus,argu.de ac.em.l. fundum. 7.de admin.tu.l.ex plu.de excep.l.7.de off.de capit. quoniam de tran.capitu.de cætero.de pact.l.7.iuris gentium.§.pactorum.de arb.capit.fin.Ratio,de acqui.rer.do.l.traditio.argu.de vſufru.§.finitur,de acquirenda poſſeſ.l.cùm hæredes. Excipiunt Dec.& Cagn.& Domi. perſonas acceſſorias & familiares, de priui.in 6.licet,§.cùm conceditur, de verborum obligatio.l.ſi ſtipulatus fuero pro te.C.de ne fi.pro pa.Authentic.habita. Genvs. Hoc eſt negotium ipſum, ex quo competit,& diſcernitur actionis forma.Oldendorp. de relig.l.penulti.l.ſi.fil.§.hæc, qui po.in pig.l.interdum poſt,de aqua quotid. l.1.§.penultim. Qvemvis. Diſt.61.capit.miramur,de re iud.ca.in cauſis.de iuris & facti ignor.l.Reg.11.§.fi. arg.de bo.poſſeſſ.2.Idem de cauſa traditur inf.l.157. priuilegia.Item de re,de cenſib.l.4.quanquam de aqua quotid.l.1.de decu.l.fina.Generalior reg. traditur à Cagno.hic & Anchara.conſilio 404.colum.fina.& Barto.conſilio 180.quod res tranſit cum onere & qualitate ſua annexa. Riiſvvich.paratit.

¶ Beneficivm. L.[a] 70.Paulus lib.ſingulari de aſſignatione libertorum. al.l.69.

Inuito beneficium non datur.

Coniunge de off.Præt.l.ſolet.l.198.inuitus.§.fin.C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo,de min.l.ſi iudex,de don.l.hoc,§.nec.C.de epiſcop.l. penultim.de regu. capitu.ad Apoſt.diſt.74.capitu.conſuluit,capit.geſta.C.de negoc.geſt.l.fina.C. de eman.l. penulti.de his qui ſunt ſui.l.fin.C.de iud.de.l.nec emerc.Invito. Ne obſtet l.ſi pro me.40.de ſol. Ratio,quibus ex cauſ.l.feud.in princip.Ad fin.ſcilicet directè, ne obſtet.l.etiam inuitis,de acq.rer.do.l.ſeruus vetante, de verborum obligationib. Item ſi de eius intereſſe pecuniario ſolùm agatur, cui beneficium confertur.Ob.c.non vos hominem.in fin.23.quæſti.5.l. ſoluendo,de nego.geſt.l.38.l.ſi debitor tuus, l.ſolue re,de ſol.§.ſed & maior.Inſti.de his qui ſunt ſui.l.ratas,de reſcin.ven.l.Diuus,de mil.teſt.23.quæſtio.4. ipſa pietas,verſi.item ſi duo,de iud.cap.nouit, diſt. Excipe de lib.caul.2.l.3.l.4.de ap.capit. nõ tantùm. diſt.45.& qui emendat. Contra Inſtit.de hæ.qua.§. 1.Inſtitu.per quas perſonas.§. item vobis, vbi vide mei Præceptoris Claudij Cantiunculæ paraphraſes:Inuitum qui ſeruat, idem facit,occidenti,inquit Horatius de arte poet.ad fin. Riiſvvich.parat.

¶ Beneficivm l.inuito.70.l.in omnib.cau.id.69. Neratius.151.Vbi de varia beneficij ſignificatione agitur.c.Priui.in vj.Annotaui & ad Reg.85.

¶ Carceratus ad meam petitionem, non potest per iudicem relaxari, nisi me citato: secùs, si esset carceratus motu proprio iudicis. Ita firmat Bald. in c. j. in j. lectura. de re iudic. alleg. tex. in l. si quis vxo. in §. si fugitiuum. ff. de furtis.

Limita, nisi esset de facto carceratus, quia tunc de facto esset excarcerandus. Ita restringit Barba. in d. c. j. motus. per gl. singularem in l. minor. ff. de euictio. Adde in doctrina mea incep. factum de facto.

Casus omissus, &c. vide infrà in regula prouisio. B. Dias reg. 69.

¶ Carceratus contrahens in carcere, quo ad sui liberationem tenet contractus, sed non in fauorem eius, cuius gratia fuit carceratus, docto. com. l. qui in carcerem. ff. quod met. causa. Bald. in rubr. C. de resc. vend. Med. re. 9.

¶ Carcerati, qui liberari solēt ob reuerentiā alicuius sancti. nō veniūt illi, qui in carceratione gemi natā inciderūt. Ro. l. si verò. §. de viro. in 31. Fall. in 6. casu. ff. solu. mat. Gulie. & Bal. l. 3. C. de epi. aud. Ant. in trac. de Gemi. num. 34. dixi suprà in ampl. 8. tradit Euer. in loco à vi Gemin. nume. 12. simile Barto. authen. itaque. C. commu. de legat. glo. l. si stipulatus. ff. de vsur. Med. re. 2.

¶ Cardinales ex consuetudine habent priuilegium vt possint liberare damnatum ad mortem, dū ducitur ad supplicium. Hanc regulam ponit Bald. in l. aditos. in fi. C. de appel. quem sequuntur ibi Paul. Cast. & Saly. eandem opinionē Bal. sequitur Cępola in cautela j. in prin. Chassaneus in cōsuet. Burg. in tit. Des iustices. Rub. j. §. v. num. 101. Catellia. Cotta verbo, Cardin. Corcettus in sing. incip. Cardin. Hippol. in sing. cclxxij. Ludo. Gom. in §. pœnales. nu. 50. Insti. de acti. Ias. in l. j. nu. 2. C. ne liceat potētio. Fel. in c. quærenti. nu. 6. de offic. deleg.

Hanc regulam limitat vj. modis Andr. Barb. in trac. de præstantiis Cardinalium. in j. par. quæst. ix. nu. 1. cum aliis P. Duen. re. 81.

¶ Carere. Si caret, nomine caret, vel re: & econtrà, C. de feriis. l. à nullo,

In Decre. dis. 38. quę ipsis.

In Decre. 21. per ele. vbi verò subactor.

In Decre. dis. 17. multis. Azo rub. 104.

¶ Castrum concessum alicui, vt non possit alienari intelligi debet, vt neq; eius pars alienari possit: appellatione enim Castri totū intelligitur. l. de pupillo,

lo.§.nunciat.ff.de nou. oper.nunciat. Ruin.consil. fi.nu.17.lib.2.Alcia.respon.230. nu.8.Cephal.in ter min.consl.148.nu.54. Med.reg.2.

¶ CASTELLANVS suscipiens custodiam castri non potest preiudicare domino, si tamē per vim ei ablatum fuerit, non tenebitur nisi iure susceperit omne periculum cuiuslibet casus fortuiti. Ioan. Andr.in addit.ad Spe.in tit.de locato. circa medium. Pau. l.sed & vbi. Doct.§. quæsitum.ff. si quis cautione. Med.reg.8.

¶ CASTITAS maior requiritur in muliere, quàm in viro.C.ad Or.l.si quis illustris. Aut.quomo.op.epi s opos.6.§.oportet. Riisvvich.

¶ CASVS Generales & fortuiti.Generali permissione non videri concedi, quod non esset specialiter concessurus.

C.de transac.l.si de certa.
C.ad Vell.l.iubemus.
ff.mandati.l.creditor.
ff.de pig.l.ob.
ff.de dona.l.filiusfa.
ff.de solut.l.si ex pluribus in prin. Contrà.
ff.de pact.l.tres fratres & l.emptor.§.1.
ff.de pecul.l.qui peculij.
ff.de transf.l.non est ferendus.
ff.si quis caut.l.3.§.quæsit.
ff.de ritu.nup.l.generali.

Generali permissione, &c.) Hoc generale comprobatur regula, vt ff.de pecul.l.qui peculij.& ff.de pig.l. obligatione.nec recipit contrarietatem.Azo,ru.41.

Generalia & verbis generalibus facta, licet nō sint specificata,tamen admittuntur.

C.de ann.excep.l.vlt.§.si quis.
ff.de seru.rust.præd.l.si seruus in po.
In Decre.c.6.quæs.5.si sacerdos. Azo,rubr.51.

Generalia non recipiuntur,nisi expressa inueniantur.

C.de iud.l.2.
ff.si quis caut.l.sed & quæsitum.
ff.de iniur.l.prætorij.
ff.quod cuiusque vniuers.l.item.§.si decu.
ff.de recept.l.sicut dies.§.plenè.
ff.commun.prædio.l.in tradendis.
ff.de hær.ven.l.2.§.illud.
l.Lombar.de debi.& generali.l.si quis aliam.

Generalia non recipi.&c.) Hoc generale inuenio falsum,& ita suppleo. Generalia & verbis generalibus facta, tenent: & econtrà. Regulare est quòd in hac Rub.continetur, vt probatur per leges subiectas.vt C. quando mul.tu. off.fun. Aut.mat.& auiæ.& de seru.vrb. præd.l.si seruitus imposita.& hoc quilibet lippus etiam attēdere potest in statutis legum, quæ generaliter concipiuntur,& tamē valent.vt per tot. tit.de reg.iur.& de sepul.viola.l.3.§.quid tum.& de leg.præstan.l.1.§.generaliter.Idem in verbis contra hētium,vt in prin.huius generalis dictum est.Idem in verbis testantium,vt de leg.3.l.hoc legato. Quod ergo in sequenti R. contraria proponitur, ff.si quis caut.l.sed &.§.quęsitum.speciale esse negari non potest.Sed etiam quædam ibidē inducuntur,quæ non faciunt ad causam, sicut est illa,C.de iudic.l.2.nam & ibi tantum faciunt generalia verba,quantum specialia super singulis adhibita: nisi dicat quis,se de certa specie in generalibus verbis nō sensisse, vt ibidem dicitur. Item non obstat quod legitur, quod cuiusque vniuers.l.item.§.si decurio. quia ibi verba generalia non admittuntur ea ratione,quia super re futura eligi actio non potest:non ea,quia minus faciunt generalia verba,quàm specialia.Item non obstat,quod legitur ff.de arb.l. sicut dies.§.plenū quia & ibi compromissum generale validum est,licet restringatur ad species tantum,de quib.est actum.Est tamen tutius,vt ibidem continetur, species nominatim edicere, quàm generalia verba compromisso proferre,& pòst cōtrarium probari,se de certa specie non sensisse.Item non obstat,quod legitur ff.cōmunia prædiorum.l.in tradendis.quia & ibi generalem exceptionem tenere dico, vt omnis seruitus debeat imponit.Item non obstat quod legitur ff.de iniur.l.prætor in prin.quia quòd dicit,specialiter ponitur pro expressim,vt intelligatur,quam vel qualiter fuerit iniuriam passus, siue generali siue speciali verbo id cōplectatur.Quod autē legitur de hær. vel act.vend.l.2.§.illud.nihil ad rem pertinet.Azo ru.51.

Generaliter omne periculum præstare debet conductor.& dolum & culpam conductoris debet probare.

In ff.de vi bon.rapt.l.raptorum.
C.ad Vell.l.iubemus.
C.de præscr.10.vel 20.ann.l.emptor.
ff.si quis caut.l.sicut.
ff.de pact.l.iur.§.si pacisca.
ff.de inter.act.l.si decreta.
ff.commo.l.si vt.§.nunc eum qui rem.
ff.de constit.pec.l.cùm plures.§.vesti.
ff.depo.l.1.§.si conue.& §.sæpe.
ff.mand.l.Aristo.
ff.de pact.inter empt.l.Lucius.
ff.de præ.ver.l.si gratuitam.
ff.de admi.tu.l.chirogra.
ff.de except.rei vend.l.si rem meam.

Neutrum debet.

C.si adu.rem iudi.l.1.
C.de fid.instrum.l.vlt.
ff.si quis caut.l.2.§.quæritur.
ff.commu.præ.l.in tradend.
ff.de con.sine caus.l.transac.tu.
ff.de pignorat.act.l.si conuenit.

Generaliter omne periculum,&c.) Si ita intelligatur illum verbum periculum,id est, casum, falsum est. vt C.de pig.act.l.quæ fortuitis, Si ponatur pro culpa,similiter falsum est: nec enim tenetur de leuissima culpa,sed de dolo,lata culpa,& leui:cū vtriusque gratia contrahatur.vt ff.commo.l.si vt.§.1.nisi in casu,quando promissa est custodia, vt ff.locati .l.qui mercedem vel generaliter quis in se suscipit periculum.vt ff.mand.l.& Aristoni.Et ita intelligūtur pleręque leges huius Rub.Ideo dicunt quidā in columna,vt ff. loc.l.si merces.§.qui colum.Ego contrà puto,vt ponatur ibi superlatiuū pro positiuo. Vel dic. quòd ibi promissa fuit custodia. Leges autem,quæ in hac R.contra hoc inducuntur, non video in aliquo obstare. Quod autem supponitur, de probatione doli & culpæ, hîc non tracto: quia suprà plenè tractata est,in debitore & creditore,& quæ ibi dixi, hîc intelligantur repetita.

Generaliter dicto vel probato mandato omnia contineri.

ff.ad Treb.l.Marcell.l.quidam.
ff.de pig.l.Paulus.in fi.
ff.de contrah.emp.l.si quæ.§.cum seruo.§.1.
ff.de procu.mandato.l.procurator.
ff.de commod.l.illud.
C.de transact.l.trans.

C.de

C.de fideicom.l.vtrum.
C.quæ res pig.oblig.posſ.l.1.
Imò non, ſed ſpeciale mandatum neceſſe eſt.
C.quæ res pig.obl.poſ.l.2.
ff.de procur.mand.l.procu.non ſolum. §.vlt.
ff.de ſerui.l.ſi mihi.§.1.
ff.de cond.& demonſt.l.fideicom.in fin.
ff.de priuile.cre.l.pen.
ff.de pig. l.ob.
ff.de dolo.l.filius.§.dare.
ff.de acq.hær.l.ſi quis mihi.§.iuſſu.
ff.de mino.25.ann.l.illud.§.1.
ff. de act.empt.ſi merces.§.2.
ff.manda.l.maritus.§.1.
ff.de oper.no.nun.l.de pupil.§. qui pcurator.

Generali dicto,&c.) & contra, vt in hac R. dicitur, in generalibus verbis omnia continentur, ea tamen quæ quis ſpecialiter eſſet conceſſurus, vt ſuprà,eo. generali permiſſione. Et ideò in his quia non eſt verisimile,aliquem generali verbo concludere, neceſſaria eſt ſpecialis commiſſio, vt in contrarria Rub. dicitur. Azo rub.51.

Generaliter omne periculum ſuſcipi poteſt.
C.quando ma.tu.of.fung.l.vlt.
C.de hære.vel act.vend.l.vlt.
C.de reb.alie.non alie.l.vlt.
ff.ſolut.mat.l.accep.pluribus.
ff.quod iuſſu.1.in prin.
ff.de ſtat.lib.l.ſtatu.liber.l.1.

Hæc vera ſunt,ſiue ſicut dixi,omne periculum recipio ſiue ſic,quicquid periculi acciderit, tenetur quocunque modo interueniat.vt ff.de interrogat. l.ſi ſine. §.quod autē.& ff.de leg.1.l.ſi Titius. Quæ circa materiam iſtam dicuntur, variè exponuntur. Opinabantur quidam, ſcilicet B.non poſſe ſuſcipi periculum alicuius ex pacto generaliter, niſi vnuſquiſque caſus periculi nominatim & ſpecialiter dicatur,& hoc ex lege ff.ſi quis caut.l. ſiue.§. quæſitū. cuius ſententiam reprobat P. non etiam in contractibus, in quibus generalitati verborum ſtatur.

Non poteſt ſuſcipi.
C.de ſecund.nup.l.nunc autem.
C.manda.l.ſi maritus.
ff.de iniu.l.illud.in fine.
ff.quod quiſque iur.l.ſi quis.§.ſi pro.
ff.de procur.mi.tu.l.1.

Generaliter omne periculum,&c.) Et contrà, omne periculum & omnem culpam ex pacto quis ſuſcipere poteſt.vt ff.mand.l.& Ariſtoni. leges autē in hac Rub. inductæ non probant, ſed hoc quod tantum valeat generale pactum,quantum ſpeciale,quod verum eſt quantum ad culpam, non tamen quantum ad caſus fortuitos,vt ff.commo.l. ſi vt.§.commodatū autē.& §.ſi quis caut.l. ſed &.§.quæſitū. Imo ſpeciale mandatū in illis eſt neceſſariū,vt probatur per ſimilia in cōtraria Ru.& inf. eo.Caſus fortuiti. &c. & in hac ſententia fuit B.ſed M.contrà.Azo rub.51.

Sub generali continetur ſpeciale.
C.de teſti.l.vlt.
ff.de donat.l.filiusfam.
ff.quæ in fraud.cred. vlt.§.1.

Sub generali continetur,&c.) Hæc.Rubr.malè videtur mihi poſita ſecundum tenorem. l.de donat.l.filius inductæ. debuit enim dicere, non continentur, ſic enim in prædicta l.dicitur, quód ſi filio conceſſum eſt donare, non videtur conceſſum donare mortis cauſa,& ita ſub illo generali verbo donationis, non continetur ſpeciale, donatio cauſa mortis, quæ ſpecies eſt,vt in inſti.de donat.& eſt fortè ideò,quia genus vt proprium,quandoque attribuitur ſpeciei, vt ff.de adopt.l.1.aliàs enim generis appellatione continentur ſpecies omnes.vt ff.de leg.3.l.hoc legatum generale. Azo rub.51.

Quem teneri de fortuito caſu, ſi culpa ſua incidit in eum.
ff.commod.l.in rebus.

¶Cavsa fortuiti caſus exprimi debet.
ff.ſi quis caut.l.ſed & ſi.§.pen.& vlt.
ff.depoſit.l.1.§.1.& §.ſæpe.
ff.de ritu.nup.l.generali.
ff.ad l.Falc.l.1.
ff.de acquir.hær.l.ſi quis.§.iuſſu.
ff.de pœnis.l.mortis.

Cauſa fortuiti,&c.)Hæc Rub.expoſita eſt ſuprà,eo.Generaliter,& in illa,Omne,&c. Azo ru.51.

Rectè negocium geſtum fortuitò non imputari.
ff.de ſucce.ed.l.3.
ff.de ædil.act.l.4.
ff.de euict.l.Lucius.
ff.de mag.conuen.l.1.§.ſi mag.
C.qui pet.tu.l.cùm à matribus.

Rectè negocium,&c.) Hanc Rub.indiſcretè poſitam eſſe dico.ſic enim debuit poni, rectè negocio geſto fortuitum caſum non imputari,ſicut euidenter probatur per ſubiectas leges. vt ff.de mag. cond.l. 1.§.ſi magiſtratus & loco.& con.l.Marcus.

Non obeſſe impedimentum velle, vel fortuiti caſus cùm factum ſit,quod fieri non debuit.
C.de leg.l.ab ad.
C.de appel.l.præſes.
ff.de adim.lega.l.Mæuia.
C.qui pet.tu.l.à mat.
C.de inſtit.& ſubſt.l.1.
ff.de cond.& demon.l. ſi Titius.
ff.de re iud.l.in iure ciuili.

Contra.
C.de cond.inſert.l. legatum.
de cond.& demonſt.l.Titius.

Non obeſſe impedimentum,&c.) Cum alicui fortuitus caſus præſtat impedimentum, nihil omnino poteſt ei imputari.vt in proxima Rub.dicitur,niſi fortuitus caſus contingat,& in eius perſona, in qua debuit compleri conditio.vt C.de cond.inſert.l.legatum.& ita intelligitur cōtraria Rub. Si verò lex præſtet impedimentum,repellitur quis niſi ſit miles.vt C.de leg.l.adminiſtra. Azo ru.51.

Aduentitij caſus non ſunt imputandi.
ff.de ſtat.lib.l.ſi Labeo.
ff.de re iud.l.ſi quis ab.
ff.de admi.rer.ad ciuit.perti.l. 2. §.ſi eo tempore. Azo ru.51.

Quæ ſpecialiter permittuntur,generali verbo nō videri repetita, ſed alia generalis clauſula non pertinet ad ea,&c.
ff.de ver.ob.l.dol.dam.
ff.de vulg.ſubſ.l.cohæredi.§.qui per rem.
ff.de ali.& cib.leg.l.cum ali.§.reli.
ff.quib.ex cauſ.maiores.l.ſed ſi.§.2.
Contrà,ff.ad l.Aquil.l.ſi ſeruus.§.cum eo.

Quæ ſpecialiter, &c.) Hoc eſt, de re, quod generalis clauſula non extenditur ad ſpeciales, vel leges ſubiectæ apertè dicunt.

Generalis clauſula,&c.)C.fa.herc.l.quotiēs. Az.ru.51.

Minus dicit,& plus ſignificat.

Hoc generale habet locum, vbicunque affirmatiua soluitur in negatiuam.

In Inst. de vsu. §. no.
C. de iud. & reli. l. cœlico.
C. de arbit. l. ne mar.
C. de testamentis. l. errore.
C. de cond. ob. ca. da. l. si ext.
ff. de cond. instit. l. mulie.
ff. de precario. l. pen.
ff. de verb. ob. l. in illa.
ff. de re iud. l. qui mor. pœn.
Contrà, ff. de superfi. l. 1. §. quod Azo, ru. 51.

Si minus dixerit, non plus significat.

ff. de procur. l. filiusfa.
ff. de seru. rust. præd. l. inuitus.

Minus dicit, &c.) Hoc si ex facti vel contractus qualitate appareat, vt ff. si cert. pe. l. cùm quid. & de hære. instit. l. 1. §. si autem sic vel consimilibus. & ita intelligitur hæc Rub. alioquin non plus significat aliquis, quàm loquatur in his præcipuè, in quibus specialiter desideratur volũtas, vt in ꝓcuratorũ cõstitutiõe, & seruitutis impositiõe. & ita intelligitur cõtraria R. vt ex legib. subiectis apparet. Azo ru. 51.

In sermone quædam tacitè excipi.

ff. de pact. l. tres.
ff. de neg. gest. l. Pomp.
ff. de seruit. l. si cui.
ff. de act. empt. l. ex empto. §. 1.
ff. de iniur. l. item. §. quæsti.
ff. de lib. leg. l. Aurelius.

In sermone, &c. Licet generalia verba proferãtur plerũque, excipiũtur quædã tamẽ, de quibus nõ est cogitatũ, vel nõ est verisimile cogitãdũ, vt in contraria Rub. continetur. sup. co. Generali, &c. Az. ru. 51.

Generalis præstatio in quantum obsit.

ff. si quis caut. §. quæsitum.
ff. de transl. l. non est se.
ff. de solut. l. si ex pluribus.
ff. de pact. l. tres.
ff. de dona. l. filius.
ff. de arbit. l. 3. §. 1.

Generalis præstatio, &c.) Hanc Rubr. dico esse falsam, sic enim puto, quòd in ea debet contineri generalis pactio, in quantum obsit vel non obsit, ex superiori Rub. apparet, & ex contraria Rub. illius generalis, quod habuimus suprà eo. Generaliter, &c. Et vt leges subiectæ manifestè declarant. Azo ru. 51.

Quis debeat probare amissionem rei, vel fortuitum casum.

In Aut. de depor. & denunc. in prin. tit.
In Aut. de test. §. si verò.
In Aut. de æqual. do. qui nec ma. §. qui Veronia Azo, ru. 104.

Vbi culpa præcessit casum, tenetur de casu.

In Aut. de depor. & denun. in pri. ti. Az. ru. 104

¶Casvs contingens in personam procuratoris, vel nuncij non nocet domino, sed illum excusat. Doct. com. l. præses. C. de appellat. Bar. l. cùm à matribus. C. qui pet. tutor. pos. nisi culpa vel mora eius præcesserit. l. si procuratorem. §. 3. ff. mandat. Med. re. 8.

¶Casvs fortuiti non comprehenduntur sub generali dispositione, nisi de his fiat specialis mẽtio. Bar. l. cæsar. num. 4. ff. de pub. & vectig. doct. com. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. c. de occidendis. 23. q. 5. Dec. consi. 473. num. 7. consi. 523. nume. 3. Cæpha. con. 20. nu. 12. gl. 1. ad aures. de ætat. & qualit. c. fin. de homi. cid. l. illicitas. ff. de offi. præsid. ideò suscipiens in se omne periculum non veniunt fortuiti casus. c. vnico, commodati, & ibi doc. Med. reg. 1.

¶Casvs fortuitos nullũ humanũ consiliũ præuidere potest. ff. lib. 50. ti. 8. l. 2. §. qui eo. l. 23. §. fi. Riisvvich.

¶Casvs fortuitus non liberat homines ab obligatione. C. de pig. l. casus fortuitus. l. contractus. 24. de his tractatur in l. fistulas. §. frumenta. de contrahen. empt. Riisvvich.

¶Casvs superueniens non tollit legitimè factum. l. 2. ff. de iti. act. priuat. l. is cui. ff. de testa. l. 1. §. si quis autem. ff. de bono. pos. contra tab. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris.

Fallit in l. si quis filio exhæredato. §. irritũ. ff. de iniust. rupto. l. qui ex liberis. §. testamenta. ff. de bon. secun dum tab.

Casus fortuiti non continentur appellatione periculi. glos. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. vbi Bar. & Ias. nu. 30. §. 1. l. sæpe. depo. l. qui fortuitis. C. de pigno. actio.

Ampliatur in vno casu & limitatur in 4. per Ripam in tract. de peste. in prin. c. de priuilegiis contractuum causa pestis. num. 70.

Casus non expressus habẽdus est regulariter pro omisso. l. commodissimæ, & l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de lib. & posthum.

Fallit vbicũque ex coniecturis apparet testatorem voluisse ad casum omissum extendi dispositionẽ. l. Lucius. ff. de lib. & posthu. latissimè videas Viui. in suis conclu. in ver. casus.

Casus fortuiti non præstantur in bonæ fidei iudiciis. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. l. 2. §. si eo tempore. ff. de admi. rer. l. contractus. ff. de reg. iur.

Fallit primò in l. subtracto. C. de furtis, in odium furis vel raptoris, quos nullus casus fortuitus excusare debet. l. 1. C. quod metus causa. l. 1. §. rectissimè. ff. de vi. & vi armat.

Fallit 2. in l. fi. C. de con. inse. ratione libertatis, quę est inestimabilis. l. libertas. ff. de reg. iur.

Casum aduersámque fortunam expectare non debemus. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligatio. Fallit in l. diuortio. §. sed etsi facere. de neg. gest.

Casus fortuiti periculum, an & quando possit in se recipere, distinguendo declarat Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. Dona. Fin. lib. 5.

¶Cavillatio. Iulianus lib. liiij. Digest. Lex. lxvj.

Ea est natura cauillationis, quam Gręci sophisma appellant, vt ab euidenter veris, per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidẽter falsa sunt, [a] perducatur.

Addit. soritin. P. Flor. aliàs sophistikoin. sic in P. Flor. a aliàs producatur.

Concordat textus l. natura cauillationis. tit. prox. c. venerabilis. de iudic. & ibi Andræas. Cauillare dicitur qui de assumpto, quod euidenter verum est dissimiliter acceptis terminis, quod falsum est infert. Geo. Viuiennus.

Cauillatio. l. 178. ea est natura. l. 200. quoties nihil. Ri.

¶Cavillatio. L. 66. idem libro 54. Digestorum.

Ea est natura cauillationis, quam Græci [a] soritin appellant, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quę euidẽter falsa sunt, [b] perducatur.

Add. a al. sophisma, al. sophistikin. b al. producatur.

Definitio seu natura cauillationis. Soriten, Sophisma, Commentum cauillatorium. Cicero in libr. de fato

fato Calumniam vocat. Petrus autem fabri captionem, putátque Ammianum Marcellinum cauillationis verbo in aliam sententiam vsum esse libr. 22. 30.36. BREVISSIMAS MVTATIONES. Hoc est, elenchos, ad legem Falcid. l. qui. l. 87. Et iureconsultus, vt Oldendorp. tradit, hic rem magis definit, quã verbum, vt ob eam causam fortassis hęc l. huic sit titulo inserta, ne obstet sup. titu. 1. l. natura. 177. C. de vet. iu. enuc. l. 1. §. sed & similitudinem. Secus est 22. quæstio. 2. vtilem simulationem. pro soc. l. actione distrahitur. §. Lab. C. de cadu. tol. l. hæc autem omnia, aut. de non al. 7. §. quia verò verissimũ, neg. gest. l. actio. de leg. 2. l. cùm pater. §. Titio. fratri. 3. Reg. infr. de dol. l. 1. §. non, de præsum. c. 2. Riisvv. paratit.

¶CAVSA bona. L.88. Idem libro decimotertio Quæstionum.

Nemo enim [a] in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit, denique post [b] litem contestatam hæredi quoque [c] prospiceretur, & hęres tenetur ex omnibus causis.

ADDIT. a al. deest in. b al. litis contestationem. c. al. prospicitur.

De nox. l. si seruus communis furtum. de verborum significat. l. 90. contra de in ius voc. l. pe. OMNIBVS. inf. l. 198. neque in interdicto. de accu. l. ex iudiciorum, de ac. & ob. l. sciendum. de hæ. & fi. tu. l. fi. de li. cau. l. ordinata. ad fin. de publi. l. fi. §. pen. Riisvvich. paratit.

¶CAVSA vna cessante, non cessat concessio, vbi aliquid conceditur ex duabus causis, vt not. in §. affinitatis. de nupt. institu. & in l. liberorum. §. j. ff. de his, qui not. infam.

Limita tribus modis, vt per Ripam in l. si vetri. §. in bonis. ff. de priuil. cred. B. Dias reg. 70.

¶CAVSA cessante, cessat effectus, vt in c. cum cessante. de appel. in c. magnæ. in princ. de voto. in l. generaliter. C. de epis. & cle. in l. adigere. in §. quamuis. ff. de iure patr. Circa quã reg. vide Alc. in lib. j. de verb. signi. iu fi. Dec. in consi. xxiiij. num. 2. Ias. in l. quod dictum. num. 2. ff. de pactis. & notabiliter in l. j. nu. 61. ff. de officio eius.

Hãc regulam ponit cum quinque limitatiõibus Dec. in d. c. cùm cessante. num. 1. Tiraquel. in tract. de causa cessante, vbi in j. part. tractat materiã. & in ij. par. à prin. vsque ad fi. limitat eam xl. modis. Duc. re. 72.

¶CAVSA cessante cessat effectus.

PRO.

1. q. 1. c. quod pro necessitate.
1. q. 7. c. quod pro remedio.
61. dist. §. his omnibus.
Ext. de vo. & voti red. c. magnæ.
Ext. de conces. præben. ca. quoniam diuersitatem. & c. ex parte.
Ext. de appel. c. cum cessant.
D. de condit. sine causa per totum.

CONTRA.

19. q. 2. c. duæ sunt.
32. q. 7. c. tantum.
16. q. vlt. c. constituit.
Ext. de spons. c. ad audientiam.
D. de condic. indeb. c. videamus.
D. condic. caus. data. c. dedi.

SOLVTIO.

Si cessat causa impulsiua tantum, vt si causa aliqua impellat populum ad aliquid statuẽdum, quod etiam sine causa illa statuendum esset, cessante causa, non cessat constitutio. idem si quis det aliquid propter aliquam causam, quæ tamẽ ex necessitate eum dare non compelleret, putà si des mihi aliquid, vt amicus tuus efficiar, non repetes illud. dicta l. dedi. Si autem sit causa finalis, sine qua nullo modo constitutio fieret, nec fieri deberet, ea cessante, cessabit constitutio. d. c. quod pro remedio. Aut si det aliquis propter causam, quæ dantem (si vera esset, & duraret) compelleret ad dandum: si illa cesset, repetet quod datum est. D. de condit. sine causa. per totum. Et hoc est quod vult dicere illa dec. ex parte. Damas. reg. 104.

¶CAVSA cessante cessat effectus. Petr. Anchar. cons. xlvij. pro clariori decisione, ver. hæc est enim regula generalis.

Causa autem à ratione in hoc differt, vt plerisq. placet, quòd causa est id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit, ex quo illud freq̃uẽs apud bonos autores, Quid causæ est? Et vt scribit Cicero in li. de fato, ex Carneade. Causa ea est, quę id efficit cuius est causa, vt vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. Itaque non sic causa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, id & causa sit, sed ꝙ cuiq. efficiẽter antecedat. Et paulò post, Interesse autẽ vtrũ eiusmodi quid sit, sine quo aliud effici nõ possit: aut eiusmodi, cũ quo aliquid effici necesse sit. Nulla igitur earũ causa est, quoniam nullã rẽ sua vi efficit, cuius dicitur causa, nec id sine quo quippiam non fit, causa est, sed id quod, cũ accessit, id cuius causa est, efficit necessariò. Hæc ille. Donatus autem enarrãs illud Virgilij lib. 2. Æneid.

Tum verò ardemus scitari, & quærere causas.

Causa est, inquit, propter quã fit aliquid, nihil enim fit, nisi præcedat causa faciendi.

Ex nostris autem Io. Mona. in c. vlti. de iura. calũ. lib. 6. dicit causam multipliciter accipi. & causam esse animi impulsum ad aliquid agendum, vt accipitur in l. j. §. sexum. ff. de postu. Rationẽ autẽ esse gerendorũ ordinẽ ex causa venientiũ. Vnde, inquit, causa potest esse sine ratione: at ratio nõ potest esse sine causa. Cui adde id quod scribit Cicero in lib. ij. ad Herenium, si is sit, Rationẽ esse causam quæ demõstrat verum esse id, quod intendimus, breui subiectione. Ex quo id certè apparet, nullã rationẽ esse sine causa. Sed & Pau. Eica. in cle. dudũ. §. nos autẽ. verb. in studiis, & ibi post eũ Car. Flo. in ver. ab olim. in iij. oppo. Imo. c. xij. ver. tertiò. Pau. hic de sepul. Hinc occasione sumpta, quòd ille tex. vtitur his verbis, ex aliqua ratione, vel causa, idẽ dicũt quod Io. Mona. vbi supra. vti etiam facit Io. And. in c. cũ dilecti. vers. in gl. causa, ibi, de accusatio.

Vide Hosti. in d. c. cum dilecti, in verbo ex causa, & ibi quoque Io. And. ver. in gl. causa, extrà, de accus. Bar. in l. demõstratio. §. quòd autẽ. ff. de condi. & dem. & Luc. Pen. in l. j. ver. itẽ not. quod causa. C. de his, qui nõ imple. stipend. li. x. & Henric. Boh. in c. forus. §. causa. de verbo. signi.

Ratio igitur, vt illis, & aliis plurimis placuit, est ordo gerẽdorum ex causa venientiũ, vel vt scribit Bald. in l. omnes populi. ver. tertiò quæro. ff. de iustit. & iure. est vrgens disputatio, vel euidens demonstratio, vt dicit notari. in l. j. §. veteres. ff. de acqu. pos. & in l. nõ omniũ. ff. de legi. vel vt subdit ipse Bal. ratio est quidam motus animi, visum acuens, veráque à falsis distinguẽs: vel est mentis motus in his quæ dicuntur, decernere vel conuertere valẽs. per l. vlt. C. de indi. vidui. tol. & l. his solis. C. de reuoc. donat.

Ex quibus vides causam de præterito esse, aut præsen-

ti, rationem, de futuro, vt etiam scribit Bart. in d. l. demonstratio. §. quod autem. versicu. in 8. q. ff. de condi. & demon. & in l. ij. §. vlt. versi. tertiò sumitur. ff. de dona. & Saly. in l. generaliter. in fin. C. de episc. & cler. Aegi. Bellame. in c. post trãslationem, ver. de ratione verò, de renuntia.

Veruntamen hæc sæpius confunduntur alterúmque pro altero ponitur, vel optimis auctoribus. Cicero lib. epist. famil. 15. ad Catonẽ. Cùm autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem moratus. Cęsar lib. 8. belli Gallici, quantum hyberno rum opportunitas, bellíque ratio postulabat. Et apud nos in l. eas obligationes. ff. de ca. demin. quam in hoc expendit Alber. in suo lexico, in verbo, ratio aliquando. & Pau. Paris. consi. transactio. num. 189. lib. ij. Nonnunquam autem simul hæc coniungũtur vt apud Terẽtiũ in Eunucho, Num parua causa, aut parua ratio est. Ciceronẽ lib. 1. offic. Causa autẽ, & ratio efficiens magnos viros in priore est. Arnobium in libr. aduersus gentes, vbi in infinitis prope locis hæc verba comperies, Quę causa? quæ ratio est?

Et hanc quoque confusionem videbis apud nostros iuris interpretes, vt apud Bar. in l. ij. §. vlti. ante fin. ff. de dona. & in extrauag. ad reprimendum, in verbo, absentia. Bald. in l. j. ver. in ea. glos. ibi, sed impulsiua. ff. de feri. & in l. data. ver. item not. quòd nõ dicitur. C. qui accus. non pos. & in ca. & si Christus. ver. adde quòd cessante vna. de iureiur. Card. Flor. in c. si quã do. ad fi. de rescr. & alios plurimos quos infrà in hoc tractatu citabimus, nunc causam, nunc rationem, rem vnam appellantes.

Cæterùm Dec. in c. cum cessante. statim post princ. de appel. dicit causam pro ratione tunc accipi, cùm dicimus cessante causa cessare effectum. Ante eũ Imo. in c. post translationem. nu. 40. de renun. dicit quòd causa finalis legis propriè dicenda est ratio, & allegat Bart. l. 2. §. vlti. ff. de dona. vbi id non adeò expressè dicit.

Et facit ad superiora quod scribit Bal. in c. monasteria. de vita & honesta. clericorum. quod illa dicitur causa cui ratio inest. Nam ratio non inest, non dicitur propriè causa, sed abusiuè, lege, si ita stipulatus fuero resisti. §. si tibi. in fin. ibi, nec rarò probabilis causa, &c. ff. de verbo. obli. & sequitur Dec. in d. c. cum cessante. haud multò post prin. de appel. & Pau. Parisius, consi. xxxj. potissima dubitatio. nume. 53. libr. j.

Cessante igitur causa seu ratione (vt vtrunque copulemus, & ad nostrum principale institutũ redeamus) cessat effectus.

Effectum perimit causa perempta suum.

Estque ex lib. 2. Physicorum Aristotelis, ni fallor, deprompta, tandémque etiam põtificiis sanctionibus sæpe, veluti conceptis quibusdam verbis vsurpata, vt ex c. & si Christus. paulò ante fi. de iureiur. & c. cum cessante in princ. de appel. & in c. cùm infirmitas. de pœnit. & remissio.

Inídque allegantur. l. in omni. vbi Bart. ff. de adop. & l. licet. §. ea obligatio. ff. de proc. & l. actione. §. item si alicuius. ff. pro soci. & l. vlt. & ibi gl. & Bart. ff. de testam. tut. & l. si duas. §. pen. ff. de excusat. tut. & l. ex acto, in princ. & ibi doctores id trahentes ad quasdam quæstiones, & inter alios Alexand. versic. item nota, quòd cessante. ff. de vulga. & pupil. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & l. qui cum hærede. ff. de actio. & obli. & adulter. §. vlt. & ibi gl. & doct. ff. de adult. & l. planè. ff. de ope. liber. & l. nec magistratibus. ff. de iniur. & l. generaliter. vbi glo. & omnes. C. de epis. & cler. ex quibus Paulus Castro eam legem semper ad hoc dicit allegari. & authe. sed neque curialem, & authentic. si seruus. C. eod. titul. & l. j. C. de hęre. & l. vltima. C. de restit. milit. & l. vni. in princip. & ibi gl. in verbo, imaginem. C. de Lat. libertate tollendá. & l. vltima. C. de testam. milit. & §. illos autem. & ibi gl. instit. eodem titu. & §. vltim. instit. de auctoritate tutorum. & §. hi qui reipublicæ. Instit. de excusationibus tutorum.

Et alij textus iuris Canonici, præter eos quos suprà citauimus. videlicet capit. post translationem. ver. cæterùm. extra de renun. & ibi omnes doct. ex quibus Card. Flor. in iiij. notabi. dicit eum quoque textum semper ad hoc solere allegari. & c. magna. in fine, de voto. & capitul. non debet. & ibi Antonius in sexto notab. de consanguini. & affini. & cap. ij. de tornea. ex quo notat Antonius in primo nota. quòd cessante fine facti, cessat facti effectus. & capit. suggestum, de decim. & cap. vltimum, de vita & honestate clericorum. & capitul. cùm ex iniuncto. de operis noui nuntia. & Clementina prima, de regula. ex qua notat Imo. in tertio notab. ad remotionẽ causæ sequi remotionem effectus. & cano. quia statuimus. §. his omnibus. lj. distinc. & c. quia sancta. §. verum. lxiij. distinct.

Et ex hoc fit vt dicamus paria esse, nullã ab initio fuisse causam, vel fuisse aliquam, sed eam finitam per text. in lege prima. ff. de con. sine caus. & lege. nihil interest. ff. de nau. fœno. Et ita voluit per eos textus glossa, in constitutio. Siciliæ. incip. si quem nostrorum fidelium, & ibi quoque Matth. Affli. ver. tertiò not. ex tex.

Sed & ex eo illud procedit quod nostrates sæpe solent dicere, quicquid est causa causæ, id quoque esse causam causati, id est, effectus per legem, dotem dedit, ff. de coll. bonor. & l. manumissiones. & ibi Iac. But. & Raph. Fulg. versicul. not. quod quicquid. ff. de iustitia & iure. Baldus in lege, ex placito, versiculo decimotertio, quia actiones. C. de rerum permutatione. Raph. Fulg. in lege, cùm hic status, §. si inter virum. in fine. ff. de dona. inter virum & vxorem. Corne. consilio cxliiij. viso themate. in litera p. vbi & ad hoc citat Proclum philosophum in li. de causis. Socin. consilio clvj. pro fundamento. versicul. prætereà respondetur alio modo, libro sexto, & omnes vbique.

Et illud quoque quod falsa causa (intelligo de finali, propter ea quæ dicemus infrà in prima limitatione) erranter emissa vitiat, & legatum l. prima. & ibi no. C. de fals. caus. adiec. leg. Et contractum. l. si diuortio. cum glossa, & ibi Raph. Co. Paul. Castr. & Alexand. ff. de verborum oblig. & l. ij. §. circa. ff. de doli exceptione. Alex. consilio lxxxix. viso puncto, & instrumentis, versicul. & bene facit. libro ij. Ruin. consili. cxxxvij. verbis vtriusque testamenti, numero 11. libro tertio.

Et illud item quod est veluti nostræ regulæ oppositũ, vt durante causa, durare & perseuerare debeat effectus, vt dicit Signo. consil i. cxxxv. paterfamiliàs. numero. 6. per legem semper. §. negotiatores. ff. de iure immunitatis. & l. si cui, §. ex quib. caus. maio. & l. secunda. §. omnes. ff. de iudic. & l. Titia. §. vsuras. ff. de lega. ij. & l qui nominibus. ff. de admi. tut. Nam vt hoc ei addas quod operatur propositum in proposito, idem oppositum in opposito, vt tradit Aristoteles in libro primo Ethicorum, & probatur in l. si vt proponis. C. de nup. cũ simil. à me collectis in tra

ctatu

ctatu.Retractuum.titul.j.§.xij.in glos.j.nu.16.inci. posset item.

Et hæc procedunt, vt scilicet cessante causa.vel ratione esset dispositio etiam in foro conscientiæ, voluit Franc.Cur.Iunior consil.xij. videtur prima consideratione,versic.sed quòd fortius,per tex.in cap.quoniam contra falsam,de Prob.& ibi Pan.versi. vlt.hic nota,qui ex eo textu not. quòd quando constitutio continet aliquid nō propter se principaliter,sed ad aliquem finem,non illaqueat transgressores ad pœnam,si finis ad quem principaliter tendit constitutio, non violatur, etiam respectu peccati mortalis, dummodò id non fiat in contemptum constitutionis. An.Tiraq.

¶Cavsa cessante cessat generalis dispositio. Bartol. l.titia.§. vsuras.ff.de lega.2.ita in terminis tradidit Soc.Reg.284.fal.29. nec mirum quia cessante causa cessat effectus.l.adigere. §. quamuis. ff.de iure patr. c.cum cessante,de appel. & est com. reg.de qua latè dixit Tyraq. in regu. cessante causa, per totum, vbi plura vtilia cumulat. Medic.reg.1.

¶Cavsa ablationis cessante,cessare debet & ipsa ablatio. verbi gratia, princeps potest ex causa auferre rem alterius.l.item si verberatum.§.j. ff.de rei vend. & l.Lucius.ff. de euict.glos.& doct.in l. vlt.C.si contra ius,vel vtilit. public. cum aliis multis concord. à me traditis,in repe.l.si vnquam,in verbo, donatione largitus.numer. 42.incip.xxij.ex l.item. C.de reuoc. don. Certè si ea causa aliquando cesset, debet ea res restitui,vt nuncupatim voluit Innoc. in capi. quia plerique , ad fin.de immu.eccles. Ant.& Imo. in cap.quæ in ecclesiarum.ille vers.venio ad secundum,hic versi.quid autem si statutum,& ibi latè, & Fely.versi.secunda declaratio.de consti. & Iason in l.j.versi. quartò adde tex.de officio eius cui mand. est iurisd.& consil.xcij.illustrissimus, versic.dictum instrumentum,lib.iij. Tyraq.

¶Cavsa absolutionis cessante,cessat absolutio,l.si à te,& ibi Socin. qui in j.nota. ff.de except.rei iudic. & id quoque satis apertè probatur ex l.2. & si mater.§.eandem,tit.& est etiam tex.in ca.eos in princ. de sent.excom.in vj. & facit quod ex Paris. dicimus in cessante ratione legis, ver.incip.hócque illud est & quod item dicimus in sententiæ causa cessante. And.Tyraq.

¶Cavsa actionis cessante,cessat ipsa actio,aut certè illius persecutio,siue exercitium,verbi gratia, Fideiussori ante solutionem competit actio contra reū dilapidātē bona sua.l.si pro ea.C.mād.Si igitur reus ad frugalitatē redierit,desierítque bona sua dilapidare,cessabit ea actio,vt dicit Bal.ibi. in viij. quæst.

Nam & aliàs cessante eo quod interest,ob quod competebat actio, desinit eadē actio cōpetere. l. si pro curatorem.§.mandati.ff.mand.& voluit glos.in l.ad comparandas.C. eod.titu. Sed quoniam id recipit multas distinctiones,limitationes,restrictiones,vide glos.in l.qui autem.§.illud tenendum,& ibi Bar. Bald.Salyc.Raph.Fulgo.Rom.& Iaso.ff.si quis cautio.Cyn. latè post alios antiquiores, Bald.Salyc. & Pau. Cast.in d.l.ad cōprobādas.Ias.in d.l.nō solùm §.morte.ff.de.no.op.nunt.& vide etiā infrà in Redhibitionis causa cessante. An.Tyraq.

¶Cavsa ademptionis cessante , cessat ademptio , vt voluit Bald.in l. cùm seruus.ff. de adim. leg.per tex. in l.quòd si iterum redierunt,quæ est iiij.eod.tit.vbi ademptio legati quæ interuenit ob inimicitias quæ incurrerunt inter testatorem & legatarium, cessat,si iterum in amicitiam redierint,respōdétque Bart.ad d.l.cùm seruus,quæ videbatúrque probare contrarium,scilicet,quòd si seruus alienatus à testatore,ita vt legatum ademptum sit,postea sit redemptus,manet tamen ademptio,nec debetur legatario nisi noua voluntas testatoris accesserit. Nam(vt dicit ipse Bartol.)inimicitiæ,de quibus in d.l.iiij.fuerunt causa ademptionis,vnde illis cessantibus præsumitur cessare voluntas adimendi, At in d.l.cū seruus,ea alienatio non est causa voluntatis ademptionis,sed præcessit voluntas adimēdi, quæ ostenditur per actū ipsius alienationis,vnde secuta ademptione non sequitur quod remaneat voluntas legandi, quia non erat eius causa. And.Tyraq.

¶Cessante ætate,cessat effectus illius, verbi gratia, filius minor,qui non redemit patrem, excusatur,ne priuetur illius hæreditate.Anthen.si captiui. C. de epis.& cler.Quid ergo?si factus est maior patre sem per captiuo,nec postea eum redemit,certè priuatur cessante scilicet ætate minore, quę illum excusabat: vt voluit Baldus in dict. authentica,si captiui, post medium.in vers.ij.quęstio est. Nam priuilegium datum ætati,non durat post eam ætatem, per l.Titia. §.vsuras.ff.de leg.ij.& l.doli.§.diuersum. ff.de nouationib.& quia obsequiū filij erga patrē, habet in se actum successiuum & non instātaneum. Licet secus sit in matre minore,quæ nō petiit tutorem filio impuberi. nam cùm sit minor, lex statim prouidet de alio tutore:ideo mater liberatur ab onere petendi, quia prouidētia legis sufficit,mater enim à iure præuenta est.arg. legis,causam.§. puellam. ff. de manumission.

Et facit etiam ad hoc nostrum propositum,quod scribit Cyn.post Pet. in l.j.C.in quibus caus.in inte.resti.nō est neces.& in l.minoribus.& ibi quoq. Ang. C.de his quib.vt indig.& Angel.in §.illud.in auth. consti.quæ de dignitat.Alex.in l.si cùm dotem.§.si maritus. versi.& istud in terminis.ff. solut. matr.& vide quæ dicā infrà in illa iiij.limita. vers. incip. & quod in simili,& seq. And.Tyraq.

¶Cavsa affinitatis cessante,cessat & ipsa affinitas, & proinde effectus qui inde sequebatur, vt bene probat tex.in l.cui eorum.§. affinitates. ff.de postulan. & can.infames.§.affinitates,iij.quæsti.vj.quib. accedit Cicero in oratione pro P.Sestio,Ademit,inquit altum soceri nomen mors filiæ.& glos.nota.in l.sed hoc in princip.in verb.succurrendum.ff.de re iudic. quæ dicit(vt omnes sentiunt) quòd soluto affinitatis vinculo,sicut amor,qui ex affinitate processerat, soluitur:ita & priuilegij,quòd inde oriebatur beneficium, quod scilicet ibi datur ratione affinitatis, quam glos.dicit valde not.Alexand.qui eam l. legit cum l.non tantum.versicul.capio glos.& eam quoque expendit & sequitur Bal.in l.affinitatis. C.commun.de succes.& in dicta l.cui eorum.§.affinitates. ff.de postulat.vbi & eam dicit not.& in l.vlti. & ibi quoque Paul.Castren.& Iason,qui eam dicit solennem.C.de verborum significat.& ipse Bald. in cap. accedens,vt lite non contesta.vbi eam dicit sing. & rursum in capi.in literis,in fin.de testibus.Alexand. qui eam quoque dicit not.consilio ccvij. ponderatis verbis statuti.vers.quartò per id,lib.vj.

Ex quo ipse Bald.& Ang.post Gul.Cu.in d.l.cui eorū. §.affinitates,dicūt,quòd licet quis pro vxore fratris viuentis non possit ferre testimonium,saltē non faciat fidem integram , intelligitur tamen quamdiu durat affinitas , nā si frater est mortuus,& ea ita af-

finitas sit soluta, poterit pro eo testificari, quod & sequitur Alexan.d. consi.ccvij.ponderatis verbis statuti.versi.iij.quia hoc expressè lib.vj.Lanfr. Oria.in rep.c.quoniã contra, in materia testamẽti. de prob. vbi & ipse id trahit generaliter ad omnes affinitates. Hip.Mar.qui & illam glos.in d.l.sed hoc.ad hoc dicit sing.in l.j.§.iidem Nummio. ff.de quæst.

Sed aduerte, quoniam ea glos.in d.l.sed hoc, non dicit omnino dissolui amoris vinculum, soluta affinitate, sed decrescere, quasi diceret, non tantum esse amorem affinitate sic soluta, quãtus erat ea durãte, sed deminui per solutionem affinitatis, non quòd omnino perierit, tanquam scilicet adhuc maneant quædã vestigia, & reliquiæ ipsius, quod facit, vt non omnino cesset causa. Præsertim si ex affinitate siue matrimonio, ex quo contracta ea erat, manserint liberi, vt in simili consuluit Pau.Cast.in con.inci.vertitur quæst.quẽ refert Alex.in d. cons.ccvij ponderatis verbis.ver.iiij.per tex.lib.vj. Ideò relinquendũ esse arbitrio boni viri censeo, quanta fides sit his adhibenda, nam vt id quoque addas, amicitia ex affinitate cõtracta plerunque etiã durat soluta affinitate, Nam Cicero ad id quod suprà eo. diximus in orat. pro P.Sesti.subdit confestim, sed charitatem illius, necessitudinem & beneuolentiam non ademit.

Et hinc quoque fit quod scribit idẽ Bal.in l.1.ver.super iij.art.de affinibus. C.de his qui accu. non possunt, quòd licet affinis possit accusare ꝓpter sui affinis iniuriã.per l.j.§.j.ff. de post. hoc tamẽ ꝓcedit durante affinitate, ea enim soluta nõ potest per d.glos.in d. l.sed hoc.de re iud.& d.l.cui eorum.§.affinitates. & l.quod ait, ibi, finita est.ff.de diuor.& id sequitur Alex.d.cõ.ccvij.ver.& ꝙ, nõ sit õnino eadẽ ratio.li.6.

Sed & hinc quoque illud fit vt statutum iubẽs quæstiones affinium inter se cõpromitti, cuiusmodi est Bononiæ, & in aliis multis locis, intelligatur durante affinitate, non etiam ea soluta, vt voluerunt Bar.Bal. & Ang.in d.l.cui eorum.& §.affinitates.per eũ text. ff.de postulan.Bal.in d.l. vlt.in j.not.C. de verb.sig. vbi dicit in hoc quoque tenuisse ãtiquos aduocatos Perusinos, & in d.l. affinitatis.ver. itẽ nota quod aduocati, C.com. de succes. & in d.c. accedens. vt lite non cont.& in marg.in verb.affinitas. Pet. Anch.in rep.c.j.in xiiij.q.prin. ver.quæro vlterius de verbo consanguinei, de const. Paul.Castro in l.ex diuerso. quam legit, cum l.rei iudicatæ.§.vlt.& ibi etiã Frãc. Aret.& Alexan.ff.solut.matr.idem Paul.consi.lxxx. super j.dub.seu in iij.dub.lib.ij.& Ioan.Ana.in c.salubriter.vers.nunquid autem dicatur, de vsur. Alex. in d.l.sed hoc.ff.de re iudic. vbi dicit ita Communiter teneri & d.consi.cvij.per totum, lib.vj. vbi multa allegat ad hanc rem pertinentia.

Verum Saly.subdubius tamen in d.l.vlti. C. de verbo. signi.hoc intelligit, nisi maritus, aut vxor superstes manerent in viduitate, nam tunc tantisper censerentur manere in eodem matrimonio, quod affinitatẽ produxit, per l.vlt.C.de bon.matr.& glos.in l.vni.§. exactio.C.de rei vx.act.cũ aliis multis concor.à me adductis in trac.Nobilitatis.c.xviij.numer.9.incip. nam interim dum est vidua.& hoc dictum Sa.sequitur Barb.in rep.l.cùm acutissimi.versi. Do.Saly.c.in d.l.fin.C.de fideic.

Sed id nõ recipit Alex.in d.l.sed hoc.vbi suprà dicẽs se cõtrariũ cõsuluisse, d.cõs.ccvij.lib.vj.verba enim statuti debere intelligi propriè, nec extendi debere ad casum fictum.cap.susceptũ, de rescr.lib.vj. & l.iij.§. hæc verba, & ibi Bart.ff.de neg.gest.Idem Bart.in l. omnes populi.in vj.q. ff.de iust.& iu.& in l.apud Iulianum.§.vlt.ff.quib.ex cau.in pos.eat. Sed quod videatur esse in eodem matrimonio, quæ durat in viduitate, id ex fictione est, cùm non sit verè matrimonium, vnde ea non vocatur vxor.l.j.cum glo.j.C.vnde vir & vxor, & not.Bar.in l.Titia Seio.§.vsuras.ff. de leg.ij.& eam quoque Saly.sententiã, nulla Alex. mentione facta, reprobat Ias.in d.l.vl.in iij.no.C.de ver.sig.

Tamen istud non est sine scrupulo, nam huiusmodi statutum est fauorabile, vt per se satis patet & voluit Bal.in d.l.affinitatis, circa mediũ ibi pone statutum dictat.C.com.de succes.& in l.qui se patris.C.vnde libe.vbi ex hoc infert, quòd extenditur ad casum improprium: quem sequitur Pau.Cast.& ipse Rom.ibi ex quibus idem Pau.dicit tale statutum comprehẽdere etiam eos qui sunt in ea affinitate, quam ius non considerat, quod sequitur Iaso.ibi, versi. secundò infert, & multis seq.& in l.quique litigãdi causa, quæ est l.iiij.quam legit cum l.ij.§.prætor ait.in iiij not.ff.de in ius vocan.

Sed & tale statutum esse fauorabile præter illos voluerunt Hosti.& Ioan.And.in capi.j.de transactio.Bar. in j.constit.C. Anton.in capitul.j.de mut.petit.Pet. Ancha.consilio clxxxvij.apud me quæst.ista, ad fin. vbi & hoc dicit in hoc statuto comprehendi affines & consanguineos naturales.Raph.Ful. consilio cix. item si qua quæstio.versicu. & in proposita quæstione.Alexand.in l.j.§.lex Falcidia. ff.ad leg. Falcid.& in rubr.ff.soluto matrimonio.versicu. sed mihi plus placet Mari.Soci.Senior.consi.iiij.incip.visis actis, & actitatis, in fin.& consil.xxvij.pro decisione præsentis consultationis in fin.Deci.consilio xiij.cuius superscriptio incipit, an appellatione agnatorum, post prin.versicu.secundò ad istud. Sed de hoc vide Alexan.in d.l. qui se patris, versic.& ideò dicunt.C. vnde liberi.

Quid? quòd & leges nostræ etiam soluto matrimonio vxorem vocant.l. diuortio, iuncta glossa, in verbo, vxoris.ff.de neg.gest.& l.si quis reum.§.idem Iulianus.l.j. cum glos.parua.ff.de libe.leg. quam ad hoc expendit ipse Alexan.consil.xx. viso processu causæ inter Catharinam, lib. ij. Quibus concinit Ouidius lib.j.Fastorum.

Per totidem menses à funere coniugis vxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Et alibi leges vocant generum & socerum etiam soluto matrimonio.d.l.vlt. C.de verbo. signific. quibus cõcinẽs Lucanus lib.iij.Pharsalicę, paulò post prin. vmbra Iuliæ defunctæ Pompeio viro in somnis apparens, renuntiat illum Iulij Cæsaris patris sui generum vel inuitum esse, tametsi illa defuncta sit.

Nunquam tibi Magne per vmbras,
Pérque meos manes generum non esse licebit.

Et Cæsar ipse apud eundem Lucanum, tum in multis locis, tũ lib.ix.eiusdem operis, Pompeium post mortem eiusdem Iuliæ, generum vocat.

Exiliũ generíque minas Romámque timebã.

Et paulò pòst se illius socerum appellat.

Sentiat aduentum soceri.

Porrò Oldr.quem refert & sequi videtur Bald.in dicta l.vltim.C.de verb.signifi. pro horum concordia dicit, quòd in illa l. volebat quis ad actum fauorabilẽ sine alterius iniuria in subsidium admitti, tanquam gener siue socer, quod ei permittitur, quia latissimè in fauorabilibus fit interpretatio. At in d.l.cui eorũ. §.affinitates. ff.de postu. volebat sub affinitatis velamine

lamine contra ius cõmune admitti. Cui concinens Pau. Ca. d. con. lxxx. lib. ij. Aut. quis, ait, tanquam affinis vult admitti ad aliquid quod sit de iure communi & admittitur etiam soluta affinitate, per d. l. vltim. Aut. ad aliquid de iure speciali, & cõtra ius cõmune, & non admittitur. Certum est autem quod de iure communi quis ad compromittendum non cogitur, l. si dictum. §. si. compromiserit. ff. de euict. Barto. in l. furti. §. qui iussu. ff. de is qui not. inf. Bald. in l. ex stipulatione. C. de sent. Et eandem fermè distinctionem tradidit idem Paul. in d. l. ex diuerso. ff. sol. matr. A. Tyraq.

¶ CAVSA amoris cessante cessat amor, vt videre licet ex iis quæ diximus in verb. affinitatis, vt ostendit Plutarchus in lib. cui titulum fecit gamikà parangel mata, id est, connubilia præcepta, quòd quemadmodum ignis in paleis, leporinísque pilis accenditur, ociúsque restinguitur ita breuem amorem nouorum coniugum corporis forma inflammatũ, nec durare posse, nec firmũ esse existimandum: tanquam id dicat: vt forma cuius gratia amor conciliatus est, citò abit, ita amor ipse: nam cùm propter formam ames, idem amoris & formæ finis est. vnde etiam est illud Terentij in Heautontimorumen.

Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt:
Hæc vbi immutata est, illi suũ animũ aliò conferũt.

Et illud quoque Iuuenalis Satyra 6.

Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet?
Si verum excutias, facies non vxor amatur.
Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculíque minores,
Collige sarcinulas dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

Quod & plurimis declarat Aristot. lib. Ethi. viij. amicitiam quæ ex forma, & pulchritudine proficiscitur, deficiẽte ipsa pulchritudine, eam quoque desinere. De quo & nos quoque diximus in nostris leg. connub. in l. ij. num. 21. nec soli sunt. A. Tyraq.

¶ CAVSA appellationis cessante, id est grauamine propter quod appellatio est emissa, cessat ipsa appellatio, cuius rei est tex. expressus in cap. cùm cessante, & ibi Pa. in j. no. de appel. Est enim (vt dicit ipse Pan.) grauamen appellationis causa. cap. vt debitus. eod. tit. Igitur eodem grauamine cessante, cessat appellatio, vt in d. c. cum cessante. A. Tyraq.

¶ CAVSA arbitriorum extraordinariorum concessorum ob causam timoris aut periculi cessante, cessant & eadem, vt nuncupatim voluit Bal. & post eũ Saly. qui dicit not. in l. j. per eum tex. C. de nautic. fœno. Ideo, inquit, arbitrium, concessum quod illi bailiam vocant, tempore discordiæ, exerceri nõ poterit tempore pacis. & sequitur Ias. in l. j. ver. & circa hoc. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. A. Tyraq.

¶ CAVSA banni cessante, cessat bannum ipsum. Bar. & Bal. in l. j. §. vlt. ff. de requir. reis, Bald. in l. j. ad medium, ver. extrà opponitur. C. de postulan.

¶ CESSANTE bello, cessat omnis effectus ex ipso bello secutus, vt post Odof. voluit Bal. in §. priuilegia omnia. in verbo. cassetur. tit. de pace Cõstan. per tex. ibi, & in §. sententię, ibidem, vbi & hoc no. idem Bal. Et facit etiã tex. in l. vni. in prin. C. de cadu. toll. ex quo & ipse Bal. in ij. no. dicit, ꝙ tempore pacis debẽt tolli statuta facta tẽpore belli, & huius occasione ad locupletandum fiscũ & sequitur Barb. cons. j. magnus scripsit Psalmista ver. & ideò colligit, & iterũ ver. xxvj. adduco ꝙ tẽpore pacis. li. iij. vbi plus videtur tenere, huiusmodi statuta hoc casu ipso iure esse reuocata, arg. eius quod habetur in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. & c. pen. de cler. nõ resid. Quamuis Bal. in d. l. vni. de cadu. tol. sentiat contrariũ, per tex. ibi, ex quo not. legem etiã ratione eius abolita manere illæsam, donec tollatur noua constitutione. Ideòque fuisse necessariũ legem Papiã illic corrigi.

Sed vtcũque sit, de quo tamen posteà dicemus in cessante ratione legis, ad hoc certè caput pertinet, ꝙ tradit Host. in c. dilecti, in verbo, & si de for. cõp. ꝙ priuilegium à sede apostolica concessum Anglis, ne circa mare conueniri possint, de quo in eo text. quia scilicet nõ poterant circa mare securè morari vel venire propter inimicitias capitales & bella, quę illis cum Gallis erant: ea enim causa posita erat in priuilegio, vt ipse Hosti. vidisse se dicit: quia tamen ea causa cessabat, cum pax esset inter reges, cestabat quoque effectus illius priuilegij ob bella concessi. & sequitur Ægi. Belle. in c. post translationem. versic. secus de priuilegio, de renũciat. vbi plus dicit, quòd si etiam hodie eadem causa reuiuisceret, nõ haberet locum illud priuilegium semel extinctum ob causæ cessationem, quod & dicit voluisse Hostien. vbi suprà, qui tamen id postremum non dicit, sed vide ꝙ dicã in simili, infrà in priuilegij causa cessante. vers. inci. nam gl. in cap.

Sed & huc quoque spectat quod apud Liuiũ lib. belli Macedonici 4. elegantissimè disseruit, aduersus Catonẽ Censorium Lucius Val. Tr. Pl. ad legis Oppię derogationẽ, quæ lata fuerat in medio ardore belli Punici, qua cautũ erat, ne qua mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori vteretur. Nam inter non parũ multa quę in eam legis abrogationẽ proposuit, hoc quoque carptim pronũciauit legẽ latã per bellũ tẽporibus duris in pace, & florẽte ac beata republica abrogãdã esse. Eam enim scripsisse latores tandiu mansurã, quãdiu causa scribendæ l. mansisset. Nã vt quæ in pace latæ sunt, plerũque bellum abrogat, ita quæ in bello pax. A. Ty.

¶ CAVSA constituti cessante (de eo loquor quo quis se constituit possidere nomine alterius) de quo etiã in l. quod meo. ff. de acquir pos. cessat ipsum constitutũ, vt probatur ex l. si debitore. & ibi Bar. & alij. ff. de precar. & latissimè diximus in nostro tract. de iure constit. posses. par. iij. limit. xxix. A. Tira.

¶ CAVSA certa & determinata facit, vt concessio indefinita ad ipsam possit sæpius iterari vnde securitas concessa veniendi, & redeundi pro pace tractanda, intelligi non debet pro prima vice tantum sed semper durante eo tractatu, vt possit ire, atque redire. Bart. l. 1. colu. fin. ff. ad l. Iul. maiest. l. continuus. §. qui insulam. ff. de verb. oblig. l. veteres, & l. seq. ff. de itinere act. priuato. Medic. reg. 2.

¶ CAVSA connexa facit, vt sententia lata in vno alteri noceat. leg. res hęreditarias. ff. de Crim. expil. hęred. addentes ad Bart. in terminis huius reg. l. 1. C. res inter alios acta. gloss. & Doc. c. pen. de sent. & re iud. capit. quippe. 3. quæstio. 7. c. ad petitionem. de accusat. l. denunciasse. §. quæritur. l. adulter. §. si eo. ff. de adult. Alexan. l. sæpe. num. 54. ff. de re iud. ideo ratione connexitatis non est opus citatione: capitulo tãtis. 81. distin. Ant. c. dudum, il 2. de elect. Tiraq. tract. res inter alios acta. limit. 22. Medic. reg. 8.

¶ CAVSA consuetudinis cessante cessat & ipsa consuetudo, vt expressè voluit Bald. in rubric. extrà de consue. per iura loquentia de constitutione, vt intelligas id dependere ex eo, an cessante causa constitutionis vel legis, cesset cõstitutio vel lex, de quo di

ximus in pen. arti. & dicemus latiùs infrà in cessatione causæ legis. Quãuis sit quædã ratio, vt faciliùs cesset cõsuetudo, quę tacita est cõstitutio, vel lex: quàm lex ipsa, aut constitutio expressa, cùm tacitum faciliùs reuocetur, quàm expressum. A. Tyr.

¶ Cavsa contractus cessante, cessat idem contractus l. j. & ibi gloss. vlti. Cy. in j. no. Bal. in prin. C. de cond. ob caus. Idque etiam in contractu nominato, per. tex. not. in l. eũ te. C. de pac. inter ẽpto. & vend. quẽ ad id expendit, & dicit sing. Alex. id intelligens de causa finali, in l. dedi, quæst. vlt. versi. aliam etiam assignat. ff. de conditio. caus. dat. vide tamen infrà in trigesimasexta limitatione. A. Tyraq.

¶ Cavsa contumaciæ cessante, cessat effectus illius, scilicet, pœna quæ ob eam irrogatur, l. j. §. si frater. vers. quod si per contumaciam. in fin. ff. de coll. bon. & c. ex literis. de const. vbi est tex. expressus, quòd is qui propter cõtumaciam cõmunione priuatur, eiusdem restitutionem obtinet, congrua satisfactione exhibita. quem tex. notab. dicit Bald. in c. vlt. tit. per per quos fiat inuestit. in vsibus feu. vbi & illud dicit, Quod contumacia abstulit, restituit obedientia.

Et autoritate illorum duorum text. scribit idem Bald. in l. puto §. si quis aduocationem, & iterũ in l. quos prohibet. ff. de postulan. rursúmq; in l. j. in addi. paulò ante fin. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. quòd cessante contumacia, cessat eius pœna, quod & ipsum per text. in d. cap. ex literis tradit Bar. in l. si quis adulterium. §. j. ff. de adulter.

Alibi autem ipse Bal. per duos illos tex. in l. j. circa medium, ibi extrà opponitur. C. de postu. quòd sententia lata ex contumacia est eius naturæ, vt tandiu solùm duret, quadiu durat contumacia. Et ideo, inquit, bannum, quod fertur ex contumacia, bannito comparente legitimo tempore, reducitur ad simplicem citationem, nec hic ampliùs dicitur esse bannitus, quod est (vt ipse dicit) notabile. Et idem fermè voluit ipse Bald. & ante eum Bar. in l. j. §. vlt. ff. de requir. reis. & Paul. Castr. consil. xxxj. super primo quęsito, vt eum allegãt Fely. & Philip. Deci. qui id sequũtur in d. c. ex literis. ille versi. secunda declaratio. hic versi. quarta declaratio.

Sed & per illum tex. in d. cap. ex literis. scribit Inno. in cap. sicut, in verbo, satisfactionem congruam, ibi; & idem si pro contumacia, de cohab. cleric. & mulierum, quòd clericus suspensus pro contumacia, cùm primùm obediuerit, primum statutum recuperat. Et Dominic. in c. contumaces. vers. conclude quòd aut clericus, quinquagesima distin. quòd clerici depositio pro contumacia, videtur esse imposita, vt duret ad limitationem ipsius causæ, propter quam imponitur: cessante ergo contumacia, debet cessare, per d. cap. ex literis. Quod & ipsum bene probat c. j. extrà de supplen. negl. præla. ex quo no. Ant. & Panor. vtrique in vltim. not. quòd cessante contumacia, cessat dispositum ob cõtumaciã, & sic inquiunt, ad limites contumaciæ mensuratur pœna illius, & allegant etiam d. c. ex literis. Et idem propemodum dicit ipse Anton. in c. ex communicato. versi. venio ad secundum membrum, de rescript. per. d. c. ex literis. & Ias. in l. j. num. 61. versi. vltim. not. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. per illos duos text. suprà in princip. allegatos.

Et hęc quidem procedunt etiam si in impositione pœnæ ob contumaciam poneretur dictio, perpetuò, quia id inteligeretur, quandiu contumax maneret in contumacia, per glo. in c. clericos. in verbo, perpetuam, de cohabit. cleri. & mulier. quæ interpretatur, perpetuam, id est, donec resipiscant. & gloss. in ca. actus legitimi, post prin. de reg. iur. libr. vj. per d. c. literis, & alia gloss. in c. reperiuntur. in gloss. vlti. j. quæstio. j. quæ & ipsa exponit id verbum, perpetuò, scilicet quousque emendet, per d. c. ex literis & in c. de viduis & puellis, in gloss. quoque vltim. quę similem expositionem dat dictæ dictioni, per illum eundem tex. & Archidia. in capit. quia sacerdotes, in fi. x. quæstio. j. vbi similiter interpretatur ea verba, in excõmunicationem perpetuam. Domi. post Ioan. Fan. c. quamuis, in fi. de pœn. li. vj. Fely. & Dec. in d. c. ex literis. ille, ver. amplia primò: hic, vbi suprà.

Procedunt item, quæ diximus, etiam si pœna fuerit simpliciter apposita sine declaratione, an esset propter contumaciam quæ interuenit, an propter delictum, super quo contumacia facta est: tamen in dubio censetur fuisse irrogata ob contumaciam, & nõ delictum, ita vt, ea cessante, cesset & pœna, vt voluisse videtur Imo, post Gofr. in d. capitu. ex literis, versicu. vbi autem sit dubium, per not. in capitu. in pœnis, de regulis iuris libro sexto. & in l. præses. ff. de pœnis. & idem voluit Panorm. in eo ipso capit. ex literis.

Quæ sententia ex eo confirmatur, quod in simili dicitur absentem condemnatum, magis videri condemnatum ob contumaciam, quàm propter malam causam, per l. si ideò. ff. de euict. ex qua Barto. not. quòd bannitus, & condemnatus de falso, videtur condemnatus magis ob contumaciam, quàm quod falsum commiserit: ideò potest instrumenta conficere. & idem Barto. in leg. Papinianus. §. meminisse, in iiij. not. per eum text. ff. de inofficio. test. & in l. si superatus, circa medium, ff. de pign. Bald. in l. ij. versi. quęro secundum, ibi, secundum est necessarium, & ibi Saly. in xj. oppositio. C. quibus res iudic. non noc. Panor. in capitu. in causis. versic. sed ego vltra alios. de sentent. & re iudica. Roma. consilio cccxxix. pręsens consultatio. versi. est enim iuris regula in d. c. ex literis. versicu. pro quo facit optimè. & ibi quoque Dec. versic. saluando dicta.

Et bene facit quod traditur in l. hæc enim. ff. de susp. tut. quòd si quis remotus sit tutela, nec apparet an sit ob dolum, & sic ex causa famosa: an ob culpam, & sic non famosa: censetur ob hanc potiùs esse remotus, vt sit integræ famæ, & sic intelligunt eum text. gloss. ibi in verbo, & verum est, in fin. & Bartolus, & cęteri, & voluit etiam Crem. singu. xxxvij. pone quod sententia, vbi in hoc dicit singularem illam gloss.

Nam & semper aliàs si non apparet ex qua causa iudicatum sit, in dubio præsumitur ex ea, quæ minus lædit condemnatum, vt voluit Imo. in l. si is, ad quem. in fi. ff. de acqui. hæred. per tex. & gl. in d. l. hæ enim. ff. de suspect. tutor. & in l. si quis ad exhibẽdum. ff. de excep. rei iudic. & ca. si fortè, de electio. lib. vj. quòd & id ipsum voluit Roman. in eadem l. si is, ad quem. vers. ex qua causa.

Sed hoc tamen intellige, quod dictum est de contumacia, Nisi (vt subdit ipse Fe.) de delicto constaret ex actis causæ, quia tunc non procederet, d. l. si ideo, de euict. Ita enim voluit gloss. no. l. ij. in verbo, absens, & ibi Bal. qui eam gloss. admodum commendat. C. de contr. iud. tutel. & ipse Bald. in d. l. ij. quib. res iudic. non noc. & in l. ingenuum, versi. sed quęre, quis dicatur. ff. de stat. hom. cum aliis concord. citatis à Felyn. in d. c. ex literis, vbi suprà, vbi & de hoc

dicti



dicit esse casum in capit.cùm olim,ibi,licet absenti cùm de subreptione liquidò constet,de re iudic.

Quod autem diximus in princip. cessante contumacia,cessare & pœnam illius tempera, vt procedat, nisi contumacia transiret in specificum,& peculiare delictum: quia tunc pœna pro eo semel imposita,non cessaret, etiam si posteà contumax ille vellet obedire,vt voluerunt Anto.Imol.Panor.Felin. in dicto capit. ex literis:ille, vers.quandoque pœna imponitur: alter, versicu.item aduerte,quia contra Panormit.versi.secundo casu principali. Felin.dic. versicu.fallit tamen ista declaratio,ita intelligentes nonnulli ex illis.capitu.ex his,de cleri.non resid.vbi si clericus est contumax in residendo in suo beneficio, pœna priuationis est perpetua,quia illa contumacia transit in delictum non residentiæ, quamuis ipse Imol.dicat, posse etiam dici,quod ibi constabat de mente proferentis, quòd scilicet intelligebat de priuatione perpetua,dum mandat prouideri alteri de beneficio.

Secundò tempera, vt procedat, nisi pœna irrogata propter contumaciam fuisset momẽtanea,vt etiam voluit Panor.in dict.cap.ex literis.vers.& intelligo, quando pœna, & ibi quoque Felin.vbi suprà,versic. fallit secundò vbi pœna per cap.ad audientiam.extrà de cri.fals.& not.per Archidia.& Domin.in ca. j.quinquagesima distinct.& facit quod dicemus infrà in xxiij. limitatio.qua tractamus de effectu momentaneo & quod scribit Archidia.in c.cupientes. vers.rursus si clericus,ibi, & est ratio,quia cùm lex certum,de electio.lib.vj.

Tertiò intellige, vt,cessante contumacia, cesset pœna pro tempore futuro,vt dicit Bald.in d.l.j.in additio.paulò ante finem.& ibi quoque Iaso.vers.vltimò.not.ff.de officio eius, cui mandata est iurisdic. tanquam scilicet sentiant non cessare pro tempore præterito. Quod intelligo,respectu impensarum iam factarum per aduersarium ob illius contumaciam: neque enim purgare poterit contumaciam, quin refundat eas impensas,per l. sancinus.C.de iudit.at respectu pœnæ.ob eam contumaciam irrogatæ, non video quin cessare debeat,per ea quæ dicta sunt. A.Tiraq.

¶ Cavsa curationis cessante, cessat curatio:quod hinc videmus, quòd curatio data impuberi,ob suspicionem tutoris finitur tutela cessante.l. potuit. C.in quibus casibus tuto.hab. Et idem si ob absentiam alterius l.j.eodem titulo. vel ob aliam causam.l.curatorem.ff.de tutor.& curat.dat.ab his. Et data ob minorem ætatem, cessat ea minori ætate cessante,iuribus vulgaribus, vt etiam tutela ob impubertatem, ea cessante.l.nisi in princ.ff.de tutu.& ratio distrahen.& §.j. Institut. quibus modis tute. fini. Et quod posteà dicemus infrà in furore cessante, quòd curatio ob furorem data cessat,furore cessante. Et quòd item dicemus in prodigalitate cessante, vt scilicet curatio ob eam dat,ea cessante cesset. A.Tyraq.

¶ Cavsa delegationis cessante, cessat & delegatio:verbi causa, si delegatio facta fuerit ob absentiã delegantis, eo reuerso cessat delegatio.l.j.versi.non aliter itaque,& ibi Bartol.versic.quæro,præsens vel ordinarius.Bald.in addit.eius l. Alexand.vers.quærit etiam hic Iaso.vers.vltimò not.in verbo,non aliter.& Philipp. Dec.hoc tamen intelligens re integra. vers.successiuè Bartol.concludit.& Fran. Cur. iunior,versic.circa septimam quæstionem.ff.de offi.eius,cui manda.est iurisdict.

Et hoc verum est licet Roman. vbi versicu.dubitatur etiam per capitu.cùm plures. iuncta gloss.in verbo, nequibunt, & in verbo,recusari de officio delega. libro sexto, vbi si fuerint delegati duo iudices cum clausula de qua ibi, & vnus incœpit, & occupauit cognitionem alterius poterit alius prosequi. At si vnus ægrotet,eo sanato, non expirat cognitio illius alterius per textum loquentem de duobus procuratoribus in capit.si duo.versi.ceterùm, de procur. libro vj. Et sic ex illis patet quòd cessante impedimento vnius, non extinguitur officium translatum in alium ratione illius impedimenti.Sed huic obiectioni respondet Alexand.vbi suprà. A.Tyraq.

¶ Cavsa depositionis cessante, cessat depositio,verbi gratia, quis depositus est ob contumaciam, cessante ea contumacia, cessat depositio, vt expressè voluit Domin.à S.Gemini.in c.contumaces.versic. conclude quòd aut clericus,quinquagesima dist.& diximus etiam suprà in verbo,contumacia.versi.incip.sed per illum. A.Tyraq.

¶ Cavsa dilationis cessante,cessat dilatio.l.liberto.§.vltim.vbi Dyn.ita cum tex.summat.& ibi quoque Alber.in prin. Bartol.in fin.& alij.ff.de annu. leg.& l.iiij.§.Stichus.ff.de statuliber.& l.si quis hęres ita scriptus,& ibi Bartol. Angel.Imo.Pau.Cast. Roman.& Fran. Aret.ff.de acquiren.hæredit.& l.j. §.si intra.ff.de successor.edict.& l.continuus.§.cùm ita,in fine.ff.de verborum obligationibus, & l.filia. §.alumno.ff.ad.S.C. Trebellia.& l.vlti.ff.ad legem Falcid.Et facit.& l.hoc iure.ff.de verborum obligatio.& l.si maritus.§.si negauerit.ff.de adult.& l.vlti. secũdum vnum intellectum,& ibi Bal.C.qui admit. & capit.ab eo,& ibi not.de app.libr.vj.& §. pen.Instit de bonor.possess.& quod not.gloss.Doct.in l.in illa stipulatione,si Calendis.ff.de verborũ obligat. & glo.in cap.vltim.in verbo,duntaxat,in fine.& ibi Docto.de consuet.libr.vj.& Ioan.And.in addit.Specu.in rubr.de conces.præben.Bald.in l.j.§.j.in vtraque lect.ff.de offi.eius, cui mand.est iurisdic.& cõs. ccclxxix. thema super quo petitur consilium. vers. item respondeo.lib.iiij.& Alexand.consi.xxxiiij.viso instrumento.in fin.lib.vj.

Ex quo inferunt Dyn.Bart.in d.§.alumno,non impediri iudicem procedere in causa, durante tempore dilationis, si causa ipsius cessat:putà, si iudex præscripsit tibi tempus ad comparendum, vel respondendum positionibus intra tres dies, & incontinenti compareas, & respondes,iudex non expectato illo tempore trium dierum, non inpeditur, quo minùs possit procedere ad vlteriora, cùm sit finita causa dilationis.

Et idem voluerunt Bartolus,Baldus,Imo.Rom. Paul. Cast.& Fran.Aretin.in d.l.quis hæres ita scriptus. Barto.in l.ij.in fin.ff.de re iudica.& in l.siue pars.ad finẽ.C.de dilatio.& consilio clxiiij.processus & sententia.Bald.in authentic.si omnes.vers.item licet citatur.C.si vt se ab hæred.abstin.& in l. vltim.in iiij. quæsti.ff.de feri.& in sua Marga.in verbo,dilatio.& consilio ccxij.eundo ad veritatem,libro iiij.& consi.ccclxxix.thema,super puo petitur consilium.vers. item respondeo,eodem lib.iiij.Ang. consilió cxlvj. super primo dico, post princip.Petr. Anch.in ca.significante.ver.sic item intellige regulam quod procedit.& ibi quoque Anton.versic.fallit sextò de appellat.Dominic.in capit.cupientes.§. hac generali. post.gl. vltim. ibi in versi.& scias quòd si electus.de

electio,

electio.libr. vj. & consilio cxxj. attenta forma, Paul. Castren. consilio ccciij. super primo dubio videtur dicendum quòd iustificatio. versicu. & quòd ista fuerit intentio, libr. j. Roman. in l. quandiu institutus. versicu. sed firma remanet, & ibi Franc. Aret. vers. & hæc dicta. ff. de acquirend. hæredit. & idem Roman. consilio cccciij. diligenter inspectis. versicu. tertiò moueor, quia testatur. Angel. Aretin. §. si minùs, versicu. quæro, data est dilatio, Institutio. de actio. Alexand. consilio xxxiiij. viso instrumento, versicu. non obstat si diceretur. libro ij. & Georg. Na. in repetit. clemen. sæpè, in princip. versicu. aut terminus probatorius, de verborum significationibus. Iaso. in d. l. j. versi. vltimò nota. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & in l. vltim. versic. item aduertendum est. C. de iure emphyt.

Ex illis autem vides id procedere, vt scilicet cessante causa dilationis, cesset dilatio, siue ea dilatio data sit à testatore: nam de ea loquitur dicta l. si quis hæres ita scriptus. ff. de acquirend. hæredit. siue à lege, de ea enim loquitur dict. l. penultim. §. si intra, ff. de successor. edict. & gloss. & Doctor. in dicto capitu. vltim. de consuetudin. li. vj. siue. à iudice, de ea enim loquuntur omnes Doctores allegati in superiore versiculo.

Ex hoc quoque illud fit quod scriptum est à Canonistis, præsertim Imol. & Panorm. in cap. potuit. & c. illo. versicul. item quòd vbi tempus, hoc versicu. nota quod si datur alicui. de loca. quod licet dominus ab emphyteuta certior factus de futura rei emphyteuticariæ venditione, debeat expectari per duos menses, l. vltima. C. de iure emphyteuti. tamen si ipse dominus ante id tempus suum animum declarauerit, non debet vlterius expectari: quoniam vbicunque alicui statuitur tempus ad declarandam voluntatem suam, si antè declarauerit, cessat præfixio temporis. quod & in eadem specie firmaui. Specu. titu. de emphyteut. §. nunc aliqua, in 100. quæstio. & Iaso. in d. l. vltim. item aduertendum est, & iterũ. vers. & nota bene hæc verba. C. de iure emphyt.

Et huc quoque spectat, quod scripsi Ioan. Andræ. in additio. Specul. in rubr. de secund. nupt. quod si maritus reliquerit vxori suæ vsumfructum bonorum toto tempore vitæ suæ, donec tamen vidua remanserit, & post eius vxoris mortem eadem bona alteri reliquerit: mulier aliquo post tempore sese maritauit, & ita vsumfructum perdidit, quæstio erat inter hæredem mariti, & illum alium legatarium: hæres enim dicebat debere illum expectare mortem vxoris, ille contrarium, cùm cessaret causa dilationis legati. Et pro isto legatario tenuit ipse Ioan. Andr. post alios à se relatos. Et sequitur Pau. Castr. in d. l. si quis hæres ita scriptus, de acquir. hæred. de quo tamen vide omnino Rom. contrarium tenentem quibusdam rationibus, & Franc. Aret. illi respõdentem in ea ipsa lege.

Sed & ipse Paul. Castren. in dicta l. si quis hæres, ad fin. dicit se consuluisse Florentiæ, quòd si ex statuto quod intra decẽ dies debeat appellare, & post eos decem dies teneatur prosequi suam appellationem intra sexaginta dies, si appellauerit prima die, statim currit altera dilatio sexaginta dierum, cessante, scilicet, causa primæ dilationis. Verùm Francisc. Aret. in dicta l. si quis hæres ita scriptus. etiam ad fin. tradit, id determinatum esse per text. & glos. in clement. sicut, in verbo, à die appellation. vbi decẽ dies dati ad appellandum, non consumuntur cum tempore dato ad prosequendũ: nec id postremum tempus currit, nisi priore elapso. Et eã glos. sequitur Bal. in l. secunda, in principio. C. de tempor. appellatio. Et tamen si appellatio fuerit imposita intra decem dies à die interpositæ appellationis numerando, currit terminus prosequendi, per text. ibi. quod & ipsum disputabatur in capitulo, ex ratione. extrà, de appellationib. vnde inquit, dicta clemẽtina, vera est.

Et illud item quod scribit And. Iser. in capitulo j. versicu. quid ergo si data dilatione, titu. de controuersi. inter vassal. & alium de benefic. in vsibus feudorum. quòd cùm ex constitutione regni Siciliæ, si quispiam ex regno citetur, detur ei terminus triginta dierum: si extra regnum, sexaginta. & quis extra regnum degens citetur, & detur ei terminus sexaginta illorum dierum, & intra paucos dies rediit in regnum, & citatio ad eius notitiam peruenit, nec tamen comparauit intra triginta dies, sed vult expectare finem sexaginta dierum illi datorum, an sit contumax? Et concludit And. & post eum Matth. Afflict. ibi, versicul. subsequenter. Andræ. tangit. quòd non debet expectare, cùm causa dilationis esset, sitque reducta ea dilatio ad non causam. l. prima. ff. de condictio. sine cau. & sic debuit comparere cùm potuit. Et idem in simili propè casu voluit Archidiacon. in capitul. cupientes. in verbo, commodè, versicu. sed quid si facta, post gloss. ibi in dicto verbo, commodè, vers. & scias quòd si electus. de electio. lib. vj.

Quod tamen intelligunt d. gloss. in versicu. item scias. Archidiacon. Andræ. Iser. & Matth. Afflict. locis suprà ciatatis. in dilatione statuta à iudice: secùs, si à lege. Neque enim beneficium legis est alicui auferendum. canon. de his vigesimaoctaua distinctio. & capitu. indultum, de regulis iur. libro vj. nec ei debet sua diligentia obesse. Sed quia id videtur aduersari ei quod diximus in præceden. versicu. id declarant Archidiacon. & Matthæ. Afflict. vbi suprà, quos super hoc videre poteris. Atque etiam Petr. Ancharan. in dicto capitu. cupientes. in princip. versic. quæro in hoc.

Denique & illud manat ex eo quod diximus, cessante causa dilationis cessare dilationem. quod à Bald. responsum est consilio ccxij. eundo ad veritatem, libro quarto, quod si quis stipulatus fuerit ab alio certam summan soluendam hinc ad decennium, & interim stipuletur aliquid annuum, si opponitur quòd ea annua stipulatio est vsuraria, poterit creditor petere, vt debitor soluat totam sortem, vt sic, cessante causa dilationis, cesset ipsa dilatio. Cuius sententiæ mentionem fecit Francisc. Curt. iunior in l. ij. §. omnes, versicu. postremò vltra prædictos. ff. de iudic. & dicit in contrarium obstare fortem text. in l. pecuniæ fœnebris. ff. de vsur. iuncto argumento, de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendicat.

Nisi dixeris creditorem ibi saltem legitimas vsuras consequi, & sic non videri eandem rationem totius & partis. Et præterea ob illam promissionem annuam deficientem, non videri in totum cessare causam dilationis, quæ non solùm conceditur propter illud annuum, sed plerunque contemplatione debitoris, qui aliàs non erat promissurus, vt per gloss. Bartol. Paul. Castren. & Alexand. in l. qui Romæ, in prin. ff. de verb. obliga. Aduertendúmque esse quòd in hoc casu dilatio continet fauorem vtriusque, cui non po-

non potest eodem tempore satisfieri. Et ad hoc optimè facit quod voluit Bartol. in d.l. si quis hęres ita scriptus, in fine, de acquiren. hæred. dum dicit quòd in quibusdam legibus contrariis non erat omnino finita causa dilationis, & ibi etiam Francisc. Aret. vers. & ad illas.

Intellige tamen, vt cessante causa dilationis cesset dilatio, nisi tempus sit assignatum per dictionem significantem extremitatem temporis, vt si dicatur, tunc decem Seio dato, nam & tunc non cessat dilatio cessante causa dilationis, per text. in l. iiij. §. j. ff. de conditio. & demonstratio. & voluit gloss. in d.l. si quis hæres ita scriptus. ff. de acquirēd. hæredit. & ibi Franc. Aret. in secundo notab. & iterum vers. tu aduerte quod vbi dicit, & de hoc esse gloss. not. in d. cap. cupientes, in verbo, commodè, relatum ad tex. de elect. lib. vj. Et idem voluit Bart. in l. vxori vsumfructum. ff. de vsufruct. legat.

Intellige secundò, vt, scilicet, cessante causa dilationis, cesset dilatio, cùm dies dilationis certa est, secùs si incerta: quia huiusmodi dies incerta facit conditionem. l. quibus diebus. §. quidam Titio. & l. hæres meus, in fine. ff. de condict. & demonstrat. & voluit Fran. Aret. in dict. l. si quis hæres ita scriptus: vers. extra gloss. & iterum vers. vel potes dicere. ff. de acquirend. hæredit. vbi ita intelligit d.l. vxori. ff. de vsufruct. legat.

Intellige tertiò, vt cesset dilatio data à iudice cessante causa dilationis, quia certum est fieri non posse quòd iudex ipse iussit fieri intra certum terminum, non quidem ipso iure, sed potest iudex eam reuocare deficiente causa, ob quam dilatio data est, vt voluit Ioan. Andr. in addi. Specul. titu. de dilat. §. j. vers. probatoria. quod sing. dicit Fran. Aret. in d.l. si quis hæres ita scriptus. vers. in materia autē nostra, vbi tamen id non probat, cum sit eadē ratio adhoc, vt iudex possit procedere ad vlteriora.

Nec etiam in hac tractatione omitendum est quod voluit ipse Aretin. in dicta l. si hęres ita scriptus. ver. & aduerte diligēter, multum scilicet referre, vtrum quæramus, an dilatio impediat procedere ad vlteriora, quādo cessat causa dilationis: an verò, vtrum ille qui debet facere intra aliquod certum tempus sub pœna, possit conueniri ad pœnam ante elapsum id tempus, cùm certum est illum non posse id præstare ante illud tempus, de quo per Bartolum, Imolā, & ipsum Aret. in l. cū stipulatus sim mihi, ô Procule. ff. de verborum obligationibus, & quod in simili tradit Ioan. Andr. in cap. irrefragabili, in verbo, ex tunc, de offic. ordin. & Bald. in capitu. j. versi. quæro quando par citat parem. tit de milit. vassal. qui contum. est. Frā. Are. in l. in illa stipulatione si calendis. vers. sed extra distinctionem. ff. de verbo. obligatio. A. Tyraq.

¶ Cavsa beneficij à iure concessi cessante, cessat beneficium. verbi gratia: parentes & patroni etiam adoptiui in ius sine venia vocari non possunt, sed tandiu tamen quandiu durat adoptio. l. sed & si hac lege. §. liberos. vers. parentes. ff. de in ius vocand. Ex qua Angel. & Iacob. à S. Georg. illud notant, quod diximus, videlicet beneficium cōcessum ob certam causam, finiri causa finita. & sequitur Maria. Socin. Iun. dum eos allegat consil. clx. circa præsentem consultationem. nu. 78. lib. ij. & bene facit l. filio. §. mater. ff. de adimend. leg. ex qua not. Alexand. consilio xix. circa primum dubium. vers. secundo probatur, nam quando vnum. libr. vj. quòd quando vnum beneficium datur contemplatione alterius, hoc sublato tollitur & illud. Et vide infrà in Priuilegij causa cessante, neque enim longè distat priuilegium à beneficio, vt videre licet ex not. in l. vltim. ff. de cōstitut. princip. A. Tiraq.

¶ Cavsa beneficij alterius, id est sacerdotij (quod & ipsum vulgus beneficium appellat) cessante, scilicet officio, propter quod datur, cessare debet & ipsum beneficium, si credimus Petr. Anharan. id ipsum dicenti in d. c. & si Christus. in xiij. not. de iureiur. Hinc occasione sumpta, quod ibi dicitur, cessante causa cessare effectū. Nam hinc assumit quod diximus, scilicet quòd clericus, qui non dicit officium, non debet habere beneficium, quod propter illud datur, per cap. vlti. de rescript. lib. vj. Et adhoc quoque bene facit quod scribit glos. in §. illis, in verbo, adiuuantur. Institu. de milit. testam. quòd cessante clerico ab ecclesia, cessat præbenda, de quo & tu vide Doct. ibi.

Sed & super eo, an scilicet cessante officio cesset beneficium, ita vt qui priuatur, vel suspenditur ab officio, consequenter priuetur, vel suspendatur à beneficio: vide tex. in c. si quis sacerdotum. & ibi glo. j. & iterum in cap. eos. lxxxj. distinct. & gloss. in cap. latores, in verbo, ab officio. & ibi Hostien. Ioan. Andr. Card. Flor. Petr. Ancha. Ant. & Pan. de cleri. excommuni. glo. in d. c. vltim. in verbo, datur. & ibi quoque alios, de rescript. libr. vj. & gloss. in c. j. in verb. officij. & ibi Ioan. Mona. & Archid. in eodem verbo, de re iudi. libr. vj. & gloss. in clem. cupientes. verbo, suspensi. vers. & quia suprà posui. & ibi Card. Flor. in ver. quòd si in iij. quęst. de pœnis. gl. in c. pręter hoc. in verbo, ab ecclesia. & ibi Archidia. super gloss. j. & Domi. latè, in princ. vers. ad secundum. xxxij. distin. Bald. in capit. j. vers. & si remouetur officium. tit. an mut. vel imperfect. Ant. in capi. inter solicitudines. in iij. not. de purg. cano. Cardin. Flo. post Lauren. in cle. j. §. si quis. in ix. quæst. de reb. ecclesi. non alie. Et vide etiā quod scribit Pan. in c. j. vers. sed hîc cadit, de celebrat. missar. A. Tyraq.

¶ Cavsa communis cessante, cessat commissio. Bald. in l. vnic. §. consules. Paulo ante fi. ibi, item nota ex prædictis. ff. de offic. Consul. & sic inquit est argu. quòd si iudex propter absentiam notarij deputati in causa à lege, vel à se committat alteri scripturam actorum, eo reuertente cessat commissio: & primus ipso iure reassumit officium, ad quod dicit facere. l. quæsitum. ff. de tutel. Vide quæ dicam infrà, Causa officij cessante. A. Tiraq.

¶ Cavsa commodi cessante, cessat & commodum vt probat text. in l. eum, qui iurauit, in princip. & ibi Bartol. Alexand. vterque in summar. & Iason in j. notab. & plerique omnes. ff. de iureiuran. ibi enim grauamen scilicet onus probandi quod actori incumbebat, erat causa eius commodi, vt duplum pro simplo deberetur, ratione inficiationis. Ideo si reus defert iuramētum actori, qui iurat sibi deberi, condemnabitur tantum in simplo, cùm liberauerit actorem eo onere probandi. Cessante igitur grauamine, quod erat causa illius commodi, cessabit & ipsum commodum. A. Tyraq.

¶ Cavsa concessionis cessante, cessat & ipsa concessio. capit. relinqui. & ibi Pan. qui id expressè not. in iij. not. extrà de custod. eucharist. Matth. Afflic. in capitul. j. §. moribus. numero tertio, titu. si de feud. fuer. controuersia inter dom. & agnat. in vsibus feud. A. Tyraquel.

Cavsa

¶ Cavsa confessionis cessante, cessat eiusdem effectus, verbi gratia statuto stante, quòd accusatus de crimine, si passus sit se poni in banno, habeatur pro confesso: quispiam accusatus de crimine famoso, passus est se poni in banno, deinde ex nouo statuto cancellatus est de banno, quæsitum fuit an hic tanquam infamis repellatur à testimonio: quæ quæstio disputata fuit à Iaco. Butr. & relata à Bald. in l. cùm mulier. vers. quæro igitur circa præmissa. ff. solu. matrimonio. Et ex ea tres quæstiones collegerunt: primam, an bannum ex causa famosa transiens in vim sententiæ, infamet. Secundam, an ficta confessio infamet. Tertiam, an per cancellationem banni tollatur infamia. Et de hac tertia tantum loquor, vt quæ sola ad hunc nostrum tractatum pertineat.

Et quòd huiusmodi infamia sit sublata, his rationibus probauerunt, sicut se habet causa ad effectum in productione, sic & destructio causæ, ad destructionem effectus, quia est par potentia contrariorum. l. ab emptione. ff. de pact. & l. vlti. ff. de lega. iij. sed bannum se habet ad infamiam in producendo: ergo abolitio banni se habet ad infamiam in tollendo eam: nam origine sublata non debent sequentia remanere l. j. in princip. C. de Lat. liber. tollen. Item bannum est causa finalis confessionis & infamiæ, ergo eo sublato, & sic sublata causa finali tollitur effectus. Hęc illi. A. Tyraq.

¶ Cavsa constitutionis cessante, vel ratione: nam vtranque hîc nostri copulant, siue veriùs confundunt, cessat & ipsa constitutio. c. Neophitus, & ibi gloss. in verbo, causa. sexagesimaprima distinct. & cap. quod pro remedio. & ibi gloss. in verbo, cessante. j. quæstione vij. Sed tamen contrarium videtur, vt scilicet ea non cesset, nisi aliter reuocetur per capit. licet ex quadam, de testibus, & capit. detestanda. & ibi Domi. in ij. not. de concess. pręb end. lib. vj. & not. in l. vnic. in princ. C. de cad. tollen. Philip. autem Fran. in d. capit. detestanda. in j. not. dicit, quòd si causa omnino cesset, non cessat constitutio, nisi (vt diximus) reuocetur. Si partim cesset, certè pro ea parte cessabit & constitutio. pe l. adigere. §. quam uis. ff. de iure patr. & not. in c. cùm cessante de appel. Sed tu hîc omnino vide quæ dicam infrà, de cessante ratione legis: nam id eodem recidit.

¶ Cavsa dispensationis cessante, cessat dispensatio. capit. priscis. quod est j. & ibi Archid. post prin. & Domin. vers. quæro an ista constitutio. lv. distin. & c. Cenomanensem. lvj. distinct. & cap. monachus. lxvij. distinct. & c. vltim. in fi. lxxvij. distin. & c. quod pro necessitate. & ibi glo. & ali. j. q. j. & c. eos. j. q. v. & c. quod pro remedio. & ibi. Card. Alexa. & c. exigunt. j. q. vij. & c. ordinationes, vers. quamuis autem, ix. q. j. glos. in c. post translationem. in verb. cessante de renunciat. & in c. quod pro remedio. j. q. vij. & c. quia circa. & ibi Card. Alexā. in iiij. not. de cōsang. & affin. Archidia. in c. Neophytus. in fi. lxj. dist. Bal. in rub. de consuet. vers. cessante causa. & in c. si alicu ius quod est pen. ad fi. de elec. & in c. at si cleric. ver. quæro nunquid episcopus. de iudi. Henric. Bohic in c. & si Christus, de iureiur.

Quod tamen ita nonnulli intelligunt, vt cessante causa dispensationis non fiat posthac similis dispensatio: nam quę semel facta fuerit cuipiam ob causam, non reuocatur ob eius cessationem. per c. ex tua nobis parte. & ibi glo. in verb. irritari. de filiis presbyte. Et quod in simili dicitur de remissione iniuriæ. in c. illic. xxiij. quęstio. iiij. Et ita voluit glo. c. in argumentum. ad fi. de regu. iur. libr. vj. Archidiac. & Card. Alexan. in d. c. quod pro remedio. j. quæst. vij. & Henr. Bohic in d. c. & si Chrstus. Et facit secundum eam gloss. c. factum legitimè. de reg. iur. libr. vj.

Secundò intellige (& id propemodum idem est) vt, scilicet cessante causa dispensationis, cesset dispensatio quò ad alios, secùs autem quantum ad ipsum, cum quo est dispensatum, & ita nuncupatim voluit Imol. in capit. post translationem. vers. in xl. in ver. cessante. de renuntiation. per id quod habetur in l. vlti. ff. vnde lib.

Tertiò intellige (quod & fermè in idem recidit) vt cesset dispensatio causa illius cessante, cum adhuc dispensatio est in fieri, vt nostri loquūtur, ita scilicet, vt ex ea nondum ius sit in perfecto esse, vt & ipsi loquūtur: si autem ius est perfectè quæsitum, & est causa generalis tunc cessante ea causa generali non cessat lex, sed reuocari debet. c. suggestum. de decim. Ita voluerūt Ant. & Pan. in d. c. post translationem. ver. tu dic latiùs. de renunciat. de quo etiam dicemus inferiùs in cessatione rationis legis. versic. incip. Ant. in d. c. Sed interim. vide quę dicam in xiij. limitat. vers. incip. intellige quintò.

Quartò intellige, nisi loco necessitatis, ob quam dispensatio concessa est succedat vtilitas, verbi gratia, cogente penuria clericorum dispensatum est cum monachis, vt ad clericatum promouerentur, cessante ea necessitate non cessat promotio: quia loco illius necessitatis successit vtilitas ecclesiæ. Ita voluit Cardinal. Alexand. in dicto capitu. quod pro remedio in fi. j. quæstio. vij. & dicemus etiam inferiùs in necessitatis causa cessante. vers. incip. sed hoc primo. A. Tyraq.

¶ Cavsa exceptionis cessante, cessat eiusdem exceptionis effectus, vt est text. in l. pupilli. §. si pupil. qui est j. & ibi Barto. in epitome ff. de solutio. Sic exclusionis causa cessante, cessat exclusio. l. si instituta. & l. pater filium. & l. si is qui. ff. de inoffi. testā. & l. Gallus. §. in omnibus. & l. inter cetera. ff. de libe. & posth. & l. ij. §. si mater. ibi, cùm enim prælatio. ff. ad Senat. Trebel. & l. si post mortem. §. liberi. ff. de bo. poss. contra tab. Et voluit Bald. consilio xxj. punctus quæstionis vers. & ideò videtur libro iij. quod repetitur mutato initio, consilio clxxviij. anno domini. libr. v. vbi loquitur de filia exclusa à successione ob dotem. & consilio cclxxj. substitutio fideicommissaria, vbi dicit, cessante causa finali exclusionis substituti, debere cessare exclusionem. & consil. ccclxxix. thema super quo petitur consilium. vers. item quando exclusio. Angel. in §. si quis autem. in authent. de hære. & Falcid. Rom. in l. vlt. vers. subiungitur in bonis. C. de pac. & Dec. loquens etiam de exclusione filiæ dotatæ, consil. ccclxxix. requisitus. num. 5. & seq. vbi & alios multos citat.

Hincque etiam plurimi dicunt filiam exclusam à successione patris ob masculos, his deficientibus, admitti, tanquam cesset exclusionis causa. Ang. in d. §. si quis autem, super verbo, auferri. de hæred. & Falcid. Raph. Comen. consil. viij. dominus Petrus. versi. & sanè hæc sententia. Paul. Castrens. consi. cxcj. visis & diligenter examinatis. versic. ex his videtur. lib. ij. Ang. Aret. in §. admonendi. versic. & hoc facit, Institut. de hæred. quæ ab intest. defer. Matth. Affl. in c. j. §. quinetiam. versic. & propterea iste tex. titu. episc. vel Abb. cum similibus.

Quod tamen intellige, cùm nulli sunt masculi tempore dela-

re delatę hæreditatis, qui possint, aut velint succedere: nam si qui sunt, succedant, & ita excludant filias, eæ perpetuò erunt exclusæ, etiam si masculi posteà deficiant, nisi statutum excludens vteretur his verbis, quousque, donec, quandiu erunt masculi. Bart. in l. vlt. in j. q. ff. ad Sen. Tert. Bal. in auth. sed & si quis. versicu. & per hoc infertur. C. de secund. nup. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. in fi. & ibi quoque Angel. & Franc. Aret. ff. de liber. & posthum. cum aliis multis concord. à me collectis in repet. l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos. numero 193. incip. sed & huc spectat, & duobus numer. sequentib. C. de reuoc. donat. Quod ideò fit, quia effectus exclusionis per masculorum successionem est omnino consummatus: ideóque, cessante ratione, non cessat is effectus, vt dicam posteà in x. limitatio. suprà, in verbo, cau. cess. & ita semper, quamuis aliud voluisse videntur Rapha. Comen. & Pau. in dictis cons. in præced. versic. allegatis. And. Tyraq.

¶ Cessante excommunicatione, cessat eius effectus, vt videre licet ex eo quòd dicit gloss. in cap. quia diligentia, in fin. extrà, de elect. per eum text. quòd excommunicati posteà absoluti omnia iura recuperant, & ad id multa alia allegat. atque ex eo quod tradit Cardin. Florent. huc proximè pertinens. in c. ab excommunicato, versic. quartò deficiente causa, de rescript. cessante causa excommunicationis cessare excommunicationē. Sed is in ij. not. & in j. oppositio. eiusdem c. declarat, quomodo id intelligatur.

Et hoc quoque non mediocriter fulcitur ex eo, quod tradit alia glos. nota. in c. vlt. in fin. tit. per quos fiat inuestit. in vsib. feud. quòd quemadmodum fidelitas pariter cum fama domini, fintiur, cùm ipse dominus excommunicatur, sic & pariter cum fama eadem fidelitas eo absoluto restituitur, per c. domino guerram, titu. hîc finit lex, in vsib. feudor. & cap. alius. & c. vlt. xv. q. vj. Et eam glos. sequitur Bald. ibi. & in l. j. in xxxj. q. versic. & nota iuramentum fidelitatis. ff. de rer. diuisio. Et facit etiam quod dicemus infrà in suspensionis causa cessante.

¶ Cavsa excusationis cessante, cessat excusatio: verbi gratia, excusatus à tutela ob absentiam reipublicæ causa, si desinit abesse, ampliùs non excusatur: sed onus tutelæ suscipit. §. item reipu. Insti. de excus. tuto. Bal. in l. generaliter, vers. quædam est causa successiua. C. de episcop. & cleri. Et optimè faciunt quæ dicam infrà, in paupertatis causa cessante. Vide tamen quæ scripsi in iiij. limitat. suprà, in verb. caus. cess. vers. & ad hoc facit, in fi. in versic. seq. & iterum in xxj. limit.

¶ Cavsa expulsionis cessante, cessat expulsio: verbi gratia, dominus potest expellere inquilinū ob necessariam domus refectionem. l. æde. ibi glo. & Doc. C. de loca. Quid igitur, si domus refectio facta fuerit, durante adhuc tempore conductionis, an inquilinus possit petere se redintegrari & reponi in priorem statum, vt scilicet vtatur sua ductione, quandiu durabit tempus illius? Et certè potest, cùm cesset causa ob quam expulsus fuerat. Ita voluit gloss. notab. in l. prima, §. cùm inquilinus, in verbo, dominum, in fine, & ibi Bartol. etiam in fine, & Franciscus Cremen. singul. lxxj. tu scis. quòd possum. Andr. Tyraq.

¶ Cessante famulitio aut (vt vulgò loquimur) seruitio sine domesticitate aut familiaritate, cessat effectus qui inde sequebatur: putà, famulus domesticus repellitur à testimonio in causa domini, ob id quòd talis est, l. j. C. de testib. & l. penul. ff. eo. & c. consanguinei, quod j. est, iij. q. v. Ideò ea causa cessante quia scilicet ampliùs nō est famulus, cessat ille effectus, poterítque pro eo cuius olim dominus fuit, testificari, vt voluerunt Iacob. Ram. Cyn. Bald. Bart. Salyc. Paul. Cast. & alij. in d. l. ij. Ioa. Fan. in d. c. consanguinei. Specul. titu. de teste. §. j. versic. quid, si olim fuit eius clericus, & ibi Ioan. Andr. in addit. Bart. in l. j. §. iidem Nummio, per eum text. & rursum in l. vnius, §. penult. ff. de quæst. & in l. deferre, §. item decreuerunt, in fi. ff. de iure fisci. Bald. in l. j. circa medium, C. de epis. & cleric. & in l. nihil, in princip. ff. de inoffi. testamen. & in c. in literis, in fin. & ibi quoque recentiores, præsertim Felin. qui id declarat post alios, de testib. & ipse Bald. in c. insuper. versic. & est argumentum pro famulo. eod. titu. Salic. in l. seruos. C. de quæst. Imol. in cap. insinuante, de offic. deleg. Alex. cons. v. in casu inquisitionis formatæ. versic. potest etiam responderi. libr. ij. & consil. cxlix. viso processu inter Michaelem, versic. non obstat si dicatur, libr. v. Franc. Aret. in l. ad testium, in princ. versic. de primo ponit, ff. de testamē. Hippol. Marsil. in d. §. iidem Nummio, & iterum in l. etiam si redhibitus, versic. vlterius hæc lex potest. ff. eod. tit. de quæst.

Sed hoc tamen primò intelligas, nisi in fraudem recesserit, vt expressim voluit Specul. vbi suprà. & Bald. in d. l. ij. versic. sed quid econtrà. & in d. c. insuper de testib. Iacob. Burt. Angel. & Salyc. in l. seruos. C. de quæst. ad quod Saly. allegat l. j. §. si seruus ad hoc, & §. seq. ff. eod. tit. & penulti. C. de adulter. Et fortè, inquit, ista fraus posset probari ex eo quòd posteà ad famulitium reuertitur causa finita. arg. l. si quis adulterium, §. j. ff. de adulter. & arg. l. sicut. §. superuacuum, ff. quib. modis pign. vel hyp. sol. & l. si is, qui. ff. de acquir. hæred. & l. si quis naturalem. §. & quod de subeunda, C. de natura liber. Quod & ipsum voluit Io. And. in addit. Specu. vbi suprà. Nam tunc ait, præsumitur familiaris mansisse, & inter eos sic actum fuisse, cùm statim reuertitur: secùs, si ex interuallo. l. si ventri. §. vlti. ff. de priuileg. credit. & l. petens C. de pactis.

Intelligas secundò secundum ea quæ diximus suprà in affinitatis causa cessante, vers. incipien. ex quo ipse Bal. vt scilicet non hic si omnino testis omni exceptione maior, cùm maneant quædam reliquiæ, & vestigia amicitiæ honoris, & reuerentiæ dominicæ. argumen. eius quod scribitur in l. vnius. §. seruus. ibi, in memoriam pristini dominij. ff. de quæst. cum concordant. quas afferemus infrà in xv. & in xvj. limitatio. præsertim si hic famulus diutissimè mansit in famulitio eius, qui nunc eum in testem producit, & cum bona gratia ex eodem famulitio discessit, argu. not. alicubi de vxore, quæ bona gratia discessit à marito, & id quidem totum arbitrio iudicis relinquimus. Et facit ad supradicta quod scribunt Specul. & Ioan. Andrę. in additio. illius, vbi suprà. Andr. Tyraq.

¶ Cavsa fauoris cessante, cessat & illius effectus: quod ex eo satis videmus, quòd priuilegium concessum filiis, fauore parentum, vel vxoribus fauore maritorum, cessat illis mortuis, & sic, cessante fauore, vt probat tex. in l. vlt. & ibi Cyn. qui dicit menti tenendum in iij. not. & Bald. post princ. C. de iniur.

& voluit, etiam gl. in l. medicos. in verb. & filiis. C. de professor. & medic. lib. x. quæ eum tex. non allegat, sed aliũ in l. archiatros. C. de metat. & epid. lib. xij. & in l. ij. C. de episcop. & cleric. quæ quidem posterior nihil facere videtur, sed illud idem voluisse videtur glo. ibi, in verbo, filij. quam sequuntur Cyn. Iacob. Barb. Bald. Alberi. & Saly. ibi, ex quibus Cyn. id tribuit nostræ regulæ, quia cessante causa cessat effectus, dicitque, & post eum Alber. id generale esse, vt priuilegium alicui concessum ratione personæ alterius, tandiu tantùm durat, quandiu ille alter viuit, per l. si tibi. §. pactum. & l. hæredi &. ff. de pact. & d. l. vlt. ff. de iniur. Sed & Iacob. & Bal. in dict. l. secunda dicunt, quòd priuilegia concessa famulis fauore dominorũ intelliguntur durare, quandiu sunt in seruitio, cùm cessante causa fauoris cesset fauor.

Id quod etiam generaliter voluit ipse Bald. in l. j. vers. nota quod cessante, C. si rector prouinc. per text. in l. senator. ff. de rit. nupt. & l. Titia Seia. §. vsuras. ff. de leg. ij. & idem quoque Bald. in l. ij. per tex. ibi C. qui ad liber. peruen. nõ possunt. Ang. consi. xcvij. Viuian. de Monte, paulò ante fi. vbi ex hoc in pulchro casu consuluit, & Dec. consil. cccclvj. consului aliàs. nu. 12. Sed vltra prædicta iura in id optimè facit text. probans id generale esse in l. in omnibus. ff. de regul. iur. cuius hæc verba sunt, In omnibus causis id obseruatur, vt ibi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat.

Verùm quantum ad id, quod diximus de filiis, cõtrarium tenuerunt Io. And. Pet. Anch. Dominic. & Philip. Franc. in c. ne aliqui, videlicet, vt priuilegium cõcessum filiis ob parentes, duret etiam mortuis parentibus per regulam c. decet. de reg. iur. lib. vj. Sed ad hoc videntur esse tex. expressi in l. ij. §. in filiis. & §. si ad tempus. ff. de decurionibus. & in l. emancipatum §. j. ff. de senatoribus.

Nam & vxores quoque post mortem maritorum quãdiu manent in viduitate, vtuntur priuilegiis maritorum. l. fœminæ. in fin. & ibi Alber. ff. de senat. & l. filij. §. vidua. ff. ad municip. & l. cùm te. & ibi Bald. C. de nup. & c. is, qui. §. mulier. de sepul. lib. vj. gl. in cle. ne Romani. §. sanè. in verb. vacare. & ibi Imo. & Bar. de elect. Ang. Pau. Cast. & recentiores. in l. cùm quędam puella. ff. de iurisd. om. iud. cum aliis concord. à me adductis in tract. Nobilit. c. xvij. nu. 5. incip. & hoc procedit, & multis seq. Idque etiam in priuileg. exorbitantib. per l. vlt. in princ. & ibi Bar. aut quisquis is fuit, & Io. Plat. C. de priuileg. schol. libr. xij. Franc. Are. qui eum tex. ad hoc dicit not. in c. super eo, l. ij. de testib. Alex. qui id declarat, consil. ccvij. ponderatis verbis statuti. versic. quintò quia dato. vers. nõ obstat quintò. lib. vj. & diximus in d. c. xviij. nostræ Nobilitatis. nu. 8. incip. sed & hæc omnia.

Quo iure quantum ad priuilegium concessum filiis fauore parentum, sunt qui hanc controuersiam quibusdam distinctionibus se dant, & inter cęteros Cy. Alb. & Sal. in d. l. ij. C. de episco. & cle. & ibi quoque Paul. Cast. qui eam legem legit cum l. j. Nam aut, inquiunt, priuilegium conceditur ratione dignitatis innatæ: & tunc priuilegium competit liberis, etiam mortuis parentibus, per l. fœminæ. ff. de senatorib. quæ loquitur de vxoribus respectu maritorum: tanquam sentẽtiat & id procedere in priuilegiis vxorũ. & l. eam legem. C. de excusat. munc. libr. x. Et facit, vt id illis addas, quod in simili scribit gloss. in l. semper. §. negotiatores. in verbo, in huiusmodi. ff. de iure inmunitat.

Aut (vt ad illos redeamus) competit priuilegium ratione officij publici, & tunc non competit liberis post mortem parentum, & ita intelliguntur leges contrariæ: Aut denique conceditur priuilegium ratione necessitatis, & tunc ad filios non cõpetit, mortuis parentibus, cùm nec illis viuis competat. l. in filiis. C. de decurion. lib. x. & l. vlt. C. qui morbo se excusant. eo. lib.

Verùm aliter distinguit Ripa in l. ex facto. nu. 12. ff. de vulg. &. pup. substit. nam aut, inquit, priuilegium parentum conceditur filiis, ea ratione, ne dehonestetur dignitas ipsorum parentum, & tunc cessat mortuis parentibus. Aut ea tantùm ratione, quòd sunt filij & tunc non cessat, & ita dicit esse intelligenda iura vtrinque allegata.

¶ Cavsa fictionis cessante, cessat & fictio: ideò cessante æquitate, quæ semper causa est fictionis. l. postliminium. in princ. ff. de capt. & postlimini. reuers. cessat & ipsa fictio. l. qui in vtero. ff. de stat. homi. & l. Vranius. versicu. sed cùm duo. & l. si debitori. ff. de fideius. & l. Stichum. §. aditio. ff. de solut. Et ita voluit Bartol. qui declarat in l. si is, qui pro emptore. versicu. ad solutionem igitur, & plenius in versi. sextò principaliter, & ibi quoque Imol. versicu. circa quartum, & Ias. numer. 384. quartò principaliter. ff. de vsuca. Quibus adde l. denique & l. nec vtilem. ff. ex quibus causis maio. quibus probatur, nunquam fictionem habere locum, nisi subsit ęquitas. And. Tyraq.

¶ Cessante furore, cessat quod ob eum factum est: verbi gratia, si cesset furor ob quem facta est substitutio exemplaris, cessat ipsa substitutio. l. humanitatis. C. de impub. & aliis substit. & §. qua ratione. Instit. de pupil. substit. An autem ita cesset, vt non reuiuiscat, redeunte furore, videbis apud Bar. in l. ex facto. ver. quęro, quid si furiosus, & ibi Imol. & Ale. ff. de vulg. & pupil. & Dec. in d. l. humanitatis. versi. septimò noto, quòd si mente captus. Similiter quoque videmus cessare curationem ob furorem datã cessante furore. l. j. ff. de curat. furios. & l. penulti. C. eodem. Andr. Tyr.

Alij hac in re distinguunt, secundum ea quæ diximus suprà versicu.incipien.intellige secundò,an scilicet, quis indebitè damnum pateretur, nisi cessaret lex cessante eius ratione, & tunc cessat per l. adigere.§. quamuis.ff. de iure patron.Aut tunc indebitè lucrũ amitteret,& tunc non cessat. per l. prospexit. ff.qui & à quibus. Qua in sententia primus fuit Bartol.in multis locis quæ tibi designauimus illo eod. ver.vbi etiam videbis qui illum sequuti sunt,& vers.quoque seq.inci.ad hoc minimè, vbi videbis quid de hac re dicendum sit.

Bald.autem in cap.& si Christus.vers.amplius not.de. iureiurand. Causa,inquit, dicitur duobus modis Primò,vt est aliquid inesse producens, & ipsi cohærens. Alio modo prout est ratio faciens ratum,vti accipitur in l.1.ff.soluto matrimon. & tunc aut ratio est expressa in verbis, & tunc nunquam discedit ur à ratione.l.vltim.ff.de diuort.& l.in eo iure.§. deinde.ff.de rit.nup.& l.1.§.non autem omne.ff.de fluminib.& l.ita autem. in princip. ff.de admin.tut. Aut ratio non est expressa in ipsis verbis promulgationis legis, sed adiicitur post legis promulgationem,verbi gratia,lex noua ponit rationem legis veteris, vel interpretatio prudentum rationem addit, & tunc refert,aut enim cessante ratione sequitur absurditas,& tunc cessat lex.c. quemadmodum de iureiur.aut æquitas potest stare cum statuto,licet cesset ratio interpretatiua prudentum, & tunc non cessat lex,quia sufficit ratio generalis in omnibus quæ sunt de iustitia positiua.scilicet quia placuit legislatori.l.1.§.1.ff.de postulan. vnde est pro ratione volũtas.vt no.in l.1.C.de secund.nup.& supposita potestate non est quærendum de ratione.l.nõ omnium. ff.de legibus. Aut cessante ratione remanet statutũ contra rationem naturalem,& tunc cessat statutum l.milites agrum.ff.de re mili.

Idem Bald. in l.1.versicul.nota hîc in secunda glos.C. quæ sit long.consue.dicit,quod ratio legis licet tacita sit,tamen est ratio, & ea quidem seruanda, si est finalis.per d.l. ita autem.in princip.ff.de administr. tuto.& d.l.milites.ff. de re milit.non obstat,inquit, l. prospexit.ff.qui & à quib.quia ratio legis inspicit ad extendendum,non ad perimendum iam dispositum vt ibi,nam ex illa tacita ratione non possumus perimere formam ipsius legis,in casu formaliter occurrenti,& formaliter disposito.

Alibi quoque idem Bald. in l. 1. versi.item an cessatio. ff.solu. matrim.dicit quod cessante ratione legis cessat lex,quando aliàs sequeretur perpetua & inemendabilis absurditas siue incommoditas, secus si temporalis tantùm.per d.l.prospexit. ff. qui & quib.vnde,inquit Iacob.Aren.& Cyn.qui dicunt eam l.carere spiritu,non bene loquuntur.

Rursus idem Bald.in c. 1.§.quia vidimus. versic.modò. quæritur quæ est ratio, in additio.tit.qui feud. dare pos.dicit,quod si statutum disponit de ratione,seruamus statutum,non rationem,per d.l.prospexit.Si autem è diuerso,ratio disponit de statuto seruamus rationem, non statutum, quia ea prior est in potentia.arg. l.Labeo.in ratione sui.ff.de supellect.leg.& eum refert & sequitur Corn.cons.53. in hac consultatione.vers.potest etiam ad hoc applicari libro 4.

Anto.in d.ca.post translationem. vers.tu dic latius, de renunt.dicit, quòd cùm quæritur, an cessante causa legis cesset lex,hoc dupliciter posse intelligi.Primò an ad casum in quo causa legis non se extendit, lex vel eius dispositio se extendat,& tũc cessante causa cessat lex, quia vbi separata est ratio,separatum debet esse ius.l.hæc actio.ff.de calum.cum simi.Secundò potest intelligi, an cessante causa cesset lex in eo quod principaliter disponit,& tunc si est ius dispensatiuum,& in fieri,vt ipse loquitur,ita vt ex dispẽsatione nondum ius sit in perfecto esse, tunc cessante causa, cessat dispensatio, & hoc verum est, quando cessat specifica causa.Si autem ius est in perfecto esse,& causa est generalis,tunc cessante ea causa generali,non cessat lex,sed reuocari debet.capitu.suggestum,de decim.Si verò est ius commune, & tũc aut causa est perpetua,& non est quæstio, scilicet quod iuris obseruantia est perpetua, vt iugis continentia clericorum,& dilationis suspicio.cap.sacerdotibus, 23.distinct.& ca.quia ea.3.quæstio.2.& l. si tutor.C. de inter.matrimonio. Aut est causa temporalis & tunc si exprimitur in ea,quòd cesset lex cessante causa,ea cessabit. cap. vt constituetur. quinquagesima distinctio. & cap.cum M.Ferra. de const.si non exprimitur.non cessat.ca. dixit dominus. 23. quæsti.1. nisi interueniat necessitas, vtilitas, pietas, contraria lex vel consuetudo, secundum ea quæ diximus suprà.ver.incip.at id nonnulli.Et idem ad verbum voluit Pan.in d.cap. post translationem.in 2.lect. eius ti.quæ omnino similis est lectu.Anto.vt ipse Panor. ab illo accepisse videatur.

Ante hos autem Innoc.in d.c. quia plerique,de immuni.ecclesi.scribit, quòd valet constitutio contra ius naturale, ex iusta tamen causa facta: sed si ex causa cesset,cessabit & constitutio : verbi gratia, iusta est constitutio quæ dat exceptionem Senatusconsulti Macedoniani propter iustam causam,sed si ea causa non subesset in certo aliquo casu, vt quia quis in necessitate mutuauerit pecuniam filiofamiliàs,non haberet locum ea constitutio,& peccaret qui se ea exceptione tueretur. Subdit tamen postea alios dicere,quòd cùm facta sit constitutio ex iusta causa,licet postea eueniat casus,vbi cesset causa illa, tamen seruanda est constitutio, quæ generaliter fuit facta:

non

non potuit enim, nec expediuit omnes articulos sigillatim comprehendere.l.non possunt.ff. de legib. nisi talis sit casus, qui à iure excipiatur. Hæc ille qui non aliter declarat, vtra opinio ei magis placeat, & eum refert Pet.Anch.ibi paulò ante fin.

At Card.Flo.ibi, in 18.quæstion.dicit primam opinionem sibi magis placere, quia proprium constitutionis est, vt sit iusta, cùm ergo desinit esse iusta, nō est seruāda, vel vt subdit, posset dici melius esse hoc casu principem consulere, cap.si quando. de rescr. qui prouidebit reuocando constitutionem iniustam, & faciendo aliam iustam ex varietate temporum.c.nō debet, de consang.& affinit.

Sed Anton. ibi, versic.plus dicitur, concordando illas duas opiniones, scribit se putare vltimam opinionem procedere, si lex statuit ex causa legitima & indiscretè loquitur, & in omnibus casibus præsumit causam. Si autem non præsumit causam in omnibus casibus, vel saltem de defectu causæ potest constare per modum probandi à lege non reprobatum, procedit prima opinio.

Panor.autem in illo ipso c.quia plerique in 13.quæstio. ver.ego latius, relatis huiusmodi opinionibus hanc rem latius tractat. Nam aut lex ait siue statutum præsumit causam, & super ea inducit præsumptionem iuris & de iure, & tunc non admittitur probatio super cessatione causæ. per cap.is qui fidem, de sponsal.nisi ius induceret illam præsumptionem in fauorem alicuius: tunc enim admittitur probatio in contrarium, per confessionem partis, per not. in auth. sed iam necesse.C.de donat.ante nup.& per Innoc. in d.c.quia plerique. Tamen in foro animæ non esset ea constitutio seruanda, si constaret de defectu causæ, vt idem ipse Pan.tradit in d.cap.is qui fidem & cap.1. de const. Aut lex siue alia consuetudo non inducit præsumptionem iuris & de iure, sed simpliciter statuit, & tunc si causa est expressa in lege, & probatur causam illam deficere in casu occurrente, & non debet seruari constitutio, nec in foro animæ nec in iudiciali, quia ratio legis est lex, & non è contrario, ideò vbi cessat ratio, cessat lex.l.nō dubium. C.de legib.& c.vlt.de reg.iur.lib.6.& l.cùm pater.§ dulcissimis.ff.de leg.2.& l.ex facto.in 1.respon.ff.de vulg.& pup. vbi hoc idem probatur habere locum in priuilegiis & aliis iurib. ab eo allegatis, & quod, vt subdit not.Bart.in l.item quæro. §.qui impleto. ff.locati. Aut ratio legis non est expressa, & tunc si potest naturaliter & indubitanter vnica præsumi, debet lex restringi ad limites illius rationis, vt dicit Cyn.in d.l.non dubium est. & Bald.in l.maximum vitiū.C.de lib.præter. Quod procedit etiam in pœnalibus, vt voluerunt doct.in dictis locis, & optimè facit l.2.§. si quid curatoris. versic. quid ergo.ff.ad Tertul. Hæc Pan. Cui quantum ad postremum casum pertinet, adde quæ dicam infrà in vigesimaprima limitatione. præsertim ver.incip.intelligendum est tertiò, & sequen.

Aegid.Bellamera in c. post translationem, de renunt. recensitis aliorum opin. sic distinguit. Aut cessatio rationis tanta est, vt per eam remaneat constitutio irrationabilis, & tunc vel est ob id, quia remanet alia ratio sufficiens, & tunc non cessat lex, nisi lex diceretur ea lege vel alia.§. affinitatis. instit. de nupt. cum similib. Aut non remanet alia ratio sufficiens, sed lex non manet propter hoc irrationabilis, quod qualiter procedat, declarauit idem autor in c.quanto.in 4.q.de consu. Et tunc aut ratio cessans est impulsiua solum, & tunc non facit cessare legem. l.1.§. sexum.ff.de post. Aut est finalis, & tunc aut non est lex merè positiua, sed facta ex certo & sufficienti iudicio rationis, sicut sunt responsa prudentum & quasi omnia alia iura.ff.tunc præsumitur ratio cohærere legi: & consequenter cessatio eius facit cessare legem, & ita procedit quod not.in d.l.cùm tale.§.legato.ff.de condit.& demonst. Aut est lex positiua nullam certam & sufficientem rationem habens, sed solùm autoritatem statuentis, licet quadam persuasione rationis minimè sufficientis adiutam, & tunc aut apparet de mente statuentis volentis cessare legem ex cessatione rationis, & cessabit lex, quia in constitutionum interpretatione principaliter recurritur ad mentem conditoris.c. in his.de ver.sig.cum simi. Aut non apparet, & tunc standum est eorum opinioni, qui negant cessare legem ex cessatione rationis: quia hoc casu sola autoritas statuētis est causa principalis.cōstat autem (inqut) de mente, si id exprimatur, vel etiam tacitè ex præfationibus.l. vlti.ff.de hær.inst.vel aliis sequentibus.l.si seruus plurium.vl. ff.de leg.1.& quia hoc non est lege certa constitutū locus est arbitrio iudicis.c.de causis, de offi.d.leg.

¶Cavsa liberationis cessante, cessat liberatio, quod ex eo patet, quod ex facto respondit Angel.consilio clxxxix. visa quictatione reuocatur in dubiū, quòd quātūcūque verba liberationis sint plena & prægnātia, si tamen causa ipsius liberationis non potest ex proprietate sermonis adaptari ad aliquam speciem debiti, illam non comprehendit. Et id sequitur & dicit no.Fran. Are.cons.clx.verum est quod comicus. versic.moueor primò, vbi ex hoc dicit quod oratio quantumlibet vniuersalis restringitur, vt non comprehendat ius, cui causa liberationis non est adaptabilis, de quo dicit esse casum clarissimum, & ibi hoc no.Bartol.in l.cùm pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.& bene facere tex.in l.si is qui animo. ff.de acquirend. possessio.& in l. cancellauerat.& ibi Bar.ff.de is quę in test.delen. Quod & ex eo reassumit Chasse.consi. 69.quæro ad primum. nu.9.& seq. Et bene etiam facit quod proditum est à Socin. cousilio 159. in præsenti consultatione præmittens aliqua. versicu. 4.& vlti.lib.2.& Paul.Paris.dum allegat Angel.& Franc. Are.vbi suprà.consil.48.Galassino, numer.43.lib.3. & diximus etiam suprà vers.incip. & ideò ex facto. num.146. And.Tyraq.

¶Cavsa mandati cessante, cessat mandatum.text.expressus in c.si pauper, in fin. in illis verbis, cum cesset causa mandati. & ibi glos.in verbo, cesset, & Domin.qui id not.in tertio notabili.de præbend.lib.6. And.Tyraq.

¶Cessante metu, cessat quod ob eundem factum est, vt ex eo satis liquet, quod scribitur in l. 1. C.de nau.fœnor, tandiu veuire vsuras centesimas pro pecunia traiectitia, quandiu durat metus maris apud creditorem, cessante autem metu communes tantùm deberi, quod Bal.& Saly.ibi trahūt ad bailiam, siue arbitaium, extra ordinem concessum metu bellorum, vt cesset cessante metu, de quo nos diximus suprà in arbitriorum causa cessante. Et bene etiam facit quod scribit glo. in l.3.ff.de donatio.caus.mortis.argu.l.si mortis causa.eod.tit.And.Tyraq.

¶Cavsa morbi cessante cessat morbus, quod hinc videre licet quod medici imprimis obseruādū esse dicunt, vt medicus obseruet morbi causam, an frigus, fames, an satietas, & quæ similia sunt, occursurum enim vitio eum qui originem nō ignoraret, vt scribit

scribit Corn. Celsus in prooemio rei medicæ, proindéque etiam medici ipsi circa id præcipuè laborāt, vt declarēt morborum causas, inter quos is, qui facilè primas obtinet, Galenus lib. vnū de morborum causis priuatim scripsit, vt scilicet illis cognitis, ac deinde sublatis, morbi quoq. vitia tollantur. Ex quo illo ipse lib. 1. de arte curandi ad Glauconem, Causæ (inquit) infestanti perpetuò contraria opponenda sunt remedia; labori quidem quies, vigiliis somnus, iræ, tristitiæ, excandescentiæ, sermones, actiones spectandæ, & rerum narrationes quæ animo voluptatē afferunt. Sic & qui cogitatione laborant ab hac omnino cessent. Sed & hinc est illud ipsius Celsi in illo eodem prooemio, quòd si morbos eæ causæ facerēt, quæ vbique eędem essent, remedia quoque vbique eadem esse debuissent, idque præcipuè vt dicit Galenus lib. viij. Therapeuticæ, prospicit morbis, qui in generatione sunt, tollēdis scilicet iis, quæ illas excitant causas.

Nullúsque est propemodum medicorum, in quo non inuenias sexcentas huiusmodi sententias, sed quod ad nostrates pertinet, hic respicit quod ab illis disseritur de medico qui certa mercede promisit curare ægrotum, qui curatus (vt statim prima fronte videbatur) in eandem ægritudinem recidit, vt si statim reciderit, censeatur eadem morbi causa permāsisse, ideóque ab eo morbo curatus censeri non debeat, vt per Barto. Brix. quæstio. lxxiij. medicus quidam, omnes propè in l. Martius. ff. loca. Alber. in lege, contractus, numer. 7. ff. de regul. iur. Bald. consil. cclv. quidam fœnerator, lib. iij. & alios quos tibi congessi. in l. si vnquā, in verbo, susceperit liberos, nu. 180. incip. & quod à nostris. C. de reuocand. donat. And. Tyraq.

¶ CAVSA necessitatis cessante, cessat quod ob necessitatem statutum est, aut introductum, capit. 2. & ibi Card. Flo. in 3. not. Petr. Anchar. in 1. not. Ant. in 1. no. de cust. eucharist. & cap. de Siracusanę vrbis. 78. dist. & cap. quoniam multa, 48. distinc. & cano. quia sancta. §. verum. 73. distinctio. & capit. quod pro remedio. & ibi Card. Alexan. in princ. 1. quæst. 7. & ca. ordinationes. §. quamuis autem. 9. quæstio. 1. glo. in l. solet, in verbo quam curator, ibi quoque Barto. ff. de tutel. & in capit. in argumentum, de regu. iur. li. 6. Hostien. in cap. cùm in cunctis. vers. ea propter, in verbo necessitate, de elec. Barto. in l. 1. §. nunciatio, versi. quādoque fit iuris nostri. ff. de oper. noui nuntiat. vbi dicit quod quando aliquid statuitur pro necessitate contra regulas iuris communis, intelligitur habere locum, quatenus durat necessitas. per l. senatus. ff. de offic. præsid. & l. 1. in fin. ff. de feri. & Petr. Ancharan. in cap. 1. in 6. not. de statu monach. & ex externis scriptoribus Dionysius Halycarna. lib. 8. Quicquid ait necessitate pro tempore, vel priuatis, vel ciuitatibus affert, tantisper duret: donec cesset ea necessitas.

Sed hoc primò intellige, nisi vtilitas succederet in locum illius necessitatis cessantis, vt est de monachis ordinandis, in cap. sunt nonnulli, in fin. & cap. cùm pro vtilitate. 16. q. 1. & ar. c. priscis. 55. dist. Et voluit glos. in d. c. in argumentum, in fin. de reg. iur. libr. 6. Archid. post Hug. in cap. statuimus. circa medium, & iterum in cano. neophytus. in fi. 67. distin. Henric. Bohic. in cap. & si Christus. de iureiur. Card. Alex. in c. quod pro remedio. 1. q. 7.

Secundò intellige, nisi ex necessitate ius commune introductum fuerit, tunc enim id non cessat, cessante etiam ipsa necessitate, sed perpetuum manet. c. duo. 12. q. 2. & c. dixit dominus. 32. q. 7. nisi in constitut. exprimatur quod id cessare debeat cessante necessitate. ca. quod scripsi. 35. q. 3. & ita voluit ipse Arch. post Laur. in d. c. statuimus. 61. dist.

Cui adde quantum ad primum, quòd id per quod, redimus ad ius commune, multo firmius est & potentius: vt videre licet ex gl. illa sing. in cap. statutum, in verbo, numerandum, ibi item per hanc, de præben. lib. 6. Ant. & Panorm. cap. olim, tibi, per illum text. illum quidem in fi. alterum in 3. no. de verb. significatione, cum aliis multis similib. à me collectis, in trac. Primogeniorum, q. 34. nu. 6. incip. quam rationem. Quantum autem ad exceptionem, adde etiam quæ diximus suprà in cessatione causæ legis. vers. incipien. sed vt redeamus.

Tertiò intellige, vt cesset effectus in eo casu circa facienda, non etiam iam facta, vt etiam dicit gloss. in d. cap. in argumentum, per not. in d. c. quod pro remedio. & in cap. & si Christus, in fin. de iureiur. & facit (inquit) c. factum legitimè. eod. tit. de reg. iu. lib. 6. Ad quod etiam facit quod diximus suprà in cessatione causæ dispensationis, versi. incip. quod tamen ita, & sequen. & quod etiam dicemus inferius in 12. limit. & iterum in xl. And. Tyraq.

¶ CAVSA obligationis cessante, cessat obligatio, vt ex facto interrogatus respondit Socin. consi. 31. prosequendo ordinem. versic. quartò etiam probatur. lib. 1. motus hac nostra generali regula, quod cessante causa cessat effectus. Andr. Tyraq.

¶ CAVSA odij cessante, cessat & effectus illius. l. 2. & ibi Bald. C. qui ad liber. non pos. peruenire. & idem Bald. in l. 1. vers. nota quòd cessante. C. si rector prouinciæ. Aegid. Bellam. in cap. cùm ecclesia Sutrina, num. 8. de caus. posses. & propriet. Caro. Rui. consil. 122. de duobus principaliter. numer. 7. lib. 5. & Philip. Deci. consi. 456. consului aliàs quòd Iacobus, numer. 12. & omnes propemodum quos citabimus, in sequent. versi.

Ex quo Bal. in illo primo loco illud assumit, vt si filius vel vxor priuatur patria, in odium patris vel mariti banniti, illis mortuis, & sic odio illo cessante, poterit liberè & impunè in patriam reuerti. Quod etiam voluerunt Iac. Aren. Iac. Ra. Bart. ipse Bald. Alber. Imo. in l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de lega. 2. idem Bal. post Dyn. in l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ager vectig. & in l. omnes populi. versic. sed nunquid statutum. ff. de iustit. & iure. & in l. si seruus. ff. de publicia. in rem actio. & in l. in omni. ff. de adopt. & in l. cùm acutissimi. versic. & nota istud statutum. C. de fideicomm. & in l. voluntas. circa princip. eod. titu. & in l. vlt. per illum tex. C. de iniur. Alberic. in tracta. statut. part. 4. quæstio. 62. quæro si statuto, vbi plus dicit id procedere, etiamsi statutum dicat, vt vxor banniti sit perpetuò bannita. Angelus, vt à nonnullis citatur in repetit. l. incola. ff. ad municip. Florian. in l. pen. §. si quis pro seruo. ff. de noxa. Alexan. cons. xx. viso processu causæ inter Catharinam. versicu. istud etiam fuit de mente. lib. 2. & consil. 207. ponderatis verbis statuti. versicul. ad idem allego. lib. 6. Franc. Aret. in l. Pantonius. §. vlt. ff. de acquir. hæredit. Cornæus consil. 50. in hac consultatione placet, in fin. libro 4. & consilio 97. licet in hac. versic. sic & aliàs, libro iiij. Socin. in tractatu fallen. regu. ccxxix. incipien. lex generaliter loquens. versic. fallit si finiatur causa & consilio cclxij. in causa magnifici. vers. nam finita causa odij, libr. 2. quod reperitur consi. 90. libro

bro iij.Felin.post modernos,vt ipse dicit, in cap. ex parte B.versic.limita tertiò,& iterum versicu. ista limitantur, de foro comp.& in cap. quæ in ecclesiarum,in ij. declaratione,de const.Iason in l.j.versicu. tertiò adde text.ff.de offi.eius cui manda. est iurisdict.Caro.Ruin.d.cons.cxxij.vbi suprà,libro v.Hippol. marsil.in l.vlt.versi. item adde quòd stãte statuto.ff.de quæstionibus.

Et huc pertinet text.in ca.cùm tu,iuncta glo.in verbo, donec.de vsur.vbi odiosæ constitutiones editæ contra vsurarios odio vsurarum cessent, posteaquàm vsuras exercere desierunt,& ita per eum text.voluit Bald.in rubr.C.de vsur.versi.secundò quæro.& Lauren.Rodulph.in repet.ca.consuluit, capite quarto, versicu.est etiam quæstio,extrà eod.titu. Ioan. Ana. in ca.quia in omnibus, quod est tertium.versi.adde etiam prædictis,eod.titul.Rom.consil.ccciiij.in casu propositæ consultationis. versicu.similiter cessat odiosa.Alexan.id intelligens, dummodò vsuras præteritas restituerit,in l.j.C.de eden.& in lege,prætor ait,§.is etiam, in j.nota.ff.eod.Iason in l.j.versicul. secundò adde text.ff.de offi. eius cui mand.est iurisdict.And.Tiraq.

¶ Cavsa officij cessante.id est qualitate,quæ est causa officij,cessat officium, per textum in l.Lucius, ff. de fidei commis.liberta.quem in id expendit Bald. id tamen intelligens,quando ea qualitas officij certa est,in l.generaliter, versic.& adde circa primum, C.de episc.& cler.& alium text.in l.tutelas.ff.de capit.deminu.quem & ad hoc quoque allegat Bald.in cap.j.in vtraque lectu.& ibi post eum Ias.versic.vltimò not.in verbo, non aliter,ff.de offi.eius cui mandata est iurisdictio.

Ex quo illud fit, vt officium coadiutoris dati ob malam officialis, vel magistratus, vel beneficiarij,siue prælati,siue tutoris,aut curatoris valetudinem, aut aliud impedimẽtum cesset cessante valetudine, aut alio impedimento, gloss.in l.solet, in verbo, quàm curator,& ibi Alberic.& Bartolus,qui distinguit,ff. de tut.idem Albe.qui in hoc distinguit, in l.si quos, ver.sed nũquid remoti, & sequẽt.C.de offi.Præfect. Prætor.Ori.cũ his,quæ diximus suprà in curationis causa cessante.

Et idem quoque mortuo prælato,cui coadiutor datus erat.nam etiam finitur officium coadiutoris, cessante,scilicet,causa,vt probatur ex cap.grandi, de supplen.neglig. prælat.lib.vj.& voluit Bald.in l.ex fact. in prin.paulò post medium & ibi quoque Alex.vers. item no.quòd cessante, & franc.Ripa.nume.11.ff.de vulg.& pupil.

Sed hoc intellige vt nõ procedat,quando sufficit qualitatem adesse certo & determinato tempore: nam si ea qualitas adfuerit illo tempore, & posteà cesset,non propterea cessat officium, vt latè per Ioan. And.in cap.statutum,super verbo, habentibus, de rescript.libr.vj.& dicemus infrà in iiij. limi. per totum, maxime vero versicu.incip.& ex hoc quoque fit. And.Tiraq.

Onere cessante cessat & quod illius causa inductũ est, l.alumnæ suæ.§.hæra liberta.ff.de adim.leg. & argu. l. Caio,in prin.ff.de ali.leg. Atque ita nuncupatim voluit,ex hocque in pulchro casu consuluit Old.cõsilio ccj.casus talis est, quidã clericus. versi. primo clausula. And.Tyraq.

¶ Cessante pace,cessat ꝙ ob eam cõcessum est,Rõ cons.ccccclix.in proposita cõsultatiõe,in j.dubio.ibi à Senensibus concesso Pisanis propter pacẽ,& concordiam inter eos coitam.quod quidem priuilegiũ dicit cessare,cessante ac rupta ea pace & concordia, per multa iura & rationes illic adductas.& sequitur Felyn.in capit.quæ in ecclesiarum,in ij. declaratione, de rescript.& Iason.in l.j.versicul. vltim.not.in verbo, non aliter, ff.de offi.eius cui mand.est iuris. & in l.sciendum,§.vlt.versicu.sed,vt articulus,ff.qui satisda. cogant. Et facit quod è diuerso suprà diximus,versicul. cessante bello, cessare omnem ipsius effectum. And.Tir.

¶ Cessante paupertate,cessat & quæ propter eam statuta,aut introducta sunt,aut concessa, vt probatur ex l.non tantum.§.eos qui, ibi.nisi si facultates eorum adauctę fuerint.ff.de excus.tuto.vbi immunitas concessa ob paupertatem, cessat adauctis facultatibus,& ibi Iac.Are.Nic.mart.in lect.Bar. ipse Ba. & Alber.not.ex eo tex.quòd priuilegium cõcessum ratione paupertatis perditur auctis facultatibus. Et probatur item ex l.cura,§.deficientium,ff.de muneribus, & honoribus,vbi deficientium facultatibus ad munera vel honores qui indicuntur, excusatio non perpetua est,sed temporalis:nam si ex voto patrimonium auctũ fuerit,cessabit excusatio, & l.his oneribus.§.auctis, ff. de vacat.mu.cuius hæc verba sunt,auctis post appellationem medio tempore facultatibus,paupertatis obtentu non excusantur, & lege semper, §.hæc idcirco, versiculo, sed ne eos quidem, qui augeant facultates, ff.de iure immunitat.

Et ea quidem sunt iura,quæ à nostris in id,quod diximus,allegari solent, quibus addere potes l.nec maritus,C.sol.matr. vbi exceptio, ne quis vltra quàm facere potest,non ampliùs ei prodest, qui locupletior factus est.& §.vlti. Insti.de actio.vbi bonorum cessio facta ob paupertatem, ei non prodest,qui fortunis auctus est.& cap.si pauper,de præb.lib.vj.vbi si Papa mandauerit episcopo, vt clerico pauperi nullum habenti beneficium,prouideat de beneficio, & interim ille clericus adeptus fuerit beneficium,cessat illa prouisio.

Sed & huc spectat quod plerique voluerũt,quòd si dos fuerit restituta vxori,ob viri inopiam,& vir ipse postea diues factus fuerit.cessabit illa restitutio, ita vt dos ipsi viro reddenda sit, vt voluerunt Dyn. Bald. Ang.& Ro.in l.si constante,ff.sol.matrim.ea ratione moti,quod cessante causa cesset effectus,& alij nonnulli quos tibi citabo in xiiij.limitat. vbi hanc rem latè tractamus.& ibi videbis quid hîc dicendum sit, nam sunt alij,qui sunt contrariæ opinionis,vt etiam ibi videbis.

Vt tamen interim non omittam,& alios doctores,qui hoc voluerunt,quod in principio diximus,paupertate cessante, cessare & priuilegium propter illam datum videlicet gl.in §.vlt.in verb.cessauerint.xxv. quæst.ij.& Rom.qui ex hoc in pulchro casu exfacto consuluit, cons.cccciiij. in casu propositæ consultationis,vbi loquitur de statuto quodam Perusino,vt ibi videre poteris. And.Tiraq.

¶ Cavsa permissionis cessante,cessat permissio. ita Bal.in l.j.per eum text.in verb.non aliter.ff.de offic. eius cui manda.est iurisdict.& Signor.consil. xxxix. quęritur nunquid ex consuetudine,vers.secũdò probat,per tex.in l.verò non remunerandi,§.si mandauero.ff.manda.& l.ij.& l.cum precario,ff.de pr.& l. iudicium soluitur, ff.de iudi.& l.peto.§.prædium ff. de leg.ij.& l.in omnibus.ff.de regul.iur.& Cardin. Alex.in cap.quod pro remedio,in Princip.per eum

tex.j.quæst.vij. And.Tiraq.

¶ Cavsa periculi cessante, cessat quod eius causa statutum est, aut permissum, vt nuncupatim voluerunt Bald.& Salic.in l.j.per eum tex.C.de nauti.fœno.Rom.consil.cccciiij.in casu propositæ consultationis, Philip.Deci.in cap.cùm cessante, post princ. de appell. Ad quod etiam facit quod suprà diximus in metu cessante, nam & hoc illud quoque pertinere videtur. And.Tiraq.

¶ Pignoris causa cessante cessat & ipsum pignus.l.ij.& ibi Salyc.in summario.C.de pactis pig.vide ibi glos.& doct. And.Tiraq.

¶ Cavsa præscriptionis cessante (id est, possessione quæ causa est præscriptionis) cessat & ipsa præscriptio, vt probatur ex l.denique,& l.nec vtilem.ff.ex quibus caus. maior.& l.j.§.C.de vsuca. transformã. & tradidit Bald.in l.generaliter. versicu.item exemplum, C.de episc.& cler.ibi tamen intelligit de præscriptione nondum completa: si enim esset completa, & consequenter ius iam quæsitum, non cessaret id ius cessante causa, vt dicemus in xj.& iterum xij. limitatione.

¶ Cavsa præsumptionis cessante, cessat præsumptio, vt testis est Bald.in l.si certis annis.versicu. concludo igitur.C.de pa.per l.si quia adulterij.C.de adulte.& l.diuus, ff.de rest.in inte. & l.omnes, §.Lucius, ff.quæ in fraud. credi. & l.non solùm, de viro.ff.de ritu nupt.& l.non omnes, §.à Barbaris, ff.de re milit.Et idem voluit Corne.consilio cccviij. licet dicta allegata, versicu.& non recedendo à præmissis, libro j.

Ex illis autem textibus, primus ille d.l.si qui adulterij,& est admodum notandus, quo cauetur, quòd si accusati adulterij, accusationem refellant, ex eo quod proximè coniuncti sint sanguine, ob quod non præsumitur eos se inuicem concubitu polluisse: si posteà nuptias contraxerint: ob idque cessauerit ea causa præsumptionis, cessat & ea præsumptio adeò vt tanquam confessi prius illud adulterium, puniri possint:& illum text.facit sing. Bartol.ibi & Rom.in repet.l.admonendi, versic.secunda ratio est,& ibi quoque Iason in repe. nume.265. versicu.& ex hoc potes colligere rationem, ff.de iureiur. & Felin. in capi. insinuatum. post medium de simo. Sed non est dissimilis text. generalis loquẽs de accusatione adulterij qui quocumque pœnæ modo se subduxerit, & posteà cum muliere propter quam accusatus fuerit matrimonium contraxit, in §.si quis verò accusat. in authen. nulli iudic.

Cui admodum adstipulatur lepidum illud epigramma à Martiali libro sextò, in Proculinam scriptum epigr.22.

Quod nubis Proculina concubino,
Et mœchum modò, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit:
Non nubis Proculina, sed fateris.

Et aliud quoque eiusdem libro primo in Paulam, epigram.42.

Mœchus erat, poteras tamẽ hoc tu Paula negare?
Ecce vir est, nunquid Paula negare potes?

¶ Cavsa priuilegij cessante, cessat priuilegium, l.athletæ, §.j.ibi quoad in præsidatu sunt, & l. geometræ.ibi donec curam gerunt, & l.idem Vlpianus ff.de excusa.tuto.& l. Titia Seio, §. vsuras, & ibi glossa, & Bartol.ff.de lega.ij.& l.filius à patre.§.j. ibi cùm militare desiisset:& ibi Imo.Alexa.Francis. Aret.& Iason, ff.de lib.& posth.& l.ex facto, in prin. ibi, quia iam posset sibi testamentum facere,& ibi Din.dum tractat, an legitimatio reuocetur per filiorum legitimorum natiuitatem.Fran.Are.in vij.not. qui dicit id fieri ipso iure,& Iaso.in vj.not.ff.de vul. & pup.& l.ij.§.omnes,& ibi Fran.Curt.Iunior.vers. iij.ex text.habes.ff.de iudici.& l.doli, §.diuersum, ff. de nouation.& l.in omnibus causis, la ij.de reg.iur. & l.generaliter, & ibi Bal.& omnes, C.episcop.& cleric.& §.j.& ibi gloss.& doct.Instit.de milit.testa. & cap.suggestum, de deci.& c.magnæ, in fin.& ibi gl.vlt.Host.in fi.& alij, de voto, & c.cùm longè.lxiij. dist.& ca.quisquis.lxxxiiij.distinctio.& ca. vl.xxiiij. quæst.ij.

Et voluerunt vltra iam citatos gloss.in l.si ventri, §.in bonis in verbo, credere.ff.de priui.credit.& cap.in sinodo, in gloss.vlt.lxiij.dist.& in ca.generaliter, in verbo non diuagantes, la ij.xvj.quæstion.j.Din.& Philip. Franc.in capit.decet, de reg.iur.lib.vj.Spec. tit.de instrum.editio.§.nunc.autem, qui est xj.versi. item quod fiat.Bald.in l.j.§.& ideo, versicu.itẽ cessante causa priuilegij, ff.de offic.eius cui mand.est iurisdict.Ang.in l.minoribus.C.de his quibus vt indig.Panor.in cap.cùm accessissent, versicu.aut quæritur de priuilegio, de constitu.& in capi.quia plerique.vers.ego latiùs, de immunit.ecclesi.& consilio lxj.videtur quod dictus Perusinus, versicu.moueor. in hanc sententiam, libr.ij.Ro.in repet.l.si verò, §.de viro, in xxvij.fallentia.versic.septimò, ff.sol.matr.& consilio clxxx.si admitimus totum, versic.hac igitur pro finali supposita.& cons.cccciiij.in casu propositæ consultationis, vers.quod vlt. vulgare.Fran. Aret.in l.diuortio, §.vl.ff.solut.matrimo.& consilio lxxxiij.quia multa fuerunt, vers.nec obstat.præmissis, in fi.eius versicul.& Maria.Socin.Iunior consilio clx.circa præsentem.& vlt.lib.ij.& alij quos posteà citabimus.

Nam gl.in c.abbate, in gl.vlt.de verb.signi.dicit, quòd priuilegium datum monasterio, cessat destructo ipso monasterio, vt pote quod erat causa priuilegij.argu.illius text.& capitul.& hæc diximus, xvj.quæstio. septima, vbi idem dicit gloss.in verbo, destructa, & §.vltim.in fin.xxv. quæstio.ij. Et illam primam glo. referunt, & sequũtur omnes.ibi, cum eo tamẽ temperamento ab Inno.Ioan.And.Card.Floren. & Panor.tradito, vt si monasteriũ reædificeretur, recuperet suum priuilegium, per ea.quia diligentia, de electio.Sed hoc rursum intelligit.Panor.nisi monasterium fuisset destructum auctoritate superioris, neque enim tunc etiam reædificatum recuperat priuilegium, per capitu.ij.& ibi no.de ope.no.nuntiatio. & c.quæris, de consec.dist.iiij. quod & antè ipsum dixerat gloss.in d.cap.& hoc diximus, xvj.quæstio. vij.Ant.autem in c.illo.capitulo, abbate, ita de hoc loquitur, vt nolit priuilegium reuiuiscere loco semel extincto.

Et huc quoque spectat quod scriptum reliquerunt Cy. Bart. Salyc. Raph. Fulgo.& Paul.Castr.in l.qui sub prætextu, per illum text.C.de sacrosanct.ecclesi.loquentes de scholaribus (ita enim vocant scholasticos) non studentibus, vt non debeant gaudere priuilegiis concessis ipsis scholaribus, vt quæ dantur causa studij: ideò ea causa cessante cessare debent & priuilegia:& idem tradidit ipse Bar.in l.vnic. etiam per illum tex.C.de collegi.& chartopra. libro vndecimo.Bald.in authenti.habita.versi. sequitur in tex. scholaribus.C.ne fil.pro patre, Anto.in procemio decretal.

decretal. versicu.quid de scholaribus, vbi tamen declarat.Ioan.Ligna.in proœm.clement.Panor.in c.j. ad fin.de iudi.& clanculum ante hos Ioan.Monach. in proœm.lib.vj.versic.ex quibus colligo,& ibi quoque eius auctoritate Ioan.And.& clarius Pet.Anch. versicul.quartò not.quod dicit, & Imol.in clem.ij. versicu. si verò constat qualitatem, de rescript. Et facit text.in cap.cùm ex eo,ibi,literarum studio insistentes,de electio.lib.vj.& quod scribit glo.vlt. in l.vnic. C.de stud.liberal.vrb.Rom.lib.xj.loquens de iis,qui malè intenti castra ædificant, & regulas domus numerãt,nam & ea gloss. solet à nostris in hũc casum allegari.

Et id credo verissimum, quamuis contrarium subobscurè tenere videatur glos. loquens de scholaribus parum studentibus, in d.proœmio lib.vj.in verbo commorantibus,& ibi Domi.qui ita dicit communiter teneri,& Philip. Franc.vterque super ea gloss. & Hosti etiam subobscurè in d. proœmio decretal. in verbo commorantibus,& ibi clariùs Car.Flo. & Imo. vterque in viij.oppositi.ibi, dicit autem hîc, nam vtriusque est eadem lectu.& iisdem verbis, vt Imol.Card.in d. proœmio Clem.salutationis summi pontificis,versi.quæro in eo quod dicit,ibi,item quia dicit,hîc,& Alberic.in l.generaliter.C.de episcop.& cler.& nouissimè Iason in l.j.versic.confirmo istam limitationem.ff.sol.matrim.

Verùm hæc posterior opini.mihi non placet, quando & id generale sit in omnibus actibus,siue artificiis, & operis,vel negotiis,aut muneribus,& officiis, vt priuilegia illis concessa tandiu solùm durent,quandiu quis illis se exercet,per text.in d.l.semper,§.negotiatores,in illis verbis, quãdiu in huiusmodi actu sunt,& rursum in §.vlt.eius l.& ibi Bartol.in ij.not. ff.de iure immunita.& in l.athletæ,in prin.ibi,quoad in præsidatu sunt.& ibi glos. in verbo gentiũ, ff. de excusatio.tut.& l.geometræ,& l.exactores, C.eo dem titu.& l.milites,& ibi gloss.& docto. & iterum l.ne quidam,quæ est penul.ibi,iis solis,qui in expeditionibus occupati sunt, C.de test.milit.& l.vlt.ibi si in hostili loco,ff.eod.tit.& d.§.j.& ibi glos.in verbo,introduxit.& iterum in §.illis autem,& ibi Ang. Aret.in j.not.Institu.eod.titu.& l.sub prætextu,ibi, cùm id munus non impleant,& iterum ibi, muneris quod minimè exequitur, rursúmque ibi nudæ appellationis velamine,& ibi Bartol. & omnes, C.de sacrosanct.eccles.& l.si quis, iuncta gloss.in verbo, spoliandus.C.de domest. & protector.lib.ij.Et voluerunt prætereà ipse Bartol.Bald.Paulus Castro & alij recentiores in l.scriniarios, C.de testa.mil.Bal. in l.in testamento.eod.titu.& in l.j.C.de iur.& fac. ign.& in l.militem,C.de proc.Salyc.in l.non. prohibentur. C.qui.accus. non poss. Panor.qui id dicit not.in d.c.j. de iudic. Rom. latè in reb.l.si verò.§. de viro, in xxxiiij. fallen.soluto matr.Bartol.consilio lvij.præclarè scribitur. versic.& si quispiam opponat libro primo.Fel.in c.clerici, de iudic. Ioan. Fran.Ozer.in §.suprà dicta.numer.5.Instit.de milit. testam.

Et hanc quoque opin.confirmat quod post Gul. Cu. scripsit Bald.in l.seruis, argum.illius tex.C.de episcop.& cler. quòd priuilegium concessum studentibus vel habitantibus in certo loco, puta in Clusio Perusino non durat,nisi perseuerante studio,vel habitatione, nam causa, inquit, commensurata tempori, commensurat sibi effectum secũdum tempus. Ex eo not. ipse Bald.quòd consensus per aliquem præstitus contemplatione certæ causæ finalis, tandiu intelligitur durare, quandiu durat causa in esse, vt ipse loquitur.

Ad hæc mutatione personæ quæ est immediata causa priuilegij,mutatur,& proinde extinguitur priuilegium,l.Paulus.& ibi Bar.ff.de acq.hęr.& l.licitatio. §.vlt.ff.de publ.& vect.& l.j.C.de imp.lucra.descriptio.lib.x.Et ita per illos tex.voluit Bal.in ru.C.de vsur.in iiij.qu.vbi ex hoc dicit, quòd si res ecclesiæ perueniat ad priuatum,cessat priuilegium: quod & dixerat Bar.in d.l.Paulus.& sequitur Ioan.Ana.in c. salubriter,vers.quęritur etiã iuxta prædicta ibi, pro quo etiam facit,eodem titu.de vsur. Et hoc quoque alibi voluit idem Bald.in repet.l.secunda,in septima quæstione.C.de seruit.& aqua, vbi & ad hoc allegat text.in l.sed & si restituatur,ff.de iudic.& ex hoc dicit,quòd licèt Papa mihi concesserit castrum de plenitudine potestatis, poterit nihilominùs contra me præscribi,quia mea possessio non est Papalis:& mutata persona, mutatur priuilegium. quod dictum pro sing. sequitur, & commendat Barb.in tract.de præstan.Card.in ij.parte j.partis, vbi dicit se super hoc consuluisse contra dominos de Corrigio. Et id quoque voluit Socinus consilio xciij.circa primum versicul.ad quintam rationem,vbi & ad hoc allegat l. si fundum per fideicommissum, §.vltim.cum ibi not.ff. de leg.j.& l.cùm patronus.ff.de leg. secundo. latè Phi.Dec. qui alios allegat,& id declarat,in l.in omnibus causis.ff.de regul.iur.& consilio quadragesimooctauo, cuius superscriptio incipit priuilegiũ immunitatis.

Et ad hoc quoque faciunt,quæ tractata sunt ab Archidiaco.& Io.And.in c.j.de immunit.eccles.libr.vi.& eod.Io.An.in c.priuilegium, de reg iur.eo.lib.vj.& in additio.Spec.tit.d. sensi.§.nunc.dicendum.in addi.magna,incip.per hanc l.ibi tractauit Vber.& ipse Spec.tit.de cleric.coniug.§.j. versic.ad huius autem articuli euidentiam.& post eos Ale. cons.xxxv.viso processu inter communitatem. vers.quantùm verò ad illud,lib.iiij.

Sed & ad hoc quod hîc principaliter tractamus, videlicet,cessante causa priuilegij, cessare priuilegium, pertinent quæ suprà diximus de fauore cessante, & quæ de pace cessante,quæ itẽ de paupertate cessante,& quæ prætereà dicemus de cessante causa religionis,& quę denique de cessante caus.reuocãdi domum,quæ hîc aliter scribenda non duximus.

Illud autem non prætermitendum in hac tractatione duximus,quod tũc cùm cessat priuilegium cessante causa priuilegij, requiritur sententia rescissoria, vt sentire videtur Bal.in d.ca.decet,in addit.Io.An.& ibi expressè Philip.Franc.qui & ad id dicit facere gl. ibi,in illis verb.propria auctoritate, & quod not.in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& in c.cum secũdum,de hæret.lib.vj.Id quod ex eo pendet quod latè tractauimus in rep.l.si vnquam,in verbo reuertatur.n.398.incip.quinquagesimũ cum pœna, & multis sequentibus. And.Tir.

¶ Cessante prodigalitate,cessat & id quod ob eam decretum est, verbi gratia,prodigo datus est curator,si is desinat esse prodigus & resipiscat,cessat ipsa curatio:de quo nos latè diximus suprà in interdictionis causa cessante,vt videre ibi poteris, nam id tantùm hîc apponere volui, quo te eius loci admonerem. And.Tiraq.

¶ Cavsa Prohibitionis cessante, cessat prohibitio. l.j.& ibi Bal.ver.nota quòd cessat.C.si.rector prou.

& capit. & si Christus, & ibi Bal. versi. dicit gl. quòd cessante, & Ant. in j. not. de iure. & ca. non debet, ver sic. cùm ergo prohibitiones, de consanguinit. & affinit, & cap. statuimus. §. his omnibus, & ca. neophytus, quod confestim sequitur, & ibi gl. in verbo, causa. Archid. Domi. & Card. Alex. lxj. distinct. cap. ex li teris, vij. quæst. ij. And. Isern. in rubr. quæ sunt regal. vers. hæc pedagia. & ibi post eum Matt. Affl. vbi dicunt, quòd cessante causa prohibitionis, finitur auctoritas statuti, per l. quod ait §. ait. lex, ff. de repud. & l. vbi lex, §. interdū ff. de vsu. & l. ij. C. qui ad liber. per. nō pos. & alia iura, & per nostrā regulā. ꝙ cessan te caussa, cessat effectus: & quia etiā, vt subdit And. cū causa reducitur ad nō causam, perinde est ac si à prin cipio causa non fuisset, l. j. in fin. ff. de cond. sine cau.

Et illud idem de cessante causa prohibitionis voluit Archid. in cap. non potest. in versicu. priùs, de præb. & dig. per text. in l. si donatæ. §. j. & l. si prædia. ff. de donat. inter vir. & vxo. Bald. consil. li iij. statuto caue tur. in fin. lib. ij. vbi dicit id vsque adeò procedere, vt propter cessationem causæ prohibitionis videatur induci dispensatio, per tex. quem dicit no. in d. §. his omnibus, & ca. seq. Et bene etiam facit quod scribit gl. in c. quia sancta, §. verùm. in verbo destruxit, lxiij. distinct. And. Tiraq.

¶ Cavsa Promissionis cessante, cessare debet promissio, cap. ij. & ibi Anto. in j. not. per eum tex. de cu sto. eucharist. & Roma. consi. ccccxvij. in proposito casu, vers. quartò considerandū. per l. j. §. vlti. cum l. seq. ff. de excusat. tutór. & l. qui tutelam in prin. ff. de testa. tute. & l. etiā si partis. ff. de leg. j. & l. legatarius. C. de legat. & l. form. §. illā. ff. de cēsi. & l. ij. C. de allu uio. & ex hoc dicit quòd deficiente castro propter quod sensus erat promissus, deficiat & promissio.

Ad quod proximè accedit quod diximus suprà in pri uilegij causa deficiente, versicu. incip. nam glos. in c. Et quòd etiam solemus dicere promissiones, obliga tiones, iuramenta & reliquos actus nostros intelligi debere rebus sic stātibus, atque in eodem statu manentibus, vt latè diximus & probauimus tam nostro rum auctoritate, quàm philosophorum, aliàs suorū promissorum vel ad superstitionem tenacissi morum in repet. l. si vnquam. in præfa. num. 166. incip. prætereà iuramentum, & tribus sequen. C. de reuo donatio. And. Tiraq.

¶ Cavsa resessionis siue recessus finalis cessante, cessat & effectus ipsius, ita vt recessisse minimè noceat, vt voluit Bald. in l. Æmilius. versicu. ista est falsa ex positio. ff. de min. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. & l. si instituta. & l. si sub hac. ff. de inoffic. testament. And. Tiraq.

¶ Cavsa recusationis cessante, cessat recusatio, vt ex eo patet quod scribit Specu. titu. de iudic. de leg. §. super est videre, versi. quid si sit socius, quòd licet socius, durante societate, non possit dari iudex socio, & si detur, possit recusari: tamen ea societate finita, potest esse iudex, nec vt suspectus recusari, cessante scilicet recusationis causa. Et sequitur Alber. in l. cui eorum. §. affinitates, in fin. ff. de postulan. & in l. affinitatis. C. com. de successio. & Hippol. Mars. in l. etiam si redhibitus. versi. vlteriùs hæc lex. potest induci. ff. de quæstio.

Atque etiam ex eo quod ab Alexand. traditum est in l. ex facto, in prin. versic. item potest induci. ff. de vul. & pupil. quòd si iudex delegatus nomine dignitatis, recusatus moriatur, cessat causa recusationis, ita vt non sit necesse ampliùs eligere arbitros, qui de re cusatione cognoscant, iuxta c. cùm speciali. de appellat. sed successor cognosset de causa. Nisi tamen ille prior fuisset recusatus nomine dignitatis, nam tūc causa recusationis etiam in successore duraret. Ioan. And. & Do. in c. si iudex ab apostolica. de offic. dele. lib. vj. Et facit ad hoc caput quod dicam infrà de suspicionis causa cessante. An. Tira.

¶ Cavsa redhibitionis cessante, cessat redhibitio, verbi gratia, quispiam emit rem vitiosam, ob idque egit redhibitoria, sed, pendēte iudicio, vitium illud omnino cessauit, certè cessare debet ea actio redhibitoria, vt probatur ex l. vltim. §. quoties. secundum primum intellectum glos. in verbo, finiatur. & ibi Cæpo. numero 2. ff. de ædilit. edic. & idem Cæpo. in l. actioni. numero 5. & seq. eodem titul. vbi inter cætera hac ratione innititur, quòd, cessante causa, cesset efectus.

Verùm idem posteà nu. 11. credit, quòd venditor debet in expensis eius condemnari, donec cessauerit vitiū. At si emptor posteà persteterit sciens vitium cessasse, debet in aliis expensis condemnari, quod probat ex coniunctione duarum legum, scilicet l. properan dum. §. sin autem ex gestis. C. de iudi. & l. si quis infitiatus. & ibi B. ff. deposi. Quod & ipsum in simili ca su voluit Bar. iisdē legibus. in l. si rem. §. vlt. ff. de pigno. acti. Sed tu interim vide quæ dixi suprà in actio nis causa cessante. And. Tira.

¶ Cavsa religionis cessante, cessat quod ob eam concessum est, per text. in l. qui sub prætextu. & ibi omnes doc. C. de sacrosanct. eccle. & c. abbate. in fin. de ver. sig. & §. vlt. & ibi. gl. in verbo, cessauerit. xxv. quæst. ij. & voluit etiā gl. in c. generaliter, in verbo. non denegantes. in fi. xvj. q. j. Et vide quod diximus suprà in priuilegij causa cessante vers. incipien. nam glo. in c. And. Tir.

¶ Cavsa renuntiationis cessante, cessat renuntiatio, vt nuncupatim voluit Bal. cons. ccccxxxvij. quędam puella. ver. in contrarium videtur veritas libro j. arg. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vacat. mun. & De. consilio lxxxvj. viso puncto, & diligenter. versicul. quantum verò ad portionem hæreditatis. & Pau. Parisi. consilio xlix. Gallasino numero 41. & duobus sequen. libr. iij. Et huc quoque spectat, quod nos ali bi diximus de filia renūtiante hæreditati patris propter masculos, vt si illi moriantur. & ita cesset causa renuntiationis, non impedietur succedere patri, per æquè ac si non renunciasset. de quo & tu vide quæ scripsimus suprà in exclusionis causa cessante. Andre. Tiraquel.

¶ Cavsa repetitionis cessante, cessat repetitio, vt li quidò constat ex l. si ob turpem. vbi id verbis con ceptis expendit ex eo textu. Bald. in priore lectu. paulò ante finem. ff. de conditio. ob turpem caus. And. Tiraq.

¶ Cavsa rescripti cessante, cessat & rescriptum, Parisi. consilio clxix. & si considerata dispositione vers. postremò non obstabit. lib. iiij. innixus hac nostra generali regula, cessante causa cessare effectum, ibi autem loquitur de rescripto quopiam Iulij secūdi, quo iubebat inquiri in quosdam delinquentes non obstante cursu quinquennij ob causam illic declaratam, quæ non suberat in casu de quo loquitur. Et ante eum voluit idem Alexand. post alios in l. ex facto. in prin. ver. extra glo. oppo. ff. de vulg. & pupi. substi. And. Tira.

¶ Cavsa restitutionis cessante, cessare debet restitutio, Dy. Bal. And. & Ro. in l. si constāte. ff. sol. mat. loquen-

loquentibus de restitutione dotis ob inopiã mariti. de quo tamen videas, quæ de hoc scribam, infrà in xiiij. limitat. And. Tiraq.

¶ Cavsa reuocandi domum cessat, cessante legatione. l. si cui. §. j. ff. ex quib. cau. maior. & l. secũda. §. planè si perfect. ff. de iud. & voluit Imo. in c. licet. quod est vltimũ, in verbo, per alia, de for. compe. & Soc. in tract. Fall. in regula clxij. incip. domum reuocandi priuilegium, in iiij. fall. Facit quod in simili scribitur in l. miles, & l. qui mittuntur. §. vlt. ex quibus cau. ma. And. Tiraq.

¶ Cavsa reuocationis cessente, cessat reuocatio. Bald. loquens de reuocatione donationis inofficiosæ, vt ea scilicet, cesset, si pater post donationes tantum quæsiuit, quantum sufficit ad legitimam, in l. j. versicu. tertiò sic, post glos. ibi in viij. q. C. de inoffi. donat. arg. l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quis in fraud. patro. Et idem quoque voluit Angel. in authen. de immens. donat. & Alb. loquens de reuocatione, quę fit ex l. si vnquam. vbi ad hoc allegat l. post diuortiũ. ff. de iure dot. vbi dos diuortio reuocata redintegratur redintegrato matrimonio. Et facit l. iij. §. vlti. iuncta l. sequent. ff. de adimen. lega. vbi legatum reuocatum ob inimicitias redintegratur solutis inimicitiis, de quo & nos diximus suprà in caus. legati cessante. And. Tiraq.

¶ Cavsa saluiconductus cessante, cessat saluusconductus, Imo. consi. xxxiij. in casu præmisso videretur prima facie, statim post prin. motus hac nostra regula cessante causa, &c. quod postea declarat procedere in causa finali, sed non inpulsiua, de quo nos dicemus in j. limit. Et huc pertinet quod statim dicemus in sequen. ver. And. Tiraq.

¶ Cavsa securitatis concessæ cessante, cessat ipsa securitatis concessio, Cornel. consil. cxxij. cuius exordium est, viso dicto puncto & præsupposito, haud multò ante fi. lib. iiij. hac tantùm nostra regula fretus, quòd cessante causa, cessat effectus. Quod & spectat ad casum præcedentem. And. Tiraq.

¶ Cavsa sententiæ cesseante, cessat & ipsius sententiæ effectus. l. si à te. ff. de except. vbi & in not. Soc. in j. not. nam (vt ipse dicit) videmus ex eo text. quòd cessante causa absolutionis cessat absolutio, vt etiam probatur ex l. ij. & l. si mater. §. eandem. eod. titu. de quo & nos diximus suprà in absolutionis causa cessante. And. Tiraq.

¶ Cessante societate cessat & ommis effectus societatis, vt ex eo patet quod suprà diximus in recusationis causa cessante, in princ. quòd recusatio quæ poterat proponi cõtra socium aduersarij, cessat desinente ea societate. And. Tiraq.

¶ Cavsa specialitatis cessante, cessat specialitas & ad ius commune redeundum est, ita Ioan. Mona. in c. j. in verbo, è vestigio, & ibi Arch. in verbo, reuersura. Ioan. And. in eo. verbo, & Pet. Anch. in vj. not. de statu monac. lib. vj. per l. ex facto. ff. de vul. & pup. & l. generaliter. C. de epis. & cle. Et dicit præterea Pet. Anc. ad hoc facere gl. in c. cupientes. §. insuper. versi. & nihilominus. de electio. And. Tiraq.

¶ Cavsa statuti cessante vel ratione cessat statutum, Paris. consi. xcviij. circa præsentem cõsultationem. versic. & etiam quia inter. nu. 40. lib. j. in qua re non opus est hîc diutius immorari, cùm eam tractauerimus suprà in legis ratione cessante: & aliquid etiam diximus in constitutionis atque consuetudinis causa cessante. And. Tiraq.

¶ Cavsa substitutionis cessante, cessat & ipsa substitutio, vt probat text. in l. si ita quis. ff. de vulgar. & pup. substit. & l. vltim. C. de instit. & subst. & l. penultim. C. de impub. & aliis substit. Signo. consi. ccliiij. ex visione scripturarum. Et bene facit quod suprà diximus in institutionis causa cessante. A. Tiraq.

¶ Cavsa suspensionis cessante, & ea quoque, & effectus illius cessare debet, ex sententia gloss. in cap. quia diligentia, in fi. de electio. quæ ex eo tex. not. quòd suspensi, suspensione cessante, omnia pristina iura recuperant, per eum tex. & in c. beatus. iij. q. iiij. & c. j. iiij. quæstio. j. & c. illi qui. vj. quęstio. j. & c. nos sanctorum. xv. quæst. vj. & c. præceptum, in fin. xxxij. quęstio. v. Et scribit famam quoque restitui, si infamia tantùm, canonica fuerit irrogata. arg. c. illi qui. vi. q. i. Et facit quod diximus suprà, ver. incip. sed & per illum. & rursum versicu. incip. excommunicatione cessante. A. Tiraq.

¶ Cavsa suspicionis cessante, cessat suspicio, text. est in vulgari illo c. cum cessante. & ibi Bal. in 1. not. de appella. Ex quo illud fit, vt cũ caueatur in l. 1. C. de salgam. hospit. non præben. lib. xii. ne milites salgami nomine culcitras, lignum, oleum à suis hospitibus extorqueant, sed nec à volentibus quidem accipiant: semper enim, vt ibi dicit gloss. quæ & alia similia iura allegat, præsumitur quædam concussio, siue occusio concutiendi sub velamine donationis. Quid igitur, si miles hospitatur in domo proximi cuiusdam consanguinei, aut amici non vulgaris, an ei prohibeatur aliquid accipere ab huiusmodi hospite sponte ei offerente, quod videri posset, cùm lex generaliter loquatur. Tamen Ioan. Platea ibi cõtrarium definiuit, quia cessat ratio illius suspicionis, & præsumptæ concussionis, ideo debet cessare eius effectus, & dispositio illius l. adigere. §. quamuis. ff. iure pat. Et de hoc dicit esse text. in l. prima, in fin. ff. ad leg. Iul. repe. vbi scribitur, eam legem repetundarum non pertinere ad ea quæ à sobrinis & cognatis dantur: nam, vt dicit glos. ibi ratio sanguinis tollit eam suspicionem. & illum text. Maria. Soc. Iunior, consi. xxxviij. in casu præmisso. nu. 9. lib. ij. Et facit etiam quod diximus suprà in causa recusationis cessante. And. Tir.

¶ Cavsa testimonij refutandi (ita enim Cicero pro Fonteio vocat, quòd nos vulgò dicimus reproche) huius igitur refutationis testium cessante, cessat & hæc refutatio, vt satis patet ex is quæ diximus suprà in affinitatis causa cessante, verb. incip. ex quo ipse Bal. & iterum in famulitio cessante, & quæ in simili diximus de recusatione iudicum, suprà, in recusationis causa cessante, hæc enim à pari procedunt, nisi quod facilius recusamus iudices, quàm testes, vt not. in c. insinuante. de offic. & potest. iud. de le. cum simil. quòd licèt iudex non possi esse testis in causa in qua iudex est, no. in c. statutum. ij. q. vj. & in c. cùm à nobis, de testib. deposito tamẽ officio iudicis testificari poterit, c. cùm dilectus. de ele. & c. ij. de arb. & c. dilecto. de test. & c. cùm dilec. & ibi Host. in verb. responsionem. Io. And. in gl. simile. Car. Flo. in ij. oppositio. Pet. Anch. in vij. not. Panor. verb. nota quòd inquisitores, de accusat. & omnes, in d. c. cùm à nobis. de testibus. An. Tiraq.

¶ Cavsa voluntatis testatoris cessante, cessat & voluntas & eius dispositio, vt voluit Carol. Rui. consilio clx. circa primum quæsitum. versic. quantùm autem ad legatum. libr. iiij. & ante eum Bal. in l. 1. in addi. ff. de offi. eius, cui manda. est iurisd. per l. quod ait lex. ff. de diuort. Quod & optimè ex eo probatur

quod diximus suprà in institutionis causa cessante item in legati causa cessante. Atque item ex tex. in l. j. §. vlt. ff. de adimen. leg. vbi legata, & fideicommissa censentur adempta ob graues inimicitias, quæ inter testatorem, & legatarium intercesserunt, ob scilicet præsumptam ipsius testatoris mutatam voluntatẽ, vt ibi dicit glos. & doc. & est similis tex. in l. inimicitiæ. ff. de is, quib. vt indig. vbi etiam scribitur idem esse, si legatarius, vel fideicommissarius testatori palam maledixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit. Nam & sic (vt ibi dicit glos.) verisimile est testatorem nolle ei legatum vel fideicõmissum præstari. Cessante igitur causa voluntatis testator. qui verisimiliter non sine causa, sed ob meritum & beneuolentiam legauit. l. nec adiecit. ff. pro socio consequens est vt legatum quoque ex cessante illa causa cesset, de quo & nos alibi suprà diximus. A. Tiraq.

¶ Cavsa voti cessante cessat votum, Pan. in c. magnæ. in vlt. not. extrà de voto, dum postquàm ex eo. text. notauit cessante causa voti, non cessare votum, subiunxit id ideo ibi esse, quoniam illa esset causa impulsiua, qua cessante, non cessat effectus, vt latè statim diximus in j. limitatio. suprà in regu. cau. ces. citatque etiam tex. quem dicit menti tenendum in c. ex parte tua. ibi, quamuis falsa sit causa, de conuer. coniuga. vbi etiam glos. Car. Floren. in xx. opposi. Anto. & ipse Pan. intelligunt de causa impulsiua. Et ex illis intelligis quomodo & quando procedat. Vide tamen quæ in xxxix. limitat. And. Tiraq.

LIMITATIONES, QVAS VOCANT.

Prædicta regula, Cessante causa cessat effectus, quia non est semper perpetua, recipit limitationes.

Limitatio prima.

¶ Limita primò regulam procedere in causa finali, siue ratiocinatiua, quam Græci Logikìn aitían appellant, non etiam in impulsiua, quam & ipsi Græci vocant oreitikìn aitían. per tex. l. ij. §. vlt. & ibi no. glos. Barto. & alij. ff. de donatio. & l. j. §. sexum. & ibi etiam gloss. Bartol. & ceteri. ff. de postulan. & l. sed & si mors. §. vlti. ff. de donatio. inter virum, & vxorem, & l. generali. §. diuus. ff. de vsu, & vsufructu legat. & l. cùm tale. ff. de condit. & demonstrat. & §. j. in authen. de non eligen. secund. nubent. & c. ex parte. le ij. & ibi glos. in verbo, causa, & Panormitan. de conuer. coniugat. & c. magnæ, & ibi Panor. versicul. vltimò. not. de voto. & cap. neophytus. & ibi in glos. in verbo, causa, ad fin. & Car. Flor. lxj. distinctio. & c. si propter. & ibi idem Cardina. vij. quęst. j. & c. duę sunt, & ibi glos. & Archid. xix. quæsti. ij. & c. tantùm xxxij.

Et voluerunt præterea gloss. in l. j. in verbo, occupati, & ibi Bald. in vtraque lectura. ff. de feri. & gloss. in l. si pecuniam, in princ. in gl. magna. ff. de cond. caus. dat. & in l. si repetendi. C. eodem titul. & in l. si mulier. & ibi Cyn. Bald. & alij. C. de iure dot. & in l. generaliter. in gloss. vlti. & ibi omnes. C. de episcop. & cler. & in l. prima, in verbo, absententium. ff. de nego. gest. in l. prima, in glos. magna. in v. oppositio. C. de pac. & in §. illis autem. in verbo, adiuuantur, Institu. de milit. testa. & in c. si Christus in verbo, cessat effectus, & ibi omnes de iureiuran. & in post translationem, in verbo, cessante, & ibi Hostien. in verbo, impedimento. Ioannes Andr. super ea glossa, Collec. Bald. Card. Flo. Anton. Panor. & quotquot super eo c. scripserunt. de renuntia. & glos. in cap. ex parte tua. in verbo falsa sit causa. & ibi Hostien. Car. For. Petr. Ancha. & Panor. de conuers. coniug. & in capit. cupientes. in princip. in verbo, periculosis. & ibi Ioan. Monac. numero quarto. Archi. in d. verbo, periculosis. Ioan. And. & domi. de electio. libr. vj. & glos. in capitu. decet concessum, in glos. j. & ibi Din. versic. & in proposito. & Philip. Fran. item j. de reg. iur. libr. vj. & gl. in c. quod pro necessitate. j. q. j. & in cano. duæ sunt. in verbo, propter criminosos. xix. quæstio. ij.

Et vltra eas glos. & qui eas secuti sunt Ioan. Monach. in capitu. vltim. in verbo, cessante, & ibi quoque Ioan. And. in eodem verbo, de hęret. libr. vj. Specu. tit. de disputatione & allegatione aduoca. §. post hoc autem. versicu. vel illum statutum fuit ex causa, & titu. de instru. editio. §. nunc autem videndum, versicul. item fuit ob causam. Collecta. in d. cap. cùm cessante in princip. & ibi Pan. etiam in princi. de appellat. Guliel. de monte Laud. in clemen. prima, in verbo, quia fortè de appellatio. Federi. Senen. consilio iiij. incip. testator in vltima voluntate. Barto. in l. in omni. ff. de adoptio. & in l. demonstratio. §. quod autem. in viij. quæstion. ff. de condi. & demonstrat. & idem Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, absentia, in princip. Bald. in l. prima, versicul. item an cessatio. ff. solut. matri. & in l. vltim. in j. oppositio ff. de hæred. instit. & in repetit. l. ij. versicu. de tertio igitur ibi, si consideretur tertio modo. ff. de iureiur. Nam causa (ait) impulsiua non est substantialis, ideo non dependet ab ea effectus, nec aliquid operatur, nisi ad bene esse, & in cap. quemadmodum. versicu. nota tacitas conditiones. extrà eodem titul. Alb. in l. si vnquam. versicul. in contrarium. C. de reuocand. donatio. Angel. in l. sciendum. la. ij. ff. de ædilit. edic. & consilio cxxiiij. visis prædictis. versicul. & pro hac parte Imo. in l. si verò. §. de viro. versicu. circa secundum articulum. ff. solut. matrimon. & in l. vlti. vers. & nota diligenter. ff. de hęred. instituen. & in clemẽ. ij. versicul. nam stante declaratione, de rescript. & in clem. j. super glos. in verbo, fortè. de appellation. & consilio trigesimotertio, in casu præmisso. versicul. nec habet obstare. Panor. in superscriptione procœmij decretal. versicul. deinde primò quæritur. & in capit. ex parte tua. de conuer. coniugat. & in capitu. cùm infirmitas. de pœnitent. & remi. Paul. Castren. consilio cccxiiij. super eo quod quæritur, facit dubium. versicul. nec obstat. libro primo Alexand. & Iaco. à S. Geo. vterque. C. de edic. diui Adria. tollen. Felin. in c. cùm nuntius. de testi. Iaso. cons. lxiii. circa primum vers. tertiò principaliter. in fin. lib. iii. Mat. Affli. in constitutione Sicil. incipien. in locis demanii. ver. sed super. d. l. & Dec. in c. quoniã abbas. ver. sed respõderi potest, de offi. de le. Fra. Rip. in l. ex facto. sub num. 14. vul. & pupilla. & nostri Doct. sæpe.

Nec nostri tantùm in hac fuère sententia, sed & theologi, Adrianus Florentinus theologus in iis quæstionibus, quas scripsit in iiii. libro sententiarum, in materia restitutionis, in ea quæst. cuius initium est, cõsequenter quęro, vtrum indistinctè, in solutione eius quæstionis, ex quo intelligis, & hoc procedere in foro conscientiæ.

Huius autem limitationis causam afferunt nostri, quoniam causa ea propriè dicitur, quæ finalis est: im pulsiua autem causa, ab abusiua, & impropria est. Cy. in l. generaliter, in 1. oppo. C. de epi. & cler. & ibi quoq; Bal. in

Bald.in l.ij.opposi. vbi & præterea dicit autoritate Aristote. quòd causa finalis est causa aliarum causarum, cuius locum non designat, sed est ex lib. ij. Physicorum.& idem Bal.in rub.C.de instit.& subst. ver.causa verò est per l.Titio cētū.in prin. ff.de cō. & dem.& l.demonstratio.eodem tit.& l. 2.§.vltim. ff.de don. & rursus ipse Bal. in d.c. post translationem vers.quæro,verùm cessante ibi dicit Ioā. And. in nouella de renun. & Socin. in d.l. demonstratio. §.quod autem in ij.not. vbi tamen dicit autoritate illius tex.appellatione causæ,vtranque venire & finalem & impulsiuam.

Alibi idem Bald.in l.eam quam.ver.venio.ad no.C.de fideicōmis.dicit,quòd causa finalis est fons causarū, quod ex eo reassumit Barb.consilio xxx. sacro scriptum est. ver. præterea facit ad prædicta lib.iij.& idem Bald. & post eum Matt. Afflic.in c.j.ad fi. tit. an mu. vel aliàs imperfec. dicit quòd causa finalis substantia appellatur, per glo.in l.iuris gentium.§. quòd ferè.ff.de pact.& alibi forma vt dicit not.in §. itē si quis postulāte.inst.de actio. Sed & idē Bald.in l.auia. C.de iure dot.dicit quod caussa finalis est primum principium intentionis, licet sit vltimum executionis.& consil.cccxl.& præmitto quod istud ius lib 3 dicit quod suprà diximus, causam impulsiuā non propriè causam esse, sed quoddā motiuum ad disponendum vel contrahendum.

Ex aliis autem philosophis, Timæus Locrensis Pythagoricus causam finalem apud sapientes optimam arbitratur habendam. Proclus quoque in commentariis in Alcibiadem Platonis, hanc primam præcipuámque causarum,atque potentissimam esse dicit, huius enim gratia & efficientes faciunt & quæ fiūt efficiuntur. Ideóque ignorantiam causæ finalis circa rem quamlibet efficere, vt cæteræ causæ ad eandem pertinentes similiter ignorentur.

Quæ cùm ita sint, ideò Mathesilla in tractatu Extēsionum, dicit quod ex ratione finali tantum potest argumentum elici vel extensio, non etiam ex impulsiua.per tex. authent. hæc const. Inno. circa medium & per not.Io. Andr. in nouella, & alios post gloss. in c.j.in verbo, Italiæ de tempo.ordinan.lib.6.Et id ex eo reassumit & sequitur Ias. in Auth. quas actiones.ver.puto.tamen disputationis gratia & iterum, ver.tertiò limita.C.de sac.san.eccles.

Et id nuncupatim de argumento à contrario sensu, vt scilicet sumi non possit ex causa impulsiua,sed finali tantùm, voluerunt Petr. Cyn.Iacob. Butr. Bald.& Sal.in l.conuenticula.C.de epis. & cle. & Anton.in c.publicatio.de elect.& in c. cum apostolica.versic. item nec à verbis modalibus, de his quæ fiunt à Prælat.sine consen.capit. Domi.in ca.Imperatoris.ver. quicunque.ix.dist.Paul.Cast.in l.qui testamento. §. mulier.ff.de testa.Alexand.& Ias.in l.j.ille. ver.tertio fallit.& iterum.ver.quintò fallit,hic in 6.fallen. ff.de offic.eius cui mand.est iurisdic.Fel.in cap.significasti.ver.itē fallit.in verb causæ impulsiuæ. de for. cōpe.Nico.Euerar.loco à contrario sensu. & rursus ver.dicta regula.

Et hic quoque proximè accedit. quòd id quod suprà diximus in cessante ratione legis.ver.inci.ex quo & illud consequens correcta ratione legis,legem quoque ipsam correctam censeri procedit in ratione sine causa finali,non etiam in impulsiua.vt videre poteris ex Euerardo in illo eodem opere, in loco à ratione legis ampla,siue generali, ad extensionem ipsius legis.ver.primo casu.

Hęc tamen prima limitatio intelligenda est,& declaranda non procedere in rescriptis ad beneficia, in quibus subreptio viciat,non solùm quādo fuit causa inductiua & finalis rescripti,sed etiam si fuit tantùm causa impulsiua, vt quia Papa aliàs & sine causa concessisset, sed non tam faciliter siue leuiter, text. in cap.postulasti,in illis verbis de leui nō scribimus de rescri. vbi & hoc not.Imo. in 4. no. & Panor.in vlt.not.& Fely.ver. per istum tex. & Philip. Dec.in c.cum cessante. de appellat.vbi & in hanc sententiā allegat.Old consil.cclvj. Clemens episcopus in primo dubio. Euerardus vbi suprà,versicul.hoc tamen limito.vbi & eum textum dicit singu. Qui quidem omnes propemodum id esse dicunt in odium materiæ beneficialis ad refrænandam scilicet ambitionem.arg.c.quamuis.de præben.lib.vj.

Sunt tamen qui eum tex. generaliter intelligunt, non solùm in beneficialibus, sed & in cæteris omnibus gratiosis & priuilegiis. Et ita eum text. intelligit Pan.in c.constitutus. ver.item nota, quòd non omnia de religio.domibus. Barb.loquens in materia legitimationis.consil.xlix. clementissimum Deum & patrem. versi.rursus oportunè.libro 4.vbi & ad hoc illum textum dicit singularem & meliorem de iure.& rursum consilio lv.clementissimum & omnipotentem.libro 4.vbi & illum dicit sing. & expressiorem,quàm qui sit alibi. & Corne. qui item loquitur in legitimatione cons.ccxlv.li et aliàs consuluerim lib.j.vbi etiā dicit singu.& cons.ccxxvij. videtur prima facie.ver.non enim attenditur.lib.2.vbi etiā dicit illum tex.procedere in gratiosis rescriptis ad lites,& ita allegari per Docto.in c.super literis.de rescri.& idem quoque Cor.consil.xcviij.quanquā videatur. versi. solùm autem videndum.lib.3. vbi idē dicit singu.& Alexand.loquens in remissione banni cons.cxiiij. ponderatis is, quæ narrantur.versic plus probat text.li.j.vbi & illum tex.dicit reputari sing. & Franc.Ripa in l.ex facto.num.15.de vulgar. & pupil. substitutione.

Nec id quidem abs re,quando aliàs in materia subreptionis æquiparantur literæ beneficiales & priuilegia,& aliæ literæ gratiosæ.Imo,(vt à multis citatur) in capitulo cum dilecta.de rescrip. Pan.qui id dicit notandum.in capitu.ad audientiam. le 2. versiculo, mihi tamen non placet.& ibi latè Felin.qui multos alios concordan.adducit.vers.amplia secundò hanc regulam.eodem tit.de rescrip.& idem Felin. in c.super literis.versi.sed caue quia intentio. eodem quoque titu.

Et si id verum est (vt certè verū est) nescio quid nobis emolumenti afferret id quod scripsit Bald. in additio.Ioan.And.in c. decet.de reg.iur.lib.6.& ibi etiā Philip.Fran.qui id dicit not. vers. & dicit hic quòd in gratiis & priuilegiis in dubio omnis causa præsumitur impulsiua,vt dicunt nostri in l.j.§.vltim.ff.de dona.Nam si in hisce gratiis & priuilegiis cessante causa impulsiua cessat effectus æquè,ac cessāte causa finali,nihil est quod inquirēdum sit an causa sit,siue præsumatur finalis an impulsiua.

Sunt & denique qui eum tex.in d.c.postulasti. trahunt simpliciter ad rescripta, & inter ceteros Car. Flor. in d.ipso cap.in viij.not. ad hoc dicit eum tex.sing. & mirabilē. & ibi quoque Barb.versi. nota ibi deleui.& ipse Pan.in cap. ceterùm.versi.ex quo infertur de rescri. Alexan.in additio.Bar.in l. demonstratio. §.quòd autem.in versic.longa differentia. ff.de condi.& demo.& Ias.in l.j. versi.sed pro limitatione.C.

si contra ius vel vtilit. pub. vbi & ad hoc allegat Pano. in c ex quæstione. ver. ego puto, quod de qualibet, de .resti. spol. vbi ipse hoc idem tenet, nõ tamen per tex. in d. c. proposuisti, sed per c. ex literis. de dol & contuma. & c. in nostra, de rescript. & tamen postea dicit hoc relinqui arbitrio iudicis, vt dicitur de qualibet subreptione in c. super literis, cum ibi not. eod. titu. de resc. Subdit etiam Ias. vbi suprà, ad id facere tex. in c. si motu proprio. in verbo, modicum, de præb. lib. vj. & in cap. si proponente. extrà de rescrip.

Idem Dec. in c. postulasti. in iiij. no. dicit illud considerandum, quòd si sublata causa impulsiua, trahatur gratia ad alium casum non expressum, id certè verũ est, quòd cessante ea causa impulsiua, quæ limitat gratiam in vno casu, non haberet locum in alio, per c. susceptum. de rescriptis. lib. vj. sed si cessante causa impulsiua remaneret gratia in eodem statu, non videretur (inquit) quòd gratia vitietur propter defectum causæ impulsiuæ, quia sufficit quod Papa quouis modo fuisset cõcessurus. vt dicit probari in c. dudum, ibi nihilominus gratiosè donaremus. eod. tit. de præb. lib. vj. Ideò satis est quod gratia non retraxisset Papam à concessione. Hæc ille quem sequitur Pau. Paris. consi. 4. deduxi aliàs optimum ius. num. 35. & quamuis lib. 4.

Nec obstat, ait Dec. (vt ad eum redeamus) tex. in d. c. postulasti, quia ibi erat defectus in causa finali, nec ibi Papa vllo modo verisimiliter concessisset literas pro secũdo beneficio, cũ primum erat sufficiens, vt patet ex illis verbis ibi positis, pro habente beneficij competẽtis subsidium, de leui non scribimus, id est, non solemus scribere, quin faciamus mentionẽ de primo, & sic infert Deci. illud ibi, nõ id probari, ad quod solet à nostris doctoribus allegari.

Tamen si hæc prima declaratio vera sit, vt veram esse existimo, cum eo temperamẽto, vt semper sit locus arbitrio iudicis, vt suprà diximus, tamen eam intellige vt procedat, si causa impulsiua iam à principio non fuit reperta esse vera. ita enim loquitur tex. in d. capit. postulasti. secus autem si à principio subeat. sed postea cessauit: tunc enim non vitiabitur gratia. vt expressim voluit Franc. Ripa, in d. l. ex facto. numero 15. de vulg. & pup. vbi tamen nihil allegat. Sed vide quæ dicam inferiùs in quarta limitat. atq. etiã in xij. limitatione.

Secundò declara hanc primam limitationem, quæ dicit nostram regulam non habere locum in causa impulsiua vt non procedat, quando statuens aut aliter disponens nõ aliàs statuisset aut disposuisset quàm si causa illa impulsiua locũ habuisset, vt voluit Bal. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. vti illum refert & sequitur Alexand. in addit. Barto. in l. ij. §. vlti. super verbo, causa legis. ff. de don. & Io. Frãc. Ozer. in §. suprà dicta. numero 19. Institutio. de excusat. tutor. qui hoc casu dicit eam causam, censeri non impulsiuam: sed finalem. Quomodo autem id cognoscatur, an aliàs scilicet fuisset, necne facturus, non video, nisi ex verbis legis statuti & concessionis id deprehendi possit.

Tertiò declara hanc limitationem, vt licet cessatio causæ impulsiuæ non faciat cessare effectum: facit tamen vt faciliùs concedatur dispensatio, vt singulariter not. Pan. in c. magnæ. in vltim. no. de voto, per illum tex. vbi Papa inductus fuit ad concedendam dispensationem, & vt text. ille loquitur, indulgentiam, propter cessationem causæ impulsiuæ ipsius voti, & id dicit Pan. esse not. & menti tenendũ. Et hoc idem voluit ipse Pan. per illum tex. in cap. ex parte tua de conuer. coniugator. & hoc certè à paucis annotatum est.

Ceterùm in hac prima limitatione, hæc nobis sunt præcipuè obseruanda, quæ scilicet dicatur caussa finalis, quæ impulsiua: & si id non appareat, qualis in eo dubio iudicanda sit, finalis ne an impulsiua. De quibus sunt multæ de hac re sententiæ, quas hîc sigillatim subiiciemus. Accurs. in l. cùm tale. §. falsam causam. ff. de condi. & demon. non obscurè voluit omnem causam appositam in lege præsumi finalẽ veluti ipsi legi cohærentem. & ita illam intelligit & sequitur Bald. ibi, aliud dicens esse ex eadem glos. cùm apponitur ab homine. & Cyn. in l. j. ff. sol. mat. & ibi quoque Bald. versi. item an cessatio. Ang. qui eam glos. dicit singul. in l. sciendum. la 2. & ibi Cæpola ff. de ædilit. edict. & Cardi. Flo. & Imo. in c. ex parte quod est penul. vterque ad fi. de cler. coniug. Alexan. & Iacob. à S. Georgio qui dicunt illam glos. singul. in l. vlti. C. de edict. diui Adria tollẽ. Philip. Fran. qui & illam dicit singu. in c. quoniam. ver. in glos. in verbo, ecclesiasticũ de immuni. ecclesia. Card. Alexand. in c. verum. vers. item vbicunque lex exprimit causam, de condi. & apposi. vbi illã glos. dicit notab. Sed tu super intellectu illius glos. vide Barto in loco citato. infrà versicu. incip. sed audiamus quid de ea re.

At Specu. tit. de disput. & allegatio. §. post hoc autem, ver. vel illud statutum fuit, dicit quod causa finalis est cùm constitutio ob fauorem inducta est, vt in fauorem condemnati statutum est, vt possit à grauamine appellare, & hac cessante causa grauaminis cessat lex. capit. cum cessante. de appellatio. & c. magnæ. de voto. Causa verò impulsiua est cùm in odium alicuius aliquid statuitur, vt propter garrulitatem Calphurniæ statutum est, ne mulieres postulẽt. §. sexum. ff. de postulan. & propter fugitiuos & criminosos statutum est, ne clerici sine literis dimissoriis recipiãtur. §. j. & ca. Afros. xcviij. dist. qua causa cessante, nõ tamen cessat dispositio. Hæc ille, quem sequitur Feli. in c. postulasti, versic. per istum tex. de rescrip.

Bald. autem. in l. j. §. si parendi. ff. de cõdict. caus. dat. refert (inquit) an causa ponatur cõditionaliter, an causaliter. Si primum habetur pro causa finali. l. à Titio. ff. de verb. obli. & l. demonstr. §. quòd autẽ. ff. de conditio. & demon. Si secundum & refert, an per modum causæ de præterito, an de futuro: si primũ, iterum refert, an apponatur causa à sciente eam nõ esse veram, & præsumitur impulsiua. l. diuortio. ff. de verborum obligatio. & l. Campanus de ope. liberto. An ab errante, & tunc aut est error causæ obligationis, & præsumitur finalis. Aut causæ non obligationis, quia etsi causa esset vera, non resultaret verum debitum, & tunc præsumitur impulsiua; vt not. in l. damus. ff. de condic. indebit. Et id quidem verum est in contractibus. At si in vltima voluntate causa apponitur, non præsumitur finalis etiam si existens vera induceret verum debitum, quia vltima voluntas tẽdit ad lucrum. l. Aurelius. §. vlt. ff. de liber. lega. & arg. l. hæredem. ff. manda. Et istud quoque postremum voluit idẽ Bald. in. d. l. iurisgentiũ. §. sed cùm nulla. post medium. ff. de pact.

Sed in d. §. si parendi, post ea quæ suprà ex eo diximus, cõtinuò hæc subiũgit. Vel dic quod in d. l. Aurelius. §. vlt. nõ cõstabat de errore testatoris. Si enim constaret,

staret, non valeret legatum. l. si pater. C. de hæred. instit. & l. eam quam. C. de fideicom. & subdit confestim, sed in illis legibus error remouebat affectionẽ legantis. arg. l. tale pactum. §. vltim. ff. de pact. Sed quòd error obstet, probatur in l. non idcirco. C. de iur. & fact. ignoran. & l. ex his verbis. C. de testa. milit. & quod not. in l. si domus. ff. de leg. j. Et ista est ratio quare non valet legatum cum effectu, si testator legat ius suum, quod morte ipsius testatoris finitur: quia videtur erranter putasse se posse legare. l. Sticho. ff. de vsufruct. leg. & l. vxor patrui. C. de legat. Et potest ibi esse alia ratio, quia finito iure datoris, finitur ius acceptoris. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. & l. minor. §. vltim. ff. de peric. & com. rei vend. & l. si quis domũ. ff. loca, & c. vl. extra ne prælat. vices suas. Si autem causa apponatur per modum causæ de futuro: refert an insit vni partium tantum & præsumitur impulsiua. l. repetendi. C. de condict. ob caus. an vtrique, & rursum refert an tradens sciat causam impossibilem: & præsumitur impulsiua. l. ij. ff. eodem titu. de cond. caus. da. & arg. l. ab administratione. C. de legat. An verò credat possibilem & tunc aut causa continet incertum re & genere, putà species remunerationis & præsumitur impulsiua, nec ex ea vestitur obligatio. l. quã quam. ff. de condi. caus. da. & argumen. l. salarium. C. manda. & est tunc quædam informis obligatio ad antidora, nec est propriè obligatio: quia nascitur ex causa impulsiua. l. sed etsi lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. Nec obstat lex si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indeb. quia ibi obligatio ad antidora est firmata ex dispositione legali ad operas reuerentiales. Ideo secus in aliis operis, videlicet fabrilibus in quibus non est formata obligatio. Aut causa continet quippiam certum, & tunc aut concernit vtilitatem tradentis, & præsumitur finalis, vt in d. § si parandi, aut ipsius pietatem, & idem, quia ipsa pietas habetur pro causa immediata & finali. l. si ego. ff. de iur. dot. & l. cùm is. §. in ea. ff. de cond. dict. indebit. Aut solius recipientis & præsumitur impulsiua. l. Titio. ff. de condi. & demon. nam tunc videtur potius consilium quàm mandatum. argu. l. j. ff. manda. & l. generali. in princ. ff. de vsufr. leg. Aut tertij commodum & præsumitur finalis. l. Nesennius. ff. de excu. tuto. & l. si tibi homo. ff. de leg. j. & l. si hæres. ff. de condi. ob caus. Sed & vbicunque modus vel forma traditur nudo executori præsumitur finalis. In conditionibus verò etiamsi nullus commodum sentiat, tamen habet vim causæ finalis. l. Mæuius. ff. de condit. & demonst. & paulò infrà subiungit hæc esse vera, quando causa apponitur ab homine. Si verò causa à lege apponatur, præsumitur causa & ratio, & ipsa mens legis iudicatur, vt not. in l. cùm tale. §. penulti. ff. de condi. & demon. nisi appareat quod sit impulsiua: vt quia causa sit specialis & constitutio generalis, vt in Sen. Macedonia & similibus.

Nam & in l. senatorem. ff. de senator. illud simpliciter dicit quòd causa sententiæ semper intelligitur esse diffinitiua, siue finalis, licet in contractibus & vltimis voluntatibus præsumatur impulsiua. per l. cùm enim. ff. de suspec. tuto. & l. qui cum vno. §. 1. ff. de re milit. & d. l. Aurelius. §. vltim. ff. de liber. leg. & nihil præterea dicit.

Idem in l. damus. ff. de condict. indeb. scribit causam conceptam de præterito esse impulsiuam: de futuro finalem. verbi gratia, do tibi quia gessisti negotia mea, impulsiua est, & cessat repetitio. Si autem do tibi quia hæres, finalis est, & repetitur, causa non secuta. Fallit primùm quando quis non erat aliàs daturus, quia tunc dicitur causa finalis. l. vltim. ff. de hæred. instit. Item fallit, si quando causa esset vera, importaret verum debitum, tunc enim est finalis, vt in toto illo titu. de condict. indeb. secundũ Plac. & Iac. Aren. subiungítque id quod dixerat de futuro, intelligendum esse quando eius impletio respicit commodum tradentis vel tertij: secus si solius recipientis. nam tunc præsumitur impulsiua. l. Titio centum. ff. de condi. & demon. secundum Petr.

Idẽ Bald. in l. etsi post tres. in j. lectura. versic. causa autem. ff. si quis cautio. tradit Iaco. Rauen. fuisse in ea opinione, vt vera causa sit ea, quæ est fundamentũ, & principium sui effectus. l. ij. §. circa. ff. de exceptio dol. & d. l. damus. ff. de condict. indebit. in qua quidẽ causa datur regula quod aut si vera esset, importaret verum debitum, & tunc præsumitur finalis, aliàs impulsiua. Subdit tamen ipse Bald. hanc esse suã opin. qđ aut causa profertur à sciẽte, & nõ præsumimitur finalis, l. sed & si quis. §. vlt. eo illo tit. si quis cautio. & d. l. de diuortio. de verb. obli. Aut ab errante, & tunc aut est de substantia obligationis & præsumitur finalis, vt not. in d. §. circa. Aut non est de substãtia obligationis, sed facit ad bene esse, vt ipse loquitur. & tunc regulariter præsumitur impulsiua. l. ij. §. vlt. de dona.

Idem in l. j. ver. adde quod illa causa. ff. solut. matr. dicit eam causam præsumi esse finalem, quæ per se infert in quemlibet effectum inclusum sub dispositione illius. aliàs autem si id non faciat præsumi impulsiuam. per not. in cepit. statutum, de hæret. lib. vj. & illum refert & sequitur Corn. consilio xxxv. semper mihi visa fuit dubia sub litera A. libro iij. & iterum consilio ccliij. ardua est sub litera B. libro iiij. Sed id quidem obscurum est, nisi intelligas secundum ea quæ dicam postea numero sexagesimosecundo, incip. iterum quòd cùm lex.

Idem in l. cùm tale. §. falsam causam. ff. de condit. & demonstra. sumens occasionem ex glos. ibi, & rursum in l. generaliter. versic. sed in dubio. C. de epis. & cleric. dicit quod causa, quæ inseritur in lege, præsumitur esse finalis, per text. ibi: quæ autem ab homine impulsiua. per l. j. §. sexum. ff. de postulan. Quod & idem dicit ipse Bald. in d. l. ij. §. vltim. ff. de donat. in id allegans glos. quam dicit singular. in d. §. falsam. & ipse Bald. in addit. Specul. titu. de disputat. & allegat. aduocat. §. post hoc autem. versic. vel illud statutum. vbi præterea allegat d. l. ij. §. vlti. ff. de donat. & l. si is qui animo. ff. de acquir. possess. sed in illo priore loco. scilicet in d. §. falsam. subdit eã solã causam cohærere dispositioni quæ est finalis per l. Titio centum. §. ante nuptias. eod. ti. de cond. & demonst. & d. l. vltim. ff. de hæred. insti. dicit autẽ cohærere quando non possunt ab inuicem separari, nec vnum esse sine altero.

Ab hac autem Bald. sententia non longè abest quod tradit Old. consilio ccxxiiij. istæ sunt allegationes. versic. præterea, quando causa, quod causa apposita à contrahentibus, vel à testatore censetur impulsiua per dict. §. falsam causam. & d. l. ij. §. vltim. de donat. Sed à lege vel principe positam, censeri finalem, per text. quantum ad primum, in l. adigere. §. quanuis. ff. de iure patron. & quantum ad secundum. in l. penultim. C. de donat. inter vir. & vx. quod & post eum reassumit Alb. in d. l. generaliter C.

ter.C.de episcop.& cleric.

Idem Bald.in l.si repetendi.versicul. quæro nunquid causa.C.de condit. ob caus.Aut loqueris, inquit,in causa de præterito,& tunc si ea sit huiusmodi, quæ si vera esset, induceret verbum debitum, & præsumitur finalis.Aut non id faceret,& præsumitur impulsiua.per l.damus,de condictio.indebit. Aut verò loqueris in causa de futuro, & tunc aut in contractibus, qui habent in se causæ relationem,vt in quatuor contractibus innominatis positis in l. naturalis. ff.de præscript. verb.& tunc causa præsumitur finalis.l.j.in fin.ff.de rer.diuisio.Aut in contractibus qui non habent in se relationem, vt in contractu donationis, legato, libertate, & tunc in dubio causa præsumitur impulsiua,nisi contineat interesse illius qui causam apponit.l.2.§.vltim. ff.de donat.vel nisi sit de essentia actus, id est: vt ea circunscripta,actus non subsisteret. l. sed si maritus. §. vltim.ff.de donatio.inter virum & vxor.vel nisi ex ea augeretur effectus.l.si quis pro redemptione. C. de donatio.

Idem in l.vnica. versicu. item poni possunt in vim. C. quando non petent. part. scribit breuiter causam finalem illam intelligendam esse,qua posita in esse, ponitur quoque in esse voluntas disponentis, & ea cessante, cessat consensus per l.vltim. ff.de hęred. instit. subdítque confestim causam siue rationem esse duplicem:nam quandam influere effectum quã dam remouere ipsum effectum, id est obicem siue obstaculum,& alia quædam subiungit quę huc nõ admodum pertinent. Sed & quæ prius dixerat,multum obscura sunt.

Idem in l.eam quam.versicul.venio ad not.C.de fideicommis. dicit, quod causa finalis ea præsumitur, quæ secundum iuris rationem debet esse finalis,per text. ibi.& in l.si pater. C.de hæred. institu. vel vt ipse sibi subdit quæ assignatur à disponente loco finalis causæ.per l. cùm pater.§. dulcissimis. ff. de legat.ij.no.in d.l.si is qui animo.ff.de acquiren. possess. Et ita cùm sequitur Barb.consilio xxix. sacro scriptum est Euangelio versic.præterea facit ad prædicta libeo 2. Sed id non minus obscurum: neque enim declarat quæ causa esse debet finalis secundũ iuris rationem, nec pro tali assignari censeatur, nisi id expressè diceretur.

Idem in l.j.versic. quæro quomodo cognoscimus. C. de fal.cau. adiec. lega. scribit eam causam finalem existimari in contractibus, ex cuius radice oritur obligatio.per d.l.damus ff.de conditio.indeb.In legato autem eam dici finalem,quando cessante causa cessat titulus legati, vt in legato pro dote vel sepultura l.filio.§.matri suæ. ff.de adimend.lega. & §. sed hoc præsenti in authen.de sanctiss.episc. Et hoc quidem est multò obscurius.

Idem in l.vnic.versic. Et si tu quæris. C. de confes. dicit quòd si aliquid quod implet vel vestit contractum,tunc ratio præsumitur finalis.per l.cùm enim ff.de nouat. At si nihil sit quod illum impleat, aut vestiat, præsumitur impulsiua. Et hoc quidem, inquit, vbi fit error, sed quando est ex certa scientia, semper præsumitur impulsiua.per d.l.si diuortio. ff. de verbo.oblig.Nisi tamen in mutuo,& cætera quæ sequuntur,quæ de industria omittimus,veluti nihil ad hunc locum pertinentia.

Idem in cap.quemadmodum.vers.porro causa finalis, de iureiu. dicit eam causam esse finalem, quæ cùm vera est, imponit ex necessitate impulsiuam generalitatem per l.Titio centum.in princip.ff. de condit.& demonstr.Sed & idem consilio ccccxj. & præmitto,quod istud ius. vers.pone. omnis causa libro iij.dicit omnem causam esse finalem, & è diuerso impulsiuam,etiamsi alias finalis esset,si id disponẽtes voluerint,vt semper aliàs pactum regit contractus.l.j.§.si conuenit.ff.depos.quod & idem propemodum dicit in l.falsam.statim post princ. ibi not. quod etiam.C.si ex fal.instr.

In qua etiam opinione sunt qui dicunt simpliciter causam dici finalem, cùm disponens non erit aliàs facturus.impulsiuam cùm erat aliàs facturus. inter quos est Ioan.Mona.in.c.cupientes.numero quarto de rescript.lib.6. Collect.in c. post translationem. vers.sed quam causam,de renuntiat.Imol.in.c. post translationem.numero 42.de ręnuntiat. & alij plurimi.Sed id nobis inutile nisi illud sciamus, quando disponens non erat, vel erat aliàs facturus. Et certè minimè id dubium cùm disponens id expressè declarat,vt dicit Alber.in d.l.generaliter. versi. est etiã quarta.C.de episc.& cler.Aliàs autem si id scire velis,adi Bar.in l. demonstratio. §. quòd autem. ff.de condit.& demonstrat.

Sed Cyn. & Salyc.in d.l.generaliter. C.de episcop.& cler.aliter de hac re loquuntur. Ille enim post Petr. in ij.quæstion.dicit breuiter causam finalem esse propter quam immediatè aliquid conceditur, impulsiuam quæ occasionem remotam pręstat, quod admodum obscurum est,nisi referas ad id quod dicemus inferius in xiij.limit.versi.sunt & qui dicunt & in xx.limita.post princip. Salycet. autem ibi antè fin.dicit,quòd si ad actus validitatem est necessaria causæ expressio, præsumitur causa finalis per d.l.sed & si mors. §. vltim.cum l.sequen. ff. de donat.inter vir.& vxor.& l.quod adipiscendæ. eodem tit. Aliàs impulsiua per d.l.Titio.in prin. ff.de con. & demõ. Sed & id Oedipo indiget.

Idem Cy.in l.si quis pro redẽptione.C.de don.aut causa,inquit, continet aliquid fauorabile vel pium,& præsumitur finalis.l.si ego in princip.ff.de iure dot. aut nihil tale,tunc aut interest alterius quàm donatarij. & præsumitur finalis. l. si tibi legatum. ff.de leg.iij.aut non interest,nisi eiusdẽ donatarij,& pręsumitur impulsiua l.ij.§.vlt,& l.sequen.ff. de dona. ipse quoque Saly.in l.cõuẽticula.vers.Sed tunc quæro.C.de epis.& cler.dicit quòd ea causa censetur finalis, cuius sensus nõ est contrarius iure communi. Aliàs impulsiua & dubitationis causa tantum adiecta. l.si quis patrem.C.de cond.insert.

Verùm idem Salyc.latius prosecutus est in l. si pecuniam in princ. versic. nunc ad declarationem. ff.de condict.ob caus. Si inquit causa apposita concernit præteritum,& tunc dicendum est.vt not. doct.in l. si damus. ff.de condict. indebi.Si futurum, tunc aut exprimitur per modum conditionis, & dicitur finalis l.ij.§.vltim.ff. de donat.& not.glos. vltim.in l. si militem.C.de cond.ob cau.nisi in quibusdam casibus.not.in l.j. C.de instit.& substit. Aut exprimitur in vim modi, & tunc aut causa respicit commodum dãtis,& dicitur finalis.l.Titio.in princ.& l.qui diebus.§. vltim.ff.de cond.& demon.Et ideo in quatuor contractibus innominatis mutuam correlationem habentibus, causa finalis iudicatur.l.j.ad fi. ff.de ter. permut. & l. naturalis. §.j.ff.de præscript. verb.Et idem si commodum tertij concernit l. proximè allegato. & l.liberto. §. Lucius. ff. de annuis leg.& l.si tibi purè.ff.de leg.iij. aut commodum recipien-

cipientis tantùm, & tunc aut expressio illius causæ requiritur necessario ad substantiam actus qui geritur & indicatur finalis.l.sed si mors.in fin.& l.seq. & l.quod adipiscenda.ff.de don.inter vir.& vx. Aut non est necessaria, & tunc iudicatur impulsiua.l.iij. §.& si quis quasi ver.quanquam.ff.de cond.cau.da.& d.l.Titio.j.respons.ff.de cond.& demonst.nisi si causa ob quam datur, est fauorabilis & pia, tunc enim præsumitur finalis.l.si quis pro redemptione. C. de don.& l.si ego.ff.de iure dotium.Hæc ille.

Sed audiamus quid de ea re dicunt Barto.Imo.& Romã.in d.l.ij.§.vlt.ff.de dona.Ille primùm dicit quòd vbicunque datur ob causam fauorabilem vel piam, causa finalis præsumitur, vt si quis tibi donat vt nubas,vel vt redimas captiuos, per l.si ego. in prin.ff. de iu.dot.& l.si quis pro redemptione.C.de don.Postea autem dicit quod est conditio, modus & causa & quòd hæc tria assumuntur vt causa in hac materia. Aut igitur causa apponitur per modum conditionis,& tunc haud dubiè ita conditio est causa finalis,& illa cessante,cessat dispositio.l.cedere diem de verbo.signifi.& l.qui hæredi.in fi.ff.de con. & de monstr.fallit in casib.not.in l.j.C.de inst.& subst & per glos.& Cy.atque etiã Dyn.in c.imputari de reg. iur.lib.vj.& in l. testamento. ff.de cond.& demon. Quandoque causa sumitur pro modo, vt in toto tit. de condict.ob caus.& in omnibus contractibus innominatis,do vt facias & cæteris.Et aut modus iste siue causa respicit vtilitatem alterius quàm eius cui datur, vt do tibi centum, vt emas fundum Titio, tunc præsumitur finalis dict.l.Titio. in fin.de cond. & demonstr.& l.quibus diebus. in fin. eodem titu. & l.si tibi purè.ff.de le.3.Quandoque respicit commodum eius cui datur, & tunc aut ad substantiam actus requiritur causa de necessitate, & tunc præsumitur causa finalis. d.l.sed si mors. §. vlt. cũ l.seq.ff. de don.inter vir.& vxor. Quandoque necessario nõ requiritur & tunc impulsiua præsumitur per l.Titio centum.in ij. respon. de cond.& demonstr. nisi ille modus respiciat causam fauorabilem, per iura suprà in prin.allegata.Et subiungit, quòd cum quæritur,an cessante illa causa finali, cesset effectus. Et in vltimis voluntatibus,inquit,si illa causa per modum modi adiecta cessat casu fortuito, repeti non potest.l. si fundum per fideicommissum.§.j.ff.de le. j.In contractibus autem cessante causa datur repetitio.per d.§.vltim.& in toto tit.de cond.ob cau.Tertiò,inquit,sumitur causa propriè de præterito,vt d. l.damus.de cond.indeb.& l.si ita legatum.in fine.ff. de cond.& demonst.& tunc est quædam causa legis, & præsumitur finalis cum l.tale.§.falsam.ff. eod.tit. nisi aliud expressè reperiatur. l. j.§.sexum. ff. de postul.Et ita,inquit,dicitur cõmuniter, sed verum est, quòd glos.in d.§.falsam. non loquitur de causa, sed de ratione legis,quæ si habet locum,habet etiam locum obseruantia ipsius legis & de futuro est. l.cum mulier.ff.sol.mat. Causa autem propriè est de præterito,quæ etiamsi vera non sit,non vitiatur dispositio,per d.§.sexum.quia illa impulsiua est. hæc ille. Imol.autẽ & Ro.in d.l. ij.§.vlt. se omnino referunt ad Bart.sed illud addunt ad id quod dixerat causam præsumi finalem in his,quæ conditionaliter proferũtur,vt procedat siue loquamur in contractu.l.j.ff. de donat.siue legato. §.longè magis. Insti. de leg.& l.qui hæredi. ff.de cond. & demonst.siue in legibus, & statutis per not.à Cy.in l.cõuenticula. C.de epis. & cler.& ab omnibus in l.generaliter.co.tit.Nisi vt subdit Imo.aliud appareat expressè,vel ex coniecturis:quia sic intelligendo resultaret paruus vel obscurus, vel rei contrarius intellectus. l.ij.cum ibi.not. C.de condit.infert.

Idem Bart.in extrauag.ad reprimendum in verbo ne ex eorum absentia.ad fi.dicit, quòd cùm lex est declaratiua, eius finalis ratio colligi potest ex lege antiqua,quam hæc declarat,vt patet ex omnibus ferè legibus Iurisconsultorum, & maximè ex l.sed & si lege.§.item si rem.ff.de petit.hæred.& l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.oblig.& illa inquit,& propriè dicitur ratio.Si verò lex est noui iuris inductiua, tũ ratio illius ex eadẽ colligitur, si sit expressa,vel ex præfatione eiusdem, vt in d.extrauag. & in l.vlti.ff. de hæred.inst.& l.j. ff.ad Sen. Maced. & ista magis propriè appellatur causa finalis, quàm ratio l. cum pater.§. dulcissimis. ff.de leg. j. & illis libertis ff.de cond.& demon.& l.adigere.§.quamuis. de iur.patr. Et hac cessante,cessat lex,vt dd.ll.vbi verò ratio nõ apparet,debemus stare propriæ significationi verborum.l.j. §.si is qui nauem.ff.de exercit.actio.

Hæc Barto.cui Imo.in d.l.2.§.vltim.vers.itẽ adde circa id,& ibi quoque post eum Rom.ver.& potest dubitari.ff.de donat.addunt, quòd hoc vltimo casu cũ scilicet non apparet de ratione,recurrendum est ad rationem naturalem. arg.c. quia ratio de præbend. c.consuetudo.dist.j.& §. sed naturalia.Instit.de iure nat.gent.& ciuil.Et idem voluit ipse Imo.in c.post translationem.num.50.de renunt. pan.in c.suggestum.in 2.not.de appellat.Iacob.à S.Georg.in l.vlt. C.de edict.diui. Adria.tollẽ.vbi expressè dicit quòd hæc ratio naturalis præsumitur esse finalis, & vide quæ dicam infrà in hac eadem limitatione.versic.incip.quintum,quòd ratio.

Nec omittemus quid de ea re scripsit Pau.Cast. consi. cccxiiij.super eo quod quæritur facit dubium,in j. dub.ibi,nec obstat lib.j. quòd causa quæ mouet legislatorem ex parte ante,id est,quæ illũ impulit ad sic statuendũ:vt fuit improbitas illius Calphurniæ, rut(vt alij legunt) Afaniæ,& illa quidẽ,nisi sit in lege expressa,quod dicitur finalis,sed impulsiua.l.1.§. sexũ.ff.de postulando. Causa autem propter quam mouetur legislator ex parte post,id est, propter cuius finẽ & effectum fit, vt fuit in illo casu verecundia sexus muliebris in edicto Prætoris & illa censetur finalis qualitercũque possit apparere de ea etiã si non fuerit expressa.

Alij autem dicunt eam causam esse finalem quæ cohæret dispositioni, aliàs impulsiuam per glos. in l.demonstratio.§.quod autem.& Barto.in 3. quæstion. & alibi sæpe in eo §.ff.de con.& demonst.Et id quoque expressè voluit Sal.in l.1.ad fin.C.de fal.cau.adiec.leg.& Soc.consil.clix.hoc exordio, in præsenti consultationis.vers.confirmantur etiã prædicta lib. 2.quando autem causa dicatur cohærere dispositioni vel non,declarat Salice.in d.l.& ibi quoque ante eum Bar.& idem Bart.in d.§.quod autem. vers.tertio modo.& Imo.in l.vlt. vers. aduerte tamen.ff.de hæred.inst.Ang.Aret.in §.quis.Instit. quib.mod.testa.infir.vbi apud illos videre poteris.

Io.Monach.ante illos in c.vltim.in ver.cessante,& ibi post eum Ioan.And.in eodem ver.de hæret. lib.vj. dicunt,quod in dubio præsumitur causa impulsiua, per l.sed si mors. ff.de don.inter vir.& vxo. nisi factum esset indifferens ad impressionem huius vel illius causæ vt tunc in dubio donans videatur potius dirigere in quem vsum cõuertat donatarius rẽ donatam.

natam, quàm vt necessitatem ei imponat, aliàs non daturus, vt in l.2.§.vlt.ff.de donat. Sed vbi factū nō est indifferens, sed limitatum ad vnum extremū per ius scriptum, vt in d.c.vlt.de hære.causa cessāte quæ fuit causa iuris communis mutandi, cessat ius speciale & reditur ad ius commune, cùm speciale tollens ius commune sit sublatum. & idem voluit Collecta.in c.cùm cessante, in prin.de appellat.

Sunt & qui simpliciter dicunt causam impulsiuā præsumi & non finalem, in quibus est Accurs.noster in d.l.2. §.vltim.in glos.vltim.per d.l.Sed si mors.§.vl. ff.de dona.inter vir.& vx. & l.si Titio.in j. respons. & §.sed cùm ante nuptias.circa fin.ff.de cond. & de monst.& d.l.si mulier. C.de iure dot. Nisi aliter fuerit expressum per d.l.si quis pro redemptione. §.vl. ibi nulla licentia eis danda.C.de don.& glos.Dy.& Philip.Fran.in c. decet.de reg. iu.lib. vj. vbi ad hoc præterea allegant d.l.cum tale. §.falsam causam . ff. de condi.& demonst. Iac. Aret. prout illum refert Cyn.in l.j.in iij.oppo.C.quæ sit lon.consuet.& Collect.in ca.post translationem.versi. sed quid si dubitatur.& ibi Card.Flo.in §.cæterùm. versic.quæro in eo quod suprà.de renunt. vbi hanc dicit esse communē opin. Paul.Cast.in l.vltim.ff.de cond.cau.da. Ang.Aret.in §.illis autem.Instit.de testa.milit. vbi dicit illam glos.suprà allegatam ab hoc esse sing.infértque ex ea quòd in dubio cessante causa non cessat effectus, & quòd qui vult dicere eam cessare, cessatione causæ debet probare eam fuisse finalem: & ibi quoque Io.Franc.Ozerius, & Soc.qui idem dicit pro certo, ad fin.lib.3.

Sunt qui contra constanter affirmēt, in dubio causam esse & dici finalem, & inter eos Ioan.Andr.in capit. post translationem de renunt. hac ratione motus, quia propria significatio huius verbi, causam denotat causam finalem. Impulsiua autem causa non est, sed occasio, per not.in c.solitæ, de maior.& obed. & ita dicit vidisse se id in iudiciis defendi. Sed hæc ratio nō placuit Imol. Ro.in d.l.2. §.vltim. illi quidē vers.itē adde ei, quia dicit: huic vers.quod ad secundum.ff.de donat.vti apud eos videre poteris.

Sunt itē qui in ea sententia sunt, vt si causa sit expressa in dispositione, ea semper pręsumitur esse finalis, ita enim voluit Soci.cons.lxxxiij.cuius initium est, pro certo tex.est.ver.sed alia fit difficultas.lib.3.per l.3.& ibi not.ff.de hæred.instit. Sed tu hìc vide quæ dicam inferius in xxj.limitatio.

Nec desunt qui hoc dicunt inspiciendam esse qualitatem personarum, vt secundum eam iudicemus causam esse finalem aut impulsiuam, id est vt præsumatur quis fuisse aut non fuisse facturus, secundū Bal. in l.cùm veterani, in 1.no.per eum tex. C.de don.ante nup.& deinde in vlt.not.ex eo quoq. not.ex qualitate personarum aliquid præsumi & sequitur Matth.Affl.in c.1.num.103.titu.ex quib.caus.feud. amit. Id quod certè prope perpetuum est in omni materia, vt scilicet ex qualitate personarū dispositiones quaslibet metiamur, vt videre licet ex l.plenū.§. equitij.ff.de vsu.& habita.& ibi concord.

Ex illis autem, quæ suprà diximus, multa colligi possunt. Primū quòd cùm causa tendit ad commodū solius accipientis, ea causa præsumitur impulsiua. Si ad commodnm concedentis vel alterius tertij finalis, quod & præter eos quos in id sparsim citauimus, voluerūt glo.Bar.Bal.qui eā glo.dicit no.Ang.& Sal.in d.l.si mulier, per eū tex.C.de iu.dot. & gl. in l.3.§.si quis quasi.ff. de cond.cau.da.Cy.post pet. in d.l.generaliter, in fi.& ibi quoque. Alber.vet.in cōtrariū videtur & Salic. C.de epis.& cler. Collect. in d.c.post translationem.ver.sed quid si dubitatur. & ibi Ant.vers.an autem in dubio, de renunt. Bart. in l.si fundum per fideicōmissum. §.Iulian ff.de lega.j. Albe.in l.vlt.C.de rer.permu. & in d.l.si quis pro redēptione.C.de don. Bal.in l.ij.§.vlt.ff.eo tit. Ang. Raph. Cu.& Pau. Cast.in l.2.§. vlt.ff.de don. Idem Ang.in l.sciendum.la ij. & ibi Cæp.ff.de ædil.edic. & ipse Ang.consilio cxxiij.Iolus vers.& pro hac parte, vers.An ergo defectus. Imo. consi. xxxiij. in casu præmisso.ver.in contrarium videtur. Pau. Cā.cons. ccxiiij.ego.Paul.post.me d.lib.1.Alex.in l.vlt. ver.aliā etiā assignat.ff.de cond.ob cau.Soc cons. lj. quoniā in præsenti versi.comprobatur. nam principalis intentio lib.ij. & consil.lxxxiij.pro certo, numer.7. lib.3. Car.Alex.in c.verum.vers.causa autem duplex est, de condit. appos.Iason in l.si pecuniam. vers.regula est.ff.de condict.ob caus.& Hieron. Grat.consil.lxxij.in præsenti causa.

Et neminem vnum hactenus reperi, qui contrariū diceret, præter Bal.quantū ad id quod de commodo alterius tertij pertinet, diximus. Nāque is cons.cccxl. præmitto, quod istud ius post princ.libr.3. concordat cum aliis, in causis quæ pertinent ad commodū accipientis & concedentis. Sed in iis quæ pertinent ad commodum tertij, dicit eas sibi videri impulsiuas, nisi is tertius esset huiusmodi, cui stipulari posemus aut pacisci, cùm ex iis non surgat obligatio, ac ne exceptio quidē.& sic non surgit ius neque necessitas implendi. l. donationes in concubinam. §. species.ff.de donat. Et ego vt facilè abirem in sententiam Bald.ita scilicet vt illi tertio nō competeret actio aduersus illum, qui accepit vt ei traderet. Sic etiam fateri oportere actionem concedenti in eam causam, vt illi alteri traderet ad repetitionem eius rei causa non completa, probatur legibus suprà allegatis.

Sed quæri potest quid si causa ad nullius vtilitatem respicit, veluti si nauis venerit ex Asia, an tunc præsumatur finalis an impulsiua: & id quidē à nemine tactū cōperi, præterquam à Bal.in d.l. ij.§.vlt. in fi.ff. de don.vbi dicit præsumi impulsiuā autoritate glo. quam dicit not.in l.j.in prin.verb.secutum eod.titu. & subiungit facere l.si ego.ff.de iur.dot. Ex illa autem glos.Imo.ibi not. quod conditio adiecta donationi quæ non respicit commodum vel affectionem donantis, sed quandam facti contingentiam, non facit, quominus donatio dicatur esse propria.

Quod autem dictum est de causa respiciente commodum accipientis pro impulsiua habeatur, quibusdā modis intelligendum est, vt etiā ex supradictis videre licet. Primò nisi ea causa respiciens commodum ipsius accipientis necessariò requiratur, tunc enim semper causa finalis præsumitur, ad cuiuscunque cōmodum respiciat.per d.l.sed si mors.§.vltim.cum l. seq.de don.inter vir.& vxor.& nemo in hoc contra dicit.

Secūdo modo intellige etiā ex iam dictis, nisi sit fauor dotis aut alterius pię causæ & fauorabilis, tūc enim semper pro finali erit accipienda. Cy.in d.l.generaliter.& ibi Alb. & Sal. paulò ante fi.& ōnes qui de ea locuti sunt. C.de episc.& cler. Coll.in d.c. post translationem.ver.sed quid si dubitatur, & ibi Ant. vers.an autem in dubio, de renunt.Raph.Cu.in d.l. 2.§.vl.& ibi quoque Pau.Cast.in 4.casu.ff.de dona. Nam & aliàs semper in omni materia, fauore piæ causæ præsu-

ſæ præſumitur finalis cauſa.l. cùm is.§.mulier.ff. de cond.inde.& voluit Bal.in l.dictam legem.verſ.ego dixi.C.de cond.ob cauſ.Alex.in addit.Bart.in d.l.2. §.vlti.de donat.& Carol.Rui.conſ.137. verbis vtriuſque teſtamenti.nu.10.lib.2.

Hæc autem intelligo, vt ſcilicet præſumamus cauſam finalem ſi ſit fauor,& commodum piæ cauſæ, vt talis præſumatur. Quod ſi è diuerſo id tenderet ad odiũ,& incõmodum ipſius piæ cauſæ,tũc cõtra præſumeremus non eſſe finalem,vt ſi agatur de reuocatione donationis factæ eccleſiæ,ob defectum cauſæ. nam tunc non præſumeremus eam cauſam fuiſſe finalem,cùm id tenderet ad præiudiciũ piæ cauſæ, p tex.in c.verum.& ibi Panor.qui illum in id ſing.dicit. verſ.ſi autem modus, de cond. appoſ.Ad quod facit illa regula quod fauore alicuius introductum eſt,non debet in eius odium retorqueri.l. quod fauore.C.de legib. cum ſimil. & alia quæ introducta ad vnum effectum,nõ debent contrarium operari.

Tertiò intellige vt procedat,niſi commodum reipub. ſit coniunctum cum commodo accipientis, vt ſi do nem mulieri vt nubat.intereſt enim reipub.ne ea in dotata ſit.l.j.ff.ſol.matr.vel ſi alicui dotem, vt reficiat domum ſuam,nam reipub.intereſt domos reparari ne vrbs ruinis deformetur. l. ſingularum. C.de ædifi.priua.tunc enim cauſa præſumitur finalis,& repeti poteſt, quod in eam cauſam datum , niſi cauſa impleatur.Alb.in d.l. generaliter.verſ. circa hoc tantum.C.de epiſ.& cler.ad hoc referens d.l.ſi quis pro redemptione circafi.C.de don. & d.l.ſi ego ,de iure dot. quamuis alij vbique, & ipſemet,vt alibi diximus,id tribuant fauori piæ cauſæ.Sed vtrunque ſcilicet cauſam piæ cauſæ, & reipub. in hoc æquiparat Aegid.Bellam.in d.c.& ſi Chriſtus.verſ.ſi dubitatur de iureiuran.& Imo.in d.l. 2.§.vlti. ſtatim poſt princip.ff.de don.& alij multi. Quanquã & hoc ſpectat ad id quod ſuprà diximus de cauſa reſpiciente commodum alterius,quàm accipientis.

Secundum quod ex ſupradictis colligi poteſt, quòd cauſa finalis præſumitur ex diſpoſitione conditionali,quod & vltra alios multos, quos ſupra citauimus,voluerunt Barto.in l.demonſtratio. §. quòd autem. verſ.tertio modo . per eum tex. ff.de condit.& demonſt. Aegid.Bella in c.poſt translationem. ver. de conditione de renun. Saly.& Lud.Bolog. in d.l. damus.ff.de condi.indeb Raph.Co.in d.l.2.§.vltim. circa med.& ibi Paul.Caſt. verſ.ſecundus caſus.ff.de donat.Iac.à S.Georg.in l.vlti.C.de edic.diui Adria. tollen.& Io.Fran.Ozer,in §.ſupradicta.nu.7. inſtit. de milit.teſtamen.

Et nemo repugnat, nam conditio formam inducit & ſolennitatem non leuem.Bald.in auth.matri & auiæ ver.quidam tamen dicunt.C.quando mul.tute.offi. Alexand.in l.2.§.vlt.verſ.paſſus non eſt.& ibi quoq. Franc.Are.verſ.ſecundo principaliter.& Iaſ.verſ.limita iſtam regulam.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.vbi ex eo dicunt non leue eſſe quod per conditionem profertur cum aliis concord.ibi ab illis adductis & à me numeroſiùs in tract.Retract.tit.2.§. 2.gl.1.nu.3. inci.& eo quidem magis. Idcirco ea eſt de ſubſtantia probationis,vt dicit ipſe Bald.conſ.122. vtrũ dictus proceſſus.verſ.allegatur tertiò. li.3.& debet ſeruari in forma ſpecifica.l Mæuius & ibi Bar.in prin. & l.qui hæredi.ff.de cond.& dem6.& doct.vbique.

Tertium quòd cùm lex vel diſpoſitio eſt generalior ratione ſiue cauſa,ea cauſa cenſetur eſſe impulſiua & non finalis,quod & præter eos, quos etiam ſuprà citauimus.voluit Io.And.in c. quoniam in verbo dominorum,& ibi Dom.verſ.quòd ſi aliquis.& iterũ, ver.ſecundo nota vnum modum,& Phili. Fran.paulò poſt med.de immun.eccleſ. lib.6.Bald.in d.l.generaliter.ver.ſed in dubio. & ibi quoque Alb.verſ.ſi autẽ ceſſat.C.de epiſc.& cler.& idem Bald.in d.l.de quibus. verſ.quoad ſextum.ff.de legib. Ant.in cle.1. de elec.Cor.conſil.cccv.ſemper mihi viſa fuit.verſ. & illæ ſubductiones libro 3. & conſilio 88. licet in primo verſicu.& quando ratio.lib 1.& conſilio 177. circa quod eſt primò videndum. verſicu. nec obſtat quod in contrarium lib.4.Fely. in c.cùm nũtius de teſtib.Iaſ.in authen. quas actiones. verſ.puto tamẽ gratia.C.de ſacroſanct.eccleſ.Nic.Euerar. in loco à ceſſatione rationis,in fin.Chaſſe.conſi.lv.ſtante conſuetudine.num.3. & ſeq.& ad hoc ipſe Cor. vbique allegat glo.in l.vlt.ff.de offic.proc. Cæſar.& in l.1. ff.de except.

Sed aduerte, nam id ex diametro pugnare videtur aduerſus id quod diximus in ceſſante ratione legis: verſ.incip.proptereàque diſpoſitio,& ſequentib.videlicet quod diſpoſitio quantumlibet generalis reſtringitur per rationem ſpecialem. Niſi dicas ad tollendam huiuſmodi contrarietatem,quod illud intelligitur de ratione legis, vel diſpoſitionis propriè ſumpta,quæ reſtringit ac limitat diſpoſitionem generalem. hìc autem loquitur de cauſa differente à ratione propriè ſumpta , vt etiã diximus ſuprà poſt prin.huius operis,& ſecundum ea quæ ſcribit Bart. loquens de hac materia en l.2.§.vlt.ver.tertio ſumitur.ff.de donat.& in l.demonſtratio.§.quod autem. in 8.q.ff.de cond.& demonſt.

Quartum quòd cauſa quæ ex prooemio ſiue præfatione ſumitur,præſumitur finalis,& id præter eos quos ſuprà in id adduximus voluerunt Bar. Bald.Ang.& Imo.non ſemel in l.vlt.per tex. ibi iũcta gl.in verb. modus,in fi.de hære.inſti. & id dicit ipſe Bald.m2. no.notatu dignum, nec aliam eſſe legem, quæ id ita bene probat, & iterũ ipſe Bal. ibi in 1.oppoſ.& idẽ Bald.in procem.C.§.quibus,qui eſt vltim.in 1.no.& in l.vt liberis,in 1.no.per illum tex.C.de colla.& in l.noſtram.verſ.tu dic.C.de teſta. & in l.1.ff.de orig. iu.& conſ.ccl.in quæſtione domini Milani. verſ.itẽ prooemium.lib.1.Car.Fl.& Imo. in c.ex parte,quod eſt pẽ.vterq. ad fi. de cler. coniug. Ro.conſ. clxxx. ſi admittimus.verſ.præmiſſis tamen non refragantibus. Alex.conſ. cxix.viſo proceſſu cauſæ, verſ.circa ſecundum.lib 5.Ange.Aret.in §.ſed & ſi quis.ver. in glo.expreſſum.Inſtit.qui b.mod.teſt.infir.Philip. Fran.in c.quoniam,poſt med.de immun. eccle.li.6. Soc. conſ.67.incipien.conſiliis,& cap. viſis inueſtituris.verſ. ſecũdò probatur. & iterũ verſ.tertiò ſi dicta concluſio.li.1.quod conſiliũ repetitur conſ.165. lib.2.& idem Soc.conſ.159.in præſenti conſultatione præmittens aliqua. verſ.quartò & vltimò. li.2.& conſ.273. in præſenti conſultatione conſider. ver. præterea dico quòd ex quo. d.lib.2.Iac.à S. Georg. in l.vlt.C.de edict.diui Adria.tollen.Frã.Curt.Sen. conſ.39.viſis & diligenter.Dec.conſil.379 requiſitus pro conſilio,verſic.& vlterius iſta concluſio.Ioã. Frãc.Ozer in §.præterea.num.10. inſtit.de milit.teſta.Marian.Soc.Iun.conſ.21.circa propoſitam quæſtionem lib.1.

Et huc quoque ſpectant alij tex.probantes mẽtem & voluntatem diſponẽtiũ ex prooemio maximè colligi.ſcilicet l. item quia, §. vlt.ff. de pac.& l.cùm hi. in princip.& ibi.Bart.ver.item not.ex iſto verbo,&

iterum in §.eam transactionem.& ibi quoque Ray. ff.de transact. & l.regul.§.si quis.& ibi quoque Bar. & Bal. ff.de reg.iu.& l.Titia.§.idem respondit.ff.de verbo.oblig.& l.1.& ibi Barto.ff.ad Senat.Maced.& l.cùm pater.§.dulcissimis.ff.de legat.2. & in cap. ex multa.§.secundò quæsiuisti,ibi,verum si ad superiora.& ibi Pan.in 4.not.de voto.& ca.vbi periculum; & ibi Ioan.And.ne cler.vel monach. lib.6.Barto. in l.eum qui certarum.ff.de verb.oblig.& in prooemio C.vers.oppono. & videtur. & ibi Bald.in §. vlt.in 1. not.& ibi Bart.in l.ambitiosa. versi. visis & examinatis.ff.de decre.ab ord.faciend.Imo.in d.l.vlt. ff.de hæred.inst.Rom.consil.16.viso themate.vbi ex hoc dicit & probat sigillatim ex statuti præfatione, dispositionem constringi,extendi & declarari.& cõsil. xc.viso themate quæstionis.versic. his tamen nõ refragantibus.Pan.consilio 93.statuto ciuitatis Grossetanæ.versic.secundò videtur. lib.1.Alexand.consi. 7.visis.& diligenter animaduersis.versi.verba enim apposita libro 2.& consil.55. quoniam causa, post princip.lib.5.

Sed illud tamen quod diximus, ex præfatione præsumi causam finalem intelligit Barb.ad Pan.in c.post translationem de renun.vt id quidem non sit ex natura præfationis, vt eam vim obtineat,sed ex natura causæ expressæ in ipsa præfatione. Si enim in ea exprimeretur causa,quæ haud dubiè sua ipsius natura esset impulsiua,non fieret,nec præsumeretur esse finalis.vti dicit voluisse Bar.in extraua.ad reprimendum iu verbo,nec ex eorum absentia,vbi tamen id non dicit, sed simpliciter causam sumptam ex præfatione præsumi finalem,quod certè verum est, nisi natura ipsius causæ repugnaret.

Quintum quod ratio naturalis etiam non expressa in lege vel alia dispositione,facit præsumi eam esse finalem,vt ex Bar.& aliis diximus suprà hac limi. ver. prin.ff.de bon.damn.qui dicit naturalem rationem hæc Bar.cui Imo. Quibus adde text. in l.cũ ratio in esse legem quandam tacitam.& in l.vni.§.in primo, ibi,naturali ratione subnixum. C.de cad.tollen. Ex quo.Bal.ibi,in prin.no.ea quæ sunt naturali ratione subnixa,debent intacta & illibata perpetuò custodiri:& ideò,inquit, ad naturalem rationem est recurrendum,quæ optimus est legis clypeus.Fel.in c. tua nos.ver.& ad ista,de iureiur.& Mat.Affl.in ca. 1. nu.25.tit.qui succes.teneant.

Et videmus etiam aliàs Iurisconsultos suis legibus inniti ratione naturali.l.1.§.si id quod.ff.de action. & oblig.ibi,palam est naturali ratione inutilem esse & in l.itaque.in prin.ff. ad leg.Aquil. & in l.si à patre. §.vlt. ff.de peti.hæred. & in l.2.§.1.ff.de vsufru. earũ rer.quæ consumun. & l. si quis à liberis. §. si vel parens.ff.de liber.agnoscend.& §.1.instit.de nupt.& §. constituitur.Insti.de vsufruct.

Vti & naturali quoq. æquitate,vt patet ex l.1. in prin. ff.de pact.vbi glo.declarat.& l.1.in prin.ff.de mino. & l.1.in prin.ff.de leg.præst. quod & sæpe faciũt nostri doct.præsertim Bal.vt videre poteris apud eum, in l.rescripta,paulò ante fin.C.de preci.imp.offe.& in l.1.quam vnã legit. C.si aduers.delict.& in Auth. nisi rogati.vers.hac ratione determinatur.C.ad Sena.Tre.& in ca.j.§.hoc quod nos.in verb.pro bono pacis,tit.de pace Constan.Quod non longè distat à ratione ipsa naturali, vt dicemus postea: nam & rationem simpliciter pro æquitate naturali intelligit glo.in ca.1.§.denique.tit.quæ fuit prima cau.benef. amitten.

Suntque & aliæ multæ leges quæ naturã pro vnico ac solido testimonio & ratione adferunt, vt l. si nõ sortem.§.libertus.post prin.& iterum in fi.& vtrobiq. glo.in verb.natura.ff.de cond.indeb.& l.nam & hoc natura eod.tit.& l.naturalis.in princip.ibi naturalis est,eo. quoque tit.neque enim ibi naturalis dicitur condictio ea ratione,quã dicit glo.ibi,sed quia natura id æquum erat,vt dicitur in d.l.nam & hoc natura & præterea adduci potest.l. adoptio.ff. de adop.vbi adoptio in his tãtum persouis locũ habet in quibus etiam natura potest habere. Cuius legis authoritate atque etiam.§.minorem.Inst. eod.docto. sæpe illud assumunt legem atque artem imitari naturam,& inter cæteros Bar.in l.si is,qui pro empto re.vers.eius quod est impossibile.ff.de vsucap.Sed & eius quoque l.testimonio.Ange.consi.x.sanctissima vers.fatetur fiscus.dicit naturã legis esse pædagogã.

Et per eum quoque §.minorem.tradit Bald.in l.quoties.quæ est vlt.post princip.C.de suis & l egit.virtutem legis in naturali ratione cõsistere.Legem enim sese speculari in natura.& illũ refert & sequitur Fel. in c.tua nos.vbi suprà de iureiur. Cicero autem lib. 3.Offic.scribit naturam legis esse fontem, hoc disticho aliquando lusimus.

Est legis natura parens,eadémque magistra,
Si nescis,legito hæc,continuóque scies.

Sed in eandẽ sententiam faciunt aliæ leges, videlicet l.3.si.ex contrario ibi.contra naturam.ff.de acq.pos. vbi Fran.Aret.in 1.not. illud quoq. ex ea not. ꝙ lex imitatur naturam quantũ potest. & l.1.§. furiosum, ibi natura manifestum est,& iterum in §.mutum,vtente iisdem verbis.ff.de actio.& oblig.& l.vbi autem.§.illud,ibi,natura ipsa manifestissimum est. ff. de verb.oblig.Cuius etiam auctoritate tradit Bald. in c.1.vers. item quæritur,ibi dicit Io.de Bronesco, titu.an agnat. vel fil. quòd id quod apparet per rerum naturam,non indiget probatione.

Nec omittendus est text.loquens de naturali iustitia, sed quem omnes vbique trahunt ad rationem naturalem. in l.scire oportet. ff. de excus. tut. Ex quo Iac.Rayn.Cyn.& ab eis Bald. circa med. not.sufficere naturalem rationem sine lege,quod ipse Bald dicit not. dignum.& sequitnr Ias.in l. illam.versicu. limita tamẽ.C.de collat.vbi ex hoc limitat id,quod per eum tex.dici solet, quòd erubescimus sine lege loqui.Ex eo quoque tex.idem Cy.in l.non dubium vers.primò quæro. C.de legib. dicit, quòd propter rationem naturalem etiam non scriptam possumus recedere à verbis legis. & sequitur Bald. ibi versicu. sed hîc vnum quæro.& Panor.in c.1. versic.nota ibi. intentione de iura.calum.

A quibus non longè distat,quod scribit Andr.Iser.vti à nonnullis allegatur in procem.Feu.versic.nam rationabile quod naturale, & rationabile aliquod dictum sine lege, ita debet mouere iudicem,vt ipsa lex.& ita illum citat & sequitur Marian.Socin. Iun. consi.61.inspectis.nume.43.hinc dixit egregiè lib.2. licet And. ipse non loquatur de dicto naturali, sed tantùm de rationabili:sed & in id alleg. ipse Maria. Ang.consil.cclxxv.thema super quo,dicentem vt ipse refert autoritatem Aristotelis, quærere legẽ vel rationem, vbi naturaliter sentimus, nihil aliud esse quàm infirmitatem intellectus,quamuis Ang. simpliciter loquatur de his quæ sensui patent. At illud primùm,scilicet de his, quæ naturaliter in nobis sentimus dicit idẽ Ang. in alio loco,videlicet consilio 367.in quest.vertente. vers.primò quia capta quem in hoc

in hoc sequitur Ias.qui & ipse priorem locum in id citat,in auth.si qua mulier.vers. contrariam opinionem.C.de sacrosan.eccles.& in d.l.illam, vbi suprà, de collat.

Quid,ꝙ lex nunquam inducit fictionem aut præsumptionẽ cõtra naturæ potentiã,siue impotentiam,id est,lex non fingit id quod natura est impossibile,gl. in l.Gallus.§.si eius,in gl.magna.& ibi Bar.& alij.ff. de lib.& posth.gl.in l.3.ff.pro soc.& ibi Bald.qui ex hoc dicit,quòd fictio imitatur naturam. Bart.in l.si is,qui pro emptore,& ibi Ias.ver.ex prędictis habes, qui est in nu.109.ff.de vsuca.idem Bart.in l.eandem. & ibi quoque And.Imo.& Franc.Are.de duob.reis. Pet.Anch.cons.32.subtiliter & copiosè. vers.secundò probo, & doct.vbique. Ad quod citari solet l.si paterfamil.§.vlt.cum l.seq.quæ est d.adoptio. ff.de adop.& d.§.minorem.Insti.eo.ti.& l.qui ad certum ad fi.ff.loc.& l.certè,in prin.ff.de prec.& l.si tibi electio.§.vnius.ff.de op.leg.& d.l.3.§.ex contrario, in princ.& iterum in fi.de acq.pos.& l.si pupilli.§.quid ergo,in verb.nec possit.ff.de nego.gest.& d.l.2.ff.de vsuf.earum rerũ,quæ vsu consu.vbi scribitur naturalem rationem auctoritate legis immutari nõ posse.

Adde quod scribit Bal.in c.1.in verbo,aliquid.titu.de pace Consta.prout illum citat Ias.in dict.l.si is, qui pro emptore. num.362.quòd ratio naturalis est potentissima in statutorum interpretatione. Et quod tradit Angel.consilio cccxlv.primo matris. versicu. ego in hac disputatione, quòd ratio naturalis certa est ratio,& in dubio habetur pro lege scripta,per d. §.sufficit loquẽtem (vt iam suprà diximus) de iustitia naturali. Nam (vt Angel.subdit) naturalis ratio idem est quod iustitia naturalis, præualens rationibus coniecturalibus.

Nam Abb.in repet.ca.per tuas.vers.nec obstat si dicatur,de arbit. quòd Papa non potest dispensare contra legem canonicam fundatam in dictamine rationis merè naturalis, vti nec contra legem fundatam in ratione iuris diuini,& sequitur Fel.in c.ad audiẽtiam.el 2.vers.bene fateor,quòd vbi lex,de rescri.& Augus.Bero.in rub.de rescrip.nume.134.& iterum num.151. idem Pan.in cap. vltim. vers.& licet ratio, de re iud.quòd licet ratio non exprimatur in lege, tamen illa debet coniecturari,quæ potuit naturaliter mouere legislatorem, quod & idem voluit ipse Pan.in c.secundò requiris.in 1.no.de appellat.& rursum ibi,ver.vltimo not.ibi,ipse nanque,quòd licitè in decisionibus causarum allegatur ratio naturalis.

Sed & ipse Panorm.in cap.cùm sint,in vlt.not.de deci. quòd cùm ius scriptum deficit, debemus recurrere ad rationem naturalem,per d.§. sufficit. & sequitur Francis.Cur.Sen.cons.57.super eo quod ab ordine. numer.17.Denique idem Pan.in c.nulla,in 1.not.de præben. quòd possumus argumentari à ratione naturali absque allegatione iurium, per eum text.qui tamen simpliciter de ratione loquitur.Et eũ tamen sequitur Fel.in d.c.tua nos.ver.in tex.ibi,res,de iure iur.Id quod proximè accedit ad id quod.ex Bald.diximus suprà versic.nec omittendus est. Et huc quoque spectat quod dicemus in tertia limitatio.

Sextum, quod superioribus annectendum diximus, quod gerundiuum facit semper præsumi causam finalem.Bar.in d.extrauag.ad reprimendum, in verb. ne ex eorum absentia. dicens id probari in l. 1.ff. de dolo,in diffinitione doli,& in l.1.ff.de tut.in diffinitio.tutelæ.Bald.in l.id quod pauperib.vers.iuxta hoc est sciendum, vbi id declarat. C.de epis.& cler. Alex.in addit.Bar.in l.2.§.vlt.ff.de donat.Ioan.Plat. in §.1.vers.& sic habes.Inst.de act.Ang.Aret.in rub. eiusdem tit.vers.ex qua etiam not.& ibi quoque Ia. in paruis.ver.aduertendum tamen est.& Hier.Grat. cons.124.cùm hæc causa.nu.18.lib.1.

Et hoc confirmatur, ꝙ gerundiuum importat necessitatem.gl.& Bal.in ru.ff.de eden. Odof.in rub.C.eo. tit. Bal.in rub.ff.de lib.& posth.vbi Bal.dicit,ꝙ importat formam.& Ang.in l.1.in prin.eo.tit.vbi dicit quòd importat necessitatem causatiuam, Mar. Soc. Sen.in c.1.in fi.de mutu.peti.de quo tamen, quia id perpetuum non est,vide Alex.& ias.post alios antiquiores,quos citant,in d.ru. C.de eden.& Sal.in l.1. vers.quæro ab extra.C.de his qui latro.occul. vbi & alia multa dicit de vi & natura gerundiui.

Sed vtcunque sit de ea re, tamen eam sententiam principalem fulcit,quod gerundiuũ conditionem facit ex multorum sentẽtia: quę si vera est, huc admodũ pertinet,quia conditio denotat causam finalem, vt diximus suprà vers. secundum quòd ex supradictis, sed nec hoc quoque perpetuum est,vt scilicet gerundiuum faciat conditionem : sed tum demum, cùm iungitur verbo futuri temporis, vt videre licet ex Bar.in l.si tu ex parte,ante fi.& ibi Fran.Are.in 2.no. ff.de acq.hæred.& eod.Bart.in l.1.versic.octauò quęro.ff.de cond.& demonst.Bal.in l.falsus.vers.& nota hîc in dictione.C.de fur. Gorn.cons.xc.in causa vertente.versic.quia gerundiuum.lib.4.& consil.143. licet in hac consulatione, versicu. illud enim gerundiuum,eod.lib.4.& Fely.in c.exceptionem.ver.noto quòd illud,de exceptio.Io.Plat.& Ange. Are.vbi suprà, Dec.consil.433. visa copia.versicu.non obstat quod secundò.

Septimum,dictio,quia,denotat causam finalem,Bald. in l.1.per glos.ibi, in verbo,occupari.ff.de feri.in 1. lectu.& in l.1. versicu. & nota quòd causa.C.de fal. cau.adie.Verùm Imo.in l.2.§.vlt. versic. item adde ei.ff.de donat.nulla Bald. mentione facta, contrarium tenuit,videlicet quòd causa expressa per hanc dictionem,quia tam in contractibus quàm in legatis non pręsumitur finalis,nisi fuerit obligatoria,vel accessoria causæ obligationis, vel nisi ex illa speretur lucrum,vel euitatio damni,per ea quæ no.Bart. in l.damus.ff.de cond.indeb. & in l.cum tale.§.falsã causam.ff.de cond.& demonst.& in l.1.C.de fal.cau. adiec.Sed hîc vide ipsum Bar.in l. demonstratio.§. quod autem.in 2.q.penè per totam eam quæst.ff.de condi.& demonst.

Ego verò cum Bal.sum huiusopi.vt hęc dictio propriè significet causam propriam,& sic finalem,cùm nulla dictio sit magis finalis,quàm hæc, vt etiam patet ex not.à Car.Flo.in c.quia propter,in 1.not.de elect.& in cap.verùm,post princ.de condit apposit. Nisi tamẽ aut natura,siue subiecta materia, aut aliud quippiam ex his quæ diximus, aliud suaderent, vt bene intelligit ipse Car.Flo.in c.quia circa,en fin.de consang.& affin.nam semper & vbique naturam negotij,siue subiectam materiam inspicere debemus, vt latè diximus & probauimus,in repe.l.si vnquam, in verb.reuertatur.num.37.& aliàs etiam videmus, & seq.& alibi sæpè in eadem glos.

Nec tamen omiserim quod ipse Bal.scriptum reliquit in c.quia propter.vers.in tex.ibi quia,de elec. ꝙ huiusmodi dictio,quia,est redditio causæ,vt not.in l.si is qui animo.ff.de acq.pos.Et quando,ait,ponitur à lege,præsumitur finalis, vt not.in d.l.cum tale.§.vlt. ff.de cond.& demonst.si verò profertur ab homine,

& tunc aut est necessaria, vt ratio quæ redditur à teste, & tunc præsumitur finalis. ca. cum causam, de testib. aut est voluntaria, & præsumitur impulsiua, vt in l. 2. §. vlt. ff. de donationibus.

Octauum, quòd in gratiis & priuilegiis in dubio omnis causa præsumitur impulsiua, potiùs quàm finalis, id enim voluit Bald. in c. decet, & ibi eius auctoritate Phil. Fran. ante med. vers. & dicit hîc Bald. de regul. iur. lib. 6. per not. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. Circa quod & tu vide quæ nos latè scripsimus suprà in hac eadem limitat. versic. incip. hæc tamen prima, cum multis sequentibus.

Nonum, quod & ex præcedentibus depromitur, ꝙ causæ quæ cohærent dispositioni, & quæ inspecta iuris dispositione inducũt, & arctãt ad ita disponendum, dicũtur finales. hanc enim veluti regulã ponit Soc. cons. 159. in præsenti consultat. versic. confirmantur etiam prædicta, lib. 2. & allegat d. l. 1. & ibi Bar. C. de fal. cau. adiec. leg. & ipsum Barto. in l. demonstratio falsa. §. 1. versic. tertiò quæro, de effectu causæ. ff. de cond. & demonst. & in l. damus. ff. de cond. indeb. & expressiùs Im. in l. 2. §. vlt. ff. de don. & in c. post trãslationem, de renun. Suprà autem diximus, quando causa dicatur cohęrere dispositioni.

Illud denique dixerim in hac tractatione causæ impulsiuæ, eam non omnino esse superuacuam, inutilẽ & inefficacem, vt quæ sufficiat ad id, vt promissio non dicatur esse nuda, & sine causa, si sit causa quædam impulsiua, vt voluit Bal. in l. generaliter. ver. quartò quæro. C. de non numer. pecun. per l. creditor. §. 1. ff. mand. & l. à Titio. ff. de verb. obli. quod dicit notandum. & Alex. cons. 76. viso libello producto. vers. ex his patet, lib. 6. & facit. quod scribit ipse in l. pactum quod dotali, in 17. quæst. C. de collatio.

Sed & aliud quoque non contemnendum operatur, vt scilicet præstet faciliorem causam dispẽsandi, vt videre licet ex c. magnæ, & ibi Pan. qui id ex eo expẽdit, & aduertendum dicit. versicul. vltimò no. quòd cessante, ibi aduerte tamen quòd licet, extrà de voto. Et idem voluerunt Ant. & Pen. in c. ex parte tua, de conuersio. coniug. per illum eundem text. in d. c. magnæ. Et id certè maximè tibi notandum ducimus, quia multi statim prima fronte, ei sententiæ minimè assentirentur, propter ea quæ not. in c. quia circa, de consanguin. & affinit.

LIMITATIO II.

Secundò limata hanc nostram regulam quia cessante causa cessat effectus, vt non procedat, quando is qui ex cessatione, siue defectu causæ contendit effectum cessare siue deficere, eo ipso versaretur in turpitudine, tex. est not. à paucis tamen in id priuatim annotatus, in l. cùm profitearis. C. de reuo. don. vbi allegans defectum finalis causæ non auditur, si id allegando propriam quoque turpitudinem allegat, & ad hoc illum tex. expressim expendit Bald. ibi.

Et id quidem generale est, vt non audiatur turpitudinem suam allegans. l. transactione finita. C. de transactio. l. filios. C. de reuoc. his quæ in frau. cre. & l. si creditoribus. C. de ser. pi. dat. man. & l. si seruus plurium §. 1. ff. de leg. 1. & l. 2. ff. de condi. ob turp. cau. & cap. sicut, de testi. & cap. cum super quæst. de conc. præb. & ca. interdilectios, de do. & ca. nemini xv. q. 3. & c. non sanè. xv. q. v. Super. quo tamẽ, quia recipit multas distinctiones, & limitat. vide glo. in c. inter dilectos, in ver. turpitudinem allegabat. & ibi doct. de reuoc. don. & Bal. in repet. l. 2. vers. ad solutionem istius quæst. ff. de iureiur. Panor. in d. c. cùm super, de concess. præb. Soc. cons. 154. visis instrumento donationis. vers. circa primum, & multis seq. lib. 2. & quę nos diximus in tract. Retractuum, tit. 1. §. 1. glos. 2. in verb. a vendu, num. 15. at vnum est, & gl. 18. in verbo, Le prix que la chose, & c. nu. 20. quantum autem, & num. 24. sed & aliud est. & seq. & iterum nu. 72. aut etiam nisi dicas.

LIMITATIO III.

Tertiò limita, vt non procedat nostra regula, quando ratio naturalis repugnaret, vt cessaret effectus ob cessationem causæ: neque enim tunc posset assumi argumentum à cessante causa, vti nec à contrario sensu, nec quoduis aliud, vt dicitur voluisse An. in c. ad monasterium. vers. venio ad ver. in refectorio, extrà de stat. monach. vti refert. & sing. dicit Vin. Pallio inter cons. Franc. Curt. Sen. cons. 17. in sanctæ nomine & indiuiduæ Trinitatis. vers. pręterea in quantum quamuis in meo codice Ant. id non ita scriptũ sit. Tamen id admodum iustũ est, & rationabile, & id expresè tenuit ipse Anto. ab illis non citatus in c. cùm apostolica. & ibi quoque Imo. versi. si autem causa sit finalis, de his, quæ fi. à pręlat. sine consen. c. Et id confirmatur ex his, quæ scripsimus suprà in 1. limit. vers. incip. hæc. Bar. & iterum vers incip. quintum quòd ratio, & multis seq. vsque ad versic. finem huic rei fecero.

LIMITATIO IIII.

Quartò limita, vt non procedat, quando sufficit, vt causa adsit certo aliquo tempore: nam si eo tempore adfuerit, non cessabit effectus, si posteà ea causa cesset, l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. vbi sufficit conditionem momento temporis quo adesse debuit adfuisse. l. quæcunque. §. vlt. ff. de public. in rem actio. vbi sufficit possessio momenti, quo adesse debuit, quas leges ad hoc allegat, & inducit Bald. declarando dicta Petri & Cyni, in l. generaliter. versic. sed ego dico. C. de episc. & cleri. Imo. in clem. 2. ver. conclusionem autem. de rescri. & Fel. in c. cùm cessante post prin. & ibi Dec. ver. tertiò fallit, de appel. idem Dec. in auth. pręterea, in fi. C. vnde vir. & vxo. & cons. 24. cuius factum incipit, mulier cui propter inopiam. Iason in l. sciendum. §. vlt. vers. ad idem facit. ff. qui satisda. cog. & Francisc. Ripa in l. ex facto. num. 17. ff. de vulg. & pup. Et ad hoc quoque allegat Imo. vbi suprà, l. 3. ff. de auro & argen. leg.

Et ex eo dicit ipse Dec. in d. auth. præterea, & d. consil. 24. quòd si mulier, cui ob paupertatem delata erat quarta pars, de qua loquitur d. authentic. præterea. efficiatur posteà diues, non propterea eam quartam amittit, quia qualitas paupertatis ipsius mulieris requirebatur tempore mortis mariti: quæ cùm eo tempore semel adfuerit, sufficit vt perpetuò id beneficium duret.

Sed huc quoque pertinet, ꝙ si qualitas quæpiam certo tempore requiratur, satis factũ erit, si eo tẽpore adfuisse reperiatur. l. in delic. §. si extraneus. ff. de nox. & l. ex facto. & ibi Bar. in princ. ff. de vul. & pup. & l. Titius. & ibi Bar. ff. de test. mil. & d. l. sciẽdum. §. vlt. ff. qui satisd. cog. vbi ille, qui ꝙ tempore iudicij possidet immobilia, reseruatur à satisdatiõe, & si posteà desinat possidere ea bona, non tamen tenetur præstare satisdationem, quasi causa cessauerit, quoniam tempus iudicij inspicitur. Ex quo not. Paul. Cast. ibi quòd excusatio semel concessa propter aliquam causam quæ aderat congruo tempore, durat, quamuis causa non duret. Et (quod fortius est) etiam si cesset facto ipsiusmet excusati, vt probat ille tex. vti ponde-

ponderat Iason ibi,verſ.not.ex iſto text.

Et ex hoc quoque fit, ꝙ cùm reſcriptũ Papæ nõ niſi canonico eccleſiæ cathedralis, vel ſimilibus perſonis enumeratis in c.ſtatutum,de reſcri.lib.6.& aliis iuribus,dirigi non poſſit.Si cauſa per reſcriptũ fuit cõmiſſa canonico, qui poſteà deſinit eſſe canonicus, nõ ob id ceſſat cõmiſſio, etiam ceſſante ea qualitate,ſecũdùm Pet.in l.generaliter,& ibi Bal.qui id tamen declarat. verſ.ex prędictis determinatur.C.de epiſc.& cle.nam vt dicit ipſe Bal.decretalis non requirit iſtam qualitatẽ adeſſe, niſi tempore impetrationis,vt d.c.ſtatutũ, poſt prin.& ibi Io. And.in nouel.ſuper gl.habentibus. vbi id latè tract. poſt alios multos antiquiores ab eo citatos, & certè idem ibi ante eum tenuere Io.Mona.ver.ſed quæro aliquis tẽpore.& Archi.ver.quid ſi cauſa fuit commiſſa,& ibi item ipſemet Io.And.in gl.ordin.in ver. canonicis. ante fi.ibi,& ſi tẽpore datæ,& ibi quoque Pe.Anch. verſ. quartò quæro,dicitur. Domi. ſuper ea gloſ.& Phi.Fran.ſuper eadem gl.& præterea glo.in cle.2.in verb.principalis,ibi, ſed quid ſi deſiit, & ibi Paul. Eleaz.Car.Flo.in 6.q.& Imo.qui latè tractat,ver.cõcluſionem autem.Pan.in princi.& Barb.verſ.quærit vlterius glo.eod.tit.Specu.qui diſtinguit,tit.de iud. deleg.§.vltim.quid ſi cauſa.Domi.à Rota,deciſ.27. nota quòd vbi aliquis, de reſcrip. in antiq.& Feder. Senen.conſi.32.quæſtio talis eſt,quidam de populo. ver.facit etiam quod not.Bal.in l.prędia, poſt med. verſ.extra quæro,quid ſi erat.C.de fideicomm.Pau. Caſtr.conſ.288.ad primum reſpondetur, quòd à dicta.verſ.ſuper tertio dico.lib.1.Domi.in cap.licet canon,in princ.verſ.primo caſu.de elect.lib.6.Felin.latè in c.quoniam Abbas. verſ. ſed nunquid deſinens, & ibi quoque Dec. qui hanc dicit eſſe communem opin.& id tamen duobus modis declarat.Tu tamen vide hîc Pan.qui contrarium tenere videtur in d.ca. quoniam Abbas.verſ.ex prædictis videtur mihi difficilè,de offic.deleg.& ante illum, licet non alleget Cyn.in l.tutelas.ff.de cap.deminut.

Quin & huc quoque nonnulli referunt quod alibi diximus,ſufficere vt tempore delatæ hæreditatis quis ſit agnatus,vt hæreditatem ipſam nãciſcatur, etiam ſi poſteà deſinat eſſe,quia id ampliùs non dependet ex ea cauſa.l. vlti.de ſucceſ. edic.& l.vlt.ff.vnde lib. & l.cognatis.ff. de rebus dub. neque enim agnatio in acquirenda hæreditate reſpicit ſucceſſiuum effectum quia vno momento acquiritur,l.placet.de acquirend.hæred.Hæc enim propemodum Bal.in d.l. generaliter.verſic.in contrarium,quia text.dicit, & iterum. verſ. quandoque autem cauſa finalis.C.de epiſc.& cler. & ibi quoque ante eum Cyn.poſt Pet. verſic.vnde quæro nunquid.& Imo.in d.cle.2. verſi. hæc ratio concludit,de reſcrip.Et omnes vbique.Et hoc quoque poteſt pertinere ad id quod dicemus de actu conſummato in 12.limitatione.

Nec hinc longè diſtat quod voluit glo.no.in l.1.in verbo,non vlciſcatur, & ibi poſt eum Alb.Bald.Ange. Salyc.Pau.Caſtr.& omnes præter Petr.& Oldr.qui contrarium dicunt,& Cy.qui dubitat.C.in qui.cau. in integ.reſt.non eſt neceſſ. quòd cùm is qui minor eſt tempore delatæ & aditæ hęreditatis non priuetur hæreditate, ob id quòd mortem patris nõ vltus eſt,quia ſcilicet minor eſt,per tex.ibi Certè ſi paulò poſt,& (vt verbis eius gl.vtar) poſt triduũ maior efficiatur, nec mortem patris vlciſcatur, non priuatur hæreditate. Sufficit enim vt ſit minor eo tempore. Quod & ipſum voluit alia gl.in l.minoribus,in verbo,reſpondere, & ibi quoque Alber. Bald.qui dicit not.verſ.quærit gloſ.hîc,Angel.Saly.latè Floria.qui ita dicit ſe conſuluiſſe.Corneus etiam latè,Alex.Iaſ. & omnes etiam præter Petr.Cyn.& Paul.Caſt.C.de his quib.vt indign.& Raph.Fulgoſ.conſ.52.quidam Antonius.in 2.dubio.

Et quod in ſimili dicitur de matre, quæ tenetur intrà annum petere tutorem ſuo filio impuberi,aliàs priuatur eius hæreditate.l.ſciant. C.de leg. hæred.& l. omnes.C.ad Sen.Tertul.excuſatur tamen, ſi ea minor ſit,cùm eius maritus moritur.l.2.C. ſi aduerſus delic.& hęc quidem excuſatio durat etiam ſi mater poſteà maior facta fuerit: ſufficit enim eã fuiſſe minorem illo inpriori tempore,vt voluit Spe.tit.de in integ.reſt.in II.parte(eſt enim & idem tit.in 3.parte) §.quis autem. verſicu.ſed quid ſi ipſa mulier.& ibi Sal.in addit.illius,per glo.in dict.l.1.C.in quib.cauſ. reſt.in integ.non eſt neceſ. & idem Bald.in d.l.2.C. ſi aduerſ.delict. etiam per no.in d.l.2.& in d.l.minoribus.dicitque ſe plures hanc opi. fuiſſe ſecutum ex naturali ęquitate,& ibi quoque Sal.Ang.Pau.Caſtr. Raph.Fulg.& alij ſuprà alleg.& ipſe Bal.in auth.ſi captiui,poſt medium. verſ.ſecũda quęſtio eſt. C.de epiſ.& cle.dicens aliud eſſe in filio minore, qui non redemit patrẽ captiuũ,& interim factus eſt maior, nec tamen eum redemit,de quo non diximus ſuprà in ætate ceſſante, vbi videbis rationem differentiæ, & idem Bal.in l.qui contra.verſ. ibi quos omnes.C. de inceſt.nup.& in l.precibus.verſ. quid ergo ſi tempore primo.C.de impub.& aliis ſubſtit.vbi hanc dicit eſſe communem,& ſecundũ eam ſe conſuluiſſe. Ang.in d.l.1.C.in quib.cau.reſtit.in integ.non eſtne ceſ.Raph.Ful. d.conſ.52.in 2.dub.Paul.Caſt.Alex.& Iaſ.in l.ſciendum.§.vlt.ille in 1.not.alter. poſt prin. tertius.nu.11.ff.qui ſatiſd.cog. Rom.ſing.221.tu habes,vbi & in id allegat l.qui cùm maior,poſt princ. ff.de bon.lib.& l.3.§.ſcio.ff.de min.

Ex quibus tamen ipſe Pau.in d.l.ſciendum.§.vlt.id declarat niſi efficeretur maior intra illum annum, reſtarétque tantùm temporis ex eo anno,vt poſſet ipſa tutelam aſſumere,vel alium tutorem petere, quia non fuit omnino excuſata, cùm toto tempore anni minor non fuerit, quod & ipſum voluit Alex.in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.verſ.& iſtud in terminis.ff. ſol.mat.& ita intelligendus eſt Ange.qui contrariũ prima facie videbatur tenere eius quod ſuprà diximus,vt ſcilicet mater non excuſatur,& ita illum intelligit Alex.in d.§.ſi maritus.de quo tamen vide ipſum Alex.in d.l.minoribus.

Facit quod Bart. tradidit in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus,per eum tex.verſ.ſi autem tantus,ibi,vt ſanitatis nulla ſpes ſuperſit,& ibi etiam Paul. Caſt.circa medium,ibi,& per hoc determinat,& Ale.verſ.in tex. ibi,nulla ſpes.ff.ſol.matri.quòd ſi quis eſt excuſatus à muneribus propter morbum, de cuius ſanitate nulla ſpes erat,illi ſemper proderit ea excuſatio, licet poſteà pręter ſpem conualeſcat,& allegat etiam Bartol.ad hoc l.penultim.in princip.ff.de vacat.munei.& Paul.etiam allegat quod not.per.gloſ.in dict. l.1.C.in quibus cauſ.in integrum reſtitutio.non eſt neceſſ.

Et id quoque quod à pleriſque ſcriptum eſt,ꝙ ſi quiſpiam ob numerum liberorum à tutelà fuerit excuſatus, & poſteà is numerus decreſcat morte liberorum,non propterea extinguitur ea excuſatio,& immunitas quã habuit, per tex.in d.ſciendum.§.vlti. ff.qui ſatiſda. cog. & in §.illud, in auth.cõſtit.quę

de dignit. Ita enim voluit Ioann. Andr. qui dicit ita fuisse in publica disputa. determinatum, & per præstantissimos Doct. consultum, in c. decet, de reg. iur. lib. 6. & ibi quoque Bald. in quibusdam addit. quas fecit ad ipsum Ioan. And. & Albe. qui id c. legit sub tit. ff. eod. tit. de reg. iur. Bart. nutans tamen in l. 2. §. non solùm & ibi ipse Alb. qui eũ §. legit cum prin. l. 2. ff. de excus. tut. per text. in dict. §. non solùm. ipse Alb. in l. si vnquam. vers. item in excusatione. C. de rei vend. per tex. in dict. l. 2. §. oportet. ff. de excu. tut. Fulg. d. cons. 52. quidam Antonius. Imo. cons. lxxvij. visis ac ponderatis. in. 5. dub. Mart. Laud. in tract. de fisco, conclus. ccxviij. habens priuilegium. vbi ita dicit se consuluisse. Io. Ana. cons. cv. eodémque vlt. circa dubium oblatum. Soc. & Ias. in d. l. sciendum. §. vltim. ille, vers. secundò inducitur, hic, vers. not. ex isto tex. ff. qui satisd. cog. ex quibus Soc. dicit hanc esse cõmunem opi. nec ab ea in iudicando & consulendo esse discedendum. Dec. in dict. auth. præterea ad §. C. vnde vir & vxor. & in l. vlt. in princ. ff. si cert. pet. & l. in omnibus. ff. de reg. iur. & in cap. cum cessante de appellat. vbi id dicit not. & d. consilio 24. versic. quintò accedat. Hippol. Marsil. in l. si redhibitus. ff. de quæst. Francis. Ripa. in l. ex facto. vers. præmissa faciunt. ff. de vulg. & pup.

Verùm ipse Alex. in addit. Nic. Neap. in d. l. 2. §. non solùm. ff. de excus. tut. dicit, quòd licet id sequeretur. & consulendo, & iudicando, tamen contrariam opi. esse veriorem, & in eam sentẽtiam factum fuisse statutum Bononiæ, vt scilicet decrescente numero liberorum, cesset priuilegium immunitatis, nisi vnus tantum fuerit mortuus. Sed & in addit. Bart. in dict. §. non solùm & etiam in d. l. si cùm dotem. §. si maritus versic. secundò adde, & aliis multis sequen. ff. sol. matrimon. palam illam opinionem reprobat, & vbique multas rationes adducit, quibus respondet Ias. in d. l. sciendum. §. vlti.

Propriori opinione, facit text. in l. 2. §. qui ad munera. ff. de vacat. muner. vbi qui vocantur ad munera, viuorum se liberorum numerum habere, tempore quo propter eos excusari desiderant, probare debent: numerus enim liberorum postea impletus, susceptis antea muneribus non liberat, & ibi glo. allegat alios text. concordan. Ex quo sequitur, vt nec numerus posteà deficiens, tollat immunitatem iam acquisitam ex eo tempore quo requirebatur hunc numerum adesse, vt idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito. l. vlt. §. si filius. ff. de leg. 3. & c. vltim. de consuet. & ad hoc illum tex. expendit Franc. Rip. in d. l. ex facto, vbi suprà, de vulg. & pupil.

Sed eam tamen priorem opi. & alia similia intellige procedere in tutela, aut aliis muneribus iam ordinatis & consummatis, verbi gratia, si quis habens 12. liberos ex statuto sit exemptus à datiis, certè si cũ datiæ erant ordinatę, cúmque dies partim cesserit, partim non cesserit, & ita nondum erant prorsus consummatæ, ex 12. liberis vnus aut duo moriantur: nihilominus pater erit prorsus ab illis exemptus: inspecto initio, quod immunitas incipit habere vim suam, l. incola. ff. ad municip. non autem à futuris nondum ordinatis, si res peruenerit ad casum à quo non potest incipere. l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. Et ita in specie consuluit Bald. cons. 117. verba domini ita dicunt. lib. 1. & eum nuncupatim refert, & sequitur Franc. Rip. in d. l. ex facto. num. 17. in fin. ff. de vulg. & pup. substit.

Quinetiam in illa ipsa specie excusationis à tutela ob numerum liberorum, vt scilicet semel excusatus à certa tutela, quæ iam cesserat, ob eum numerum liberorum, perpetuò maneat excusatus (etiam mortuis posteà liberis) ab eadem tutela: non etiam ab aliis quæ post mortem liberorum superuenerũt, vti voluerunt nonnulli, quos citat Io. And. in d. c. decet, quos tamen ipse non sequitur: sicuti nec facit Soc. in d. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. matr. Sed idtamen placuit Philip. Franc. in d. c. decet, & non obscurè Bar. in d. l. 2. §. non solùm. ff. de excus. tut. & plerisque omnibus, qui hanc rem tractarunt. Et hoc mihi verius videtur, ad quod & tu vide quæ dicam infrà in 12. limit. veri. incip. intellige secundò.

LIMITATIO V.

Quintò limita nostram regulam, vt nõ procedat, quando tractatur de lucro captãdo, siue quærendo: quia tunc per cessationem causæ, siue rationis non disceditur à verbis legis, aut alterius dispositionis, ex sententia Bart. in l. omnes populi. versic. secundò quæro an statuta. ff. de iusti. & iur. per tex. in l. si prospexit. ff. qui & à quibus, vbi & idem sentit ipse Bar. & similiter in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & eum ex primo loco refert, & sequitur Maria. Socin. Sen. cons. omnium. 1. in casu suprà narrato.

Sed tu hîc vide Fely. in c. si quando. vers. sed videtur mirabilis extrà de rescrip. & quæ nos latè scripsimus suprà in cessante ratione legis, versic. incip. intellige secundò, & multis sequen. ex quibus facilè intelliges, quid hîc dicendum sit.

LIMITATIO VI.

Sextò limita, vt etiam non procedat nostra regula, quando causa est duntaxat probabilis non necessaria, tunc enim ea causa cessante, licet etiam sit finalis, non cessat effectus, siue dispositio, vt scribit Bal. in l. 1. vers. item an cessatio. ff. sol. matrim. per d. l. prospexit. ff. qui & à quib. loquitur tamen ipse Bal. cùm ratio, vel causa non est expressa, sed venit interpretatiuè ex alia dispositione: licet eum simpliciter, sine ea declaratione sequatur. Marian. Soc. Sen. dict. consil. 1. vbi suprà in pręced. limitatio. Et ad hoc benè facit quod ex Iaco. Bel. in l. 2. §. vlt. ff. de dona. affert Alb. in l. generaliter. ibi, si autem cessat culpa. C. de episc. & cler.

Et quòd aliàs in vniuersum causa siue ratio, aut etiam arg. probabile, & non necessarium non cõcludit. necessarjò, vt videre licet ex no. à gl. & aliis, in l. si de interpretatione. ff. de legi. & in l. 1. C. eo. ti. Bar. & aliis in l. 1. ff. si cer. pet. Bal. in aut. conuenticula. ver. item est argumentum. C. de epis. & cler.

Glossa autem in l. non omnium. ff. de legib. dicit, quòd ratio debet esse talis, quæ sit necessaria. Sed & alia glo. in l. si cum exceptione. §. post annum, in verb. & rei habet. ff. quod met. cau. specialiùs dicit, quòd ratio debet esse necessaria, nedum probabilis. Et deinde dicit, tum demum necessariam rationem, cùm lex deficit ipsâ deficiente, & cùm eadem locum habet, tum ipsa ratio locum quoque habet, quæ res proximè spectat ad hanc nostram limitationem.

LIMITATIO VII.

Septimò limita, vt non procedat quando ratio, siue causa cessat in singulis quibusdam personis tantùm: veruntamen verificatur, vt in pluribus, nam eo casu non cessat effectus ex cessatione causæ, siue rationis, in illis singularib. vt voluit Bald. qui quoquò te vertas, illum vbique reperies, in l. 1. vers. in ea glo. ibi, sed impulsiua. ff. de fer. in 1. lect. per tex. in l. iura.

iura.ff.de legibus.

LIMITATIO VIII.

Quin generaliter, cessante causa in vna persona, non cessant effectus in aliis personis, per text.in l.Lucius.§.quisquis ff.de legat.2.& in l. vnum ex fratribus.ff. de cond.instit. & not.glo.in c. & si Christus, verbo cessante,& ibi quoque Bald.versic. dicit glo. quòd cessante, de iureiurand. & idem Bald.in dict. l.generaliter.vers. sed in dubio.c.de episc. & cleric.

Et huc pertinet quod generaliter dispositiones loquẽtes de quibusdam personis ad alias non trahuntur. l.si verò.§.de viro.ff.solut.matr. & ita quidem vt si aliàs extensio fieri possit ad alium casum ex certa quadam ratione, videlicet ex præsumpta mente diponentis, secundum not. in l. tale pactum.§.vlti.ff. de pact.& in l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& posth. Id tamen non fit de vna persona ad aliam etiam in fauorabilibus. per l.si quis ita. §. si quis cùm ignoraret.ff.de test.tut.& id voluit Raph.Cu.in l.commodissimè.ff. de liber. & posth. Franc.Aret.& Ias. in l. Gallus.§. & quid si tantum. ff. de lib.& posth.cum aliis multis concord.adductis à me in repet.l. si vnquam.in verb.literis.nu. 28.incip.ídque maximè,& duobus seq.C.de reuoc.donat.

LIMITATIO IX.

Nonò limita & idem est cum duabus præcedentibus limitationib. vt hæc nostra regula procedat in ratione generali, quæ scilicet consideratur in sua generalitate, id est, in generibus singulorum, non in singulis generum: licet in aliquo casu singularissimo cesset ratio legis, non tamen cessabit lex. Bald.in l.non dubium. versic.sequitur videre de interpretatione C.de legib.ita intelligens d.l prospexit.ff.qui & à quib.cau. & sequitur Pet.Anch.in c.j. vers.circa secundum articulum. de constit. & Alex. cons.xxxij.clarissime domine.versi.ad idem bene facit lib.7.

Sed id non placet Fely. doct. certè celeberrimo, in di. cap.si quando. vers. considera secundò verba, extra de rescrip.neque enim, inquit, iustum est, vt in illo casu quanuis singulari, cessante ratione legis, lex ipsa affligat, ita enim loquitur. Sed tu tamen hîc vide quæ diximus suprà in j.limitatio.vers.incip.tertium quod cùm lex,& seq.

LIMITATIO X.

Decimò limita, vt hæc nostra regula non procedat quando in causa, siue ratione ponitur dictio fortè aut similis ex sententia gl. in cle. j.in verb.forte.aut vt alij collocant eam glo. in verb. appellandum. de appella. quæ quoniam tex.dixerat, quia fortè de facili eorum præsentia simul haberi non possit, dato ergò, inquit, quod haberi posset eorum copia locus esset ei, quod hîc dicitur.& eam gl. sequuntur doct. ibi magna ex parte, ex hoc dicentes eam dictionem fortè denotare causam impulsiuam, non finalem, vti videre poteris apud Card. Flor. post antiquiores, ibi in xij. q.& Imol. vers.glo. fortè quærat. atque etiam Ant. in c.quoniam.§.nisi fortè.versicu. quæro qualiter probabitur. & ibi Pan. qui eum.§. nisi fortè. legit cum princ. vers. quæro, quid si non facta extra vt lite non contest.per eum tex. in verb. ne fortè hoc procuret.Imo.in l.gerit. vers. nec obstat prædictis. de acqui. hæred.Alexand. qui illam gl.dicit not.in l.in ratione. la.§. quod vulgò. vers. in ea.ibi. §. verò si non fecerit. ff.ad leg. Falcid.vbi ex hoc reprobat decis.Bald.in l.filium quæ. vers. & quia de inuentario.C.fam.ercisc.& eundem Alexan. in l.1.§. is qui me. versicu. ratio autem, qua mouetur,& ibi Ias.qui tamen id declarat,& eam glos.dicit sing.ver.& si tu subtiliter diceres.ff.ad Sen.Treb Barb.in repet.c.Raynaldus, vers.ponderandum est, rursúmque versic.vnde pondero illum tex.de testa. vbi per eam glos.dicit quòd causa, in qua apponitur hæc dictio fortè, respicit factum, siue facti accidentia & non iuris dispositionem.Fel.in cap.2.vers. primò quòd vbi lex.vt lite non contest.Ias.in l.si pecuniam.versi.item nota quòd vbicunque.ff.de con. cau.da.& in l.in substitutione.versi.vltimò circa distinctionem.ff.de vulg.& pupil.& in l.si ex falsis.in v.no.C.de transactio.& in §.æquè si agat.nume.27. institu.de actio.Et hæc certè limitatio pertinet ad primam illã limitationem, qua tractauimus de causa impulsiua.

Alia de vi & natura huius dictionis forte, forsitan, forsan, fortasse, fortassis quæ sunt eiusdem significationis, vide glos.in l.mutus.in verb.forsitan.ff.de procur.& in l.si duo.in verb.fortasse.ff.de recep. arbit. & in l.1.§.1.in verbo nisi fortè,& in glo. sequent.ff. de rei vendi.& in l.incommodato.§ sicut in verbo, peritura.ff.de commod.& in d.l.in substitutione.in verb.nisi fortè.& ibi Bal. in fi.Ang. etiã in fi. Raph. Co.Imo.Alexan.latè.& Iac.latiùs.ff.de vul. & pup. substit.& glos.in c.super literis.in verbo, nisi forsan. & ibi Barb. versicu. venio ad glos.in verbo, forsan. & August.Bero.num.74.de rescrip.& glos.in c.tua. in verbo, si forsan.de procura. & in c.nisi cùm pridẽ in princip.in verb.forsan.de renunt.& in c.2.in verbo, propter contumaciam. & ibi Host.& Ioã.Andr. vtrunque in verbo, fortè. Card. Florent.in 3. not. Ant.paulò ante fin.& Pan.in fin.& Fel.versi.vltimo dum dicitur, vsque ad.si illius c.vt lite non contest. & glo.in c.2.in verbo fortè. & ibi Hostien. in eodẽ verbo.Ioan.And. ad fi. Card. Flor.in 4.not.Imol.in vlt.not.& Barb.vers.& not.etiam ex ista, ex tra de testamẽt.& glo.in c.ex parte in verbo, ne si fortè post prin.& ibi Anto.ver.oppono quod omnino. & Pã. circa med. de celebrat.miss. & glos in c.tua nos. in verbo, forte.& ibi Innoc.in prin.de sponsal.& glos. in cle. 2.versic.denique in verbo forsan.& ibi Card. Flor.in princ.de senten.& re iudic.& in c.admonere.in verbo, si forte.33.questio.2. & in can.quoniã in verbo, si forte.de pœniten.distinc.1.& Spec.titul.de alleg.& disput.aduoc.§.post hoc autem. versicu. vel in principio.ibi item dictio forte.Al. in suo lexico. in verbo, forsan, forsitan, fortassis & fortasse. Cardi. Flor.in cap.1.in 5.not.de postulan. Barb.in rep.cap. Raynaldus versicul.& si quispiam dixerit de testam. Steph.Maleret. in tract.de elect. versic. & quia, de verbo forte.

Et vide quæ habentur Ioan.c.si me sciretis forsitan, & & patrem meum sciretis, quam eandem sententiam cap.14.sine dictione dubitatiua posuit.Si cognouissetis me,& patrem meum vtique cognouissetis, in quo illud notandum, interpretem in priore loco coniunctionem, at, vertisse in forsitan: in posteriorẽ in vtique. Augustinus autem in priore loco monet illud forsitan non esse dubitantis, sed increpantis.

LIMITATIO XI.

Vndecimò limita nostram regulam, vt non procedat vbi ius iam cessat alicui quæsitum ex causæ existentia.nam licet causa ipsa postea deficiat siue desinat, ius tamen illud quæsitum retinetur, vt p l.post mor

tem.§.j. & l.non putaui. §. sed si post mortem.ff.de bon.pos.contra tab. & l.cùm vxori.C. quando dies leg.ced.& c. ab eo. de elec.lib. vj. & clem.constitutionem eod.tit.voluit Ioan. Andr.in c.decret. vers. & idem in similibus.de regul.iur.lib.6.& Bald. in l. filiam.ff.de Senat.in prima lectura.

Ad quod etiam facit quod scribit Bald.in l. generaliter.vers.ecce aliud exemplum . C.de episco. & cler. quod cùm restitutio in integrum acquiratur in primo instati, & momento læsionis consummatæ ob absentiam, licet postea cessat ea absentia, ob quam competebat eadem restitutio, non tamen cessat ea restitutio,iam quæsita.per l.quod tempore.C.de restitut.milit.& l.vl.§.sed quod simpliciter.ff. eod.tit. & idem propemodum dicit Cyn. post Petr.indict. l.generaliter.faciúntque alia multa quæ dicam in sequen.limit.

Sed hoc tamen intelligendum est, quando illud quæsitum fuit de iure communi: secus si quodã iure irregulari siue extraordinario, & speciali fuerit quæsitum, nam tunc illud ius cessat cessante causa ipsius, vt voluit Bald. in l. si pro ea.in 8.quæstio. C. mand.quod dictum pro not.refert & sequitur Philip.Franc.in cap.cum cessante.versicu.secundò conclusio limitatur, extrà de appellationibus.

Nam (vt dicit Bald.vbi suprà) facilius tollitur priuilegium siue ius extraordinarium, & speciale quàm ius commune.l.eius militis.§.j.& ibi gl.quæ id not. verbo, quocunque modo. & l.antiquæ. C. ad senatusc.Vell.& l.si quando.in princ. C.de inoffic.testa. & ibi Bart.Bald.& Ang. ff.de milit. testa. & §. quia verò verisimile,in fi.in auth.de non alie.reb.eccles. & id quoque voluit glo.in l.2.in verbo,interpretari.& ibi Barto.ff.de constit.princ.& glo.vlt.in l.1. ad fin.C.si aduers.venditio.& in l.1.in glo.vlt.vers.item quartò,quia facilius.C. si de momen.pos.& in l. assiduis,in verbo,licet auterioris sint,paulò ante medium. C.qui potior.in pign.hab.& in l.si quis extraneus in prin. & ibi Rom.in fin.ff.de acquir. hæred. Alber. in l.qui per salutem. in fin. ff. de iureiurand. Bal.in cap.post translationem.versic. quæro vtrum cessante. de renuntiatio.Roman.in l. sciendum. versic.restat respondere.ff.qui satisda.cog.Et addit ipse Bald.in d.l.si pro ea, facere no.in l.ad comparandas.in fi.C.mand.

LIMITATIO XII.

Duodecimò limita, & generaliùs vt non procedat hæc regula, cùm effectus causæ esset iam consummatus & perfectus, & vt nostri loquuntur in esse productus.per.l.vlti.in princip.ff.vnde lib.& l.inter stipulantem.§.sacram, in illis verbis, nec reuocantur in obligatione. & ibi Ias. in 4.not. ff. de verbo. obligatio.& l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.&. l.qui res.§. aream. ff. de solut.& l.tutelas.in priucip. ff. de cap.deminut.& c.quæris.& ibi glos.in verbo,contrahatur, de consecrat.distinct.4. vbi obligatio semel extincta propter aliquam causam extinguentem, non conualescit cessante ea causa. & cap. de bigamis, extrà de big. ex quo not. Ant. in 2. locis, quod cessante causa efficiente non cessat effectus iam impressus. & c.sanè de renunt. ex quo etiam not. idem Anton. post princip. perempta causa non perimi effectum iam in esse productum.& c.vlt.de offic.legat.ex quo not.Imo.in 2. not.quòd extincta causa non perit iuris effectus in esse deductus : secus si sit in fieri, vt ipse loquitur, & res sit integra.

Et ita quoque, vt scilicet non cesset effectus consummatus per cessationem causæ. voluit Cyn.in l.generaliter.versic. in contrarium,quia lex dicit & ibi Bal. vers. item exemplum de causa, & iterum vers. quandoque autem causa finalis. C. de episc.& cler. Bar.in l.2.§.vlti.ad fin.ff.de donat. & in l. pluribus. §.etsi placeat, ad fin.ff. de ver. obli. bona pars Canonistarũ in c.post translationem,de renuntiat.Bal. in l.vbi vers.formatur etiam alia quæstio. C. de iure dot.& in l.1.vers.priuilegia autem.ff.sol.matr.vbi & alia iura allegat, & in c. & si Christus. de iureiur. Alexand.in addit.Nico.Neapol in l.2.§. non solùm. ff.de excus.tut.Corn.consil.xxiiij. omisso primo dubio.vers.nec obstat quod in secunda.lib.3. Soc.consil.lxxxj.non est dubium.versic.nec obstat nunc.lib. 3.Deci.in l.1.nume.79.ff.de offic. eius cui mand.est iurisd. & in c.quæ in ecclesiarum. versic. sed aduertendum est,de constit.& in c.cum cessante.versic.secundò conclusio limitatur, de appellat.& consilio xxiiij. cuius factum incipit, mulier cui propter inopiam.versicu.tertiò suadetur ex eo. & consil. xxxj. cuius superscriptio est, quando valeat renuntiatio. vers.tertiò non obstat, vbi ex hoc consuluit in pulchro casu Franc.Balb in tract.præscriptio.in 3. parte princ.in ix.q.in fin.Francis. Ozer in §.j. nu.5.per eum tex.instit.de exhæred.liber.Franc.Curt. Iun.in l.2.nu.78.C.de eden.& Hieron.Grat.cons.lxiij.visis elegantissimis.nu.37.lib.2.

Propterea dicit glos. not. in cap. in argumentum de reg.iur.lib.6. quòd ista regula procedit circa facta,non autem facienda. Bald. autem in d.l.1.§.1.in fin.ff.de offi.eius cui mand.est inrisd.scribit cessante causa priuilegij non cessare priuilegium, quod retro sortitum est effectum.& sequitur Ias.in d.l.filius à patre. §.1. versicu.limita istam regulam. ff. de liber.& posthum.quo etiam loco ipse Bald. Ange. & alij tradiderunt, quod si aliqua terra exiuit de obedientia domini & ob id fuerit bannita,licet postea ad obedientiam redierit, non tamen per hoc remittúntur banna,nisi id expressum fuerit:quod tamen pugnare videtur cum eo quod diximus suprà in banni causa cessante.

Et huc quoque spectat quod ab ipso Bald. proditum est in l.Titius,quæ est penult.per illum tex.ff.de excusat. tutor. quòd si testator reliquit vxorem suam vsufructuariam bonorum suorum,donec castè vixerit :ea autem primo anno pudicè vixerit, secundo autem impudicè,ob quod legatum illud suum amiserit : deinde verò ad castitatem redierit, non per hoc recuperat legatum, quo iam per impudicitiam decidit,quod non ob aliud est, quàm quod effectus impudicitiæ consummatus est.

Specu.in tit.de prob.§.1.vers.circa nouale,illud tradit quòd nouale tandiu durat, quandiu à primis religiosis detinetur:quod si ad alios peruenerit, desinit esse nouale, per c.vlti.de priuil.nec si ad primos illos redierit,recuperat illam noualitatis,vt ita dixerim,qualitatem per tex.in dict.l.inter stipulantem. §.sacram.ff.de verborum obligationi. suprà in princip.huius limit.allegatum.

Et quòd id quod dicitur, perempta instantia perimi omnes effectus eiusdem, intelligitur in effectibus iam consummatis per litis contestationem, verbi gratia quis sit malæ fidei possessor ob litem contestatam. l. certum. C. de rei vendic. & l.nemo.C.de acquir.

acquir.possess.item perpetuatur actio.l.vltim. C.de præscript.xxx.vel xl.annos, item res efficitur litigiosa.authent.litigiosa.C.de litigios. Certè hi effectus & si qui alij sint similes non perimuntur,perempta instantia, cùm sint (vt diximus) consummati, ita voluit Panor.in c.causam,quæ versicu.sed circa hæc secundum recentium extra de testib. sed tu de hoc vide glo.& doct.in l.ij.C.de fruct.& lit.expens.& in c.significauerunt,de testib.& in l. properandum.§.j.C.de iudic.

Sed & eò spectat quòd cùm per superuenientiam liberorum in ipso iure reuocetur donatio,vel per l.si vnquã.C.de reuoc.dona.certè si liberi nati ob quos ea reuocatio facta fuerit,postea moriantur,non tamen cessat reuocatio, cùm per eorum natiuitatem continuò ipsius effectus, id est ea reuocatio fuerit consummata.Ita enim voluit Alb. in d.l.si vnquam. & Barto.in l.Titia.§.Imperator.versi.pone quòd filij.ff.de leg.2. & alij multi, quos enumerauimus in repe.l.si vnquam,in verbo,susceperit liberos num. 203.incipien.& ne post tot tantásque.C.de reuocã. donation.

Et illud quoque quod si mater quæ tutrix erat filiorũ, transiuit ad secundas nuptias, ob quod priuata fuerit ea tutela & postea soluatur secundum illud matrimonium, morte mariti, non reassumit eandem mater tutelam, sed manet perpetuò priuata. cùm effectus priuationis fuerit statim cõsumatus, quàm ad secundas nuptias conuolauit, vt satis declarat tex. in §. quia verò in illis verbis, mox vt secundas nuptias contraxerit,in authenti. vt sine prohibitio. matr.& aui.Ea enim dictio mox ostendit priuationem esse factam ipso iure,ex sententia glo.in §.1.in verbo imminere.& ibi Barto. & Ange.in Auth. de incest. nup. cum aliis multis similibus à me collectis in nulla repet. d. l. si vnquam. in verbo reuertatur.109.incip.vigesimoseptimo.

Et ita vt scilicet mater illo casu non recuperet tutelam filiorum, voluerunt Cy. qui tamen id declarat, in authen.mat.& auiæ.versicu. octauò quæro, & ibi etiam Alb.versi.item quæro.& Ange.qui & ipse declarat.versicu.vltim.scias.C.quando nul. tutel.offi. & Hippol.Marsi.quod dicit not.in l. etiamsi redhibitus.versicu.patet etiam hoc.ff. de quæstio.

Nam & quod plus est si mater declarauerit se velle nubere, ideoque priuetur tutela, & alius tutor sit datus,non eam reassumit, etiamsi postea nolit nubere.Bald.in d.l.cum ancillis.versi. item collige argumentum.argu.illius tex. C.de incest.nup. & in l.imperialis in fin.prin. etiam per eum tex.C.de nup.& in l.omnem.C.ad Sen.Tertyl.& consi.ccccxxiij.datalis Abrami,in fin.lib.2.& alibi diximus plenius in nostris consuetudinibus Pictonum,nam & hoc quoque casu ipso iure amittit tutelam, vt etiam probatur in d.§.si verò.

Adde & illud quòd huc proximè accedit, ꝙ nonnulli assumunt ex tex. in c.constituit.iuncta glo.in verbo qui ex Iudæis.xvij.q.4.quod infamia remanet apud infamem,etiam extincta infamiæ causa. inter quos est Hippo.Marsi.sing.cvii. versicu. & quia vt nostri Quanquam nec ille tex.nec gl.illius illud adeo specialiter dicunt,sed id tantum, vt sicut Iudæus non potest ad publica officia admitti, ita nec qui ex Iudæo Christianus nouiter factus est. & ita eam glos. intellexit Archid.ibi & Ro.qui sing.dicit sing.lxxij. nunc veniamus ad lucrum. versi.sed quid de eo.Io. Ana.in c.cùm sit. versi.vltim.quia tex.& ibi Felyn. de Iudæis.& idem Felin.in cap. etiam te.versicu.limita secundò,de rescrip.& ipse Hippol.sing.clxxix viget communiter statutum.versiculo,item & facit gloss.

Verùm facilè crediderim infamiam iam contractam nõ aboleri sublata causa,ob quam ea contracta est, cùm iam effectus consummatus sit, nec quod factũ est infectum fieri non potest.l.in bello.§.factæ.ff.de captiuis vt non sine ratione Claudius Cæsar apud Suetonium, cùm orantibus familiaribus cuipiam dempsisset notam,litura tamen, inquit,maneat, de quo & nos diximus in tractatu constituti.parte 3.limit.7.num.10.& illius quoque.& vide etiam suprà versic.incip.infamiæ causa.

Sed quod dictum est de Iudæis de nouo factis Christianis,id fit quoniam verendum est,ne adhuc restent quædam reliquiæ Iudaismi, donec diutissimè probati fuerint,qua ratione hi promoueri in episcopos nõ possunt,vt scribitur in prin. xlviij. dist. quanquã & aliæ eius rei causæ ponuntur. Et hoc quidem pertinet ad 16.limitationem.versi.incip.sed ita tamen vbi etiam loquemur de inimico recens conciliato.

Et huc item referri potest quod diximus in cessatione causæ exclusionis.ver.inci.quod tamen intellige fœminã semel exclusam ob masculos,perpetuò manere exclusam,etiã si masculi postea deficiant, cùm iã effectus exclusionis sit consummatus.Et quod præterea diximus in 4.limi.ver. & inci.quin & huc quoque de eo cui acquisita est hereditas,quoniã esset agnatus tempore delatæ hæreditatis,licet postea desinat esse agnatus.Quódq.etiã ibi diximus, versi.inc. & id quoque & multis seq. de eo qui excusatus est à tutela ob numerum liberorum,qui postea deficit. & quod denique dicemus infrà in 14. limitatio.de dote restituta ob viri inopiam, qui postea diues efficitur. nam & id tribuit consummationi effectus. Bald.in l. vbi adhuc.vers.formatur etiam. C.de iure dot.vide omnino.in d.4.limitatio.

Et vbi actus est iam consummatus,casus superueniens non vitiat,sed tunc habet locũ ea regula, vt quæ semel vtiliter constituta sunt, durent. licet casus extiterit à quo initium habere non potuerint, de qua in l.in ambiguis.§.non est nouum. ff.de reg.iur.& in c.factum legitimè.eo.ti.lib.6.id enim apertè colligitur ex l.pluribus. quæ est pen. §.& si placeat. vbi Bar.& ali. ff.de verb.obl.& præterea voluerunt Pet. à Bel.Per.& Bal. in l.2.lec. in l.patre furioso. per eũ tex.ff.de his qui sunt sui vel ali.iur.Bar.in l.ex facto. in prin.ver.vltimò hæc lex.ff.de vulg.& pup.de quo late per Dy.in d.c.factum legitimè. & Dec. in d.§. non est nouum.

Id quod procedit etiam in foro conscientiæ, verbi gratia, quis præscripsit rem alienam cũ bona fide: præscriptione autem completa superuenit scientia rei alienæ,certè cùm effectus præscriptionis sit iam perfectus & consummatus ,potest hic qui ita præscripsit,iustè rem retinere,gl.in c.vlt. & ibi Iun. in verbo temporis, & Hosti. in verbo, in nulla temporis parte,& latè Imo. qui hanc dicit esse communem opi.legistarũ,& canonistarũ.ver.venio ad gl.vltimã & Pan.ver.idem sentit. de præsc.gl.in c. 1.in verbo, pellendi.de concessio.præb.Iun.iun.in c.cura.in fin. & ibi Host.in verbo legitimam.de iur.patr.& idem Iun.in c.quia plerique.vers.quia tutius est,& ibi etiã Pan.ver.septima quæst. de immu.eccle.Host.in Summa,ti.de præscri.rei immob. §.verum. ver.sed quid si iam completa. vbi id probat auctoritate veteris

teris testamenti. Io. Ligna. in c. vigilanti. & ibi Bal. Car. Flor. Imo. Pau. & Fel. de præscr. Io. And. in cap. possessor. in vlt. artic. & ibi etiã Pet. Anch. ver. quæro cùm debitum naturale. & Philip. Franc. ver. in ea gl. ibi. qui completa, de reg. iur. lib. 6. Bart. non obscurè in extrauag. ad reprimendum, in verbo videbitur in fi. Bald. in l. cùm quis. ver. post hoc scias. C. de iur. & facti igno. & in c. de causis. ver. vtrum possit renuntiari. de offi. deleg. & in c. 1. ver. & an ius naturale. titu. de contro. inter dom. & fidel. de inuest. feud. in vsib. feu. & in c. 1. ante fin. tit. de contro. inter dom. & vas. & in c. j. §. si quis per xxx. ver. dicit Inno. quòd & ibi Iac. Alua. ver. quæro an quando quis, & Card. Alex. in fi. tit. si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna. & cons. ccxcv. fama viciniæ est in fin. lib. 1. & consi. cccxv. ponitur quòd antiquitus ver. & facit ad prædicta. Rayner. in superscrip. consi. Fede. Senen. cxxx. casus talis est, quidam testator. Io. Fab. in §. 1. ver. quid si ea cõpleta. Instit. de vsucap. Ang. qui id latè tractat in rep. l. 1. C. de iudi. Petr. Anc. cõsilio clxx. principale contra istos. præterea contra Barto. est Imol. in repe. c. vlt. versi. venio ad glos. vlt. de præscrip. Pan. consil. lxxxix. in quæstione quæ ad præsens. ver. ad idem quod not. Roma. in Repe. rub. de arbi. & in l. filiusfamiliàs. ff. de don. & cons. cxlix. conclusionem primam. ver. quintum autem. Corn. consilio clxxviij. in hac re aliàs consului. versi. cum & videamus lib. 2. Franc. Aretin. consilio xcij. viso legato. versicu. nec potes intelligere. Iaso in l. post diuisionem. ver. hinc videmns. C. de iur. & fac. igno. Dec. in authen. præterea. versic. vel illud dictum. C. vnde vir. & vxor. & in cap. 1. ver. secunda est, de consti. in l. lec. & in c. iurauit. paulò ante fin. de probatio. & nouissimè Franc. Balb. in tract. præscrip. in ix. quæstio. 3. partis principalis, vbi in hoc vtitur ea quam diximus ratione quod actus iam consummatus est.

Et è Theologis diuus Thomas quotlibet. xij. ar. xxv. & quotlib. se. cor. 6. Scot. in iiij. senten. distin. xv. Anto. Floren. in 2. parte princ. suæ summæ libro primo c. 7. ver. quia autem & beneuolentia. An. Claua. in summa. in verbo præscriptio. §. xlvj. incip. verùm tu tus præscriptione. Diuus Bernard. in suis sententiis alioqui seuerior, in lib. de euangelio æterno, sermo. xxxij. arg. 2. c. j. & iterum c. 3. q. 1. vbi & alios aduocat idem tenẽtes, vt ibi videre poteris, & Audr. Flo. qui nostra ætate Romanus Põtifex fuit, in suis quæstio. in 4. senten.

Quanquam scio nonullos simpliciter contrarium tenuisse, alios diuersimodè id distinxisse, vt videre licet ex glo. in c. 1. & ibi Archid. xiiij. q. vj. & glos. in c. si virgo. xxxiiij. q. 2. & glo. in c. vigilanti. in verbo nouerit, de præscri. Bald. in authen. ad hæc versi. reuertor igitur ad quæstionem. C. de vsur. & aliis multis quos tu citatos videbis ab Angelo in repe. d. l. j. C. de iudic. & nouissimè And. Alciat. in multis locis, nam is semper constantissimè hanc opinionem tenuit.

Amplia autem hanc nostram limitationem, vt non solum habeat locum in effectu omnino consummato, sed & in inchoato, qui habetur pro perfecto, secundum l. & si nõ sint. §. infecti. ff. de aur. & arg. leg. nam nec is effectus ita inchoatus cessat, etiam cessante illius causa, vt expressè per eũ tex. voluit Fran. Cur. Iunior, in l. more, num. 12. ff. de iurisd. om. iudi. Cui adde quòd per illũ tex. in d. §. infecti. voluit Bar in l. cætera. §. sed si parauit. ff. de leg. j. illud haberi pro completo, quod cœptum est, vt etiam voluit in l. quo minus. in v. q. princip. non multò post prin. ff. de fluminibus.

Adde alium tex. in l. vestimentũ. ff. eod. titu. de aur. & arg. leg. cuius hæc verba sunt, vestimentum id est, quod detextum est, & si desectum non est, si sit consummatum quod in tela est, nondum prætextum (in Pand. Flor. pertextum) vel detextum, contextum appellatur. Quem tex. Nico. Neapol. referens Iac. Aret. ibi dicit notandum ad statutum loquens de vestimento, vt habeat locum in eo quod in tela est, & illum tex. dicit singul. Barb. in clement. causam. versicu. sed dubium esset de elec. & in tract. de præstan. Cardi. in q. v j. partis. versi. & si dicatur. ad hoc vt ea quæ sunt in fieri (ita enim loquitur) censenuur esse in facto, & valde singu. idem Barb. consilio lviij. præclarè scribitur. versi. item faciat quod dictum libro 1. & consilio xiiij. clementissimi ver. & si quispiã diceret. libro 2. de quo & nos diximus in nostris ll. Connubialibus glos. 2. num. 7. incip. ad idem etiam.

Ego verò hoc addã si aliquis sit casus, in quo id quod cœptum est, habeatur pro completo, crederem tũc sufficere esse cœptum, vt effectus non cesset cessante causa postquam cœptum esset, vt fortè in illis casibus. Aliàs verò huic sententiæ non accederem, præsertim cùm initium pro fine & consummatione nõ habeatur, nisi certis casibus aut respectibus, vt videri potest ex his quæ scripsimus in dd. nostris legib. connubialibus in glo. 2. in verbo au pouuoir de son mari. vbi tractauimus an & quando, & quo modo sponsa habeatur pro vxore.

Amplia secundò vt procedat hæc limitatio etiam in effectu nondum consummato, sed qui tamen consequentiam habet ab ipso actu perfecto, quod patet ex l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. dum loquitur de iis qui nascuntur post furorem ex matrimonio contracto tempore sanæ mentis, & ad hoc illum tex. expendit Imo. in l. pluribus. quę est pe. §. etsi placeat. ver. circa tertium membrum ff. de verb. oblig.

Sed hanc principalem nostram limitationem intellige tribus modis, primò vt procedat in causa fiendi, hac enim cessante, cessat illud fiendum, non tamen idem factum tollitur, secus autem in caussa essendi qua quidẽ cessante non solum impeditur fiendum, sed & factum quoque tollitur, vt voluit Bald. in c. & si Christus. versic. adde quod cessante, ibi cessante causa, de iureiuran. auctoritate Ioan. monach. in procem lib. 6.

Intellige secundò ita procedere, vt non cesset effectus iam consummatus pro tempore præterito, sed bene pro tempore futuro, si effectus est successiuus p l. tutelas. ff. de capit. deminu. aut etiam si momentaneus nisi superueniat causã infirmãs, quo casu etiã cessaret effectus, per l. si quis hæred. C. de instit. & subst. per quos tex. ita voluit Bal. in c. quemadmodũ. ver. circa tacitas conditiones de iureiur. & Fran. Ozer §. in supradicta. nu. 18. instit. de milite. testa. & hîc vide quæ dixi suprà in 4. limitatio. nu. 13. & 14. & quæ dicam infrà in xxiij. limitatio.

Intellige tertiò, vt procedat hæc limitatio nisi superueniat causa retrò contraria, remouens illud iam consummatum & in esse productum, tunc enim cessat effectus etiam perfectus & consummatus, verbi gratia grauamen est causa appellationis, & ea quidem in esse producta confestim quàm interposita est, &

est, tamē reuocato, & ita cessante grauamine cessat appellatio, per tex.in c.cùm cessante. de appellatio.vbi id expressè not.Bal.in iiij.notab.

Intellige quartò, nisi is, ad cuius commodum effectus fuit consummatus, fuerit in mora: nam tunc poterit effectus ipse cessare, cessante causa, vt patet ex l.quod tempore. C.de resti. milit. vbi si intra annum vtilem restitutio intētata fuerit, ea amittitur & cessat, & ita eum tex.ad hoc expendit Francis. Ozer.in d.§.supradicta. nu.17. Instit.de militar.testamento.

Intellige quintò, vt non cesset effectus consummatus cessante causa generali, per c. suggestum.de decim. secus si cessaret causa specifica, nam tunc cessaret effectus etiam consummatus, vt voluisse videtur Anton.in c. post transtationem. versi. tu dic latiùs de renuntia.vti eum refert Imo.ibi,nu.41.vbi tamē hoc secundo membro non ei accedit, per tex.in l. vlt.ff.vnde liber.

Et quando actus, vel effectus sit consummatus vel perfectus, vt sit vel non sit locus huic limitationi, vide Franc. Aretin. post alios in d.l.pluribus.§.& si placeat. versic. attende quia quo ad solam mentem.ff. de verb.oblig.

LIMITATIO XIII.

Decimotertiò, limita principaliter hanc regulam, vt procedat in causa cessante, prout ea ipsa regula loquitur, non etiam in occasione, qua quidē cessante minimè cessat effectus, per tex.in l.vlt.ff.de rescind. vend. quam ad hoc pro no. alleg. Bal.in c.solitæ.in fi.de maiori.& obedien.

Neque id quidem mirum est, quoniā occasio est causa iniusta, insufficiens, minimè vera ac propria, vt videre licet ex Hostien.Io. And. Pet. Anch. Anto. Imo.& cæteris.in d.c.solitæ.per eum tex. & id quod scribitur Prouerb.xviij.in prin.occasionem quærit, qui vult discedere ab amico. Collec.in c.cùm cessante.de appella.Archid.in c.statutum.in verbo,occasionem.de rescrip.lib.vj.& in c.j.§. porrò.in prin. de sta. regu. eo.lib.vj.& in c.consequens. post prin. & ibi quoque Domi.xj.distin.And.Iser.in c.j.§.conuenticula. per eum tex.tit.de pace iuramen.firmā. Lucas Pen. in l. quicūque per eū tex. C.de fundis patrimonia.libr. xj.& in l.j.in verbo, occasio.C.de frum.Alex.eo.lib.& in l.j.in verbo, occasione.C.de castren. pecul.lib.xij. Cardi. Flor.in cle.causam.in j.opposi.de elect.& in clemen. dudum.in versi. ab olim.in iij.opposi.in fin.de sepult.Panor.in c.ij.ver. in glo.j.in fi.de consti. Corn.consi.cliij in præsenti consulatione.in litera E, lib.ij.& consi.cclxvj. constat dicta credita.lib.iiij.

Ad quod facit tex.in l.Labeo, ibi, magis occasione, quàm tunc contigerit.ff. de riuis. & tex.in l.famosi. §.j.ff.ad l.Iul.læsæ maiestatis. cùm dicitur non in occasione, sed in veritate rei.& in l.omnimodo. in prin.ibi, occasionem subuertendi, &c.C.de inoffi testa.& in l.vlti.ibi, incolatus occasione.C. de munici.& origina.lib.x.& l.vlt.ibi,occasionis huiusmodi calūniam.C.de conueniēd.fis. deb. lib.x. & in c. j.post.prin.ibi, sumentes occasionem. de confirma. vtil.vel. inutil.vbi Dec.in prin. eum tex.ad hoc annotauit, vt occasio in malam partem accipiatur.& in cap.qualiter,& quando,el.j.post.prin.ibi, qualiter occasione, de accusat.& tex.in d.c.statutum.§.in super.ver.prouisurus.ibi, occasionem non assumit, de rescri.lib.vj.vbi Dom. nota. inquit, text.declarantem, quid sit occasio nempe quæ in veritate facti est falsa, sed exteriùs apparet coloratè iusta.& text.in c.j.versicu.quia verò, ibi,peccandi occasio. & ibi Archi.in verb.quia verè occasio præbetur. de iureiur.eo libro vj.& in c.ij. versicu. si autem causa, ibi,occasionem cessioni dederat, de officio ordin. eodem lib.vj.

Ideóque Ioan.And.in c.post translationem.de renuntiat.quòd in dubio causa impulsiua videtur esse occasio,& ibi quoque Car.Flor.qui id singul.dicit,versicu. quæro. in eo quòd suprà. Domi.in d.c.consequens.xj.dist.dum dicit causam sumi pro ratione finali,& occasionem pro causa captata,& Pan.in c.j. in ix.not.vt ecclesiast.benef.& Imo.in l.ii.§.vlt.versicu item adde,& quia dixit.ff.de do.& Corn.d.consilio cliii.in litera d.lib.ii.Fel.in d.c.solitæ. versic.in quantum dicunt hîc,de maior.&obed. & Barb.in c. super quæstionum.versic.nota ibi occasione. de offic.& potest.iud.dele. Et secundum hoc id pertinet ad primam limitationē in qua locuti sumus de causa impulsiua.

Scio autem aliud esse causam,& aliud occasionem, vt videri potest ex d.c.solitę.post prin.ibi non causam sed occasionem præbuit, vbi omnes præter id quod ex illis suprà diximus, dicunt causam in iure consistere,occasionem in facto.& d.c.primo §.porrò.versicu.& ideo nos.ibi causam & occasionem præstant, vt ecclesiast.benef.vbi id not.Cardi.Flor.in viii.eodémque vlti.not.& Pan.in vlti.not.& d.c.i.§.porrò, ibi causam seu occasionem, & ibi Domi. de sta.reg. lib vi.& cle.dudum §.in studiis autem liberalibus, ibi,ex aliqua ratione, vel causa,de sepul.& glos.in l. si ego.§.interdum.in verbo, partum me vsucapere, in fi. ff.de public.in rem acti.& Bald.in l.certum ad fi.C.famil.erciscu.& ex Cicerone in oratione pro Milone, Quę tum non modò occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit.

Quid autem inter eas intersit, iam vides ex his quæ iā diximus, vt tamen non omittam quod in eam rem à Bal.scriptum est consil cxix. statuto cauetur quod turbans.ver. quæstio. denique expensarum. libro ii. inter eas id differre, quod occasio dicitur, omne id quod ordinatur ad aliud per se vel per accidēs Causa verò propriè dicitur id,quod ad aliquid per se ordinatur, per l.verum est.ff.de furt.& l.si muli.ff.rer. amot.

Alii dicunt occasionē illam dici, quæ non est ordinata ad effectum de quo agitur,sed accidentaliter,& fortuitò contingit.ita enim voluit De in rub C.qui admitti.ver.sed consideranda & iterū in d.c.vl post prin.de confir.vtil.vel inut.per tex.in l vlt §. sed cū in secundam,ibi,ex rei suæ occasione ortā. C.de fur. & l.rescriptum.§.j.ibi,ex occasione eius redactū.ff. de distrac.pigno.& l.generaliter.§.proinde ver.planè si minus,ibi,per testamēti occasionē.ff de fideic. liberta.& l.fori ibi,ex huiusmodi professione, vel ipsius occasione quęsierit.C.de aduo.diuerso iudicio. Ex quo Barto.not.aliud esse, aliquid esse ex aliquo, aliud eius occasione.

Sunt, & qui dicunt occasionem denotare causam remotam,& inter hos Io.And.post.Roffreud.in addi. Spec titu.de iniur.§.sequitur ver.sed pone inimicus tuus.Bar in l.vxori.ff de auro & arg.leg.vbi id dicit probari. in l. cum de lanionis §.asinam.ff.de fund. instruc.& Ba.cons.cxxxv .proponitur,quòd Titius, ad fi.lib.ii.Sal.in l.omnimodo.§. imputari.versic secundo

cundo modo probat.C.de inof.test.& in l.fori, per eum tex.C.de aduoca.diuers.iudic.Ang.consil.lxiij. nobilis miles. versic.nec obstat si dicatur & consil. cclxxxviij.viso themate supradicto. ver.illud .enim verbũ.& vtrobique per d.l.vlti.§.sed cùm in secundum.C.de fur.Imol.in l.ij.§.vlt. versic. item adde ei quia dixi.ff.de dona. Barb.& Ias.in rub.C.qui admit.ad bono. possess.ille, Iason.ver.in prima parte, per not.in d.c. solitæ.de maior. & obedien.& in d. cap. post translationem. de renuntia.& in d.c.cùm cessante.de appellat.& idem voluit Francis. Aret. consi.clxj. verum est quod Comicus. ver.patet igitur ex præmissis,ibi,nam causa mediata, dum dicit causam mediatam & remotam potiùs dici occasionem, quàm causam.& Corn.d.consil.cclxiiij. post prin.lib.iiii.Alex.in l.si patroni. ver.secundo modo probatur.ff.ad Senat.Trebellian.vbi in id citat gl.in d.l.si ego.§.interdum.ff.de public.in rem actio.& in l.prætor.§. quod de fructibus.ff.de bon.auctor.iud. possid.& Soc.consi.clvj.pro fundamento. vers.confirmatur,nam licet.& Iason consi.lxiij. circa primũ. ver.tertio principaliter.lib.iij.

Et eo respicit, quod post Pet.tradit Cyn.in d.l.generaliter. in ij.q.& ibi quoque Saly. C.de episc.& cler. quòd causa finalis est, propter quam aliquid immediatè conceditur,causa impulsiua, quæ occasionem remotam præstat:quod & nos alibi ex illis diximus. Id quod satis probat, etiam si nihil aliud esset,cessante occasione non cessare effectum:quoniam cessante causa remota,non cessat effectus, vt latè dicemus infrà in vicesima limitatione.

Nec tamen illud interim prætermittendum, quòd aliquando causa pro occasione ponitur. Terentius in Eunucho, Nam iamdiu aliquam causam quærebat senex,quamobrem aliquid faceret,is nunc.repperit: quo in loco Donatus interpres doctissimus, nota, inquit,causam pro occasione.

LIMITATIO XIIII.

Decimoquartò limita hanc regulam non procedere vbicunque cessatio causæ superueniens, & effectus eiusdem secutus tendunt ad eundem finem, tunc enim non cessat ipse effectus. Exempli causa,vxor dotem exegit à marito propter ipsius mariti inopiam, secundum tex.in l.si constante.in prin.ff.sol. matrim.& in l.vbi adhuc.C.de iure dot.posteà vir è paupertate emersit, & diues factus est, & ita cessat causa illa restitutionis dotis, non tamen cessat effectus illius,id est,restitutio semel fact.vt voluit gl.in d.l.vbi in verbo,abutatur.& ibi Cy.in xvij.q.Odof. Iaco.Butrig.vt illum allegat, & sequitur Bal.versic. formatur etiam alia quæstio. & Ioan.Fab. ver.item quid si venit.& Sali.in §.eius l.ver. quærò septimò, de iure dot. Ioan.And.in c.per vestras.& ve.in gl.& bona.& ibi quoque Car.Flor.versic.sed quæro post hanc glo.& Ant.in secunda oppositio.paulò ante finem illius.de donat.inter virum,& vxo. & idem Io. And.in addit. Spec.tit. de dote post diuor.restit.§. vlt.ver.quid si vir.vocatus.Bar.in d.l.si constante.in ix.quæstione vlti.partis,quę est,& ibi quoque Alb. circa medium. versicu. item quærit si dote exacta. Imo.ver.item adde ei quod tangat.in ix.q.& Alex. idem Bar.in l.pluribus. quæ est pen.§.& si placeat. versic.induco ad quæstionẽ.& ibi Imo. ver. in eadẽ glo.in fi.& iterum ver.tu autem dictis, rursúmque & ibi quoque Paul.versi.sed oppo. contra regulam. ff.de verb.obli. Ang.in §.illud.in authen.de æqual. dot. Imol. dum allegat Barto.in d.§.& si placeat. in l. secunda.§.vltim. versicu.sed in casu. ff.de don. Pau.Cast.in l.sciendum.§. vlti.in fin.ff.qui satis.cog. Campez.in tract.doti.in iij.parte,quæstio.xlvij.Socin. consilio lx. in præsenti consultatione omnibus versic.præterea ad quid.libro j. Hipp.Marsil. in l.si redhibitus. ver.& facit not. verbum.ff.de quæstionib.

Mouentúrque præterea Bar.& Pau.Cast.aliis rationibus,& ea potissimùm, quòd quandocunque casus superueniens,qui ab initio impediuisset actum geri,tendit ad eundem effectum cum actu gesto, tunc non tollitur quod gestum est ex superuenienti illo casu.l.verbis legati.in fi.ff.ad l. Falc.& §.ex contrario.versic.quòd si vbo.Instit.de leg.vti etiam voluit Dy.in c.factum legitimè.de reg. iur.lib vj.& idem Bart.in l.si in metallum.ff.de his,quæ pro non scrip. Imo.in d.pluribus. vers. in eadem glos.in fin.& iterum ver.tu autem dictis.ff.de verborum obligat.& Dec.in l.in ambiguis.§.non est nouum.sub.nu.2.in fi.ff.de reg.iur.Igitur cùm hæc restitutio facta mulieri, propter inopiam viri, tendat ad securitatem mulieris,vti etiam tendit cessatio illius causæ, scilicet diuitiæ superuenientes,certè tolli non debet effectus,id est, ipsa restitutio. Super hac tamen ratione vide quod dicam infrà, vers.sed nunquid.

Et dicit etiam Bar.ad id videri casum in d.l.sciendum. §.vlt.qui satis.cog. vbi cautio interposita pro securitate à paupere non tollitur per superuenientes diuitias, quia id quod superuenit tendit ad eundem effectum securitatis.Et ibi Pau. Cast.qui hanc opinionem tenet, vt suprà diximus, dicit eum textum esse not. & ita inquit Bar.potest responderi ad quædam iura, quæ dicunt paupertatis causa cessante cessare & illius effectum, vt in l.cura.§.deficientium.ff.de mune.& honor.& aliis, quæ nos adduximus suprà in paupertate cessante: ea enim procedunt, quando diuitiæ tendunt ad contrarium effectum.

Nec tamen hæc opinio in casu,de quo loquitur,caruit contradictoribus, nempe Old.& Richar.Malũ. vt citantur à Bald.in l.vbi adhuc.& ibi quoque Alberic.ver.item quærit idem.C.de iure dot. & Dy.in d.l.si constante. & ibi quoque Bal & Ang.sibi contrarij,& vterque in fin.prin.& Rom. versic.item inquantum.in ix.q.ff.solu. matri. idem Dyn.in l.post finitam. ff.de suspect.tut. Collecta. in d.c.per. vestras. ver. sed quid si casu.de do.inter vir.& vxorem.Bal.in l.ad comparandas. in fi.C.mand.Ang.in l.si cum dotem.§.si verò.ff.solu. matri.Petr. Ferra. for.libelli,quo vxor agit ad dotem, in verbo, vxor quondam domini.ver.sed quid dices.Et omnes qui dem hac nostra regula innixi, quòd cessante causa cessat effectus, cui tamen responsum est ex eo quod diximus.

Verùm & ad tutandam hanc posteriorem opinionem afferunt d.c. per vestras. de do.inter vir.& vxo.vbi probatur, quòd marito exigenti dotem à tertio, qui eam promiserat, non obstat exceptio, quòd vergat ad inopiam, si offerat cautionem de restituendo, vel petit eam deponi apud mercatorem, ita vt per depositum res sit secura. Sed Imo.in d.l. si constãte. in prin. versic. item adde ei, dicit eum text.si bene inspiciatur, id non probare, vt patet ex his quæ antè dixerat circa intellectum illius. Sed & dici potest, quòd inopia non allegabatur à muliere, sed à tertio,qui promiserat dotem, cui tantus fauor non debebatur, imò qui non videbatur posse alleg

se allegare hanc exceptionem, & ideo in d.c. disponitur, vt suprà diximus, & hoc patet manifestè, quia ibi dicitur, quòd statur soli iuratoriæ cautioni mariti, si aliam reperire non potest, & tamen certum est, quòd si maritus est inops, non per hoc consulitur mulieri, nec euitatur restitutio ex capite inopiæ, imò tenent Communiter doctores in d.l. si constante. quòd restitutio dotis illo casu non euitatur per præstationem cautionis.

In qua re Henr. Bohic. in d.c. per vestras. in fin. de don. inter vir. & vxor. hanc controuesiam concordans tradit, quòd si maritus non solùm factus est diues, sed & sapiens & discretus, procedat posterior opinio. Si autem diues tantùm factus est, fortè ex successione parentum, vel aliàs citra industriam, tanquam scilicet dormientis illius rete ceperit, vt est in veteri prouerbio, & tunc procedat prior opinio. Et pro hoc (inquit) facit l. si creditores. ff. de priuilegiis creditorum, & §. suspectus, & §. vlt. Institu. de suspect. tutor. Et id sequitur Ioan. Lup. in rep. d.c. per vestras. §. xxv. inci. ampliabis quartò, in fin. dicens hanc concordiam menti esse tenendam, quia de iure & æquitate procedit, nec alibi eam reperit.

Alij autem in hac re aliter distinxerunt; nam aut dos ita fuit vxori restituta, vt dominium ad eam transiret, vt contingit cùm actum est actione personali ad restitutionem dotis, vel declaratum est à iudice dominium esse apud eam: quod item contingit, quãdo actum est rei vendicatione: & tunc vera sit prior opinio, cum sit perfectissima executio secuta traditione, iuxta ea quæ scribuntur in l.j. C. de pericu. & com. rei vend. licèt res deueniat ad casum, à quo non potuisset incipere, vt in d. §. & si placeat, & in l. vt pomum. ff. de seruit. Aut mulier egit hypothecaria, & res illi adiudicata est iure pignoris, vel pretorij, vel conuentionalis: & tunc cessante causa ob quam datum est id pignus, ipso iure pignus resoluitur, per l. si pecuniæ. §. j. ff. vt in posses. legat. & ex regula tradita à Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. Et ita nuncupatim voluit Fran. Aretin. in d.l. pluribus. §. & si placeat. versicu. & ex hac conclusione. ff. de verbor. oblig. vbi id dicit esse de mente Bal. in d. l. vbi adhuc.

Alij denique ita hanc controuersiam componunt, vt si pendente iudicio: quo vxor maritum conuenit, vt illi fiat dotis restitutio secundum d.l. vbi adhuc, ipse maritus desinat esse pauper, debeat cessare id iudicium, cessante, scilicet, causa illius: sed si iudicium finitum fuerit, ita vt iam facta sit executio, & dos mulieri assignata, non debeat cessare ea restitutio, siue assignatio: & ita voluit Cepo. in l. actioni. num. 9. ff. de ædilitio edicto.

Sed quicquid sit de illo casu, illud tamen scire debes, non semper obtinere quod diximus casum superuenientem, qui tendit ad eundem effectum cum actu gesto, non tollere quod gestum est: sed tum demum tantum, cùm nihil interest debitoris, vt per secundã causam superuenientem irritetur prima, vt in iuribus suprà in id allegatis. At si illius interest, secùs dicẽdum est per tex. in l. si fideiussor. §. j. ff. qui satisdare cogãtur. & l. j. §. ij. ff. de curat. furios. quas in id expendit Franc. Aretin. in d. §. & si placeat. versic. vel si vis dicere.

LIMITATIO XV.

Decimoquintò limita nostram regulam, vt non procedat in priuilegiis dignitatum, quæ durant, etiam finita dignitate, vt videre libet ex l. eos, qui, & ibi Io. Plate. C. de excus. muner. libr. x. & l. maximarum, ad fi. & ibi gl. vl. Bar. Ang. & Io. Plat. eo. tit. & l. eã lege. eo. quoque tit. ex qua not. gl. ꝙ immunitas non cũ dignitate, sed cum persona extinguitur, & ibi etiã Io. Plat. & l. eos qui. & ibi itẽ Io. Plat. C. de fabricẽs. lib. xj. & l. vlt. in fi. & ibi quoque Plat. in fi. C. de silẽtiar. lib. xij. & l. iubemus. & ibi idem Plat. C. de prox. sacro scrinio. eod. lib. xij. & l. j. & ibi glo. & Pla. C. de magistris scrinio. eo. lib. xij. & l. j. & ij. & vtrobique gl. & Plat. de pręfec. pręto. eo. lib. xij. & l. j. & ibi Pla. de præpo. sac. cubi. eod. lib. xij. & l. j. de Primice. vbi etiam notat idem Plat. quod dignitate deposita retinentur vestigia dignitatis. & l. j. C. de Comi. qui prouinc. regunt. eod. libr. cuius argu. scribit Spe. tit. de legato. §. finitur. qui est vlti ver. itẽ not. quod ei. ꝙ qui semel fuit legatus, semper ei debetur reuerẽtia in memoriam pristinę dignitatis. & sequitur Fel. in c. quæ in ecclesiarum. in v. fallen. versic. & hinc est quòd ei, de constit.

Atque ita scilicet priuilegia dignitatum nõ cessent, cessante dignitate, voluerunt præter eos quos suprà citauimus, Ioan. Andr. Albe. & Philip. Franc. in c. decet concessum. de reg. iur. lib. vj. Nam Alb. vti alibi (ni fallor) dicimus. id c. legit sub tit. eiusdem tit. ff. & voluerunt. item Inno. Bal. & Bar. in c. sedes apostolica. extrà de resc. Hippo. Marsi. latè sing. cvij. priuilegium dignitatis. & sing. clxxix. viget cõmuniter statutum. vers. & vltra prædicta.

Facit tex. in l. nihil. C. de quæst. & in l. vlt. ff. de decurio. vbi qui fuit olim decurio, torqueri nõ potest, in memoriam pristinæ dignitatis. Ex quo dicit ibi Franc. Tig. quod Marti. Fanen. liberauit quendam à morte qui cum à iudice fuisset morti adiudicatus, appellauit, & inter cætera allegauit, quòd & si olim fuisset decurio suæ ciuitatis, tamen potestas illum quæstioni supposuerat: & in quæstione cõfessus fuerat: ideóque cùm quæstio non valuisset, neque etiam confessio facta in ea, quod dicit notandum Barb. in c. sedes apostolica. vers. & etiam allego. & Hippolyt. Marsi. singu. cvij. & d. singu. clxxix.

Sed per illum tex. scribit gl. in c. ad abolendam. in verbo, prærogatiu. de hæret. quod percutiẽs clericum degradatũ incidit in canonẽ, si quis suadente. vij. q. iiij. propter memoriam pristinæ dignitatis, quod & ipsum voluit gl. id tamen declarans in c. degradatio. in fi. & ibi quoque Doc. de hære. li. vj. & gl. in c. accedẽs 50. dist. & in ij. in glo. vl. liiij. dist. & in c. dictum. lxxxj. disti. & in c. eos. in verbo, clerico. xx. q. iij. Fel. in c. contingit. le j. in fi. de sentẽ. excom. Hipp. Mars. d. sing. clxxix. & è theologis Anto. Flo. in ij. parte iij. partis summæ. tit. xxv. c. j.

Quinetiam eiusdem illius text. auctoritate. scribit alia glo. in c. si quis episcopi. in glo. magna, paulò post mediũ. xcij. dist. quòd si quispiam clericus fuerit electus ad episcopatum, nec tamen eum potuerit assequi ob plebis seditionem, eique renuntiauerit, manet clericus sui episcopi, vt prius erat, & ab eo iudicabitur vt simplex clericus. secundum c. ad supplicationem, extrà de renuntiatio. non tamen poterit eum deponere, ob memoriam pristinæ dignitatis: & sequitur Fely. qui eã gl. dicit not. in c. quę in ecclesiarum. in v. fal. ver. vnde dicit, de constitutionib.

Denique per illum textum in d.l. vlti. ff. de decurio. dicit Paris. de Put. in tractatu syndicatus in euidẽtiali. nu. 6. nõ minorem honorẽ deberi magistratui post depositum officium, quã in ipso officio: ideo inquit,

in signum honoris & commendationis præteriti magistratus ei solent dari à principibus & ciuitatibus vexilla cum insignibus & armis.argu.l.j.C.de statu. & imag.

Húcque etiam vergit,quod dicit glos.not.in §.generaliter.in verbo,præstet,in authen.constit.quæ de dignitat.quòd filius qui propter dignitatem liberatus est a patria potestate,non redit in eam,dignitate finita.& sequitur Alb.in authen.sed episcopalis.ver. sed an liberatus.C.de episc.& cler.& Ioan. Plat.in l. vlt.C.de Cõsulib.lib.xij.& idem voluit Dyn.in c.decet concessum.de reg.iur.libr.vj.& nos quoque diximus in nostris legibus connubialibus,in gloss.3.in ver.& n'est plus en pouuoir de son pere, in prin.

Et quod scribit Bart.in l.j.per.illum tex.C.de aduoca. diuers.iudicum, quòd qui deposuit officium aduocationis, est tamen, vt prius erat,& apellatur Clarissimus,nec debet torqueri:& ad eum mitti debet vt ad egregiam personã, & sequitur Fel.in d.c.quę in ecclesiarum.vbi suprà,versi.Hinc est quòd qui deposuit.de constitut.& Iason,dum illum simpliciter allegat,in l.si ita stipulatus sit.num.27.ff.de verb.oblig.& d.consi.clxxix.vers.& faciunt dicta.

Et quod idem tradit Ioan. Ligna,in clem.ne in agro, de sta. monach. quòd qui semel fuit abbas,deposito officio, sine culpa, obtinet primum locum in choro,& conuentu post abbatem,in memoriam pristinæ dignitatis,& sequitur Imol.ibi.vers.in vlti.quæstione dicit,& Fel.vbi suprà ver.& hinc est quòd qui semel.& Iason in d.§.Chrisogonus.versicu.hinc est quòd qui semel.ff.de verbo.oblig.A quo non longè abest quod tradit Cui.Pap.deci.Delphin.ccclxxvij. quid ergo si quis ex dominis, quòd domini parlamenti iisdem gaudent priuilegiis dignitate priuati, sola voluntate principis & sine crimine,quibus & in ea constituti.

Adde quod scribit Bald.id tamen declarans in l.obseruare.§.proficisci.versi.septimò quæritur.ff.de offic. Proconsul.quòd offendẽs eius potestatem, vel eius familiam tempore syndicatus,ita debet puniri, ac si cum offendisset tempore officij, propter reliquis pristinæ dignitatis,arg.l.j. C.vt cauſ.post.puber.ad sit tut.& sequitur Pau.Putea. in tran.syndicat.tit.de offic.syndicatorum.num.3.& in §.an sipotestas. ver. eiusdem initij,qui est sub.num.8.& iterum ver.an offendi potestatem,qui est sub nume.16.& §.officialis finito.officio vers.j.& §.dicitur autem August.Ari. in addit.Ang.Aret.in tract.malefi.in verbo, Caium Sempronij.versicu.diligenter pondera.& Iason in l. sciendum.§.vlti.versic.facit quod sing.ff.qui satisd. cog.vbi id dicit sing.& in d.l. si ita stipulatus.§. Chrysogõ.vbi suprà.ff.de verb.obl.& in l.principalibus.versicul.secundò quæro. ff.si cer.peta.vbi ex eo infert,quòd sicut dans alapam potestati debet capite puniri ex sentẽtia Bal.in c.j.§.iniuria.in prin.tit. de pace iuramen. firman. ita & is qui dat alapam ei in syndicatu existenti.

Cui & illud adfine est,quod no. Alber.in ij.parte statutor.q.xx.incip.quòd si statuto, quòd percutiẽs eum qui fuit prior vel Antianus, punitur eadem pœna, qua percutiens Priorem vel Antianum, per l.ordo. ff.de public.iudic.& l.ordine.ff.ad municipa. quam decisionem longè latéque approbat & confirmat reprobatis aliis qui contarium trenuerunt, Hippol. Marsil.singu.clxxix.viget communiter statutum, & faciunt alia quæ dicam in seq.limitat.

Sed hæc intelligenda sunt in dignitate tantùm,de qua etiam tantùm locuti sumus non etiam in mero officio,cui nulla est annexa dignitas:quia, eo officio finito,finitur & omne priuilegium,quod ex eo proficiscitur,per tex.iuncta gl.vt à multis citatur in l.j. & ibi etiam doct.de C.excusa.munc lib.10.& voluit etiam Bart.in l.1.vers.sed quęro,an talis dignitas.C. de mulieri.& in quo loco.eo.lib.decimo,& in l. vniuersi.& ibi etiam Ioan.Plat.C.de legatio.eodem libro,& in d.l.maximarum.ad fin.& ibi quoque Ang. & Ioã.Plat in 6.not.eo.tit. vbi ipse Plat.allegat alia iura,& idem Plat.in l.eam legem.eo quoque titu.

Ex quo redditur dubium quod not.voluit Bald.in l.data.vers.de eo qui se asserebat. C.de his qui accus.nõ pos.quod mitius punitur is quis aliquando fuit notarius,sed posteà priuatus officio conficit instrumentum,propter primordium veritatis, siue in memoriã pristini officij,ar.§.quia verò verisimile in auth. de non alienan. reb.eccle.quod & ipsum voluit idẽ Bald.in l.si quis.C.de aquæduc.libr.11. Et illũ tamẽ sequitur Ioan.Ana.in c.accedens .ad fin.de crimine fals.Alexan.consi.50.ponderatis verbis statutorum. ver.& idem dicit,lib.3.& Felyn in c.quæ in ecclesiarum.in 5.fallen.ver.& hinc est quod mitius.de constitu.qui & hoc tribuit memorię pristini officij,&in c.super literis.ver.pro quo facit.de rescrip.Iaso.qui id singu.dicit in l.sciendum.§.vltim.nume.10.ff.qui satisd.cog.& in d.§.Chrysogonus. versicul.ad idem vltimò facit.Hippoli.Marsili.singul.35.ille qui nunquam fuit.& d.singu.179.versiculo,& faciunt etiam quæ dixi.

Et ego certè vix illorum opinioni accederẽ, quamuis neminem reperi qui ei contradixerit,hic enim plus delinquere videtur qui depositus ab officio ob crimen, illud nihilominùs exercet, cùm præterquam quòd crimen falsi committit,vt alius qui nunquam fuit notarius.contemnit iustitiam,éstque magis incapax huius muneris, quàm qui nunquam illud est adeptus:& est illud primordium, quo Bald.nititur omnino,sublatum per priuationem factum ob crimen: nec quicquam operari potest ad commodum illius qui ita priuatus est,arg.l.nec infames.C.de decurio.libro decimo,& l.j.& ibi Bar.C.de infam.lib. 12.cum aliis multis similibus, à me adductis in tracta.Nobilit.cap.24.numer.7. incip.intellige tertiò, & multis sequẽ.Et bene facit quod diximus suprà, numero octauo,de abbatte deposito siue culpa, qui potitur prærogatiua loci,vt priùs : sed si ob crimen deposit⁹ esset,minimè, vt voluêre Ioã.Ligna.& alij ibi alegati.

LIMITATIO XVI.

Decimosextò limita generaliùs quàm in præceden.limit.vt nostra regula nõ procedat,quoties remanẽt reliquiæ pristinę causæ,nam licèt ea maxima ex parte cessauerit, non tamen omnino extinguitur effectus,propter illas reliquias:vt præter alios tex.quos citauimus.in d.præced.limi. satis etiam probat tex. in l.2.& 3.& ibi Dyn.qui id no.ff.rer amot.vbi cõtra illam quæ desiit esse vxor,nõ instituitur turpis actio in honorẽ præteriti matrimonij:& text.in l.ex duobus.ff.de vulg.& pup.& l.sed si vnus,§.seruus, ibi in memoriam pristini dominij.ff.de quæsti.& l.seruos non solùm.C.eodem titulo. vbi glossa allegat concordan.

Et ita nuncupatim nostram regulam limitant glo.Dy. Ioan.And.Alber.& Philip.Franc.in c.decet concessum,de reg.iur.libro 6.Io.And.in c.post.transactionem,& ibi Ant.versic.tu dic latiùs,Imo.nu.36.& n. 40.iterum

40.& iterum nume.51.de renunt. Bart.in l.ij.§.vl.in fin.ff.de donatio.Bald.in l.patre furioso,in prima le ctu.post princip.& in ij.ad fi.ff.de is qui sunt sui vel alieni iur.& in l.vlt.versicu.quartò quæro,ff.de feri. & in cap.cùm cessante,in iiij.not.de appell. Angel. in l.minoribus,C.de is quibus vt indig.Henric. Bohic.in ca.& si Christus de iureiuran. Alexand.in l.si cùm dotem,§.si maritus, versicu. vel potest responderi,ff.solut.matrim.& in additio. Nico. Neap.in l. ij.§.nō solùm,ff.de excu.tutor.Iason.in l.sciendum. §.vlti.versicu.quartò pro ista parte, ff. qui satisdar cogan.Franc.Rip.in l.ex facto.num.16.ff.de vulg.& pupil.substitut.

Et per text.in d.l.si vnus,§.seruus,ff.de quæstio.voluerunt Hostien.Card.Flor.Anto.Imo.& Felin.in d.c. quæ in ecclesiarum.ille in verbo,alienandi,versicul. sed nunquid vasallus,alter in fin.Ant.versicu.an vasallus possit,Imo.versic.& intelligit etiam,Felyn.in v.fallen.in prin.de constit. quod licet vasallus possit renuntiare feudo, inuito domino,per tex.in cap. j.titu.de vasal.qui contra constit.Lotha.non tamen post eam renuntiationem potest,nec debet offende re dominum ob memoriam pristini dominij. quod & ipsum voluit ipse Card. Florē.in clem.pastoralis, versi.denique,in vij.quæst.de iud.vbi & ad hoc allegat.text.in d.illo cap.j.

Quibus adde duo dicta Bald.primum,in l.genero.ver. vlteriùs oppo.C.de iure dot.quòd ex patris stipulatione de reddenda dote quæritur filio emancipato actio vtilis,propter reliquias præcedētis potestatis, argu.l.talem institutionem,§.vlt.ff.de hæred.instit. Alterum est in l.in rebus,vers.tertiò noto,ibi,tu dic quòd aut consideramus. C.eod.tit.de iur.dot.quòd vxor constante matrimonio censetur quodammodo domina rerum dotalium,propter vestigia & reliquias præcedentis dominij, & in his vir imaginem vxoris repręsentat.argu.l. cùm notissimi.§.j.de pręscript.xxx.annor.

Adde & tu alia similia,in quibus ob reliquias,vestigia & memoriam pristinæ causæ effectus non cessat, etiamsi causa ipsa cesset, quæ & tu videre poteris apud Ioan.And.in c.consulti, versicu.in glos.j.dissolutæ,& ibi Ant.versic.glo.super verbo, seculariter, & Panorm.versicul.ex quo inferunt. extrà de regu. qui omnes loquuntur de memoria pristinæ religionis, & eundem Ioan.Andr.in ca.vlti.ad fin.eod.tit. Felyn.latè in cap.quæ in ecclesiarum,in v.fallent.de const.& Hipp.Marsi.sing.clxxix.viget communiter statutum.& quæ etiam nos diximus in præced. limitat.in qua specialiter locuti sumus de reliquiis & vestigiis dignitatis.

Adde inquam,& alia in quibus reliquiæ sunt tanti roboris,vt perinde excludant sequentes ordine, ac si totum ipsum remaneret.quòd ex eo videre licet, ꝙ reliquiæ prioris tutelæ excludunt sequētem tutelam,vt plenè nota. in l.j.C.de testā.tut.& d.l.si quis sub conditione,& ibi Bar.ff.eo.& voluit etiam Bal. in l.cùm antiquioribus, versic.quintò sic sicut reliquiæ C.de iure delib.& Card.Alexan.in cap.j.vers. quartodecimò sicut reliquiæ,de feud.March.& diximus in tract.primige. quæstio. xl.nu.71.incip.31. vbi rei quæ deficit.

Sed ita tamē vt non illud specialiter omittamus,quòd inimicus reconciliatus non statim est iudex,vel testis idoneus, cum adhuc dubium sit, an remanserint quædam reliquiæ odij,sed expectandum est, vt amicitia sit longo tempore comfirmata, & sint obliterata omnia inimicitiarum vestigia per text. not.in c.accusatores,& testes,quod est 2.& ibi glos. 3.quæstion.5.Et ita voluit gloss.in c.per tuas,l.1.in verbo,inimicitias capitales,in fin.& ibi Ioan. Ana. versicu.in gloss.in verbo,capitales, & Felyn.versic. in eadem gloss.in fin.de simo Inno.non obscurè in c.cùm oporteat,in verbo inimicos,& ibi clariùs Panorm.versic.item aduerte, Io.Ana.versicu.nūquid autem reconciliatio, & Felyn.versicul.nunquid autem reconciliatio,de accus.Idem Innocen.in capit. cùm I.& A.paulò ante fin.& ibi etiam imo versicu. tertia fuit quæ colligitur,de re iud.vt à nonnullis citantur, licèt aliud dicere videantur, quamuis allegent d.ca.accusatores.Spec.titu.de iud.de leg.§.superest videre, versicul.item quòd quondam, & ibi Ioan.And.in addit.Rom.sing.315.incip.Innoc.in c. cùm I. Alexandr. consilio.99.in causa inquisitionis formatæ contra Iacob.versic.& quamuis tempore. libr.1.Firmi.in tract.de episc.in 4.part.lib.4.versic. decimatertia.Felyn.in c.si pro debilitate,versi.confirmo hæc per tria,de offi.deleg.& in c.j.post princ. de iudic.& in c.quoties de testib.& consilio iij.habent legistæ,versicu.quartò adduco,vbi dicit singu. text.in d.c.accusatores.Hippol.Marsil.in l.j.§.prætereà.versicu.amplia etiam hunc text.& hanc regulam,versic.intellige, tamen de quæstio.& in repet.l. vlt.C.de prob.& singn.cvij.priuilegium dignitatis. versicu.item adde quòd inimicus,& d.singu.clxxix. versic.item facit etiam,nam inimicus.Ludo. Carre. in repet.l.obseruare, quæ est ij.in princ.numer.116. versicu.amplia etiam in inimicitia, C. quor.appell. non recip.Ioan.Crot.in tract.de testib.versic.decimò extenditur.Maria.Soc.iunior, consil.lxxix.licèt in præsenti,num.42.lib.j.& Syluester Aldobrandinus in §.inimicitiæ,versi.sed dubium.Inst.de excusatio.tut.Et facit quod in simili diximus suprà in ij.limit.num.11.incip.adde & illud,de Iudæo recens facto Christiano.

Et has certè inimicitias reconciliatas esse suspectissimas docet Cicero in oratione pro Milone,In communi omnium lætitia si etiam ipse gauderet, timerétne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Et alibi,Ego cū omnes amicitias tuēdas semper putaui summa religione, & fide, tamen eas maximè quæ essent ex inimicitiis reuocatæ in gratiam, proptereà quòd integris amicitiis officium prætermissum inprudentiæ, vel (vt grauiùs interpretemur) negligentiæ excusatione defenditur: post reditum in gratiam si quid est commissum,id nō neglectum, sed violatum putatur: nec imprudentiæ,sed perfidiæ assignari solet. Idem pro Deiotario rege scribit Cæsarem fuisse huiusmodi, vt nemo illum placuerit inimicitiis,qui vllas resedisse in eo simultatis reliquias senserit. Et huc respiciens Horat.ad Iulium Florum,lib.Epist.j.Epist.iij.

Debes hoc etiam rescribere:sit tibi curæ
Quantum conueniat Numatius,an malè sarta
Gratia,nec quicquam coit? & rescinditur?

Diuus autem Hieronymus ad Rufinum, profitetur se reconciliatas inimicitias purè colere, & non iuxta Plautinam sententiam, altera manu lapidem tenere,panem offerre altera.Et idem alibi in ipsum Rufinum,libr.j.monet amicos post reconciliatam simultatem, etiam leues vt suspiciones fugiant: ne quod fortuitò fecerint, consultò facere putentur. Vide tamen interim tex.in §.inimicitiæ.Inst.de excusat.tutor.

Tamen contra hanc limitationem videtur esse tex.in l.vlti.ff.vnde libe. vbi si filius dedit se arrogandum, non poterit amplius dicere contra tabulas,licèt etiam post arrogationem remaneant quædam reliquiæ filiationis naturalis.l.tutelas,ff.de capi.demi. cum simili.Ideo.Imo.& Rom.in l.ij.§.vlti.ille vers. item adde inquantum:hic vers.vlteriùs inquantum, ff.de donat.id præsentientes dicunt illud in hac re dici posse, quòd cessante causa cessat dispositio, licèt maneant aliquæ reliquiæ.Nisi tamen in casibus, in quibus lex aliquid statuit propter memoriā pristini status,d.l.vnus.§.seruus,ff.de quæst.& d.l.vl.ff. de Decurio. & cap.j.ad fin.titu.constit. feud.dom. Lothar.Tanquam scilicet intelligat reliquias pristinæ causæ non esse concedendas in hac nostra regula,nisi in casibus expressis. Et id fortè verius est,nisi in reliquis esset eadem ratio.

LIMITATIO XVII.

Dicimoseptimò limita, hāc nostram regulam, vt procedat cùm omnino cessat causa: secus si sit suspensa tantùm,& non obrupta.nam tunc non etiam obrūpitur effectus,l.si extraneus, & l.quod seruus, ff.de condict.ob causam.Et ita per illos tex.dicit Bald.in c.quemadmodum, versic.non tacitas conditiones, de iureiurando.

Cui adde quod tradit ipse Bald.in c.j.versic.& ad idem facit,tit.hic finit lex, esse longam differētiam an aliquid suspendatur, an verò, omnino abrumpatur, per not.in l.ij.§.ex his,& l.inter stipulātem,§.sacrā, ff.de verbo.oblig.& hęc verba dicit esse l.illa institutio,§.j.ibi in suspenso retinentur, non abrumpūtur, ff.de hære.inst.Ex his Bal.vbi suprà,decidit pulchrā quæstionem, post gloss. ibi,vt apud eum videre poteris,& bene faciunt quæ dicam inferiùs in xxxj.limitat.

LIMITATIO XVIII

Decimooctauò limita, vt procedat cessante,id est,extincta causa, secus si interpretemur cessante adimpleta:nam tunc cùm scilicet adimpleta est,licet cessare videatur, non tamen propterea cessat effectus, per id quod habetur in l.si iam facta,& l.conditionum quæ in futurum, ff.de condit.& demonstr.vbi implementum causæ legati non resoluit, siue non facit cessare legatum, imò ipsum corroborat & confirmat, per quos quidem tex. Bal.in l.filia legatorū, in ij.quæst.& ibi quoque Salyc.versi.sed an pro residuo,Ang in prin.Pau.Cast.versi.sed pone quòd minùs.vbi id dicit consulendo tenuisse,Corn.vers.sed dubitatur an possit,& Iason versicu.prædicta & isti tex.& Iacob.à S.Geor.qui hāc dicit esse Com.opin. C.de lega. sequūtur Old.qui fuit eius opinionis, vt testator qui plus legauit pro dote, posteà minùs dedit in dotem,non videtur minuisse legatum quasi videlicet per illam vltimam dationem in dotem,& sequens matrimonium nō cessauerit,id est,non extincta fuerit causa finalis legati:sed solum cessauerit,id est,adimpleta fuerit.

Et id etiam sequitur Pau.Cast.con.cxlviij.proponitur in facto, quòd quædā testatrix,lib.2.vbi per hoc cōsuluit,quòd si ea,cui quis testamēto dotem reliquit, nubat interim antequam testator moriatur, sitque ab alio dotata:ei tamē debetur legatum veluti causa legati non extincta, sed adimpleta.Id quod etiam antè tenuerat Gul.Cun.in l.cùm is,§.si mulier, ff.de condic.indeb.per tex.in l.Publius,in prin.ff.de cōd. & demonstr.atque etiam Ray.Forliu.per.l.hæc cōditio.la j.eod.tit.quos ipse Pau.citat.

Sed & id quoque tenuerunt Oldr.Bart.qui tamen declarat:& alij in l.Lucius, la 1.ff.de leg.2.Bald.in huiusmodi,§.cùm pater, & ibi recentiores, ff.de lega. primo.& idem Bal.in l.vlti.ad finem, C. de sentent. quę sine cert.quant.& consil.330.casus talis est,auus reliquit nepti,lib.5.& iterum cons.493.cōsiderato, quòd testator, eod.lib.5.vbi & ipse distinguit.Petr. Anch. in c.filius,ver.vltimò certa proximè dicta,de testa.Alex.consil.7.visis & diligenter animaduersis. versicu.hoc in terminis, libr.2.quod repetitur cons. 88.lib.6.vbi illum omnimodo vide.& ipsum quoque Alexan. consi.95.repetitus versi.circa secundū, libro septimo.& Bal.cons.360.quia dictum legatū, libr.4.

Et huc quoq; pertinet quòd per d.l.si iā facta,de cond. & demōst.atque etiā per l.antep.de instit.& substit. voluit ipse Bal.in d.l.vl.ver.pone testator.C.de sēt. quæ sine cert.quantit.proferuntur, ꝙ si testor reliquit decem Berthæ,pro ea maritanda,quæ ipsa tem pore testamēti erat iam maritata, debetur illi legatum.quem refert & sequitur Alex.cōs.146.in causa & lite inter nobilem Raphaelem,ver.& similiter dicit,lib.5.& Hipp.Mars.in repet.rub.de fideiussor.n. 85.& Io.Lupus in rep.c.per vestras.§.20.ver.ex hoc dicebat, de donat.inter vir.& vxor. Tu autem vide Paul.Cast.consi.38.in isto facto,versic.secundò facit dubium lib.1.

LIMITATIO. XIX.

Decimonōnò limita nostram regulam nō procedere, quando actu quispiam est nullus, propter aliquam causam:quia si etiā posteà cesset ea causa, non tamē cessat effectus nullitatis,id est,nō recōualescit actus propter cessationē causæ,vt probatur ex §.1.inst.de exhi.lib.iūcta l.Papinianus,in prin.ff.de inof.test.& ex l.eius qui,ff.de testa.& §.pręterea, Instit.quibus nō est permis.facere test.& §.1.Inst.de inutilib.stip. & c.1.de despon.impub.

Et ad hoc quoque facere videtur l.filiā, ff.de Senato. quę reperitur ad verbum, in l.generali.§.vl.ff.de ri. nup.vbi si filia Senatoris cōtraxerit matrimoniū cū libertino,id quidē matrimonium nullum est:nec vires reassumit,etiā si causa ob quam illud matrimoniū non valebat, cessat:quia scilicet pater desiit esse Senator.Verùm Bal.ibi.in priori lectura,dicit illud ibi ideo procedere, quòd ius iā filiæ erat quæsitum, quod pertinet ad vndecimam limitationē, vbi diximus, in posteriore autem lectura idem Bal.dicit eā causam fuisse remotam,qua cessante non cessat effectus,& id pertinet ad seq.limit.vbi dicem⁹.Vel dici quoque potest,vt dicim⁹ ex Alberico, infrà in 33.limi.Vel etiam dici posset vltra eos,ꝙ ibi qualitas impediēs non cessat, quia filia per casum patris, non desinit esse filia Senatoris.per l.emācipatum, §.quis cōceptus.ff.eod.tit.de Senator.quod bene animaduerterunt Ray.& Alber.d.l.filiam.

Sed si hæc qualitas desineret, ita vt res venisset ad eum casum à quo incipere potuisset, vtrum actus vires assumeret,ingens est labyrinthus.ideo vide glos Bart. Floria.à sanc.Pet.in l.per fundum,ff.de seruit.rusti. præd.glos.& Bart.in l.cum viro,ff.de vsucap.glossa, & alios,ca.quod initio,& in l.quæ ab initio,quæ est penulti.ff.de reg.iur.Dyn.& Bart.in l.filius,ff.de solutio.eundem Dyn.& alios in capit. non firmatur, & in c.factum legitimè,de regul.iur.libr.sexto.Bar. in l.pluribus,quæ est penult.§.& si placet, ante medium.versic.circa primum, & ibi cęteros recentiores,ff.de verbor.obligat.& eundem Bart.in l.cętera, in princ.

in princ.ff.de leg.j.Bald.in l.patre furioso, ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur.Rom.consilio cccccix.circa propositam consultationem, in v. dubio. Bart.qui alios multos citat,consilio lxx.illud in medium referam,lib.iij.

LIMITATIO XX.

Vicesimò limita,vt nostra regula ꝓcedat in causa propinqua & immediata,non etiam in remota,siue mediata, vt voluit glos.in l.mulier.per eum text.ff.rer. amotar.& alia gloss.à paucis in id annotata.in l.j.in verbo,te filio,in v.opposit.C.de pact.Dyn.non obscurè in c.priuilegium, in solut.j.oppo.de reg.iuris lib.vj.Bald.in l.filiam,per eum text.ff.de Senator.in ij.lect.& in l.si cùm dotem,in prin.versic.secūdò inducuntur,ff.sol.matr.quòd posita causa immediata, & proxima,ponitur effectus:remota remouetur effectus.Panor.in c.ex parte tua. versi.secūda solutio, de conuers.coniug.Cæpo.caus.criminal.cons.super casu homicidij.ver. & quòd hoc sit verū, cum multis sequent.versi.& ideo.cùm sumus.vbi dicit,quòd causa proxima est vera,& propria causa: remota autem ficta, & impropria. Ideo non habet locum in statutis.

Nec id à nostratibus tantùm fuit annotatum,vt scilicet deficiente causa remota non deficiat effectus, quando & Theologi scholastici,nō pauci fuerint eiusdem sententiæ,& inter cæteros Alc.Hales.in iiij. part.suæ summæ, quæst.xx. mēb.ij.art.ij.§.j.in solut.2.argumen.& Diuus Bonauentura li.iiij.sententia.dist.xxij.art.j.& Gabriel Biel.lib.i.eiusdem operis.distin.xlv.quæstio.vnica, & iterum lib.2.dist.1. quæst.2.in 2.not.

Nam & aliàs causa finalis immediata, attēdi debet, vt scribit Sign.Homod.doctor laudatissimus, consili. lxxix.cuius exordium est,factum sic se habet,in quęstione vertente inter dominum,vers.prætereà causa finalis.per l.cùm quis,cum vbi nota.ff.de dolo.ma. & l.si ob turpem.ff.de condit.ob turp. cau.& l.nec tamen, ff.quod met.caus. Et bene facit quod diximus in xiij.limitat.num.8.incipiente,sunt & qui dicunt,scilicet causam remotam,& mediatam dici potius occasionem, quàm causam.

Sed quòd semper alias magis operatur causa proxima, quàm remota,l.socium,qui in eo,§.j.ff.por soc. vbi Bal.dicit causam remotam æquipararì causæ impulsiuæ,& nō finali.& l.qui domum habebat, in fi. ff.loca.& l.huic scripturæ,ff.ad leg.Aquil.& l.idem & si.§.sed & quod meretrici, ff.de cōd.ob turp.cau. & l.sed si plures,§.in arrogato,& ibi Bart.& iterum l.qui liberis,§.hæc verba,ff.de vulg.& pup.& l.ij.§. sicuti,ff.de hæred.vel actio.vend.& l.sed si sic.§.vlt. ff.de leg.3.& l.rogasti,ff.si cert.peta.l.metus autem, §.sed licet,ff.quod met.caus.vbi not.Bar.quòd in dubio tex.loquens de causa, intelligitur de proxima, non de remota.& l.carbonum.ff.de verb.signific.& l.cùm de hoc,ff.de excep.rei iudic.& l.2.C.eo.tit.& ca.non potest,de præb.lib.vj.

Et voluit prætereà Oldrad.consili.xxv.thema tale est, aliquid propter defectū,vers.prætereà quantò causa est, vbi dicit quòd iuristæ proximā cuiusque rei causā attēdūt,Io.And.in Add.Spe.tit.de iniur.§.sequitur,vers.sed pone inimicus.Bar.in l.vlt.vers.prætereà in conditione.ff.de cond.sine caus. Bald.in l. ex placito.C.de rer.permu.vbi id probat multis rationibus.& in l. vni.§.simili modo. C.de Lat.liber. tollen.& in l.cùm in antiquioribus, ver.sextò, quia filius.C.de iure deli.& in l.sub prætextu,la j.versic. prætereà si dolus.C.de tran.& in l.vxor.tua.C.famil. ercis.& in l.1.paulò āte fi.C.si cer.pet.vt dicit,quòd causæ multùm remotæ nō cōsiderātur:quia actꝰ nō sunt consecuturi ab iis nisi in virtute maiori acceptionis causæ,per l.sociū,qui in eo.§.vlt.ff.pro soc.& ipse Bal.in l.cede,ver. quæro,de quibꝰ vsibꝰ.C.loca. vbi dicit ꝙ nō tenetur quis cōsiderare remota, sed propinqua.& allegat Senecā vt ibi videre poteris,& idem Bal.in aut.ex testa.ver.13.ca.in fi.illius ver.C. de Coll.Pet.Anc.in proœmio 6.ver.& alibi dubitatur,vbi & illud dicit,quòd Iuristæ attribuunt rem causæ proximæ non remotæ.per d.l.si muli.& idem Pet.in c.nō potest,de præb.lib.6.& cons.26.in quęs. supradicta,& cons.315.dominus Bart.circa mediū.& cons.329.dubitationem facit,vbi & illud quoque dicit, quod debet semper actu attribui causæ proximæ, & ab ea denominari, & non à remota,consilio 404.tria dubia,versic. & istam opin.Imola consilio 139.præfatus Symus debitor.versicu.prætereà posito.Pan.consilio 45.quędam D.G.coniugata, versic. restat nunc respond.lib.2. Franc.Aret.consilio 161. verum est, quod Comicus.num.5.vbi dicit causam mediatam & remotam dici potiùs occasionem, quā causam,& cōsilio 148.in quæstione proposita.Phil. Cor.cons.266.circa primam consultationē,libr.4. Bart.consil.43.illud in medium referam, vers.restat modò videre, lib.2.vbi dicit ꝙ vbi constat de causa propinqua,non curatur de remota. Iaco.à S.Geor. in l.cùm hi,in princ.in 1.lect.num.12.ff.de trans.Frā. Cur.iunior.consil.j.primùm complector.num.9.& iterum consil.2.circa præmissam,versic.quarta pręmittitur conclusio.Dec.consi.137.cuius perscriptio incipit, de absolutione facta vers.secundò principaliter.Mat.Affl.in c.1.nume.6.tit.Imp.Loth.& deci. Neapo.127.mater habet duas.Hier.Gratus consilio 177.in præsenti causa numer.8.lib.1.Paul.Pari.cons. 127.lucrū dotis,& cōs.41.Ioānes testator.nu.7.li.4.

Quibus adde quod in vniuersum voluit Compostel.in capit.cùm in cunctis,de electio. quod in quibuscunque hominum actionibus causa immediata inspicitur,quem sic refert,& sequitur Ludouic. Gomez. super regula.cancellariæ, de iure quæsito non tollēdo,quęst.3.versicul. & tenēdo istam partem. Sed & Ang.consilio 110.sanctissima,versicu.& ideo concludo, dicit generaliter, quòd semper prima causa est intuenda: neque enim secunda causa quicquam operatur,nisi quantum sibi à prima influitur,per l.prætor.§.prædium, ff.de leg.2.& l.si quis domum.§.hîc subiungi potest.ff.loc.& l.necessariò.§.vlti.ff.de peric.& com.rei ven.& l.si ex duob.& ibi glos.ordini. ff.de assi.liber.nam vt ait philosophus,vt ipse Ange. ait,causa prima magis influit in causatum,quàm secunda:& ideo causæ secundę tanquam subalternæ, plusquàm causæ primæ concedi non debet,l. Publius.§.1.ff.de cond.& demon.& l.si viua, ver.nam licèt.C.de bon.mater.& l.2.in prin.de interdict.& relega.

Ante hos omnes gl.in ca.de cętero,in verbo,deinde,de homic.quod causa remota nō imputatur ad homicidium aut aliud delictum, arg.d.l. qui domum habebat.ff.loca.& c.exhibita,eo.tit.de homic. Quam gl.sequuntur Hosti.Io.And.Henri. Bohic, Io.Ana. Pan.Fely.& cæteri, ex quibꝰ ipse Pan.not.quòd appellatione causę venit tātùm proxima.& idē voluit ipse Pan.in c.quia diuersitatem,vers.in gl.in verbo, non tamē,de cōcessio.præb.& in c.discretionē.vers. sed ego adderem,de eo qui cogno.consangui. vxor.

suæ,& Fel.qui alios citat in d. cap.solitæ.versicu.pro qua differentia de maiorit.& obedien.

Illa autem glo.interpretatur text. ibi, cuius hæc verba sunt: Qui homicidij causam dat, ad sacerdotium promouendus non est, tanquam qui causam damni dat,damnum dedisse videatur.Ex quo illud Ciceronis Philip.ix. Is enim profectò mortem attulit, quis causa mortis fuit.In quibus illud annotandum, quòd causam dixerunt, non occasionem. Occasio enim causam remotam significat, vt latè diximus in xiij.limit.nume.8.qua quidem occasione cessante,non cessat effectus,vt & in eadam illa limit.ostendimus. Igitur vt redeamus, causa propriè sumpta, quæ scilicet immediata est, imputatur ad homicidium, non etiam causa impropria,& mediata, quæ occasio dicitur, vt impropriè locutus fuisse videatur iurisconsultus noster in l.qui occidit.§.vlt.ff.ad legem Aquil. cùm dicit,Nam & qui occasionem dāni præstat,damnum fecisse videtur.Debuit enim potius dicere causam,vt Cicero.

Vt non immerito scripserit Bald. consilio cxxxvj.cuius initium est,proponitur, quòd Titius percussit, paulò ante fin.lib.ij. quòd euentus, qui procedit à causis proximis, & immediatis,attenditur respectu illarum causarum: si autem non sunt causæ immediatæ, tunc euentus non attribuitur illi principio remoto,sed causis propinquioribus, per d.l.si mulier.ff.rer.amotar.&d.l.huic scripturę.ff.ad l.Aquil. Ideo (vt subdit) non ab euentu, sed à causis immediatis argumentum concludit.

Nec tamen interim omittam quòd tradit idem Bal.in l.j.in oppo.C.si ser.ext.se emi.manda.dum loquens de proxima causa.& remota dicit, quòd potest cōsiderari causa proxima, quando non est instrumentum,sed fit per accidens,vt si pulso aliquem vnde in lapidem impegit, quo vulneratus est,& tunc propriè non dicor vulnerasse: nec si ille moriatur,dicetur mortuus ex meo vulnere: quia non vtebar eo lapide vt instrumēto,quo eum vulnerarem. Ideóque statuta loquētia de percussione,& similia, non habent locum in hoc casu.& idem propemodum dicit idem Bald.in l.de pecoribus.ff.ad l.Aquil.& ibi quoque Sal.qui tamen nutat, & Flo.à S.Pet.in l.qua actione,§.Celsus.ff.eo. Paul.Cast.in d.l.qui domū, versi.& not.hîc arg.ff.de loca.Io.Ana.& Fely. in d. c.de cętero,de hom.& Cępo,qui id dicit sing.d.cōs. ij.super casu homicidij.ver.secundo modo potest. Ang.Are.in tract.malefi.in verbo,& ipsum Titium percussit.Fran.Aret.consil.cxlvj. visa consulatione, versicu.hoc præmisso.Felin.qui solum Ang.allegat, in tract.quando conatus puniatur.versicu.ex his in tulit,vbi id dicit nouum,& elegans.Hippo.Mars.in l.nihil interest.versic.adde etiam aliud sing.ff.de sicar.& consil.cxxxvj.consului proximis diebus, ver. item contra doctrinam.Matth.Affl.in const.Sicil.in cip.si quis aliquem,in vij.quæstio. & ante hos Bart. in l.si gemina, versi.quæro quod si te.ff.arb.furt.cæsar.Et optimè ad id facit text.in cap.studebat,& ibi gloss.50.distinct.

Posteà autem subdit ipse Bal.(neque enim id omittere volui)in d.l.1.C.si ser.exter.quòd, inspecta veritate,causa causę non dicitur causa causati, per l.1.§.de iecisse, ff.de vi,& vi ar.& l.quoniam multa facinora.C.ad leg.Iul. de vi pup.&sequitur idem Cępol.d. consi.2.versi.sed in quæstion.nostra,vbi dicit, quòd id non procederet in statutis, in quibus verba debent propriè & strictè intellligi.

Ex hac autem ratione quā diximus de causa remota, multi fuerunt in ea sententia,vt legati principis,aut ciuitatis non teneātur restituere, id quod eis donatum est ab eis,ad quos missi sunt,nā licèt sit eis collatum in honorem principis vel ciuitatis, tamen id ad propriam eorū vtilitatem datum fuisse censetur: nam hæc est causa proxima, altera remota,vt dicit Bal.in d.l.sociū,qui in eod.§.1.ff.pro soci.De quo tu vide gl.in l.qui proprio.§.procurator vt in cęteris. & ibi latè Alb.ver.vl.dicit gl.& sic fuit Gul.Ca.Bar. Bal.Ang.& Pau.Ca.ff.de proc.gl.in l.si verò.§ item quicquid.& ibi Bar.Bal.qui eum §. legit cū l.dotalē seruum,Alb. qui eundem §.legit cum prin.l.si verò. vers.aliæ gl.satis patēt,Ang.qui & d.§.legit cum d. l.dotalē,Imo.qui & ipse illum §.legit cū d.l.dotalē. in fi.Ro.qui idem facit ver.in gl.eiusdem l.Paul.Ca. qui idem facit in fi.& Alex.ff.sol.matr.& gl.in l.sed si plures,aut vt alij ll.separāt in l.qui liberis.§.in arrogato,in ver.beneficio,& ibi Ang.Imo.Pau.Ca Fr. Aret.& Alexa.ff.de vulg.& pup.subst.Cy.in l.1.in 7. q.&ibi Alb.ver.& ex prædictis.C.de sacr.eccl.& eū dē Cy.in l.vlti.ver. quintò colligit sic.& ibi Bal. in §.sed cùm in secundā.C.de fur.Io.And.Petr.Ancha. Dom.& Philip.Franc.in c.à collatione,quod est pe. de app.lib. 6.Alb.in l.cùm aliquis,circa mediū,ver. item allegatur hæc lex,& ibi quoque Saly.post medium,ver.item præstat.arg.C.de iure delib.Io.Cal. Car.Flo.An.Im.& Pan.in c.postulatis, qđ est pe.de conces.præb.Bal.in l.extraneo.C.de dona. & consi. 194.præmissis verbis post princ.lib.2.& consili.378. saluo semper, ver.ad tertiam rationem.lib.5.vt tamē interim non omittam quod à Valerio Maximo scriptum est li.4.c.3.quòd Quintus Fabius Gurges, C.Numerius,Fabius pictor,Quintus Vgolinus legati ad Ptolemęum Regem missi, munera, quæ ab eo priuatim acceperant,in ærarium quidem prius,quā ad senatum legationem referrent,detulerunt, scilicet de publico ministerio nihil cuiquam præter laudem bene administrati officij accedere debere iudicātes. Verùm Senatus decreto, & populi permissu quæstores in id dati,legatis prōptè vnicuique distribuerent.

Hæc tamen quę causam remotā nō cōsiderant,sed tantum propinquā,declarabis primò vt procedant, nisi esset quæstio de damno dato causa alicuius: tunc enim ad imparia nō iudicantur causa remota & proxima,vt no.consuluit Cald.cōs.4.abbas locauit.sub tit.de loca,quod pro sing.sequitur Cassa.cons.1.Burgundiones,in 4.par.ver.minor tamen de isto dicto. vbi tamen declarat,vt apud eum videre poteris. Et id certè reuocandum est ad ea quæ latè scripta sunt in d.c.de cætero,de homi.

Secundò declarabis,vt procedat, nisi illa remota causa descenderet ex causa proxima, vt voluit Pau. Ca-cons.119.cuius prin.est hæreditas prædicta videtur pertinere.vers.item dico quod statutū.lib.1.in id allegans Bal.in l.illam.vers.quintò,quia sufficit,C.de collatio.Cui adde,quòd prima causa semper repræsentatur in secunda,in quam influit.l.licèt.§.ea obligatio.ff.de procurator.

Tertiò declarabis,vt procedat nisi secunda causa talis esset,vt effectus sequi sine ea,non possit:tunc enim magis respiceremus secundam eam causam, quàm proximam:verbi gratia,in vsucapione causa proxima est dominium: secunda possessio: sed quia sine possessione vsucapio non procedit, l.sine possessione, & l.non videtur.ff.de vsucapio.magis inspicimus

mus possessionẽ, licet sit remota causa, quàm dominium, quæ est proxima, vt scribit Bar. in l. j. in vlt. oppositi. ff. de const. princ. & vide quæ dicam in sequen. declar. & iterum in nu. 18. inci. ego in meo codice.

Quartò declarabis (& hæc quidem declaratio proximè ad præcedentem accedit) secundum ea quæ scribit Bal. in ca. imperialem. §. illud. tit. de prohi. feud. alie. per Fede. dum tractat in causis subordinatis, à qua eorum denominetur effectus, nam aut prima, inquit, causa inducit secundam, sed ob effectũ eius, & tunc ex secunda tantum insurgit effectus, vt patet in mandante & mandatorio, nam mandans est causa anterior, mandatarius autem qui contractum explicuit, causa posterior, & quia effectus contractus in hac posteriori includitur, & non in priore, ideo actio incipit à posteriore, & ei attribuitur actio directa, & non à priori cui vtilis attribuitur. l. quęcũque gerimus. ff. de actio. & obli. & l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. emp. & l. idémq. §. si quis Titio. ff. mand. Sed quando prima causa secundã includit, & effectum eius, tunc primam eam causam inspicimus. l. si ita stipulatus fuero. §. vlt. cum l. seq. ff. de verbo. obli. & l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. mand. Hæc ille, qui ex hoc decidit quæstionem, an vasallus vasalli offendens dominum, domini amittat feudum, vt ibi videre poteris, & eum quoque ibi sequitur Card. Alexand. vers. non obstat. & Matth. Afflict. vers. secundò nota ad idem. & vide etiã quæ dicam infrà nume. 17. & sequen.

Quintò declarabis hanc limitationem, vt procedat in causa multum remota, secùs si non sit adeo remota, sed proximè coniuncta, tunc enim æquè attenditur, ac causa proxima immediata. per dict. l. cùm de lanionis. §. asinam. ff. de fund. inst. & l. in lege Censoria. ff. de ver. sig. & l. vxori quis. ff. de aur. & arg. leg. vbi Bart. no. quòd causa intelligitur etiam de causa remota non multum, non item de multum remota, quæ magis dicenda est occasio quàm causa. idem Bar. in l. vt iurisiurandi. in prin. circa medium. ff. de oper. liber. & in l. ambitiosa, in ij. reg. ver. sed quæro pone habentes. ff. de decre. ab ord. facien. & in d. l. sed si plures. §. in arrogato. versi. ego limito hoc dictum. ff. de vulg. & pup. substit. vbi eius rei exemplũ ponit. & ibi quoque Alexand. ver. item not. ex text. & Ias. ver. nota diligẽter. Ioan. And. in d. c. de cętero. in fi. de homic. vbi etiam allegat l. quæ religiosis. ff. de rei vend. Frã. Aret. in l. si ante nuptias. ff. solu. matr. & cons. 6. viso instrumento diuisionis. versi. nam ista est regula. & iterum cons. 114. viso & diligenter examinato. versi. cùm igitur prima vice. & cons. 29. diligenter maturè consideratis. vers. verùm igitur ad quintum. Socin. dum allegat dictã legem, vxori, & ibi Bart. l. certi condictio, in 2. not. ff. si certum petatur. & bene facit quod suprà diximus ex Bald. in d. l. 1. C. si seruus extero se emi mandauerit.

Qua in re tamen illud annotandum est ꝙ Fran. Aret. sibi in hoc contrarius. in d. §. in arrogato, quem legit sub l. si pater. ver. tractat etiam Bart. hîc, tradit causam mediatam ita cohærẽtem proximæ, vt nulla inter eas sit media, non accipi pro proxima, vt dicit colligi satis euidenter ex l. Proculus. ff. de neg. gest. & l. metum. §. sed licet. ff. quod met. cau. & vtrobiq. Bar. idque dicit esse de mẽte d. l. lege Censoria. quã tamen Bar. in d. l. ambitiosa, adducit pro sua illa sententia. Nec obstat (inquit) d. l. vxori. quia vbi vestes emptæ pro ancillis, non veniunt tanquã paratæ mediatæ in vsum vxoris, & vt legatum per se factũ, sed veniunt accessoriè ad ipsas ancillas, quæ erant paratæ vxoris causa, legauerat enim testator quicquid vxoris causa paratum erat, ad legatum autem principaliter factum veniunt accessoria, tanquam pars legati principalis. l. creditor. §. vlt. ff. de lib. leg. & bene facit l. 1. §. quæ depositi. ff. depos. Non solum autem nõ attenditur causa mediata, quæ non intenditur à disponente, tunc cùm fit dispositio, sed nec etiam causa illa mediata quæ intenderetur à disponente tanquam causa causæ immediatæ, vnde licet procurator emat, quia sibi fuit mandatum, tamen causa acquisitionis mediata est emptio, & quia illa causa venit à procuratore, ipsi acquiritur indirectum. l. Iulianus. §. procurator. ff. de actio. empt. & ita dicit voluisse Bal. in ca. imperialem. §. insuper. titul. de prohibi. feudi alienat. per Federic. in vsib. feud.

Ego in meo codice Bald. nihil tali reperi in eo loco, credóque Fran. Aret. voluisse illum allegare, non in illo §. insuper. sed in §. illud. qui illum confestim sequitur, cuius in eo loco dictum citauimus suprà nu. 15. Sed quicquid sit, ego in hac re magis assentio Bartol. sententiæ, vt etiam faciunt Alexand. & Ias. qui dicit Bart. satis respondere rationi Aret. præsertim verò quando huiuscemodi causa mediata siue remota talis est, vt sine ea nullo modo causa propinqua & immediata produceretur, tunc enim haud dubiè cõsideratur ac ipsa causa immediata, vt not Bald. in c. cùm omnes. versi. item quia quando, de const. vbi dicit, quòd quando causa proxima agit vi alicuius causæ, inspicimus eam causam, quæ vim & efficaciam tribuit, per text. in l. vtrùm. §. cùm quidam. ff. de reb. dub. & idem Bald. in c. literis. in 3. not. de rescrip. dũ not. ex eo text. quòd causa remota inspicitur, cùm ea est fundamentum proximæ.

Et id est propemodum quod suprà diximus nu. 14. & 15. qui sunt 3. & 4. declaratio huius limitationis.

In qua re non possum prætermittere quæ idem Bald. scribit in duobus locis, primum in l. tutores, per eũ text. ff. de testam. tute. quòd quando res procedit à prima causa per medium, nec tamen transit per ipsum medium, tunc denominatur à prima causa, vt ibi. Cùm verò transit per medium, & requiritur virtus & influentia medij, tunc non simpliciter fit denominatio à prima causa, sed ab vtraque, scilicet à prima causa, & medio influente. verbi gratia, in tutore testamentario confirmato per iudicem qui non est merus testamentarius, nec merus datiuus, sed hãbet quandam mixtam qualitatem. Ideo dubium est an præferatur legitimo. de quo per Dyn. & Iac. Aret. in l. 2. ff. de confirm. tutore.

Alterum ipsius Bald. dictum est, in l. non ideò minus, versic. & ideo oportet. C. de accus. quærentis, quando concurrunt duæ causæ, scilicet causa proxima & remota, & quid agat causa remota in effectu. Quædam, inquit, sunt causæ primæ, quæ aliquid de se ipsius & eorum substantia transmittunt, & transfunduntur in causas secundas. verbi gratia, prima causa calefaciens est ignis, sol secunda causa: prima autem & proxima illa causa aliquid transmittit de sua essentia effectiua. Dicetúrne igitur quòd sol calefacit, siue quòd à sole calefio? Et certum est, inquit, siue quod ab vtroque, scilicet à prima & secunda causa: quia à prima causa semper aliquid transfunditur in secundam: sequitur igitur quòd ei inhæret, ita vt causa secunda nihil agat, quin &

prima etiam agat inhærens secundæ. Quædam autem sunt primæ causæ, quæ de ipsorum essentia nihil transferunt in secundas,& tunc aut secunda causa talis est,quæ nihil agit absente prirma, verbi gratia,ego percutio te baculo, ego sum prima causa, baculus secunda, sed hæc nihil agit absente siue non agente prima. Ergo prima hæc causa illa est quæ principaliter actum agit. Aut secunda causa agit absente prima,vt si faciam te percuti per aliam interpositam personam, ea persona sic interposita est secunda causa, quæ liberè absente prima potuit agere.Ideo prima causa non assistit actui, quia non est concreta secundę causæ,sed discreta,distincta & separata.Et ita est in mandante & mandatario.Hæc ille qui ex iis quasdam quæstiones decidit,vt ibi videre poteris.

Sed vt redeamus ad id quod diximus, causam mediatam,non multum remotam, æquè considerari ac ipsam proximam, intelliges primò procedere quando vtraque causa, scilicet mediata & immediata, non multum remota,est iam deducta in esse,vt nostri loquuntur,sicuti in d.l.vxori.ff. de aur.& argen. leg. vbi vxor habebat ancillas,quæ ei seruiebant, quibus parata erant vestimenta. Igitur cùm ancillæ quę erant causa proxima vestimentorum, iam erant in seruitio vxoris,constat quod causa immediata erat producta in esse, scilicet ancillæ seruientes:vnde non mirum si vestes dicuntur paratæ causa vxoris, quia quicquid est causa causæ,dicitur causa causati,influit enim causa immediatè existens in actu,vim & robur in causam mediatam,propter cōnexitatem quam habet ad eam, & dependentiam quam habet ab ea.Ita subtiliter,vt semper aliàs tradit Franc.Are.d.consilio 6.versicu.confirmatur ista conclusio.

Intellige secundò modo,quando ambæ causæ, proxima scilicet & remota, non tamen multum remota, aut quæ etiam est fundamentum proximę,tendunt ad eundem effectum siue finem. Nam si essent alterius naturæ & qualitatis, ita vt ad diuersos effectus siue fines tenderent,magis inspiceretur causa propinqua quàm remota.vt voluit Bald. in dict.capit.literis.in 3.not.de rescript. per not.in d.l.si mulier.ff.rer.amot. dicítque hanc rem nos naturam docere,nam si quis in pruno inserit pyrum, facit pyra, non pruna.

Quæ autem dicatur causa proxima,quæ remota,intelliges ex gloss. & aliis in l.penulti.ff.de cond. ob turp. caus.& ex illis multis,quos suprà citauimus. præsertim Franc.Aretin.dicto consilio 14.vers.cùm igitur prima vice.& è Theologis Gabr.Biel.lib.3.sentent. distinct.1.quæstio.2.in 2.notat.& ex philosophis Iacob.Fabr.in introductione quam fecit in Physicam Aristotelis,statim post prin.ex sententia ipsiusmet Aristotelis lib.2.Physic.& iterum in dialogis introductionis ipsius Physi.

Vt tamen non omittamus dictionem,propter,significare causam remotam, vt videtur probare text. in l.1.& ibi Bartol.in 1. not. Bald.versicul. quintò not. differentiam,& iterum in 4. oppositio. rursúmque versi.vltim.quæritur extrà.& Saly.vers. quintò not. differentiam Paul.Castr. post medium.vers.quintò not. ex eo. C.si ser. ext. se manda.emend.& text.in l.eo tempore.§.vltim.in fin.& ibi Bart.Bald.Alb.Salyc.& Paul.Castr.ff.de pec.& in l. 1. §. nunc videamus,& ibi Barto.qui eum §.legit cum §.emancipatus.ff.de coniungen. cum emancip. lib.& in l.1.§.ex incendio,& ibi Bart. ff. de incend.ruin.nauf.& in l. socium.§.socius.& ibi Bald.post Richar.ff. pro soc. Et voluit Collecta in cap.quod dilecto.nu.3.de consan.& affinit.Bart.in l.non dubium.vers.nota quòd dictio.& ibi Ias.versic.circa hoc est videndum, ibi, cuius gratia debes scire. C. de sent.quę pro eo quòd interest.Bald.in d.l.qui proprio.§.procurator. vt in cæteris.ff.de proc.& in l.si ex arthali,paulò ante fin. C.de actio.empt.Imo.in cap.qualiter,in vltim.not. de elect.Luc.Pen.in l. qui per potentiā.C. de omni agro desert.libro 11.& Franc.Aret.d.consi.14.viso & diligenter considerato.versicul.sicut enim vasallus. Corne.consilio 290.ardua plurimum,in litera r,lib. 3.Alexand.in l.diuortio.§.vir .versi.aut quæritur vtrum.ff.solut.matr.& consilio 144. viso themate.n. 13.lib.6.& Fely.in cap.solitæ. versic.& dixit.de maio.& obedien.

Quamuis aliquando causam proximam denotet.l.si propter.ff. rer.amota. prout nonnulli eam allegant. & l.aditio.ff.de acqnir.hæred.Ideo Cald. cōsilio 4. abbas locauit. titu. de loca.quod est omnium consilio 83.dicit eam dictionem,vtrâque causam simul significare.Ang. consilio 312.prout patet ex themate.Sed cùm significat propinquam, est ex improprio significatu. vt dicit Salyc. in d.l.j.C. si seru.exter.& Franc.Aret.in d. l.aditio.in 3.not.& alij multi ex iis quos suprà citauimus.

Sed & dictio,propterea,quæ ex illa conficitur,denotat causam remotam,vt tradit Soci. consilio.156.incip. pro fundamento decision is.versicul. secundum fundamentum.lib. 2.vbi in id allegat loca quæ loquuntur de illa dictione propter. Sed ver.præterea respōdetur, nam posito, dicit quòd etiam denotat aliquādo causam proximam, prout,inquit,habetur in l.cācellauerat.& ibi Bald. post princip. ff. de iis, quę in test.delen.& per Bald.in d.c.quia propter.de elect. cuius dictum in eo loco suprà citauimus.

Similitérque dictio,ob,propriè causam remotam significat,d.l.non dubium. & ibi Bart.versi.not.quòd dictum.& Bal. in 5.not.& Ias.in 9.not. C. de legi.ipse Bart.in d.l.eo tempore.§.vlt.& ibi Bal.ff. de pec. & idē Bart.in d.l.vnic.vbi suprà.C.de sent.quæ pro eo quod interest.Bal.in d.l.qui proprio.§. procurator vt in cæteris.ff.de proc.Imo.& Pan.in cap.qualiter post obitum.vt in vlti.not.per eum tex. de elec. idem Pan. in c.auditis.in vl.not.etiam per eum tex. de procur.& in c.inter dilectos.vers.nota ibi ex eo, de fid.inst.& in c.exhibita.in vlti.no.de rer.permu. Domi.in ca. deliberatione.§.prohibemus.in vltim. not.per eum tex. de offic.lib.6.Felyn.in c.solitæ,vbi suprà,de maior.& obed.

Verùm dictio,pro, significat causam propinquam :& immediatam,vt proditum est à Bald. in d.cap.quia propter, quo loco suprà citauimus, vt dicit notari in l.dominus Sticho.ff.de pec.leg. Ex quo & illud quoque fit,vt eādem denotet causam finalem, vt si alicui legetur pro alimentis.vt dicit idem Bald.in l. pro arthali.C.de actio.emp.per l. cùm ij.§.si cui. ff. de transact. quæ tamen nihil huc facit. Nam ea dictio non afficit rem cui adiicitur,vt cùm dicitur pro fundo, vt scribit Luc.Pen.in l.2. versicul. item not. differentiam. C. de his,qui ex public.rat.lib.10. per l.2.§.vltim.C.fine cens.vel reliq.& dicit Archidi. in cap.Agatho.73. dist.quòd hæc dictio aliquando denotat causam finalem, aliquando efficientem, aliquando

quando aliter.& in ca.iudices.paulò post medium, 1.quæstio.1.quòd nonnũquam denotat causam remotam,& occasionalem.& in c.ordinationes.vers. propter hoc.1.quoque quæst.1.quòd interdum non notat causam finalem, sed excitatiuam, vt etiam Cor.cons.82.imminet.circa medium.lib.4.

Sed & dictio ex,causam quoque propinquam significat,vt videre licet ex omnibus propè locis suprà citatis in dictione propter, & præterea ex text. in l. qui liberis.§.hæc verba.& ibi Franc. Aret.ff. de leg. 1.& voluit Collecta.in d.c.quod dilecto.nume.3. de consang.& affinita.Bart.in l.1.§.si plures,in rep.ver. expeditus de oppositione. ff. de exercit. & in dict.l. eo tempore.§.vlt.& ibi.quoque Bald. Alb. Salyc.& Paul.Cast.ff.de pec.& idem Bart.in l.liberorũ.vers. præterea probatur quod propria. ff.de verbo. sign. Bal.in l.3.§.quacunque post medium,ver. circa secũdum punctum,ff.de iureiur.& in l.maximum vitiũ, ver. præterea cui non competit.C. de lib.præteri.& in l.1.versi.quæro quid si dicatur,& ibi Pau.C.circa medium.C.de cond.insert.& idem Bald.in l.vltim. circa medi.ver.quæritur nũquid ex dicta.C.de test. manu.vbi ex hoc dicit, quòd vbi lex dicit ex stipulatione alterius agi posse,intelligitur sine cessione, & in cap.1.§.iniuria. versi.si statutum dicit.titul.de pace iura.firman.Ang.in l.Lucius.la 2. post principiũ. ff.de hæred.instit.nisi,inquit,aliud suaderet naturalis æquitas vel ratio.vbi per eum Luc.Pen.in l.2.versic.item quod præpositio.C.de iis qui ex publ.rationi.lib. 10.vbi & ad hoc allegat l.ex libero. ff.de quæstio.& §.impuberes.Instit.de suspect.tut. Anton.in cap.pactum.in 2.not.per eum text. de verbo.signifi. Imol.in d.l.si finita.§.1.versicu.not.quòd dictio.ff. de dam.infect. & in capitu.qualiter. in vlti.not. de elect.Pau.Ca.consil.164.in præsenti caus. vers.constat autem quòd illa dictio lib.2. Dom.in d.c.deliberatione.§. prohibemus. in vlti.not. per eum text. de offi.leg.lib.6.Pan.in c.anditis.in vlt.not. per eũ tex.de procurat.& in c.inter dilectos,versic.not.ibi ex eo.de fid.inst.Frãc. Aret.in l.causa cognita circa medi.ff.de vulg.& pup.vbi sequitur & dicit sing. id quod suprà diximus de stipulatione alterius. & in l.Prętor ait.ver.si autem teneas. ff.de acq. hæred.& in l.quoniam.la 1.in fi.C.de inoffic.test.Alex. in l.diuortio.§.si vir.vbi suprà.ff.solu.matr.& in l.petens, ver.sed hoc est violare.C.de pact. & consil.49. viso processu,ver.& licet dicta bona,lib.4.& cons.124. super primo quæsito.ver.non ob. quòd dictio ex li. 4.& consi.36.Aldronandus num.3.lib.5.& consi. 61. viso processu.num.7.eo.lib.5.& consi.148. viso themate.num.12. lib.6.& cons.198.perspectis his,num. 11.eodem lib.6.Corn.consil.25.in præsenti consultatione.versic.& sic est indifferens.lib.1. & consil.122. circa præsentem consultationem. in litera c. libr. 2. & consilio 199.in præsenti consultatione.ver.& pro hac conclusione,lib.2.& cons.200.consuluerunt. in additio. lib.3. & cons.209.tota vis, in litera b.libr. 4.Maria.Socin.Sen.consilio 14.sequendo ordinem, versi.tertiò probatur.libro 1.consil.51.visa facti narratione.nume.7.lib.4. Fely.in c.solitæ. vbi suprà,de maior.& obed.Iaso.in l.1.in 1.not.ff.de iust.& iur.& in l.certi condictio,in prin.ver.primò quòd dictio. ff.si cert.de pet. & in l.si mihi & tibi.versi.secundò & fortiùs.ff.de leg.1.& in l.non dubium.in 9.not.C. de legib.Frãc. Rip. in l.ex facto.§.si quis ita, versic. pro ista parte.ff.ad Sen. Trebel.& omnes vbique.

Licèt nonnunquam hæc dictio causam quoque remotam significet,vt patet ex l.1.§.ex incendio.vbi Bar.& Ang.not.ff.de incend.ruin.naufr.& d.l. aditio. ff. de acquir.hæred.& l.si pupillus.& ibi Fran. Aret. in 1.not.eod.tit.& d.l.si plures.§.in arrogato.ff.de vul.& pup.substit.& l.cùm filius.& ibi Barto.post prin. ff.de leg.& d.l.si finita.§.1.in prin.& alij.ff.de dam. infect.& d.l.Prætor ait.§.1.ad fin.& ibi quoque Barto.ff.de bon.autor.iud.possid.& l.apud Trebatiũ in prin.cum glos.1.ff.de aqua plu.arcen.& l.1.& l.cùm ex causa, C.de inof.testa. & authentic. ex causa, & ibi Cor.ver.not. quòd præpositio.ex C.de lib.præt. & l.ex falsis.B.de transact.& ca. 1.& ibi Anto.in vltim.not. de cler. pugnant. in duel. & glos. in l.cùm oportet.in verbo, ex eius substantia,& ibi expressiùs Bart.versicu.quæro ergo qualiter. C. de bono. quæ lib.Raph.Fulg.consilio 13. circa primum versic.illud porrò.Corn. consilio 144. viso dicto themate,in litera o,lib.1. Sed id certè est ob subiectam materiam,vt dicit Corn.in d.auth. ex causa. & consi.1.circa primum in litera q,lib. 4. regulariter autẽ cõtrà,vt patet ex supradictis in præced.& dicit Bar. in omnibus propè locis in hoc ver.citatis.

Nam & dictio,de,quæ eiusdem significationis est, (vt scribit Bart.in d.l.prætor.§.1.in fi.ff.de bon.auctor. iudi.possidẽ.) significat etiam causam propinquam vt probat tex. in d.l.1.§.nunc videamus, & ibi Bart. in §.emancipatus.ff.de coniũgen. cum emancip. liber.& voluit etiam Barto.in d.l.1.§. ex incendio. ff. de incend.ruin.nauf. Bal. post Ia.in d. l.n6 dubium. in 6.not.& ibi Ias.in no. not.vers.adde idem esse.C. de legibus,& ipse Bald.in l.de pecoribus.vers.item dictio,de,C.ad leg. Aquil.& in d.l.de tempore.§.vl. in fi.ff.de pecu.Imo.in l.si finita.ff.de damn.infec.& ibi quoque Alexand.in 1.not.nisi,inquit, constet aliud esse de mente loquentis, per eum text. Paul.d. consilio 164.vbi suprà libr.2.Franc.Aret.in d.l.Prætor.ff. de acquir.hæred.Corn.cons.290.ardua plurimum,in litera c,lib.3.

Hæc enim dictio denotat substantiam, vt dicit Bald. in capit.excommunicatis. vers.quæro quæ est ratio, de offic.leg. per d.l.1. §.videamus.ff. de coniungen. cum emancipat.liber. Ideò,inquit, legati de latere dicuntur quasi sint de substantia sedis apostolicæ.& idem dicit in capit.cùm in veteri.versic.nota. consilium requirendum, vbi in id allegat magistrum sententiarum libro 1.di.26.in fin.& sequitur Corn. consilio 48.de pluribus,in litera g,libro 2. & consilio 26. in hac consultatione.versic.vrget & fortiùs libro 3.idem autem Bald.posteriori loco,versic.sed nunquid est necesse,dicit quòd si sententia ferri debet de consilio iurisperiti,necesse habet iudex sequi consilium illius,cùm illa dictio,de,det ei potestatẽ, argumẽ.d.§.videamus,licet secus esset si diceretur cum consilio, & illum quoque in hoc sequitur ipse Corne. consilio liiij. pro decisione,in literis c, & d, libro j.d.consili.ccxc. vbi suprà lib.iij. Sed & quòd substantiam significat tradit Corn. cons.j. circa primum,in litera q,lib.4.licèt vt ibi dicit,impropriatur secundum subiectam materiam, vt etiam appareret ex d.l.si finita,§.j.ibi de eo opere,iuncta glos. & ibi Bart.& alij.ff.de dam.infect. quod & ipsum intellexit ipse Bar.in d.l.j.§.ex incendio.ff.de incend.rui. naufrag.& ipse item Corn.cons.clxvij.in hac consultatione,in litera c,lib.ij.

Sunt autem qui dicunt hanc dictionem,de,minus afficere

cere rem, cui adiicitur; quam dictionem, ex, vt si di cimus ex fundo, ipsum afficit. l. defuncta. §. j. ff. de vsufruct. & l. Gaius. ff. de annuis leg. At cùm de fundo dicimus, ipsum non afficit. l. vltim. §. 1. ff. de contrahend. emptio. Ita enim voluit Luc. Pen. in d. l. 2. ver. nec differentiam. C. de his qui ex publ. rationi. libr. 10. At idem contrarium tenuit in l. qui potentiam. C. de om. agr. deser. lib. 11. vt enim inquit D. Augustinus super illud ad Rom. 11. quoniã ex ipso est & per ipsum & in ipso sunt omnia. Attendendum est quòd non ait de ipso, sed ex ipso. ex ipso enim cœlũ sunt & terra, quia facit ea, non autem de ipso, quia non de substantia sua. Frequenter tamen, vt subdit, vnũ pro altero ponitur. Et ita dicit Lucas se dixisse in d. l. 2. de his qui ex public. ration. vbi tamen contrarium dixerat.

Ex is autem, quæ diximus in dictionibus propter, pro, propterea, ob, ex, & de, satis intelligis eas propriam naturam exuere, & impropriam induere ex subiecta materia, quod generale est, & perpetuum in omnibus dictionibus, vt videre licet ex l. si vno. in princ. & ibi glos. Bartol. & Bal. ff. loca. & l. si lege. ff. eo. tit. & l. si stipulatus. ff. de vsur. cum multis concord. adductis à Fely. & Dec. in cap. nam concupiscentiam. de const. in capit. quoniam Abbas. de offic. deleg. & Iaso. in l. 3. in 2. not. C. de transac. & à me in repet. l. si vnquam. in ver. reuertatur. numero 16. incip. fallit secundò & generaliùs, & 2. sequen. & alibi sæpe in ea glos. C. de reuocand. donatio.

Si autem alia scire vis de huiusmodi dictionibus, vide de primis illis, propter & pro. glo. in l. dominus. Sticho, in princ. in verbo, pro quibus, & ibi Alb. ff. de pec. Io. And. in cap. vltim. in princ. de donat. & in c. petistis. post princ. de priuil. De dictione, ex, Bal. in l. in hoc iure, in 7. opposit. ff. de iustitia & iur. De dictione, de, Ioan. And. in c. nullus, ex consilio, in multis locis, de reg. iu. li. 6. Bal. in l. 1. §. ius naturale. ver. quintò circa alimenta. ff. de iustitia & iure, & in d. l. ex hoc iure. vbi suprà, eodem titulo.

Vigesimoprimò limita nostram regulam, vt procedat in causa expressa, secus in causa tacita & in mente tantùm retenta. per text. in l. si maior. C. de transactionib. vbi transactio non rescinditur ob defectum causæ non expressæ. & ibi id not. omnes doctor. & in l. si repetendi. & ibi quoque glos. & doct. C. de condict. ob caus. & l. tertia. §. si quis quasi. & ibi itẽ docto. eodem titu. & l. quod quis. ff. de cond. indeb. & l. cũ in plures. §. locator. & ibi doct. ff. loca. & not. Barto. in l. si ego. in 2. oppos. ff. si cert. pet. & Pan. in c. ex parte tua. versi. secunda conclusio, de conuer. coniug. & diximus in rep. l. si vnquam, in verb. liberti. num. 24. & hæc quidem. C. de reuoc. donat. vbi & alios citauimus.

Et huc quoque respicit quod à Baldo scriptum est in l. vltim. in 2. opposit. ff. de hæred. instit. quòd si ratio statuti est expressa in statuto, ea attendi debet l. milites agrum. ff. de re milit. secus est, si non sit expressa, nec in lege scripta, tunc enim magis attendi verba quàm rationem, per l. prospexit. ff. qui, & à quibus. quod & propemodum voluit Paulus Castr. consilio 314. super eo quod quæritur in 1. dubio. lib. primo. Sed quod propriùs accedit ad id nostrum propositum, idem Bald. in l. j. vers. an cessatio. ff. solu to matr. dicit quod cessante ratione legis in eadem lege scripta, cessat & ipsa lex. Si autem non sit scripta, id non perpetuum est, vt ibi videbis, de quo & nos alibi diximus in cessatione causæ, siue rationis legis, & rursum in 1. limitatione.

Sed hoc multis modis intelligendum est. Primò (quantum ad contractus pertinet) vt procedat quando causa fuit tantum considerata in mente promittentis aut donantis, prout illa iura in principio allegata loquuntur. At si causa fuit ab vtroque cogitata, tanquam finalis, & propter quam facta fuit promissio, aut donatio, tũc ea cessante, cessat promissio vel donatio, licet expressè non fuerit adiecta. l. 1. §. vlti. cũ l. seq. ff. de excusatio. tutor. & l. quæ tutelã. ff. de test. tut. & l. etiam si patris. ff. de leg. 1. & l. si legatarius, ad fin. C. de legat.

Et ita per illa iura Roman. consilio 417. in proposito casu aduertendum. post princip. & id quoque ante illum voluit Bartolus in l. cùm quid, per illum text. vers. vlteriùs dubito hic. ff. si cert. pet. vbi postea docet qualiter probetur, quòd ab vtroque causa fuit considerata. Et tandem in fine ex hoc infert post Guil. Cune. ad hanc speciem, cùm scholasticus recens veniret è studio, Abbas illi dedit fundum fruendum, cùm viueret; postea cùm iret ad Palatium pro abbate, detecta est eius imperitia, potest Abbas illi fundum auferre, cùm esset causa inter ipsos verisimiliter ac præsumptiuè considerata, vt scilicet abbatem in suis litibus iuuaret, nisi tamen de alia causa appareret. & illum sequitur Roman. dicto consilio 417. reprehendens Ioann. Andr. aliter sentientem, in addi. Specul. in rubr. de præbend. & alia multa similia adfert ipse Roman. ex quibus & in alio pulchro casu consuluit, vt ibi videre poteris. Sed cui adde Bald. in cap. peruenit, quod est tertium, in j. not. de iureiurand.

Intelligendum est & secundò, quantum ad contractus, procedere in iure fori, vt nostri appellant: non etiã in iure poli, idest conscientiæ, ex eo quod scribit Adrian. Flor. Theologus in suis quæst. libro 4. sententiarum in materia restitutionis, in quæst. incip. consequẽter quæro vtrum indistinctè, in solutione illius quæstionis, vbi dicit quod si quicquam datũ fuit alicui propter aliquam causam, quæ tamen expressa non fuerit, is tamen, cui datum est in foro animæ tenetur restituere, si causa con subsit, quamuis lex repetitionem nõ concederet. per d. l. si repetendi, quã allegat. Nihil enim, ait, refert quòd ad ius diuinum & naturale, an causa tacita fuerit, an expressa, modò de ea vtrique constiterit.

Sed hîc aduerte, quia si Florentius intelligit de causa ab vtroque considerata, non solum id procederet in foro conscientiæ, sed & in foro iudiciali, modò de ea re constaret, vt diximus in præcedent. declarat. At si intelligit de causa considerata à donante tantùm. vt in casu d. l. repetendi, quam allegat, est magna, & no. limitatio, vt videlicet is cui donatum est teneatur reddere, quando sibi constiterit fuisse donatum ob causam consideratam à donante, quæ nõ suberat, vel postea cessauit. Scio autem Deum Opt. Maxim. non tam verba considerare quàm animum si verba donantis, & causam exprimentis faciant locum repetitioni, faciat quoque animus.

Intelligendum est tertiò, & id pertinet ad leges, & constitutiones non procedere, quando illa tacita siue coniecturata causa & non expressa, esset vnica, nec alia reddi posset, quia huiusmodi causa haberetur p expressa, argum. text. in l. nominatim. quæ est 2. ibi, si modò vnicus sit, ff. de liber. & posthu. & l. fundus qui loca

qui locatus est in fin.ff.de fund.instruct.& l.milites agrũ.ff.de re milit.& l.si domino.& ibi Bart.& alij. ff.de le.1.& l. patronus.§.1.ff.de leg.3.& l.si tibi.§.1. & ibi Bal.& rursum l.si hæres.& l.si optio.in 1.resp. ff.de optio.leg.& §.nominatim. Inst.de exhære.lib. & ca.ex parte.le 1.& ibi glos.vlt.& Pan.ver.in glo. fin.ibi,& Fely.in fi.qui cum tex.dicit ad hoc singularem.de off.& potesta.iudi.dele.

Et id quidem vt scilicet, cùm vna tantum ratio reddi potest,pro expressa habeatur.Et ita quidem vt ab ea vel à simili,vel eadem,vel à cessante ipsa, vel aliàs argumentari possimus,tenet glos. in l.quamuis. & ibi Bald.in princip. Paul. Castr. Raph.Fulg. Phil.Cor. & alij recentiores.C.de fideicommis.ex quibus ipse Baldus docet,tunc non esse interpretationem extensiuam,sed intellectiuam,& id procedere tam in testamentis, quàm in statutis. Dyn.in capit.vltim.de reg.iur.libro 6.Bald.in l.maximum vitium. versicu. sed Barto.dicit C.de lib.præter. vbi expressè dicit quòd ex ea potest sumi argumentũ, vt ex causa finali.& in l.quoties.versic.nota ex qualitate.& in l.vltim. C.de natura.lib.& inauthenti.quas actiones. in 3.quæstio.& ibi Iason,versi.adde idem esse. C. de sacrosanct.eccles.

Sed & alij plures vltra Bald. & alios suprà adductos idem voluere.Imol.in l.vltim.ver. item etiam aduerte.ff.de hær.instit.Pan.in cap.vltim.ver.& plus ego puto,de rescr.& in capit.nihil.versi. nec obstat si dicatur,de elect.& in cap.cùm inter vniuersas.vers.& quanquam ista iura,eodem titu. & consi.75.quidam decessit.versicu.& sic in quacunque materia,libro 1. Raph.Fulg.consilio 15. proponitur. vers.quæ namque alia ratio.& consi.78.supposito statuto tenoris qui sequitur statuimus,versicul. & licet hæc ratio.& consi.109.si qua quæstio.vers.quæ namque potest alia.& consi.152.supposito statuto tenoris,qui sequitur videlicet ver.quæ namque potest,nam idem ferme consilium est cũ illo 78. Alter Raph.Co. in l.si verò.§.de viro.versi.item nisi ratio esset,& ibi Paul. Ca.paulò ante medium. ver.idẽ si ratio non esset.ff. sol.ma.idẽ Raph.Co.cons.2.proponitur, quòd Ser. Blancus.& con.146.Simon Helius,Ro.32.visa municipali constitutione,tertiò hoc statutũ. & con.100. in præsenti causa.ver. ratio autẽ,cum seq.vbi loquitur in casu nostræ regulæ,vt scilicet cessante ratione constitutionis,quæ sola reddi potest,licet non sit expressa,cesset constitutio.& cons.120. circa primum, in fi.& cons.404.in causa propositæ consultationis vers.his tamen non refragantibus, vbi etiam loquitur in casu nostræ regulæ.& consi.411.quatuor sunt ver.à qua quidem.Paul.Ca.cons.251.visa quadam securitate,ante medium.lib.1.& cons.256.videtur dicẽdũ,quod dictum consilium post medium.eo.li.1. & cons.40.pręsens casus.post medium,lib.2.& cõs. 8.quod est simili initio.eodem lib.2.Alexand.in l.si constante.in prin.versi.fortius videtur,qui etiam.& ibi quoque Cla.Seys.vers.tertiò fallit.ff.solut.matr. vbi & hoc dicunt procedere in correctoriis. idem Alexan. cons.48.super extractione, vers. & cũ nulla alia.lib.1.& consi.24.animaduersis ante fin.libr.2.& cons.50.visis actis causæ.versi.& saltem vbi scripta, eod.lib.2.& consi.22.consideratis verbis statuti.lib. 4.& consil. 52. circa hanc dubitationem. vers.quinimò plus dico.eodem libr. 4.& cons.75.animaduersis optimè his, secundò pro hoc facit,eodem libro 4.& consil.100.visa parte testamenti.vers.quòd autem testator, eodem lib.4. vbi & id dicit procedere in contractibus & vltimis voluntatibus,& consilio 149.circa primum dubium.versicu.vnde sicut quando,libro 6.& consilio 7. attentis & ponderatis.ver. aduertendum est libro 7.& consilio 129. super primo dubio.vers.præsuppono & secundò,eod.libr.7. Cepol.in l.sciendum.la 2.numero 7.ff.de ædil.edic. & causarum criminal.consil.74. viso statuto Taruisij. vers.quia respondetur. Baptista Caccia.in repe. l.omnes populi,in materia interpretationis extensiuæ.ff.de iustitia & iur.Corn.consilio 217. Quirianus libro tertio.Barb.in rep.rub.de fide instrumen. & consilio 32.sapienter scripsit libro 2.Phil.Frãc.in capit.suggestum.& ibi alter Phil.Dec.latè in 2.not. de appel.Franc.Cur.senior consilio 9.Ticinensi statuto.versi.ego respondeo.& consilio 45.statuto,seu consuetudine.versic.præponendæ sunt.& latè consilio 71.rectè præfatus numero 12.& Socin.inter consilia illius,consilio 40.cùm in præsentiarum. ver.igitur illa est.& ipse Soc. consi.28.quidam Petrus.ver. quintò confirmatur libro 4. Lud.Bolo. in repet. l. 4.§.Cato.ff.de verbor.obligatio.& consilio 60. cor muudum.& c.viso igitur puncto.Felin.in cap.trãslato.ad fin.de const.& in capit. cùm omnes.versic.secunda opinio fuit.eo tit. & in capit.si quando.vers. sed certè licet,de rescriptis.Card.Alexand. in capit. verum.vers.item vbicunque non potest.de cond. appos.vbi tunc dicit præsumi rationem,siue causam finalem,cùm non nisi vna esse potest.Iaso. in l.de quibus.versicu.puto, quòd vtrunque. ff. de legibus. vbi & post alios dicit procedere etiam in correctoriis.& in l. certi condictio. §.quoniam.vers. ego pono pro constanti.ff.si cert.pet.& in l.siue apud acta, vers.3.moueor.C.de transact. vbi & id dicit procedere etiam in correctoriis.& in §.omniũ. n. 38.inst. de act.Matth.Affl.loquens in casu nostræ regulæ,in const.Siciliæ.incip. intentionis.in 3.not. Dec. cons. 374.in casu proposito.ver.& ideo ista ratio. Pau.Parisi.loquens etiam in casu nostræ regulæ.cons.5.vnio istius monasterij.num.57.libr.4.Maria.Soci.Iunior cons.1.præsentis consultationis. nu.53.lib.1.& Lauren.Sylua,qui id quoque dicit procedere in correctoriis,cons.21.noua offertur dubitatio. vers.sexto & vltim.

Et hanc sententiam admodum confirmant alia multa similia quæ tibi collegi in nostris legib.connubialibus,in gl.7.in verb. expres.nu.128.incip.sed.& illud sciendum,& multis seq.quibus vsque ad 147.ostẽdi ea expressa dici,& existimari quę in vno tantum verificantur.licet aliter non sint expressa.Et ibi quoq. videbis id procedere, etiamsi quid expressum pro forma requiratur.ex Fran.Cur.seniore.cons.50.memoriæ recolendæ.nu.126.& Ias.in l.Gallus. §.quidã rectè.versicu.nota ex isto text.in 2.lect.ff.de libe.& posthum.per tex.ibi.& in d.l.2.eodem tit.Sed & id item procedere etiam si dispositio loquatur numero multitudinis.per l.Titius.in prin.secundum vnã lect.ff.de lib.& posthu.& ita ibi voluit Salyc. Imol. Franc.Aret. & Alexand.cum aliis concord. ibi à me adductis.

Super eo tamen quod dictum est de causa, vel ratione quæ vnica est,illud annotandum est,non præsumendum vnicam esse in dubio, nisi id probetur, præsertim ad extensionem constitutionis correctoriæ, vt voluisse dicitur Salycet.in l. si serui vestri. versiculo:quapropter ego reassumo.C.de noxal.action. per l.percipimus.in fin.C.de appel.& ita (licet non adeò planè id dicat) illum citat, & sequitur Alexan.

qui id

qui id dicit not. & menti tenendum. in l. si constante. in prin. verf. sed quid si petam. ff. solut. matr. & in l. iij. §. prætor ait. ff. de in ius voc. Iaf. in d. authentic. quas actiones. verf. & quid erit tunc. C. de sacrosec clef. vbi id dicit sing. & in l. 1. verfi. sed dictum Bar. ego cõfirmo. C. de succe. edict. vbi tamẽ subdubitat & in d. l. quamuis. C. de fideicom. vbi id dicit singu. & Thom. Parp. in rep. rubr. ff. sol. matr. versi. cauete, quia hoc fundamentum. & Franc. Curt. Senior, cõs. lxxxj. rectè præfatus. verf. vlti. fortiùs vrget.

Imò verò sunt, qui simpliciter negant ex tacita ratione etiam vnica debere fieri extensionem in correctoriis, & inter hos Alex. subobscurè cõsilio cxv. circa dubitationem. versi. nec potest dici. lib. ij. quòd magna ex parte transplantatum est. consilio. lxxvj. Franciscus libr. 6. & consilio lxxx. viso, & opportunè animaduerso. ver. rursum dixit Barto. lib. j. & consilio xcvij. viso themate suprascripto. versicul. nec obstat vltimum arg. libr. 2. atque etiam clanculum Fran. Aret. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæred. & paulò apertius, in l. mutum. versic. confirmatur ista conclusio, eodem titu. & consilio xxvij. proponitur ex facto. versic. non obstant iura. atque etiam subobscurè Dec. conf. cccix. viso puncto, in quo in effectu, versic. præterea non videtur. & consilio cccxv. superioribus verf. præterea à tali ratione. & clarissimè consilio dclxxix. viso elegãti consilio circa medium.

Sed aduerte, quòd horũ maxima pars innititur authoritate Barto. in l. liberorum. verf. his præmissis reducamus, & verf. pone retento. ff. de verbor. sign. dum ibi dubitat an ratio statuti excludentis fœminas, propter masculos, sit illa quæ reddi à plerisq. solet, vt salua sit agnatorũ familia, & dignitas, & an ea sola sit cùm scripta non sit, ideóque contendit nõ posse, nec debere id statutum extendi ex illa ratione. quem sequi videtur Bald. in l. si defunctus. post medium. verf. quæro ergo vtrum statutum. C. de suis & legit. & Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. & Franc. Aret. consilio xxvij. proponitur ex facto. verf. non obstant iura. & Alexand. consilio lxxx. viso & oportunè animaduerso. versicu. rursus dixit, libro j. & Iason in d. l. j. versicu. vnde respondeo. C. de succes. edicto.

Et ego certè huius sum opinionis, quod si sit dubium an ratio quæ redditur sit sola, propterea quòd & aliæ reddi possunt, vt contendit Barto. in illo statuto haud dubiè non sit ab ea argumentandum. Quòd si is qui contendit aliam esse rationem, tamen nullam probabilem adferre possit, vt minimè sit dubiũ illam quæ redditur, esse omnino verisimilem, & probabilem, nec aliam adduci posse, ita vt sit certum illam esse statuti rationem, & eã quidem vnicam, tũc caederem ex ea posse sumi argumenta, vel ab extentione, vel aliàs, æquè ac si expressa esset, ex priori illorum opinio. id qvod bene & sciẽter declarat Franc. Curt. Senior d. consilio lxxxj. num. 8.

An autem illius statuti excludentis fœminas ob masculos sit ea ratio conseruandæ familiæ, & an ea sola sit (vt id obiter dicam) intelliges ex Ioan. And. in addit. Specu. in rub. de succes. ab intest. Petr. & Cyn. in l. j. C. ad leg. Iul. de adulter. Alexand. in authentic. itaque verf. item inspicienda est. C. commu. de successio. Bald. in l. maximum vitium. verf. præterea istud statutum. C. de lib. præter. & in l. Titia. §. Lucius per eũm text. ff. de leg. 2. & consilio ccxviij. statuto ciuitatis Florentiæ. versicu. nunc igitur restat, lib. ij. & inter conf. Ang. consilio cccxliiij. Martinus Ioannis de Florentia. versi. si dicerem excludi. & iterum versic. secundò, ratione cuiusdam. Pan. consilio vij. quidam decessit. versic. & hic idem. libr. j. & Pau. Cast. in l. si verò. §. de viro. circa medium. ff. solu. matrim. & consilio xl. præsens casus modicam, post medium. libro ij. & consilio lxxxiiij. quod est eiusdem exordij. eodem lib. 2. Raph. Fulg. consilio liiij. quod quælibet. & con. lxxxv. in proposita quæstion. in fi. Rom. conf. xvj. viso themate consultationis. verf. secundum autem quod principaliter. & consil. xxxij. visa municipali consuetudine. verf. quintò illud. & conf. cccxj. quatuor sunt, quæ refragantur, ferè per totum. Corn. conf. lxxxij. licet in hac consultatione. verf. & statutum generaliter loquens. eo. lib. iiij. Alexand. in l. Gallus. §. quòd si is. versic. facit etiam iste tex. ad aliam quæstionem. ff. de lib. & posth. Laur. à Palatiis. in tract. statutorum excludẽtium fœminas. versic. quæro pro intelligentia. Maria. Socin. Seniore. conf. xxx. quamuis ex his. versi. primò ad hoc respondetur. & conf. xxxj. prosequendo ordinem. ver. cùm ergo ratio. & eius filio Barth. Soci. conf. xxviij. fuit quidam Petrus. ver. quintò confirmatur. lib. iiij. & inter conf. Fran. Cur. senioris. conf. xl. cùm in præsentiarum. verf. sed sic est quod quando. & eod. Cur. latè conf. xliiij. sæpenumero in hoc passu & consilio lxxxj. rectè præfatus egregius, & Barb. cõs. xliij. præclarè scribitur, verf. quod iste. libr. iiij. Mari. Soc. Iuniore d. conf. j. verf. secundò principaliter. libro j. & conf. iiij. circa præsentem, eo. lib. j. & cõs. x. si in præsenti. numero 10. & iterum 21. eod. lib. j. & con. xx. in proposito casu. nume. 5. eod. lib. j. & conf. xxiij. casus iste nume. 22. eod. lib. j. & conf. 36. præsens consultatio. num. 1. eod lib. j.

LIMITATIO XXII.

Vigesimosecundò limita nostram regulam non procedere quando essent duæ aut plures causæ: tunc enim vna tantùm illarum cessante non cessat effectus siue dispositio, per textum in l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hered. inst. ex qua not. Oldr. Barto. Bal. Imo. quòd quando plures leges concurrunt ad vnũ effectum, vna cessante remanet virtus alterius, & dicit Bald. eam l. ad hoc solere allegari, quod diximus in prin. & tex. in l. tutor petitus. §. quæ tutoribus, ff. de excusat. tut. & l. j. in prin. ff. si quis à paren. manu mis. fue. & l. ij. §. corporis debilitas. ff. de vacat. mune. & l. quod ait prætor. §. exercitũ. ff. de his qui no. infa. & l. assiduis. C. qui pot. in pig. habeã. & §. affinitatis. verf. nam si adhuc. inst. de nupt. & §. vlti. in authentic. vt deter. sit nu. cler. & §. si verò altera, & ibi glos. in anthen. de nup. & §. sed & si quis. & §. si verò nullus. & § vltim. versic. ex vtroque. in auth. de instr. caus. & fid. & §. vnum. in authent. de restit. & ea quæ par. in vnd. men. & cap. j. §. maximè, de renuntia. iuncto cap. nisi cum pridem. §. pro delectu. eo. tit. & c. quæris. verf. & nisi forsan. de æta. & quali. & ca. tantum. 32. quæstio. vij. quod loquitur de matrimonio quod non cessat, siue dissoluitur ob sterilitatem, neque enim sola causa prolis est in matrimonio, sed & euitatio libidinis, fides, &c. hæc enim omnia iura solent à nostris in eam sententiam allegari, quanquam sunt qui illius cap. tãtum, aliam rationem reddant, vt dicemus in xxv. limitat.

Et id quoque voluit glo. in l. liberorum. §. j. in verb. collocare. & ibi etiam Iac. Butr. Bart. Bal. Albe. & Pau. Castr. qui eum. §. legit cum prin. l. j. ff. de his qui no. infa. & glo. in l. liberos. §. j. in verb. deductus. ff. de capit. de-

pit.demin.& gl.in l. si ventri.§.in bonis,in verb.credere.& ibi etiam Dyn.Bar.Alb.& Ang.ff.de priuil.cred.& gl.vt à multis citatur in l.si quis ad exibendum.ff.de exc.rei iud. Dy.in l.j.§.hoc interdictum.ff.quor.legator.Cy.in l.2 C.de sec.nup. Bart.in extraua.ad reprimendum,in verb.nec ex eorũ absentia.Io.Fab.in l.j.C.quor.legat. Bal.in l. generaliter, vers.secundò oppono,dicitur, ibi,vbi tamen essent. C.de episc.& cler. & in c.tit.an mut. vel imperfect. & in c.& si Christus. vers. adde quod cessante vna, & ibi quoque Henr.Bohic. de iureiur. idem Bal.in sua marg.in verb.generalis.Ang.in §. maiores. in fi. in auth.de nupt.& in tract.substitutionum, in materia substitutionis pupillaris.ver.quæro vltra alios. & consil.cxviij.super puncto prædicto,factum verò incipit,auia pro nepte,post medium, vers. secundò ratione successionis. Lap.Castel.allegat. 100.in ciuitate Florentię.vers.circa secundum statutum,ibi, nec ob.quod not.Salyc.in authen.ingressi, versi.nõ obstat quod not.gl.C.de sacrosf.eccles. Car.Flor. & Imo.in c.ex parte, quod est pen. vterque ad fin. de cleric.coniug.Anto. & Imo.in cap.cum apostolica. versic.& secundum prædicta. de his quæ fiunt à prę lat.siue cons.ca.Aegi.Bellamer.in c.post translationem. vers. aut non tanta renunt. Imo. in l.iij.§. ex contrario,vers.sed certè ex quo.& ibi Alex.vers.tamen aduertendum est.ff.de acquiren. possess. Idem Imo.in l.si verò.§.de viro.vers.circa secundum articulum.ff.solut.matrim.& Ro. in l.2.vers.non obstat glos.ff.de donat. & in l.tam is. §. quem legit cum princ.legis,versi.in eadem ibi.nunquid.ff.de dona. caus.mort.& cons.clxxix.amplissimè doctor. versic. clarum est autem.Pan.in cap. cùm nuntius.de testi. in c.quoniam.vers.ego intelligo hoc procedere de iure patro.& in c.vlt.vers. item quia frustra, de immunit.eccl.& in ca.iuuenis,de sponsal.Alexan.in l. j.vers.sed Imo.dicit non debere.ff.de acquir.posses. & in l.si conuenerit,vers.passum habui pro satis dubio,de re iudi.& in l. j.versicu.& aduerte quia.C.de eden.Franc.Aret.in cap.j.de proba.& consil. 42.diligẽter & maturè pensata.ver.ex his apparet, & cõs. 50.copiosè & eleganter. vers.non obstat id quod dicebatur. Barb. in l.2. versicu.ego pro Archid. ff.de verb.obli.& in repetit.cap.Raynaldus.versi. ex isto tex.not.& iterum.versic.xiiij.de testa.& consili.xj. scripsit bellissimè. versic.& sic, ponderet dominus, libro j. & cons.xlj. immortalem & omnipotentem Deum.versic.quinimò dico quòd posito,libr.iiij.& consil.lxxiiij.magnanimus.versi.tertiò si quispiam dixerit eo.lib.iiij.Maria.Socin.Senior consilio j. in casu suprà narrato.libro j.Corn.in repet.l. si pascenda,vers.ideo non licet arguere.C.de pact. & consilio cccxij.in hac consultatione. versi. & vbi duæ rationes.libro j.& consilio cxxij. circa præsentem, & consilio clxxxiij.peo certo.libro iij.& consil. ccliij. ardua est,versic. facit etiam.libro iiij.& consil.ccxcj videtur prima facie.versic.profectò istę etiam causæ.eo.lib.iiij.Franc.Cur.Senior.cons.j.vers.sed etiã subest.Ias.in l.quod dictum.vers.limita prædictam regulam.ff.de pact.& in l.licet inter priuatos.in fin. C.eod.titu.& in l.exigendi.vers. huic fundamento. C.de procur. & in l. vt liberis.versicu. sed nunquid sit correcta. C. de collat. & in l. in testamento quidem.versicu.tertiò facit,quia quando. C.de testam. mil.& in l.j.ff.de cond. caus.da.& in l.cum filiofam. versic.confirmo vltra eum. ff.de leg.j. Dec.in capit. ex literis.vers.non obstat tex.hic, de const.& in ca. quoniam abbas,vers.sed responderi potest,de offic. deleg.& in cap. cum cessante. versicu. quartò conclusio fallit,de appel.Franc. Rip.in l. ex facto, ver. crederem igitur,de vul.& pupil.subst. Marc. Mant. cons.25.in facto præsupponitur.numero 32. Franc. Ozer.in §.supradicta.num.18.inst.de excus.tut. Maria.Soc.Iun.cons.xxx.inspectis is.num. 40.lib. j.Io. Luppus in rep.cap.per vestras.§. xx.vers. & ita quãuis,de don.inter vir.& vxo. Lauren.Sylua.cons.xxv. adiutorium nostrum.nu.29.

Et id quidem confirmat tex.in l.legatis.ff.de leg.ij. ex qua not.Raph.Comen.in priori lect. quod illa dicitur esse causa alicuius rei,quæ sola est causa,non autem si sit causa simul cum alia, & in id quoque allegat.l.ita vulneratus. ff.ad leg. Aquil.vbi id traxit ad quandam Baldi in eo loco quæstionem.Sed & in secunda lect.not.ex eodem tex.non dici causam finalem,quæ sola non est.

Et huc quoque spectat quod suprà diximus in legis ratione cessante.num.127.incip.ex quo & illud ratione legis correcta, legem quoque ipsam correctam censeri, procedere, nisi duæ sint eius legis rationes, vna enim earum correcta,tamen manet lex illęsa,vt est glos.no.in d.l.tam is.§. in verbo,patris,ibi,item nunquid poterit.ff.de don.cau.mor. & ibi Imo. qui eam ad hoc expendit,versicul.in ea glos.ibi respondeo,& ad id quoque allegat not. in l. liberorum, §. j.ff.de his qui not. infa.& voluit quoque alia glo. in minima ,in verb.vel contra,in fin.& ibi Ang. Aret. etiam in fin.ff. de ca. deminu . vbi & ipse Ang. dicit facere l.iij.§.planè.ff.de itin. actúque pri.& §.quam obrem.in authen.de restit.& ea quæ parit,& voluit etiam Alexand.in d.l. si conuenerit. vbi suprà. ff.de re iudic.& Ias.in d.l.vt liberis.vbi suprà.C.de collationib.

Et illud quod vbi duæ sunt causæ cuiuspiam constitutionis,non sumitur argumentum à contrario sensu, ad vna tantum causa,cùm plures sint, vt expressè voluerunt Iacob.Butr.in l.conuenticula.C. de episco. & cleric.Anton. & Imo.in d.capit. cum apostolica, quibus locis suprà citauimus, extrà, de is quæ fiunt à præl.sine consen.cap.Felyn. in d. capi.significasti. versicu. item fallit in verbis causæ finalis , de foro competenti.

Sed & illud quoque,quòd si in sententia expressæ sint duæ causæ,quarum altera est vera,altera falsa,vel erronea , sustentatur sententia ex ea causa quæ vera est,per l.Titianus.ff.quod cum eo.& §. si igitur omnes,& §.si tales,in auth. vt cùm de appo.cogno.& capit.cum I.& A. de re iud. & capit.per tuas. le j.& ibi Hostien.verbo,iudicasti.Ioann. Andr.in eodem verbo.Car.Flor.in ij.not.Pet.Anch. in vj.not. Ant. in v.not.Pan.qui cum tex.dicit no.vers.quo ad tertium,& Car.Alex.in xj.not.qui fil.sint legit. & voluit Inno.in casu non admodum absimili,in cap.in præsentia,in verbo,præter ista,in fin.& ibi Ant.ver. quandoque sententia est lata,& Pan.in eod. vers. nã est eadem vtriusque lec.de renuntia.Hostiẽ. in cap. ex parte, in verbo, occasionem concilij,per illum tex.& ibi Ant. vers. & not.per hanc decret.de concessio. præben.Io. Andr.in cap.cum inter in verbo, expressè.'& ibi Ant. ver. oppo. quòd valeat,& Pan. qui dicit sing.versi.& ob hoc dicit, de re iudic.Petr. Anch.cons.cclxxxix.de viribus sententiæ.vers.item falsa causa. Imo. in l.si plagij. circa medium. ff. de verb.obligat.vbi id dicit singu.& in l.quod dicitur patrem.ver.secũdo casu.eo.tit.& in l.si is apud quẽ,

vers.aduerte tamen.ff.de acq. hæred. Domi.in cap. in tantum,quod est vlt.versic.dic.aut causa est falsa xxj. dist.Ant.in cap. ab excommunicato, vers.sexta patet ex sequentibus.de rescr.& Pan.qui dicit sing. in c.j.in vers.nunc autem quęro, ibi aut cessat & ibi Fely.qui alios adducit. ver.limita secundò,nisi causa,de re iud.& idem Pan.in c.sicut.vers. sed si iudex in sententia.eo.tit. Alex.in l.impossibilis, vers.iuxta prædicta.ff.de verb.oblig. vbi id dicit communiter approbari. & latius in l.qui Romæ. §. duo fratres. versicul.& quia dictum est.ff.eodem tit.vbi id dicit sing.& addit Bart.in l.si is ad quem.ff.de acqui.hæred. Barb.qui eum tex.in d.ca. per tuas.ad hoc dicit not.consil.6.illud in medium adducam, vers.facit quod singu.voluit,libro iiij.Ang.Are.in §.sed quia. vers.si autem expressit plures causas.Inst.de fideic. hæred.& vide infrà.nu.20.vers.& ad id spectat.

Et similiter si in appellatione fuerunt expressæ, & id quidem copulatiuè.plures causæ ipsius appellationis sufficit vnã illarũ ꝓbare,vt apertè probat tex.in c.exhibita.extrà,de iud.& in c.iandudũ,de præb. & voluit Pan.in cap.cum causam.in fi.extra, de appel.

Quò etiam pertinet illud,quòd si cui sint duo impedimenta quempiam repellentia, si alterum tantùm sublatum fuerit,& alterum autem supersit,æquè repelletur ac si ambo subsisterent. per text. in l.si domus.ff.de seruit.vrb.prædio.& d.c. cùm nuntius, & & ibi Ant.Imo.Pan.& Fely.omnes post princip. de test.& c.ex tuarum,de auctor.& vsupall. & c.si gratiosè.in fin.de rescr.lib.vj.& c.non potest, de prębend.eo.lib.vj.not.gl.in c.statutum.in prin. in verbo,canonicus,de rescri.eo.lib.6.Old.Bald.Ange.& Imo.in d.l.si non lex.ff.de hæred.institue. vbi id trahunt ad legitimationem siue dispensationem factã de vno impedimento,vel inhabilitate siue macula.

Ex hac autem limitatione illud fit, quod filia maritata potest petere dotẽ à patre,neque enim dos ob eam tantùm causam datur filiæ, vt maritetur, sed etiam, vt ea alatur,cùm dos sit loco alimentorũ.Bal. consi. ccccluj.recolo.vers.pręterea dos.libr.v.cum simil. à me collectis in tractat.Primogeniorum.quæst.xxvj. nu.5.& vt maritus onera matrimonij faciliùs sustinere possit.l.pro oneribus.C.de iure dot. cum simil. Et vt denique vxor quæ velut indotata,à marito nõ contẽnatur,vt fieri solet,§.sic itaq. matrimonia ver.si quis enim duxerit.in auth.de nupt.& §.quem autem in auth.quib.mod.natur.effic.legit. & Bald. in authe.res,quæ.vers.quæro,pa ter viuens. C.com. de leg.vbi & ad hoc allegat l.si ita stipulatus.§.si tibi.& l.vtrum turpem.ff.de verb.obli. Et in hac sententia,vt scilicet ea filia iã maritata ,possit tamẽ petere dotem à patre,fuit gl.in l.obligamur.§. lege.ff. de act.& obl.quem sequitur & dicit singularẽ Bal. in c.iurauit.vers. item si esset hoc, extrà, de prob.& in l.vlt.ver. pone vir cepit.C. de sent.quæ sine certa quanti.profer.& in l.j.versic.sed si nupsit filia.& ibi Imo.versicu.in ea glos.ibi, qui liberos. & Rom. vers.sed an si est iuxta.ff.sol.matr.idem Bald.in cap. iurauit.vers.item si esset hoc.de prob.vbi eam glo. dicit sing. Ang.& Pau.Castr.in d.authen.res quæ & ibi Iason,versic.quartò quæritur. C.com. de leg.Io. Campez.in tract.de dot.par.j.quæst.xiij. Io.Lup.in rep.c.per vestras.§.ij. vers.sic ergo videtur. & hæc est communis opin.etiamsi Gul.& Bart.aliter sentiant, ille in l.cùm is. §.si mulier.ff. de cond. indeb. hic in d.l.obligamur. Et ea quidem confirmatur ex iis quæ diximus suprà in xviij.limit. nu.2.3.& 4.

Quæ etiam eò vsque procedit, etiam si filia inuito patre nupserit,si credamus glos.in c.hoc sanctũ, quod est vlt.in glo.j.xxxij.q.2. quam dicit sing. Imo.in d. l. 1.solu.matri. sed est alia clarior,& melior, vt dicit Ro.ibi in c.de raptoribus. in verbo, excusata.xxxvj. q.1.Quod tamen semper.intellige,modò non nupserit indigno,ex sententia Bal.in d.l.vltim.vbi suprà. C.de senten.quæ sine cert.quant.

Sed & ex hoc quoque procedit, quòd cum priuilegia doti dentur,non solum propter sobolem procreandam , sed & propter fragilitatem sexus, & propter onera matrimonij,& obsequia quæ præstat vxor marito.l.assiduis.C.qui potio.in pigno.habean.cessante causa illa sobolis, quia mulier sterilis est, tamen cùm subsint aliæ causæ,non cessant priuilegia dotis Barto.post Iac.Aret.& Cyn.in l.1.ver.quartò quæro quid in muliere.ff.sol.matr. tum illa ratione quam diximus in nostra limitatione,tũ per tex.in l. si quis posthumus.in prin.ff. de libr.& posthu.& sequũtur Bal.in d.l.1.ver.item an cessatio.& ibi quoque Imo. & Ro.vterque.Alex.ver. secundò infertur quod mulier.Iason ver.sextò not.ff solut.matr. idem Bald.in rub.C.de priuileg.dot.ver.sed hîc quæro.&c.in l.assiduis.ibi,siue liberos habeat mulier,&c.C. qui potio.in pig.habean.& i n d.authe.res quæ. ver. quæro nunquid ista auth.C.com.de leg.& Lapus alleg.110. in ciuitate Florentiæ.ver.c irca secundum statutum ibi. nec ob. quod not.

Sed hæc nostra limitatio primò intelligenda est procedere, quando sunt duæ aut plures causæ distributiuę, id est quarum quælibet satis sola est ad producendum illum effectum, secus si omnes simul considerentur, nam hoc casu cessatio vnius facit cessare effectum .tex.est no.in c.quoniam frequẽter. §.porrò.iuncto §.si autem.& in priori loco. Pan.in fi.qui eum tex.reputat singu.vt lite non contest.Bart.in d. extrauaganti ad reprimendum,in verbo, ne ex eorũ absentia.Bal.in d.l.generaliter.in 2.oppo.C.de epis. & cle.dum loquitur de pluribus causis, quarum quęlibet per se influit,& in d.sua marga.Ang.in d.§.mitiores.in auth.de nup.Pano.in d.c. cùm nũtius. post prin.& ibi Fel.de testi.idẽ Panor.in d.c.cũ cessante. in 1. not.& ibi Dec.in 4. falle.de appel.& ipse quoq. Panor.in d.c.quoniã.de iure patro.& consili. 70 .id de iure quæritur. vers. tertiò probatur alia ratione. lib.2.Ias. in l.dedi.ver.confirmatur, quia vbicũque ff.de condic.ob caus. vbi id latè probat, & Rom.in d.l.in testamento quidem. ver.tertiò, & notabiliùs C.de testa.milit.Hip.Marsi.in l.si quis viduam.ver. sed tu ad saluandum per illũ text.ff.de quæst. Nicol. Euerar.in locis legalibus. in loco à contrario sensu. ver.primò vt procedat. Franc. Rip. in d.l.ex facto. nu.14.ff.de vulg.& pup.vbi tamen id declarat,vt ibi videre poteris.

Nam quod suprà diximus numer. 6.sententiam latam ex duabus causis, quarum altera vera est,altera falsa vel erronea, sustineri ex vera causa, intelligi debet si illa vera causa ꝑ se,& sola sufficiat ad validitatem sententię,aliàs enim non valeret, verbi gratia, si iudex pronuntiet testamentum impuberis valere, quia impubes potest testari, & quia in eo sit sufficiens numerus testium, tunc enim licet hæc posterior causa sit vera, tamen ea non sufficit,vt valeat testamentum , quia non sufficit solennitatem fuisse adhibitam,nisi testator sit habilis.l.si quæramus. ff. de testam. ideò ea sententia non sustinetur ex illa causa vera non sufficiẽti. Et ita nuncupatim voluit

Pau. qui id dicit esse bene notandum, quia alius nemo tetigit in d. c.j. ver. hoc tamẽ dictum. & ibi quoque Fely. vbi suprà, ibi, & intellige dummodo, de re iudic.

Et ad hæc facit, quod in simili dicitur, quòd si ex duobus etiam copulatiuè positis, alterum tantum sufficiat ad id obtinendum, de quo quæritur, sufficit alterum esse verum: non etiam si vtrunque est necessarium. per l. scire oportet. §. scire. & l. propter litem. ff. de excusat. tuto. & c. accepta. de resti. spo. & c. quædam de iureiur. & ca. peruenit. in fin. de fideiussor. & c.j. xlviij. distinc. & c. qui periculosum. vij. q.j. glo. in c.j. in verbo, & perpetuò. & ibi. Bald. ver. & iuxta notabilem. Card. Floren. vers. quæro. in eo quod hic. Pet. Anch. ver. sunt duæ qualitates. Ant. in iiij. no. & iterum ver. hic descendo ad factum. Imo. in vlt. not. rursùmque super gl. j. Panor. super eadem glos. j. Felin. qui alios multos citat. ver. fallit tertiò, vbi plura copulantur de rescrip. & glo. in cle. vt circa. in verbo, probare. de elect. libro vj. Barto. & recentiores in l. diuus. ff. de re iudic. idem Bartol. in d. extrauag. ad reprimendum. in verbo, ne ex eorum absentia. ver. sed cùm in lege. Bald. in l.j. in princip. ver. & extrà quæritur. ff. de eden. & in l.j. versic. item do aliam. C. de condict. indeb. dum allegat gloss. in d. cle. vt circa. & in cap. j. de exceptio. & in d. c. licèt causam. de proba. & idem Bald. in l. minoribus. versi. vnum scias quòd pluribus. C. de his quib. vt indi. & in l. conuenticula. vers. item est argumentum ab effectu. C. de episco. & cler. atque etiam Alexand. cons. lvj. viso processu causæ. ver. sed in casu nostro, lib. ij. & Franc. Aret. in l. si quis ita stipulatus. ver. ex pręmissis sequuntur. ff. de verb. oblig.

Nam quando duo vel plura coniunctim requiruntur ad actum vno deficiente totum corruit. l. vlt. §. ait. lex. ff. de diuor. & d. l. si quis ita stipulatus, & ibi Barto. & alij. ff. de verborum obligat. & l. Lucius. & ibi glos. l. de his qui not. infa. & l. si his qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Et l. Titia. & ibi Roma. in ij. notab. & rursum ver. nisi probet. ff. solu. matrim. gl. in l. iij. §. hoc autem interdicto, in verb. competere, ff. de itinere actúque priua. Ioan. Andr. in capit. sine culpa. vers. secundò matrimonium. de regul. iur. lib. vj. Cyn. post Iacob. Aretin. in l. sancimus. §. si quis autem. le j. in fin. C. de dona. Bal. in l. Titia. in princ. ff. solu. matrimo. Cæp. caus. crimin. consilio ij. super casu homicidij. versic. tertiò quod istud auxilium. vbi huius rei reddit rationem, quia tunc de forma videtur aliquid fuisse omissum, vt dicit singul. Bald. in addi. Spec. titu. de arbitr. §. potest. ver. sed quid si compromittatur.

Et ex hoc fit vt si ex duabus causis vna ponatur vt ratio, altera vt ratio ipsius rationis, vtraque requiratur, per l. sed & si lege. §. idem si rem. ff. soluto matrimonio. Et similiter si vna ratio ponatur vt maior propositio, altera vt minor, altera earum falsa corruit argumentum, vt videre licet ex Bartolo in d. extrauaganti ad reprimendum, in verbo, ne ex eorum absentia. Et vtrunque voluit ad comprobationem eorum quę suprà diximus. Franc. Ripa in d. l. si ventri. §. in bonis. versi. ideò si vna causa. ff. de priuil. credit.

Secundò hæc nostra principalis limitatio intelligenda est quando vtraque ratio cõsideratur ad effectũ producendũ. Secus si vna ratio non habetur in consideratione, tunc enim hac cessante non cessat effectus, vt dicit Ripa in d. §. in bonis. ver. item intellige quando vtraque ratio consideratur per id quod voluit Bald. in c.j. §. his verò. post princ. tit. de succes. frat. siue de gradibus successio. in feud. quod in feudis frater vtrinq. coniũctus non præfertur fratri ex parte patris tantùm, licet enim duæ partes concurrant, tamen cùm altera earum, scilicet matris sit impertinens, ex ea non augetur effectus.

Quem vt id Ripæ addas, sequuntur Marti. Lauden. & Card. Alexand. ibi, ille versi. quæro. circa istam. hic ver. eiusdẽ initij. & voluit etiam Iac. Ardiso. in summa rubr. de successio. feud. sub rub. an frater ex vtroque parente excludat fratrem ex patre tantùm. Andr. Iser. in c.j. tit. de natu. successio. feud. Bald. in l. j. post princ. ver. & per hoc determinant, & ibi quoque Pau. Castr. & Corne. C. de legit. hæred. ipse Bal. cons. clxx. ad euidentiam. ver. item sciendum. libr. ij. & cons. ccciiij, donatio. in fin. eo. lib. ij. & cons. liiij. proponitur quod quidam nobilis lib. iij. & consi. casus talis est, primò dominus. eo. libro iij. Mart. Lauden. in c. 1. §. & quia. vers. quæro an vtrinque coniunctus. & ibi etiam Card. Alex. ver. eiusdem exordij. ti. qui feud. dare possunt. Alexan. consilio ix. ponderatis. in fin. libro v. Pet. Ferra. for. libel. quo agitur ad reuocationem feud. in verbo, nec superstitibus. . ver sicul. sed quid si vnus. Soci. consi. ccciiij. eodémque vlt. viso statuto. ad fin. libr. ij. Franc. Curt. Iunior in iij. parte. iiij. part. principalis tractatus feudi. q. vj. Dec. consi. ccccxliiij. concurrit patruus. Io. Crot. in repe. l. filiusf. §. diui. vers. quartò quæritur. ff. de leg. j. & ipse Franc. Rip. in l. ex facto. nu. 98. ff. de vulg. & pupil. & diximus etiam in tract. Retractuum. titu. j. §. xiiij. glos. ij. nu. 10. incip. illud autem inter omnes. Et faciunt quæ ibi etiam diximus in nu. sequ. incip. quo in loco.

Tertiò intelligenda est nostra limitatio quando vtraque ratio exprimitur in lege, aut alia constitutione. Secus si vna tantùm, licet altera possit etiam considerari, tunc enim cessante expressa, cessat dispositio licet altera militare quoque videatur, vti pulchrę declarat Lancel. Dec. in l. singularia. ff. si cert. peta. & ab eo Franc. Ripa, in d. §. in bonis. nu. 16.

Et ad id spectat, quòd si in sententia expressa est vna tãtùm causa, sed ea quidem falsa, sententia corruit, licet sit alia causa tacita, & ea quidem vera qua sustentari potuisset, si expressa fuisset, vt voluerunt Ant. & Panor. in d. c. in præsentia. vterque versicu. si vna tantùm est expressa, de renunt. Host. Ioan. And. & alij in d. c. per tuas. qui fil. sint legit. & maxima pars eorum quos citauimus suprà, nume. 6. huius limitatio. incip. sed & illud quoque. ex quibus intelliges illud interesse inter id quod ibi diximus, & id quod nũc dicimus, vt scilicet illud procedat, quando sunt expressæ duæ causæ, quarum altera vera est, altera falsa. hoc autem quando expressa est vna tantùm causa falsa tacita, altera vera.

Quartò item intelligenda est hæc limitatio, quando illæ duæ rationes sunt vniuersales, siue etiam generales: si enim vna est generalis, altera specialis, tũc sola illa generalis consideratur, quod ex eo satis patet, quòd ab ea tantùm, non etiã à speciali sumatur argumentum à contrario sensu, per tex. in l. regula. §. vlti. & ibi Bart. & Bald. ff. de iur. & fact. ignor. quem ad hoc dicit not. & menti tenendum Nico. Euerar. in locis legalibus, in loco à contrario sensu. vers. secundò istud limito. Cui adde in simili tex. in l. j. §. si mater. versic. quid si curatoris. & versic. quid si decesserit. ff. ad Senat. Trebel. & l. nomen debito-

ris §.vlt.ff.de leg.ij. & tu interim vide quæ diximus in cessante legis ratione.num.149. incip.secundum autem .& iterum in 1.limit.nume.62.incip.tertium quod cùm lex,& quæ etiam dicemus infrà in xxxij. limitatione.

Quintò intelligenda est hæc nostra limitatio, nisi ex duabus causis altera principalis sit, seu primaria, altera accessoria, siue secundaria. Nam tunc sola principalis causa est consideranda, vt cesset, vel non cesset effectus, non etiam accessoria, vt expressè, & in hac specie voluit Fran.Rip.in d.l.ex facto.num. 14. ff.de vul.& pup.substi.& idem propemodum voluit Pan.in cap.ex parte. per eum text.extrà de conuers. coniugat.

Nam illud perpetuum est, vt eius quod principale est ratio habeatur, non etiam eius quod accessoriè venit & secundariò, siue in consequentiã, vt patet ex l.j.ff. de auto.tut. & l.si sponsus.§.donationis. & §. generaliter.ff.de dona.inter.vir.& vxo.& l. non solum.§.vlt.ff.de procur.iuncta l.j. §.penu.& vlt.de suspect.tut.& l.si vnus.§.illud.ff.de pact. & l.arbor. §. aquarum.ff.com.diuidun. & l.cùm probatio. & ibi gl.ff.de proba.& c.ad audientiam. & ibi gl. in verbo Principaliter, de præsc.cũ aliis infinitis concor. tex.& doct.à me collectis in commentariis consuetudinum Pictonũ,ix.qui est, de tenir noblement en fief.§.xx.in glos.j.in j.limitatione.

LIMITATIO XXIII.

Vigesimotertiò limita hanc nostram regulam procedere in his, quæ habent tractum successiuũ in futurum, verbi gratia, in excusatione à muneribus, quæ successiuè & diuersis temporibus imponuntur, quæ quidem excusatio cessat cessante causa ipsius, per l.cura.§.deficientium.ff.de mune.& hono. At in his quæ sunt momentanea, cessante non cessat effectus, vt per Bal.in l. generaliter.ver.sed ego dico.C.de sacrosan.eccle.quem ita simpliciter citat & sequitur Alex.in l. si cùm dotem. §. si maritus.vers. sed certè hoc non puto.ff.sol.matr. in addi. Nic.Ma. in l.ij.§. nõ solùm.ff.de excus.tut.& Soc.in l.sciendum.§. vlt. circa medium.ff.qui satisd.cogan. & cõs. lxxxj. non est dubium.ver.nõ obstant nunc in contrarium. li. iij.& consi.lxxxiij.accuratissimè.versic. prætereà ibi cõceduntur.eo.lib.iij. & Dec. cons. 24. mulier cui propter inopiam.ver.non obstat tertiò.Ioan.Franc. Oze. in §.supradicta.nu.16.Inst. de excu.tut. Et idẽ quoque apertè voluisse videtur Pã. in c.suggestum. ver.vltimò scias.de deci.dum dicit, quod priuilegiũ quod habuit perfectionem suam, nec continet actũ successiuum, non reuocatur licet posteà cesset causa priuilegij, secus in priuilegio habẽte causam successiuam, per eum tex.

Sed in hoc vide quod scripsit Bartolus in l.ex facto. in prin.vers.secundò oppono. dicuntur hîc ff.de vulg. & pupil.substit.quòd cùm dispositio est momentanea, si iungitur qualitas verbo dispositiuo, tunc sufficit eam qualitatem adesse secundum tempus dispositionis, licet postea desinat, per l. Mela.in principio. ff. de alimen. & cib.leg.vbi si legatur puero vel puellæ, sufficit quod sit puer vel puella, secundũ tempus legati facti. Si verò iungitur verbo, notant effectum aut executionem dispositionis, sufficit secundũ illud qualitatem adesse. l.3. ff.de aur. & arg. leg. vbi si lego vxori ea quæ parata sunt tempore mortis, illã cedunt legato, quæ tunc parata reperiuntur,& sufficit illa esse parata, licet ex post facto vel ante parata non sint. Et ita illã sequitur Imo.in cle. 2.vers.si verò constat qualitatem, de rescrip.

Verùm & de ea re multò pleniùs & latiùs Cyn.& ipse Bal.post Pet.& alios antiquiores.in d.l.generaliter. & Henricus Bohic.& Aegid.Bellam.in c. & si Christus. de iureiur. Causas enim esse in quadruplici differentia, quasdam enim esse momentaneas, quæ & momentaneum habent effectum. Alias quidem & ipsas momentaneas, sed quæ effectum habent successiuum. Alias item successiuas, quæ & successiuum effectum habent. Alias denique & ipsas successiuas, sed quæ habent effectum momentaneum.

Et intelligunt momentaneum, cuius est esse tempore momentaneo, vt quod momento acquiritur, veluti hęreditas.per l.placet.ff.de acquir. hære. & agnatio quæ scilicet quæritur eo momento temporis quo quis nascitur.§.sui.Institu.de hæred. quali.& differ. item momento quis consequitur beneficium siue sacerdotium, vt legitur in ca.si tibi absenti. de præben. Successiuum autẽ dicitur, quo ad suũ esse, vt ipsi loquuntur, requirit successionem temporis, vt est tutela, quæ est ius in successione temporis consistẽs, & ad sui esse requirit totum tempus impubertatis.

In primo igitur casu, quando scilicet causa est momentanea, habens etiam momentaneum effectum. Refert an causa cesset post completum effectum,& tũc non cessat ipse effectus.exempli causa, agnato defertur hæreditas, ideo & agnato sufficit momentanea agnatio eo tempore, quo quæritur hæreditas, & si postea desinat causa, id est ipsa agnatio, non desinit effectus iam quæsitus, scilicet hæreditas.l. vlti.in §. respon.ff.vnde lib.& argu.d.l.sciendum.§.vlt. ff.qui satisd.cog.& l.cognatis.in j.respon.ff.de reb.dub.& dicit prætereà Henric.de hoc esse casum in l.j.C.de pact.vbi pactum, siue contractus innominatus, scilicet donationis sextantis, ex parte filij testatoris ab ipso testatore rogati restituere hæreditatẽ Licinio Frontoni, si sine liberis decederet, & remissione eius fideicõmissi ex parte eiusdem Frontonis, fuit cõpletus. Et ideo licet causa propter quam cõtractus, siue pactum interuenerat, scilicet metus filij, ne decederet sine liberis, cesset, quia decessit relictis liberis, non tamen cessat effectus, quia non reuocatur contractus completus. Et ad id quoque facit, vt ille subdit.l.naturalis.§.1.ff.de præscriptis verbis.

An verò causa cesset ante completum effectũ (id enim est secundum membrũ primi casus) & tunc cessante causa cessat effectus, verbi gratia, Agnatis defertur hæreditas & tutela, fac igitur quod quis desinat esse cognatus, nõne hic habebit hæreditates, vel tutelas quæ postea deferuntur? & certè non habebit per d. l. vl.in 2.respon.ff.vnde liber.& l.1.in fin.ff.vnde legi. & non solùm.§.si emancipatus filius præteritus. ff. de bonorum possessio.contra tab. [illegible]

In secundo casu, quando scilicet causa est quoque momentanea, sed quæ habet effectum successiuũ, vt est in tutela legitima, quæ defertur agnatis,& quæ quidem tutela est quidam effectus successionis, vt dictum est,& tunc dicendum est vt prius. Nam aut ante completum effectũ cessat causa,& cessabit quoq. effectus. Ideo si ante finitã tutelã delatã agnato ipse capite minuatur, finitur tutela.l.tutelas.ibi, sed legitimę tutelæ.ff.de capit.demin. & §.vltim.Instit.de leg.agn.suc.& §.sed & capitis.Instit quib.mod. tut. fini. Quod intelligendum dicit Bald. vbi suprà, pro tempore futuro, quia administratio præteriti tẽporis manet firma, vti & ipse quoq. declarat in c. quẽadmodũ.ver.nota tacitas conditiones. de iureiur. p

d.l.

d.l.tutelas.& alibi quoque diximus. Aut cessat causa post effectum cōpletū,& tunc nō cessat effectus.

In tertio casu quando scilicet causa est successiua, quæ etiam successiuum effectum habet, cessante causa cessat effectus, exempli gratia, Absentia reipublicæ causa, est quid successiuum, & similiter excusatio à tutela est effectus successiuus, ideo si tutor abest, Reipub.causa, is excusatur quandiu abest. cessante autem absentia cessat & excusatio.§. item qui Reipublicæ.Instit.de excus.tut. Item clerici vel monachi excusantur à tutela & curatione, quandiu insistunt diuinis officiis,non aliàs d.l.generaliter. C. de episc.& cleric. Et hoc quoque idem patet ex d. c.& si Christus in fin.& in c.post translationem.§.cæterū.de renuntia.vbi causa & effectus sunt successiui.

In quarto casu,quando causa est successiua quidem illa,sed quæ habet effectum momentaneum, cessante causa cessat effectus, vt patet in illa ipsa absentia Reipublicæ causa, quæ causa est dandi restitutionē in integrum, si absens læsus fuerit. Ideo ea absentia cessante, si interim lædatur, cessat restitutio.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quib. cau.ma. & l.quod tempore.C.de restit.mil. Quod intelligit Bald. vbi suprà, vt in eo quo fuit læsus tempore absentiæ non cesset effectus,cum ipse iam quæsitus sit ita intelligens iura suprà allegata.

Sed & id quoque patet in officio, propter quod datur beneficium.c.præter hoc.xxxij. dist.& c.eos.& c.si quis sacerdotum.lxxxj. dist.& per c. quia nonnulli. & c.relatum.de cler.nō resid.& c.postoralis. de appel.& c.latores.de cleric.excom.ministran.& c.vlt. de rescrip. lib.6. & ideò si beneficiatus in eum casum incidat,saltem culpa sua,vt officium facere nō possit,amittit beneficiū,vt no.in c.j.de æta.& qual. & c.tua nos.de cleric.ægrot.& nos alibi diximus suprà,in beneficij causa cessante.

Bald.autem vbi suprà, relata illa opinio quā diximus, eā ita declarat,vt si requiratur causam adesse certo & determinato tempore,sufficit eam adesse eo tempore,nec ea postea cessante causa cessat effectus, siue causa sit momentanea,siue successiua quod & nos latè tractauimus suprà in quarta limitatio. Et aliter quoque hæc declarat,quæ hîc de industria prætermittimus, quia ea adscripsimus in aliis locis magis peculiariter ad ea pertinentibus.

LIMITATIO XXIIII.

Vicesimoquartò limita regulam nostram non procedere in vltimis voluntatibus,in quibus si fortè fortuna cessat causa vice modi adiecta, non propterea cessat effectus,vt & nos suprà alicubi transeūter diximus. & probatur in l.si fundum per fideicommissum.§.Iulianus si Titio.aliàs, si Titio qui est. §.j.& ibi Barto.& alij.ff.de leg.j.& idem Bart.in l.ij.§. vl. vers.vbicunque dixi.ff.de don.& in l.Titio centum. §.Titio genero.ff.de cond.& demon.& Imo.in d.c. post translationem.num.39.de renun. Cæterùm cōperies apud Barto.in illo §.Titio genero.istud non procedere quando modus de necessitate inesset legato,vt in casu d.§.Titio genero. secundum Rayn. quanquam Bart.ibi dicit deficere legatum, quia nō erat modus,sed conditio.

Sed quia hæc res est admodum scrupulosa super intellectu vtriúsque illius loci,ideò,antè quàm hic iudicium firmes, vide Bald.Imo. Castr. Raph. Com. Ang.Peru.& Ias.in d.l.si fundū per fideicōmissū. §. j.& oēs scribētes.in d.§.Titio genero.& latè Bal. ipsū in l.general.ver.quintò quærit. C.de epis.& cler.

LIMITATIO XXV.

Vicesimoquintò limita procedere in causa pro qua excludenda aliquid constituitur, secus in causa propter quam habendam aliquid fit, nam licet cessaret illa causa,non propterea cessaret id quod factum est propter illam. Verbi gratia contrahitur matrimoniū propter prolem,si tamen vxor sit sterilis,ita vt prolem non habeat,non propterea dissoluitur metrimonium. c.dixit dominus.xxxij.q.j.& c. tantum. xxxij. q. vij. vbi id expressè not gloss.quod diximus.atque etiam glo.in c.& si Christus. ad fi.in verbo,cessante causa.de iureiur. & ibi quoque Ant. in §.vlt. post mediū. ver.oppo.quòd cessante,vbi dicit per eam glo.quòd cessante causa facti,non cessat factum.quanquam alij aliò hæc referūt, nēpe quòd proles non sit sola causa matrimonij,vt diximus suprà in xxij.limitatio.numero 1.

LIMITATIO XXVI.

Vicesimosextò limita & hanc nostram regulam,vt procedat quando causa cessat non solū actu,sed & exemplo.ita vt videlicet non possit trahi in perniciem exempli,aliàs non cessaret effectus. ita enim expressè magna auctoritate affirmant glos.in ca.neophytus. in verbo, causa ibi,vno modo sic.lxj.dist.per tex.in §.verum.lxi.j.dist. & sequuntur Archi. & Domi.in d.c.neophytus.Et ad hoc præbet aliquod argumentum tex.in d.l.si quis aliquid.§.qui abortiuum.ff.de pœnis.& can.principatus.j.q.j. cum aliis concord, ibi traditis à glos.

LIMITATIO XXVII.

Vicesimoseptimò limita non procedere in causa essentiali,aut (vt alij vocant)efficienti,quando causa ipsa & effectus sunt in diuersis subiectis, vt pater & filius.tunc enim cessante causa non cessat effectus: licet enim cesset siue desinat esse pater, non tamen desinit filius,siue sit iā natus siue posthumus.l. Gallus.ff.de libe.& posth. per quam ita in specie voluit Bald.in c. cum cessante.in 4.not.de appel.

Aliter autem, licet in eundem finem, loquitur idem Bal.in l.generaliter.versi.sed quandoque requiritur. C.de episcop.& cler. At scilicet nostra regula non habeat locum in causa efficiente, cum effectus per se potest stare.per l.patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.sicut, inquit, quotidie videmus, quòd mortuo pictore manet pictura,mortuo patre manet filius,mortuo igne, manet calor homini ab igne datus,& sic de similibus, subdítque facere legē qui libertinos.§.j.ff.de oper.liber.& l.ij. in princip. ff.de excusat.tutor.

Idem in d. l. patre furioso. in j.lectu. non multò post princ.ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.postquam retulit Dy.dicentem quòd cessante causa ex toto, cessat effectus,secus si remanent reliquiæ, vbi suprà alibi diximus, subiungit duas esse causas fiendi, scilicet efficientem & finalem,& duas esse causas essendi,scilicet materialem & formalē. De duabus autē primis intelligit ipsum Dyn. de tertia & quarta, si in totum destruantur, destruitur quod fundatur in ipsis l.si ex legati causa. de verbo. oblig.& l. in naue Saupheli.ff. loca.& l.qui vsumfructum areæ. ff.de contrah.empt.& l.quæsitum.§.illud.ff.de leg.iij. Et idē propemodum reperit ipse Bal.in ij.lectura eiusdē d.l.patre furioso. paulò ante fi.nisi quòd clariùs dicit,cessante causa materiali & formali,effectū cessare, quia is effectus est inseparabilis à causa, & ea quidem causa dat esse rei,& rem in esse conseruet. l. Iulianus.ff.ad exhiben. Tandē dicit in eadē l.patre

furioso. causas esse velatas, non absorptas, postea verò in ver.3.not.ex eo text.not. multa impedire cõ trahenda, vt furorem, quæ non vitiant iã contracta. eiúsque rei ratione esse, quia ea quæ sunt perfecta, sunt in suo esse præcedente consensu, vt not. in l.si is qui animo suo.ff.de acqui pos. At super illo, inquit, brochardo, dic quòd aut est impedimẽtũ ex parte causæ materialis, & tunc vitiat.l. inter stipulantem. §.sacrã.ff.de verb.obli.aut ex parte causæ finalis,& idem.aut ex parte causæ efficientis, & tunc aut effectus dependet à causa,quia est in fieri, & vitiat. Aut non dependet à causa,quia est in facto esse, & nõ vitiat,vt in d.l. patre furioso. Aut est impedimentum alterius accidentis,& tunc si potens est ad resoluendum,resoluit.aut non est potens, & non resoluit.l. non distinguemus. §. sacerdotio.ff.de recep.arbitr. secundum Iac.But.Aut impedimentum est circa ipsum principale,& tunc aut non compatitur se cum principali,& vitiat. l.pro parte. ff. de seruit.& l.existimo.ff.de verbo.obl.Sed Pet.vt subiungit, ita distinguit:aut actus peruenit ad confirmationẽ,& tũc casus superueniens non vitiat, aut non, & tunc aut sequitur absurdum,& tunc vitiat.l. vlti. & ibi Petr. Cyn.in addit.ff.rer.amot.aut nõ sequitur absurdum & non vitiat.§.ex contrario.Insti.de legat.hæc Bal. vbi suprà, quorum magna pars pertinet ad ea quæ diximus suprà in xij.limitatione.

Sed & aliter Saly.post.Iac.But.in eadem l.generaliter, circa medium,nam cessante,inquit causa efficiente, cessat effectus,quandiu res est in fieri, ita enim loquitur.non etiam quando est in facto esse, per l.furiosum.C. qui testa.fa.pos.& d.l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel.alie. iur. licet ait Saly. vbi suprà, secus sit in causa materiali, quia ea cessante, semper cessat effectus.siue sit in fieri,siue in perfecto esse. l. nõ moriturũ.C.de commi.& contrah.stip.& in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.ob.& l.qui res. §.areã.ff.de solu.Et idem de formali.in l.Iulia.§.sed & si quis.ff.ad exhi.& l.Seio.§.Caio.ff.de au. & arg. lega.& l.is qui quadraginta.§.quædam. ff.ad leg.Falcid.quæ iura,vt id addas,solent in id allegari, quòd forma dat esse rei,de quo & nos alibi latè diximus.

Et idem propemodum voluit Imo.nullam Saly. mentionem faciens in d.c.post translationem.nume.37. & sequen.de renuntiat,vbi tamẽ intelligit quod dictum est de causa materiali, vt scilicet ea cessante, cesset materiatum, tamen si mora interueniat, remanebit quis obligatus ad æstimationẽ ipsius materiati.per l. si ex legati causa.ff.de verborum oblig. & l.quod te.ff.si cert.petat.

Denique & aliter,licet in eandem propemodum sententiam.Aegi. Bella.in c.post translationem.versic. recipiendo ergo causam,de renũtia.In causa,inquit, effici ẽte quo ad effectus consumptos,& iam in esse productos, & quorum conseruatio ab existentia causæ non dependet,non habet locum regula, cessante causa.l.vltim.in j.respo.ff.vnde lib.& l.j.C.de pact.& l.naturalis.§.j.ff.de præs.verb.& c. vltim. de offi.leg.& c.licet.de sent.excom.lib.vj.& arg.l. sciẽdum.§.j.ff.qui satisd.cog. & l.cognatis.in j. respon. ff.de reb.dub. Et ideo (inquit) mortuo patre, non sequitur quòd mortuus sit filius. Quo ad effectus verò nondum productos,aut pendẽtes in fieri,sed quorum conseruatio in esse dependet ab existẽtia causæ,habet locum ea regula.d.l.vlti. in ij.respon.vnde legit. & l.non tantum, quę est iij.§.si emancipatus filius.le ij.ff.de bon.pos.contra tab.& l.tutelas.ff.de capi.deminu.& §.vltim.Institu.de legit.agna.suc.vt id certè totum pertinet ad xij.nostram limitationẽ.

LIMITATIO XXVIII.

Vicesimooctauò limita procedere in iis quæ dependent ex animo & intentione, ita vt aliter stare non possint.Secus in iis,quæ non dependent ex intentione, possúntque stare sine animi dispositione, quia cessante in illis causa etiam finali, non cessat effectus,vt dicit Bald.in d.l.generaliter.ver.sequitur videre.C.de epis.& cler.vbi ponit huiusmodi speciẽ, Ego ædificaui domum ad eum finem,vt illam habitarem,si cessat postea ea causa finalis, quia ego non habito,non propterea cessat domus,quia habet esse ex materia & forma quæ adhuc supersunt,& non ex intentione mea,velim enim aut nolim domus est.

LIMITATIO XXIX.

Vicesimononò limita hanc nostram regulam, vt non procedat in causa,siue ratione quæ fundatur in sola præsumptione,per id quod not.voluit Bal. consi. ccl.cuius exordium est in quæstione domini Milani.non multò ante fi.lib.j. ꝙ scilicet huiusmodi ratio non restringit dispositionem generalem legis vel statuti.per not. à Iac.& Old.in l.j.ff. sol.matr.& quod & nos diximus suprà in cessante ratiõe legis. nu.142.incip.igitur vt repetamus, sed hîc repetere volumus,quoniam ex illo sequitur non cessare effectũ cessante huiusmodi ratiõe,vt quæ legem vel statutũ non restringit. Et faciunt quæ suprà diximus in xxj.limitat.vbi locuti sumus de causa tacita.

LIMITATIO XXX.

Tricesimò limita vt procedat,cùm omnino cessat causa,non tantum pro præsenti tempore,sed & pro futuro,ita vt nonnulla sit spes reditus siue reuersionis causæ.Secus si sit quædam spes vt redeat, nam tunc ea redeunte, non cessat effectus illius, verbi gratia, in priuilegio concesso cœnobio cuipiam, vt aliud monasterium occurrente vacatione teneatur eligere vnum ex monachis illius cœnobij, contingit autem vt nullus illic tempore electionis esset idoneus,ita vt causa tunc cesset : ideò fuit alius electus qui non erat huius cœnobij,quæsitum est an si postea tempore alterius sequẽtis electionis, sit aliquis idoneus,an eligentes teneantur illum eligere vi illius priuilegij.Et hãc quæstionem tractat gl.in c.ab bate.in fi.de verb.sig.dicítque primum id videri priuilegium fuisse prorsus ac perpetuo extinctum,quia vnico actu perditur priuilegium. ca.cùm venissent, de constitu.& cap.constitutus.de rescrip.

Tamen decidit contrarium, vt scilicet teneantur eligere idoneum ex illo cœnobio,si quis reperitur tempore electionis, licet antea nullus fuisset.argu.l. & Attilicinus.ff.de seruit.rustic. præd. & c. quia diligentia,de electio.Et illam gl.sequuntur omnes ibi, ex quibus Panor.qui illam dicit not. expressè illud assumit,quod in princi.huius limitationis diximus, quod dicit bene notandum.& sequitur Dec.in c.cũ cessante.versic.quintò limita,dum simpliciter allegat Panor. vbi suprà. & faciunt quæ diximus suprà, in xvij.limitatione.

LIMITATIO XXXI.

Tricesimoprimò limita(& hoc proximè accedit ad superiorem limitationem atque etiam ad xvj.)vt procedat hæc regula, quando causa omnino cessat, secus si pro parte tantùm.vt voluit gl.in c.cùm accessissent.in verbo,cõtrauenerint.& ibi Roch.Curtius de constitu.& Dec.in d.c.cùm cessante.de appella. vti eos allegat Nicol.Bellon.cons.viij.respondendo diuer-

diuersis dubiis. num.5.licet mihi id dicere non videantur. Sed tamen hoc verum esse puto per ea, quę diximus in dictis duabus limitationibus.

LIMITATIO XXXII.

Tricesimosecundò limita, vt procedat quando causa siue ratio legis,vel constitutionis generaliter cessat, secus,si in vno tantùm casu inter multos,quos constitutio complectitur, cessaret siue deficeret: tunc enim non cessat constitutio,vt expresè voluit Francisc.Aret.in l.2.ver.tu autem aduerte.ff.de vulga.& pupilla.substit.per not.per Barto.in l.cum ij.§.eam autem.ff.de transac.& per optimum (vt dicit) text. in l.1.in fi.ff.de minorib. quod & nos alibi diximus, suprà in legis cessante ratione.

LIMITATIO XXXIII.

Tricesimotertiò limita nostram hanc regulam, vt non procedat quando culpa illius, qui aliquid dedit aut concessit, cessat causa,nam tunc non cessat effectus, si credimus,vt credendum existimamus.Iaco. Beluis.qui id ipsum voluit in l.2.§. vlti.ff.de dona.per l.filiam.ff.de Senator.vti illum refert & sequitur Alber.in l.generaliter.versi.sed pro prima parte.C.de episcop.& cler. Quanquam sunt qui aliò referunt d. l.filiam,vt diximus suprà in xix.limita.num.2.incip. & ad hoc quoque.

LIMITATIO XXXIIII.

Tricesimoquartò limita, vt procedat quando effectus finalis causæ,siue finis, est ordinatus ad impediendum effectum, ex tunc & retrò, nam tunc cessante ea causa, haud dubiè cessat effectus.Secus si ex tunc & non retro,tunc enim retrò non cessaret, vt post Iac. But.scripsit Saly.in d.l.generaliter.in 3.oppos. C.de episcop.& cle.vbi dicit primum probari ex l. pro parte.ff.de serui.leg.&l.3.§.adeò.ff.de lib.agno scen.& l. Vranius.§. quemadmodum.ff.de fideius. Secundum ex l.tutelas.in prin.ff.de capi.demin.& l.vlt.ff.vnde lib.& §.item qui reipublicæ.Insti.de ex cus.tut.Sed id multũ obscurũ esse videtur,nisi intelligas,secũdũ ea quæ diximus suprà.in 12.limi.nu.24. incip.intellige secundò.in 23.limi.præsertim nu.7. inci.in secundo casu, & seq.vt certè intelligi debet, vt satis cõstat ex illis iuribus,& eis quæ ibi diximus.

LIMITATIO XXXV.

Tricesimoquintò limita procedere secundum theologos in causa introducente, siue producente, atque etiam conseruante, vt videlicet, huiusmodi causa cessante cesset effectus, secùs in causa inducente solum,non etiam conseruante.Ita enim voluit Diuus Bonauẽtura lib.2.Senten.distinct.7.art.1.q.2.& iterum eo.lib.2.distin.32.quæst.2.eodem libr.4.distin. 4.artic.2.distinctio.2.& rursum eodem lib.4.distin. 22.artic.1. quæst.1.vbi & vtriusque ponit exemplũ, de primo,videlicet causa producente,& conseruante:Sol est causa inducens & conseruans lumen,ideóque semper sole cessante, cessat ipsum lumen ab eo procedens, de secundo, scilicet, causa producente solùm & non conseruante, gladius est causa producens vulnus, non tamen conseruans, & ideo,cessante gladio,non proptereà cessat vulnus.

Et hanc quoque limitationem sensit etiam è nostris Bal.qui nihil rerum omnium (quod alibi diximus) intactum reliquit:in l.1.§.1.in prima lectura,in fine. ff.de offic.eius cui mandata est iurisdictio, vbi postquam dixit, quòd cessante causa officij, cessat officium, per text.in d.l.tutelas.ff.de capit.deminu.& diximus etiã suprà in officij causa cessante subiungit hoc esse verum, quando est causa talis,quæ requiratur ad conseruationem rei, per illum ipsum tex.in d.l.tutelas. & expressiùs idem Bal. in repeti. l.2.ver.viso vnde nascatur,& iterum versic.de tertia igitur,ibi,si consideretur tertio modo.ff.de iureiur. & Frãc.Rip.qui illum non citat,in l.ex facto.num. 17.ff.de vulg.& pup.substit.

Quibus ad stipulatur quod voluit Ioan.Calder.consil. clxxix. omissis pluribus,prout eum refert, & sequitur Socin.consil.cclxj. circa primam difficultatem. ver.nonò comprobatur.libr.2. quòd vbi non subest causa, propter quam aliquis effectus producitur, & conseruatur, nunquam illius effectus induci potest productione, vel existentia, & ita dicit argumentari Gratianum in §.hoc idem.de pœnit.dist.1. & facere tex.in cap. debitum de bigam.& ca.si pauper.de prębend.lib.6.& in l.in omnibus causis.ff.de regu.iur.

LIMITATIO XXXVI.

Tricesimosextò limita nostram regulam, vt procedat in contractu innominato, nam cessante in eo causa finali, cessat & ipse contractus: secus in contractu nominato absolutè, & per se stante absque aliqua dependentia contractus innominati, neque enim si in eum cadit causa finalis quæ deficit, non resoluitur nec cessat contractus. Ita voluit Bald.in l.cùm te.ita intelligens eum text. C.de pact inter emptor.& vend.fact.vide suprà in contractus causa cessante.

LIMITATIO XXXVII.

Tricesimoseptimò limita hanc nostram regulam, vt non procedat in cessatione causæ, propter quam forma est introducta,neque enim ea cessante, cessat formæ obseruatio, vt scribitur à Barto.& aliis in l. cùm hi.§.eam autem.ff.de transac.prout allegat (neque enim reperi)& sequitur Francis.Aret.in l.2.ver. tu autem aduerte.ff.de vulga.& pupill.vbi id dicit probari in l. si fundus.ff.de rebus eorum, & clariùs in cap.1.§. præsertim. de rebus eccles. non alienandis. libro sexto.

LIMITATIO XXXVIII.

Tricesimooctauò limita eandem regulam, vt etiam non procedat,quando talis est casus, qui non vitiaretur partibus volentibus: nam etiam tunc deficiente causa,non vitiaretur ipse actus, per l.sciendum.§.vlt.ff.qui satisdare cogantur:quam sic intelligit Bart.in l.pluribus §.& si placeat.ibi, aut non tradit.ff.de verbo.obligatio.

LIMITATIO XXXIX.

Tricesimononò limita,vt hæc nostra regula non procedat in spiritualibus,vt videre licet in cap.ex parte tua.& ibi glo.in verbo, falsa sit causa,& Hostien.in verbo,causa,Petr.Anch.in v.not. Anton.ver.oppo. quòd falsa causa,de conuer.coniugat.& in c.magnę. & ibi propè omnes,de voto.Et huius rei dicit Host. rationem sumi ex c.pen.de his,quæ met.caus.fiunt. & in ca.dubium,de conuers.coniuga.vide quæ dixi suprà in voti causa cessante.

LIMITATIO XL.

Quadragesimò limita,vt procedat hæc regula in causa fiendi,vt nostri loquuntur,ea enim cessante, cessat fiendum,sed iam factum, & perfectum non tollitur.Sed,cessante causa essendi, impeditur fiẽdum, & tollitur iam factum. Ita expresè voluit Bald.in c.& si Christus.ver.adde quòd,cessante vna, de iureiuran.vbi dicit idem voluisse.Ioan.Mona.in procemio.vj.lib.atq; etiã Bal.in procemio Decretaliũ.in verbo,rex pacificus.Hęc aũt limitatio non nihil per

s 4

tenet ad ea quæ diximus in 12. limitatione. Et vide hîc quæ dixi suprà ex eodem Bald. in eadem 12. limitatione, numero decimotertio incipien. sed hanc principalem, & iterum in 27. limitatione. nu. 3. post. princip. And. Tyraq.

¶ Cavsa cùm deficit, corruit etiam effectus, l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. capitu. cum cessante. vbi Dec. numer. 3. de appellat. cap. cum infirmitas. de pœnit. & remiss. Bart. l. in omni. ff. de adopt. glo. l. fi. ff. de testamen. tutel. l. planè. ff. de oper. liber. So ci. cons. 156. numer. 12. volum. 2. gloss. & doct. com. l. si diuortio. ff. sol. mat. Alexan. cons. 89. li. 2. Rui. consil. 137. nume. 11. libr. 3. Sign. cons. 135. num. 6. Tiraq. in regu. cessante causa. nume. 12. Doc. c. quoniam. de probat. Med. re. 6.

¶ Cavsa ecclesiæ cathedralis, sede vacante, regulariter non agitur, vt toto titu. ne sede vacan. & habetur per scribentes in c. edoceri. de rescrip. in antiq.

Amplia, etiam si iudicium esset cœptum ante vacationem, secundum Innocen. in c. fi. ne sede vacan. facit tex. in clemen. fi. de procurato.

Amplia etiam, si causa concerneret plenum præiudicium ecclesiæ vacantis: sed qualequale. Abb. in cap. verum. in 2. nota. de foro competen.

Amplia in bonis communibus. Abb. in c. 1. de præscr.

Fallit, quando capitulum litigaret, ac tueretur iurisdictione Episcopali. Imo. c. cum in te. de constit.

Fallit in causa, quæ commodius veniret tractanda sede vacante. tex. & glo. c. de in integ. resti.

Fallit in causa, quæ absque periculo differri non potest. Signo. cons. 9.

Fallit in bonis separatis inter Prælatum & capitulum. Felin. in c. edoceri. de rescrip. S. Ianuar. re. 17.

¶ Cavsa reconuentionis eadem sentētia terminanda est. c. 1. & ibi per doc. extrà, de iudi.

Primò fallit, quando aliquod iustum impedimentum incideret, vt si longè plus litigatur de proprietate, quàm de possessione: cum tunc pronuntietur primò super possessione dilata quæstione proprietatis: vt voluit Spec. in §. videndum. in tit. de recōuentione. & Docto. in capitulo, cùm dilectus. extrà, de ordi. cogni.

Secundò fallit, quando lata est sententia super conuentione, mox appellatur, vt excusetur iudex ne procedat in aliam formam, secundum cap. ad hoc. & cap. proposuit. extrà de appellat. secundum. Ant. qui ita tenet in d. ca. de mu. pet. & hoc etiam voluit in d. cap. dilectus. extrà, de ordine cogni. & not. bene quòd iudex recusari potest quando superueniret facultas extrà, de offic. de leg. capit. insinuante. secundum ipsum Nicol. & Ant. in d. cap. 1. qui etiam dicunt, quòd eadem prærogatiua videtur in actu excusationis, salua tamen dispositione capitu. dilectus. extrà, de causa possess. & propriet. & hoc tamen exequi potest, vt exequatur sententiam latam in causa conuentionis, & dictam sententiam latam in causa reconuentionis, si potest: aliàs exequatur eam quam potest, iuxta not. extrà, de foro compet. cap. postulasti. B. Socin. re. 61.

¶ Cavsa in dubio præsumitur in principe. Cyn. in l. rescripta. C. de precib. imp. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publ.

Fallit vt per Soc. iun. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & post. num. 110. fallit in 4. casibus, quos not. Ias. in l. si testamētum. C. de testam. num. 4. fallit in 2. casib. quos no. Bened. Capr. in suo trac. reg. 10. nu. 39. fallit in 2. casib. vt per Nars. in sing. 6.

Causa cessante, cessat effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. & si Chistus. extrà, de iureiurando. c. cùm cessante. extrà, de appel.

Fallit in 5. casibus, quos ponit Dec. in c. cum cessante, numero primo. fallit in 40. casibus, quos not. Andr. Tiraquel. in tracta de causa cessante. in 1. & secunda parte. fallit vt per Damas. regul. 114. fallit vt per Marsil. in l. de minore. §. etiam. ff. de quęstio. fallit in 4. casib. vt per Ludo. Goza. in l. 1. C. de pact. nu. 16. fallit in 4. casib. vt per Ioan. Bolog. in l. 1. ff. de offic. eius, num. 109.

Causa priuilegij cessante, cessat priuilegium. l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. 2.

Fallit vt not. Ias. in l. filius à patre. §. filiusfam. ff. de lib. & posthum num. 3. & seq.

Causa falsa de præterito non vitiat stipulationem, sicut nec legatum. l. si diuortio. ff. de verb. oblig.

Fallit in 2. casibus, vt per Iaso. in dicta l. si diuortio. numero 1.

Causa vna cessante, non cessat concessio, vbi aliquid conceditur ex duabus causis, no. in §. affinitatis, Instit de nup. l. liberorum. §. 1. ff. de his qui no. infa.

Fallit in 3. casibus, quos not. Ripa in l. si. ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. col. pen.

In pari causa, vel delicto melior est conditio possidentis. cap. in pari causa, de regul. iur. l. 2. C. de cond. ob turp. ca. l. si debitor. ff. de pig. l. is qui destinauit. ff. de rei vend.

Fallit vt no. Dynus in d. c. in pari.

Ex causæ defectu quando repetitio inducatur, distinguendo declarat Bar. in l. si pecuniam, num. 14. ff. de cond. causa data.

Ob causam pecunia data, siue causa sit expressa, siue tacita, ab vtraque parte potest repeti, quando causa nullo modo impletur, vel non legitimè.

Fallit in 6. casibus, quos no. Ias. in l. si pecuniam. ff. de cond. causa data, num. 18. Don. Fina. lib. 5.

¶ Cavsa falsa vitiat sententiam, quæ nemini nocet. Bal. & Imola, l. iusse. ff. de acqui. pos. l. si is. vbi Barto. ff. de acq. hære. Alex. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 16. ff. de verb. obl. Doc. com. l. demōstratio. §. 1. ff. de cond. & demon. Bal. l. 2. p. 6. C. de rescin. vend. Inno. c. in præsentia. de renunciat. idem est in falsa causa expressa exhæredationis, quæ non præiudicat exhęredato. §. aliud Auth. vt cū de app. cogno. Med. re. 8.

¶ Cavsa iusta in dubio præsumitur in principe aliquid præcipiente, vel rescribente: voluit Bal. in l. rescripta 1. in 3. & 4. q. post Cyn. C. de precib. Imper. offer. Ant. & Imo. in c. cum inter R. de elect. quam dicit esse communem regulam Canonistarum, & Legistarum Iaso. in l. si testamentum. C. de testamen. propter quod dicit singulariter Abb. referendo Cy. in cap. cùm olim. de re iudi. quòd si princeps iubet alicui sine causæ cognitione, vt suspendat aliquem, ille potest sine peccato exequi.

Limita suprascriptam regulam quatuor modis, vt per Ias. in d. l. si testamentum. vbi eam optimè declarat, & ponderat ibi eandem legem contra eam. B. Dias regul. 71.

¶ Cavsa modica omitti facit solennitates iuris. Specul. in ti. de iur. calum. §. 2. ver. quid si. nu. 8. doc. aut. breuiores. C. de sent. ex breui. reci. Bal. c. quoniam contra. col. 2. num. 5. de probat. cap. fi. de re. iud. 6. & dicitur causa modica, quæ tractatur à personis modicæ conditionis. l. illicitas. §. tenuis. ff. de offi. præsid. l. cum hi. §. modus de transact. Bal. l. iubemus. C. de sacr. sanc. eccl. cum. simil. Med. re. 5.

Cavsa

¶ Cavsa, par. Paulus libro decimonono. ad edict. Lex 128. al. l. 170.

In pari causa possessor potior haberi debet. a Ij, qui in vniuersum ius succedunt, b hæredum loco habentur.

Addit. a sic in P. Flor. b hæredis in Pandect. Florent.

Vti præstat possidere quàm petere. Ex tit. de Publiciana in rem actio. §. Commodum. Insti. de interdictis. c. ex literis. de prob. Viuiennus

¶ Cavsa quando de iure canonico agitur, secundum ius canonicum, non autem secundum ius ciuile iudicari debet tex. est cum glo. & Doct in c. quod clericis de foro competenti.

Primò fallit, quando ipsa causa tractatur accidentaliter in foro canoni. & ratione reconuentionis, vel prærogationis: quia tunc attenditur, vt seruetur lex naturalis fori, argumen. l. qui habent. ff. de tute. secundum Antonium in dict capitu. quod clericis. ad hoc alleg. Specul. in tit. de constit. in §. 1. versicul. & not. cuius dictum corroboratum est, sed ibi Specul. sentit contrarium, & etiam Hostien. expressè in tit. de testamen. §. qualiter. vt similiter tenet contrarium Archidiaco. & ibi glos. in xcvj. distinctio. denique secundum domin. Nicol. in d. capit. quod clericis. qui in hac limitatione non videtur persistere, nec in ea communiter persistunt doct. secundum Imol. ibi.

Secundò fallit* quando ius laicorum iniecisset vinculum in clericum ante clericatum: tunc ius siue statutarium, siue consuetudinarium afficit clericum, vt secundum illud ius iudicetur, etiam in foro ecclesiastico: vt not. Ioann. Andr. in regul. sine culpa, de reg. iur. in 6. & Ioann. Calder. in disput. quæ incip. statuto cauetur, &c. per quod videtur, quòd statutum disponens quòd superextantibus masculis, fœminæ non succedât, præiudicet fœminis effectis religiosis post, & non antè, & ita dicit in dict. capitul. quod clericis. Anto. se consuluisse, & refert Imo. ibi. & isto modo intelligi poterit capitu. cùm venissent. de eo qui mit. in posses. & capitu. constitutus. extrà, de restitutio. in integrum. secundum Nico. in dict. capit. quod clericis qui dicit idem, etiam si ius agendi ortum est ante clericatum, vt quia cum eo fuit contractum: quia tunc secundum ius laicorum iudicatur in vtroque foro, ad hoc bonus text. in dict. capitu. constitutus. circa quod vide not. in dict. cap. fin. de testib. in 6.

Additio.

*Secundò fallit. Vide Paul. de Cast. in cons. cccxxxix. & in consi. cccxvij. & Petr. de Anchara. in cons. cvij. Bened. Vad.

Tertiò fallit, quando statutum laicorum non disponeret specificè contra ecclesiam, vel personas ecclesiasticas, vel contra libertatem ecclesiasticam, vel contra concessa eis in priuilegium: cùm tunc bonum & æquum seruandũ sit in vtroque foro: vt voluit Barto. in l. prima. de sum. Trini. cuius dictum improbat Bald. in dict. cap. quod clericis. & Anto. in c. ecclesia extrà, de constit. per d. c. quod clericis. cuius dictum procedere posset quando ipsum statutum concerneret solennitatem actus, de quo agitur vt est statutum, vel consuetudo laicorum disponentium quòd non valeant contractus, non seruata forma circa solennitatem requisita: nam tunc non valebit contractus celebratus inter clericum & laicum. Nec ex eo agi poterit in foro ecclesiastico, cũ etiam subditus non possit tantùm hoc ad se etiam non subditum sine licẽtia superioris trahere. cap. 2. de maio. & obed. & etiam quia cum talis contractus fiat intra iurisdictionem statuentis, subiicitur statuto, iuxta not. in l. 1. C. de emãcip. lib. & videtur hoc tenere Imol. in dict. capitu. quod clericis. & ita procedere potest quod Ioan. Calder. voluit in disputatione sua, quæ incipit, statuto, &c. dùm dicit, si agitur ratione contractus, ius contractus consideratur, vt l. si fundus. ff. de euictio.

Quartò fallit, quando ipsum ius laicorum conferret commodum simpliciter: cùm & tunc extendatur ad clericos, vt eo vti possunt. ad hoc cap. dilecti. extrà, de foro competen. & hoc tenuit Lapus in alleg. 100. vbi pleniùs de hoc. & Bald. & Anto. in ca. quod clericis. quod non transit sine dubitatione, per ea quæ not. Imo. sed tamen obstat, quia ibi loquitur quando statutum specificè facit mentionem de clerico, secundum Domi. qui etiam tenet ibi.

Quintò fallit, quando tale ius etiam disponeret circa modum decidendi, non præfigendo legem iudici, sed generaliter loquendo, vt habeatur fides libris mercatorum: cùm tunc allegari possit, etiam in foro ecclesiastico, contra laicum, non contra clericum: cùm lex possit vbique allegari, secundum domin. Nicol. in d. cap. quod clericis. vbi vide Canonistas. B. Socin. reg. 61.

¶ Cavsa si modica sit respectu vnius litigatoris, licet dicatur magna respectus alterius, tamen defertur iuramentum necessarium semiplenè probanti, ex cuius persona causa modica est, & tamen non defertur alteri, ex cuius persona causa magna est, docto. com. leg. admonendi. ff. de iur. iuran. leg. fina. eodem titulo. leg. in bonæ. C. eodem. Med. regul. 9.

¶ Cavsa si parua sit, & ordinarius velit cognoscere in loco nimis remoto, à domicilio partium, partes petere possunt, vt deleget, & cognoscatur in loco propinquo licet regulariter ordinarius possit reddere ius in qualibet parte suæ diœcesis. Anch. c. nulli. de rescri. c. cum episcopus. de offi. ordi. 6. & si denegat appellare potest. l. cum post, de appel. Pet. de Anch. c. cum te. de offi. deleg. c. finem. not. 3. de dolo c. cum causam. de testib. vnic. c. sane. de for. comp. Barb. c. dilectus. num. 9. de rescr. Med. reg. 5.

¶ Cavsa præcedere debet effectum. C. de fur. l. inciuilem. Quæ res pig. l. pe. de col. l. filiæ licet.

Causa cessante cessare debet effectus. C. de episcop. l. generaliter. C. de hæredi. institu. l. si pater. de min. l. prima. Pro soc. l. actione. §. si alicuius. de postu. l. 1. §. sexum.

Priuilegij causa cessante, cessat priuilegium. de leg. 2. l. Titia Seio. §. vsurus. vide Impedimẽtum, Dilatio, Terminus, Prohibitio.

Causa determinata producit determinatum effectum. de leg. 2. l. cùm pat. §. dulcissimis. 79.

Quoties quid fit ob duplicem causam finalem, tametsi cesset vna, nihilominus adhuc obtinet dispositio. Institut. de nupt. §. affinitatis. De his qui notant. infam. l. liberorũ. §. 1. Vide Nic. Bello. cons. 14. n. 14. 15.

Iudicari & exprimi causa debet, quoties aliquid fit. De transact. l. 8. §. vlt. de suspect. tut. l. quarta. de leg. 1. l. filiusfam. §. Diui. De his qui notan. infam. l. 25. ignominiæ.

Continẽtia causæ non debent diuidi. C. de iud. l. nulli. C. de spor. l. 1.

Causa conuentionis, & reconuentionis vno iudicio deter-

determinanda est.De iud.c.1.Vide fallen.Soci.

Conditio habetur pro causa.Si cert. pet.l.cùm ad præsens.vbi Bar.de verb.ob.l.Titio.& ibi Bar.

Causa naturalis præfertur accidentali. De tute.l. Qui habent.q.1.Barto.in i.Proconsul. de off.proconsl.de don.l.34.

Causa proxima magis attenditur, quàm remota. De leg.3.l.Ligni,in fi.de vulgar.& pupilla.l. Sed si plures.§.1.

Causa magis influit in primum causatum,quàm in secundum.de cond.& demon.l.Publius.

Causa secunda tantum potest,quantum ei influit à prima.Loc.l.si quis domū.§.1. De leg.2. l.Peto.§.Præmium.70.

Causa finalis est attendenda.de hær.inst.l.fi.

Mediata causa non multum remota, æquè consideratur vt proxima. de aur.& arg.l. Vxori quis.in fi. Aret.consl.vj.cir.fin.

Causa à suo causato minimè confirmatur. De iure cod.l.Quod per manus.

Semel causa finita amplius instaurari non debet.C.de pact.l.Postquam liti.

Quicquid est causæ, est causa causati. Ad l.Iul.de adul. l.Et si amicis.

Omne ius potentius est in causa, quàm in causato. C. de leg.l.digna vox.Pau.consl.129.vol.1.

Attenditur causa efficiens,non instrumētalis. De don. l.Qui mihi donatum.

Causa facti potius attenditur, quàm ipsum factum.23. q.8.c.occidit.q.4.c.si ecclesia.7.q.1.c.scias.

Causati expressio tacitam suæ causæ expressionem inducit.C.de eden.l.1.in prin.Bal.in l.si de proprietate.col.1.C.si à non compe.iud.

Effectum,Inducta ad vnum effectum,non debent aliū, præsertim contrarium effectum operari. de acq.hæ. l.Pro hærede.& ibi notat Bal.

Causæ fauor superat fauorem rei. de re iud.l.Inter pares.ext.eo.tit.c.fin.

Sublata causa tollitur effectus.de admi.tut.l.tutores. §.curatores.

Idem iudicamus de causa causante effectum, quod de ipso effectu.de Sic.l.Nihil interest.de flumi.l. Quò minùs.

Defectus causæ finalis vitiat dispositionem,de testam. tu.l.fi.de hæred.inst. l.fin.

Dictum determinatur secundum suam causam. de admi.tu.l.ita aut.in prin.de leg.2.l.cùm pater.§. Dulcissimis.79.

Quando verba dispositionis sunt ambigua, causa disponendi inspicienda est. de legat. 3.l.vxorem. in princip.

Ex causa receditur à voluntate testatoris. de confir. tut.l.Vtilitatem.de admi.tu.l.3.§.quamuis.& ibi notat Bart.

Diuisa causa, diuiditur effectus.de vsu.l. Seia.mutuam.

Quando concurrunt duæ causæ, vna quæ nocet,altera quæ prodest,attenditur illa quæ nocet.l.3.§.fi.& ibi Bart.ad Syllan.

Concurrentibus causa quæ nocet,& quæ prodest, attenditur potentior,& alter cædit.de iure fis.l.3.§.si quis palàm.Ias.in l.si mater.de inof.test.

Quando concurrunt duæ causæ,vna permittens, altera prohibens,attenditur prohibitiua. De hæred.institu.l. Si non lex. Ad Syllan.l.si quis in graui.§.finali.

Scire, est rem per causam cognoscere.de legib.l.Scire leges.

Causa & effectum. Quæcunque ab eadem causa efficiente ad eundem effectum producuntur, sunt paris virtutis & potentiæ.de legib.l.de quibus.& ibi notant Bald.& Iason.

Causarum diuersitas,diuersitatem specierum inducit. de pact.l.conuentionum.in prin.de acqui.pos.l.3.§. Genera.

Causæ lucratiuæ duę in vnam eādemque personam,& de eadem re concurrere non possunt.de sol.l. quoties.61.de act.& ob.l.omnes.16.17.Instit.de leg.6. si res aliena.vide fallen.Soci.

Causa reg.157.priuilegia.l.73.omnia.l.106.Vbicunque causa.Quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo. Vide Pœna,culpa. Riisvvich.

¶ Cavsa principalis. Paulus lib.15.ad Plautium. Lex 178. al.l.139

Cùm principalis causa non consistit,[a] plerūnque[b] nec ea quidem,quæ sequuntur,locum habent.

Addit. a consistat in P.Florent. b ne ea.ibi.

Coniunge cap.129.ff.eod.ex quo orta est regul.accessorium,vt alienatio prædiorum minoris sine decreto,si locum non habet, nec traditio vel euictionis promissio. Viuiennus.

¶ Cavsa quæ terminatur per testimonium vnius est nulla,quamuis testimonium sit legitimū.Hanc reg. ponit tex.in c.licet vniuersis.& in c.licet ex quadam de test.& tex.in l.iurisiurādi. C.co.ti.de iure regio. l.32.tit.16.part.3.

Circa hanc regu.vide gl.in c.tanta.in verb.filius.86.distin.Abb.doct.in c.proposuisti.nu.1.de prob. Ant. & Canonistæ in c.veniēs.el 1.de testibus.Ias.in l.1.§. si absent.n.9.ff.si ex noxali causa agatur. Hyp.in singu.112.Lud.Gomezius in §.in personam.n.23.& 24. Instit.de actionibus.Barth.de Chassan.in consuetudinib.Burgund.in tit.Des iustices. Reg.1.§.6.

Hanc regu.dupliciter limitat Soci.in Reg.421.& circa primam limitationem per eum ibi positam. vide Bernard.de Luco, qui cum ea dicit esse cōmunem opinionem,& sublimitat vno modo in regula 747.

Hanc regulam limitat sex modis,vt per Io.de Plat.in l. semel.nu.3.C.de re militari.libr.12.Viginti duas fallentias ad hāc regulam ponit Bonifacius de Vitallinis,in tract.maleficiorum.in tit.de probatione,& quot sunt genera probationum.num.18.Et triginta fallentias ad hanc Regulam ponit Specu.in titu. de teste.§.restat.nu.7.vsque ad nu.12.& in princ.vsque ad numerum 7.ponit viginti casus,in quibus requiruntur plures quàm duo testes. Alios quàm plures casus,in quibus vni testi creditur circa hanc regu.vide per Ias.in rep.l. admonendi.nu.187.cum aliis.ff. de iureiurando. P.Duen.reg.84.

¶ Cavsa simpliciter prolata,intelligitur de prima immediata.gl.l.si mulier.ff.rerū amot. gl.l.1. ver.te filio.in 5.opp.C.de pac.Dyn.c.priuilegiū. de re iur. 6.Bal.l. filiam.in 2.lect.ff.de senat.l.si cum dotē.ff. sol.ma.Abb.c.ex parte.de conuers.coniug.Old.cōs. 25.Tiraq.in reg.cessāte causa.lim.20.n.1.& seq.Bar. l.metus.§.sed licet.ff.quod met.caus. Med.re.3.

¶ Cavsa omnis regulariter est plenaria,& sic requirit plenum ordinem iudiciarium,hanc regulam firmat gl.in l.iudices.C.de iudic.sequitur Bar.in extra uag.ad reprimendam.in verbo, de plano.& dicit eam menti tenendam.Abb.in c.dudum.el 2.de elec. qui allegat tex.pro ea in c.quoniam frequenter.in prin.vt lite non contest.

Limita istam regulam duobus modis, vt per Abb.vbi suprà

ſuprà.Primò, vbi ſentẽtia modicum præiudicium afferret.Secundò, etiamſi afferat magnum præiudicium,dummodò ſit reparabile per aliud remedium citra appellationem. B.Dias.reg.72.

¶ CAVSA quælibet etiam iniuſta,& fatua, vel credulitas, licet excuſet à dolo,& eius pœna, ſecundum gl.ordin.in l.plagij.la 2.C.de plagior. per text.in l. igitur.§.1. de liber.cauſ.tamen illa fatua, vel iniuſta cauſa nunquam in delinquente præſumitur,niſi vehementibus coniecturis,& præſumptionibus comprobetur.ita nominatim tradit Bart.in l.inter omnes.§.rectè.de furt. Ange.in l.ſed & ſi.§.ſcire.de petit.hæred.Aret.in conſ.80.ſicut decet.verſu primo. M.Charianus.

Licet pro ciuili cauſa liber homo torqueri non poſſit. l.diuus. vbi Bar.de quæſtion.illud tamen procedit, vbi factum pro quo ciuiliter agitur,delictum annexum haberet.ca.1.de depoſ.& ibi not. Butr. Imol.& Panor.Alex.in conſ.77. vol.1. M.Charian.

¶ CAVSAM amittit aſſumens patrocinium potentioris,l.1.C.ne liceat potent.

Ampliatur in 3.caſibus, & limitatur.in 4.à Iaſ.in d.l.1. Ampliatur in 6.caſib.& limitatur in 10.à Pet.Duen. regul.88.

Fallit vt per Soc.reg.48.

Cauſæ continentia diuidi non poteſt coram diuerſis iudiciis,l.nulla prorſus,C.de iud.

Fallit in 6.caſibus, vt per Iaſ.in d.l.nulla.nu.5.

Cauſa omnis regulariter eſt plenaria, & ſic requirit plenum ordinem iudiciorum,gl.in l.iudices, de iud. Abb.in c.dudum,el 2 de elect.

Fallit in 2.caſib.vt per Abb.in d.c.dudum.

Cauſa matrimonij,vel ſimilis poteſt per ſecularem iudicem tractari quando quæſtio facti incideret,ſecus ſi iuris.Bar.in l.Titia,ff.ſol.matr.& hæc eſt communis opinio,vt dicit Abb.in c.cum ſit generale.de foro compet.

Fallit in 10.caſib.vt per Alex.in d.l.Titia.col.4.nu.8.

Cauſa eccleſiæ cathedralis non agitatur ſede vacante, no.in c.edoceri.de reſc.

Ampliatur in 3.caſib.vt per Fely.in d.cap.col.6.

Cauſa ciuilis,& criminalis terminari debet intra tempus ſtatutum,in l.properandum.C.de iudic.

Fallit in 4.caſibus, ſecundum Iaſ.in dict.l.properandum.fallit in 22.caſibus, ſecundum Marant.in ſpeculo aureo,in 5.part.princip.numer.6.refert Lãcil. in tract.de.offic.præto.in cauſis crim.in tit.de ſent. numer.2.

Cauſam Legatus remittere non poteſt ſublato iuris ordine,no.in c.ſicut Roma.de reſ.

Fallit in 5.caſib.ſecũdum Felyn.in d.c.ſicut Romana, numer.1.

Cauſa quando de iure canonico agitur ſecundum ius canonicum,non autem ſecundum ius ciuile iudicari debet, glo.& doct.in cap.quod clericis.de foro compet.

Fallit in 5.caſib.quos not.Soc.reg.40.

Cauſa conuentionis, & reconuentionis eadem ſententia terminanda eſt: cap.1.& ibi Doctor.extra de iud.

Fallit in 2.caſib.ſecundum Soc.reg.41.

Cauſa duæ lucratiuæ regulariter in eandem perſonam, & de eadem re concurrere nõ poſſunt,l.quoties,ff.de ſolu.l. omnes,ff.de act.& obl.§.ſi res aliena,Inſt.de leg.

Fallit in 5.caſib.vt per Soc.reg.42. Don.Fina.lib.3.

¶ CAVSAM habens ab eo pro quo fuit lata ſententia,talis ſententia alteri prodeſt & obeſt.l. hæredes. §.idem.ff.fam.herc.l.ſi ſuperatus.ff.de pig.idem eſt, quando abſolutoria lata in prima parit except.rei iudicatæ in alia atque iudicia ſunt eiuſdem naturę. l.ſi fundum.ff.de exce.add.ad Bar.l.1. C. res inter alios acta.Ale.l.ſæpe. n.76.ff.de re iud. Med.re.8.

¶ CAVSAE COGNITIO.L.a 73.Vlpianus lib.2.de officio proconſulis. a al.l.72. al.Iauolen.

Omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

Commodiùs præcedit præcedentem in Flo.& ver.Iunge l.105.vbicunque, de off.eius l.mandata.ſi tutores,de off.procon.l. 9.§.1. DESIDERANT.ſcilicet plenam.Et quæ nobili officio iudicis expediuntur, ne obſtet l.1.C.qui pro ſu.iu.de of.eius,l.pen.§.1. de ven.in poſ.mit.l.1.§.ſua de trãſ.l.8.§. ſi Prætor,§.ſed nec, C.de dil.l.à præcedente. LIBELLVM,ſcilicet ſupplicatorium,Bud.Alc.Liui.Ferra.Old.interpretibus.Ad fi.ſcilicet per iudicem.Cice.de legib.lib.2. C.de prędomin.l.minorẽ. Secus in Canonib.de of. ord.c.quod ſedes,& ibi DD.item in reſtitutione in integrum,C.vbi & apud quos,in fin.Iunge l.omnes, de in integrum reſt. contrà de iud.l.iudices. contrà de of.eius qui vicem al.l.ſuggerentem. Riiſvv.para.

¶ CAVSAE cognitio alicui cõceſſa, ſemel intelligitur tantum l.fi.§.ſi qua.ff.de bon auth.Iud.poſſid.Med. regul.3.

CAVSAE COGNITIO. Paulus lib.1.ad edictum.

Lex cv. al.cvj.

Vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur.

Ex prima parte vbi de iuriſdictione & poteſtate magiſtratuum. Viuiennus.

¶ CAVSAE duæ lucratiuę*regulariter in eandem perſonam,& de eadem re concurrere nõ poſſunt.l. quoties.ff.de ſolut.& in l.omnes.cum ſeq.de act.& obl. & Inſt.de legat.§.ſi res aliena. B.Soc.re.62.

ADDITIO.

*Lucratiuæ.Quæ autem ſint cauſæ lucratiuæ:vide Iaſ. Inſtit.de actio.§.nam ſi quis.

Primò fallit niſi ille non ſolùm habuit rem ex cauſa lucratiua, ſed etiam habuit eam reuocabiliter, quia tunc poterit eam habere ex alia cauſa lucratiua.

Secundò fallit in re,quæ non poteſt ad oculum demonſtrari.in l.Lucius.la 2.ff.de leg.1.

Tertiò fallit in alternatiuis,l. huiuſmodi.§.ſi Titio.el 2.de legat.1.

Quartò fallit vbicunque duæ cauſæ lucratiuæ haberent originem in perſonis diuerſorum,putà ſerui & domini, qui poſteà reducuntur ad vnum. caſus eſt not in l.ſi ſeruus.§.ff.eod.tit.

Quod procedit, niſi alicui debetur ex contractu ipſius ſerui:vt eſt tex.in l.quod ſeruus. ff.de ſolu.& in l.eum qui ita.ff.de verb.oblig.

Item limita,niſi res ſit verſa in vtilitatem domini:vt dicit gl.in d.l.ſi ſeruus.§.1.de legat.1. B.Soc.re.62.

¶ CAVSAE de partibus, in quibus extitit appellatum ad Papam, non dicuntur ad Curiam deuolutæ, nec in ea neceſſariò tractandæ:ſed in partibus remittendæ ſunt.Hæc reg.probatur in c.interpoſita.& in ca. cordi.§.poſt hæc de appell. Hanc eandem regulam per tex.ibi,ponit Francus in c.ſæpe.nume.15.de appella.& in c.Nicolao. num.5.eod.tit.Præpoſitus in d.c.ſæpe.num.1.& 15.& Domini de Rota in deciſ.1. in num.2.tit.de electione:in nouis.

Limita primò hanc reg.vt non procedat in cauſis maioribus, de quibus in c.quòd tranſlationem. de offi. legati. & in cauſis beneficialibus, ac ſpiritualibus, quæ

quæ sui natura in Romana Curia tractandę sunt: in quibus siue appelletur in partibus, siue à principio causæ huiusmodi inchoentur, in Curiam dicuntur bene deuolutæ, & ad partes non sunt vllo modo remittendę probatur in c. quamuis & in cap. 1. & in c. cupientes. de elec. lib. 6. & in clemen. causam. eo. tit. & in c. vt debitus. de appel. in fi. gl. in c. 1. in verb. deuoluta. de supplenda negligentia prælat. lib. 6. Hanc limitationem ponunt Domini de Rota, in decisione 1. in d. tit. de electione. in nu. 2. Philip. Fran. in d. c. sæpe. num. 25. & ibi præpositus. num. 16.

Limita secundò in causis clericorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum: quia tales per viam appellationis ad Papam cum negotio principali, & accessorio de facili, & quasi naturaliter deuoluuntur, vt est tex. in c. dilectis filiis. circa fin. ibi, ex parte decani, cui etiam officiali duxerat deferendum, &c. de appel. & non loquitur in causa beneficiali.

Tertiò limita non procedere quando appellatum fuit à grauamine, & à causa commissa in Curia constitit legitimè appellatum: quia tũc cognitio totius principalis negotij censetur deuoluta, & in Curia est tractanda, vt in capit. vt debitus. de appel. imò etiam, quòd pronuntiaretur malè appellatum, nihilominùs causa huiusmodi quo ad principale negotium in Curia remanet: quia propter appositionem manus Papæ & ex antiquo stylo ipsius Curiæ causa semel in ea commissa non exit, nec vlterius ad partes remittitur: vt inquit Rota in decisio. 3. & in decisione 43. in titu. de appel. in nouis. secundum nouam impressionem: & secundum antiquã in decis. 11. & in decisio. cccxxj. & in dicta decis. 1. in tit. de elec. Bald. in l. si vt proponis. num. 16. C. quomodo, & quando iudex. Fel. in c. quoniam Abb. num. fi. in fin. de offic. deleg. Abb. in cap. Nicolao. num. 6. de appel. Dec. in cons. dclxxxix. num. 13. & propterea licet appellatio desereretur, nihilominus negotium semel deuolutum non tollitur, nec reuocatur per desertionem, ita Rota in decisione xvij. in tit. de appel. in nouis, secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decisio. cxiiij. Ægidius de Bellamera in decisione 520. quamuis ad effectum, vt Auditor appellatione deserta in negotio principali cognoscere possit foret necessaria specials cõmissio, secundum Dominos de Rota in dicta decisione xvij. & in decisione 2. & in decisione 61. in ti. de appel. in ãtiquis, secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decisio. 5. & decisio. 604. Gome. in regula de triennali possessore. q. 54. Quod intellige, nisi ex aliqua rationabili causa ipsi Papæ aliter visum fuerit, scilicet si causa modici momenti fuerit, seu pauperum vel miserabilium personarum quæ expensas, quæ fiunt in Curia, pati non possent. Nam is natura mouetur ad miserendum, vt inquit Ioan. And. in c. significantibus. de officio deleg. facit tex. in ca. 1. in fine de postulan. quæ in proposito notabiliter adducit Ioan. Staphylæus in tract. de gratiis expectatiuarum. in c. de rescriptis. in forma breuium: incipienti, Post commissiones. nu. 55.

Quartò limita, si litigatores fuerint in Romana Curia præsentes, quia tunc altero ex ipsis litem mouente dubitandum nõ est quin causa sit in Romana Curia tractanda. Ratio est, quia Roma est communis patria: l. Roma. ff. ad municip. ita tenent Domini de Rota in decisio. xix. & in decisione xxj. in decisionibus de Bisigneto, sub tit. de appel. facit glos. in c. 1. de appella. in 6.

Quintò limita in causis in Romana Curia ex speciali mandato Papæ commissis: cũ isto casu de deuolutione minus sit dubitãdum, & nunquid causa sit in Curia tractanda postquam de speciali mandato Papæ constat: quia huiusmodi specialis commissio satis deuoluit: vt est decisio Dominorum de Rota 6. in tit. de dolo, & contumacia: in nouis secundum nouam impressionem: & secundum antiquam. 169. Ægidius de Bellamera in decisio. 676. de quo vide Cassiadorum in decis. 2. in fi. tit. de procura.

Sextò limita si à sententia definitiua fuerit ad Papam appellatum, cùm isto casu, si iudex non defert, deferant iura. vt in l. quoniam iudices. C. de appella. & in l. si cuius. C. de appella. recipi. & in Auth. de iudicibus. in §. nostros. nam ob eius reuerentiam deferenda erat: vt in cap. veniens de iureiur. etiam si interponerentur à laicis Papæ temporaliter non subiectis: vt in c. duobus. de appella. in fi. imò iudex non deferens puniri debet, vt in c. de priore. eod. tit. ita tenent Domini de Rota in decisione 50. in titu. de appel. in nouis, secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decis. 366. & in decis. 61. in ti. de appella. in antiqnis. secundum nouam impressionem: & secũdum antiquam in deci. 605. Cassiadorus in decis. 8. in tit. de appel.

Septimò fallit si appellatio à grauamine, vel aliàs quomodocunque ad Papam interposita fuisset à iudice acceptata: quia tunc per dilationem, seu acceptationem huiusmodi omnis cognitio transfunditur in Papam, & iudici taliter deferenti non est vlterius remittenda: vt in d. ca. cùm appellationibus. de appellat. in 6. licet Specul. in titu. de appella. in §. qualiter. num. 25. super hoc variauerit. Istam opinionem tenent Domini de Rota in decisio. xlix. in titu. de appella. in antiquis, secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decis. 537. iidem de Rota in decisione 16. & 21. in titu. de appella. in decisionibus de Bisigneto, & sufficit quòd vnus ex pluribus iudicibus deferat ad effectum illum deuoluendi: vt tenent Domini de Rota in decisione ix. in titu. de appella. in illis de Bisigneto. & in decisione lv. in tit. de appel. in antiquis secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decisione cccccl xix. Pet. Duen. reg. 85.

¶ CAVSAE à sede Apostolica debent committi personis existentibus in dignitate. Hanc regulam probat tex. in cap. statutum. in prin. de rescrip. lib. 6. & ibi gl. & in Cle. 2. de rescript. & ita tenet Abb. in ca. suspicionis. num. 9. de offi. deleg. Alexan. in cons. 77. num. 5. vol. 2. idem Alc. in rub. ff. de officio eius. n. 3. & ibi Ias. num. 5. Sebast. Vantius in tract. de nullitat. sententiarum: in rub. x. de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ. nu. 66. cum seq.

Hanc regulam ponit Ludo. Gome. in d. ca. statutum. in nu. 60. in fi. vbi vsque ad nu. 78. eam ampliat nouem modis. & nu. 78. vsque ad numerum 85. limitat eam 4. modis, posteà ponit alias xcix. in proposito, vsque ad numer. 89. P. Duen. re. 83.

¶ CAVTELA futurorum pertinet ad iudicem tam in generalibus quàm inspecialibus iudiciis, vbicunque id æquitas suadet. colligit Bal. ex l. 58. pro socio arbiter. Pro soc. Riisvvich.

¶ CAVERE de iudicio sisti tenetur ille, qui immobilia nõ possidet. l. sciendum. ff. qui satisd. cog.

Primò fallit, vbi quis esset positus in carceribus: quia non tenetur cauere, vt not. Ang. in d. l. sciendum. & idem not. ipse Ang. in l. sed si procur. ff. de procur. secun-

Secundò fallit in mercatore, qui possideret multa mobilia, & esset intricatus nominibus debitorum, cui de facili non est recessus possibilis propter multitu nem mercantiarum, vel grauitatem ipsarum, not. Ang. in d.l. sciendum. præalleg.

Tertiò fallit in causis summariis, vbi potest procedi si ne lite contestata, & ad diffinitiuam lite non contestata perueniri potest: quia tunc satisdare non tenetur. ita not. etiam Ang. in l. Inlianus. in fin. vbi po nit rationem. ff. qui satisd. cog. & omnino vide per eum in d.l. sciendum. B. Socin. re. 62.

¶ Cautio omnino nuda est inefficax tam de iure ci uili quàm etiam canonico, vt probat text. in l. cùm indebito. ff. de prob. & in c. si cautio, de fide instr.

Amplia præmissam regulam procedere non solùm in promissione vel confessione simplici redacta in publicum instrumentum, sed etiam si esset per simplicem promissionem vel scripturam priuatam, vt est glos. in d.l. cùm indebito.

Amplia vt non solùm procedat, quando est nuda promissio, sed etiam si interuenisset stipulatio, videlicet promittis: promitto, quia si non est expressa causa non oritur obligatio. Ioan. Andr. in addit. Spec. in ti tu. de conf. in §. nunc videndum. versi. sed quæ est ra tio. Roma. in l. generaliter, de verb. oblig.

Primò fallit in 3. casibus relatis per Soc. in reg. lxvij. vl tra quem plures pone casus.

Secundò fallit quando dico, promitto tibi donare decem: nam tũc liberalitas donantis est causa promissionis, vt est tex. in c. j. de donat.

Tertiò fallit in piis causis, argum. tex. in c. fi. de succes. ab intest.

Quartò fallit in confessione liberatoria. l. tale pactum ff. de pact. vbi Bart. post glos. ibi.

Quintò fallit in confessione reali, quia rem meam cõ fiteor tuam esse non adiecta causa, mihi præiudicat confessio, quia ex hoc surgit habitus pro derelicto. ff. pro derelicto, per totum. & l. si quis vi. §. differen tia. ff. de acq. pos. & Spec. in tit. de confes. §. nunc videndum. versic. in summa. & versic. quid si confiteor rem meam, &c.

Sextò fallit in vltima voluntate, in qua nuda confessio inducit legatum. l. Lucius. §. quisquis. ff. de leg. 2. & l. 1. & 2. C. de fals. caus. adiec. leg.

Septimò fallit quoad semiplenam probationem. Spec. titu. de confes. §. nunc videndum.

Octauò fallit in confessione geminata. Roma. l. nuda. ff. de donat.

Nonò fallit in confessione facta in instrumento garẽ tigionato. Bald. l. sicut. C. de repud. hæred.

Decimò fallit, quando concurreret personarum con iunctio & paruitas rei, siue causæ permissæ, quia tũc præsumitur donatio, secundum Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. arg. tex. in l. si seruus commu nis. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Vndecimò fallit, quando aliqua liberalitas stipulantis anteà præcessisset: quia tunc promissio intelligitur facta gratia remunerandi, vt voluit Bald. in Rubr. C. de confes. per tex. in l. si verò. §. idem Papinianus. ff. mand. Imo. in l. si fundum certo die. ff. de verb. obl.

Duodecimò fallit, quando esset claus. ex certa scientia: nam tunc donatio præsumitur, secundum Paul. de Cast. in l. hoc iure. de verb. oblig. & voluit Imo. in l. à Titio. ff. de verb. obli. & idẽ Pau. in l. diuortio. eo. tit. Alexand. in l. cùm de indebito. ff. de probat.

Decimotertiò fallit, quando stipulatio haberet causam satis persuasiuam, vel impulsiuam, licet non sit obligatoria, sed finalis. secundum Bal. in d.l. genera liter. in 4. q. & in l. pactum dotali. in 17. q. C. de collat. Hæc ex Fel. in capit. si cautio. vbi materia amplè per doct. tangitur, de fide instr. S. Ian.

¶ Cavere quis pro modico non tenetur. c. per vestras, de donat. Ioan. Anan. c. si proponente, de rescr. Arch. c. non potest. de præb. 6. Hen. c. si quæstiones. de simon. not. l. quãuis. ff. vt in pos. leg. Tyra. in tract. de iud. in reb. exig. non fer. nu. 28. Med. regu. 5.

¶ Cautio. Pomponius lib. 11. ad Sabin. †Lex 25. Plus cautionis est in a rem quàm in personam.

Addit. †al. 28. a in re. in P. Flor. in persona.

Huic æquipollet, melius est pignori incumbere, quàm in personam agere. facit text. in §. neque autem. in auth. de mand. princip. Viuiennus

¶ Cautio. Contractus. L. 26. Pomponius libro 11. ad Sabinum.

Plus cautionis in re est quàm in persona.

Cautionis, id est, securitatis datis pignoribus. Hieron. Fran. & Alciatus in l. habere licere. sup. tit. 1. Insti. de ob. quæ ex delict. nascun. §. fur. de furtis, l. duodecima. §. final. sic non obstat de rei vendi. l. fi. iuncta l. actionum genera, de ac. & ob. Re. id est, in pignus, de sup. leg. l. legata. §. final. idem in pactis, actionibus, & priuilegiis. de pact. l. & hæredi. §. fina. 12. l. Idem. §. 1. ad Trebel. l. 1. §. si hæres. Instit. de iure natur. §. sed & quod. Hinc de vsuris. l. bene. & Auth. de mand. princ. §. neque autem. Huc pertinet illud Martialis,

Cùm rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis,
Idem si pro me spondet Agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri Thelesine sodali,
Credis colliculis, arboribúsque meis.

Ratio, C. de hęredib. instituend. l. quotiens, solu. matri moni. l. 12. l. 13. inf. l. priuilegia. 157. de pig. l. si fundũ, §. in vendicatione. 16. l. pignoris. de ac. & ob. l. est in arbitrio, de pign. ac l. si necessarias. §. de vendendo, de pact. l. 7. §. pactorum, de prob. l. si pactum, dicta l. actionum genera, ad Trebel. l. prima. §. si hæres præ cepto, de contrahen. empt. l. fin. §. fin. de seruit. rust. præd. l. cum fundo. de censib. l. tertia. §. fin. l. forma. §. quanquam. 4 Exc. de petit. hær. l. Diuus. §. penultim. de iud. l. si debitori. & ibi Ang. & hic Pyrrh. qui & prætoria excipit. arg. l. 1. §. an pignoribus, de col. bon. l. secunda. §. si legatarij, quorum legatorum. Apud quem plures sunt exceptiones. Riisvvich paratit.

¶ Cautio, & Satisdatio.

In his casibus cautio vel satisdatio desideratur.

In Instit. de adopt. §. cùm autem.
In Instit. de vsuf. §. consti.
In instit. de offi. iudicis. §. 1.
C. de vsufr. l. 1. & 3.
C. de rei vx. act. l. rem præsenti. §. cùm autem.
C. de vsuris. l. aduersus.
C. quor. legat. l. 1.
C. de solu. Aut. nisi.
C. de leg. l. si in fraud. & l. vlt.
ff. de adopt. l. nec ei. & l. non aliter.
ff. quod met. caus. l. si cùm. §. aliquã. & §. quot. & l. Iulia pu. §. 1.
ff. de mino. l. patr. §. 1.
ff. de vsufr. l. si cuius rei.
ff. de pe. hær. l. si possessor. §. 2. l. si quid. §. illud.
ff. de vsuf. quemadmodum cau. l. 1.

ff. de rei vend. l. nisi verò nõ solum. l. si post.
ff. de seruit. l. quot.
ff. fam. herc. l. & puto.
ff. si quadrupes pauperiem. l. 1. §. pen.
ff. ad l. Aquil. l. si seruus. §. si fur. §. inquit.
ff. com. diuid. l. si socius. §. cum socio.
ff. de eo quod cer. loc. l. quod si. §. 1.
ff. commod. l. si is qui. §. 2.
ff. de peculio. l. quot. §. si semel.
ff. quando act. de pecul. l. 1. §. annali.
ff. depos. l. si plures. & l. 1. §. si pecu.
ff. pro socio. l. si vnus soci.
ff. man. l. si procura. §. vlt. l. si mandato.
ff. de contrah. emptio. l. quod sæpe. §. si res.
ff. locati. l. sed addes. §. inquili.
ff. de solut. l. cùm quis. §. 1.
ff. de leg. 1. l. ita si sic. §. 1.
ff. de dam. infect. l. qui bona. §. vlt. eorũ qui. §. 1.
ff. de adult. l. si adulter. §. vlt.
C. de fideicommis. l. 3.

In his casibus non desideratur.
ff. de pet. hæred. l. si qui.
ff. de rei vend. l. si ambo. si verò. & ex §. penult.
ff. commu. præd. l. causam.
ff. fam. hercisc. l. si pignori.
ff. depos. l. si sine.
ff. de pecul. l. quoties. §. si semel.
ff. de dam. infect. l. qui bona. §. vlt.
ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. l. 3. §. filium.

Hæ duæ Rubr. commodissimè soluuntur, vbi quis desiit sine dolo etiam posse soluere, si remanet obligatus, tenetur cauere, in quo casu prima Rubr. loquitur: si desiit esse obligatus, non tenetur, & in hoc casu contraria Rubr. loquitur.

Secundò limita, quando esset consuetudo quòd pro sumptibus, seu expensis prædicti sit contributio facienda per omnes subditos vt tenet Hostiensis, Anto. de Butr. Anchar. Cordin. & Panor. in d. c. vt præteritæ. Calder. in cons. 3. in titu. de censibus per tex. in c. conquęstus. 9. quæst. 3. vbi dicit tex. iuncta. glo. in verb. consuetudo. quòd ratione consuetudinis potest aliquid peti. Facit tex. in c. fin. 18. quæst. 2. vbi text. dicit quòd monasteria debent exhibere episcopis consueta. seruitia & ibi glos. 2. dicit quòd consuetudo inducit annuas præstationes: & sic omnes Docto. supradicti dicunt, quòd si apparet de consuetudine, illa est seruanda, quæ est optima legum interpres: vt in c. cùm dilectus. de consuet. quam limitatio. sequitur Nicol. Boer. in d. decis. 134. numer. 7. Remigius de Gonny. in tract. de charit. subsidio. q. 6. P. Duen. reg. 89.

¶ Charitativum subsidiũ exigi nõ potest vltra taxam, nec valet consuetudo contraria: & hodie est taxatum charitatiuum subsidium per Extrauagan. Vas electionis. in tit. de censibus. in Extrauagan. cõmunibus in §. præmissis quoque. de qua extrauagãti facit mentionem Nicol. Boerius in decisione 134. nume. 10. Remigius de Gonny. in tract. de charitat. subsidio, quæstio. 16. Circa quam regulam vide Afflict. decis. 136. Gramma. in decisione 88.

Hanc regulam ponit Bartholomęus de Belencinis in tract. de charit. subsidio. quæstio. 62. Facit pro ea glos. in d. §. præmissis. in verbo, vel consuetudine. vbi Papa videtur reiicere, & improbare talem consuetudinem: facit text. com. gloss. in verbo, consuetudinis. in capi. dilecti. & ibi Hostien. & alij, de maior. & obedien.

Fallit primò, nisi talis consuetudo esset antiqua, & tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium: quia talis consuetudo inueterata habet vim priuilegij à principe concessi. ca. super quibusdam. in §. præterea. de verborum significatio. & in l. ex hoc iure. in §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & ita tenet Abb. in consilio 61. vol. 2. Et hanc limitationem quòd consuetudo inueterata habeat vim priuilegij. intelligo veram in capaci: secùs tamen in incapaci: vt declarat Hippol. in sing. 80. Petr. Rebuffus in tract. de decimis, quæstio. 13. nu. 68. Felin. in c. accedens. nume. 6. in 2. limitat. & in cap. causam quæ. numer. 2. de præscriptio. & ibi Abb. idem. Abbas in c. quanto. notab. 1. de consuet. Hierony. Gratus in consilio 6. numer. 20. volum. 1. Francisc. Balb. in repetit. leg. Celsus, numero 10. ff. de vsucap. & supradicta consuetudo non solùm habet vim priuilegij, sed habet vim legis: vt in l. 1. in §. fina. ibi, vetustatem legis obtinere. & in l. in summa. in principio. ibi, vetustas quæ semper pro lege habetur. ff. de aqua pluuia. arcend. Circa quam limitationem est notandum quod dicatur spatium tanti temporis, cuius initij memoria non stat in contrarium. Cyn. in l. 2. C. de seruit. & aqua. numero 9. in 9. quæstio. dicit quòd spatium tanti temporis, cuius initij memoria non extat dicitur spacium centum annorum: quam opin. sequitur Cæpo. in tract. seruit. vrbanorum prædio. capitu. 19. in prin. Rebuf. in tract. de decimis. quæstio. 13. numero nonagesimoquarto. Bertachin. in repertorio, in verbo, præscriptio. el 2. Chassan. in consuetud. Burgundiæ. titu. de iustices. Rubr. 1. §. secundo, numero 8. Curt. Iunior, vbi allegat alios Doctores in consilio 68. numero 1. licèt cõtrarium teneat Felinus, fortè malè per supradictas auctoritates in cap. ad audientiam. numero vigesimoseptimo, de præscript.

Secundò limita, nisi esset consuetudo generalis quòd prælati exigerẽt, seu reciperent charitatiuum subsidium à subditis vltra taxam dictæ extrauagantis quod intelligo de consuetudine generali vniuersalis ecclesiæ, per text. in cap. contra morem. 100. dist. quam Papa scit, & tolerat: vt per Oldrad. in consilio 254. numero 8. & 26. ita etiam tenet Bartholom. de Belencinis in d. quæstio. 62. Remig. de Gonny. in allegato tract. de charitatiuo subsidio, quæstio. 16. in fi. & in quæst. 18. in fine. P. Duen. reg. 90.

¶ Charitativum subdium non possunt petere inferiores episcopi. Hanc regulam originaliter teнuit expressè Abb. antiquus an capitu. cùm Apostolus de censibus. per tex. in d. cap. cum Apostolus. in §. prohibemus. in fi. in versic. Archidiaconi siue decani nullas exactiones siue talias in presbyteros exercere præsumant. reprobata gloss. in verbo, exactiones. Hanc opinionem tenet etiam Archidia. in cap. iuxta sanctionem. in 16. quęst. 1. num. 1. Host. in d. §. prohibemus. Abb. in d. c. cùm Apostolus. numero 6. Belencinus iu allegato tract. de charitati. subsidio. quæstio. 4. Hanc opinio. dicit esse communem Nic. Boer. in decisio. 133. num. 2. eandem dicit etiam communem Chassan. in consuetu. Burgund. in tit. des iustices. Rub. 1. §. 4. nume. 6. eandem opinionem tenet Ioan. Maurinus in repet. l. vnicæ. C. de mulier. & in quo loc. munera subire solcant. libr. 10. quæ opinio approbatur hodie de iure Regio in l. 3. in tit. 23. parti. 1.

Fallit primò in casu, vbi laicus domino suo subuenire teneretur, secundum collecta in capit. conquerente numero quinto, de offic. ordina. quem sequitur Remigius de Gonny. in tract. de charitatiuo subsidi. oquæstio 28.

Secundò limita nisi in hoc sit priuilegiatus, vel habeat consuetudo: ita tenet Host. in d. capit. cùm Apostolus. & ibi Henric. Bohic. numero 5. & Abb. numero 6. Boer. in d. decis. 133. nume. 2. Ioan. Mauritius in dicta repetitione.

Tertiò fallit, nisi isti essent superiores, & capita alicuius ordinis, vt Priores generales toti' ordinis: tenet id Calderin. in cons. 3. in tit. de censibus. quem sequitur Chassanæ. vbi suprà, nnme. 28. Boer. in dicta decisione 133. numer. 3. & sic sit fecit magnas expensas in promotione pro communi vtilitate religionis, poterit exigere charitatiuum subsidium à tota religione, si non potest soluere de bonis prælaturæ.

Quartò

Quarto fallit in ecclesiis patronatis: nam debent subuenire dominis suis: & sic possunt petere charitatiuum subsidium. ita tenet Innocen. in cap. cùm & plantare de priuilegiis. numer. 2. quod est verum interueniente episcopi consensu: quod etiam sequitur Anto. de Burt. ibi numero 19. & ibi etiam Anchar. num. 12. P. Duen. reg. 91.

¶ Circumventio. L. a 50. b Vlpi. lib. 35. ad edict. Addit. a al. Pau. b. al. 49.

Alterius circumuentio alij non præbet actionem.

Ex tractatu de tutelis, iunge de acquirēda poss. l. quod ser. in fin. de exc. do. l. 4. §. quęsitus. §. illa. §. quę in tutore, si proc. quod vi. l. is qui in puteum. §. si tutoris, Authentic. 114. Exc. de ac. pos. §. quòd si Ratio. C. de Iudæis. l. nemo exterus, sup. l. culpa, infr. l. iure naturæ. Reg. 6. c. locupletior. infr. l. factum. 198. de do. ex l. si proc. 2. de con. in. l. si proc. §. Celsus, quæ in frau. cred. l. si pater. Exc. De eo par quem. l. fin. in fin. arg. C. de pac. l. debitorum. Riisvvich. paratit.

¶ Circumventio. Vlpian. lib. 35. ad Edict. Lex xlix. al. Paul. al. lex.

Alterius circumuentio alij non præbet actionem.

Quia ille cui actio acquiri debet non videtur consentire illicitis Et est ex tractatu de tutelis hæc regula desumpta. facit item l. procuratori. versic. quod si in debitum de condi. indeb. l. 2. §. si procurator. sup. Quod quisque iur. vbi procuratoris vel tutori tuo circumuentus promisi vel condemnatus fui: aut nullam habes actionem, aut excluderis per exceptionem. Viuiennus.

¶ Circumventio. l. 50. Alterius.

¶ Circunstantiae. Vide iudex. Riisvvich.

¶ Circvitus sunt euitandi. l. singularia. ff. si certum peta. l. dominus testamento. ff. de cond. indebiti. l. fina. C. de adoptio. Cle. auditor. de rescrip. in Clement.

Fallit primò in l. 2. in princip. ff. ad l. Rhod. de iact. vbi damnum passus agit cum magistro, & magister cū vectore, & sic fit circuitus.

Fallit 2. in l. vsusfructus, in prin. ff. quemadmodum vsusfructus caueatur. vbi vsusfructuarius cauet domino, & fideicommissarius fructuario, & sic cum circuitu. Don. Fin. lib. 5.

¶ Citare iudex testes non debet facere quando sumus in modicis, vt expendatur plus in adeundo quàm sit valor causæ. l. mediterraneæ. C. de annon. & trib. libro 10. l. seruus. C. de pign. act. sed tunc iudex delegabit examinationem. l. generaliter. §. his præsentibus. C. de reb. cred. Rot. Decis. 686. Crau. cons. 162. num. 16. Medic. reg. 5.

¶ Citari non debet præsens in iuducio, vide infrà in verbo, præsens. B. Socin. reg. 72.

¶ Citari reus si debeat ter vigore statuti non sufficit vna citatio pro tribus, etiam peremptoria, sed requiruntur tres separatæ diuersis temporibus factæ, quia quando geminatio actus requiritur, fieri debet cum interuallo temporis. Bald. cap. ex literis. de const. Docto commun. l. si certis annis. C. de pactis. vbi Ias. numer. 6. gloss. 3. clemen. 1. de vita & honesta. clerico. Abb. cap. 1. de concess. præbend. Ioan. And. in addit. ad Specul. in Rubri. de cleric. non residen. gloss. capitu. 1 de Mil. vas. qui contumax est. gloss. capitul. 1. §. fin. de pac. iur. firm. Bald. l. receptitia. capitu. de const. pec. Angel. consil. 195. Ripa Rubric. de verbo. obligatio. numero 30. Decis. Ped. 39. num. 16. Medic. reg. 3.

¶ Citari quis non potest, vt personaliter compareat: quoniam liberum esse videtur citato comparere per procuratorem, vt in cap. querelam. de procur. & in l. 1. ff. eodem titu. & not. in cap. 1 de iudic. libro sexto. & in l. fin. C. de procurat. circa quam reg. vide Bern. de Luc. in prac. capit. 112. Mat. de Afflict. in constitu. Neapol. libro 1. rubric. 96. numero 14. & 50. Paul. Paris. vbi limitat. 3. modis, in consil. 120. nu. 1. Hanc regulam amplia 4. modis, & limita 8. modis, vt per Maria. Soc. in tract. de citatio. artic. 20. num. 25. vsque ad num. 39. Duen. reg. 95.

¶ Citari non potest re nec verbo, existens extra territorium citantis. Hanc regulam descripsit Ang. in sua disputatione, incip. Bononienses quem refert Fel. in c. fin. de foro competenti.

Limita decem modis, vt per eundem Felin. quorum sex habuit ab Angel. vbi suprà, vt ipse fatetur. B. Dias. reg. 75.

¶ Citari si quis faciat aliquem simpliciter, eo ipso intelligitur eius persona habilitata, ita quòd si esset filiusfamiliàs, qui non potest esse sine consensu patris in iudicio, vel seruus, vel aliàs inhabilis, videtur eius persona habilitata: doctrina est Innocen. in capit. cùm inter. de exceptio. quam tenet notab. Bald in l. cùm mulier. ff. solu. matrimo. Imo. & Moder. in l. si pro lusorio. §. fin. ff. de appellatio. quos refert sequendo Ias. in l. fina. C. de edict. diui Adrian. tollen.

Limita singulariter quando talis esset citatus cū clausula, si sua putauerit interesse. Ita tenet Bal. in dict. l. fin. in 5. quæst. quod ibi refert, & commendat Ias. & hoc dicit seruari per procuratores practicos: & referūt Pau. & Rom. idē tenentes, & eundē Bal. in alio diuerso loco. & idem tenet Cæpo. in cautela 203. incip. si fecit aliquem citari. B. Dias. reg. 76.

¶ Citari ad vnumquenque actum debet is, cui potest præiudicari. text. est in l. de vnoquoque. ff. de re iudicata. text. est etiam in l. nam ita diuus. ff. de adoptionibus.

Amplia hanc regulam vnico modo, & limita nouem signandis modis, vt per Vldaric. Zas. in d. l. de vnoquoque. B. Dias. reg. 77.

¶ Citari debet, qui prætendit interesse, & sic pars, cui ex actu potest præiudicari, ad validitatem processus & pro ordine substantiali: aliàs actus non valet. Hanc regulam probat text. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. in l. fin. C. de legit. hęred. in l. tres denuntiationes. C. quomodo, & quando iudex. in l. si quando. C. de. testib. in c. 2. & in c. dilecti. eodem tit. in c. dilecta. de sent. excommun. in c. Romana. de appellat. libr. 6. in c. cōstitutionum. de senten. excommu. eodem lib. in clemen. sępe. de verbo. signific. in clemen. pastoralis. de re iudic. in c. porrò. de diuortiis & ibi gloss. in capit. ecclesia S. Mariæ. de constit. & ibi gloss. in capit. 1. de causa posses. & propriet. in cap. quoniam contrà. de probat. in c. nos in quemquam. & in c. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. & sic ille, qui vult litigare contra aliquem, ante omnia debet citare suum aduersariū, aliàs processus non valet: quia citatio est inuenta de iure naturali: & est species defensionis: & nullo modo potest omitti, etiam per principem, vt est tex. in clem. pastoralis. in §. ceterùm. de re iudi. ita tenet Bald. in l. cùm fratrem. in fi. C. de his quibus vt indignis. Alexand. in consi. 5. vol. 2. num. 2. Ias. in l. 2. quam legit cum l. 1. C. quando libellus principi. datus & in l. rescriptum. in 2. notab. ff. de pact. pro quo facit quod dixi in Regula 43.

Circa

Circa hanc regulam vide Thomam Grammaticum in decisione 65. Francisc. Niconitium in repetit. c. quoniam contrà. in verbo, citationes. nume. 49. Pau. Paris. in consil. 1. nu. 32. volumi. 1. & melius, quàm alibi Sebastia. Vantium in tract. de nullitate sententiæ, in Rub. 12. de nullit. ex defectu citationis. pe totam.

Hanc regu. cum. 11. limitationibus, ponit Socin. in reg. 20. in posterioribus. Hanc etiam ponit Zasius cum vna ampliatione & 9. limitat. in l. de vnoquoque. n. 10. cum aliis. ff. de re iudic. quem refert Bern. de Luco, cum aliis limitationibus, in regu. 77. Hanc regulam cum 12. ampliatio. & 60. limitatio. ponit Hippol. in d. l. de vnoquoque. num. 8. vsque ad num. 123. Hãc etiam regulam cum 7. limita. ponit Catellian. in verbo, citatio. Hanc etiam regulã cum 45. ampliatio. & 35. limita. ponit Marian. Socin. in tract. de citatione. artic. 7. per totum.

Quam regulam in sententiis etiam habere locum ponit Bernar. de Luco, in reg. dclxxiij. per tex. in d. canos in quenquam. & in d. c. Deus omnipotens. & in d. c. 1. & de causa posses. & propri. quã limitat secundum eum ibi. Ias. 19. modis, in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. num. 23. ff. de offic. Proconsul. & legati. Eandem regulam limitat aliis 19. modis Francis. Niconitius in repet. c. quoniam contra. in gl. in verbo, citationes. nume. 54. vsque ad num. 97. Eandem met regulam limitat 115. modis Ant. Nicellus in cõcordantiis glossarum concordantia 52. numer. 224. vsque ad nu. 371. & in repetitione testium, vt in ca. 2. de testibus. Ponit regulam cum 6. limitationibus Rom. in sing. 364. Soc. cũ 9. in re. 406. P. Duẽ. re. 92.

CITANS aliquem, qui non sit iurisdictionis suę, ille cõparere * non tenetur, nec contra eum, siue veniat, siue non procedere potest in l. non nocet. ff. de iudic. & per Doct. in c. 2. de dilat. B. Soc. reg. 91.

ADDITIO.

* Comparere adde Felyn. in c. veniens. ver. in ea glo. ibi, non est. de accusat.

Primò fallit, quando citatus coram eo comparuisset, & lis fuisset contest. nec esset necessarium in iure nec in facto: cùm tunc eius iurisdictio prorogetur in tãtum, quòd contra eum potest procedi ad diffinitiuam sententiam, quam exqueretur suus iudex, extrà de foro comp. c. postulasti. & si ille postquàm venit, recedit illicentiatus, poterit puniri ex contumacia, secundum Innocen. in d. capitu. 2. de dilat. pro quo facit quod not. extrà de offic. deleg. cap. fin. & cap. 1. extrà, de iudiciis. vbi de his, de quibus etiam in l. 1. & 2. ff. de iudiciis.

Secundò fallit, quando ipse extrà territorium existat, & fuisset citatus ab eo expressa causa in citatione, quæ si esset vera, conpeteret iurisdictio, vt quia dixisset in ea quoniam in suo territorio contraxit, vel deliquit, vel ibi sita est res, de qua agitur: cùm tunc ipse citatus comparere teneatur, si habeat res in territorio citantis, aliàs petatur contra eum procedere ad missionem in possessionem illarũ rerum: quia tũc talis citatus arctatur ab eo, à quo ipsa res decernenda est: vt est tex. expressus in cap. Romana. §. cõtrahentes. extrà, de foro compet. in 6. secundum Anto. per hoc quod tenet in c. 2. de dilat. quicquid dicat Innocen.

Tertiò fallit, quando ipse citatus inuẽtus fuisset in ipso territorio citantis: cùm tunc parere teneatur si citetur ex tali causa, quæ si esset vera, conpeteret, iurisdictio, vt suprà: adeò quòd si non compareto, poterit excommunicari, & puniri per ipsam cõtumaciam: imò & per ipsum iudicẽ procedi poterit super causa principali: si sit talis causa, in qua procedi poterit lit. non contest. & si procedit, valebit processus. B. Socin. reg. 91.

CITANS aliquem de sua iurisdictione, si ille non compareat excommunicari potest, & alium. in possessionem mittere. l. in possessione. ff. ex quib. caus. in pos. eatur. & per Doct. in c. 2. de dilat.

Primò fallit, quando in citationibus exprimitur aliquid iniustum, vel inhonestũ, vel tale propter quod certum est, quòd contra eum qui agit competit exceptio dilatoria, vt si citetur quis vt respondeat spoliatori nel seruo, vel excommunicato, vel alij personæ, quæ in iudicio stare nõ posset, vel die feriata: cũ tunc citatus comparere non teneatur, ex quo citatio continet expressum errorem extrà de sentent. excommun. c. per tuas. secundum Innocent. in d. c. 2. de dilationibus, quod procedit etiam si talis iniustè possit habere talem excusationẽ, vel dubitationem: vt est si citetur dominus, quòd respondeat seruo suo, qui potest de eo quandoque conqueri, vt de iniuria: vt Institu. de his, qui sunt sui vel alien. iur. §. fi. sufficit enim, quod conueniat in istum secũdum Communem relationem cursorum nõ attento causali euentu: & hoc nisi adiiciat causam excusationis illius iniustæ, secundum Innoc. in d. c. 2.

Secũdò fallit, si sit notorium ipsi iudici, & aduersario, quòd ipsa citatio contineat quod sit iniustum, vt est si citetur quis ad locum notoriè non tutũ: cùm tunc comparere non teneatur. l. non videtur. ff. de iudic. Imo. in d. c. 2. ad hoc d. c. pastoralis. §. Pisana. de re iud. secundum Ioan. And. in d. c. 2. qui post Innoc. dicit, quòd si tunc non compareat, & contra eum proceditur, tutus erit exceptione doli contra aduersarium, qui obtinuit, etiam si in possessionem missus sit argu. l. si reus. ff. de eo. per quem factum erit. licet prudẽter faciet si simulabit ægrotare. v. q. 4. si ægrotans secundum Innoc. in d. ca. 2. de dilat. & Io. And. pro quo facit extrà, de offic. iud. c. 1.

Tertiò fallit, quando ipse citatus fuisset iusto impedimẽto detentus, cùm citatio nõ arctet eũ ad comparendum, si iudici hoc fuit notum. ff. de re iud. l. quæsitum. extrà, de procur. c. querelam aliàs, si arctabit in tantum quòd poterit contra eum procedi, iuuetur benficio restitutionis in integrum ex clausula generali, si apparet eum iusto impedimento detentum, vt not. ff. ex quib caus. ma. l. sed & si per prætorem. §. fin. & l. vnic. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & in d. l. quæsitum. & c. querelam. & in c. cùm Bertholdus. de re iudic. in antiq.

Quartò fallit, quando ipse citatus non competens, tutus esset aliqua exceptione dilatoria, vel peremptoria: cùm tunc non teneatur comparere, dummodò non compareat intra tempus, intra quod ipsas exceptiones opponere posset & opponat: admittetur enim si posteà compareat, & ipsas exceptiones opponat, dummodò reperiat causam in eo statu, quo admissus fuisset ad probandum, id est opponendũ, si fuisset præsens: cùm ipsius exceptionib. præcludatur via contra ipsum absentẽ per illum actũ, per quẽ præcluderetur si fuisset præsens: vt extrà, de postul. prælat. c. 1. secundum Inno. & Io. And. in d. c. 2. de dilat. ad hoc quod not. per Innocen. extrà, de appellat c. si duob⁹. & de eo qui or. fur. suscep. c. innotuit. per gloss. in verb. absentia. & c. 1. de electio. in vj. per l. rem. alleg. in glo. suprà, vbi hoc idem tenet Innoc. extrà, de iudic. in Spec. de appel. §. inquib. vers. sed. pone.

pone.& per Paul.in clem.ſæpe.de verb.ſign.

Quintò fallit, quando ipſe citatus latitat, vel exceptione tutus non comparuiſſet,& propter contumaciã agens eſſet miſſus in poſſeſſionem: nam ipſe abſens poſſet excommunicari,vel mulctari,nõ miſſionem in poſſeſſionem pati:cùm ſubueniatur ipſi poſt miſſionem.ff.de pecul.l.ſi eo tẽpore.in prin. ſecundum Innoc.& ipſa miſſio non arctet eum ipſo iure: cùm non valeat miſſio in poſſeſſionem contra eum tutum exceptione:in tantum,quòd ſi miſſus expellatur,non competet ei actio ex illo edicto,ne vis fit. l. 1.§. hæc verba.ff.ne vis fi.ei,qui in poſ.ſecundum Inno.in d.c.2.de dilat. quod tamẽ deeſt propter defectum iuſtitiæ agẽtis,& decretum ſi ſit interpoſitum redditur ipſo iure nullum,vt d.§.hæc verba. ſecundum Inn.in d.c. 2.de dila.& l.cùm verò.§.ſubuentũ. ff.de fideic. liber. & d.l.ſi eo tempore.& voluit Imo. in d.c.2.de dilat.& c. dilectus.de verb.ſig. & Bart.in l.1.§.iuſtè poſſidet.de acq.poſ. ſed aliud in ſententia definitiua.ff.de acq.hęr.l.ſi is,apud quem.& ff.famil. erc.l.cùm putarem, ſecundum Anto.& Imo.in ca. 2. extrà,de dilat.vbi latè vide. B.Soc.re.70.

¶ CITANDVS perſonaliter,ad domum *citatio reci pi non poteſt:cùm perſonaliter citari poſſit. c.fina. & ibi per Doct.extrà,de eo,qui mit.in poſ.cauſa rei ſeruan. B.Socin.

ADDITIO.

* Domum. Vide Lanfran.in c.quoniam contra.verſi. tertiò quæro,de probat.

Primò fallit, quando ipſe citandus exiſtens in loco ciuitatis, vel domus non patitur ſe perſonaliter citari,vel ſe occultat, vt citatio ad eum non perueniat: cùm tunc poſſit citari ad domum,extrà, vt lite non conteſt.capit.quoniam.§.porrò.imo plus dicit Ioa. Monach.in capit.Romana. §.contrahentes.de foro competen.in 6.quòd ſi conſtat, quòd citandus malitiosè ſe occultat ne citetur perſonaliter,non eſt neceſſarium amplius eum perſonaliter citari: vt no.ibi in verbo,occultant, quod & ſatis rationabile videtur:ſed tamen tutius eſt,vt citetur ad domum, per ea,quæ habentur in d.§.porrò.ſecundum Ioann.de Imo.in d.c.fin.extrà,de eo,qui mit.in poſ.circa quæ vide not.in d.§.porrò.

Secundò fallit in cauſa deſiderante celeritatem: cùm in ea poſſit quis citari ad domum,eo ipſo,ꝙ abeſt à iudicio,ſeu loco iudicij.l.§.Prætor ait.de damno infecto.

Tertiò fallit,quando ipſe citandus ab initio fuit in iudicio:cùm tunc, ſi poſteà ſe abſentet à loco iudicij, poterit ad domũ citari. ff.de iudi.l.poſt edictum. C. quomodo & quando iudex.l.Labeo.

Quartò fallit, quando conſuetudo vel ſtatutum aliud diſponeret: cùm tunc ipſa diſpoſitio ſit attendenda & ſeruanda.l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iure.videtur autem aliud diſponere ſtatutum, quando diſponeret, quòd quis poſſit perſonaliter citari ad domũ: nam vt ſtatutum aliquid addat iuri communi, & ſit vtile,intelligitur,vt ſit alternatiua electionis,& non ordinis.argumen.cap.ſi Papa.de priuileg.in 6.& hoc quod voluit Bartol.in dicto §.Prætor ait. & ſecundum Ioannem de Imo.in dicto §. fin. B.Socin. reg.71.

¶ CITATVS in iudicio ad comparendum,inde diſcedere non poteſt:& ſi diſcedit, regulariter eſt contumax.c.1.de iudic.vbi omnes tenent.

Fallit,quando comparens non reperiret partes aduerſas:quia tunc diſcedere poteſt.text.capit.1.de dolo & contu.& potes videre per Felin.in d.c.1.in verb. vtrùm recedens à iudicio,&c.

Fallit,quando receſſiſſet propter repentinum periculũ ſecundum Anto.de Butr.in d.c.1.hæc ex Fel.ibi poſt omnes ibi.

Citatus vt reus,vel eius procurator perſonaliter dicatur, per ciuitatem & prouincias, ſi ibi requiritur perquirere ſufficit.cap.cauſam,quæ. & ibi per Doc. extrà de dolo & contuma.

Primò fallit in cauſis requirentibus celeritatem : cùm tunc ſufficiat, quòd non reperiatur in loco iudicij, vt citari poſſit ad domum : vt l.4.§. ait prætor. ff.de damno infecto.l.Labeonis.iuncta l.1.ff.eodem.vt voluit Bart.in d.l.ait prætor.

Secundò fallit, quando citatus ſemel fuiſſet in iudicio: cùm tunc dicatur eſſe ſatis, quòd reperiatur in iudicio, & in loco iudicij, aliàs ſi ibi non reperiatur, poſſit citari ad domum.vt voluit Barto.in d.§. prætor ait.pro quo facit l.& poſt edictum.de iud.& authen.qui ſemel.C.quom.& quando iud.& l. alieno. C.de dolo.& per gloſ.in l.prima.§.ex hoc edicto.ff. quæ ſententiæ ſine appel.reſcin.& per Ioann. Andr. in repet.c.præſumitur.de regu.iur.in 6. & per do.de Rota,deciſio.ccccxiij.quæ incipit,item ſi actor.vbi videntur hoc approbare,ſecũdum.Nic.in c.cauſam, quæ.vbi latius vide. B.Soc.re.78.

Licet in ciuilibus, parte non opponente, libellus generalis & obſcurus procedat : text.in l.fina.§.ſancimus. C.de annali exceptio.attamen in criminalibus etiam parte non excipiente, extruditur fauore rei: Bald.in l.edita.numero 10.C.de eden.Alexand. conſil.72.verſic.& licet. volum.2.Hyppo.conſ. xlix.donandus.maximè vbi loci,aut temporis diuerſitas,varia arguerent negotia.Angel.tract.malefic. in verb. qui dominus Iudex.numer.8.cum ſeq. vbi quaſdam dat limitationes. Quòd autem accuſatoris libellus, certitudine,& donandus veniat, extat l.libellorum. ff.de accuſat.cum aliis. Nec enim debet accuſator, cum æſtimationis alienæ iactura,& diſcrimine,vagari:facit l.ſi in rem.ff.de rei vend.Diem.& horam,ac locum commiſſi delicti ab accuſatore enucleandũ, conuincit alibi rei,vt aiunt, proponendum pluries, & proponendum propoſitum ſcribunt. Regulam noſtram fulciet text. in l.in cauſis criminalibus.C. de accuſat. cum gloſ.vbi de libello Babylonio campo:Confeſſus tamen crimen,hac exceptione, vix in defenſionum datione,iuuaretur.Ang.in verb.comparauerunt dicti.numero 4.vbi proceſſus ineptitudinem,quam nullitatem vocant, obiicere, huic fas non eſſe credidit.His pondus addit tex.in capit.1.de accuſation.in 6.quibus addatur Angel.in verbo, de anno præſenti.numero 1.& ſequen.vbi an locus & tẽpus neceſſariò exprimi debeant in libello,& numero 13.cum duobus verbis ſequentibus.numer.14 & 15.vbi de anno, die, nocte,& hora:de horum requiſitorum exceptione, & quando opponi debeat, Alb. de Gandi.in malefi. Tracta. titu. qualiter fiat accuſatio.numero 5.& 6.vt ante ſententiam id fiat.In criminalibus autem hodie concludendum, vt ſecundum iuris, & ſtatuti formam, reus condemnetur, mordicùs tenet Angel. in verbo, hæc eſt quædam numero 66.quem videas: vide ſuprà, regula tertia, numero 5. Hanc ſecundam regulæ partem, iuuare videtur text.in cap.examinata.de iudiciis extra, vbi ineptè agens,tunc repellitur, & reus ab inſtantia liberatur,actori,iure,alio in iudicio agendi ſaluo:pro batum tamen aliter quàm propoſitum, ſcelus, ca-

dem instantia, causarum ac instantiarum circuitus, & multitudo conuincere ex æquo & bono, videtur: argumen.l.quidam existimauerunt.ff.de rebus cred. in fin.princip.Degustabo infrà,regul.lxxvij. C. Batand.

¶ Citatus regulariter non comparens est contumax.tex.est in c.1.de iudic. & in l.vnic. ff. si quis in ius voc.non ierit.

Fallit, quando quis esset citatus ad vnũ locũ, vel actũ: quia si fit nouus actus, vel nouus locus, & non comparet in nouo loco, vel nouo actu, nõ est contumax secundum Anto.de Butr.in d.c.1.de iud.Bar.in l.aut qui aliter. in prin.ff.quod vi,vel clam. ad quod facit quod voluit Barto.in cons.171.quòd si iudex citauit aliquem ad audiendum sententiam tali hora: quòd si sententia lata est ante,vel pòst,quòd non tenet,ni si iudex proroget in sequentem diem, & istud refert, & sequitur Abb.in c.consuluit.de offi.deleg.S. Ian.reg.33.

¶ Citati ad locum non tutum, vel sibi inimicum, non tenentur comparere.text.est in c.accedens.el 2. vt lite non contest. tex. & Docto.in c.ex parte.de appel.& in clem.pastoralis,de re iud. & in l.recusare. §.si quis alio.cum l.sequenti.ff. ad Trebel.vbi Bart. & Doc.maximè Alex.

Amplia sex modis, vt per Fel. in c. cùm R. canonicus. de offi.deleg.quem vide in materia.

Limita quinque modis, vt per Hippolyt.in l.1. §.prætereà.ff. de quæstion.

Citatio. Vide suprà in verbo, absolutione: & infrà in verbo, dominus qui litigauit. & in verbo, mulcta. & in verbo, sententia. lo v. B. Dias. reg. 83.

¶ Citatio. Circa istam materiam citationis videas multas quæstiones apud Bar.in l.inter accusatorem, ff.de publ.iud.& Marc.Ant. Blanc.in sua repetit. ad dictam legem, quam posuit in sua praxi crim. fol. 7.num.18.

Citari debet is, de cuius præ iudicio agitur, l. de vnoquoque, ff.de re iudic.l.nam ita diuus, ff.de adopt.

Fallit in 88.casib.quos not. Lancil.in tract.de offi.prætor.in caus.ciuilib.§.2.de citatio. Ampliatur in 115. casibus, & limitatur in 124.à Port.in lib.1. suarũ conclu.regu.43.Fallit in 11.casibus, vt per Soc.regu.23.in addit.

Fallit in 10.casibus, vt per Alexand. in d.l.de vnoquoque.Fallit in 115.casibus, vt per Anto. Nicel.in tract. de concor.glo.con. 52. qui tract. est in primo volu. tract.Ampliatur & limitatur in multis casib.vt per Mars.in d.l.de vnoquoque.

Citatio si fiat edicto, vel nuncio ad hoc, vt intelligatur peremptoria, requiritur, quòd illud exprimatur. Bar. in l.ad peremptorium.ff.de iud.Abb.in c. consuluit. de off.deleg.

Fallit in 2.casibus, vt per Felin.in c.causam quæ, de res. colum.2.

Citatio non præsumitur facta de commissione iudicis, hanc esse communem opinionem attestatur Aret.cons.33.incip.consultatio. Felin. in c.quoniã, contra falsam, col.5.de prob.

Ampliatur & limitatur in 3.casib.per Rip.in c.1.de iud. col.44.

Vbi requiritur trina citatio, iudex potest facere vnam pro omnibus si hoc exprimat, l.nonnunquam, de iudic.

Fallit in 2.casibus, vt per Socin.regul.51. fallit in 5.casibus, quos not.Alexand. in l. contumacia, ff. de re iud.colum.2.fallit in 5.casibus, vt per Fel.in cap.consuluit, de offic.deleg.numero decimotertio.fallit in 4.casib.vt per Marsil.in l.de vnoquoque, ff. de re iu. nu.128.

Citatio trina requiritur ad audiendam sententiam, no. doct.c. consuluit, de off.deleg.

Fallit in 11.casib.quos no.Fel.in d.c.consuluit.

Citati ad locum non tutum, vel sibi inimicum, non tenentur comparere, c. accedens, el 2. vt lite non contest.cap.ex parte, vbi docto.de appell.l.recusare, §.si quis alio, cum l.seq.ad Treb.

Ampliatur in 6.casib.vt per Feli.in c.cum R.Cano.de off.deleg.fallit in 5.casib.quos no.Mars.in l.1. §.prætetea, ff.de quæstio.col. 11.

Citatio in legitimatione non requiritur eorum quorum interest legitimationem non fieri quando legitimatio fit in vita patris, aliàs requiritur, vt est communis doct.opinio, vt refert Maria. Socin. Iun. in l.Gallus, §.quid si tantum, ff. de lib. & post.

Fallit vt per eundem ibi, num.144.

Citari si quis faciat aliquem simpliciter, eo ipso intelligitur eius persona habilitata, ita quòd si esset filius famil. vel seruus, qui non habeat legitimam personam standi in iudicio, videntur eorum personæ habilitatæ.Innocen.in c.cum inter. de excep.Bald.in l. cùm mulier, ff.solut. matrimo.Ias.in l.fi.de edict.diui Adria.tollen.

Fallit secundum Ias.& Bald. in d.l.fin.si talis esset citatus, cum clausula, si sua putauerit interesse.Cępo.cautel.203.incipiente, si fecerit aliquem citari.

Quando agitur de præiudicio possessoris, est nominatim citandus.Bartol.in l.fin. C. de edict.diui Adria. tollend.

Fallit in duobus casibus, quos not.Sebast.Sap.in d.l.fi. nu.94.

Vbicunque fit citatio peremptoria ad aliquem actum, ponatur in actis, & appareat, qualis talis citatio emanauit ad petitionem partis ita postulantis, talem citari debere.fallit in 2.casib. quos not. Ludo.Bolo. in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto, nu.12. ver.secundò principaliter.

Citari debet pars aduersa ad audiendum ipsos testes iurare, l.si quando.aut.sed & si quis, C.de testib.c.2.de testib.

Ampliatur in 5.casibus, & limitatur in 14.à Felin.in d. cap.2.

Fallit in 9.casib.vt per Soc.regu.406.Fallit in 15.casib. quos refert Lancil.in tract.de prætor.§.2.in titu. de te.n.9. & vnica citatio requiritur quando tractatur de iuramento testium.fallit hoc in 2.casibus secundum Hor. Det.in l.si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto, nu.16.

Citatus pro die feriata, si non comparuit, excusatur à pœna contumaciæ, l.ex quacunque, ff.si quis in ius vocatus.

Fallit in 3.casib.quos not Ias.in d.l.nu.14.

Si partes citentur coram iudice non suo, & nihil opponunt, valebit processus.gloss.in dict.l.ex quacunque.

Fallit in 3.casib.quos no.Ias.in d.l.nu.39.

In sententia arbitratoris requiritur citatio, aut pręsentia partium, aliàs nihil valet, not.doct.in l. si quis arbitratu.ff.de verb.oblig.

Fallit in 10.casib.quos not. Ias.in d.l. numero 22.fallit in 7.casib.vt per Zas. in d.l. si quis arbitratu. numero 33.

Si pars est præsens in iudicio nulla requiritur citatio, l.de vnoquoque, ff.de re iud. Alexand. in rubr. C.de

C.de in ius voc.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 2. per Ias.in d. rubr.C.de in ius vocando. fallit in 3.casib.secundum Soc.reg.70.in add.

Fallit in 3.casibus,vt per Iaso. in l.1. ff.de in ius vocando,num.12.

Prima citatio causæ potest incipere à procuratore: hăc esse magis communem opinionem attestatur Ias. in l.eum qui res,ff. de procu.

Fallit in 2.casib.vt per Ias.in d.l.num.1.fallit vt per Baptistam à Villa.concl.53.in litera C.

Citari non potest re, nec verbo existens extra territorium citantis,no.DD.in c. fi. de foro comp.

Fallit in 10.casibus,vt per Felin.in d.c.fin.columna secunda.

Citatio personalis requiritur, nec sufficit ad domum, in monitione, quæ requiritur ad excommunicationem inferendam,Innocent.in cap. fin. de senten. excommunicatio.

Fallit in 2.casib.vt per Fel.in cap.cùm sit Romana, de appella. colum.5.

Citatio regulariter in scriptis fieri nō debet, quare est in arbitrio iudicis citare viua voce, vel in scriptis, debet tamen in actis scribi,vt ex eis appareat,c.cùm dilecti,de dolo & contu.

Fallit in 7.casib.secundum Pet.Duen.reg.93.

Citatio partis requiritur in executione sententiæ, l. prima.ff.de iu.& fact.igno.l.meminerint,C.vnde vi, Barto.in l.à diuo Pio,§.in venditione, numer.2.ff.de re iud.

Ampliatur in 5.casibus,& limitatur in 4.à Petr. Duen. regul.94.

Citari quis non potest, vt personaliter compareat, quando liberum est, citato comparere per se, vel per procuratorem,c.querelam, de procu.l.1.ff.eo.l. fi.C.de procu.

Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 8.per Mar.Soc. in tract.de citat.art.20.nu.25.

Citatio ad hoc,vt valeat,requiritur partis, Abb.in c.1. nu.4.de iud.

Fallit in 5.casibus,quos no.Rip.in d.cap.1.numero 20. de iud.

Citatio ad hoc vt valeat, requiritur authoritas iudicis, & commissio.l.neminem, C.de exhib.reis,c. ex parte.de resc.

Ampliatur in vno casu,& limitatur in 2.à Petr. Duen. regu. 97.sed non præsumitur citatio facta de commissione iudicis.Ampliatur hoc,& limitatur in 3. casibus,secundum Ripam in c.deo quomodo, extra de iud.num. 90.

Vnica citatio peremptoria requiritur, l.nonnunquam de iudic. fallit in multis casibus, quos not. Paul.de Castro in dicta.l.ad peremptorium. fallit per Lancil.in tract.de offic.præto.in causis ciuilibus.in titu. de peremptorio, numero 7.fallit in 9. casibus, vt per Felin.in capitu.quoniam, de const.numer.14.& sequent.

Citatio requiritur etiam in notorio facti: hanc esse communem opinionem attestatur Lancillotus, in tract.de offic.prætor.in causis crim.in titu. de noto. crim.numero vndecimo.vbi limitat in 6. casib.contrariam regulam scilicet, quòd in notoriis non est necessario citatio, ponit Bened. Capra in suo tract. de noto.in 4.membro.numer.21. fol.81. vbi limitat 9.casibus.

Citatio nulla inducit perpetuitatem iurisdictionis: hanc esse magis communē opinionem tradit Port. lib.4.suarum conclu.reg.12.vbi limitat in 3. casibus, fallit vt per Felin.in c.gratum,de offi.deleg.

Absens ad ea quæ sunt grauis præiudicij ad domum citari non potest,l.ignorare, C.de restitut.in integr.c. quoniam,§.sunt & alij,vt lite non contestata. Ab.in c.fi.de eo qui mittitur in posses.

Fallit in 3. casib.quos not.Soc.reg.2.

Citatus à non suo iudice,comparere non tenetur,l.nō nocet,de iud.c.2.de dilat.

Fallit in 3.casib.quos not.Soc.reg.49.

Citans aliquem de sua iurisdictione,si ille non compareat excommunicari potest, & alium in possessionem mittere,l.in possessione,ff.ex quibus causis,Docto.in c.2.de dilat.

Fallit.in 5.casib.quos not.Soc.reg.50.

Citatio amicorum in absentium citatione, tam de iure ciuili,quàm Canonic.non requiritur, l. cùm proponas, vbi Doctor.C.de bon.author.iud.poss.gloss. & Doctor.in capitu. causam quæ,extra de dolo, & contuma.

Fallit in 2.casib. quos not.Soc.reg.52.

Citandus personaliter ad domum citationem recipere non potest,cùm personaliter citari possit,cap.fin.& ibi Docto.extra de eo qui mittitur in pos.

Fallit in 4.casib.quos not.Soc.reg.53.

Citatus vt reus,vel eius procurator personaliter dicatur,per ciuitatem,&prouincias,si ibi requiritur,perquirere sufficit,c.causam quæ, & ibi Docto. extra de dolo,& contum.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.54.

Citatio requiritur in publicatione cuiuscunque instrumenti,Canon.in cap.fin.de fide instru. glos.in c.pe. eod.tit.l.fi.C. de fide instru.

Fallit in 7. casib.quos not.Soc.reg.185.

Citatio est fundamentum ordinis iudiciarij, hanc esse communem opinionem attestatur Baptist. à Villa. conclu.37.in litera C.Ampliatur in 3.casib. & limitatur in multis ab eo. ibi.

Citatio præsumitur interuenisse etiam si in sententia non sit facta mentio de citatione. Iaso.in l.si se obtulit,§. condemnandum, ff. de re iudica. communem dicit.

Ampliatur in 2.casib.vt per Baptist. à villa.conclu. 47. in litera C.

Citatio dicitur de processu. gloss.in capi. prudentia. in princip.de off.delega.& in cap.quoniam contra. de probatio.

Fallit in 2. casib.vt per Soc.reg.22.in addit.

Citatio ter debet fieri,vt constituat citatum in contumacia,vel semel peremptoriè,l. contumacia, §.1.de re iudic.

Fallit in 4.casib.quos no.Socin.regul. 24.in add. fallit in 12.casib.vt per Felin.in c.consuluit. de off.deleg. nu.12.

In citatione quando sit opus peremptorio, not.Doct. in c.causam quæ,de resc.

Fallit in 6.casibus secundum Feli.in d.c.nu.7.

In causa appellationis non est necessario citandus iudex,qui tulit primam sententiam, cap. dilectus, de rescrip.

Fallit in 6.casib.secundum Felin.in d.c.nu.7.

Contumax iterum citari debet, not. Docto.in cap.de quo, de iud.

Fallit in 3.casibus,secundum Felin.in dicto capitu.numero 18.

Sufficit in citatione dicere compareas, & tui præsentiam facias.

Fallit in 4. casib. secundum Felin. in c. ignarus Episc. de lib. oblatio. nu. 3.

Citatio requiritur in exemplatione instrumenti.

Fallit in 4. casib. secundum Fel. in c. si instrumenta, de fide instru. num. 6.

Citatio requiritur in absolutione à iuramento.

Fallit in 4. casib. secũdum Fel. in c. ex administrationis, ff. de iureiurando, nu. 20.

Cùm princeps ex plenitudine potestatis, seu ex certa scientia facit alteri gratiam, non est necesse ad eius validitatem citari illos, quibus ex ea præiudicium afferri potest, declaratur tribus modis à Feli. in cap. cùm olim, de re iud. num. 19.

Citatio requiritur in declaratoria incursæ pœnæ. Fallit in 4. casib. secũdum Fel. in cap. parochianos, de sent. excom.

Citari non potest quis realiter in domo, l. nemo de domo, ff. de reg. iu.

Ampliatur & limitatur in multis casib. quos no. Alex. in l. plerique, ff. de in ius vocando, nu. 1.

Citatus qui se in iudicio sistere non tenetur, an & quando teneatur mittere procuratorem, distinguendo declarat Bar. in l. non exigimus, §. si quis in iudicio, ff. si quis cautio. Don. Fina, lib. 3.

¶ CITATIO amicorum in absentium citatione, tam de iure ciuili, quàm canoni. non requiritur. l. cùm proponas. & ibi per Docto. C. de bonis auctoritate iudicis possidendis. & per gl. & Doct. in c. causam, quæ. extrà, de dolo & contum.

Primò fallit, quando procederetur contra minorem, vt l. hoc autem. ff. quibus ex causis in possessionem eatur.

Secundò fallit, quando procederetur contra maiorem, qui iuuari potest iure speciali, putà beneficio, vt restituatur in integrum, vt si procedatur contra absentem ex causa reipublicæ, vt voluit Nicol. post Anton. in d. cap. causam, quæ & latiùs, & clariùs Io. de Imo. in capitu. fin. extrà, de eo, qui mit. in posses. B. Socin. reg. 77.

¶ CITATIO prima causæ, potest incipere à procuratore: ita tenet Bart. & communiter Docto. in l. eum qui. C. de procurat. Idem Barto. in l. solent. in vlt. no. ff. de alimen. leg. & in l. meminerint. per illum tex. C. vnde vi. & in l. quamuis. ff. de dam. infec.

Limita, nisi dominus esset præsens in ciuitate: quia tũc citatio prima debet ab eo incipere. l. 1. §. 1. ff. de lib. agno. & Fulg. & Paul. & Ias. in d. l. eum, qui.

Secundò limita in is, quæ sunt magni præiudicij, secundum Ang. in §. hinc nobis. in 3. notab. per illum tex. in authen. de hæred. & Falcid. quem refert Ias. in d. l. eum, qui. B. Dias reg. 78.

¶ CITATIO ad hoc vt valeat requiritur requisitio partis. Hanc regulam ponit Abb. in c. 1. numer. 4. de iudic. & in num. 33. Alexand. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. facit text. in l. ad peremptorium. ff. de iud. & in cap. licet. de accusationib. & in l. fin. C. de bonis auctoritate iudi. possidendis. & in l. properandum. §. & si quidem. in verbo, requirente parte. C. de iudic. glos. in l. sancimus. in verbo, per contumaciam. C. ad Trebellian. melior text. de iure in cap. proposuisti. in verbo, ad petitionem cuiusdam aduersarij de foro compet. & ibi Abb. Felin. in d. c. 1. num. 1. de iudic. Decius in 1. lectura. num. 25. & in 2. lect. num. 14. & ibi Fran. de Aret. nu. 10. Sebastianus Vantius in tractatu de Nullitatibus sententiarũ, in rub. 12. de nullitate ex defectu citationis. n. 44.

Hanc regulam limitat quinque modis Franc. de Ripa in d. c. 1. nu. 20. de iudiciis. P. Duen. reg. 95.

¶ CITATIO ad hoc, vt valeat requiritur auctoritas iudicis, & commissio. Hanc regulam probat text. in l. neminem. C. de exhibendis reis. & in §. si verò quidam iurant. in authentic. de exhibend. reis. collat. 5. text. in c. ex parte. de rescript. Hanc regulam vltra Abb. ponit Fel. vbi ponit rationem eius, in c. 1. num. 1. de iud. & ibi Dec. in 2. lectu. nu. 92. Aret. in numero 41. vbi dicit, quòd opin. Barto. ita qui tenet in dicta l. neminem. communem à Doctoribus approbatur. Hanc etiam regulam ponit Franciscus Niconitius in repetitio. capit. quoniam contra. in glossa in verbo, citationes. numero 5. eandem opinionem tenet etiam Ias. in §. quadrupli. numer. 12. Institutio. de actio. Chassa. in consuetudin. Burgund. in titu. des iustices. Rubr. 1. §. 6. num. 61. Sebastianus Vantius de Nullitat. Rubrica duodecima, de nullitate ex defectu citationis. num. 32. Paul. Paris. in c. quoniam contra. nu. 43. de probationib. Matth de Afflic. in constitutio. Neapol. lib. 1. rub. 90. nu. 2.

Hanc regulam cum tribus ampliationibus, & duabus limitationibus ponit Franciscus de Ripa, in d. cap. 1. nu. 85. de iudiciis.

Amplia hanc regulam vltra eum, vt procedat siue causa sit ciuilis siue criminalis: in ciuilibus probat tex. in d. cap. proposuisti. de foro competenti. & in cap. ex parte. el 2. de rescrip. cum aliis iuribus suprà adductis. & in criminali probat text. in c. 1. de iudi. secundum communem intellectum. facit quod not. Bal. in d. l. neminem. num. 4. facit etiam tex. in l. absentem.

Limita primò vltra Ripam, vt non procedat in citatione de nouo reiteranda propter nullitatem primæ: quia vbi prima citatio sit facta auctoritate iudicis, licet nulliter ex aliqua causa poterit per nuntium alia de nouo fieri sine alia auctoritate. ita tenet Roman. in l. qui per salutem. ff. de iureiurand. per textum ibi. facit text. in capitu. ex literis. de offic. deleg. quem sequitur Ias. in dict. l. qui per salutẽ. num. 4.

Secundò limita, quando aliqua causæ cognitio requiritur in citatione: aliàs secus: vnde simplex citatio ad comparendum potest fieri per nuntium absque alia speciali commissione iudicis. ita tenet. Dec. in d. cap. 1. de iudic. in 2. lectu. numer. 95. vbi dicit quòd ita Florentiæ practicatur. & ibi Aretin. numer. 41. Bald. in l. si quando. numer. 12. C. de testib. Philip. Francus in capitu. cùm parati. numero 14. de appellatio. Ias. in §. quadrupli. numer. 35. Institu. de actio. quod notab. declarat Sebastianus Vantius, vbi tenet hanc opinionem, in tract. de Nullitatib. sententiarum, rub. 12. de nullitate ex defectu citationis. num. 38. P. Duen. re. 97.

¶ CITATIO est fundamentum ordinis iudiciarij, sine qua iudicium consistere non potest. Inst. de pœn. te. li. §. fin. De re iud. cle. pastoralis. ver. cæterùm, 3. q. 9. c. caueant. c. omnia.

Materiam citationis tractant in l. de vnoquoque. De re iud.

Citatio requiritur in omni actu iudiciario, de cuius præiudicio principaliter agitur. De re iudica. l. de vnoquoque. Iaso. in l. si quis. Si certum petatur. Riisvvichius.

Circui

Circuitus est vitandus. De cond.ind.l. Dominus. C.de adop.l.fin.ff.ad leg.Rho.l.2.in prin.De vsufr. l.si vsu fructuarius.in princip.de rescrip.cap. auditor. Riisvvichius.

¶ Citatio dicitur de processu. gl.in c.prudẽtiam. in princ.de offi.deleg.ca.quoniam contra.in verb.citationes.& ibi no.de proba.

Primò fallit in prima citatione,quæ censetur extraiudicialis:vt per glos.in clem. 1.in verbo,citationis,de iudiciis.

Secundò fallit,quando actor,qui fecit citari,non comparet in termino citationis:quia eo non comparente circunducitur citatio, perinde ac si nõ esset facta. l.& post edictum.§.quòd si is.ff.de iudic. B.Socin. reg.73.

¶ Citatio partis requiritur in executione sententiæ, l.1. ibi si cœperis ex sententia conueniri, C. de iuris,&facti ignoran.& in l.meminerint.C.vnde vi. Pro hac regula allegatur text.licet parum faciat, in l.deffendente.ff.de auctoritate tutor. vbi Iudex debet interrogare partem an velit satisfacere. Hanc regulam ponit Bartol. licet cum distinctione, in l.à diuo Pio.§.in venditione. numero secundo. ff. de re iudic.idem Barto.in dicta l.meminerint.& in extra uagan. ad reprimendum. in verbo, executionem. qui sint rebelles,quem sequitur Alexand.in dicto §. in venditione.num.35.& ibi Iason nu.9.& ibi Vincen. de Hercula.nu.32.

Prima ratio huius regulæ est,quia aliter pars lædi posset propter multas exceptiones, quas opponere poterit,scilicet, incompetentiam iudicis, qui sententiam protulit,iuxta glos.in clemen.vnic.de sequest. possess.& fruct.in glos.fin.& in l.fin.C.si à non competen.iud.& sic alias exceptiones quas scribit Petr. de Ferra.in practica, in forma executionis sentẽtiæ. glos.& Doctor.in d.l.prima. C. de iuris & facti ign. & Matth.de Afflic.in constitut.Neapol.libr.2.rubr. 17.num.15.

Amplia primò, siue executio fiat in actione personali,siue in reali, cùm sit eadem ratio, secundum Cyn. in l.ab executione.Cod. quorum appella.non recipian.quem sequitur Ioann.de Imol.in d.§.in venditione.& ibi Alexand.vbi dicit,quòd hæc opinio est verior in iure.& ibi Ias.num.9.licet Bar.teneat contrarium in dict. §. in venditione. & in aliis locis suprà allegatis:quæ opinio est communior,secundum Ias.ibi.Sed opinio Cyn. approbatur de iure regio in l.2.tit.14.lib.5.Ordin.

Amplia secundò procedere, etiam si in illa re, in qua fuit condemnatus fieret executio, cùm etiam pars in hoc lædi possit,fortè propter hypothecam,vel aliud ius quod in illa re habet, & ideo ad hoc debet citari,l.de vnoquoque.ff.de re iudic. & ita tenet Io. de Imol.in d.§.in venditione.numer.13. quem vltra Iasonem vbi suprà, & Alexan. sequitur ibi Vincen. de Hercul.nu.35.

Amplia tertiò, etiam si iudex, qui eam protulit exequeretur, cùm exceptiones possint allegari in executione:quod fieri non posset,si pars non citaretur, secundum Alexand.in d.§.in venditione.Card.in clemen.sicut.quæst.2.de appella.Philip.Francis.in c.ex ratione.numero 83.de appella.Decis.in cons.97.numero 2.

Amplia quartò, etiam si executio fieret contra eundem condemnatum, & sic in omni executione tutius est, quòd fiat citatio, secundum Socinum in tract.de dilationib.articu.7.q.19.Alexan. & Ias.in d. §.in venditione.

Quintò, etiam post desertionem appellationis, scilicet,si pars intra tempus præstitutum non fuit prosequuta appellationem,& sic remansit deserta,secundum Bartol.in l.1.in fin. ff.nihil nouari appella. pen den.quem sequitur Decius in d.consilio 97.numer. 2.Matthæus de Afflictis in constitut.Neapol.libr.2. rubri.17.numero 20.Alexand. in d.§.in venditione. nu.32.

Limita primò, nisi constaret notoriè nullam absenti competere defensionem, vt est gloss. in capitul. ad nostram.el 3.& ibi Doctor.de iureiuran.& in capit. cùm sit.de appellatio.Facit text. in l.si cùm serudm. in §. si quis seruum. vt si præsens esset. & in §. iusta. ibi, non est necesse vocare. ff. de fideicommissa. libert.in l.recusare.in princip.ff.ad Trebell. in capit. cùm olim. secundum vnam lecturam gloss. de re iudic.Innocen.capitul.tua. de cohabit. cleric. & mul. quem sequitur Matth.de Afflict.in constit.Neapol. in d.rubr.decimaseptima. numero vigesimoprimo. Nicol.Bellon.in consilio septuagesimo,numero decimosexto,Paul.Paris.in consilio primo,numer.trigesimotertio,volumin.primo.Vincen.de Hercul.in dicto §. in venditione. numero trigesimosexto, & Ioan.de Aima Veronensis in prooemio concordatarum.

Limita secundò, quando præcessisset cognitio super executione, & non restaret nisi executio facti: tunc enim non est necessaria citatio: vnde tunc iudex potest committere ad petitionem partis nuntio,vt exequatur,nulla facta partis citatione: & tunc exequutor poterit manu militari exequi sententiam, per text.in l.qui restituere.ff.de rei vendic.ita eleganter tenet Matth.de Afflict. in d.rubr.xvij.num.17.Bart. in d.§.in venditione.nu.2.

Tertiò fallit, quando prius citato aduersario esset facta executio de parte, tunc si in alia parte fiat, non requiritur citatio,secundum Philip.Dec. in c.ex ratione.nu.72.de appellat.

Limita quartò non procedere de iure regio: nam absque citatione sententia mandaretur executioni, l. v.tit.viij.libro iij. Ord. vbi ponitur tempus x. dierum, intra quem terminum debet reus comparere coram iudice ad opponendam executionem, & hanc practicam communiter seruari tenet Roderi. Xuarez in repet.l.post rem iudicatam. in xij. limita. numero 2. & decem dies enumerãtur à die factæ oppositionis,vt in l. ix. in legibus de Madrid. quæ lex transumptiuè habetur in l. lxiiij. in legibus Tauri. P.Duen.reg.94.

¶ Citatio si fiat edicto,vel nũtio, ad hoc vt intelligatur peremptoria, requiritur, quòd illud exprimatur.Hanc regulam reassumit Felin. in c. causam, quæ.de rescript.vbi allegat.Barto.in l.ad peremptorium.ff.de iudiciis.Abb.in cap.consulit.de offic. delegat.

Limita dupliciter,vt per Fel.vbi suprà. B.Dias.re.79.

¶ Citatio non præsumitur facta de commissione iudicis:ita est communis sententia secundum Aret. in consil.xxxiij.incip.consultatio præmissa. & secundum Felinum in c.quoniam contra falsam. de probationibus.

Amplia tripliciter,& limita aliis tribus modis, vt per Io.Franc.de rip.in c.j.de iud. B.Dias.reg.80.

¶ Citatio requiritur vnoquoque actu,etiam præiudiciali. & notorio. l. nam ita diuus.ff.de adopt.& l.fin.C.de legib. Bald.in l.cùm fratrem. de his qui-

bus,vt indig.Ista regula limitatur sedecim modis,vt tradunt nouissimi repetentes in l. de vnoquoque. ff.de re iud.vbi Alexand.& alij istam regulam limitant nouem,vel decem modis,sed vltra illas limitationes ego addo plures alias.

Primò fallit, quando recipiuntur testes ad perpetuam rei memoriam, & timetur de potentia aduersarij, vel alia iusta causa occurrit: aliàs secùs, vt per textum in capitu.significauit.de testibus. Marianus Socinus in repetitione rubricæ de dilation. in versiculo 13.

Secundò fallit,quando producuntur testes, & certum est eis aliquid opponi non posse: quia tunc possunt examinari parte non citata: ita tenet Anton. de Butrio in capitu.veniens.extrà de testibus. & Alexand. in consilio cxxx.incipien. difficultate huius, &c. in primo volumine.

Tertiò fallit, vbicunque proceditur inspecta naturali æquitate, vt per Bartol.in l. secunda. Cod. de naufragiis.

Quartò fallit, vbicunque non requiritur cognitio causæ.glos.in l.3.§.si causa cognita.ff.de bonor. pos. Bald.in l.nec quicquam.§.vbi decretum. ff. de offic. proconsul.Hippol.de Marsil.in repetitione legis fi. C.de probat.

Quintò fallit, si fuerit conuentum inter partes à principio, quòd valeat iudicium sine citatione: vt per Aretinum in tractatu maleficiorum,in verbo,qui iudex.& Baldus in l. vt perfectius. C. de annali exceptione.

Sextò fallit,quotiescunque potest inchoari ab executione,vt per Bal.in l.de pupillo.§.meminisse. de noui operis nuntiat. & maximè quando periculum esset in mora.

Septimò fallit, quando est imposita ipso iure pœna: quia tunc potest peti sine aliqua citatione, textus est & ibi Abbas. in cap.reprehensibilis. de appellationibus.

Octauò fallit,quando causa est commissa iudici, quòd debeat iudicare secundum conscientiam suam:quia tunc non requiritur citatio partis.Bald. in l.certam. C.vnde cognati.

Nonò fallit, quando proceditur contra rebelles ecclesiæ retinentes bona ecclesiæ, vel imperij: nam contra tales valet scientia sine citatione. Ioann.Andr.in c.cùm olim.de re iud.sequitur Bal.in procemio feudorum,in §.in aliqua.

Decimò fallit, quando dubitatur de scandalo futuro veniẽdo.ita tenet Ioan.de Imol.in l.de vnoquoque. de re iudicata.

Vndecimò fallit,quotiescunque aliquis est passus violentiam,vel fuit spoliatus,& per iura remittitur iuramento suo,per quod possit probari de rebus ablatis:vt per Ioannem de Anania consil. lv. incip. quia dubia,& Alex.in l.2.de damno infect. & Imol. in c. fi. quod metus causa.

Duodecimò fallit, vbi fit condemnatio expensarum; nam tunc potest fieri sine citatione.Bald.in l.1.§.sancimus.x.q. C.de iudiciis. B.Soc.reg.74.

¶ Citatio non requiritur,vbi figura iudicij seruari non debet.Barto.in extrau.ad reprim.versicul. figura,in fin.Cuman.consilio septimo.numero 7.ita per hanc regulam in terminis notat Asinius in praxi iudi.§.7.num.j.fall.34.Doct.l.si finita.§.Iulianus, vbi Bolognin.nu. 40. ff.de damno infecto.gloss.Clem. sæpe.ver.citationem.de verbor.signific.& est Com. opin. Medic.reg.6.

Commissio causæ non potest esse deficiente eo, cuius causa facta fuit. l.quæsitum. ff.de tutel.Bald.l.vnica. §.consules.ff.de offic.cons.not.l.Lucius. ff. de fideicomm.libert.item mortuo eo, à quo fuit commissa deficit commissio: capit. grandi. de supple. neglig. præl.6.Bald.Alexand.leg.ex facto,vbi Ripa numero vndecimo.ff.de vulg.& pupilla.conc.sim. leg.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patro. capitul. cum cessante. de appellat.§.disponat.auth.de nuptiis.Ruin. cons. 137.nu. II.libr.3.glo. & Doct. Comm. l. si diuortio. ff.solut. matrimon.Alexand.cons.89.lib.2. Medic. reg.6.

¶ Citatio facta respectu vnius actus, locum non habet si ille actus in substantia, vel qualitate varietur. Dec.in termin.huius reg.cons.449. num.1.per l. in testamento.ff.de cond.& demonstra. l.asse toto. ff.de hæred. instit.l.1.§.1.ff.si furt.fam. fec.dic. leg.si quis seruum.§.final.ff.de leg.2.l.sanctio legum.ff.de pœnis,Paris.consil.2.numer.50.cons.7.num.3. cõs. 18.num.24.cons.51.nume.17.vol.3. August.cons.10. num.9.volum.3.cons.93.num.51.vol.2.cons.110.nu. 22.vol.2. Med.reg.10.

¶ Citatio fieri non potest alicui in dignitate constituto,nisi in scriptis qui aliàs regulariter verbo,citari posset.l.quoties.C.de dignit.lib.2.Socin. d.reg. fall.4. Med.reg.1.

¶ Citatio in interlocutoria modici præiudicij nõ requiritur.Barto.& Doct.l.si opus. ff. de oper. noui nunc.Imol.l.quod iussit. ff. de re iud.Angel.l.recusare.ff.ad Trebel.Rom.consil.72.Ias. d.l.si opus.nu. 5.Nicon.c.quoniam. nu. 6.de prob. Tiraq.trac.res inter alios acta.limit.13.Marsil.l.1.numer.4.ff.de re iud.Crau.cons.182.num.5. quia de his quæ sunt modici præiudicij lex parum curat. Asin.in praxi iud.§. 7.limit. 59.num.12. Med.reg.5.

¶ Citatio nulla est,si non fiat cum forma competenti.Spec.in tit.de citat.§.sequitur.nu.21.& si malè fiet corruit processus,capitu.primo. de cau.pos.& & propric.cle.pastoralis.de re iud.glo. & Bal.leg.fi. C.de legibus.Marian.in tract.cit.articul.20.quæst. 25.Ægid. Boss.in tit.de cit.numero 13.glos.capitulo in causis.de offic.deleg.Decis. Neapol. 366.Vant.in tract.de nullitat. in titul.de nullitat.ex defectu cit. num.23. Med.reg.7.

¶ Citatio regulariter in scriptis fieri non debet: quia est in arbitrio iudicis citare viua voce, vel in scriptis,debet tamen in actis scribi, vt ex eis appareat partem citatam fuisse. Hanc regulam probat tex.in c.cùm dilecti.in vers. spectantibus.in verbo, viua voce.de dolo & contumacia.

Limita primò non procedere in iudice delegato, qui debet citare inserto tenore suæ commissionis: qui tenor non potest apparere nisi in scriptis. cap. præterea.& ibi Abbas & Doctor.de dilatio. Bart.in authent.qui semel.C.quomodo, & quando iudex.idẽ & Alexand.& Ias.in l.ex quacunque. ff. si quis in ius voc.non ierit.

Secundò fallit, quando nuntius vellet citare realiter, faciendo capturam in bonis, vel in personam: quia debet ostendere commissionem in scriptis, secundum Barto.in l. Palatinos. C. de collatione feudorum fiscalium.lib.11.num.1.&2.Philip.Franc.in cap. cùm parati.nu. 30.de appellat.De iure regio est tex. in l.3.tit.14.lib.5.Ordina.

Tertiò fallit, quando citatur aliqua persona illustris, vel clarissima: quia debet citari in scriptis: aliàs citatio non valet. ita notabiliter tenet Bartol. per tex.

tex.ibi,iuncta glos.in l.quoties.C.de dignit. libr. x. nu.7.quem sequitur Ias.in §.quadrupli.nu.24.Instit. de action.

Quartò fallit, quando destinatur nuntius ad capienda bona fisco delata: nam non creditur ei sine literis. vt in l.prohibitum.in fin.C.de iure fisci.libro x.simi liter quando aliquis mittitur ad exigendas pecunias fiscales:vt in d.l.Palatinos.tenent Doct. in d. c. cùm parati.

Quintò fallit,quando citatio fit in domo, & non personaliter:nam non valet ad effectum reddendi citatum contumacem, nisi fiat cum literis, secundum Baldum,& Angel.in l.vt perfectius. C.de ann.except.Alexand.in addi.ad Bartol.in d.l. Palatinos.numero 3.

Sextò limita in nuntio electo specialiter, qui non est nuntius consuetus: nam sibi non creditur, nec valet eius citatio sine literis. tenet Bald. in d.l.vt perfectius, numero18. & Bartol. per illum textum in l. eum, qui in §.si epistola.de furtis.& in l. iustè possidet.ff.de acquirenda possessione.& ibi Alexand. numero 30.idem Bartol.in extrauagan. ad reprimendum.in verb.per literas.facit tex.in capitu.prudentiam,in princip.ibi per certum nuntium.de offic.de leg.tenet Francus in d.c.cùm parati.nu.29.

Septimò fallit,quando citatio fieret extra prouinciam: quia non valet nisi fiat in scriptis, secundum Bartolum in d.extrauagan.ad reprimendum.& in glossa in verbo,per nuntium.in medio.qui sint rebelles. per textum in authen.de collatoribus.§.eos. quod etiam tenet Francus in d.cap.cùm parati. num.31. P.Duen. reg.93.

¶ Citatio regulariter est facienda parte instante, est tex.in capi.de quo vult Deo,de iudic. & in capi. quoniam contra,de probat.

Amplia,quòd in tantùm hoc est verum, quòd semper præsumitur impetrata à parte prima facie,secundũ Anto.in d.c.de quo vult Deo.

Primò fallit,quando pars comparuisset, & non opponeret,secundum Bald.in l.vnic.C.vt quæ sunt aduo. vide Iaso. in l.patre furioso.ff.de iis,qui sunt sui, vel alieni iuris.

Secundò fallit,quando iudex videret instantiam perire:quia tunc motu proprio potest citare,secundum Bar.in l.Seius,& Augerius.ff.ad leg. Falci. ratio est: quia instantiam causæ perire damnum infertur reipublicæ, secundum Innocent. in c.cùm contingat, in fin.de iureiurando.

Tertiò fallit, quando concerneret bonum publicum, vt in electione:quia ex officio citare potest, secundum Abb.in c.proposuisti,de foro compet. gloss.in c.fin.de elect.lib.vj. S.Ianua.reg.18.

¶ Citatio noua requiritur,quãdo quis mulctatur, secundum Bart.in l.ex quacunque,in §. item si etiã, ff.si quis in ius voc.non ier.

Primò fallit, vbi mulcta concernit processum, Bar.in l.iij. §.si ad diem.ff.de re milit.

Secundò fallit,quando citans comminatur se citaturũ: tunc si non comparuit ex prima citatione,nõ est amplius citandus. Bar.l.impuberibus.§.fin.ff.de suspec. tut. S.Ianua.re.19.

¶ Citatio regulariter requiritur in omnibus actibus causæ.tex.c.quoniam, de probat. l. de vnoquoque.ff. de re iudic.

Primò fallit in excommunicando notorium contumacem.Felin.in capit.j.de iudic.versicul.vtrùm excommunicatus.

Secundò fallit,quando citandus esset præsens. Felin.in d.c.j.

Tertiò fallit in condemnatione expensarum. Felin. & Doct.in d.c.j.

Quartò fallit in discussione facienda: quia tunc statur dicto nuntiorum super discussione: non requiritur noua citatio, secundum Ange.in authen. hoc si debitor.C.de pign.& in authent.de fideiuss.§.j.in princip.quod signa: quia multi dicebant aliàs de facto contrarium. S.Ianua.reg.20.

¶ Citatio,monitio, vel interpellatio extraiudicialis regulariter vna sufficit, secundum Canon.in cap. ex literis,de constitutio.

Amplia istud procedere etiam in citatione iudiciali, quæ non fit litigatoribus,vt est gloss.in clemen.j. de hære.vbi Cardin.

Primò fallit, quando inferior interpellat superiorem, seu ita protestatur:quia talis actus debet esse trinus. Abb.in cap.cùm causam,de offic.deleg. Roman.in l.de pupillo.§.si quis ipsi Prætori. ff. de noui operis nuntiatio.

Secundò fallit in casu authen.statuimus. C.de episc.& cleric.videlicet in iudicibus habentibus ministrare iustitiam: quia recusantibus ipsis ministrare non aliter priuantur iurisdictione: nisi ter fuissent moniti, & requisiti,& non aliter.

Tertiò fallit in feudalibus,vt est tex.in cap.vnic.de milite vassal. qui contum.

Quartò fallit,si habeo protestari,quòd nõ stat per me, quo minùs expediatur,sed stat per aduersarij casum vel dignitatem propter quem, vel quam impedior actum expedire,vide Bart.d.§.si quis ipse. S.Ianua. reg.21.

¶ Citatio trina vbi requiritur, iudex potest facere vnam pro omnibus,si hoc exprimat.Istam regulam tradit Socin.per l.nonnunquam.ff.de iud.in suis fallen.in regu.lj.quàm solùm limitat duobus modis.vide Alex.qui illam limitat quinque modis in l.contumacia.ff. de re iud. B.Dias.reg.81.

¶ Citatio trina requiritur, ad audiendam sententiam,nec sufficit vnica.Istam regulã reassumit Feli. in c.consuluit.de offi.deleg. super glo.in verbo,terminum.

Limita eam xj.modis, vt per eum ibi, vbi etiã tertiam limitationem,quæ communiter damnatur, duobus casibus saluat. B.Dias.reg.82.

¶ Citatio ter debet fieri,vt constituat aliquem in contumacia,vel semel peremptoriè. l. contumacia. §.j.de re iudicata.& per Doctores in l.de vnoquoq. eod.tit.

Primò fallit, quando par citat parem,vt si sunt duo arbitri,& vnus velit ferre laudum, vel facere aliquem actum.gloss.in clem.j.de hæret. sequitur Bal.in l.ad peremptorium.in fin.de iud.

Secundò fallit, quando citatur persona potens: quia tunc sufficit vnica citatio, etiam si non sit peremptoria.Ioannes Andræ in cap.non minus.de immunit.eccles.sequitur Bald.in c.j.princip.de milite vassal.qui cont.est. B.Socin.reg.75.

¶ Citatio vnica regulariter pro trib. citationib. sufficit,vt vim peremptorij habeat.l.nonnunquã.ff. de iudiciis.

Primò fallit,quando requiritur trina citatio,vbi nõ sufficit vna pro omnibus.gloss.est sing.in clem.j.in ver. requisierit.de hæret.

Secundò fallit in feudis: quia oportet quod interueniat trina citatio.vt per Bartol.in capit. j. de milite,

vassal. qui contumax est. in gl. super verbo, veniunt. in fin. in vsib. feud.

Tertiò fallit, nisi requiratur pro forma: nam tunc iudex nō potest facere, quòd vna citatio habeat vim peremptorij. Bal. in l. ij. C. quomodo, & quādo iudex.

Quartò fallit, quando tractatur de pœna imponenda. Anton. de Butr. in cap. ex tunc. de clericis non resid. B. Socin. reg. 76.

¶ Citatio vbi non interuenit sententia nulla est, ita in terminis cum ista regul. not. Abb. c. quamuis. num. 35. de senten. & re iud. cap. in nostra, de procur. fieri enim debet saltim per edictum. l. ea quæ. Cod. quomodo. & quando iudex. ca. absens. q. 9. Fel. post Bald. c. ex parte, de offic deleg. Vant. in tract. de nullit. in titu. de nullit. senten. ex defectu citat. nume. 3. latè. Med. reg. 8.

De citatione tractatur in l. de vnoquoque. De re iudicat.

Citò qui dat, bis dat: & qui tardè dat, minus dat. Instit. de fideiuss. l. non solùm. Riisvvich.

¶ Civitas. Ciuitatis appellatiōe regulariter, quod muris cingitur, continetur. l. nam quod liquidè. §. pen. de pen. leg. & ibi gloss. & Bart. in l. 2. ff. de verb. signi. c. si ciuitas, de senten. excom. libr. 6. & ibi Bal. glo. in capitu. si statutum, in versicu. ciuitatibus, de rescrip. lib. 6.

Fallit in 8. casib. quos not. Bened. capr. in suo tractat. conclusi. 101. fallit vt not. Felin. in cap. Rudulphus, de res. num. 1. & seq. Don. Fina, lib. 5.

Ciuitas priuatorum loco habetur. De verborum signi. l. 16. in fin. Riisvvich.

¶ Civis factus pater, non per hoc & filius dicitur ciuis, nisi expressè dicatur. Bald. leg. prima. C. de patr. qui fil. distr. secus in his est, quæ procedunt de genere, vel antiquorum consuetu. Med. reg. 9.

Ciuis si quis pronunciatur esse alicuius ciuitatis per sententiam, & eius fratres ciues dicentur esse. Ang. Auth. vt liceat mat. & auiæ. §. ad hæc Alexand. lege sępe num. 51. ff. de re iud. Doct. capitu. si iudex, de sent. & re iudi. 6. Alex. d. l. sæpe nume. 61. cum simil. Med. reg. 8.

Ciuis verè, & propriè erit ille, qui cum verbo fictionis adiungere poterit verbum veritatis: vnde si in priuilegio ciuitatis dicatur. Quicunque per triginta annos habitauerit in ista ciuitate habeatur, & sit ciuis, gaudebit tali priuilegio omnium ciuium verorum, propter geminationem illam, habeatur, & sit, hoc idem si apponatur verba hæc, in homnibus, & per omnia habeatur pro ciue. l. ij. §. furiosus. ff. de Iur. Cod. Ange. in negotiis. ff. de re iudi. Alex. Ias. Socin. & omnes Doctor. comm. l. j. ff. de legatis j. Medic. regu. 3.

Ciui nouo non imponuntur collectæ, quæ aliis pro veteribus debitis solent imponi. Barto. l. prouidendum. C. de decurion. lib. x. l. j. §. cohæredem. ff. ad l. Falcid. non enim soluere debet debitum, quod ab aliis contractum fuit. not. l. non debet. ff. de regul. iuris. Med. reg. 8.

¶ Civilis mors, soluitur morte naturali, Bellam. de cis. 1. titu. de hæret. num. 32. fallacia enim alia aliam trudit, & vna fictio tollitur per alterā, sicuti clauus clauo cuditur. vnde seruitus quæ dicitur mors ciuilis. l. quod attinet. ff. de reg. iur. soluitur morte naturali. §. finitur. Institu. de vsufru. est enim maior effectus mortis naturalis, quàm ciuilis, Aug. Ber. cap. in præsentia. num. 535. de probat. nam mors ciuilis habet effectum mortis naturalis in casibus tantum à iure expressis, Alex. consi. 139. volum. 2. Et not. quòd mors ciuilis triplex est, Prima dicitur maior capitis diminutio, cum amittitur libertas, & ciuitas. §. 1. Institu. de cap. dim. Secunda, quando ciuitas tantum, & dicitur media capitis diminutio, l. j. §. si filium. ff. de bon. poss. contra tab. tertia est minima, cum retinetur ciuitas, & libertas, sed tollitur tantum velle, & nolle, no. l. eius, §. fi. de rest. in integ. Medi. tr. 2. p.

¶ Clam qui delinquit, magis delinquit, quàm qui palàm. De admi. tu. l. non existimo. De ritu. nup. l. fi. C. de sum. tri. l. nemo. C. de ser. fug. Auth. sed nouo iure. Riisvvich.

¶ Clandestinae nvptiae. Presbyter qui inter est clandestinis nuptiis triennio suspenditur, & si culpa exegerit: grauiùs puniatur.

Extrà de clādesti. desponsat. cū inhibitio. Viuiē. reg. 11.

¶ Clavsvla codicillaris, apposita in testamento etiam nullo, virtute præteritionis, vel exhæredationis, operatur vt ipse filius præteritus, vel exhæredatus, vel alij succedentes ab intestato teneantur per fideicommissum hæreditatem restituere hęredi, detracta quarta Trebellianica, & quarta legitima si fuerit filius, vel Trebellianica tantùm, si alius sit successor. Ista est communis conclusio Doctor. contra gloss. ibi in authent. ex causa. C. de liber. præte. secundum Iasonem, quem etiam vide in l. filius qui in potestate. ff. de liber. & posthum. vbi etiam hanc conclusionem describit. Sed quò ad illud de quarta dicit, quòd cùm tunc fideicommissum debeat statim restitui, non detrahetur nisi vna quarta allegat Bart. expressè, in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testamen. ad finem. & Baldus in l. filium quem habentem. C. familiæ erciscundæ. & Angelus in l. prima. ff. de iure codicil.

Limita suprascriptam regulam tripliciter, vt per Ias. in d. authen. ex causa. B. Dias. reg. 90.

¶ Clavsvla. De clausula codicillari tractatur in l. j. de iur. codicil. Auth. ex cau. in fin. C. de li. pręt. De derogatoria in l. si quis in prin. de leg. 3. Riisvvich.

¶ Clavsvla derogatoria, ad alias sequētes vltimas voluntates posita in testamento, videlicet, si testator dicat, quòd si cōtingeret eum facere aliud testamentum, non vult eum valere: nisi talis causula esset specialiter in eo adiecta, operatur vt tale testamentum per secundum non tollatur. notat plenè Barto. in l. si quis in prin. ff. de leg. iij.

Limita quatuor modis, vt per Baldum. in l. sancimus, C. de testamen. quos ibi refert, & examinat Ias. quibus ipse addit alios septē: & sic prædicta regula restringitur per eum vndecim modis, quem vide optimè loquentem. B. Dias. reg. 86.

¶ Clavsvla hæc, quantum de iure poterimus, non habet vim peremptorij, tenet Anton. in cap. sæpè de appellat. quem sequitur Felin. vbi alios allegat in loco statim allegando.

Limita tripliciter, vt per Felin. in c. causam, quæ. de rescriptis. B. Dias. reg. 87.

¶ Clavsvla, non obstante, aliquo, non tollit determinationem legis antiquæ. gloss. ij. in auth. de hære. ab intesta. veni. in princi. Bar. in l. sciendum. in prin. ff. qui satis. cog. facit tex. in l. ita nobis cordi. pudor, C. de adulter.

Limita dupliciter, vt per Felin. in capitu. nonnulli. de rescr. B. Dias. reg. 88.

Clausula, non obstante, nunquam tollit actum iuratum, vel constitutionem iuratam. gloss. est sing. in capitu. cùm non deceat, in gloss. fin. de elect. in vj. probat

bat tex. in c. constitutus. de rescript. tenent Anton. Imo. & Abb. in c. j. de iis, quæ fiunt à maio. par. cap. commendat etiam illam glo. Celsus Hug. tract. clausularum. in c. de clausulis rescriptorum, in prin. & vide infrà in litera P. in regula incip. principis rescripto. in prim a fallentia.

Limita istam conclusionem duobus modis, vt per Ias. in l. fin. in fi. C. si contra ius vel vtil. publi. qui reputat vtrunque mirabile pro restrictione dictæ regulæ. Vide meliùs, & latiùs per Fel. in d. c. constitutus. vbi ampliat dictam regulam; & eam quinque modis restringit. B. Dias. reg. 89.

¶ CLAVSVLA codicillaris, apposita in testamento etiam nullo, virtute præteritionis, vel exheredationis, operatur vt ipse filius præteritus, vel exhæredatus, vel alij succedentes ab intestato tueantur per fideicommissum hæreditatem restituere hæredi, detracta quarta Trebellianica, & quarta legitima si fuerit filius, vel Trebellianica tantum, si alius successor. Ista est communis conclusio Doct. contra gloss. ibi in authent. ex causa. C. de lib. præter. secundum Ias. ibi, quem etiam vide in l. filius qui in potestate. ff. de lib. & posthum. vbi etiam hanc conclusionem describit. Sed quò ad illud de quarta dicit, quòd cũ tunc fideicommissum debeat statim restitui, nõ detrahetur nisi vna quarta. allegat Bartol. expressè in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testamen. ad fi. & Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. & Ang. in l. j. ff. de iure codicil.

Limita suprascriptam regulam tripliciter, vt per Ias. in d. authen. ex causa. B. Dias. reg. 90.

Clausula generalis non extenditur ad futura; quæ sunt contra ius commune. Ias. l. talis scriptura. num. 25. ff. de leg. j. idem. l. sed & si quis. §. Iurium. nu. 7. ff. si quis caution. Med. reg. 1.

¶ CLAVSVLA generalis posita inter aliqua capitula, refertur ad omnia præcedentia, & sequentia; l. 3. §. filius inter medias, ff. de libe. & posthu. l. talis scriptura, ff. de leg. j.

Fallit in 7. casib. quos not. Ias. in d. l. talis scriptura, numero 36.

Fallit in 9. casib. quos not. Fel. in c. causam quæ, de res. nu. 15. Fallit in 36. casib. quos no. Ant. Gabr. lib. 6. de claus. concl. 9.

Clausula generalis non refertur ad specificata, l. doli clausula, ff. de verb. oblig.

Fallit in 4. casib. quos not. Iaso. in d. l. nu. 1. videas Abb. in cap. sedes. de rescri. Declaratur secundum Bello. in litera C. in versi. clausula.

Clausula, non obstante, nunquam tollit actum iuratũ, vel constitutionem iuratam, DD. in l. omnes, C. si contra ius.

Fallit in 2. casib. vt per Iason. in d. l. omnes, num. 5. Ampliatur, & limitatur in 5. casib. per Felin. in c. constitutus, de res. colum. 2.

Si in libello apponatur clausula, saluo iure addendi, vel minuendi, de qua clausula est tex. in capitu. inter dilectos de fide instrum. non potest libellus mutari vel emendari post litem contestatam. hanc esse communem opinionem testator Iaso. in l. edita. C. de edendo.

Fallit in 3. casib. vt per Iason. in d. l. nu. 41.

Clausula apponi solita, censetur apposita. doct. in l. vt liberis, C. de colla.

Ampliatur & limitatur in multis casib. secundum Ias. in d. l. vt liberis. numer. 8. Fallit in 4. casib. quos not. Soc. Iun. in l. Gallus, ff. de lib. & posthum. nume. 24. & seq. fallit in 6. casib. vt per Rip. in capitul. cùm M. Ferrariens. numer. 39. de constitu. vbi Fel. numero 15. etiam limitat. fallit in 4. casib. vt per Anto. Rub. in l. non solùm, §. mortem. ff. de no. ope. nunc. numero 18.

Sicut clausula in fine posita trahitur ad omnia capitula præcedentia, ita econtrariò clausula posita in princ. trahitur ad omnia capitula sequentia. l. 3. §. filius. ff. de lib. præte. l. quisquis, & ibi Bald. in prin. ff. si cer. pe. no. dd. in ca. secundo requiris, & in c. inquisitioni, de appel.

Fallit in 12. casibus quos no. Ias. in l. cùm post omnes. C. de lib. præteritis, numero 9. fallit in 8. casibus, quos no. Felin. in c. causam quæ, de res. columna 2. fallit in 22. casib. quos no. Port. in lib. 2. suarum cõcl. reg. 38.

Clausula derogatoria ad alias sequentes vltimas voluntates posita in testamento, videlicet si testator dicat, quòd si contigerit eum facere aliud testamẽtum, non vult valere: operatur vt tale testamentum per secundum non tollatur; l. si quis in princ. testamenti, vbi Bart. ff. de leg. 3.

Fallit in 11. casib. quos no. Ias. in l. sancimus, C. de testa. nume. 7.

Clausula hæc, quantum de iure poterimus, non habet vim peremptorij, not. in c. causam quæ, de res.

Fallit in 3. casibus, vt per Felin. in c. causam, de res. colum. 2.

Clausula codicillaris apposita in testamento, etiam nulla virtute præteritionis, vel exhæredationis operatur, vt ipse filius præteritus, vel alij succedentes ab intestato teneantur; detracta quarta hæreditatem hæredi scripto restituere: hanc esse communem opinionem testatur Ias. in Auth. ex causa, C. de lib. præterit.

Fallit in 3. casib. secundum Ias. in dict. auth. Colum. antepen. & an clausula codicillaris censeatur apposita voluntate testatoris, videas Port. lib. 4. suarum concl. reg. 8.

Nullus inferior potest vti clausula derogatoria; puta non obstante aliqua lege in contrarium faciente.

Fallit in 2. casib secundum Crot. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. nu. 4. vers. infertur tertio.

Clausula non obstante aliquo; non tollit determinationem legis antiquæ, glo. in Auth. de hæredi. ab intest. venientib. in princip. Bar. in l. sciendum. in princip. ff. qui satisd. coga. facit text. in l. ita pudor, ff. de adulte.

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. nonnulli. colum. 23. de rescript.

Clausula, si sine liberis, quomodo intelligatur declarat Zas. in tract. subst. fol. 66. & incipit cõditio, si sine liberis.

Fallit in multis casib. vt per Ripam in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel.

Notarius censetur rogatus apponere clausulam consuetam, not. Bart. & doct. in l. non solum. §. morte, ff. de noui. op. nuntiat.

Fallit in 4. casib. quos not. Anton. Rube. in d. §. morte, nu. 19.

Fallit in 14. casib. quos not. Port. in lib. 4. suarum concl. reg. 19.

Clausula ex certa scientia operatur, quòd error allegari non potest. Bald. in l. 2. q. 7. in fin. C. de rescind. vend.

Fallit in 2. casibus, quos not. Dec. in l. in totum, ff. de reg.

regu.iur.& ista clausula multum operatur in 25.casib.& nihil operatur in 18.quos no. Port.lib.1. suarū concl.reg.1.

Clausula simpliciter derogatoria voluntatis sequentis operatur sequentem dispositionem ab illa clausula regulari, & per consequens sequens dispositio dicatur sine voluntate, & ita quòd non sit attendenda. Ampliatur in vno casu, & limitatur in 5. à Mari.Socin.Iun.in l.si quis in prin.testa.ff.de leg.2. num.24.

Clausula decreti si est apposita in dispositione, illi pars renunciari non potest, gloss.in c.dispendia, de res. in 6.

Fallit in 3.casib.quos not.Port. lib.3. suarum conclus. reg.1.

Clausula generalis non refertur ad ea, de quibus non censetur esse actum, vel cogitatum inter partes. l. cum Aquiliana, & l.qui cum tutoribus.§.fi.de transactione.

Declaratur ista regula à Bello. in suis conclu. in litera C.in ver.clausula. Don.Fina, lib.2.

¶ Clausula omni meliori modo apposita in fine substitutionum, ad omnes substitutiones referri debet, quando non subest ratio diuersitatis, cur ad vnā potius referatur, quàm ad aliam.l.3.§.filius. ff. de liber.& posthum.l.talis scriptura.§.fin.ff.de leg.j.Barto.l.fin.ff.de reb.dub.Bald.l.quisquis.C.si cert. pet. l.j.C. de liber.præt. c.inquisitioni, de appel. Dec. consi.79.num.4.Crau.consi.326.nume.14.item not. quod clausula adiecta vni capitulo non est referenda ad cæteras partes, quando diuersa ratio potest assignari, Bartol.l.3.§.filius. colum. 2. ff. de liber. & posthum.num.7.not.l.talis scriptura.§.fin.ff.de leg. j.Dec.consilio 294.Alba.consilio 88.num.6. Medi. reg.10.

Clausula saluo iure tertij, semper in rescripto principis subintelligitur.l.2.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco publico.Bald.leg.ex facto.ff.de vulg.glo.c.j. vt lite pend.nisi contrarium appareat, in eo. c.quāuis.de rescrip.6. Medic.reg.8.

Clausula rato manente pacto, adiecta in cōtractu pœnali super pœna adiecta vni ex correlatiuis non seruanti contractum, non extenditur ad non seruantē. Doct.leg.cum pater.§.liberis.ff.de le.2. Medic.re.9.

Clausulæ derogatoriæ vim habet geminatio verborū. Ber.c.sicut.num.69.de prob.Ceph.consi.90.num.3. Zuchard.l.j.num.111.C.de pact.simil.Gozad.consil. 70.num.7.Ias.l.damnosa.colum.j.C.de præc. imp. offer. Medic.reg.3.

¶ Clericus absens ad hoc vt priuari possit, primò moneri debet.in c.quoniam.§.porrò.& ibi Doctores, vt lit.non contestata.

Primò fallit, quando cōstitutio synodalis ipsis clericis præciperet, vt resideant, & ipsos non residentes priuet: cùm tunc alia monitio non sit necessaria, vt voluit Federic.in consilio suo 100.& Antonius in d. §.porrò.

Secundò fallit, quando ipse clericus expressè, vel tacitè fuisset monitus in primo termino sibi assignato, super recessu, ad reuertendum sub pœna priuationis: tunc alia monitio, vel requisitio non sit necessaria, & ita procedere poterit opinio Innocent. in d.§.porrò.qui hoc tenuit.secundum Ioan. Andr. ibidem, quod notat extrà, de officio deleg.capitul. consulit.secundum Imo.in §.porrò.vbi plenius vide per docto. Soc.reg.81.

¶ Clericus coram non suo iudice, id est seculari, conueniri non potest, etiam si sui episcopi consensus interueniat. tex.est cum glo.in capitulo, significasti. de foro competenti.

Primò fallit, quando talis causa fuisset commissa eidē à Papa, vel episcopo: cùm tunc conueniri possit, vt patet in c. significasti.

Secundò fallit in causa feudali, in qua conueniri potest coram domino seculari, extra de foro competēti.capitulo, ex tenore.& not. extrà, de maioritate, & obedientia.c.solitæ.

Tertiò fallit, quando ipse clericus esset bigamus, quia tunc non gauderet beneficio ecclesiastico, quarta distinctione.c.quisquis.& c.vnico.de bigamis.

Quartò, fallit in causa conuentionis, in qua dicendum est, prout not.extrà, de iudic.c.at si clerici.

Quintò fallit, quando esset coniugatus, & non incederet in habitu clericali, & tonsura.extrà, de cler.coniug.c.vnico.in vj.

Sextò fallit, quando dimisisset habitum, & tonsuram, & tertiò monitus illam non resumpsisset, extrà de senten.excommunicationis.capit.in audientia. & c. cùm contingat.eod.titulo.& hoc etiam not.in c.primo, de apostatis.

Septimò fallit, quando clericus negotia secularia exerceret, & tertiò monitus non desisteret: cùm tunc primò illa bona perdat, & priuilegium clericale: vnde super eis poterit coram iudice seculari conueniri.extrà, de vita & honestate clericorum. c.fi.

Octauò fallit, quando clericus in minoribus existens esset ad militiam secularem promotus, extra, de ele. cùm inter.

Nonò fallit, quando per annum artem ioculatoriam exercuisset, & intra annum monitus non desisteret. extrà, de vita & honestate clericorum.in capit. j.in sexto.

Decimò fallit, quando esset depositus, vt incorrigibilis, extrà, de iudi.cùm non ab homine.

Vndecimò fallit, si esset etiam degradatus actualiter, vt in c.secundo, de pœnis.in vj.

Duodecimò fallit, quando inuocatur brachium seculare contra ipsum clericum, prout inuocari potest in casibus, de quibus in c. princeps. decimatertia q. prima.vt est casus quādo ab ecclesia requiritur: cùm tunc laicus habeat potestatem, vt clericum puniat: vt habetur extrà, de senten.excommunicationis.capitulo, perpendimus, per Card.& Florian.in sua repeti.in c.si iudex.& c.si clericus.de sent. excommu. in vj. B.Soc.reg.10.

¶ Clericus eligi non potest regulariter per saltū, sed gradatim, vt est text.in capit.statutis.§.his.lxj.distinctione.

Primò fallit in casu necessitatis, quia deficeret qui celebrasset, vel esset minus pauper eligendus, seu ordinandus in sacerdotium: vt nota.per totum, de temp. ordin.

Secundò fallit in clerico magnæ scientiæ, qui potest eligi per saltum, vt probat Felin.in c.clerici.in fine. de iudic. S.Ianua.reg.24.

¶ Clericus non potest, nisi semel in die, celebrare.c.sufficit.de consec.dist.j.

Primò fallit in die natalis Iesu Christi.c. consuluit.de celeb.miss.

Secundò fallit in casu necessitatis.d.c.consuluit.

Tertiò fallit, quando veniret aliqua persona, quæ non potest transire sine missæ auditione, vt sunt episcopi.c.fi.de priuileg.in v. S.Ianua.

¶ Clericus de Papæ mandato potest bellum gerere,

rere,& indicere. Calder.c.petitio.de homicid.

Primò fallit,quando bellum nõ esset omnino iustum.

Secundò fallit,quando tale bellum non fieret Cardinalibus consultis: quia ad hoc, vt clericus debet obedire mandato Papæ: debet Papa in hoc casu consulere Cardinales, aliàs non est præstanda obedientia.

Tertiò fallit,quando tale bellum sufficienter possit explicari,ac exerceri per laicos: quia tunc non debent clerici se immisceri,aliàs sic.hæc ex Feli.post Card. & alios in d.c. petitio, &c. S.Ianuar.

¶ Clericvs non admittitur in testem contra laicum in criminalibus:nec contra.gl.in cap.testimonium.xj.quæstio.j.facit text.in ca.vt decæterò de testibus.

Primò fallit, quando laicus accusaretur de crimine ecclesiastico,coram iudice ecclesiastico:quia tunc bene possunt,c.testimonium.

Secundò fallit etiam quando in iudicio seculari veritas aliter haberi non potest.Abb.in d.c.vt deceterò. per tex.in cap.quanquam.xiiij.quæstio.j.& hoc quando agitur de crimine ciuiliter etiãsi iudex post sanguinem puniat:quia non nocebit.secùs autem,quando agit criminaliter principaliter.Fel.in d.c. vt deceterò. S.Ian.re.28.

¶ Clericvs,& Oeconomvs. Quòd clericus,vel œconomus, vel alij administratores alicuius venerabilis loci, non possunt prouocare ante sententiam, nec post sententiam:nisi primò condemnatio exigatur,postea verò prouocetur.

In Aut.de sanc.Epis.§.œconomus autem. Azo,ru.104.

¶ Clericis opprobrium est,si peritos se velint disputationum esse forensium.C.lib.6.tit.23. l. 23. in fin. Riisvvich.

¶ Clericvs in causa ciuili potest reconueniri coram iudice seculari. Hanc regulam probat gloss.in c.j.in verbo,super suis. de mutuis petitio. & in c. at si clerici.in verbo,non tenet,de iudi.& in c.multi.in verbo,seculari.ij.quæst.j.& in summa,xj.q.j.& in l. cùm Papinianus. C.de senten. & interlo.om. iudic. de iure Regio concordat tex.in l.lvij.titul.vj.part.j. Circa quam regulam vide Dec.in c. at si clerici. nu. 25.de iudiciis. Hanc opinionem dicit esse communem Iac.de sancto Georg.in l.ij.in §. sed si agat.nu. 4.ff.de iud.& in l.qui non cogitur.nu.1.eod.tit.

Hanc regulam posuit Maria.Soci.in c.j.de mutuis petitio.nume.24.vbi in numero 28.cum sequent.eam limitat decem modis. P.Duen.re.102.

¶ Clericvs incorrigibilis regulariter degradandus,& curiæ seculari tradendus,& per eam comprimendus est. tex. est à contrario sensu in c. cùm non ab homine.& quod ibi no.& in c.at si clerici,extrà, de iudiciis.

Primò fallit in crimine hæresis:quia clericus est statim post depositionem curiæ seculari relinquendus, & eidem traditur, & sic degradatur: vt capitu.ad abolendam.in gloss.de hęreti. & in d.c.cùm non ab homine, quod est verum, quando fuit relapsus in hæresim, nam tunc sine vlla audientia traditur curiæ seculari:vt in c. super eo.& cap. accusatus de hæreticis.in vj.aliàs non traditur ipse hæreticus,si vult se corrigere,hæresim abiurare, sed detruditur in carcerem ad pœnitentiam peragendam. extrà, de hæret.capit.penult.quinimò ista pœna carceris potest hodie in aliam commutari. vt capit.vt commissi. de hæret.in vj.circa quod vide nota.per glos.xxj.distin. c.nunc autem.

Secundò fallit in falsificante literas Papæ: quia incontinenti traditur curiæ seculari:dicto capitu. ad abolendam. extrà,de hæreticis. & dicto capitulo, cùm non ab homine.& communiter tenetur quòd sit speciale in hoc crimine,secundum Alexandr.in d.c.at si clerici.

Tertiò fallit in illo, qui fuit depositus propter contumeliam, vel calumniam, quam intulit episcopo suo.xj.quæst.j.si quis sacerdotum.&iij.quæstio.iiij.si quis clericus.vt voluit gloss.in dict. cap. ad abolendam.& in cap.fin. extrà de testi. cogend. secundum gloss.in dict. cap. cùm non ab homine. & dicuntur hæc capitula procedere in incorrigibili: & ita sentit glo.in d.capitulo, si quis clericus.& in canone, si qui sunt.ij.quæst.vij. ista opinio tanquam verior cõmuniter approbatur,vt in d.c. cùm non ab homine. & in d.c.fin.

Quartò fallit, nam cùm pro simplici homicidio vel alio crimine atroci degradetur, & detrudatur in carcerem, aut alia pœna condigna, si ecclesia non habeat vltra quid faciat, degradandus erit, & curiæ seculari tradendus: quod etiam permittitur pro simplici homicidio,propter contemptus canonicæ disciplinæ: vt in d. c. cùm non ab homine. extrà de iudi.& per ipsum domi. Nicol.pleniùs in dicto. c.at si clerici.circa finem ibi,ad hoc faciat.

Quintò fallit in illo,qui promiscuè commisisset vnum crimen grauissimum, putà homicidium nõ simplex sed qualificatum *, putà paricidium, quia interfecit patrem, vel matrem: vel sacerdotem priuatum cum spoliatione bonorum, vel ecclesiam combussisset, vel vnum de deputatis ad diuinum officium spoliasset, & ordinasset patriam prodere, vel aliud crimen grauissimum commisisset, & in canonibus certa pœna non esset determinata: sed per leges pœna sæuissima venisset imponenda. Nam cùm sacerdote talia delicta committente non sit cõdigna pœna depositionis & perpetui carceris, cùm fortè laici eius socij comburerentur, vel ad bestias darētur. Et alia pœna condigna in ecclesia similis non reperitur,erit talis clericus degradandus,& curiæ seculari dandus: quia ecclesia non habet vltra aliud quid faciat.ad hoc auth.de san.epis.§. si verò crimen. Et ita disputando retulit Petr.de Anchar.pro quo facit tex.in c.j.de homic.in vj. Ad hoc tex.in c.nouimus. de verb. sig.vt patet ibi,& aliud,&c. quia nõ solùm propter aliud crimen, ergo videtur damnabile & damnosum vt clericus degradetur,& curiæ seculari tradatur:facit etiam ad hoc tex. xxxiij.q.v.sunt quidam.& xxij.q.v.si quis laicus. vbi patet,quod clericus vel presbyter degradatur propter coniurationem prędictam contra principem, vel dominum terræ, quia tunc in tali loquitur in actuali degradatione*propter immanitatem criminis. arg. l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.etiam ad hoc tex.in d. c.at si clerici.in princi.vbi patet,quòd non quilibet depositus debet tradi curiæ seculari indifferēter,sed qualificatus, secundum Nicol. vbi pleniùs de his tractatur. B.Soci.re.79.

Additio.

* Qualificatum. Adde Petr.de Ancha.in consil. clvij. Bened.Vad.

* Degradatione.Vide Pet.de Ancha.in consi.prealle. clvij. Bened.Vad.

¶ Clericvs non succedit in feudum. Hanc regulã probat textus in cap. j. in §. qui clericus.si de feudo defunc.content.in vsib.feud.vbi dicit text.quòd eo

ipso quòd quis est clericus, vel votum religionis affidat, priuatus sit feudo. Facit etiam tex. in c. vnic. de milite vasallo qui arma bellica deposuit. vbi miles assumens habitum religionis priuatur feudo. Facit etiam tex. in c. j. an mutus vel surdus. vbi probatur quòd vasallus effectus clericus feudum retinere non potest. Facit etiam tex. in c. j. de feudo fœminæ. vbi ille qui efficitur clericus vel conuersus, aut aliquo modo habitum religionis assumit, in feudum pater num non succedit: & si illud habeat, perdit ipsum. De iure Regio est tex. in l. vj. titu. xxvj. part. iiij. Hãc regulam per multas alias rationes posuit Præp. in c. j. in §. & quia vidimus. qui feudum dare pos. Barba. in Rub. de feudis. nume. 1. cum sequentibus. Alex. in consi. x. volum. v. num. 1. Abbas & Canonist. in c. in præsentia. de probationibus, vbi notabiliter Paulus Parisius num. 192. Chassanæus in consuet. Burgund. in titu. des fiedz. Rubri. iij. §. v. nume. 1. cum sequent. Francisc. Curtius Iunior in tracta. feudorum. in iij. parte, in x. quæstio. numer. 13. vbi vsque ad numerum 19. notabiliter examinat quæstionem hanc pro vtraque parte: & finaliter concludit cum hac opinione, allegans ibi quamplures alios Doctor. idem tenentes. eandem opinionem tenet Matthæus de Affli. in c. j. in §. prætereà si vasallus. in gl. iij. num. 72. quę fuit prima causa beneficij amittendi. & in c. j. num. 9. de milite vasallo qui arma bellica deposuit. & in c. j. nu. 32. an mutus vel aliàs imperfectus. in vsibus feud. idẽ Matthæus de Afflict. in constitu. Neapol. lib. iij. Rubri. iij. nu. 5. Iason in consi. cxvij. volu. iiij. nu. 1. & in consi. cxiij. nu. 2. volu. j. Capitius decis. xxxj. nu. 2.

Limita primò, vt procedat in feudo vero & proprio, pro quo debetur seruitium personale: secùs autem in eo in quo debetur seruitium reale: ita Abb. in dicto c. in præsentia. de probationi. & ibi Felin. nu. 46. Parisius ibi nu. 193. Hanc opinionem tenet Ruinus in consi. xlij. nu. 9. vol. j.

Limita secundò, quando clericus non esset in sacris cõstitutus, sed esset primæ tonsuræ. ita Bald. quem sequuntur alij Doct. in dicto capit. qui clericus. si de feudo fuerit controuersia. Præpo. Alexandrinus in d. §. & quia vidimus. Calderi. in consi. 2. in tit. de feudis. Curtius Senior in cons. lxij. versic. 6. me mouet. Albertus Bru. in cons. xvj. num. 1. & in consi. xxxviij. nu. 10. Matth. de Afflict. in d. c. qui clericus. nu. 17. si de feudo fuerit controuersia.

Limita tertiò, quãdo pater vel alij agnati facerent aliquem in fraudem effici clericum, ad hoc vt in feudo succedere non posset. ita tenet Iacobus de Bellouiso. in c. j. de feudo fœminæ. in j. q. per illum text. vbi dicit ita sæpe vidisse in regno Siciliæ: quem sequitur Francisc. Curt. Iunior in tract. feud. in d. quęstio. x. nu. 25.

Limita quartò, non procedere in fœmina quæ intrasset monasterium: quia in casu in quo feudum transiret in fœminas, trãsiret etiam ad Moniales. ita cõcludit Felin. in d. c. in præsentia: numer. 4. post alios Doct. Alex. in d. cons. x. nu. 6. in v. vol. quos sequitur Franc. Curt. in d. tract. feud. vbi notabiliter hoc ponit in d. q. x. nu. 26.

Contra quam limitationem tenet Chassan. licet sub dubio ibi relinquat cogitandum, in consuetu. Burg. tit. des fids. Rub. iij. §. v. nu. 15.

Limita quintò in monacho qui ex dispensatione Papæ factus est comes: quia succedit in feudo aperto post quàm est comes. ita tenet Bald. in consi. cclxxv. num. 7. volum. ij. quem sequitur Curtius Iunior in dicto tracta. licet corruptè eum alleget, in d. q. x. num. 28. Circa quam vide Chassanæum vbi suprà, numero decimosexto.

Limita sextò, non procedere in istis cruciferis qui militant contra infideles, vt sunt Commendatarij sancti Ioannis. ita Bal. licet sub dubio, in consi. clxx. nu. 2. volu. 2. quem sequitur Præpo. in c. 1. de milite vasallo qui arma bellica deposuit. in vsibus feudorum. nu. 2. in fine. licet de Bal. nullam mentionem faciat, & ibi hoc tenet idem Bal. Contrariam tamen tenet Andr. Barb. in Rubr. de feudis. num. 3. & in tracta. de præstantiis Cardinalium. in j. par. q. v. nume. 7. quam opinionem dicit de rigore iuris veriorem esse Albert. Brun. in cons. 17. Catellia. Cotta, verbo, clericus. in fine. Chassanæus in consuet. Burgun. in d. nu. 18. Curtius Iunior in d. tract. feud. in d. x. q. nu. 29. est tamen notandum quòd Bal. in d. cons. non se bene firmat in hac opinione.

Limita septimò, non procedere in feudo franco, & libero: quia in eo succedit clericus & etiam monasterium. ita Bald. in c. inter dilectos. num. 5. & 6. de fide instru. & in Authen. nisi rogati. C. ad Trebellia. nu. 15. vbi allegat tex. in d. cap. inter dilectos. idem Bal. in l. si plures. nu. 7. C. de condit. inser. quam opinionem sequitur Alex. in consi. x. nu. 5. volu. v. Feli. in c. in præsentia. n. 45. de probatio. Barb. in d. Rub. de feudis. nu. 2.

Limita octauò, nisi clericus de nouo inuestiatur à domino sciẽte ipsum clericum: quia posset eo casu feudum retinere. ita concludit Aluarotus in c. j. in §. j. de benef. fœminæ. Aretinus in d. c. in præsentia. nu. 84. de probatio. Francis. Curt. in dicto tract. feudorum. in d. q. x. nume. 30. Alex. in d. cons. x. numero 17. Matth. de Afflic. in cap. j. in §. ex hoc illud. num. 8. de benefic. feudi. & in c. qui clericus. num. 8. si de feudo fuerit controuersia. Quod tamen intelligo verum, quando post monachatum de nouo datur per dominum directum illo monacho sciente: si autem eueniret monacho per legatum vel alia de causa, puta successionis vel simili: tunc distinguendum est quale sit feudum, & quod seruitium pręstare tenetur: vt declarat Aretinus in dict. nu. 84. quem sequitur ibi Paul. Paris. num. 193. in fine.

Limita nonò, vbi esset consuetudo in contrarium in aliquo loco: quia consuetudo specialis derogaret generali consuetudini feudorum: quia generi per speciem derogatur: vt in capitulo, Robertus. cum simil. de feudi cognitione. ita concludit Bald. in cõsi. clxx. num. 2. vol. ij.

Limita decimò, non procedere in feudo acquisito pro se, & suis successoribus quibuscunque: per ea quæ notat Bal. in l. j. nume. 37. quæst. xxiiij. ff. de rer. diuis. vbi dicit quòd quando fuerunt apposita dicta verba, transit feudum ad extraneos, imò etiam ad legatarios, quem sequitur Iaso. in l. quædam. in §. nihil interest numero 3. ff. de edendo. Albertus Brunus in consil. xvj. nume. 8. Alexand. in l. si patroni. ff. ad Trebel. & in l. Gallus. in §. etiam. ff. de lib. & posth. idem tenet Bald. in cap. inter dilectos. de fide instr. & in c. quæ in ecclesiarum. nume. 39. de constitutio. Fel. in cap. in præsentia. num. 48. de probat. Contrarium tamen tenet Barba. in rubrica, de feudis. num. 5. quam opinionem sequitur Chassanæ. sub dubio vbi suprà, numero decimoseptimo, & Curtius Iuni. in dict. tractatu, quęst. x. numero trigesimoprimo, vbi remittunt se ad Felin. in dicto cap. in præsentia. num. 48.

Limita vndecimò in Canonicis regularibus: prout cõcludit Curtius Senior in consil.lxj. & lxij.

Limita duodecimò, nõ habere locum in Cardinalibus: ita concludit Ias.in conf.cxvij.numer.2.volumin.4. quam opinionem tenet etiam Afflic.in c.1.numer. 10.de mil.vasal.qui arma bel.deposuit.in vsib. feud. vbi dicit idem esse in Archiepiscopis & episcopis, cùm sint personæ illustres, & possunt seruire per substitutum: vt in cap.j.de re iudic.libro vj.quod notat Bald.in l.nullus.C.de decurio.libro x.Hanc opinionem tenet Barba in d.rub.de feudis, numer.2.in medio: & in tract. de præstantiis Cardinalium. in j.par. quæst.5.Præpos.in c.j.§.& quia.numer.47. qui feudum dare possunt.

Limita decimotertiò, non habere locum in fratribus tertij ordinis sancti Francisci ita Romi.in cons.ccclxxvij.nu.4.quem sequitur Barba. in c. ex parte. numer.11.de feudis.Curtius in d.tract.feudorũ, in ij.parte, quæst.xx.Capitius in decisione x.nu.3.& 17. Præpo.Alexan.in c.1. in §.& quia. nu. 53.qui feudum dare possunt.in vsib.feud. P.Duen.re.103.

¶ Codicilli rumpuntur, rupto testamento.l.prima.C.de codi.cum similibus.

Primò fallit, si venientes ab intestato grauati essent restituere id, quod relinquebatur in codicillis: quia tunc codicilli valerent, licet testamentum non habeat effectum, vt in l.ex testamento. & in l.eam, quã. C.de fideicommiss. & in l.ex scriptura. & ibi not. ff. de testamentis.

Secundò fallit, vbicunque tacitè nõ expressè essent rogati de restituendo id, quod in codicillis contineretur: quia tunc valent codicilli, licet testamentum rumpatur: casus est, & ibi exemplum in l.qui filio. §. j.cum gl.fi.ff.de hære.inst.& ibi vide per Bar.qui ab omnibus ibi improbatur, & vide ibi ad intellectum illius legis Baldum & Ioannem de Imola. qui idem volunt.

Tertiò fallit, vbicunque testamentum esset ab initio nullum, putà quia in eo esset præteritus filius iam natus: quia tunc facti codicilli valent.Ita tenet Cyn. in l. domina. la prima.eodem titu.& alleg.l.iij.§.fin. cum ibi not.ff.de postul.& idem tenuerunt Dyn. & Bar.in l.legata inutiliter, secundum vnam lecturam. ff.de legatis j. B.Socin.reg.103.

¶ Clericus per laicum, vel patronũ, seu parochianum ecclesiæ impediri vel denuntiari non potest, vt propter crimen commissum à beneficio remoueatur. glos.in c.ex parte.de testib.& quod not.gl. in c. qualiter.el secundo, de accusatio.& Goffre. & Spec. in titu.de inquisitione.§.primo.versicu. sed nũquid extraneus.

Primò fallit, quando non fuisset oppositum, & ita procedere poterit d.c.ex parte.& ibi per Ioan.Andr.qui ita tenet.

Secundò fallit, quando quis vellet eum impedire, vel denuntiare de crimine dilapidationis: cùm tunc in defectum clericorũ admittatur laicus, ad hoc quod not.extrà, de reb.eccl.non alie. §.si quis. secundum Nicolaum, in dict.c.ex parte.

Tertiò fallit, quando denuntiare vellet non canonica institutione, sed denuntiatione euangelica, quæ solùm tendit ad pœnitentiam: cùm tunc admittatur quilibet etiam laicus, iuxta nota.extrà, de testibus.c. in omni, & in c.nouit.

Quartò fallit, quando ageretur de crimine præcedente monitionem: nam ipsa facit, vt tunc admittatur quilibet de populo, cùm cuiuslibet intersit, ne fra- ter decipiatur, secundum Anto.in d.c.ex parte.& ibi per Nicol.

Quintò fallit, quando ipse clericus non esset iam promotus, sed promouendus: cùm tunc admittatur ad excipiendũ contra eum non solùm parochianus vel patronus: sed etiam alius laicus, dummodò speciale interesse prætendere possit: vt voluit Innoc.extrà, de accusa.c.super his.vbi pleniùs. B.Soc.reg.82.

¶ Clericus potest relaxari à iudice laico, quando ostendit se esse clericum, & hoc potest facere parte non citata.Tiraqu.in term.huius reg.tract.res inter alios acta.limitat.38.Marsi.l.de vno.numer.107.ff.de re iudic.c.si iudex.de sent. excom.6.Bal.lege, si quis per calumniam.columna secunda. C. de episcop.& cleric. Med.re.8.

¶ Clericus pro statu ecclesiastico ecclesia vacante personaliter agere non potest: tex.est in cap.1. ne sede vacante.

Primò fallit hæc regula in casibus, de quibus per Canonistas in cap.cùm olim.extrà, de testibus. Et primò quando esset talis quæstio; quæ commodè tractari potest vacante sede, quam plenè not.extrà, de consuetu.cap.cùm dilectus.secundum Imo.in d.capitu. cùm olim.

Secundò fallit, quando esset talis quæstio, quæ si differatur, ecclesia traheretur in peiorem statum: vt est casus in dicto cap.cùm olim. & ibi plenè per Canonistas. B.Soc.re.83.

¶ Clericum punire nõ potest iudex laicus coram se delinquẽtem, in actu explicando coram se.Feder. cons.93.secus est in iudice ecclesiastico, qui punire potest delinquentem coram se.Doct.com.l.nullum. C.de testib. Med.re.9.

¶ Clericus regulariter coram suo episcopo debet conueniri, tex.est in c.1.& in c.si diligenti.de foro cõpetenti, & in capitul.insolita.& in capitul.placuit.11. quæst.1.

Amplia istam regulam 20.& 4.modis, & limita 30.& 2. vt copiosissimè per Maria.Socinum, in d.c.1.de foro compet.& vide notab.per Stepha.Aufrerij, in repet. clementinæ 1.de offi.ordi. in additionibus per eum factis ad dictam repetitionem, in regula prima, vbi ponit, viginti & vnum casum, in quo clericus potest conueniri de crimine coram iudice seculari, & in regula secunda in dictis additionibus, vbi ponit triginta & tres casus, in quibus etiam potest coram eo conueniri clericus in ciuilib. Soc.re.92.

¶ Clerico violentiam inferens in vestibus, vel eum detinens inuitum, est excommunicatus: tenet Inno. in c.nuper.de senten.excom.notat gl.in c.si quis suadente.17.q.4.in verbo, manus.

Limita octo modis, vt per Felinum, ibi, circa fine, ver. text.videtur, & adde septem casus (quos ponit Bernardus Laurent.in tractatu quem edidit de casibus) vbi iudex secularis potest imponere manus in clericorum personas, in quibus quis potest verberare clericum sine metu excommunicationis.Ber.Socin. re.94.

¶ Clericum percutiens est excommunicatus, & non nisi à Romano Pontifice debet absolui. Hanc regulam probat text.in capitul.si quis suadente.17. quæstio 4.& in c.1.& in cap.non dubium.& in cap. ex tenore.de sententia excommun. & in c. religioso eodem titu.lib 6.De iure regio text.in l.3.titul.9. par.1. Hanc regulam ponit Nicol. Plotius in tract. de excommunicatione.in princip.numero 23. vsque ad finem: vbi eam limitat xiiij.modis, eandem re-

gulam etiam cum aliis xiij. limitat ponit Ioan. de Ligniano in tract. de censura ecclesiastica. §. vj. numero 1. Alias xiiij. limitatio. ad hanc regulam ponit text. in l. iij. titulo nono. part. 1. & x. limitatio. ponit glossa, in d. cap. si quis suadente. in verbo, violentas, & vij. limitationes ponit Bernardus Laurentius in tractat. in quibus casibus iudex secularis possit imponere manus in personas ecclesiasticas, numero 7. Hanc regul. cum xx. ampliatio. in effectu, licet viij tantùm videantur, & xxij. limitatio. ponit Stepha. Aufreri. in tract. de potestate seculari super ecclesiasticas personas. in 3. reg. per totam. vbi licet tantummodò ponat xij. limitatio. sunt xxij. vt suprà dixi in effectu.

Vltra quas ampliationes, & limitationes amplio primò hanc regulam, vt non solùm percutiens sit excommunicatus, verùm etiam ipso iure sine aliqua denuntiatione, vt est text. in Extrauagan. Martini Quinti. quæ incipit, insuper ad euitanda. vbi probatur quòd ad hoc vt quis sit excommunicatus requiritur quòd denuntietur. Sed extrauag. illa excipit supradictum casum, nisi fuerit excõmunicatus pro violenta manuum iniectione in clericum: quia tunc non requiritur denuntiatio, & Extrauagantem illam ponit ad literam Archiepiscop. Florentinus in tractatu de excommunicatione. num. 16. & in Summa in iij. parte. titu. xxvj. c. vlti. vbi ponit etiam approbationem illius extrauagantis: & illam etiam refert Felin. in c. Rodulphus. numer. 39. de rescript. Ange. in Summa, in verbo, excommunicatio, el viij. Philip. Dec. in c. à nobis. num. 20. & ibi Pau. Parisius, num. 12. de exceptio.

Amplia secundò habere locum etiam si percussus sit primæ tonsuræ, vt in c. quisquis. xvij. quæstio. iiij. in can. de persona. xj. quæstio. j. cap. clericos. xj. distin. in c. cùm non ab homine. ibi, quocunque ordine. de iudiciis. in cap. j. de clericis coniuga. lib. vj. gl. in Clemen. 2. in verbo, clericos. de vita & honest. cleri. & in c. 2. in verbo, clericos. de præben. & ita expressè tenet Ioan. Lupus Segouiensis in tract. de censu ecclesiast. quæstio. 2. & v. Tho. Grammaticus in decisione x. numer. 1. Matthæ. de Afflic. in constitut. Neap. lib. j. Rub. xix. numer. 21. Ioan. de Imo. in c. ex literis. nu. 6. de vita & honesta. cleri. Lambertinus in tract. iuris patrona. in j. par. 2. libri, in 2. arti. in vj. q. num. 6. Hanc opinionem tenet etiam Io. Maur. in repe. l. vnicæ. C. de mul. & quo in loco munera subire soleãt lib. x. eandem opinionem dicit esse communem Albertus Trotius in tract. de vero, & perfecto clerico, in j. lib. dubio 2.

Amplia tertiò habere locum in personis, quæ regulariter viuunt, licet non faciant possessionem: nam isti gaudent priuilegiis clericorum, & manus iniicientes in eos violentas incurrunt sententiam excommunicationis. ita Ant. de Butr. quem sequũtur alij Doct. in c. 2. numer. 6. de foro compet. Quam opinionem dicit esse communem Nicol. Boerius in tract. de vita, & honesta. Eremitarum. numero 14. Eandem opinionem tenet Lambertinus in tract. iuris patrona. in j. par. ij. libri: in vij. q. art. 4. numero 2. Idem est in mulieribus quæ vt Deo seruiãt se recludunt vna domo ad ieiunandum, & orandum, quæ tamen habent priuilegium monachorũ, ita vt eas percutientes incidant in pœnam huius regulæ, & sub iudice seculari conueniri non possunt, ita probat in c. indemnitatibus. in §. supradicta, de elect. libro vj. ita tenet Angel. in Auth. apud quos oporteat causas dicere monachos. in prin. nu. 4. Anto. de Butr. in d. nu. 6. Cardina. de Turre. Crema. in c. qui verè. in vltima q. 16. q. 1. Quam opinionem sequitur Nic. Boer. in trac. de statu, & vita Eremitarum. nu. 15. licet contrarium teneant Domini de Rota in decisione 167. in antiquis, secundum veterem impressionem: & secundum nouam in tit. de regularibus, in decisio. 1. de qua decisione facit mentionem Cęsar Lambertinus in tract. iuris patronatus, in 1. par. 2. libri, in q. 7. principali, artic. 6. nu. 4.

Amplia quartò, etiam si clericus sit degradatus, non tamen potest percuti, & percutiens cum incidit in can. si quis suadente. tenet Bal. in c. sedes apostolica. de rescr. numer. 4. & allegat Inno. ibi. Ratio est, quia priuilegium dignitatis durat finita dignitate. gloss. est expressa in can. accedens. in gloss. 1. 50. dist. & est glo. expressa quæ hoc probat in c. dictum. in glo. fin. 81. dist. Pro quibus glo. est tex. in l. vnius. in §. seruũ. ff. de quæstionib. & in c. ostenditur. de consec. distin. 4. text. notabi. in l. fin. in versic. non esset torquendũ in memoriam pristinæ dignitatis. ff. de decurio. Facit etiam glo. in c. contingit. el 1. de sententia excõmuni. & in c. ad abolendam. de hæreti. in verbo prærogatiua. & hãc opinionem tenet Hipp. in sing. 107. & in l. eiusdem in prin. numer. 7. ff. ad l. Cor. de sica. & in l. etiam si redhibitus. num. 2. ff. de quęst. And. Tiraq. in trac. de causa cessante. in 2. parte, limitat. 15. nu. 4.

Amplia quintò, etiam si percussus sit coniugatus, dum tamen contraxerit cum virgine semel & non bis, & deferat tonsuram & vestes honestas. vt in c. 1. de clericis coniuga. libr. 6. & l. 49. tit. 6. par. 1. l. 13. tit. 3. lib. 1. Ord. & est pragmatica 27. in vol. Pragmaticarũ, vbi taxatur habitus clericalis. ita tenet Matthę. de Afflictis in constitu. Neapol. lib. 1. Rub. 3. nu. 21. quod tamen intelligo verum in percutiente ipsum clericũ coniugatum, non tamen in persona vxoris eius: ita Io. And. & ibi Dom. in c. 1. de cle. coniu. libr. 6. Io. de Imol. in c. 2. de fo. comp. Tiraq. in gloss. 1. post leges connubia. nu. 59.

Amplia sextò, etiam si clericus percussus sit mortuus: durat enim priuilegium in cadauere, vt percutiens iniuriosè, incidat in pœnam huius regulæ, ita tenet Felin. in c. à nobis. el 2. numero 4. de sententia excõmu. Alber. Brunus in tract. de augmento. nu. 95. Hippo. in l. vnica. numero 53. C. de raptu virgi. & in l. fin. numer. 56. ff. de quæst. pro qua opinione est text. in c. quod te. de pœniten. & remissio. vbi clericus, qui non potest tempore interdicti ingredi ecclesiam viuus, potest in ea sepeliri mortuus, faciat etiã text. in l. 2. ff. de cadaueribus puni. gloss. in c. an. licitè. 33. quæst. 7.

Amplia septimò, etiam si percutiens sit clericus, vt in c. cùm pro causa. & in c. porrò, & in c. monachi. de sententia excom.

Amplia octauò, etiam, si clericus percussus sit excommunicatus, ita Innoc. in num. 3. & communis opinio in c. si verè. num. 1. de sententia excom. & est tex. pro ista opinione in c. 1. & cap. de Monialibus. eodem titu. facit glos. in cano. si quis deinceps. 17. quæst. 4. & in can. si quis vestrum. 23 quæstio. 5. & in capitu. 2. ne clerici vel monachi. lib. 6. Felin. in cap. 1. de sententia excom. Ratio est, quia priuilegium hoc ordini, non clerico conceditur: vt in c. contingit. el 2. de sententia excommu.

Amplia nonò in percutiente ingressum religionem nouitium, & si nullum ordinem habeat. vt in capite religioso.

religioso de sententia excommun.lib.vj. sunt enim de foro ecclesiæ & personæ ecclesiasticę: vt in can. duo sunt.xij.quæst.j.ita concludit Ancha.in consilio lxviij. And. Tiraquellus in tract. de vtroque.retra.in tit.de retrait lignagier.§.j.in gloss.viij.numer. 22.& nu.30.

Decimò amplia, etiam si non sit verè clericus, sed destinatus clericatui, & sic gerat se pro clerico: vt sunt pueri deseruientes in choro, deferentes habitum, & tonsuram: quia percutiens eos est excommunicatus, ita concludit Archid. in d.c. si quis suadente. nu.8.Felin.in c.cùm adeò.de rescript faciunt cumulata per Iaso.in l.diuortio.§.interdum.ff.soluto matrimonio.Pala.Ruuios in repet. Rub. de donatio.§. xxxviij.

Amplia vndecimò, non solùm si percutiat clericum, sed etiam consanguineum clerici causa eiusdem clerici: vt in c. sciant cuncti.de electio.lib.vj.glos.in clemen.ij.in verbo, quomodolibet. de senten. excommun.facit etiam text.in cap. quicunque. de senten. excommun.lib.vj.tenet Matthæus de Afflic.in trac. de iure protomiseos, in Rubri.numer. 27. quod intellige solùm in casibus specialibus in illis iuribus: secundum Syluestrum in sua summa, in verbo, excommunicatio.el ix. Caiet. in eod. verbo.c. xxxiiij. Ias.in l. de pupillo. §.si quis ipsi prætori.nume.12.ff. de noui operis nuntia.

Limita primò non habere locum, quando quis insequitur clericum, sed non percussit, vt est glos.in c.felicis.verb.insequutione.de pœnis.libro vj.quam sequuntur ibi Ioan.Andr.& Communiter Docto.Innocen.Abb. & Docto.in cap.nuper. de sententia ex commu.licet contrarium teneat gloss.in can. si quis pulsatus. de pœniten.distin.j.

Fallit secundò in eo, qui capit clericum, vt obuietur delicto committendo.tenet Abb.in cap.si verò.el j. de senten.excommu.idem Abb.& Deci.num.36. in cap.cùm non ab homine.de iudi.facit gloss. notab. in cap.2.de hæreticis. vbi probatur, quòd quilibet tenetur alium corrigere in delicto committendo, & ex hoc patet quòd familia potestatis potest capere clericum incedentem de nocte cum armis, sine metu excommunicationis, tenet Abb.in c.vt famæ. de sententia excommu.in c. j.nume.7.de deposito.Bal. in l.si quã per calumniam.C. de episc.& cleri. Decis. in d.c.cùm non ab homine. num.40. Montaluus in l.lj.tit.vj.parte 2.quæ opinio hodie approbatur per l.xv.tit.iij.libr.1.Ord.Et xx.casus in quibus iudex secularis potest imponere manus in ecclesiasticas personas sine metu excommunicationis, ponit Bern. Laur. in tract. quibus casibus iudex secularis possit imponere manus in ecclesiasticas personas. in xiiij. volum.tractatuum.

Limita tertiò, quando clericus primæ tonsuræ exercens officium carnificum, seu macellariorum, aut tabernarij publici, & personaliter tertiò monitus pro priis nominibus expressis à diœcesano non dimiserit illud officium: nam isti tales non gaudent priuilegio clericali, vt est text.& ibi glos. in verb.publicè, & in verbo.nominatim.in Clemen.j.de vit.&honest.cler. sed hodie sufficit si in genere moneantur: vt in Extrauagan.Leonis x.quem refert Boetius, vbi eam ad literã ponit, in decisio.lxix. numer. 36.& ideò si fuerit tertiò monitus, & non destiterit à tali officio, si est coniugatus, perdit statim priuilegium, & percutiens non incidit in Canonem: si quis suadente, & si non est coniugatus tantummodò perdit priuilegium clericale, scilicet in rebus suis, vt ibi dicit prædicta Clemen.quam declarat Ber.de Luco in practica, c.67. Cæsar Lambertinus, in tract.iuris patrona.in 1.par.2.libri, in artic.26.9.quæst. principali, numer 3.& circa hanc regulam vide tex.in l.4.ti tu.9. part.1.quæ ponit casus, in quibus percutiẽs clericum possit absolui ab alio quàm à Romano Pontifice. P.Duen.re.99.

¶ Clerici, & personæ ecclesiasticæ & ecclesiæ non debent subire munera personalia, sed sunt immunes: & sic non tenẽtur soluere collectas, neque aliud tributum.Hæc regula probatur primò de iure diuino, Numerorum c.3.& c.8.Probatur etiam & secundò de iure naturali, vt testatur Caius Cæsar in lib.6. suorum Commentariorum.Tertiò probatur de iure Canonico, vt in capitul.non minus, & in c.aduersus. de immunit.ecclesi.& in capitul.peruenit.86.distin.& in c.quanquam.de censibus. libr. 6. Quartò probatur de iure ciuili, vt est text.in l.placet.C.de sacrosan.ecclesi.canonizata in cap.generaliter.in §. placet.16.quæst.1.facit etiam tex.in auth.item nulla communitas.C.de episc.& cler. Probatur etiam de iure regio, in l.1.titu.3.lib. 1.Ordin.& in l.3.in quaterno Gabellarũ.& in l.51.titul. 6.part.1. Hanc regulam ponit Bart.in l.vnica, numero 32.C.de mulier. & ibi quo loco munera subire debeat. libr.10. idem Bart. in consilio 180.& in l. 1.in §.fi. ff. de munerib.& honori.Panor.& alij.in c.non minus.nu.1.& 17.suprà al leg.Ias.in l.placet.in 2.lectura, numero 10.C.de sacrosan.eccles.Ioan. de Plat.in l.fi. C.de exactoribus tributorum.lib.10. Guido Papa, quæstio. 372. Fran. Curt.Iunior in cons.61.num.2.Matth.de Affli. in c. 1.n.32.quæ sint regaliæ, in Vsibus feud.Thomas Grãmaticus in decis.29.nu.10. & in consil.1. posito post decisiones.numer,32.& 33. Io. Maritius in repet.dictæ l.vnicæ.C.de mul.& in quo loco munera subire debeat.Ioan.Bassianus in consuet.Aluerniæ.cap. 25. articu.8.Petrus Antibolus in tract.de munerib.§.4. numero 26.cum sequentib.Franc. de Platea.in trac. de excommunicatione.§ 36. Chassanæ. in consuetu. Burgund.in titul.Des iustices.Rubr.1.§.5.numero 4. & in §.4.in d.titul.Des iustices.Rubr.1.num.17.Cardina.in repet.capit.perpendimus.nu. 9.de sent. excommunic.

Amplia primò, etiam si clericus vellet sponte soluere dictam collectam: nam non posset nec communitas debet recipere. ita tenet Thomas Parpalia, in repe. d.l.placet.ver.& tertium.C. de sacrosan. ecclesi. Ratio est, quia hoc priuilegium est inductum in fauorem totius cleri, prout in dubio præsumitur, & sic illi non potest renuntiare: vt in capitul. si diligenti. cum aliis, de foro competenti.Facit quod not.Iaso. in l.ad egregias.nu. 2.ff. de iureiur.& in l.1.§. & post operis.numero 12.ff.de noui.ope.nuntia pro qua limitatione est tex.in cap.exigit.de censibus.lib. 6. licet cõtra eam velit tenere Ioan.Mauritius in repet. dictæ l.vnicæ.

Amplia secũdò habere locum etiam in colonis, & vxoribus, & filiis clericorum: nam eis non possunt imponi collectæ propter bona quæ habent à clericis vel ecclesiis: vt d.capitul.generaliter.in §.nouarum. 16.questio.1.Bald.in l. 2.C. de episc.& cleri.idẽ Bal. per illum text. in l. 2. penes quos.C.de agrico.& censitis, libro 11.vbi textus dicit quòd domini, non coloni vel censiti pro eorum prædiis tributa soluere tenentur.Circa quam limitationem vide Mauritiũ, in d.l.repe.l.vnicę.

Amplia tertiò in emphyteutis, vel vasallis ecclesiæ, seu ecclesiarum: nam sunt exempti à muneribus sordidis. tenet Bart. in l. senatorum. C. de dignitat. libro xij. vbi expressè dicit, quòd vasallus ecclesiæ est exemptus, & non dicit à quibus, sed de necessitate intelligendum est à sordidis, & de emphyteuta idem tenet Bald. in l. quæro. ff. de vsufructu legato. Bartol. per illum tex. in l. priuatæ. de excus. muner. C. nu. 2. lib. x. quẽ sequitur Thomas Parpalia in repet. l. placet. in prin. quod etiam sequitur Ioã. Mauri. vbi alleg. alios Doct. in d. repet.

Amplia quartò in oblato, qui se, & sua obtulit religioni: quia tunc tam persona ipsius oblati quàm eius bona monasterio collata sunt libera, & exempta ab omnibus oneribus secularibus, sicut sunt reliqua bona ecclesiastica, & personæ ecclesiasticæ, vt in cap. j. & ibi gloss. de decimis. tenet Abb. in consil. liij. nu. 2. volu. j.

Amplia quintò in fratribus Hierosolimitanis, quos Rhodianos vulgus nominat: nam ipsi sunt immunes & non tenentur soluere collectas, cùm pro Christianæ fidei incolumitate eos passim videamus militantes: nam sunt de ordine clericali, & separati à lege matrimonij, & obligati ad horas dicendas, & habent certum & limitatum ordinem viuendi à Pontificibus institutum, vt in Clement. j. de religio. domi. non computantur inter personas ecclesiasticas: vt in canon. duo sunt genera. & ibi glos. j. xij. quæstio. j. Bartol. in l. semper. in §. quibusdam. num. 1. ff. de iure immunita. tenet Ioan. Mauritius in rep. d. l. vnicæ. Quod intelligo in fratribus, quos assiduè pro diuini cultus augmento, & salute operam dare agnoscimus, vt per Alexand. in l. ne quidam. C. de milita. testamen. Doctor. in Clement. cùm ex eo. de senten. excommuni. & in Clem. 2. de foro compet. Quod hodie est derogatum quantum ad collectas, in omnibus Commendatariis, tam sancti Ioannis quàm sancti Iacobi. & alij in l. iij. in fin. in quaterno Gabellarum.

Fallit primò, nisi aliud habeat consuetudo: nam si consuetudo est, quòd clerici consueuerunt soluere collectas pro certis bonis ad eos translatis, valeret consuetudo. hoc voluit sentire Bartol. in l. ad collationem. C. de auro coronario. libro x. Alexand. in additio. ad Bartol. in l. rescriptum. in §. sciendum. ff. de muneribus, & honor. Bald. in consili. cxij. numer. 4. volum. 2. Specul. in titul. de clericis coniuga. numero 5. Rochus de Curte in tracta. de consuetudine. numero 511. vbi tenet, quòd in conflictu opinionum illa est tenenda, quam sequitur consuetudo, etiam si sit contra ecclesiam. quod ante eum tenuit Abb. post Ioan. And. in cap. at si clerici, de iudiciis. Hanc opinionem sequitur Remigius de Gonny in tracta. de charitatiuo subsidio. Paulus consilio 27. numero 27. volumine primo, & in numero 32. licet contrarium teneat Abb. in cap. non minus. numero 17. de immunit. eccles.

Limita secundò, quando aliqua possessio æstimata, seu adscripta & appretiata & registrata in libro communi, seu communitatis, deueniat ad clericum seu ecclesiam ex quocunque titulo: nam tunc tenetur clericus vel ecclesia penes quam est dicta possessio, ad collectas soluendas per laicos imponendas, sicut sui antecessores debebant. ita tenet Specula. in titul. de clericis coniug. numero 11. versi. alij dicunt. Lucas de Penna in l. fin. C. de exact. tributo. libro x. Guid. Papa in decis. lxxix. Contra quam fallentiam dicit esse Communem opinionem Remigius de Gonny in tract. de charitatiuo subsidio, vbi etiam notabiliter examinat. Sed pro hac limit. est tex. in l. 1. titul. 3. libro 1. Ord. & videtur etiam l. 55. titul. 6. part. 1.

Fallit tertiò, quando ex vetusta consuetudine, seu antiqua præscriptione debetur domino per vasallos terrarum suarum annis singulis quædam præstatio vocata collecta, pro qua soluenda omnia bona immobilia ipsius terræ sunt taxata, & appretiata in summa præstanda pro ipsis collectis, si possessiones illorum bonorum ex aliquo titu. inter viuos, vel in vltima voluntate transferãtur in ecclesia, vel clericos, aut aliàs ipsi clerici in eis legitimo iure succedant, pro bonis eiusdem tenẽtur clerici vel ecclesię ad soluendam taxationem pro rata illorum bonorũ, prout prædecessores laici pro illis bonis anteà persoluebant. Hanc fallentiam in eisdem propriis terminis ponit Lucas de Penna. in l. fin. in princip. C. de exactoribus tributorum. libr. 10. quem sequitur Remigius de Gonny, vbi beatissimè eã examinat, in trac. de charita. subsidio.

Fallit quartò, quando clerici possedissent de facto, & non de iure: nam tunc nõ excusantur ab istis muneribus: vt sunt fratres Minores si possiderent immobilia, quæ sunt eis prohibita. vt in clemen. exiui. de verbo. significati. facit text. in capitul. recolentes. in fine, de statu monachorum, ita tenet Ancha. in cõs. 109. nume. 2. quem sequitur Ias. in l. vbi pactum. numer. 30. C. de transact. Thomas Parpalia in repet. l. placet. C. de sacrosan. eccl. Ioan. Mauritius in repet. l. vnicæ. C. de mulie. & in quo loco munera subire debeant lib. 10.

Limita quintò, quando fraudulenter fieret translatio bonorum per laicum in clericum, vel ecclesiam, vt tenet Specula. in titu. de clericis coniugatis. num. 16. quem sequitur Thom. Parpalia in repet. d. l. placet. vers. item limites. Ioan. Mauri. in d. repe. l. vnicæ. C. de mulierib. & in quo loco. De iure regio est textus in l. 59. tit. 5. part. 5.

Fallit sextò, quando alienans, vel donans, seu legans tempore contractus opponit conditionem quod ecclesia soluat onera, seu collectas: tunc si ecclesia vult acceptare relictum, debet id facere cum onere suo. ita tenet Anchar. in consil. 217. nume. 1. quem sequitur Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. numero 77. de constitut. quam opinionem sequitur Thomas Parpalia in allegata l. placet. in versi. sextam limitationem. pro qua opinione allegat text. in l. si ista stipulatio. in fin. ff. de operis liberto. vbi acceptans contractum debet in totum illud ratificare. quem sequitur Bellonus in consil. xl. num. 4. licet Mauritius contra eam teneat in d. l. vnic.

Fallit septimò, quando communitas imponeret collectas pro certis annis successiuis, si intereà medio tẽpore transeat ad ecclesiam, tenebitur ecclesia soluere. tenet Ang. in consil. ccvj. & in consil. xxiiij. quem sequitur Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 77. de const. Thom. Parpa. in d. l. placet. ver. aliam, & septimam limitationem. Nicol. Bellon. in dicto consi. xl. nu. 4.

Fallit octauò, quando princeps indicit collectam vasallis suis: nam si ecclesia tenet feudum ab eo siue mediatè, siue immediatè, ecclesia tenetur ad talem collectam soluendam. tenet Ioan. Faber. nume. 8. in d. l. placet. C. de sacrosanct. ecclesi. Pro qua opinione facit. text. & ibi Doct. in cap. nimis. de iureiur. de quo

quo vide Carol. de Grassalio in lib. regaliæ Franciæ: lib. 2. ius xj. Franc. de Platea in tract. de communica. §. xxxvj. nu. 6.

Fallit nonò, quando esset statutum, quòd omnia prædia alicuius territorij essent tributaria, scilicet, quod soluant annuatim certum quid communitati: tenet Bartol. in l. rescriptum. in §. fin. ff. de muneribus & honor. numero 5. & ibi Alexand. in eius additionibus. idem Bart. in l. fin. C. de exactor. tributorum. lib. x. Anchar. in cap. 1. de imminut. ecclesiarum. lib. 6. idem tenet Bald. in l. fi. C. sine censu, vel reliquiis. numero septimo. & hoc vult dicere glos. in l. munerum. in §. patrimoniorum. lo. ij. in verbo, Pontifex. ff. de munerib. & honorib. Idem tenet idem Bald. in consilio cclxxx. volu. 2. vbi tenet, quòd opinio Bart. propter publicam vtilitatem, & necessitatem est in vsu, aliàs esset damnare totum mundum, & hanc opinionem Bartol. sequuntur alij doctores, relati per Deci. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 214. de constit. quam opin. latissimè defendit Ioan. Mauri. in repetit. l. vnicæ. C. de mulieribus, & in quo loco, libro x. Contrariam opinionem tenet Iacob. Butr. in Authen. item nulla communitas. C. de episcop. & cleric. quam opinionem contra Bar. dicit esse Communem Ias. in l. placet. suprà allegata, in 2. lectura, num. 21. Eandem opinionem contra Barto. dicit esse communem Feli. vbi latissimè eam examinat, in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 76. & eam dicit esse falsam Bal. in d. l. placet. & in l. neminem. C. de sacro sanct. eccles. in d. Auth. item nulla communitas, & in d. l. fin. C. sine censu, vel reliquiis, & in d. cons. cclxxx. vbi dicit, quòd hæc opinio est tutior. Lud. Rom. in l. si publicanus. §. j. num. 7. ff. de pub. & vectigal. Abb. num. 13. & Ioan. de Imo. numer. 16. versic. an autem. in c. fin. de vi. & honesta. cleric. pro qua opin. contra Bart. est text. in l. 2. tit. 3. lib. 2. Ordi.

Fallit decimò in clericis coniugatis: vt in c. j. de clericis coniug. lib. vj. quod tantùm excepit eos in duobus casibus. de quibus ibi. & ibi glo. in verb. ceteris. Hanc opi. tenuit Abb. antiquus in c. ex parte. in prin. de clericis coniugatis. & ibi Pan. no. j. Ang. in Auth. de monachis. §. penul. nume. 15. Bal. in Margarita, in verb. cleric. Guid. Papa in decisi. lxxiij. & cclxxxiij. Bertachin. in tract. de Gabellis, in vij. par. princ. nu. 19. Ioan. Mauritius in repet. l. vnicæ. C. de mulierib. & in quo loco. lib. x. quæ opin. approbatur de iure regio per text. in l. xiij. titu. 3. libr. j. Ord. & l. xxiij. ti. 4. lib. 4. Ordin.

Fallit vndecimò in clericis negotiatoribus: ita tenet Fed. de Senis in consil ccvij. facit text. in cap. quanquàm. à contrario sensu, de censibus. libro vj. & in Clement. fin. eo. tit. & ibi glos. tenet Panor. in cons. vj. volum. j. Bertachinus in tract. de Gabellis, in vj. q. septimæ partis principalis, num. 10. idem in 2. quæst. tertiæ partis principalis. Spec. in tit. de immunitate ecclesiarum. numero 3. text. in l. iij in quaterno Gabellarum. Ratio est, quia est prohibita negotiatio in clericis, cùm distrahat à diuinis: vt in dicto capit. quanquàm. & in c. fin. & ibi Docto. de vita & honestate clericorum. & in Summa. xiiij. quæstio. iiij. & in can. j. lxxxviij. dist. Porrò dicitur quis negotiari quando rem emit & integram lucrando reuendit, non mutata forma: non qui emit, vt sibi sit materia operandi cum ea, etiamsi in venditione lucretur, vt in cap. eiciens. lxxxiij. dist. ita firmat Domini. in d. c. quanquàm. Cardin. in d. Clemen. præsenti. in 3. notabi. Bertachin. in dicta. vij. parte. numero. 11.

Quod tamen intelligo verum, quando clericus portat res proprias causa negotiandi: quia tunc talis tenetur soluere Gabellam: non si ex dicta causa portaret res ecclesiæ. ita tenet Anchar. Imol. & Panor. in d. c. fi. de vita, & honest. cleric. Bertachin. vbi suprà.

Limita duodecimò ratione belli imminentis, vt in ca. peruenit. de immunita. eccl. in c. non minus. in vers. nisi episcopus. eo. tit. & in l. neminē. C. de sacrosanc. eccl. De iure regio est tex. in l. 52. titul. 6. part. 1. facit etiam tex. in c. aduersus. eod. tit. de immunit. eccles. Pro quo etiam facit quod habetur 4 libro Regum. c. 12. vbi Ioas Rex Israel pro necessitate tulit omne aurum, & argentum, & vniuersa vasa, quæ inuenta sunt in domo Domini. Facit etiam eod. libr. 4. cap. 18. vbi similiter Ezechias Rex Israel dedit omne aurum, & argentum quod repertum fuerat in domo Domini pro necessitate patriæ, & vt eis subueniretur. Facit pro hoc: nam bona ecclesiæ & facultates sunt deputatæ vt oppressos, & captiuos redimant: vt in c. sacrorum. & in c. sicut. & in c. gloria episcopi. 12. q. 2. Hanc opinionem tenet Nico. Bellon. in consi. 1. numero 1. Ioan. Mauritius in d. l. vnic. Chassanæ. in consilio 64. num. 2. Curtius Iunior in cons. 61. n. 14. vbi dicit hanc esse Communem opinionē. Socinus, & Doctores in l. si ex toto. ff. de legatis 1. Matthæus de Afflictis in cap. 1. in §. similiter. de Capitaneo qui curiam vendidit. in vsibus feudorum. Paul. Parisius in consil. 78. nu. 14. & 17. volum. 1. Ioan. Iacobus de Leonardis in consilio 117. numer. 26. inter consilia Alberti Bru. Pro qua limitatione facit text. in c. in omni timore. & in ca. si nulla necessitas. 23. quæst. 8. text. expressus de iure Ciuili in l. nullus penitus. C. de cursu publico. lib. 12. vbi probatur, quòd tempore expeditionis nullus cuiuscunque ordinis vel dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel Domus regia excusationem angariarum seu perangariarum habeat: & sic non solùm tenentur contribuere, verùm etiam custodire muros ciuitatis & eam defendere. Sed contra supradictam limitationem est text. expressus in c. reprehensibile, 23 quæstion. 8. vbi dicit text. quòd clerici non tenentur ad custodiam ciuitatis, etiam contra piratas maris: quia cùm sint milites Christi debēt Christo in diuinis seruire. in quo est distinguendum, aut quæritur vtrùm clerici debeant ire ad belligerandum, ita vt velint alios impugnare: & dico quod non, etiam si ageretur pro recuperatione terræ sanctæ: cùm clericalis ordo reddat eos inhabiles ad pugnandum, etiam contra Saracenos. ita probatur in cap. ex multa. in §. si. de voto. aut quæritur vtrum teneantur ad custodiam ciuitatis seu oppidi vbi morantur, vt in casu nostræ limitationis, & tunc si maxima necessitas non subest, excusantur: quia non debent auocari ab officiis diuinis, vt in d. can. reprehensibile. facit etiam text. in ca. Cyprianus. 21. quæst. 3. aut imminet magna necessitas, ita vt sine eis non possit commodè ciuitas ab oppressione, & inuasione custodiri, & tunc eos puto teneri: vt in d. c. peruenit & in d. l. nullus. quæ debet intelligi propter necessitatem instātem, ne aliis iuribus contradicat. Pro quo facit tex. in c. penul. de homicid.

Hanc opinionem tenet Abbas in d. capitu. peruenit. & in c. sicut. & in nu. fi. de iureiuran. Ange. de Clauasio in Summa, in verbo, immunitas. § 34. Iason. in l. si ex toto. numero 15. ff. de legat. 1. Carolus Ruyn. in cons. 219. volum. 1. num. 12 & Mauritius in repet. l. vnicæ,

C.de Mulieribus,& in quo loco.lib.x.Pro quo facit, nam quilibet tenetur defendere patriam suam,prę-sertim cùm ex ipsius defensione protegantur orphani,& viduę,& miserabiles personæ,pro quibus episcopi, & clerici debent summoperè laborare: vt in cano.j.lxxx.distinct.facit etiam textus in c.j.& fi. de postulan.

Fallit decimotertiò, quandocunque princeps imponit collectam pro redemptione sua: nam omnes, etiam ecclesiastici,debent contribuere: quia ecclesia est mater captiuorum: vt in præcedente limitatione dixi. & ita notabiliter concludit Boerius in decis.cxxvj.nu.9.

Fallit decimoquartò in tributis,seu collectis præteritis: nam si possessor non soluit tributum seu collectam, potest pro præterito anno exigi ab ecclesia, vt tenet Bart.in l.incola.la 2.num.5.ff.ad munic.Ias. in d.l.placet.in 2.lectu.nu.2.& ibi Thomas Parpalia in versi.aliam limitationem.Ant.de Butr. Panor. & Ioan.de Imol.in d.c.fin.de vita & honest.cleri.facit text.in l.Imperatores.ff.de publica.& vectig.

Fallit decimoquintò, quoties ecclesia transiret iteratò ad priuatum. ita tenet Dynus,quem sequitur ibi Bar.num.3.in l.Paulus.ff.de acquir.hæred.vbi ponit regulã, quòd licet statim ex quo res est apud ecclesia sit priuilegiata, statim ex quo recidit ab ecclesiam desinit esse priuilegiata:quem sequitur Thom. Parpalia in d.l.placet.in vers.nonam limitationem.

Fallit decimosextò in oneribus, in quibus est pietas, vel publica versatur vtilitas: vt in viis, & itineribus instruendis,vt in l.ad instructiones,C.de sacrosanct. ecclesiis,& in l.ad portus.C.de operibus publi.& in l.absit.C.de priuilegiis domus Augustæ.lib.xj.&in l.fin.C.de quibus muneribus nemini liceat se excusare.lib.x.gloss.in cap.non minus.in verbo, releuandas.de immu.eccles. de iure regio tex.in l. liiij. titu. vj.parte j.& l.xx.titu.xxxij.parte iij.& in l. j.titu.iij. lib.j.Ordi. Hanc limitationem ponit Lucas de Pena in l.fin.C.de exact. tribut.lib.x. Fran. de Ripa.in lib.2.responsorum,cap.xx.num.5.& 6. Hanc etiam opinionem tenet Bartol.& Docto. in d.l. ad instructiones.C.de sacrosanct.ecclesi. de quo latissimè, & notabiliter per Aegidium de Bellamera in consilio xlv. incipiente, Consules ciuitatis Aluiniæ. Guido Papa in quæstio. lxxviij. Contrarium tamen consuluit Abb.in consi.3.in 2.volumine.pro qua opinione est gl.in d. l. ad instructiones.& ideò pro concordia est distinguendum:aut mœnia fiunt,seu reparãtur ad ornatum ciuitatis, & tunc procedit opinio illa quòd ecclesia non tenetur: aut verò propter necessitatem belli,& tunc secùs:ita videtur sentire Cinus & Bald.in d.l.ad instructiones,vbi dicunt quòd tunc sunt compellendi clerici per episcopum: allegant c.j. de immu. eccles.lib.vj. & ita notabil. concludit Carolus de Grassalis in Regal.Franciæ.lib.2. iusvj.in versi.cogi.

Fallit decimoseptimò in collecta imposita pro liberanda ciuitate à peste: quia talis collecta propter communem clericorum,& laicorum vtilitatem videtur esse imposita, & quia pietatem respicit: nam nulla est maior pietas,quàm pauperes,& debiles,in firmósque tueri,& patriam subleuare: vt in can. fortitudo,& in c. non inferenda.22.quæst.3. Ratio est, quia ibi concurrit pietas,& communis vtilitas: ita concludit Panormit.in dicto cons.3.volum.j.num.1. Quem sequitur Ripa in d. l.libr.responsorum. capi. xx.nu.8.

Limita decimooctauò, regulam non habere locum in fratribus tertij ordinis sancti Francisci: nam isti nõ excusantur à collectis,ita tenet Petr. de Ancharano in capitulo 1.de immunit. ecclesi. libro 6.vbi tenet, quòd isti non sunt personæ ecclesiasticæ,& ideò nõ sunt exempti à datiis,seu collectis: qui isti licet dicantur fratres,vt in Clemen.cùm ex eo.de sententia excommunicat. tamen non sunt propriè atque strictè religiosi, sed fratres de pœnitentia: neque propriè dicuntur habere regulam,sed potiùs quendam modum viuendi,vt est gloss. notabilis.in Clem.1.de religio.domi.& in d. Clem.cùm ex eo. Bart. tamen in l.semper.in §.quibusdam.ff.de iure immunit. dicit se vidisse consilia plurimorum Doctorum Iuris Canonici, & Ciuilis,asserentium quod isti à talibus exactionibus sunt exempti: nam sunt Deo deuoti: vt in capit. duo sunt genera. duodecima quæstione prima.Pro qua opinione est tex.in cap.1.de immunit.eccles.libr.6. dum dicit, personis ecclesiasticis. nam non potest negari quòd prędicti non sunt personæ ecclesiasticæ, licet non sint clerici. quam opinionem Barto.vltra alios Doctores sequitur Franc. de Platea in tract. de excommunicatione. §.38. numero tertio,& Abba.in c.vnico, numero sexto, de obligatis ad ratiocinia. Est tamen verum quod Bar. in dicto §.quibusdam.in fin. in versicu. puto tamen. dicit, quòd quandocunque apparet prædictos assumpsisse habitum, seu ordinem in fraudẽ onerum, quòd eis non prodesset: & sic procedit nostra limitatio, quem sequitur Corneus in consilio 220. numero 10.volum.3.idem Corn.in consilio 205.numero 1.cum sequentibus,volumin.1. Pro qua opinione est text.& ibi glos.in l. cura.in §. qui obnoxius. ff. de muneri.& honorib.& in Extrauagant.Ioan.22. quæ incipit: Sancta Romana & vniuersalis ecclesia. sub titu.de religio.domi.& hanc opinionem tenet Boerius in tractatu de vita,& statu Eremitarum.numero 15. pro qua opinione est text.in l.19.titul.4.libr. 4. Ordin. ex quo confirmatur notabile dictum Federici de Senis in consilio 97.numero quarto,in fine. Nam cùm verum sit, quòd quandocunque aliquis laicus commisit aliquod delictum, si formata est contra eum inquisitio, & sequuta condemnatio efficitúrque clericus, vel religiosus, per talem mutationem fori non excusatur à potestate secularis iudicis, quin possit eum punire. ita tenet Bartol.in l. cùm quædam puella.ff.de iurisdict.omn. iudic. & in l.1.ff.de pœnis.Abb.& canonistæ in c.vnic. de obligatis ad ratiocin. numero 4. pro qua opinione est text.in l.si quis decurio.C.de falsis. quod tamen intelligo,facta prius degradatione à iudice ecclesiastico,secundum Docto. vbi suprà, quod indubitanter procedere dicit Ias.in d. l. cùm quædam puella. numero 10. Quod tamen verum intelligo,nisi ille qui commisit delictum ante,quàm id commiserit,fecisset votum clericale, vel intrandi religionẽ:quia tũc non punitur per iudicem secularem, quasi votum trahatur retrò.hoc tenet Bal. in l. 1.in fin. C. an seruus ex suo facto post manumissionem teneatur. quẽ vltra multos Doctores antiquos sequitur Iacobinus in d.l.cùm quædam puella.& in l.si quis posteà. numero 10.ff.de iudi. Thomas Ferratius in cautela 23.Gera.de Petra sancta in sing.52.Ioan.de Neuizanis in Sylua nuptia. libro 1. numero 62. Chassanæ. in consue.Burg.in tit.des iustices.Rubr.1.§.5.numero 67. maximè quia in hoc casu statur. iuramento suo,an votũ emiserit ante commissum delictũ,sicut stari

stari debet iuramento in his, quæ dependent à volun tate, & conscientia nostra: vt est gloss. notab. quam ibi sequitur Iason nu.109. in §. sed istæ quidem. Inst. de actio. & in c. significasti. el ij. de homicidio. Sed Federic. de Senis (vt suprà dixi) tenet hoc esse verum, nisi talis delinquens efficeretur de fratribus tertij ordinis: nam si assumpsit habitum tertij ordinis, non obstantibus supradictis, puniri poterit à seculari iudice. quam opinionem Federi. de Senis in consi. xcvij. num.4. in fine, sequuntur Doct. Canonistæ, præcipuè Cardina. in repet. capit. perpendimus. numer. 8. de sententia excomm. Iason in d. l. cùm quædam puella. numero 13. Hippo. in sing. dxxxiiij. P. Duen. reg.100.

¶ Clerici cõsilio, si sequitur homicidium, vel mutilatio membri, est irregularis clericus. text. est in c. sicut dignum de homicid. & in c. ij. ad fin. de cleri. pugnan. in duel. & in c. si quis viduam. 50. distinc. & in c. si quatuor. xxiij. q. viij.

Amplia istam regulam quadrupliciter, & limita tribus modis, vt per Felin. in d. c. sicut dignum. post med. & easdem ampliationes rescribit idem Fel. in c. j. de offi. deleg. limitat eandem regulam quinque modis. Dias reg.93.

¶ Clerici in causa ciuili non possunt cõueniri coram iudice seculari, probatur in c. significasti. & c. si diligenti. & c. iij. de foro competent. c. clerici. & ca. qualiter, & quando, de iudic. c. inolita. c. placuit. & c. nullus. xj. q. j. authen. statuimus. C. de episcop. & cleric. hæc regula traditur per Socin. in regula xlvj. sed tu multis ampliationibus & fallentiis amplia, & limita, vltra ipsum.

Amplia etiam ipsis volentibus, iuribus præallegatis.

Amplia etiam consensu sui superioris interueniente, vt clarè probatur in d. iuribus præallegatis.

Fallit in Episcopo, vel clerico habente iurisdictionem temporalem iure feudi: nam dato, quòd vassalli sint clerici possunt ad superiorem secularem appellare, vt probat text. in cap. Romana. in §. debet. cum glo. de senten. excommun. in vj. gloss. in cap. ij. de delic. pue. Innocent. & Abb. in c. solitæ, de maio. & obedien. Barto. in l. j. §. si quis. ff. de appellatio. Abb. in d. cap. ij.

Fallit in actione reali, super qua potest ipse clericus, secundum aliquos, conueniri coram iudice seculari, vt videtur probare Innoc. in c. non minus. de immu. eccle. quòd res clericorum sunt de foro laicorũ: & idem Inn. in cap. nouerit, de senten. excommu. dixit, quòd in temporalibus solus Imperator vniuersis clericis, & laicis præesse debet.

Fallit, quando clericus vendidit mihi rem aliquam putà domum, & à seculari coram iudice seculari, mouetur mihi lis super ipsa domo, tunc possum vocare clericum coram iudice seculari, super causa euictionis. Nam regula est quod ex persona defensoris venientis ad causam suscipiendam non debet mutari forma. l. j. C. vbi in rem actio. casus in l. venditor. ff. de iudi.

Fallit quando clericus esset hæres laici iam conuenti coram iudice seculari: quia tunc instantia: (sicut præmittitur) cum laico inchoata transit in clericũ. Pau. Cast. in l. hæres absens. de iudi. ff.

Fallit quando pater vult emancipare filium: quia corã iudice seculari hęc causa tractanda est.

Fallit quando clericus esset hæres laici.

Fallit in insinuatione donationis excedentis summam ccccc. aureorum.

Fallit vbi statuto cauetur, quòd non valeant legata, nisi insinuentur coram capitaneo ciuitatis testam. quòd si contingat clericum instituere in testamento quo legabantur laicis, clericum hæredem citari fecerunt laici pro consequendis legatis, valet citatio secundum Bald. in l. testamen. C. de testamen. & Saly. in l. consulta. C. eo. titu. & Anchar. in d. regula ea, quæ. in xvij. quæst. ver. pleniori, &c. Ang. in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus per l. fal. Bald. in authent. clericus. C. de epis. & cleri.

Fallit vbi clericus tanquam tertius possessor rei, super qua lata est sententia, vult contra executionem sententiæ super hoc latæ inter laicos per iudicem secularem se opponere ad impediendum: quia hoc fieri debebit coram eodem iudice, secundum Bald. in d. l. testamenta. Saly. in d. l. consulta. Bald. in l. fin. C. de edi. diui Adria. tol.

Fallit, vbi laicus hæres vult facere publicationes testamenti, iuxta l. publicati. & in l. testam. & l. consulta. C. de testament. Nam si, cessante testamento, clericus esset successurus, aut aliàs haberet interesse pro dicta publicatione in vrbe Roma. vocaretur coram magistro census: vt dicta l. testamenta. & d. l. consulta. alioquin publicatio non teneret, secundum Barto. Bald. & Saly. in dicta l. testamenta. vel fieri debet apud præsidem prouinciæ in prouinciis, aut coram defensore ciuitatis, vt in authentic. de defenso. ciui. §. nulla. d. Abbat. & Bald. in cap. fin. de fide instrument. vnde Bartol. in d. l. consulta, dixit, quòd huiusmodi publicatio testamenti fieri non potest apud rectores ecclesiarum, & idem sequitur Salice. ibidem. cùm certum sit, quòd in huiusmodi publicatione sunt vocandi quorum interest, secundum Innocen. Hostien. & Bald. post Ioan. And. & d. Abba. in c. Albericus. de testibus. Bar. Bal. & Saly c. in d. l. publicati.

Fallit in confectione inuentarij fienda per laicum hæredem, quod fieri non debet, nisi citatis creditoribus, & legatariis clericis, per l. fin. §. cùm igitur. C. de iure delib. vbi Bald. & Salic. & Barto. in authent. sed cum testator. C. ad legem Falcid. Barto. in l. 2. §. prius. ff. de vulg.

Fallit in confectione inuẽtarij per laicos tutores. Spe. de instru. edit. §. fi. vers. huius autem.

Fallit in eo apud quem ex ordinatione iudicis secularis factum est depositum. Salicet. post Bald. in l. acceptam. C. de vsur.

Fallit in iudiciis duplicibus, id est, in quibus plures conueniuntur, quorum conuentorum vnus est clericus, quia tunc clericus conuenitur coram iudice seculari, idque triplici fundamento, primò ratione connexitatis causæ. l. nulli. C. de iudiciis. Secundò ratione reconuentionis: quia quilibet est actor, & reus: & quilibet agit, & conuenitur: ergo apud eundem iudicem. C. de senten. & interloc. l. Papinianus. & in d. authentic. consequenter & l. qui non cogitur. ff. de iudic. Tertiò ratione absurditatis. Nam posset accidere, quòd vnus aliter iudicaret, quàm alius. d. l. j. Hoc intelligo, quando sunt plures laici, quàm clerici: quia maius in numero trahit ad se minus, vt est tex. in l. maiorem, cum ibi nota. ff. de pac. quia si est vnus laicus, & alius clericus: tunc respectu æqualis numeri est agendum coram iudice ecclesiastico & non laico, & ita intelligerem quod voluit Barto. in l. solent. versicu. sed ponamus. ff. de alimen. & ciba. legat. quòd si vnus heredum sit laicus, & alius clericus, & petuntur alimenta, erit adeũ-

x 4

dus iudex ecclesiasticus, & idem Bartol. in l. præcipimus, in fine. C. de appella. quòd si laicus & clericus litigant, quòd si reclamatur vel appellatur, debet appellari vel reclamari coram iudice ecclesiastico & non seculari.

Fallit vbi conueniretur tota vniuersitas & clericorum & laicorum, quia si maior pars vniuersitatis est laicorum potest ipsa vniuersitas coram iudice seculari conueniri, secundum Barto. in l. fi. ff. de colleg. illi. versic. Sed coram quibus, &c. d. Abb. in d. c. ex literis. de proba. & in c. si diligenti. de foro competen. Bal. in authent. habita. in versi. dicto de scholaribus, &c. vbi Sal. in l. fi. in ver. quæ corã quo, &c. C. ne filius pro pat. & Barto. in l. cum senatus. ff. de reb. dub. Abb. in c. ecclesia. de offic. ordi. Zaba. in c. accepimus. de fide instrum. & Anchar. in d. regula ea, quæ in 16. q.

Fallit, vbi clericus communi opinione haberetur pro laico. Hostien. in Summa de iudic. §. illud autem.

Fallit in possessoriis beneficiorum vel aliarum rerum, aut iurium ecclesiasticorum etiam spiritualium, præsertim cùm agitur possessorio retinendæ cui æquiparatur casus nouitatis, de quo per Ioan. Fab. instit. de interd. §. retinendæ. & videtur facere text. in cap. causam. qui fil. sint legitimi, vbi Papa fatetur quòd ad Regem pertineat, de possessionibus iudicare. Cuius quidem rei ea ratio est: quia secundum Antonium in cap. cum dilectus, de ordi. cognitio. si agatur super possessorio beneficij causa propriè non dicitur esse spiritualis. Et idem voluit gloss. in c. cum dilectus. de elect. in verbo iuramento. glos. in c. literas. de iuramen. calum. Ioan. Andr. in alleg. c. cum dilectus. & in cap. frequens. post Arch. de resti. spo. in vj. & d. Abb. in d. c. literas, &c.

Fallit in causis beneficialibus, quorum beneficiorum collatio pertinet ad Regem ex Papæ priuilegio: quia eorum cognitio est officialium Regis secularium & non aliorum officialium clericorum. Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in titu. de legat. in §. nunc tractemus. in versi. sed nunquid legatus, &c. post Specu. & idem Ioan. And. post Innoc. in c. quod sicut. de elect. in glo. quæ incipit episcoporum, vbi Abb. post Anto. quòd Rex Apuliæ ex priuilegio Papæ habet inuestituras beneficiorum, & idem voluit Domi. de Sanct. Geminia. post Ioan. And. & Petr. de Ancha. in c. 2. de præben. in vj.

Fallit, cùm agitur de reparatione ecclesiarum: quia eo casu tam seculares, quàm clerici coguntur stare in seculari iudicio, vt videtur probari, quarto Regum c. 12. & 2. Paralipomenon 14. vbi Ioas Rex Iuda vocauit Ioiadam Pontificem, & sacerdotes dicens eis, quare sacra tecta templi non instauratis, &c. & vide text. in c. filiis vel nepotibus. 16. q. 7.

Fallit in censibus & tributis pro quibus clerici possunt coram seculari iudice conueniri: quia videntur potius conueniri res eorum affectæ quàm personæ. Ita tenet Guili. de Cug. in l. de his. C. de episc. & cleri. vbi & Bal. S. Ian. reg. 34.

¶ Clerici non habentes curam animarum, sed beneficia simplicia, non tenentur ire ad Synodum episcopi. Hanc regulam ponit gloss. & ibi Cardin. per eam in 3. notabili. numero 2. & Abb. in 1. notab. Felin. numero 1. in cap. quod super his. de maiori. & obedien. Hanc opinionem sequitur Henric. Botheus in tract. de Synodo episcopi. in 2. parte, numero 18.

Limita primò, quando episcopus aliquid vellet statuere concernens totum clerum, vel procedere ad reformationem mortuorum. ita Abb. post Ioan. Andr. & Hostien. in dicto notab. j. quos sequitur Henric. Bothæus in dict. ij. parte, nu. 17. & 20.

Secundò limita, quando episcopus in sua Synodo notificaturus, & publicaturus est statuta, & ita in Synodo prouinciali, seu archiepiscopali, vt in canon. fin. ibi, diaconos, & clericos. xvij. distinct. & ibi hoc tenet Hugutius & vterque Cardin. pro quo facit, quia tunc etiam laici tenentur venire, secundum Archidia. in d. capit. fin. & Abb. in d. j. notab. quos sequitur Henric. Botheus in d. ij. parte, numero 33. P. Duen. reg. 95.

¶ Clerici non possunt de crimine coram iudice seculari conueniri. vt est tex. in c. j. xj. quæst. j. & in ca. clerici. de iudic.

Amplia, quòd nec valet consuetudo omnino cõtraria, vt in iuribus prædictis.

Amplia, si agatur tam criminaliter, quàm ciuiliter, vt est tex. in c. ij. de foro compet. & probat. tex. in c. vnico. de cleric. coniug. lib. vj.

Amplia, quòd nedum possunt personaliter à iudicibus secularibus condemnari, verùm etiam ꝙ nec pecunialiter, vt probatur in Rot. decisione viij. aliàs xl. in antiquis. Geminia. in §. lege. distin. iiij.

Amplia tam in bonis beneficialibus quàm patrimonialibus ipsorum clericorum: faciunt ea, quæ dixi supra in vltima ampliatione, præcedentis regulæ.

Fallit, quando Papa vni principi seculari ex causa daret potestatem iudicandi de clericis certi loci, vel territorij, prout tenet Zaba. in repet. cap. perpendimus. de senten. excom. & Imo. post Zaba. & Lau. in clem. ij. de celebra. mis.

Fallit in clerico falsum deponente coram iudice seculari: quia talem iudex secularis potest ciuiliter punire, per tex. in l. nullum. C. de testib. vbi Bal. post gl. & Cy. & Federi. de Senis in consi. lxxxvij. factũ quod proponitur, &c.

Fallit, vbi ecclesiastica potestas deficit, quia iudex laicus clericos hoc casu poterit corrigere: vt in c. principes seculi. xxiij. q. v. vbi bona est gl.

Fallit in degradato actualiter, quia talis est de foro seculari, vt est text. in c. nouimus. de ver. sig. c. 2. de pœnis. in vj.

Fallit, quando talis clericus est depositus verbaliter & postmodum, text. in cap. cùm non ab homine, de iudic.

Fallit, in clerico ioculatore qui monitus non destiti, text. in c. vnic. de vita & honestat. cleric. vbi Domin. & Arch. fallit in clericis coniugatis non deferentibus vestem, & tonsuram. c. vnic. de cleric. coniug. libro vj.

Fallit in clerico in minoribus constituto. c. vnic. de bigam. lib. vj.

Fallit, quando secularis assumpsit clericatum post delictum, vel postquàm fuit captus à iudice seculari, quia in carcere assumpsit clericatum, & in dubio videtur fecisse in fraudem: vt ff. de his qui sibi mor. consci. l. fi. Ita voluit Ioan. Andr. in c. vnico, de obligatis ad ratio. & in c. Ioannes, de cleri. coniuga. & in c. ex parte. iij. de priuileg. voluit Barto. in l. 1. ff. de pœnis. Hoc intellige, quando fuit effectus clericus post iudicium inchoatum: secùs, si ante inchoatum iudicium, secundũ Ioan. And. & alios in d. c. vnico. vide tex. in c. proposuisti. de foro cõp. & in c. si quis posteà. de iudi. de cuius veritate aliàs dicetur.

Fallit in casu violationis seu effractionis saluæ guardiæ,

dia: quo casu iudex laicus potest cognoscere contra clericos pecuniariter, pro quo facit l.2. vt nemo priua. tit. pre. C. vbi miles vel clericus, & ibi executores huius legis omnes iudices, &c.

Fallit in portatione armorum: cùm clerici de huiusmodi delicto per iudicem secularem possunt ciuiliter puniri, vt videtur text. secundum Ioan. Fab. in l. addictos. C. de episcop. audien. Nam clericis delatio armorum interdicitur: vt in cap. ij. de vita, & honest. cleri. & etiam laicis. vt C. vt armor. vsus. & cap. vnic. lib. xj. & hoc in armis offensibilibus, secùs autem in defensibilibus: vt in c. dilectio. de senten. excommuni. lib. vj.

Fallit in clericis non obedientibus iudici seculari per l. vnicam. ff. si quis ius di. non ob temp. secundum Bald. ibidem. secundum Innoc. in c. j. vbi Abb. de offic. deleg. quod intelligo, quando non est vocatus sub nomine speciali, videlicet, voco talem clericum, &c. de quo per d. Alex. & Ias. & alios in l. fi. ff. si quis in ius voca. non ierit.

Fallit, vbi clerici volunt vsurpare iurisdictionem regiam, nam tunc possunt multari per iudicem secularem, facit tex. in c. ex parte. de verbo. sign. Innocen. in c. olim. j. de restit. spolia.

Fallit in clerico artifici, delinquente in suo artificio. Bald. in addit. ad Spec. tit. de reo. versi. sed quid si seculari, quem vide.

Fallit in clerico assumente administrationem & officia laicorum, facit tex. in c. sacerdotibus, extra ne cleric. vel monach.

Fallit in clericis assassinis. c. j. de homicid. in vj.

Fallit in clericis, qui se immiscent enormitatibus, & sæuis. c. vnic. de vita & honesta. cleri. in vj.

Fallit in clerico apostata tanquam laico conuersante, qui in crimine depræhensus potest per iudicem secularem puniri, vt probat tex. secundum verum intellectum, in c. j. extrà de apostata.

Fallit in clericis constitutis in minoribus, qui effecti milites exercent arma, quia ipso facto perdunt clericale priuilegium, secundum Inno. in d. c. j. vide Abb. in c. fi. de vita & hone. clerico.

Fallit in clerico arma militaria deferente, quia si tertiò monitus à suo prælato non destiterit, perdit omne priuilegium clericale. vt in cap. audientia. de sententia excommunica. & per hæc habes satis discussam hanc regulam, melius quàm per alium huc vsque. Ad laudem domini nostri Iesu Christi. S. Ian. reg. 32.

Commodatum nullum eſt eius neglecta forma. l.3.§. fin.ff.commoda.Innocen.c.j.de commod. Hoſt.eodem titu.nu.4.l.in commodato.ff. eod.per hanc reg. concor.Port.conſi.29.numero 16.conſi.112.numer. 28.Ceph.conſi.219.num.3,Dec.conſil.532.num.5. Cra.conſi.224.num.7. Medic.reg.7.

¶ Commodatum.Commodatarius re obligatur, l. j.ff.eo.Ampliatur in 2.caſib.& limitatur in 3. vt ego notaui in §.item is cui res.inſti.quibus modis re cõtr.oblig.in 2.notab.

Commodatarius culpam etiam leuiſſimam præſtare tenetur,l.prima.C.commoda.l.j.ff.de actionibus & obliga.

Ampliatur in 2.caſib.& limitatur in 2. vt declaraui in d.§.item is.

Commodatarius caſum fortuitum non præſtat. l. prima.C.commoda. l.5.§.quod verò,& l.in rebus, & l. eum qui,& l.fin.ff.eod.ſicut certum , §. nunc videndum.ff.commoda.Fallit in 3.caſib.vt notaui in d.§. item is.

Commodatum cùm primùm merces adhibetur,locatio efficitur,l.ſi vt certo , §. nunc videndum , ff.eodem.

Fallit in 3.caſib. vt notaui in dicto §.item is. in vltimo

notabili.

Commodatum dicitur, quando res vtenda conceditur ad certum, & determinatum vsum, l. in incommodato §. sicut. ff. commod. vbi Barto.

Fallit in 2. casib. vt per Iaſ. in l. j. §. mutuum damus, ff. ſi certum petatur, numer. 6. vbi etiam Socin. limitat in 2. caſib. num. 16.

Commodatarius de furto tenetur.

Fallit in 3. caſib. quos no. Bened. Capra in ſuo tract. regu. 78 num. 60. Dona. Fina, lib. 1.

Commodatarius non tenetur ſi famulus commodantis aufugiat cum re commodata reportãda miſſus à domino. l. Titianus. ff. quod cum eo. Bald. in rubr. C. de conſtitu. pecu. colum. 3. idem l. ſi is, C. de furt. Medic. reg. 8.

¶ Commvmvne. In re communi potior eſt cõditio poſſidentis. de ſer. ruſt. l. parietem. Com. diui. l. Sabinus. Riiſvvich.

Commune intelligitur eſſe meum quoad diſpoſitionem partis meæ. l. j. §. dominij appellatione. ff. ad Silla.

Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 2. à Iaſo. in l. ſerui electione. §. Labeo, in primo nota. ff. de leg. j. nume. 13. fallit in 7. caſibus, vt per Ripam in d. §. Labeo, nume. 6. & 13 videas Dec. in l. id quod. ff. [illegible] reg. iur. nume. 4. & ſeq.

Communem rem habentes, vt ſinguli, non poſſunt diſponere, niſi omnes conſentiant. l. per fundum. ff. de ſer. ruſt. præd. glo. in c. cùm omnes, de conſti.

Fallit in 7. caſibus. vt per Fel. in d. c. cùm omnes.

Communem opinionem tenetur ſequi iudex in iudicando. cap. nouimus, de verb. ſign. l. j. ff. de offi. quæſto. Bart. & Doct. in l. 2 C. de pœna iud. Iaſ. in Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſta.

Ampliatur in 6. caſib. & limitatur in 10. per Io. de Neuiz. in ſua ſylua nupt. fallit in 5. caſib. ſecundum Felin. in cap. canonum ſtatuta, numero centeſimotertio, de conſti.

Communis loquendi vſus eſt attendendus: hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Franc. Turz. concluſ. 29. vbi limitat. Ampliatur in 3. caſib. vt per Fel. in proœ. decret. nu. 6. & ſeq.

In re communi melior eſt conditio prohibentis, fallit vt per Dynum, in capitu. in re. de reg. iu. Don. Fina, libro 5.

¶ Commvnem rem cum alio legando teſtator intelligitur ſolùm legare partem, quam in ea habet: & ſic non videtur grauaſſe heredem in redimendo partẽ ſocij. tex. eſt in l. ſerui electione. §. cùm fundus. ff. de leg. j. vbi Iaſ. in prin. ponit duplicem rationem.

Amplia quatuor modis, vt per eum ibi, & limita totidem modis, vt per eum. B. Dias. reg. 104.

¶ Commvnem rem habentes, vt ſinguli, nõ poſſunt ſuper illud diſponere regulariter, niſi omnes conſentiant. tex. eſt in l. per fundum. ff. de ſerui. ruſt. prædi. glo. in c. cùm omnes. de conſtitu. vbi Feli. corroborant hanc concluſionem, & infert ex ea duo dicta notanda ex Old. & Ant. de Butr.

Limita ſeptem modis, vt per Felin. ibi. B. Dias. re. 105.

¶ Commvnem opinionem tenetur iudex ſequi in iudicando. probat tex. in cap. nouimus. de verbo. ſignific. & in l. j. ff de offi. quæſto. & in prin. Inſtit. de hęred. inſt. ponunt Ba tol. & Doctor. in l. ij. C. de pœna iudic. qui malè iudic. latius per Iaſ. in authen. nouiſſima. C. de inoff. teſta.

Amplia ſex modis, & limita aliis decem, vt per Neuizan. in ſylua nuptiali parua. B. Dias. reg. 106.

¶ Commvnia, ſi quæ ſint pluribus, vt ſingulis, in iis quo ad diſpoſitionem partis meæ tãtum, illud quod eſt commune dicitur eſſe meum. Concluſio eſt Barto. in l. ſerui electione. in §. Labeo. quã ibi ſequitur Iaſ. ff. de leg. j.

Limita dupliciter. vt per eundem ibi. B. Dias. regul. 107.

¶ Commvnio Sacra. Qui dederit vel acceperit communionem ab hæretico, & neſcit hoc eſſe prohibitum ab eccleſia, & poſtea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem ſciuit & neglexit, pœniteat decem annis: vel ſecundum quoſdam ſeptem, vel ſecũdum alios quinque. Qui verò permittit hęreticum miſſam celebrare in eccleſia Catholica per ignorantiam iuris, pœniteat quadraginta diebus. Si pro reuerentia eius, per annum pœniteat. Si pro damnatione eccleſiæ Catholicæ, & pro conſuetudine Romanorum proiiciatur ab eccleſia ſicut hæreticus, & ſit impœnitens: alioquin pœniteat decem annis. Si autẽ relicta eccleſia ad hęreticos tranſierit, & alios adhoc induxerit, pœniteat duodecim annis, tribus extra eccleſiam, ſeptem inter audientes, duobus extra concionem, & ſic duodecimo anno communionem ſiue oblationem percipiat. xxiiij. quæſtion. j. ſi quis dederit. Viuiennus regul. 41.

¶ Commvnio diſcordiæ mater eſt. De leg. 2. l. 79. cũ pater. §. dulciſſimis. de ſer. vr. præ. l. in re communi. C. de don. l. ſancimus. Riiſvvich.

Inuitus nemo impellitur ad communionem. l. 26. §. ſi centum de cond. indeb.

Inuitus nemo retinendus eſt in communione. C. com. diui. l. fin. fa. her. l. 1. Idem.

Communi in re potior eſt conditio prohibentis. Reg. vj. Si. de leg. 2. l. pe. §. codicillis. Riiſvvich.

Naturale vitium eſt, vt negligatur plerunque quod cõmuniter poſſidetur. Imp. The. & Valent. C. quando & qui. quarta pars. l. 2. Idem.

Quod commune eſt, meum non eſt. de rer. di. l. in tantum. §. j. de aur. & arg. l. Quintus.

Tempore neceſſitatis omnia debent eſſe communia. Ad leg. Rho. l. 3. §. cùm 12. q. 1. cap. duo. q. 2. c. aurum. 88. diſtinct. capitulo nõ ſatis. Gloſ. in capitulo ſicut. 47. diſtinct.

¶ Comparativvm participat de poſitiuo, & retinet ſignificatum ſui poſitiui. l. ſtipulationum quædam. ff. de verb. oblig.

Fallit vt no. Iaſon. in d. l. ſtipulationum, numer. 2. & ſequen. Don. Fina, lib. 5.

¶ Comparans. Vlpian. libro xxv. ad edictum. Lex cxxxvij. al. lex clxxx.

Qui authore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

Ex titu. de religioſis. l. at ſi quis. §. ſed ſi adita. Viuiennus.

¶ Comparere per procuratorem poteſt, qui tenetur venire ad Synodum. Pro qua regula facit text. in capit. fin. de his, quæ fiunt à præleg. & ita tenet ibi Imol. Facit etiam text. in canon. epiſcopus ad Synodum. xviij. diſtinc. & licet illa iura loquantur in debentibus venire ad Synodum prouincialem, tamen idem videtur dicendum in Synodo epiſcopi: quia de vno ad aliud ſæpe arguunt docto. Pro qua opinione eſt text. in l. diui. circa medium. ff. de iure patronat. quam opinionem tenet Franciſcus curtius in repetit. l. admonendi. ff. de iureiurando. Panormitan. in capitu. bonæ. el ij. de poſtulat. prælato.

Barba.

Barba.in repet.cap.Raynutius de testamen.Præposi. in cap.si vir.j.de cognatio.spiritua. Corset.in sing.in verb.opinio.Henricus Bothæus in tract.de Synodo episcopi.in 2.par.numer.43.Pro qua opinione facit: nam citatus simpliciter nō tenetur comparere personaliter, sed potest per procuratorem comparere: vt in cap.penult.& ibi Panor.in 2.notabili, de iuramento calumniæ.notatur in c.1. de iudic.lib.6. sed nullibi reperitur, quòd supradicti teneantur comparere personaliter:ergo,&c.

Fallit primò, quando essent citati, vt personaliter veniant ad Synodum.probat glo.2.in d.c.si.& ibi Ab. de his,quæ fiunt à præla.

Fallit secundò in curatis, qui rationem reddituri sunt in iis,quæ faciunt, vt habeant curam animarum: vt in cap.quod super his. de maiori.& obedient.& ibi Ioan.Andr.& Card. in 3.oppositio.Imol.& Panormitan.in j.notabili.probatur in cano. quando & ibi doctor.xxxviij.distinctio.nam isti non possunt comparere per procurato.argumento tex.in cap. pastoralis.de iudiciis.glo.in c.j.de confessis.lib.6. P.Due. reg.126.

¶ Compensatio de liquido ad nō liquidum regulariter non fit.l.fin. C.de compensatio.*cum simi.

Additio.

Compensatio. Adde Felyn.in cap.ad nostram.versicu. quare autem.de iureiur.tu vide Bald.in consi. clv.in 2.parte.& Dom.Barto.Socin.in cons.xciij. incipiē. circa primum.versi.præterea illa. circa principium. in j.parte,& dom.Pet.Phil.Cor.in cons.clxix.incip. licet.in j.parte, vbi ponit, quòd compensatio non fit de non liquido cum debito instrumenti liquido. Bene.Vad.

Primò fallit,quia dicta regula debet intelligi, quando illud est liquidum per testes, vel alias probationes: secùs si esset liquidum per confessionem partis, vt est text.cum glos. valde not.in l.fina.in verbo, conuicta.C.de compensa.& ibi hoc nota.& tenet Cyn. in ix.quæstio.& est alia glo.similis in l.nemo ex his. ff.de regu.iur.Ideóque est cautela sing.per quam de liquido ad non liquidum poterit opponi compensatio,& liquidum non poterit iterum exigi,vt si vnus compensat x.in quibus est verus debitor, & ipse tenetur etiam compensare alia x.vel maiorem, vel minorem summam,si potest probare aduersarius quod sis debitor suus: quia confiteris incontinenti debitum, & opponas compensationem pro ea quantitate,in qua aduersarius est debitor tuus, & licet aduersarius neget debitum,tamen talis oppositio compensationis valebit,& interim non poterit à te exigere, sed debebit te expectare, quòd probes, nec obstabit dicta regula, quòd de liquido ad non liquidum non sit compensatio: quia debet intelligi, quando illud est liquidum per testes,vel alias probationes,secùs autem,si per confessionem partis: vt dictum est suprà.

Secundò fallit dicta regula si nō liquidum esset de proximo liquidandum:vt in d.l.fin. C.de compensationibus. B.Soci.reg.86.

¶ Compensatio fit de liquido ad liquidum. C. de compen.l.fin.fallen.habet Soci.

Aduersus fiscum solummodò emptores compensationem pretij petitioni obiicere possunt. C.de compē. l.si ex vend.in fin.vide Delicta.

Rectiùs est lucrum cum damno compēsari, & si quid deest emptori,siue pro modo siue pro qualitate loci hoc resarciri.de ac.emp.l.si duorum. Riisvvich.

¶ Compensatio quantitatis ad quantatem, rectè procedit.l.quæcunque. ff. de compensatio. l. si constat.& l.fin. C. eodem.§.in bonæ fidei.Inst. de actio.

Limita hanc regulam,vt per Vldar.Zas.in d.§. in bonæ fidei.

Primò: si actor contra quem obiicitur compensatio deberet decem,aut hominem,&esset sua electio: secus si electio esset rei: quia alternatiua obligatio nō potest compensari cum pura,si actoris electio est,secus si rei.

Secundò limita hanc regulam,si actor vel creditor cui obiicitur compensatio, haberet facultatem soluendi speciem pro quantitate, sicut contingit in actione noxali:& ibi Vldar.ponit dissimilitudinem inter casum istius fallentiæ,& prioris.

Tertiò limita,quando pecunia caperetur, vt species & vt corpus,sicut numi qui includuntur in cistam, vel aliàs in sacculum, tunc enim cessaret compensatio, quia illa pecunia non debetur tanquam quantitas, sed tanquam corpus.Ista est sententia glos. in l.cùm fundus.§.seruum tuum imprudens.ff. si cer.pet.& in §.in bonæ fidei.Institu.de action. sed contra tenent Vltramontani,quos sequitur referens Barto.in d.§. seruum tuum imprudens.& alij relati per Ias.in d.§. in bonæ fidei. concordat opiniones contrarias Vld. Zas. vbi suprà, quem vide. B. Dias re.98.

Compensatio,vide infrà in regula debitor necessarius.

¶ Compensatio. Si alicui aliquid debetur ex dispositione legis,vel ab aliquo,vel in bonis alicuius,& illi ab eo sit relictum,compensatur, Auth.præterea, C.vnd.vir & vxor.

Ampliatur in 2.casibus, & limitatur in 2. à Iason in d. Authen.præterea,vbi Fab.de Pepis limitat in multis casibus.

Si maritus ex forma statuti debet lucrari certam partem dotis, & vxor aliquid ei legat in testamento, tale legatum, quamuis simpliciter factum, compensatur cum lucro dotis statuti:hanc esse communem opinionem testatur Iaso,in dict. Authen.præterea.

Fallit in 3.casib.vt per Ias.ibi.nu.26.

Compensatio quantitatis ad quantitatem rectè procedit,l. quæcunque,ff. de compensat. l.si constat, & l. fin.C.eo.

Fallit in 3.casib.vt per Zas.in §.in bonæ fidei, Instit.de actio.col.225.

Compensatio in decimis fieri non potest, cap.statuimus,de decimis, cap.decimę. & cap.quicunque.de decimis.

Fallit in 10.casibus,vt per Bened.Cap.in suo tractat.regul.100.

Compensatio de liquido ad non liquidum non fit,l.fi. C.de compensat.

Fallit in 2.casibus,vt per Soc.in tract. Fallent.reg.61.

Compensatur dolus cum dolo,& delicta mutua cōpensatione tolluntur.l.viro atque vxore.ff.sol.matr. l.1.§.idē aduerte.ff.ne quid in loco publico,l.si duo. ff.de dolo.

Fallit in duobus casibus,vt per Soc. in trac.Fallen.reg. 86.Fallit in 2.casib.vt per Carrerium,qui multos allegat in prax.crimin.nu.104. Fallit.vt per Duenam, regul.129.

Compensatio regulariter admittitur. l.si constat, & l. fina.C.de compensatio. Fallit vt per Viuium in suis conclusionibus, in ver. Compensatio. Donat.Fina. lib.1.

¶ Compellendo debet quis ad faciendum quod al-

teri prodest, & sibi non nocet, quando contractus non præcedit de cuius natura est, vt faciat: & ille, qui vult aliquem compellere, ex illo lucrum, vel cõmodum sentit. Hanc regulam probat text. in l. nec creditoris. C. de nouat. in l. fin. ff. de vsu, & habita. in §. præterea. el 2. Institu. de actio. Hanc regulam per supradicta iura ponit Barto. cum 3. limitationibus. in l. soluto matrimonio. nume. 13. ff. soluto matrimonio. quem ibi sequitur Guliel. Pontanus numero 4. & cum Barto. dicit esse communem ibi Iason, numero 32. & 33.

Hanc regulam per supradictam doctrinam Bart. cum 58. limitationibus ponit Ludouicus Roma. in dicta lege, soluto matrimonio. à num. 5. vsque ad num. 21. P. Duen. reg. 171.

¶ COMPENSATIO de specie ad quantitatem regulariter, non admittitur. vt est tex. in §. in bonæ fidei. vbi gl. cum simili. Inst. de actioni.

Fallit quando species esset ad quantitatem deducta, & sic quando quantitas fuisset subrogata in locum speciei, vt est text. nota. in l. si domus. in §. qui confitetur. ff. de leg. 1.

Fallit quando compẽsatio fieret ex præsumpta, vel expressa mente disponentis. Imol. singulariter in l. si cùm dotem. §. si pater. sol. matri. regula tenet quando compensatio fit per iudicem ex dispositione legis parte inuita. S. Ianu. reg. 98.

¶ COMPOSITVM, seu mistum, ab eo debet denominari, quod est dignius. notatur in c. quanto. de iud. facit. l. cum diuersis. ff. de relig. & sumpt. fune.

Limita nouem modis, vt per Gaspar. Valasf. Lusitanum in repetitione l. imperium. ff. de iurisdictione omni. iud. B. Dias re. 99.

¶ COMPOSITVM. Vide Etymologia.

¶ COMPOSITIO inter personas ecclesiasticas, vt decimæ vni curato debitæ alteri soluantur, valet, vt in cap. 2. de transact. & in capit. dilecti filij, de decimis in fine, eod. titulo: vbi Papa dicit, soluatis vel cum ipsis amicabiliter componatis, & sic compositio approbatur ibi à Papa, & hoc tenet ibi Abb. Ratio est, quia cùm decimæ Clericis sint reseruatæ, non refert quis ipsorum habeat, vel quæ ecclesia. tradunt doct. in cap. ex multiplici. de decimis. & ita tenet Carolus Ruynus in cons. 142. numero 13. volum. 3. Circa quam regul. vide Barb. in cap. fi. numer. 4. de rerum permutatione.

Limita primò, nõ procedere in decimis personalibus. Ratio est, ne detur occasio vacationi, & audiendi diuina extra ecclesiam parochialem: contra tex. in c. 2. de parochiis. ita tenet Collectarius in cap. Apostolicæ. de decimis.

Limita secundò, etiam si ageretur vt monachi haberent totam prædialem decimam vnius parochiæ, vel alius curatus: nam tunc si curatus victũ sufficientem non habet, eò ꝙ ei desint decimæ, aget ad congruam portionem: vt in c. de monachis. de præb.

Limita tertiò non procedere, nisi causæ cognitio interueniat: debet enim superior examinare an talis compositio expediat ecclesiæ: aliàs compositio non valebit: quia est alienatio in qua hæc inquisitio fieri debet, vt in cano. sine exceptione. 12. quæst. 2. glo. in cap. 1. de rebus eccles. non alienand. facit text. in c. 2. de transact.

Limita quartò non procedere, nisi interueniat consensus episcopi, vel superioris, vt suprà dixi: & sic non valet cum consensu inferioris, videlicet Abbatis, Prioris, seu alterius: vt in cano. placuit. 12. quæst. 2. & in dicto cano. sine exceptione. & in can. Abbatibus. eadem causa & quæstione. & in c. cùm Apostolica. de his quæ fiunt à prælato. vbi dicit non requiri capituli consensum, sed episcopi tantùm: licet in vera alienatione contrariũ sit: vt in c. sine exceptione. 12. quæst. 2. & cùm decimæ sint cibus clericorum, proinde sicut de alimentis futuris non potest transigi sine iudice, vt in l. cùm ij. ff. de transaction. ita nec de decimis: vt tenet Anchara. in capitu. cùm homines. eodem titu. & episcopi præsentia loco iudicis habetur, quod est verum nisi inferior habet iurisdictionem quasi episcopalem: gloss. in Clementin. 1. in verbo, proprij. de rebus eccles. non alienand. in capitu. significasti. de foro compet. quia tunc cum auctoritate illius valeret compositio. & si fuerit facta sine episcopi, vel superioris consensu, mortuo eo qui eam fecit, successori non preiudicat: vt in c. de cætero. & in cap. veniens. de transactio. in capitu. ad hæc, de officio vicarij, & hoc super futuris decimis: secus de præteritis: gloss. & doctores in capit. vt super. de rebus ecclesiæ non alienand. De cuius in c. venerabilis. in quarto notabili, de cõfirmatio. vtili vel inutili. P. Duen. re. 127.

¶ COMPOSITVM annullatur per mortem alterius compromittentium: vnde non transit ad hæredes. Hanc regulam probat tex. in capitu. fin. de arbitris. & in l. diem proferre. in §. 1. & in l. sed interpellatur. ff. de arbitr. Circa quam regulam, vide Spe. in titu. de arbitris. in §. finitur. versicu. item morte. numero secundo. Bartol. in l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de vulg. & in l. si quis arbitratu. ff. de verborum obligation. Baptista de sancto Blasio in tractatu de arbitris. in 3. quæstion. 4. quæstionis principalis. Antonius de Butr. in cap. Quintauallis. num. 23. de iureiur. Marian. Socinus Iunior in consilio 66. numer. 9. volum. j.

Amplia primò procedere, etiam si in causa conclusum sit: nam instantia compromissi ad hæredem non transit. ita tenent Barto. & Bald. & Alberic. in dict. l. diem proferre. post Innocen. in cap. ex parte. de Arbitris. Abb. in d. cap. fin. de arbitris. vbi post Anton. ponit rationem huius regulæ, quare cõpromissum extinguatur, & non transeat ad hæredes: dicens quòd est: quia arbitrium est stricti iuris, & non extendibile nisi exprimatur: quòd secùs est in iudicio, vt in capitu. cùm dilectus. de arbitris. & ibi Abb. ponit alias rationes.

Amplia secundò, etiam si compromittentes per stipulationem promiserint facere compromissum in vnum, vel in plures vsquequò causa expediatur: nam si alter mortuus fuerit, hæredes non possunt compelli ad compromittendum: nam si expirauit compromissum iam factum, ergo & promissio de compromittendo: quia non debet esse maioris efficaciæ quo ad transmittendum in hæredem spes compromissi faciendi resultans ex dicta promissione, quàm sit ipsum compromissum iam factum, ita Cast. in cons. 31. nu. 4. vol. 2.

Amplia tertiò, etiam si alter ex compromittentibus ingrediatur monasterium: quia tunc etiam annullatur compromissum argument. text. in l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. & in Authentic. ingressi. & in authentic. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. ita concludit Baptista de sancto Blasio in tract. de arbitris. quæst. 53.

Amplia quartò, etiam si alter ex compromittentibus esset mortuus ciuiliter: nam tunc annullatur compro-

promissum, & non transit ad hæredes. ita conclu-dit Baptista de sancto Blasio in dicto tractat. de arbi tris. in d.quæstio.53. Aegidius de Bellamera in d. capitu.fin.numer.1.de arbitris. Quod tamen intelligo verum si bona morientis ciuiliter sint publicata seu confiscata, ita vt fiscus habeatur loco hæredis, per textum & gloss.l. inter eos. in §.fina.ff. de fideiussori.& in l.quoties. ff. de nouatio.quod habetur in §.relegati. Institut. quibus modis ius patriæ potesta.solui.Ita tenet Ioann.de Imola in dict.cap.fin. numero 7. in fine.de arbitris. Facit pro hoc quod notat Bart.numer 14.in dict.l.si quis arbitratu. in fine.ff.de verbor.obligat. vbi tenet & determinat in compromisso facto in arbitratorem, vt stante banno, publicatione bonorum annulletur compromissum, quem sequuntur ibi Alexand Romanus, Iason, & Socin.asserentes hanc esse communem opinionem. Quòd si hoc procedit in arbitratore, quanto magis dicendum est in arbitro, cuius compromissum facilius annullatur, vt notant doctor.in d. l. si quis arbitratu.

Amplia quintò procedere quandocunque pro vna parte compromiserunt, si vnus ex illis moriatur, & res erat indiuidua, tunc finitur compromissum.ita concludit Albertus Galeotus in tractatu de arbitris. versicul.antepenultim.quem sequitur Ioann.Andr. in addit.ad Specul.in titu.de arbitris.in §.finitur.numero secundo.eandem opinionem sequitur Angel. de Perusio in consilio 248.numero primo.in fi.pro qua opinione est glos.in l.diem proferre. in §.1.in verbo, morte.in fine.ff.de arbitr.quam sequuntur ibi Bart.Bal.& doct.& hanc esse communem opinionem tenet Marian.Socin.iunior in d.cons.66.numer.13.volum.1.

Limita primò non procedere si in compromisso dictum sit per partes, quod compromittunt pro se, & hæredibus suis, quia tũc non finitur morte, sed transit ad hæredes, vt probat text. in dicto capitulo fin. de arbitris.& in dicta l.diem proferre.in §.1. ita tenet Specula.in d.titu.de arbitris.in §.finitur.nume. 2.Abba.& alij doct.in dicto cap.fin. Bald.in consilio 102.volumin.3.Bart.& alij in dict.§.1.Hippolyt. in singul.54.Marian.Socinus iunior in dicto consil. lxv.numero 7.volum.j. Quod tamen intelligo verum qnando ab vtraque parte ex compromittentibus compromissum sit pro hæredibus, secus tamen quando vna pars tantum de hærede mentionem fecit, nam tunc non comprehenduntur hæredes. text. est in l.sed interpellatur.in §.si ab altera.ff.de arbitris.& ibi Bartol. & Bald. Henricus Bohic.in dicto cap.fin.numero primo de arbitr. Ratio est, quia nõ debet compromissum claudicare, secundum Bald. in capitu. vno delegatorum.& ibi Barba.nume.24. de offic.deleg.

Limita secundò, quando post compromissum est lata sententia, nam etsi moriatur compromittens, hæres eius succedit in emolumenta, vel damna. quod ex sententia contingit.argum.tex.in d.l.diem proferre.in princip.ita tenet Specul. in titu.de arbit. in d. §.finitur.numer.3.Henricus Bohic.& Abb.in dicto capitu.finali, de arb.idem Abb.in cap.ex parte.de arbitris.

Limita tertiò, quando per capitulum vel vniuersitatem esset factum compromissum, nam tunc si aliqui de capitulo, vel de vniuersitate deficiant, & alij subrogentur, attamen compromissum tenet. ita probat text. & ibi hoc tenet Angel.& Paul. Iacobi. de sancto Georg.in l.proponebatur.ff.de iudiciis. & ita determinat Dinus per illum text.in l. si grege. ff. de legat. j.allegat etiam text.in §.si grex.Instit.de legat.& ita etiam tenent Bald.Paul.& Imola in d.l. si grege.

Limita quartò, quadocunque prælatus sub nomine dignitatis compromisit, quia tunc transit ad successorem eo mortuo.tenet Aretinus per text.ibi post Anton.& Abb.in cap.præsentata.numer.6. de testibus, in j.not. Quod tamen est verum quandocunque compromissum est factum de rebus ecclesiæ, nam tunc præsumitur factum nomine ecclesię, & durat, secus si respiceret vtilitatem canonicorum, vel alicuius de vniuersitate, nam tunc mortuo aliquo ex ipsis expirat compromissum.ita tenet Aret. in d.ca. præsentata.Ang.& Bald.in d.l.si grege.ff.ad leg.j.& not.in c.querelã.ne præla.vices suas.P.Duen.re.128.

¶Compromissvm authoris nrõ nocet successori scienti, etiam in casibus in quibus præiudicaret sententia.Innocen.cap.dudum.il 2.cum glos. versicul. partibus.de elec.c.cùm inter.eod.titu.Ant.c. quamuis.de sent.& re iud.l. si dictum.§.si compromisero. de euict.fallit in l.controuersia.vbi Iaso.ff.de transact.Euer.in tract.de trans.q.xv.Fulgo.consilio 180. num.6. not.l. si fideiussor.ff.de transact.secundo.fallit in c.1.de contr.inter vasal.Abb.c.quamuis.nu.31. de sent.& re iud. Med.reg.8.

¶Compromissvm, cum clausula prout videbitur, placuerit, erit liberum.Roma.consil.55. Crot.consil.302.colum.3. volu.4.Crau.consil.105.numero 4. contra Ias.consi.4.col.4.volum.3.dixi ego suprà, numero 56. Med.reg.3.

¶Compromissvm si fieri debet ex forma statuti, indefinitè debet intelligi non de vno compromisso tãtùm, sed vniuersaliter toties quoties opus fuerit. Bart.in prima const.C.colum.2.Bald.l.qui se patris vbi etiam alij.C.vnde liberi. Ancha. consi.187. hoc enim statutum tendit ad bonum publicum propter dirimendas lites.Bart.d.loco. Med.re.2.

¶Compromissvm factum super lite aliàs agitata non valet, nisi de illa appareat.Aret.consil.68. Ias.l. admonendi.numero 36.ff.de iur.iur.& si fiat, vt arbitri iudicent secundum ius, si contingat eos non seruata forma iuris iudicare, eorum laudum nullum erit. Dec.consil.434.numero 4.& numero 6.Bart.l. diem proferre.§.itari.ff.de arb.c. causam quæ.de re iud.consilio 42.volu.1.Fulgos.consilio 180.Ruin.cõsilio 84.numero 4.consi.35.numero 40.consil.201. num.3 .vol.1.cons.150.nu.17.vol.3.Port.consi.32.nu. 17.consi.98.nu.3. Med.reg.10.

¶Compromissvm factum in arbitrum, vel arbitratorem, post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam valet, si in eo apponatur clausula, non obstante sententia. Ita tenet Bald.quem ibi sequitur Alexand.in l.si diuersa.C.de transact.& Pau. de Cast.in l.causas.ad fi.eo.tit.

Limita vnica restrictione, vt per Ias.post Fulg. in d.l.si diuersa..quem vide, quia refert plures principali regulæ assentientes. B.Dias reg.103.

¶Compromissvm factum in arbitros vel arbitratores, data eis potestate pronuntiandi de iure tantùm, intelligitur non solùm de iure communi, sed etiam statutario, vel consuetudinario, etiamsi statutum vel consuetudo derogaret iuri communi. Ita Paulus de Cast. in l.præscriptione.C.si contra ius, vel vtilitat. public. motus per glos.ibi, licet aliqui contrarium teneant, quos ipse refert, & ita firmat Abb. qui

qui bene loquitur in quæstione, in rubrica de consuetud.& ista est magis communis opinio secundum Ias.in dicta l.præscriptione.vbi describit asser tores huius opinionis & contrariæ,& in huius corroborationem ipse aliqua subiungit, & faciunt ea quæ notat idem Ias.in l.de quibus.ff.de legibus.vbi vide quando appellatione iuris veniat consuetudo, & contrà.

Limita suprascriptam magis communem conclusionem dupliciter, per Ias.in d.l.præscriptione.B.Dias regul.100.

Compromissum, transactionem vel pacem facere, nō cogitur quis per iudicem de iure communi, & si cogatur à iudice,nihil valet.glo.& ibi Barto. in l.furti. §.qui iussu. ff.de his qui not. infam.text. quem ibi commendat Ange.in authen.vt litigantes iurent.§. quia verò.text.in cap.fin.vbi Bald. de rescrip.Barto. in l.congruit.ff.de offic.præsid.

Limita hanc regulam tripliciter, vt per Iaso.l. quidam existimauerunt.ff.si cer. pet.latiùs vt per Felin.rubric de treu.& pa.vbi limitat 7. notandis modis. B.Dias reg.101.

Compromissvm nullum est non seruata forma iuris,videlicet non citata parte,quando de iure compromissum est.glos.l.prima. vbi Bald. & Roman. ff. de arbitr. habent enim arbitri iurisd. ordinariam. capit.suspicionis. de offi. deleg.ideo etiam libellus requiritur adeo,vt eius omissio vitiet sent.l. prolatam.C.de sent.docto.com.cap.cùm dilectus.de arbitr.Bapt.in tract. de arbitr. q.29.item iuramentū calumniæ arbitro præstatur,glos.l. final.§. sed quia. ver.compromisso.C.de iur.calum.Blanch. tract.de compr.q.8.num.2.num.8.num.12. Medic.reg.7.

Compromissum per arbitros prorogari potest inuitis partibus. Bald. leg.non distinguemus.§. dies.ff. de rec.arb.quia de consensu partium illis attributa dicitur.Bald.l.eos.§.Apostolos.colum.2.ff. de appell. Med.reg.8.

Compromissi terminus datus ad prorogandum intelligitur de vna & prima prorogatione. Speculat. in titul.de arbit.§.excipitur.vbi Ioann.And.in add. & Bal.item Bald.cap.olim.colum.2.de rescr.ca. fin.de Consu.& cons.114.volu.3.Alex.cons.70.vol.2.Dec. cons.109.& cons.112. Med.reg.7.

¶Compromissvm. Stante statuto quod affines vicini cogantur ad compromissum,si ageretur coram iudice ordinario ex contractu iurato,vel instrumento iurato, & reus conuentus post oppositiones peteret compromissum virtute dicti statuti, non habet locum dictum statutum, nec alius potest cogi ad compromissum, quare petendo compromissum reus incideret in periurium, & non est verisimile,quod statuentes de tali casu cogitauerint, ita dicit Iason in l.eleganter.ff. de cond.indeb.

Fallit in 4.casib.vt per Ias.in d.l.num.6.

Compromissum factum in arbitros, vel arbitratores data eis potestate pronuntiandi de iure tantum,intelligitur non solùm de iure communi,sed etiam statutario,vel consuetudinario.Paul.de Castr.in l.præscriptione. C.si contra ius, vel vtilitat.public. ista est communis opinio.secundum Iaso.in d.l. præscriptione,& ibi limitat in duobus casibus, columna 6. sed si pronunciauit contra, an sententia sit nulla, videas Port.lib.3.suarum conclus.reg.39.Ampliatur & limitatur princip.regula in 5.casibus, vt per Dias regul.102.

Compromissum non cogitur quis facere de iure communi,etsi cogat à iudice,nihil valet.l.furti.§.qui iussu.vbi Bar.de his qui no.infam.Bar.in l.congruit.ff. de of.præsid.

Fallit in 3.casibus,vt per Ias.in l.quidam æstimauerūt. ff.si cert.pet. Fallit in 7.casibus,vt per Felin.in Rub. de treug.& pace.

Compromissum factum in arbitrum,vel arbitratorem post sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam, valet si in eo opponatur clausula non obstante sententia. Bald. & Alexand. in l. si diuersa. C. de transaction.

Fallit vt per Ias.in d.l.col.fi.

Affines cogi possunt per statutum ad compromittendum,quod statutum validum est,vt tenet Bald.in §. quib.prima constit.C.Iaso.in l.prima. numero 6.ff. de legi.

Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 18.à Pet.Duen.re. 36. & compromissum quod fit per statutum dicitur esse cohortatum.

Fallit in 8.casib. secundum Io.Bolo.in l.si quis maior, C.de trans.num.46.

Compromissum annullatur per mortem alterius compromittentium,vnde non transit ad hæredes,ca.fin. de arb.l.diem proferre.§.primo. & si interpellatur, de arbitr.

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 4.per Petr.Duen. regul.128.

Compromissum in mulierem fieri non potest.l.fina.C. de arbitr.

Fallit in multis casib.quos not.Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.num.17.

Compromissum non dicitur nec quicquam operatur ante acceptionem. glos. in leg. si cùm dies. ff. de arbitr.

Fallit in 3.casibus,quos no.Port.lib.3. suarum conclus. regul.4.

Compromissio impeditur fatalium cursus, authentic. si tamen. C. de appella. clementi. quandiu.eodem titul.

Ampliatur & limitatur per Port.lib.3.suarum conclu. regul.7.

Ea quæ sunt mixti imperij non possunt compromitti. fallit in 3.casib.vt per Socin.in l. imperium.ff.de iurisd.num.22. Don.Fina.lib.3.

¶Compromissvm soluitur morte arbitri, etiam si vnus ex pluribus moriatur.Doctor.Comm.capitu. vno de offic. deleg. Docto. Com.l.duo.ff.de re iudic.glos.in l.diem.§.1.ff.de arbitr.Blanch.in tracta. de compr.tit.de annul.compr.numer.1. Item soluitur etiam morte alterius partis.cap. fin.de arbitr. non enim iura compromissi transeunt in hæredem. l.diem.ff.de rec.arb.Innocen.capitul. ex parte.eod. tit.etiamsi instantia data fuisset.Abb.d.ca.fin. Non enim extenditur compromissum ad casum non expressum.capitul.dilectus.de arb. Alia est ratio,quia in arbitris electa est industria personæ.l.non distinguemus. §. quæsitum. ff.de arbitr. qui subdelegare non possunt.Specu.in tit.de arbitr.§. finitur.versic. item numero secundo.Barto.l.qui liberis.§.hæc verba.columna 2.ff. de vulg.Imola cap. fina.de arbitr. cap.Quintauallis.de iureiurand.l.si quis arbitratu. ff.de verb.oligatio.Lanfrancus in tract.de arbitr.3. quæst.44.prin.Bapt.in tract. de arbit.q.52.ampl.1. etiamsi compromissum factum esset ex dispositione statuti. Secundò ampl. etiam si compromittentes stipulati essent compromittere in vnum vel plures, quia cùm talis sit actio personalis, non egreditur

ditur personam.l. Sempronius. ff. de vsufruct. leg. Tertiò ampl. etiam si ante mortem alterius conclusum esset in forma, Doct. Com.l.diem.§. primo. ff.de arbi. Quartò ampl.etiam si assignata esset dies ad sententiam ferendam. Abb.capitul. ex parte.de arbitr. Fallit si iam lata esset sententia, nam executio ad hæredes extenditur.glos.l.diem. ff. de arbitr. Specul.§.finitur.ff.de arbitr. Henri .c.fin. eodem titul. Secundò fallit quando compromissum est pro se & pro suis hæredib.tunc enim ad eos transit. Marsil. singul.54.Bald.consilio 102.volum.2. si tamen pars de hærede mentionem fecerit, de altero non intelligitur.l.sed & interpellatur.§.ab altera. ff. de arbitr. Tertiò fallit quando compromissum factum fuit nomine dignitatis vel vniuersitatis, tunc enim ad successores extenditur. Doct.Comm.l. proponebatur.ff.de iudiciis.Din.l.si grege.ff.de leg. 1.§.si grex. Institu.de leg.dummodo sit in eius fauorem, & vniuersitas non sit destructa penitus authoritate principis, & postea restituta. Docto. l. intercidit.ff.de cond.& dem.conc.quæ dixi super.conclu.11.ad quæ dicta addas, quod compromissum soluitur etiam morte ciuili, vt per ingressum monasterij. not.authen.ingressi.C.de sacrosanctis ecclesiis.idem si fuerit bannitus. Blas.tract. de arbitris. quæstio.53.Docto.Com.l.si quis arbitratu.8.de verbor.oblig.præsertim quando sunt confiscata bona, in quibus succedit fiscus.vt hæres.item hoc idem si excommunicatus esset.capitul.vno.de offic. deleg.Specul.titul. da arbitratu.§.finitur.versiculo, si tamen absolutus, & restitutus fuerit, reassumit iurisdictionem, si verò protulit dum est bannitus, vel excommunicatus, nisi opponatur de his, sententia valet, Docto.Commun.capit.sciscitatus de rescrip. Secundo modo soluitur, si recurratur ad iudicem, nisi statutum aliter disponat, dummodo soluatur pœna adiecta in compromisso.l.non distinguemus. §.compromisso.l.litigatores.ff.de arbit. Bart. l. qui fidem. ff.de transact.l.sed & si.& l.seq.ff.de arbitr. Roman. consilio 338.Alexand.consilio 72.volu.3.Bapt.tract. de arbitr.quæstio.51. Tertiò vnum compromissum per alterum soluitur.l.sed & si.& l.seq. ff. de arbitr. not.cap.1.de regul.iur.l.nihil tam naturale . ff.eod. Doct.Comm.clem.quãdiu.de appel. cap.innotuit. de arbitr. facit simil.l. pacta nouissima.C. de pact. Bal.l.falsus.colum.9. C.de furt.l.Sempronius. ff.de leg.2 .l.si ita.ff.de hæred.inst.Soci.consilio 87.volu. 4.Lapus Alleg.99.Decius c.cæterùm. numer. 5. de rescr.Lanfranc.in tit. de arbit.quæstio.4.si verò ad datur aliquid noui, compromissum alterum dicetur, Doct.Com. l.ius ciuile.ff.de iust.& iur.ca.de causis. de offic.deleg.l. Labeo.ff.de arbitr.Blanch.in tract. de compr.q.2.numer.40. & in tit.de annul. compr. vers.morte. Med.tract. 2.part.

Compromissum soluitur pœna semel commissa, nec amplius peti potest, nisi aliud actum sit.l.si duo.§.si. ff.de arbit. Doc.Com.l.si sic stipulatus.ff.de verbor. obl.glo.l.2.vers.repellere. vbi Cyn. & Ias. C.de iur. emph.Spec.in tit.de arbit.§.fin. idem in tit.de emphy.q.38.Cy.l.quicunque.C.de seru.fug.Anch. c.si compromissarius.de elect.6. Med.reg.4.

¶COMPVTARI. Id solum computari in fructibus, quod deduct s expensis superest.

PRO.

Ext.de vsur.c.plures.
Ext.de iureiur.c.ad nostram.
12.q.2.vobis enim & fam.
De famil. ercis.l.fundus.
De pet.hær.l.si à patr.§.vlt.
C.de fruct.& lit.expen. l.1.

CONTRA.

Ext.de decim.c.cum homines. & c. non est.& c.pastoralis.

SOLVTIO.

Deducuntur sumptus ex fructibus in personali actione.ff.solut.matrim.l.fructus. Similiter in actione reali.C.de fruct.& lit.expen.l. 1.& 2. & in mixta.d. si à patre.fallit autem in decimis prædialibus, cùm dominus eas in signum vniuersalis dominij retinuerit.ext. de decim. ca.cùm non sit. In personalibus tamen decimis, putà in mercibus emptis de pecunia decimata locum habet, quod hîc dicitur.d.c.pastoralis. Damas.reg.50.

¶COMPVTATIONIS seu calculationis sedes est in l. in star.de iure fisci. Riisvvich.

¶CONCEDERE.concessum intelligitur, quod non est prohibitum.

PRO.

16.q.1.c.sunt nonnulli.
5.dist.c.ad eius verò.
32.dist.c.de illo clerico.
18.* q.2.c.hoc tantum.
30.q.4.c.qui spiritualem.& c.post.
27.q.2.c.lex diuina.
D.quib.ex caus.maio.c.necnon.§.1.
D.de procur.l.maritus.§.1.
D.de testibus.l.1.
D.de probat.l.ab ea parte.

ADDIT. q.2. *in manuscript.38.

CONTRA.

Ext.de translat.c.inter corporalia.
2.q.5.c.consuluisti.
32.dist.c.de illo clerico.
38.q.2.hoc tantum.
35.dist.c.si euangelica.
2.q.5.c.monomachiam.
De colleg.illic.l.1.

SOLVTIO.

Vbi constitutio affirmatiuè & non prohibitiuè fertur, cuilibet intelligitur esse concessum id quod exprimitur in illa, vtputà, concedit Apostolus matrimonium contrahi.28.distin.c.de his. Hæc concessio ad omnes homines porrigitur, quibus specialiter non prohibetur matrimonium contrahere. ext.de sponsal.cap. cùm apud. Si verò negatiuè, siue prohibitiuè promulgatur, quilibet intelligitur prohibitus, nisi expressè excipiatur à prohibitione, v tputà, prohibetur ne aliquis iniiciat manus violentas in clericum hęc constitutio quemlibet prohibet, nisi alicui inueniatur permissum aliquo iure specialiter, ext.de sent.excom.c.super eo. Damas.reg.102.

¶CONCEDERE.Paulus lib.13.ad Plautium.

Lex 176 al.Vlp.lex 137.

Non est singulis concedendum quod per magistratum publicè posset fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. Infinita ęstimatio est libertatis & necessitudinis.

Ex tit.de iniuriis.& vid.leg.13.& 14.eo.ti. nõ enim cõpetit singulis, quod tantum permissum est vniuersitati, vel ei qui obtinet vicem vniuersitatis, qualis est magistratus, veluti permitti nõ debeat alicui quòd eius propria auctoritate ius sibi dicat, vt est tex. l. ex tat.quod met.cau.l.si quis in tantam.C.vnde vi.& l. nullus.C.de Iudæis.Dec.cons.216.C.M. Viuien.

CON-

¶Concedi, & prohiberi. Cum conceditur alicui quod maius est, prohibet ei quod minus est.

Pro.

Ext.de raptor.c.super eo.
Ext.de decimis.c.tua.
Ext.de torneam.c.felicis.
Ext.de offi.ord.c.pastoralis.
Ext.de tempo.ord.c.literas.
2.q.1.c.si qui episcopi.
50.dist.c.placuit.
80.dist.c.episcopi non in.
88.dist.c.episcopus guber.

Contra.

Ext.de decimis.c.tua.
44.dist.c.nulli clerico.
24.q.1.c.miramur.
7.q.2.c.nullus primas.
D.de senato.l.qui indignus.
D.de interdict.& relegat.l.relegatorum.

Solutio.

Cui conceditur maius, cōceditur ei minus, quod est eiusdem censuræ, nisi minus interdicatur ob honorē personæ, vt quia prohibetur ne episcopus sit in minima ciuitate.& sic vilipendatur dicto ca. episcopi non in, vel nisi minus interdicatur ob terrorem. Vnde quandoque mortuo conceditur corpus Christi, & denegatur sepultura.d.c.felicis. Damas.re.125.

¶Concessum. Concesso vno, conceduntur omnia, sine quibus id explicari non potest, de iurisdict.l.2. De off.eius.l.fin.

Concessum de vno, de aliis negatum videtur. C. de prob.l.maritus.de compen.l.quòd Labeo.

Antecedentis concessio trahitur ad consequens. C. de fideicommis.l.quamuis.

Reg.vj.In generali concessione non veniunt quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. de off. vic.cap.si in generali. de Proc.l.qui ad agendum.C. qui res pign.ob.poss.l.prima.de pign.l.generali. de pec.l.qui peculij.de don.l.filiusfam. de admi.tu.l. si duo.de leg.3.l.si corpus.in princip. de vsu.& ha.l. si ita.C.de quadri.præ.l.2.C.de præscrip.30.an. l.omnes. Riisvvich.

¶Concesso principali, concedi & accessorium.

Pro.

Ext.de cler.coniug.c.quod te.
Ext.de fo.comp.c.si diligenti.
Ext.de don.inter vir.& vx.c.de prudentia.
Ext.de fid.instr.c.inter dilectos.in fin.
Ext.de of.dele.c.præterea.& c.prudentiā.in fi.
D.de iurisd.omn.iud.l.2.
D.de re iud.l.quidam.
D.de reg.iur.l.cùm principale.
D.de of.eius cui mand.est iurisd.l.fi.
C.de vsur.l.eos.
C.de leg.& cōst.l.non dubium.

Contra.

Ext.de conuers.coniug.c.quidam intrauit.
De pœnit.dist.1.c.sicut primi.
25.dist.c.primum.
20.q.3.c.constituit.
D.depositi.l.1.& l.prædia.
D.de re iud.l.à Diuo.
D.de alimen.leg.l.alimenta.
D.de fundo instruct.leg.l.prædia.

Solutio.

Vbi accessorium consistere potest sine principali, concesso principali, conceditur accessorium, sed non tolletur sublato principali. Si verò tale esset quod non posset sine principali consistere, cōcesso principali, illud conceditur & reuocato, reuocabitur d.c. inter dilectos. In illo autem constituit.nō erat principalis intentio inferendi bona, sed religionem suscipiendi,& ideò contradicit. Damas.re.23.

¶Concessa intelliguntur omnia sine quibus illud explicari non potest, quandocunque alicui aliquid conceditur. Probat hanc regulam text.in cap. præterea.de offi.delega.& in l.ij.ff.de iurisd.om.iud.& in l.fin.in fin.ff.de offic.eius cui mand. est iurisdict.& in l.4.§.fin.in tit.ff.de penu leg.& in l.veteris.ff. de itin.actúque priu.& ibi gl.& Bar.

Limita quinque modis, vt per Ias.in d.l.2. de iurisdict. om. iud. quam prius ornat septem conclusionibus & vnica ampliatione. B.Dias reg.198.

¶Concesso vno de correlatiuis,& alterum concessum est.vnde cui permittitur vendere,& emere concessum dicetur esse.Fel.in procem.decretal.numero 20.Boer. decis.206. numero 10. Decis.84.numero 3.Decis.Pedem.104.nu.7.Decis.115. numero 10. decis.133.numero 10.Ber.capitulo,ad nostram,numero 5.ff.de empt.& vend.Felin.in capitulo fin.numero 4.de iudic. Med.reg.9.

¶Concessio. Cui conceditur aliquid censentur cō cessa omnia sine quibus expediri non potest.l.2. ff. de iuris.

Fallit in 5.casi.quos no.Ias.in d.l.2.nu.2.& seq.

Principi reseruata non veniunt in generali concessione.C.quoad translationem.de of.deleg.c.fin.de off. vic.in 6.l.2.de of.eius.

Fallit in 3.casibus, quos not.Felin. in c.quæ in ecclesiarum,de const.nu.32.

Concessionem potest non renocare princeps, si ea in contractū transiuit. Bal.in l.donationes quas diuus. in prin.C.de donat.inter virum & vx.Paul.de Cast. in l.digna vox.ff.de legib.

Fallit in 10.casib. quos no.Port.in li.5.suarum cōclus. reg.19. Fallit in 7.casib.vt per Feli.in ca. ex epistolæ verbis,de proba.nu.5. Don.Fina,lib.1.

¶Concessio. Bonifac.Reg.81.

In generali concessione non veniunt ea quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

Cap.qui ad agendum.lib.6.de procuratorib. c.de iure iurand. Viuiennus.

¶Concessio facta ad certnm tempus non intelligitur de prima vice, sed toties quoties opus fuerit durante dicto tempore.l.sicut.ff.quib.mod.vsusfru. amitt.doct.l.si mihi.ff.de verbor. oblig.Alexand. in additio.ad Bar.l.1.ff.ad l.Iul.maie.l.græcè.§.& post. ff.de fideiussor.docto.l.1.columna final. C.de inst.& subst.& Bal.con.34.volu.1.qui fundum.ff.de contr. emp.Med.reg.2.

Concessio geminata pontificis arguit certam scientiam & voluntatem concedentis,& habet vim motus proprij. Crem. sing.136.Bal. l.nec damnosæ. C. de præc.imper.offer.Roman. l.si verò.§. de viro.numero 31.ff.solu.matr.Alex.l.3. ff.quod quisque iur. Duen.in tract.regu.versiculo,geminatio.numero 8. Med.re.3.

Concessio generalis facta per principem alicui, intelligitur sine præiudicio, tertij,& suæ iurisdictionis, item si princeps reuocat priuilegia cōcessa ciuibus alicuius ciuitatis, non videtur in dubio reuocare priuilegia clausa in corpore statutorum, glos. auth. qua in prouincia.C.vbi de crim. ag.oport.l. hæres. absens.ff.de iud.l.2.§.1.ff.eod.itē nō potest princeps reuocare

reuocare concessionem, quæ transiuit in contractum, licet regulariter aliàs posset. Bald. l. ambitiosa. C. de decret. ab ordin. fac. l. qui se patris. C. vnde liberi. Medic. reg. 1.

¶ CONCESSIO rei, quæ fit ad vsum certum, est commodatū: si verò ad indeterminatum vsum, est precarium text. est in l. in commodato. §. sicut. ff. commod. glo. j. in l. j. ff. de precario.

Limita hanc regulam duobus modis, vt per Iaso. in lege 2. §. mutuum damus. ff. si cert. petatur. B. Dias reg. 109.

¶ CONCESSIO, vel obligatio non perit, mortua persona cui aliquid competit, vel fuit concessum, aut relictum, vel promissum: sed ius competens trāsit ad hæredes. Quam regulam probat text. in l. si pactum. ff. de Probat. in l. j. C. vt actiones & ab hæredibus & contra hæredes, & in l. veteris, C. de contrahenda, vel committendo stipulat. Circa quam regulam vide Alexand. in l. si quis filium. in §. j. ff. de acquir. hæredit. Deci. & Doct. in l. hæredem. ff. de reg. iur. Iason. in §. actiones. num. 1. cum aliis. Institu. de actionibus.

Hanc regulam ponit Albertus Brunus in tract. de interitu, & peremptione: in xj. conclusione, nume. 57. vbi eam ampliat viij. modis vsque ad nume. 65. & à num. 65. vsque ad num. 82. limitat eam xviij. modis in xvij. volum. Tractatuum P. Duen. reg. 109.

¶ CONCORS dicitur quis ratiōe etiam minimæ partis. l. 1. versicul. siue quantuncunque. C. de com. ser. man. quod facit ad statutum Florentinū, quo cauetur ne possit domus alienari extra consortes, nam poterit transferri in eum, qui habet tantum millesimam partē. conc. simil. Aret. cons. 160. Medic. re. 5.

¶ CONCORDIA. Ad concordiam nemo compelli potest. c. humilis. de treug. & pace.

Fallit, in 7. casibus, vt per Felin. in dicto capi. humilis. num. 1. & seq. Donat. Fina. lib. 5.

¶ CONCLVSVM in causa cum est, pro condemnato habetur fideiussor: apparet enim quia de breui condemnandus est. Bald. l. si pro ea. C. mand. quia reg. est, proximè accingendum haberi pro accincto. Ias. l. admonēdi. 1. lect. nu. 53. ff. de iur. iur. conc. l. quamuis. C. ad l. Iul. de adult. Angel. l. ex eo. de test. mil. l. si quis id quod. ff. de iur. omn. iud. l. pen. ff. de test. mil. Iaso. in terminis d. l. admonendi. 1. lect. ff. de iur. iur. no. 49. vbi dicit paria esse in causa concl. vel latam esse sententiam. Bartol. l. si mater. §. ea. ff. de exc. rei iud. Bal. l. error. quæstio. 4. C. de iur. & fact. ignor. l. certi. col. 6. de interd. Abb. c. fi. de excep. Medi. re. 5.

¶ CONCLVSIO CAVSAE. Conclusio in causa fit exclusο, vel elapso termino probatorio. Ampliatur & limitaur per Lancil. in tract. de off. præto. in causis ciuilib. in tit. de publicatione, & conclusio.

Post conclusionem in causa non possunt instrumenta produci. glos. & Doct. in c. cùm dilectus, extra de fide instru. l. iubemus, C. de iud.

Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in 10. à Socin. reg. 104.

Fallit in 4. casib. quos refert Cato Sachi. in repe. l. admo. ff. de iureiur. numero 27. Fallit in 7. casibus, vt per Iacob. Accial. in d. numero 25. Fallit in 10. casib. vt ibi per Franc. Curt. numero 62. Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in 14. à Felin. in c. cùm dilectus, numero 4. de fide instrumen. Fallit in 4. casib. secundum Marsil. in praxi crimin. §. sequens. numero 39. Don. Fina, lib. 3.

L. † 38. Vlpianus libro 51. ad Sabinum. † al. 37.

Nemo qui a condēnare potest, absoluere nō potest.

ADDIT. a al. condemnare non potest, absoluere potest.

Iunge. l. eum qui, de iurisd. l. locus, de iud. l. si iudex, de re iudic. cap. fin. in medio. 10. q. 1. de confess. 7. arg. l. 103. §. eius est actio, inf. sup. l. nō debet. Exceptio est à l. 1. & 3. C. si à non com. iu. CONDEMNARE. Scil. ex defectu iurisdictionis, & vbi eadem subest ratio, vt Decius tradit per l. solent, de iurisd. ne obstet, C. vbi sena. l. 3. de off. proc. Cæ. l. 3. Riisvvi.

ABSOLVERE NON POTEST. f. & è diuerso de re iud. l. 3. ex qua similes regulæ colliguntur, de pœnit. distinct. 1. cap. verum. de maio. cap. cùm inferior. distinc. 21. cap. inferior. Vulgaris lectio: nemo qui condemnare non potest, absoluere potest, placet Hier. Franco. l. 6. de off. proconf. Sed Florentinū mauult retinere Petr. Fab. per leg. 3. de re iudic. arg. contra de pœnis, l. absentem, de accu. l. absentem. Intelligēdæ autem sunt hæ regulæ in genere tantùm, vnde excipitur si sit mutata conditio hominis, de iniust. rup. l. fin. si laici in periculo alter alterum absoluerent, quia neuter eorum ligare potest, arg. c. sanctū, de cons. distinct. 4. Si alterum contrariorum per legem nouam corrigatur, d. hæ. Cle. 1. & ibi gloss. & Hier. Franc. hic arg. inf. l. 168. fauorabiliores, de act. l. Arrianus. Item si superioris iurisdictioni subiiceret, de iurisdict. l. est receptum, 2. quæst. 7. capi. nos si incompetenter. Item excipitur de off. proconf. l. 1. C. vbi sena. l. 3. §. adeò. de off. leg. capit. 2. cum gloss. Gl. in dicto capit. cùm inferior, de sen. excommu. c. tuam. Latius scribam ad l. 3. de re iud. vbi vide Iasonem & Zasium, qui infert ex hac regu. Posito vno Relatiuo ad aliud relatiuum infertur, de acqui. hæred. l. quandiu, de adi. leg. l. 3. §. si Titio, C. de leg. l. datum. Item est eadem potestas ligandi atque soluēdi, Ioan. 21. Riisvvich. paratit.

¶ CONDEMNATVS ad mortem regulariter, non ducitur ad supplicium, nisi post decem dies. Hanc regulam ex pluribus ibi traditis per eum, Felin. elicit in capi. querenti. de offic. delega. post. Abb. in cap. 2. de re iudic facit gloss. in c. quàm periculosè. de pœnit. distin. 1. De consuetudine verò seruatur contrarium secundum Bart. in l. qui vltimo. finalib. verbis. ff. de pœnis.

Limita eam tripliciter, vt per Fel. vbi suprà, & ibi colligit 12. casus in quibus executio in causis criminalibus, vel differtur, vel aufertur. B. Dias. reg. 10.

¶ CONDEMNATVS ad soluendum non euitat executionem, dato quòd velit fideiubere, vel pignora dare: vt probat tex. in l. si se non obtulit. in §. ait prætor. ff. de re iudic.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita aliis duobus modis, vt per Franciscum de Ripa in d. §. ait prætor. nu. 4. P. Duen. re. 116.

¶ CONDEMNATVS ad mortem regulariter non ducitur ad supplicium nisi post decem dies, Doct. in c. quærenti, de off. deleg.

Fallit vt per Fel. in c. contrarium regulam videtur facere Fel. in d. c. dum dicit, quod sententia in criminalibus statim mittenda est executioni. Fallit in 12. casib. vt per Fel. in dicto c. fallit in 7. casib. vt per Ias. in l. debitoribus, ff. de re iud.

Plures condemnati in vnam summam, non tenentur nisi in virilem portionem, l. Paulus respondet, ff. de re iud. facit l. reos, §. cùm in tabulis, ff. de duob. reis.

Fallit in 6. casib. quos. no. Zas. in d. l. Paulus respondet reos, col. 1.

Condemnari nemo potest sine accusatore, c. de manifesta. 2. q. 1.

Fallit in multis casib. vt per Viuium in suis conclusio. in ver.confessio.& si vis videre,an sentētia sit necessaria in sponte confessum,videas Azo.in repe. c.nos in quenquam,2.q.1.nu.22.
Confessio socij criminis facit indicium. Bar.in l.si seruus , & in l.repeti , §.j.ff. de quæstio. multos allegat hoc tenentes Carer.in praxi crim.l. obseruare,num. 122.vbi limitat.
Confessio mandatarij contra mandantem facit indicium,Bal.in cons.97.vol.5. multos allegat Carer.in d.l.num.223.vbi limitat.
Confessio , & inculpatio offensi in mortis articulo facit indiciū.Angel.in l.si quis in graui.§.si quis moriens, ff.ad Syllan. fallit vt per Carer.in dicta l.numero 124.
Confessio tacita per pacem facit indicium , doct. in l. transigere,C.de transactio.fallit vt per Carer.in d.l. numer.125.
Confessio facta metu tormentorum, vel in tormentis, confitenti non præiudicat. l. obseruare , C. quo.appella.
Fallit vt no.Carer.in d.l.num.172.videas Marsil. in l.1. ff.de quæstio.fallit vt per Mars.in l.1.§.quæstioni.nume.1.ff.de quæstio.
Confessio facta non præcedentibus indiciis non probat,neque præiudicat,l.penul.vbi glo.ff.de quæstio. Ang.in l.j.C.de confes.
Fallit vt not.Carer.in d.l.obseruare,nu.181.
In confessione quis cogitur perseuerare , multos hoc tenentes allegat Carer.in praxi crim. d.l.obseruare, nu. 190.vbi limitat.
Confessio minoris,sine curatore non valet.fallit vt no. Carer.in sua praxi,in §. circa quartum,nū.9.
Cōfessio ficta defuncti non transit ad hæredem,neque ei nocet,l.eius qui delatorem,ff.de iur.fis.& ibi Bar. & l.Manichæos, C.de hæredi.
Fallit vt per Franc.Turza.concl.177.
Confessio conditionalis vnius actus,qui simul & semel fuit adhibitus,non potest pro parte acceptari: hanc esse communem opinionem attestatur Boer.Deci. 339.num.3.
Ampliatur & limitatur per Baptist.à Villa. cōclu.145. in litera C.
Confessio admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure:hanc esse communem opinionem attestatur Panor. in c.is qui fidem desponsa.
Ampliatur & limitatur per Baptist.à Villa.concl.148. in litera C.
Confessio facta sacerdoti non debet reuelari , & dato, quòd reuelet,sibi nulla fides est adhibenda. fallit vt per Viui.in suis conclu.in ver. confessio, seu ea quę.
Fallit in tribus casibus,vt per Rip.in tract.de peste, in titu. de remed. ad curandam pestem,numero centesimoseptimo.
Fugiens è publico carcere , pro confesso & conuicto habetur.l.eos,ff.de custo.reor.& ibi est magis communis opinio.
Fallit in 3.casibus,vt per Viuium in suis conclus.in ver. fugiens.
Confessio mutui in publico instrumento probat numerationem.l.si ita stipulatus. §.Chrisogonus, vbi Bart.& doct.ff.de verb.obl.
Fallit in quinque casibus,quos not.Socin.in l.certi conditio,§.si numos,ff.si certum petatur,numero duodecimo.
Confessio dotis receptæ præsumitur facta spe futuræ numerationis, & competit exceptio non numeratæ dotis,l.fina.& authentic.ibi posita, C.de dote cauta non nu.
Fallit in 2.casib.quos not. Barth.Socin.in l.1. ff. soluto matrimonio.nu.75.Ampliatur & limitatur in 3.casibus,secundum Felin.in cap. si cautio.de fide instr. num.59.
Confessio dotis facta constante matrimonio præsumitur facta animo donandi,& non præiudicat marito, Bar.in l.j.ff.sol.matr.
Fallit vt per Soc.in d.l.j.num.102.
Confessio dotis licet sit iuramento firmata,tamen opponi potest exceptio non numeratæ dotis,l.fi.C.de non num.pecun.
Fallit in 2.casib.vt per Soc.in d.l.j.num.81.
Cōfessio procuratoris nocet domino. fallit in 7. casib. vt per Fely.in c.ad hoc Deus. de lit. contest. nu.29. & de confessione procuratoris, tutoris, vel curatoris videas Azo.in repet.in quenquam. 2. q.1.& est in primo volu.rep.iu.cano.
Excipiens non confitetur,not. doct.in c.cum venerabilis.de exceptio.
Fallit in 7.casibus,vt per Felin.in d.cap.cum venerabilis,numer.10.fallit vt per Dyn.in cap.exceptionem, de reg.iur.
Producens instrumentum videtur confiteri contenta in eo,etiam contra se, & ex his potest condemnari, no.Doc.in d.c.cùm venerabilis.
Fallit vt no Fel.in d.c.Fallit in 2.casib.secundum Paris. in d.c.cùm venerabilis,nu.57.
Reprobato instrumento corruit confessio orta tacitè ex eius productione, fallit in 3.casib.secundum Felin.in dicto cap.cùm venerabilis,num.18.
Confesio ficta non infamat in criminalibus,no. Doct. in c.cum te,de re iud.
Fallit in tribus casibus,secundum Felin.in dicto capit. num.5.
Confessio laborantis in extremis attenditur, not.in c. exhibita, de iud.
Fallit vt per Fel.in d.c.
Confessio inter easdem personas semper præiudicat, siue secuta sit sententia,siue non: siue fiat in iudicio summario,siue in plenario, Deci.in l.secunda. C.de edendo.
Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 4.per Ioan.Bolog. in l.2.C. de edendo,nu. 68.
Confessio reguraliter valet. Fallit in 3. casibus, vt per Mars.in l.prima de quæst.numero xxxj.Fallit vt colligitur ex distinctione , quam ponit Azo. in cap.nos in quenquam.2.quæst.1.& illa repet.est in primo volu.repet.iuris Canonici,sed aduerte, quòd ex cōfessione

sione spontanea sequitur condemnatio, minimè in 26.casib.quos ponit Lancillot.in tract.de offi. præt. in causis crim.in tit.de confes.

Confessio serui de facto domini non nocet ipsi domino,leg.seruos,C.de testib.leg.vnius, §.seruo, ff.de quæstio.

Fallit vt per Marsi.in l.prima. §. si serui. ff. de quæstio. numer.1.

Confessio iurata non potest reuocari. Mars. in l.1. §.si quis vltro.ff.de quæstio.vbi limitat,& tractat materiam reuocationis confessionis. Don.Fina,lib.3.

¶ Confessio per errorem facta probando rem aliter se habere, regulariter reuocari potest. text. est cum glos.& ibi doct.in l. de ætate. §.fina.ff.de interr. actio.& habetur in l.error.C.de iur.& fac.ign. & ibi per doct.omnes,& per Bar.in l.nō fatetur.ff.de confessis,cum similibus.

Primò fallit, nisi post dictam confessionem aduersarius faciat confitenti assignare breuem terminum ad dicendum, vel contradicendum, quare non debeat fieri præceptum de soluendo, & dicta confessio exequi:quia elapso dicto termino, si facias fieri præceptum de soluendo, erit irreuocabilis occasione erroris:quia ipsi est datus terminus ad deliberandum, ideò non potest postea audiri volens allegare errorem.Ita singulariter tenet Angel.de Aret. Insti.de actio.in §.si minus.allegat.not.per Bar.in l. j.ff.de confes.& in dict.l.error.& pro ista decisione: vide glos.singularem quam ipse allegat in cap.ex literis.extrà,de diuortiis.quæ vult,quòd quando quis dubitat, quòd debet ei dari terminus ad deliberandum.& deliberatè respondendum,quo termino elapso si sic responderit, nunquam amplius potest variare,secundum Bald.quia ita alleg.illam gloss. pro singulari in l.siquidem.C.de except.& idem not.Innocen.in cap.cum olim.de censi. & Archi.in ca.fina. de iuram.calum.lib.6.& Flo.in dict.l.de ętate.§.Celsus.versic.vnum tamen nota circa reuocationem.ff. de interrog.act. Et ideo cautela est, si vis quòd confessio talis non possit reuocari, quòd post dictam confessionem facias assignari breuem terminum confitenti ad dicendum, vel ad contradicendum: quare non debeat fieri præceptum de soluendo, & dicta confessio exequi:quia tunc elapso dicto termino,si facias fieri præceptum de soluendo,erit irreuocabilis occasione erroris confessio, ex quo est datus terminus ad deliberandum,&c.Et vt ista cautela sit proficua, adhibeas vnam aliam, & est practica singularis,videlicet,vt tota confessione, seu responsione altera pars faciat scribi per notariū, ipsa præsente,& dictam confessionem & responsionem acceptante in quantum facit pro ea,& nō aliter:nam ex post facto dicta confessio seu responsio ampliùs reuocari non poterit:vt in l.sicut.C.de action. & obligation.secundum Bald.ita singulariter not.in l.Gallus.in §.quænam.circa prin.de lib.&posthu.Ex quibus sis cautus si vis,quòd confessio,vel responsio aduersarij non possit reuocari allegato errore,vt præcipuè duo facias concurrere:primum quòd assignetur terminus ad confitendum, vel respondendum, vel contradicendum:, secundum quod acceptes dictam confessionem,vel responsionem, de qua abundè Bal.in d.l.error. Et per hoc datur secunda limitatio ad regulam prædictam. B.Soc.reg.95.

¶ Confessio extraiudicialis, parte præsente facta: plenè probat. Hanc regulam probat tex. in l. Publia Mæuia.in fine. ff. deposi. & in l.cùm de indebito.in §.fina.ff.de probatio.& in l.generaliter. in fine.& ibi docto. C. de non numerata pecunia. Et de iure regio probatur in l.vij, in medio, titulo xiij. parte iij. Hanc regulam ponit Bald.in l.prima.nume.4. C.ne ex delict.def.& in l.quoniam.numer. 7.in fin.in prima lectu.ff.de iis qui not.infam.Ioan.Andr.in rubr de probat.Socinus,in consi.ccxxviij. numero tertio. volum.secundo.

Limita primò, non procedere si à parte non fuerit acceptata:quam opinionem tenet Cynus in l. vnica.in 6.quæstio. C. de confessis.& ibi Salicetus in oppositione xv. Nam ad hoc vt prædicta confessio plenè probet non solùm requiritur, quòd fiat parte præsente, sed quòd pars acceptet talem confessionem.Idem tenet idem Saly.in l.iubemus.C. de liberali caus.& in l.generaliter.in 6.quæstio. C.de nō numera.pecu. vbi refert se ita consuluisse. quem sequitur Alexand.in consilio xx. numero 1. volum. 4. idem Alexand.in cons.cxj.numer.7.volum.in.3.& in cons.clxxiiij.numer.2.volum.6.Curt.Senior in consil.lxxvij.numer.j.Hippoly.in repet.rubr.C.de probatio.numer.96.& in l.de vnoquoque.num. 124. ff. de re iudicat. & in singul. cccxxix. & in l. si quis ne quæstio.numero 128.ff.de quæstio.Ioann.de Imola, quem sequitur ibi Felin.numero 23.in dicto capit.si cautio.de fide instrumen. Felin. in capit. capitulum sanctæ Crucis.nume.12. de rescriptis. Iacobinus de sancto Georg.in l.procuratore.nume.2. ff.de interrogatoriis actionibus.Petrus Rebuffus in glos.concordatarum,in rubric.de regia acceptatione, Chassanæus in consuetud.Burgund.in titu. des retraitz. rubri.x.§.vndecimo.numero tertio. Iason in l. postquam liti.numero secundo. C.de pact. Francisc.de Ripa in rub.numero 22.ff.de verborum obligatio. Paul.Paris.in cons.xxxiiij.numero 29.volum.j.& Pala.Ru.in repet.cap.per vestras. in 4.notab. numero 39.& Curt.Iunior in l.prima.numero 41. C.de pact. Hanc opinionem dicit esse communem Ias. in l. error.numer.3.C. de iur.& fact.ignor.eandem opinionem dicit esse communem Andr. Alcia.in rub. ff.de verbor.oblig.num.3.

Contrariam opinionem tenet Ant. de Butr.in cap. vlt. num.12.de confessis.& ibi Abb.num. 15.idem Abb. in c.cùm dilectus.nume.5.de success.ab intest. & ibi Andr.Barba. nume.4. Soc.in d.cons.ccxxviij.nume. 6.Philip.Dec.in cap.at si clerici.numer.137.de iudi. post Abb.& Barbatiam.& in l.postquam liti. nu. 8. C.de pactis.Aret.in consil.lx.Alciat.sibimet contrarius in tract.de præsumpt.in iij.regu.præsumpt.xxj. nu.6,vbi in nu.10. dicit hanc opinionem esse veriorem,& habet longè plures autoritates pro se. Eandem opinionem tenet Ioan.Baptista de S. Seuerino in repe.l.admonendi.ff.de iureiuran.vbi dicit, quòd hoc est de mente omnium Canonistarum in d. cap. cùm dilectus. Eandem opinionem dicit esse veriorem in iure Catel. Cotta in verbo confessio. el 2. in medio. Eandem opinionem sibimet contrarius tenet Alex.in l.3.nume.3.C.de repudian.hæred. Ratio est,quia cùm confessio fit in fauorem præsentis,præsumitur acceptatio ex parte eius: l. qui patitur. ff. manda.& per ea,quæ notant Bart. & doc. præcipuè Ias.num.70.in l.quæ dotis.ff.solu.matr.pro qua opinione videtur tex. in d.l.vij.in medio.tit.13.par.3.& l. 3.lib.3 ordin. quam opin. etiam tenet And.ab Exea in lib.pactorum,nu.4.vbi dicit,quòd contraria opinio est rigida.& Ioan.Gualdensis de art.testand. tit. 6.cautela 6.num.2.

Limita secundò, quando confessio fit per verba enuntiatiua: quia tunc non probat: ita probat textus, in cap. fin. & ibi Abb. numero 19. & doct. de successio. ab intesta. Quam opinionem tenet etiam Matth. de Afflic. in decisio. Neapo. decisio. cv. numer. 3. Quod tamen intelligo verum, nisi esset confessio iurata, tenet Ant. de Butrio in dicto cap. fi. de successio. ab intesta. Felin. in dict. cap. si cautio. numer. 24. Afflict. decisio. clxiiij. nume. 4. Panorm. in dicto cap. fin. numero 19.

Limita tertiò, nisi confessio esset facta calore iracundiæ: quia non nocet, nisi detur perseuerantia, vt est gloss. in c. ex literis. in verbo admonita. & ibi Abb. de diuortiis. quam gloss. sequitur Dec. in l. quicquid calore. numer. 5. & ibi Cagnolus. ff. de reg. iur. Pala. Ru. in repet. rubricæ de donat. §. xvij. nume. 14. Hip. in l. 1. in §. quæstionum. ff. de quæst. idem Hipp. in repet. rub. C. de prob. numer. 102. & ita per illam gloss. tenet Feli. in cap. sicut. el 1. de iureiuran. & ibi Abb. idem Abbas in cap. fin. numer. 11. de confessis. idem Abb. & Decius in c. at si clerici. de iudi. idem Abb. in cap. cùm venerabilis. post gl. 2. de exceptio. & in cap. cùm olim. el 2. de priuileg. Anto. de But. in cap. olim. de rescrip. Rom. in sing. 508.

Limita quartò, non procedere in depositione testis dicentis extra iudicium se falsum deposuisse in iudicio: quia per hoc non tollitur eius depositio. idem etiam est in iudice dicente se venalem sententiam tulisse & subductum, ita tenet Angel. in consilio trecentesimonono, numero quinto, pro quo est tex. in cap. sicut de testibus. notat Innocen. in cap. cùm dilectus. de electio.

Limita quintò, in cōfessione ex causa mutui: quia non probat intra biennium, nisi aliter probaretur vera numeratio, vt per totum titulum. C. de non numerata pecunia. & per totum. Instit. de literarum obligationibus.

Fallit sextò, quando testes producerentur ad probandam confessionem contra instrumentum celebratum in scriptis continens debitum: quia tunc non omnis probatio confessionis parte præsente facit plenam probationem: sed est necesse, quòd probetur per quinque testes rogatos, iuxta formam text. in l. testium. C. de testibus. cum authent. ibi posita. gloss. in cano. testes. in gloss. magna, in fine. 3. quæst. 9. & ita tenet Afflict. in dict. decisione cv. numero quarto.

Limita septimò, quando confessio fuit facta cum causa: vt si confiteor me debere ex causa mutui: aliàs nō nocet, licet probetur. gloss. in d. c. testes in glos. magna. & est tex. & ibi doc. in l. cùm de indebito. in §. fi. ff. de probat. & dixi in reg. 118.

Limita octauò in confessione prælati: quia non præiudicat ecclesiæ, nisi aliter veritas probetur. ita tenet Abb. in c. fin. de præscript. Ioan. Andr. in additioni. ad Specu. in rubr. de rebus ecclesiæ non alienand. Afflict. decis. 168. nu. 4. de quo plenè per Fel. in c. edoceri. de rescrip.

Limita nonò, quando talis confessio fuerit inter personas prohibitas, & suspectas: quia non probat, vnde non creditur prælato dicenti se donare seruitoribus propter merita, & seruitia, quæ ab eis recepit, nisi aliter probarentur, vt notat Ioann. Andr. in additio. ad Specul. in titul. de rebus ecclesiæ non alie. super rub. Bal. in l. iubemus. la 2. num. 4. ver. si ergo. C. de sacrosanct. eccles. & similiter, quando maritus donaret vxori, vel pater filiæ propter merita, & idem in similibus casibus, qui sunt in iure innumerabiles, de quibus per Bart. & doct. in l. post contractum. ff. de dona. & in l. per diuersas. C. mandati, & in l. si donatione. C. de collatio. in l. prima. in §. nec castrense. ff. de collatio. bonorum. Angel. in cons. v. nu. 5. pro qua opinione est text. in l. qui testamentum. & ibi notabi. Iac. de Sancto Georg. nu. 1. cum sequētibus. ff. de probatio. P. Duen. re. 119.

¶ Confessio extraiudicialis nō seruata forma non probat plenè. leg. certum. §. si quis. ff. de confes. glo. & Abb. cap. fi. de success. ab intest. Afflict. Decis. 12. numer. 2. Decis. 337. Abb. Paris. consilio 120. numero 4. volum. 1. Marsil. rubr. C. de prob. numero 89. idem singu. 329. Crau. tract. de ant. tempor. p. 1. numer. 45. Fel. cap. si cautio. numero 22. de fid. instrum. Hypp. l. 1. nu. 59. ff. de quæst. Georg. l. 1. numero 27. ff. de interrog. act. Med. re. 7.

¶ Confessio extraiudicialis ad effectum torturæ valet & probat, vt est dictum suprà in prima fallent. præcedentis regulæ.

Fallit, quando ageretur de crimine ciuiliter, quia tunc taliter confitens non subiicitur torturæ. Abb. in d. c. olim. in fi. de rescrip.

Fallit, quando confitens extraiudicialiter, in iudicio postea reuocaret suam confessionem. Bald. in l. vnic. in fine. de confes.

Fallit, nisi confitens esset clericus: quia vlteriùs requiritur vt infamatus, vt possit subiici torturæ, secundum Abb. antiq. in c. j. deposi. S. Ianu. re. 38.

¶ Confessio extra iudicium facta, parte absente, facit semiplenam probationem. Hanc regulam ponunt doc. in l. certum. per tex. ibi, in §. si quis absente. ff. de confessis. gl. & ibi Pan. in c. fi. de successio. ab intesta. Affli. dec. 12. nu. 2. & in decis. 337. nu. 6. Bar. & doct. in l. admonendi. ff. de iureiurand. Pau. Parisius in cons. cxx. num. 4. volum. j. Hippol. in repe. rub. C. de probatio. nu. 89. & in sing. 329. & Aymo. in tract. de antiquitate temporis, parte j. in parte incip. viso de verbis. num. 45. cum aliis. De iure regio est tex. in l. 7. tit. 13. parte 3.

Hanc regulam amplia quatuor modis, & limita tredecim modis, vt per Felin. in c. si cautio. num. 22. cum aliis, de fide instr. Octo limitationes ponit Maranta in trac. de ordine iudiciorum. 6. par. rubr. de confessione. num. 12. P. Duen. re. 120.

¶ Confessio facta ab aliquo in iudicio, quòd hominem occiderit, sed ad suam defensionem, potest à iudice in parte acceptari, & sic quatenus confitetur se occidisse, & poterit illum condemnare, nisi probet defensionem, notat Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. leg. & sequitur Ias. verbis latioribus, eius dictum referendo in l. vt vim. ff. de iust. & iure. de quo vide Hippo. in sing. 185. incip. confessio.

Limita, quia licet possit ex tali confessione condemnari, non tamen poterit capitaliter puniri. Ita not. Panor. in cap. auditis. de præscript. vbi vide Felin. qui hoc dicit, nō reperiri alibi: & refert Ang. in trac. maleficiorum, ita tenentem, & dicit, quòd aliquibus rationibus posset contra istud instari: commendat etiam idem Felin. in cap. significasti. lo 2. de homi. in princ. & in cap. cùm venerabilis. de excep. Alex. in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui oper. nunc. Soc. l. j. ff. de vulg. & pup. Ias. in d. l. vt vim. Hipp. vbi suprà. in l. repet. ff. de quæstio. Thom. Ferra. in cautel. vltra Cæpo. in cautel. v. circa princ. & refert aliquos ex supradictis doctoribus. Et Bertachi. in suo repert. in verbo, confessio habet vim sententiæ. in versic. xxij.

& in verbo, inquisitus. lo 8. vbi hoc etiam sequitur, & dicit etiam illud dictum Abb. singulare, Petrus de Rauenna in alphabeto aureo, in litera c, in verbo, confitetur. B.Dias re.122.

¶ Confessio facta ad relationem alicuius dicti, vel instrumenti, & non aliter, si in eo nihil dicatur, an talis confessio aliquid præiudicet? respon. quòd non. Bald.l.2.C.de errore aduoc.Rom.cons.293.Ias.l.admonendi.nu.36.ff.de iur.iur. Paris.cons.7.numer.4. vol.3.Dec.cons.63.numer.6.Alexand.cons.9. num.5. Socin.consil.92.num.4.vol.3.Barto.l.edita.col.pe. C.de edendo. Med.reg.10.

¶ Confessio facta coram iudice non suo, regulariter coram suo fidem nullã facit. cap. at si clerici. in principio de iudiciis.

Primò fallit, vbicunque talis confessio fieret coram tali iudice incompetenti, qui posset fieri iudex ex prorogatione confitentis: quia tunc confessio talis faciet fidem, etiam quo ad condemnationem: ita singu.not.Inno.in cap.super.de confes.& in cap.per inquisitionem.de electione.

Secundò fallit, & debet intelligi dicta regula quo ad totale iudicij præiudicium: sed bene valebit quo ad hoc, vt per maiorem iudicem possit torqueri ad cõfirmandum & persistendum in illa confessione, qua veniret puniendus per sufficientem iudicem: vt voluit Angel.in l.vnic.C.de confes.& in l.prima.ff.eodem.Bald.in simili.in l.clarum.C.de auct.præstan.in fin.& in l.bonæfidei.C.de reb.cre. Ang. in disputatione incipiente, Astensis miles. & idem tenet Inn. in dict.capitu.per inquisitionem.de elect.Ratio est, quia licet iste iudex non sit iudex causæ, est tamen honesta persona, & confessio facta coram honestis personis facit indicium.l.quæro.§.fin.ff.de ædi.edic. facit quod not.in authen.de sanct.epis.§. si verò crimen.Prædicta autem debent intelligi, nisi confitens ipsam reuocet, quod potest, d.capitu. at si clerici.& ita tenet Bald.in dict.l.vnic.C.de confes.in fi.in vers. idem dicit.

Fallentias alias vide per Felin. in d. cap. at si clerici. in principio. vbi ponit 7.limitationes ad dictam regulam:& vide eum etiam. B.Soc.re.88.

¶ Confessio facta in iudicio præiudicat, vt in cap. finali.& in cap.vestra.vbi gloss.de cohabita.cleri. & mulier.& in cap.cùm olim.in fine, de verborum significatione.& in cap.finali.de resti.spol.&in c.1.de accusatio.lib.6.cum aliis.De iure regio tex.in l.4.ti. 13.parte 3.

Hanc regulam amplia vno modo, & limita decem modis, vt per Decium, in capit.at si clerici.numer.17.& deinceps. P.Duen.re.117.

¶ Confessio facta per aliquem sponte & in iudicio, quòd occiderit hominem, qui non apparet, nec reperitur occisus, non valet, nec ligat confitentem, not.Angelus.in l.prima.ff.de confes. & in l.certum. in princ.ff.eod.& vide Cæpo.in repe.auth.sed nouo iure.C.de seruis fugitiuis.

Limita primò singulariter, nisi confitens esset assassinus malæ conditionis, & famæ, qui confiteretur se occidisse certos mercatores, & eorum corpora in mari proiecisse: quia tunc dato, quòd illa corpora non reperiantur, si ille erat publicè diffamatus, & prope litus maris latrocinia exercebat, tunc propter confessionem debet puniri. Ita limitat Angel. not. vbi suprà, quod sequitur & commendat Iason in l.iusiurandum.quod ex conuentione. §.finali. ff. de iureiurando. stante tamen maris distantia, vel bona fama confitentis, non posset ex eiusmodi confessione puniri, corporibus non apparentibus, secundum eum.

Limita secundò, nisi saltem per famam probaretur mors, licet corpus non posset inspici. Ita Bal.in addition.ad Spec.in titu.de senten.in versicul. Titius fuit confessus, quod refert & commendat Ias.vbi suprà, in corroboratione doctrinæ Angel. suprà scriptæ: vide tamen Felinum in c.auditis: de præscript. Et (ne decipiaris cum hac doctrina Bal.) & no. quòd non est necesse, quòd constet de nomine mortui, vt voluit Bald. in cap. at si clerici. de iudic. qui allegat gloss.singu.in cano.libellorum.2. quæstion.8.& refert Ias.vbi suprà, & ibi alia loca describit, vbi idem firmat ipse Bald.pro quo etiam vide not. per Felin. vbi suprà. B.Dias reg.124.

¶ Confessio facta parte absente, in libello vel quacunque scriptura porrecta iudici præiudicat confitenti, vt l.cum precum.C.de lib.cau.si quis cùm talis scriptura iudici porrigatur, vt in authen. offeratur. C.de litis contest.

Amplia procedere etiam in omni scriptura, quæ producitur & parti aduersæ traditur secundum Imol.in d.c.si cautio.

Fallit in verbis narratiuis libelli, quia ea non probant contra producentem, vt l. non epistolis.vbi Bartol. C.de proba.Bald.in l.prædia.C.de predi.minor.per text.in l.qui familiæ.ff.famil.erciscund.& hinc bene dixit Bald.in capit.cum venerabilis.de except. quòd producens instrumentum videtur confiteri illud esse verum in verbis dispositiuis tantum, & nõ in verbis narratiuis.

Fallit, quando illa confessio esset scripta manu alterius, quàm producentis: quia non probat contra producentem, secundum Bar in l.nuda.ff.de don.quod dictum inpugnat Imo. in d.c.si cautio. tamen ego dico pro nunc quòd ideo Bart. dicit quòd non probat ex quo potest per partem reprobari, maximè si talis confessio esset facta à persona non habente potestatem, cogita. S.Ianu.reg.41.

¶ Confessio facta sine causa ita inducit semiplenã probationem, quod iuramentum in probatione suppletiuum deferri potest.ita not.Specul.tit.de confes.§. nunc videndum.ver.sed quæ est oratio. Idem tenet Ioan.de Imo.c.si cautio.de fide instru.

Fallit j.de iure reali: quia confessio facta nulla expressa causa, plenè probat. Bar.l.factum.ff.de reg.iu.

Fallit in sententia liberatoria quæ valet, & nocet confitenti, & inducit dispositionem, nulla expressa causa.l.pactum.de pact.ff.

Fallit quando confessio est trina in iudicio: quia tunc nocet sine expressione causæ.Bartol.& Imol. dict.c. si cautio.

Confessio de crudelitate ita præiudicat, sicut confessio de veritate. glos. in capite ex literis. in verbo veritatis.de iureiurand.gloss. in l. & quia. ff. de iurisdic. omni.iudic.Cyn. l.j.§.quod obseruari. C.de iuram. calum.

Primò fallit, quando quis non respondet in facto proprio, sed in facto alieno, quia tunc sibi non præiudicat.ita tenet Abb.in dict.cap.ex literis alleg.capitu. licet.de probatio.& capit. cum causam. de testibus. Sed aduerte, quia dubito an illa limitatio sit vera, ex quo per talia verba intelligitur confiteri, debet ergo præiudicare, ac si confessio fuisset facta de facto proprio: vnde Doctores communiter sequuntur illas glossas. Et quòd confessio cõtinens factum alie-

alienum per verbum, credo, vel credit, præiudicet, allego glossam in l.2. in §. quod obseruari. C. de iuramento calumniæ. & capit. 2 in verb. sciat. de testibus in clement. quæ dicunt, quòd quando quis dubitat, debet præmittere negationem, vt videatur confiteri, puta si dicatur & affirmetur Titium esse mortuum, & iudex interroget an sit mortuus, & cogat me respondere affirmatiuè, vel negatiuè, non debeo respondere, negatiua præposita, non credo ipsum esse mortuum: quia tunc crederem eum viuere, & sic intelligitur me confiteri, & idem tenet Speculator in titu. de deposi. §. 6. vers. sed nunquid. vnde illa glos. & Speculator tenent & volunt quòd vbi quis respondet per verbum, credit de facto alieno, de quo dubitat, talis confessio sibi præiudicat, nisi præmittat negatiuam. & cum hoc etiam transit Domi. in capitu. 2. de testibus libro sexto. super glo. præallegata. & idem videtur tenere Bart. in dicta l. præallegata, in §. quod obseruari. vbi simpliciter recitat illam glos. nec eam reprobat. licet dicat illud consilium non esse necessarium: quia potest dicere securè, ego dubito: vt in l. si debitor. ff. de petit. hæred. in l. si quidem. C. de exceptionibus: ergo, &c. Potest etiam petere tempus ad deliberãdum, de quo ibi per Bartol. in dict. §. quod obseruari. & per Dominic. in d. cap. j. de confessis. lib. 6. de quo per Bal. in d. c. fin. de iureiurando. B. Soc. re. 92.

¶ Confessio facta in vno iudicio probat in alio. tex. est & ibi not. Bald. in l. iubemus. C. de lib. cau. & Ratio huius regulæ sumitur ex l. generaliter. C. de non num. pec. & ex c. per tuas. de probat.

Amplia istam regulam quinque modis, & limita aliis septem, per Purpuratum in l. is, apud quem. C. de edend.

Primò amplia, etiam si cõfessio fiat coram arbitro, per l. pen. C. de arbi.

Secundò amplia, etiam si confessio sit facta in iudicio summario, quia probat in plenario. alleg. Innocen. Abb. & Alex.

Tertiò, etiam si iudicium, in quo esset facta confessio, esset nullum.

Quartò, etiam si quis confessus fuit in iudicio, non vt principalis, sed vt testis: quia poterit contra eum adduci illa confessio in alio. Allegat Alex. ibi & vtrunque Raphaelem.

Quintò amplia, vt cõfessio facta in ciuili, probet in criminali, & è contrà, allegat Bar. & Alex. ibi.

Limita primò, respectu præiudicij ad tertium.

Fallit secundò in confessione ficta, quia illa non egreditur causam, in qua facta fuit, etiam inter easdem personas: vnde secundum eum, licet confessio ficta noceat successori, intelligitur in eadem causa, & non aliter: quod nota pro illo qui non respondet positionibus.

Tertiò limita, in confessione procuratoris, quia non præiudicat in alia causa, sicut confessio domini.

Quartò limita in confessione, quæ esset reprobata à iudice, pronuntianda contra illam: quod ampliat etiã, si reprobatio esset in fauorem confitentis.

Fallit quintò, quando confessio esset facta coram incompetenti iudice, quia non probat coram competenti. Aduerte tamen, quia tunc talis confessio faceret indicium ad torturam, nisi in quatuor casibus descriptis per Iasonem in l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

Fallit sextò, quando confessio esset tacita, allegat Imo. in clem. constitutionem. de electio.

Fallit septimò, quando confessio esset facta iudice non sedente pro tribunali, allegat gloss. & Docto. in d. l. iubemus. B. Dias re. 121.

¶ Confessio facta in vltima voluntate non probat id, super quo fit, parte absente. Ant. & Imol. in c. si cautio. de fide instrum. Bart. in l. non solum. §. si liberationis. ff. de libera. lega. habes in l. Lucius. §. quisquis. el 2. de leg. 2. vbi Bart.

Fallit, quando nomine absentis interuenisset nuntius, vel epistola. Bar. in d. §. quisquis.

Fallit, quando nuntius vel alius acceptasset nomine absentis, secundum Saly. in l. generaliter. C. de non numer pecun.

Fallit, quando iurasset quia probatur illud quod confitetur. l. cum quis decedens. §. codicillis. vbi Barto. ff. de legat. 3.

Fallit in eo qui in testamento detexit hæredem rogatum ab alio testatore de restituendo bona filio spurio secundum Cal. in consil. xxv. in tit. de testament. S. Ianu. reg. 39.

¶ Confessio geminata extra iudicialis probat contra confitentem. Barto. l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. Pau. consilio 172. quod dictum procedit etiam si cuilibet confessioni adsit vnus tantum testis. Paul. consilio 300. secundò Ampl. vt non possit reuocari. glo. cap. ex literis. de diuor. Bald. l. error. C. de iur. & fact. igno. Tertiò Ampl. vt excludat exceptionem non numeratæ pecuniæ. Barto. l. triticum. ff. de verb. ob. Alex. Rube. ff. eod. quartò Ampl. hoc idem in criminali procedere, vt confessio extra iudicialis geminata validet confessionem in tortura. glos. c. quanto. de adul. c. olim. de rescr. Fel. c. de hoc, de sim. quintò confessio nuda geminata operatur effectũ confessionis vestitæ. gl. l. si mulier, C. ad Vel. Sextò confessio geminata intelligitur ex certa scientia concedentis. Ioan. And. c. Porrecta. de confir. vti. vel inuti. Septimò amp. quod quando statutum dicit, vt contumax habeatur, & sit pro confesso, tunc nulla requiritur sententia iuris. Bald. c. vnico. in fin. vt lit. non contest. Ias. cons. 53. vol. 2. Ale. cõs. 59. vol. 3. Octauò amp. vt iura generaliter dicentia cõfessionem prætextu erroris posse reuocari nõ procedunt, quando confessio fuerit geminata. l. non fatetur. ff. de confes. l. error. C. de iur. & fact. ig. c. fi. de conf. Nonò ampl. nam licet confessio erronea, ad quam quis deductus est persuasione aduersarij reuocet leuius, quam alia, quã quis ex se ipso fecit. l. 1 in fi. ff. quãdo actio de peculio est annal. l. 1. §. si omnes. ff. de ventr. inspic. tamen si ipsa confessio fuerit postea per cõfitentem iterata valet. l. vnica. C. de plus pet. Decimò Ampl. vt confessio geminata prodest ad actionẽ, sicuti si facta esset in iudicio. Alex. in add. ad Bart. d. l. cum scimus. nu. 7. C. de agric. & cens. li. 11. Vndecimò confessio nõ præcedentibus indicijs, & timore tormentorũ non pręiudicat sibi, tamẽ si ante confessionẽ factã sine indiciis emanasset alia confessio, quę teneret, per cõsequẽs condẽnaretur ex ea propter geminationẽ ipsius confessionis, sicuti si cũ iuramẽto fieret. Ale. d. loco. nu. 7. ver. adde. Duodecimò ampl. exceptio nõ numeratæ pecuniæ, quæ alias intra biennium opponi poterat nõ poterit opponi si cõfessio fuerit geminata. Ab. c. si cautio. de fid. inst. Alc. post Bar. d. l. cum scimus. n. 7. C. de agri. & cens. li. 11. Euer. in loco à vi Gemi. nu. 2. Rom. l. nuda. ff. de do. Pau. l. publia. ff. depositi. idẽ cõs. 175. Præpo. c. ex literis. de diuor. quia cõfessio facta ex deliberatione reuocari non põt. gl. & Bal. l. si quidẽ. C. de excep. Bal. l. cũ precum.

cium.C.de liber.causa.l.non solum. columnn.2. ff.de procurat. Archid.cap.fin.de iur.iur.6.Cæpol.Caute. 69.glos. & Ioan.Andr.cap.ex literis. vt lit.non contest.Doct.commu.l.error. C.de iur.& fact.ignoran. Rom.l.si vero.§.de viro.fall.331.ff. solut.matri. idem consi.391.Bald.cap.fin.de confes.& l.iusiurandum.ff. de iur.iur. Ioan. And.cap.fin.de iureiuran.6.gl. l.capite quinto.ff.ad l.Iulia.de adulte. Euer.in loco à vi Gemi.nu.11.& 15.hoc dictum intelligas vt confessio extraiudicialis geminata operetur quando fuerit facta diuersis temporibus, secus si in continenti fiat. Bald.in procem.C.colu.fin. Ias.l.si certis annis.num. 6 C.de pact.Tertiodecimò Ampl.vt excipi non possit de dote non numerata stantibus geminationibus confessionum.l.in contractibus. §.j.cum glo.versic. illis.& Bald.& com.omnes.C.de non num.pecu.Soci.l.j.versic.3.limi.ff.solut.matr.Thom. Gram.Dec. 337.num.5. fallit tamen quando semper erronea esset,quia reuocari posset,licet geminata fuisset. Roman.consi.391.Docto.l.j.colum.2.C.de errore calc. dummodo probetur causa erroris.Socin.cons. 228. colum.j.volu.j. & est commu.vt attestatur Crauet. consi.151.num.32. Medi.reg.2.

¶ CONFESSIO indefinitè facta extraiudicialis parte absente facit semiplenam probationem. Docto. commu.l.certum.§.si quis absente.ff.de confess.glo. & doct.cap.fin.de success.ab intest. Afflict.Decis.12. num.2.& decisio.337.num.6.Paris.cons.120.num.4. volum.1.Hyppo.Rubr.C.de probat. nume.89.idem in sing.329.Crau.in tract.de antiq.temp.p.1.numero 45. Medic.reg.2.

¶ CONFESSIO non requirit telam iudicij, nec curat de ineptitudine processus, ideo confessus potest condemnari, etiam data ipsius processus nullitate. Doctrina est Innoc.in cap.qualiter. el ij.de accusat. quam ibi sequuntur Docto. & voluit idem in capit. per inquisitionem,de electio.probat text.vbi notat hoc Abbas antiquus in cap.Pisanis.de restit.spolia. descripsit Mathesil.in singul.liij. incip. nota vtilem regulam.pro qua doctrina vide Hippol.in sing. ccj. incip.in confessum.

Limita prædictam conclusionem duodecim modis, vt per Felin.in d.cap.qualiter.§.licet autem.in cap.at si clerici.de iudi. B.Dias.reg.123.

¶ CONFESSIO prætextu erroris facta reuocari potest.l.non fatetur.& ibi per Barto.ff.de confess.

Primò fallit,quando præcessit terminus ad deliberandum:vt not.in cap.cùm olim.de censib.& in cap.fin. de iureiur.& Anto.de But.in ca.fin.de confess.idem tenet Host.Ioan.Andr.in cap. ex literis.de diuor.& Ioan.Mona.& Archi.in dict.cap.fin.& Bald.in l.edita.C.de eden.& dom. Abb.in c.prætereà. de testib. cogen.& idem rectè intuenti voluit Bart. in l.quicquid adstringendæ.de verborum oblig.dum allegat l.contractus.C.de fide instrumen.iungendo c. quoniam contra.de proba. & ita etiam singulariter voluit Baldus in l.Gallus.§.quidam rectè.circa principium. ff.de libe.& posthu. vbi ponit practicam singularem ad prouidendum quòd talis confessio non possit reuocari incontinenti, videlicet, quòd facta confessione,seu responsione, altera pars faciat scribi per notarium ipsa præsente, & dictam confessionem seu responsionem acceptante, inquantum faciet pro eo,& non aliter:quia tunc non poterit amplius reuocari.

Secundò fallit, quando talis confessio esset in actis, & in scriptis redacta: quia tunc non poterit reuocari per errorem.gl.sing.xxxij.quæst.prima,apud quam sequitur dom.Ant.de But.de confess.cap.fin.

Tertiò fallit post præceptum factum:quia non admititur talis reuocatio.ita dicit Bald.in l.error.C.de iuris,& facti ignorantia.

Quartò fallit, quando non potest reuocari confessio propter errorem post conclusionem in causa. Archidia.& Ioan.Andr.in nouel.capit.ij.de restitut.in integrum.

Quintò fallit,quando fuisset confessio geminata interuallo:quia tunc non poterit reuocari, vt sentit Bald. in procem.C.in l.iij.ff.de pignor.action. & in l.vni. C.de confess.facit quod no.Bar.in l.cùm scimus.C. de agricol.& censi.& in l.triticum,de verbor.oblig. & in l.j.ff.de constitu.pecu.in l. mulier.C.ad Velle. & per Moder.in rubri. de verbor.oblig. & maximè per Bar.Cæpol.

Sextò fallit, quando iurauit dicere plenam veritatem circa inquisita: quia tunc confessio non potest reuocari prætextu erroris,vt per Anton. de But.in cà. fi.extrà,de confess. & in capitul. cùm dilecti. de fine instrument.

Septimò fallit, quando producit instrumentum: quia videtur fateri in eo contenta, quo casu talis confessio non potest reuocari.ita Anton.in d.capit.fin.allegat Innocent.in capit.cùm olim.de censibus.B.Socein.reg.110.

¶ CONFESSIO prætextu erroris iuris reuocari non potest,ita no. Bar.in l.non fatetur.ff.de confess.

Primò fallit,quando errasset in aliqua extrauaganti:secus si in lege in corpore iùris clausa:vt not.in l.cùm prolatis.de re iudicata.

Secundò fallit,in aliquo tex.singulari,vt in text. super quo sunt opiniones:vt no.in l.quòd Nerua.ff.depositi.secus in communi.

Tertiò fallit,in fœmina,milite,vel rustico, vel monacho,& similibus,de quibus in l.regula.§.sed & si.ff. de iuris & fac.igno.& l.in bonorum.ff.de bonorum possess.

Quartò fallit,quando confessio habet intolerabilẽ errorem expressum,vt dicitur in minore xiiij.annorũ, posse excusari,quia tunc non valet confessio: vt dicit gloss.& Ant.de But.in c. fi. de confessio. vbi ponit dictas limitationes. B.Socinus.reg.91.

¶ CONFESSIO procuratoris potest incontinẽti quã facta est reuocari, quamuis ex interuallo reuocari non possit.conc.ampl.præcedens. gl.c.scriptum.de elec.Abb. c.fi.de confes. idem est de confessione ad uoc.glo.c.olim.versi.reuocato. de censi. Do.com.l. 3.C. de error. aduo. item hoc idem est in confessione ipsius partis.gl.c.apud.32.q.j. Abb.c.causam. col. 2.de appel.c. præterea. col.2.de tes.cog. modo confessio nõ sit redacta in scriptis,c.olim.de censi. Bal. l.j.col.5.C.de fur.Ant.c.fi.de cõf.Ale.l.j.§.j.ff.de ver. obl.Alex.conf.34.col.j.li.j.conf.92.lib.5.Ruin.cons. 5.nu.15.vol.4. gl.l.rura.C.de omni agro.lib.11. Barb. l.stipulationũ.col.5.ff.de verb.obl.conf.18.li.2.Abb. c.fi.de confes.Soc.conf.97.vol.4.Alciat.l.j.§.si quis. j.lec.ff.de ver.obl.idem est in positionib.& respons. ad positiones, vt scilicet in continenti reuocari possint.glo.c.fin.vers.iusta.de iur.iur.Doc.l.edita.C.de edendo.Bald.l.j.colum.5.C.de furt.cons.30. libr.4. Ange.l.j.§.si quis.ff.de verborum ob.Rom.l.si vero. §.de viro.31.fall. ff.soluto matrimon. idem consilio 59.Felin.capitu.qualiter.colum.15. de accus. Iason l.error.columnn.2.C.de iur.& fac.ignor. quæ omnia procedunt, nisi fuerint ab aduersario acceptatæ: tunc

tunc enim confestim reuocari non possunt, nisi error earum probetur, Docto.com.l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verbo.oblig.Rom.consi.433.Alex.&Ias. l.quicquid adstringendæ.ff.de verb.oblig. Alex. cōs. 109.lib.j.Hippolit.sin.315.ratio prædictorū est, quia quæ in continenti fiunt censentur inesse, neque curatur de paruo temporis spatio.l.lecta.ff.si cert.pet. Doct.Com.d.l.j.§.si quis. Medic.reg.5.

¶ Confessio quæ fit de modica summa simulata dici non potest.l.cum si.§.modus.ff.de transact.c.fi. de sim.Crau.conf.40.num.8.consi.44.numer.3.consi.182.& Socin.in consi.7.lib.7.Bar.l.fin. C.si cont. ius vel vtil.public. Medic.reg.5.

¶ Confessio rei in carcere facta viribus subsistit: Bald.in l.vnic.num.13. C. de confess.dummodò sine tormentis id fiat, nec eorum metu facta videatur. Nam solus carcer, vt pœnam nō adfert, ita nec metum:glo.cum tex.in cap.si Clerico. de sententia excommunica.in sexto.Etenim non eò detinentur rei criminis, quò interim carcere crucientur, sed custodiæ causa, & ne illusoria tandem aliquando emergant indicia, includuntur:l.ij. ff.de custod. reorum. cum similib.Bald.in l.si quis in hoc num. 3. & 4.C. de Episc.& Cleric. vbi metus ex carcere non præsumitur, quum Iudex carcerem iuris auctoritatē dat, &habeat:quamuis in ciuilibus, pro carceris metu, in præsumptionem crebriùs eatur:Bald.in l.falsus.nu. 31.C.de furt.& ser.corrupto. C.Batan.

¶ Confessioni rei testium præsentia non necessaria, verùm vtilis creditur, & è re adhibebitur, duorum putà: Actis enim sine teste statur:facit in argumen.text.cū ipsius ratione, in l. in donationibus.C. de donat.iuuat l.vbi numerus.ff.de testibus.E re autem erit, & proficiet, quò maior fides & pondus primi Iudicis actis indatur, & ne de facili reus confitēs à primæua (vt nonnunquàm euenit) confessione & responsione deflectat & desciscat, si se confessum aduerteret. C.Batan.

¶ Confessio, seu assertio reciproca facit hanc reg. locum habere, vnde si confiteor me esse fratrem tuum, in consequentiam videtur fateri te esse fratrem meum, Bald.l.non epistolis.col.1. C.de prob.l. voluntatis.num.7.ff.de reb.dubiis.deci.Pedem.140. num.7. Medic.reg.9.

¶ Confessio soluitur morte, Bart.l.eius.ff. de iure fisci.Lanfrancus capit. quoniam contra. de probat. Docto. Com.l.j.C.ne ex delicto defuncti. Alex.l.j. ff.de priu.del. Bar.l.j.§.sed hæc.ff.de calum.Procedit hoc dictum in confessione ficta, secus autem in confessione vera, Ioan.Andr.in Addi.ad Specul.§.j. titu.de accusat.§.j.versi.quid si, not.l. eius. ff.de iure fisci.curt.tract.de iureiur. §.fin.num.11.l.2.C.de bono.eorum, qui mort.sibi consc.Baldus.l.2.C.qui accus. non poss.l.si apud C.de edendo.Decius ca.cùm speciali. §.Porrò.numer.6.de appel. Secundò fallit quando iam bona fuerint confiscata, Baldus.l. j.C. ne ex del. def.vbi nu.14. hoc idē dicit in confessione furti, Imo.l.defuncto.ff.de publ.iud.Ang.§.pen.numer.11. Instit.de perpet.& temp.act.Ioan.Ana.ca.in literis.de rap.Ang.d.l.j.num.5. Quartò fallit in his, in quibus hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti, Bald.l.generaliter. C.de non numer. pecu. quæ 20.Ioan.d. c. in literis. Doct.com. capitu.cum causam.§.porrò.vbi Dec.num. 6.de appellat.Quintò fallit, quando ex morte confessio resultat, tunc enim ipsa transit ad hæredes, Bal.in l.j.§.2.C. qui testamen.fac.poss.Roman.consilio 305.l.2.ff.de bon. eorum. Sextò & vltim.fallit, vbi pœna imponitur ipso iure, quo casu confessus pro conuicto habetur, Bart. l.l.ciuilis.numero 7. ff.de priu. deli. not.l.j.& seq.ff.de confess. Afflict.decis.223.titu.de confess.defuncti. vbi num.3. hæredem posse reuocare confessionem defuncti, si contrarium poterit probare, Bald.l. error.C.de iur.& facti ignor.l.non idcirco.ff. eod.gloss.l.creditor.§.iussus.ff.de appella. Barto.l.j. C.ne ex delicto defuncti, Milæus in pract.crim. numero 149.in formula inquis. Bald.l.Titia.§. Gaius. ff. de legat. 2. nam & defunctus in vita hoc agere posset, l.cum quidam.§.fiscus. ff.de vsur. Capic. decis.121.numer.17.not.l.generaliter. C.de non nume. pecu. Bald. & Doct.Com. l.j.C. de falsa causa, Ber. consi.60.numero 36. volum.2. Hæres igitur de sententia lata confessione defuncti appellare poterit, Dec.capitu.cum speciali.§.Porrò. num.6.de appel. Anton.de Butr.in tract.de notor.artic.4.numer.59. Medic.tract.2.part.

¶ Confessio vera facta contra defunctum nocet hæredi.l.eius qui.ff.de iur.fisci.Barto.l.manifestè.ff. de iur.iur. præcipuè in confessione resultante in vita confitentis, & facta etiam ab eo, qui se ipsum interfecit.Bar.l.2.ff.qui test.fact.poss.Bal.l.j.C.ex delicto defuncti.addentes ad Bart.l.j.C.res inter alios acta. in fine. Medic.reg. 8.

¶ Confessio vnius non nocet alteri regulariter, Barto.l.sæpe.num.11.vbi Alex.num.226.ff.de re iudi.Barto.remittit se ad not.per illum in l.facta. §. si hæres.ff.ad Treb.Ioan.And.in addi.ad Specu. in titu.de cess.act.§.j.num.7.C.in.l.si delegato.C.de nouat.l.fin.C.de procurat.Doct.com.l.si actor.ff.eod. & quid in confessione cessionarij, vide Abb.c.quanuis, num.32.vbi Fel.nu.14.de senten. & re iud.Bart. l.si partem.ff.quemadmo.seru.amit. Medic.reg.8

¶ Confessoria, & negatoria actio competit pro seruitutibus rusticis, & vrbanis. Hanc regulam probat.tex.in §.æquè si agat.Institu.de actionibus.

Hanc regulam, vbi eam examinat, & limitat quinque modis, ponit Ludouic.Gomes.in d.§.æquè si agat.à num.12.vsque ad.num.15. P.Duen.reg.122.

¶ Confirmari sententia potest non citatis pártibus.Alciat.consi.17.nu.10.glos.& Inno.c.cum olim. de dolo, & contum. Medic.reg.8.

¶ Confirmari non potest sententia, à qua fuit appellatum.in præiudicium tertij.tex.est in term.c.cū super vbi Abb.num.3.de senten.& re iudicata. Medic.reg.8.

¶ Confirmans, regulariter nihil de nouo dare dicitur, probat tex.in c.inter dilectos.cum concor.ibi assignatis per doct.de fide instrum.in antiq.

Fallit, quando actus ante suam confirmationem non tenuisset, vt est tex.in l.adoptio.ff.de adoptio.maximè quando confirmatio fieret ex certa scientia, vt probat tex.in c.j.& ij.de confirma.vti.

Fallit, quādo actus tenuisset sed esset imperfectus, quia licet tunc confirmare non sit propriè dare. S.Ian. reg.44.

¶ Confirmata ea, quæ sunt iuri contraria non intelliguntur per simplicem confirmationem. Hanc regulam per illum tex.ponit Bal.in c.j.in prin.nu.2. per quos fiat inuestitura, in vsibus feudorum, allegat notata in l.j.de his qui sunt sui, vel alieni iur. vbi notatur ꝙ illa regula, quæ dicit ꝙ quicquid acquirit filius, acquirit patri: intelligitur de acquisitione iusta & non iniusta, idem tenet idem Bal. in d.l.j.allegans text.in d.l.diuus. in §.sed nec. ff.de falsis.facit text.

tex.in lege,quod seruus.ff. de acquir. possess.not. idē Bald.in l.j.ff.de constitu.princip. vbi allegat notata in l.2.C.de diuersis prędiis.lib.xj.idem Bal.in l.cùm oporteat.C.de bonis, quæ liberis.vbi dicit ita tenere Cinum.Pro quo facit: nam in confirmatione ea iura intelliguntur confirmari quæ valida erant tempore confirmationis,vt in l.Aurelius. §.testamento. ff.de libera.lega.& in l.si quis priore.ff.ad Treb. quæ iure allegat Alberic.in tract.statuto. q.xxj.&hæc regula probatur in l.2.C.de fundis, & saltibus rei domini.lib.xij.De iure canonico probatur in c.ad nostram.de confirmat.vtili,vel inutili.

Fallit primò,nisi princeps ex certa scientia confirmasset actum nullum vel infirmum:nam tunc confirmatio supplet omnem defectum,ita tenet Inn.in c.j.de confirmat.vtili vel inutili.& ibi glo. Bal.in d.c.j. per quos fiat inuestit.num. 2.allegat in argumento text. in d.l.Aurelius. in §.testamento.idem tenet Imo. in l.quidam consulebant. ff.de re iudic.notatur.in c.si motu proprio.de præben.in vj.facit quod notat Iaso.in l.j.num.3.ff.de constit.princip.l.fi. nu.12. ff.de pac. tenet Curtius Iuni.in l.hæres absens.in princi. numer.16.ff.de iudic.Quam limitationem intelligo veram,si prædicta confirmatio facta super re inualida ex certa scientia, sit facta cum causæ cognitione & citatione partis:aliàs secus, tenet Inn.in d.c.j.numer.1.de confirmat.vtili,vel inutili.Spe.in tit.de legato.in §.nunc ostendendum.nume.14. Archid.in c. Cenomanensem.num.1.lvj.distinct. Ludouicus Romanus in singula.ccccxix. pro quo facit quod posui in regu.xliij.

Fallit secundò, nisi Papa confirmaret factū proprium, secundùm Bald.in d.c.j.nume.2. per text.in l.legata inutiliter,ff.de legat.3.

Limita tertiò,nisi in confirmatione esset clausula, confirmamus,& de nouo concedimus: de quo per Andræ.de Isernia in cap.j. de Vasallo decrepitæ ætatis. in vsi.feudorum.docto.in c.inter dilectos.de fide instrumen.sed an,& quando ille,qui confirmat videatur de nouo dare,vide singularem distinctionē Cini in l.& quia.quem refert & sequitur Bal.ibi. ff. de iurisdic.omn.iudic.

Limita quartò,quando peteretur confirmatio à domino qui teneret,& possideret feudum quod petitur confirmari,quo fuit spoliatus pater petentis confirmationem , tunc talis confirmatio perquam restituitur possessio videtur noua traditio feudi, & hoc per tex.in l.3 in §.Nerua filius. in verbo, nancisci.ff. de acquir.possess.secùs,quando possessio esset vacās, tunc dicitur continuari,secundum Abb.in c.cùm venissent.de resti. in integ.

Fallit quintò, quando confirmatio fieret à successore qui non tenebatur confirmare feudum quod ipse dominus possidet: nam tunc confirmando dicitur noua concessio.argu.l.si ante.ff.ad legem Falcid. & in l.stipulatio ista.in §.si quis ita.ff.de verbo.obli.& in l.si cum vno.ff.de except. rei iudic. ita tenet Old. in cons.clxxviij.num.1.Ioan.de Imo.in c. inter dilectos.de fide instru.num. 24.vbi tenet, quòd quando successor potest primam inuestituram reuocare,tūc confirmando dicitur de nouo concedere: quem sequuntur ibi alij Doctores.

Sextò fallit, nisi priuilegium confirmationis quædam confirmaret,& quædam infirmaret:argument. text. in l.tribunus.in §.vlti.ff.de testamen.milit.ita tenet Bald.in d.c.j.nu.2.per quos fiat inuestit.

Sed suprà dictæ limitationes in minore non vendicant sibi locū:quia tunc talis confirmatio dicitur potiùs noua concessio,quam minor facere non potest:vt in d.c.1.maior autem qui habet legitimam administrationem bonorum suorum bene posset ex certa scientia facere confirmationem iurium inualidorū: vt in iuribus suprà alleg. P.Duen.re.131.

¶ Confirmatio. Quædam per se non valere, sed indigent confirmatione.

In Aut.de defens.ciui.§.1.

In Au.de sanc.Epi.§.si quis orat. Azo,ru.104.

¶ Confirmatio. Qui confirmat dare non videtur.l.moræ.ff.de iurisdi.omnium iud. l.si donare.§.1. ff.de dona.inter virum &vxor.facit quod latè voluit Bal.in l.ex placito,col.3. C.de rerum permut. & in c.cùm contingat. de iureiurando.

Fallit in 4.casibus, quos ponit Iason in d.l. moræ, numero 27.

Fallit in 4.casib.vt per Felin.in c.inter dilectos,de fide instrum.nu.29.

Confirmari non potest ab initio inualidum. l.quod ab initio.& l.quæ ab initio.ff.de reg.iu.

Ampliatur in 3.casibus,& limitatur in 4.à Dec.in d.l. quod ab initio.Confirmata ea quæ sunt iuri contraria , non intelliguntur per simplicem confirmationem.cap.1.vbi Bald.nu.2. per quos fiat inuestitura feudi.Fallit in 6.casibus,vt per Pet.Due.reg.131.Do. Fina. lib.5.

¶ Confirmatio facta per pontificem exemptionis alicuius ecclesiæ tenet talis confirmatio,si exprimatur exemptio, quamuis illa priuilegia aliter non appareant.glos.c.si Romanorum,ver.desunt.19. distinct.vide Abb.c.inter. colum.8.de fid.inst.gloss.c. Abbate.vers.fiat fides.de verb.sig.Arch.c.præsentiū. 7.quæst.1.Ant. c.ex insinuatio.de rescr. Dom.c.1.colum.3.de sent.exc.6.Card.cons.119.c.decret.de reg. iur.6.Med.re.10.

Confirmatio geminata habet vim clausulæ derogatoriæ, non obstante Zuchard. l. 1.numero 111.C.de pactis.Cepha.consilio 90.numero 30. simil. Gozad. consil.70.numer.7.Bern.c.sicut.num.69.de proba. Iaso.l.damnosa.colum.1.C.de præscrip.Impe.offer. Med.re.2.

Confirmatio Generalis, non trahitur ad actum nullū, & inualidum.Abb.cons.4.nu.22.Abb.&Dec.c.1.de confirm.vtili,vel inutili.Ias.l.doli clausula.nu.2.ff.de verb.obli.l.legata inutiliter.nu.11.de leg.1.l. more. ff.de iurisd.omn.iud. Med.re.1.

Limita sextò non procedere in distributionibus quotidianis: quia non valet consuetudo, quòd clericus non residens illas percipiat: vt est text. & ibi gloss. in capitu. j. de clericis non resid. libro vj. facit etiam text. in capit. decetero. & ibi Doct. de clerici. non resid. vbi dicitur, quòd illi, qui finguntur residere, si non resident, non percipiunt distributiones quotidianas. & ita notabiliter tenet Paul. Paris. in consilio xxxiij. numero 1. cum sequent. volum. iiij. & in consilio xxxij. numer. 6. eod. volum. ponit quæ propriè dicãtur distributiones quotidianæ. Et sic licet aliquis sit priuilegiatus vt percipiat fructus sui beneficij nõ residendo, tamen non percipiet quotidianas distributiones. & ita tenet Felin. in cap. Iacobus. nu. 1. de simonia. P. Duen. reg. 134.

Consuetudo etiam iniqua & irrationabilis excusat à pœna, gloss. est notabilis in capitu. venerabilis, de consuetud. gloss. in cap. sanè, de tempo. ordin. in cap. flagitia. 32. q. 7.

Fallit in 2. casibus, quos not. Iason. in l. de quibus, ff. de leg. nu. 8.

Fallit vt per Damas. reg. 16.

Consuetudo induci non potest de iure canonico contra ius canonicum, nisi sit præscripta spacio 40. annorum, Abb. Panor. & Anto. de Butrio, in cap. fin. de consuc.

consuetud.
Fallit in 4.casibus,quos not. Iaso.in l. de quibus.ff.de legi.fallit in 7.casibus,vt per Soc.in tract.fallen.reg. 29.in addi.
Consuetudo vincit legem,gl. in c. fi.de consuetud. gl. in l. de quibus.ff.de legi.
Fallit in 5.casibus,quos not.Iason.in d.l.de quibus.nu. 54.fallit in 3.casibus, quos colligere potes ex distinctione quam ponit Bene. Capra in suo tract.reg. 12. num.27.
Consuetudo sequens contraria præcedenti eam tollit, gl.in l.nemo.§.temporales.ff.de reg.iu.
Fallit in 2.casibus,quos not.Ias.in l.de quibus. ff.de legib.nu.79.& si vis videre,per quantum tempus præscribatur,videas Bene.Cap.in suo tract.reg.13.fallit in 2.casibus secundum Ber.de Luco, reg.142.fallit in 5.casib. vt per Rochum de Curte,in tract.de consue. nu.405.
Consuetudo, & statuta loci in quo contractus matrimonij fuit celebratus,attenditur quoad dissolutionem.c.1.de sponsa.l.si fundus.ff.de euictio.Bal.in l.si voluntas.C.de fideiuss.
Fallit in 2.casibus, quos not. Felin. in dicto capitulo 1. num.23.
Consuetudo vel statutum disponens,quòd libri, puta mercatorum faciant fidem pro scribente, valet & tenet.not.Bald.Ang.& Alexand.in l.quædam.§.numularios.C.de edēdo. Bal.in l.comparitiones. ff. de fide instrum.& in l. cunctos populos. C. de summa. Trin.
Fallit in 6.casibus,quos not.Ias.in l.admonendi. ff. de iureiurando.
Consuetudo quæ inducit grauamen ecclesiis nō valet. c.1.de consuetu.c.grauamen,de senten.excommu.
Fallit in 4.casibus,vt per Dec.in d. c.1.num.3.
Consuetudo vel statutum faciens validam probationem, quæ de iure est inualida, si concurrit euidens necessitas vel vtilitas, valet.Ant.Abb. & Doct.in c. 2.de probat.
Fallit in 5.casibus,vt per Felin.in d.c.2.
Consuetudo ius non scriptum appellatur.§.constat.& §.ex non scripto.Instit.de iure nat. Barto.in l.2.ff.de lega.
Ampliatur in vno casu,&limitatur in 4.à Dec.in Rub. de consuetudine.
Consuetudo ecclesię,vt canonici si non resideant,percipiant fructus beneficiorum suorum , valet.ca.cùm omnes.de constitut.vbi Abb.Ampliatur in duobus casib.& limitatur in 6.à Pet.Duen.reg.134.
Consuetudo laicorum non ligat clericos , hanc regulam cum decem ampliationibus,&12.limitationib. ponit Rochus de Curte in tract.de consuetud. q.11. nu.653.
Consuetudo contra ius non extenditur,Fallit in 10.casib.quos ponit Rochus de Curte,in cap.fin. de consuetud.numero 321.Fallit in 21.casibus,quos no.Crauet.in tract.de antiq.temp.in quarta parte, in princ. num.48.
Consuetudo contra ius naturale non valet. Ampliatur in octo casibus,& limitatur in quinque à Rocho de Curte,in tracta.de consuetudin. numero 78. neque etiam contra ius diuinum. Fallit in multis casibus, quos potes colligere ex Benedic. Capr.in suo tract. regul. vndecima.
Consuetudo inducit de iure ciuili spatio 10.annorum. §.ex non scripto. Institut. de iure nat.fallit.in 4.casibus per Rochum de Curte.in d.tract.numero 281. fallit in 5.casibus,vt per Pet. Duen.regu.138.fallit in 5. casibus.quos not.Bened. Capra in suo tract.regu. 13. numero vigesimoseptimo. fallit in 3.casibus , vt per Socin.regu.28.in addi.& videas etiam Pet.Due. reg.139.
Consuetudo contra ius de iure canonico requirit spacium 4. an.Abb.Panor.in capit.fi. de consuetudin. Ampliatur in vno casu,& limitatur in 7.à Socin. in tract.fallent.reg.29.in addi. Ampliatur in vno casu, & limitatur in 8.à Rocho de Curte,in tract. de consuetud.num.293.
Consuetudo potest induci etiam ignorante principe: vel illo qui potest ius condere. Abb.in c.fin.nu.13.de consuetud.vbi Barb.num.71.dicit hanc esse Communem opinionem.
Fallit in 4.casibus,vt per Pet.Duen.reg.141.
Consuetudo tollitur si est præscripta per aliam consuetudinem præscriptam,glo.in l.nemo. §.temporalis, de reg.iur. Abb. in c.fi.de cond.num.10.
Fallit in 5.casibus , vt per Rochum de Curte, in dicto tract.nu.49.
Fallit in 2.casibus, secundum Ber.de Luco,reg.142.
Consuetudo quę est contra ecclesiasticam libertatem, non valet.c.1.& ibi Abb.de consuetudin. capit. nouerit.& c.grauem, de sent.excomm. c.cùm causam, de re iud.
Consuetudo si firmata sit non tollitur,licet semel , vel bis contrafactum sit.l.nemo.§.temporalis.ff.de reg. iur.l.final.C.de serui. & aqua. Alexand. in l.2. ff.sol. mat.
Fallit in 3.casib.vt per Dec.in d.§.temporalis.
Consuetudo debet esse obtenta in contradictorio iudicio,gloss.in §. ex non scripto.Inst.de iure nat.& in Rub.quæ sit longa consuetudo.
Fallit vt per Viuium in suis conclusio. in versic. consuetudo.
Multas alias conclusiones videas per Rochum de Curte,in cap.fin.de consuetud.vbi fecit tract. consuetudinis. Don.Fina.lib.5.

¶ CONSVETVDO.L.435.Vlpian.libr.45.ad Sabinū. a al.34.

Semper in stipulationibus & in cæteris contractibus. id sequimur , quod actum est , b aut si non c pareat, quid actum est , erit consequens , vt sequamur, quod in regione , in qua actum est , frequentatur. Quid ergo, si neque Regionis mos appareat , quia varius fuit? ad id quod minimum est redigenda summa est.

ADDIT. b quod al. vnde. c appareat al. patet.

De interpretatione à cōsuetudine,& minimo, iunge l. 97.in ambiguis,l.57. semper in du. de verborū obligatio.l.52. STIPVLATIONIBVS. Strictius autem huiusmodi contractus est introductus aliorum obligationum fraudendarum, ergo quomodo & pignus & arrha,vt Paulus tradit in sentē.lib. CAETERIS. L.1.de pactis,l.si donationis,C.de his qui vi.& §.penultim.Institut.de obligatio.conciliat l.Labeo. 19. sup.titu.1.CONTRACTIBVS. De contrahen.empt. l.sed Celsus,§.si fundus,l.qui fundum, l.fundi partē, l.alioqui,C. plus va.l.prima. de legat. secundo.l.non aliter,de euict.l.emptori duplum. 35.Sim.Institu.de leg.§.si quis rem,de furt.l.qui iniuriæ.C.plus vale.l. 3.l.4.Et impropriè hic stipulatio contractus dicitur, vt & in §.penultim.Instit.de obligat.sup.tit.1.l. Labeo,l.19.de verbo.oblig.Ratio de pactis,l.1.C.de his quæ vi.l.si donationis. ACTVM EST. cognoscitur autem hoc primò ex Mente, deinde ex Verbis & Benignitate,

nignitate, de sup.leg.l.Labeo, in fin.sup.tit.1.nominis, §.verbum, de legib.l.benignius.18.q.1.cap. Eleutherius, C.de testibus, l.fina.C.de spon.in fin. si ser. ven.l.testatrix, §.2.si certum petatur, l.3.man.l.Lucius, C.de iure emphy.l.fin.ad legem Rho. l.qui leuandæ, §.1.de in dié ad l.2.§.itē quod in fi. de prob. l.ante qui sine ma.l.fin. PAREAT. De reb. dub.l.in ambiguo, vbi subaudi ex iis quæ habet. l.seruus plurium, §. fin.56.de leg.1.inf.115.ne obstet.l.si alij, in fi. de vsufru.leg.Ratio, C.de con.ob caus.l. si repetendi.de hæredibus instituend.l.quidam cùm filium, de sup.leg.l.Labeo. C.loc.l.licet, de æd.l. quòd si nolit, 31.§.qui assidua, C.plus va.l.2. Secus si certum petatur, l.vinum, de aur. &arg.l.Titia, 20.§.fi.REGIONE.Arg.de legib.l.si de interpret. l.de quib.de leg. 1.seruus plurium, de vsur.l.1.de verbor.obligat.l. stipulationum quædam.cum leg.seq.de iure do. l.cum post.§.gener.de aqua plu.arcen.l.si quis nocturna, §. placuit, de æd.ed.l.quòd si nolit, §.quia assidua, de euict.l.si fundus, Com.di.l.si venditor, §.si constat.Heming.Goden.consil.1.de iure ciuitat.de ven. inspi.l. 1.in fin. distinct.8.cap.qui contra mores, quod cuiusque vniuer.l.item eorum, de off.procon. l. obseruare, de testib.l.3.in fin.infr.l.in obscuris, 115.l. ea quæ rarò, 64 FREQVENTATVR. De iurisd.l.si idem.1. de fund.inst.leg.18.§. optimum, §. præsenti, vel postremo tempore.de ali.leg.l.Mela, §.quod.Alexand. consi.5.si vera.lib.5.MINIMVM.L.semper in obscu. 9.Mens ex consuetudine cognoscitur plerūque, inf. l.115.in obscuris. hoc est, vel ex similitudine disponentis aut regionis, de cond.& de.l.cum seruus, Lor. axiom.86.& 91.de pign. ac.l. 12. Vel vniuersorum. Appellatione verò benigni venit id quod minimū est, C.de cess.bon.l.fi. vers.si verò, infr. in fin.leg.ad fin.sup.l.nona, de re iudic. Riisvvich.paratit.

¶ CONSVETVDO.l.35.semper in stipu.

Optima legum interpres cōsuetudo. Paulus de legib. l.3.si de interpreta.

Consuetudo veritati non præiudicat.8.distinct.c. veritate.c.qui contempta.c.frustrà.c.si solus.

Mala consuetudo non vincit legem, sed bona. Quæ sit longa con.l.secunda.de sen.cap.cùm causa. De con sue.c.fin.

Mos antiquorum seruandus est. de iurisd. l. more. de testa.l.testamenta omnia.de lib.præt. l.maximum vitium.

Tolerabilia sunt, quæ vetus, cōsuetudo comprobat l.13. §.fi.de pol. Riisvvich.

¶ CONSVETVDO inducitur de iure Ciuili spatio decem annorum. Hanc regulam ponit Panorm. quem sequuntur ibi alij Doct.in c.fin.de consuetudine.numero 11.Bart.in l.de quibus nu.14.& ibi Iaso.nume. 41.ff.de legibus, & prædicta conclusio est communis, siue consuetudo sit contra ius siue præter ius: secundum prædictos Doctor. facit id quod habetur in l.diuturna.ff.de legibus.& in Rubr.C.quæ sit longa consuetudo.& opinionem huius regulæ dicit esse communem Syluester Aldobrandinus in §. ex nō scripto. numero 19. Institutio. de iure natural. eandem opinionem dicit etiam Communem ibi Christophorus numero quarto. Et circa hanc regulam vide Thomam Grammaticum in decisione lxiiij. & notabiliter Aymonem Crauetum in tractat. de antiquitate temporis, in quarta parte, in princ. numero 9.

Limita primò, vt procedat in consuetudine propria & vera: secus in consuetudine ficta & intitulata: quæ momento induci potest, exemplum: vt si populus vno momento dicat velle obseruari pro consuetudine quòd maior natus succedat, vel si id ex populi consensu eligatur, & sic de similibus. ita concludit Anto.de Butrio post Petrum de Bella per.&Guliel. de Cugno.in repet.c.fin.nu.17.de consuet. Bart.in l. de quibus.num.14. ff.de legibus. quem sequitur ibi Iason. nu.41.

Limita secundò, nisi consuetudo tendat contra ea quæ sunt reseruata Principi: quia tunc requiritur tempus cuius initij memoria nō extat. vt in c. super quibusdam.in §.præterea.cum similibus, de verborum significatio.ita tenet Alexan.in consi.vj.vol.1. Iacobinus in l.de quibus.nu.31.ff.de legi.Porrò quæ sint ea, quæ Principi reseruata sunt, traditur per Bald.in l.rescripta.C.de precibus Imperat.offeren.per glos. & Doct.in c.quod translationem. de offi.lega.tex.in c.vnico.quæ sunt regal.in Vsib.feud.Paul.de Cast.& ibi Ias. num.24.in l.j.ff.de offic.eius. circa quam fallentiam vide quæ dixi in Reg.xc.fallentia j.

Limita tertiò, quando consuetu. detrahit iura alicuius ecclesiæ, quia tunc requirētur xl.anni.ita tenet Inn. in c.cùm dilecti.de consuet.quem sequitur Abb.in d.num.11.Iacobinus in d.l.de quibus.& licet secundum Abb.Inn.intelligat hoc, quando cōsuetudo venit ad detrahendum iura alicuius ecclesiæ particularis: secùs, si veniret cōtra ecclesiam vniuersalem, sed Panor. dicit hanc rationem diuersitatis inter istos casus non esse bonam: quia nō minus fauorabile debet esse totum corpus ecclesiæ, quàm aliquod membrum ipsius ecclesiæ. & illud dictum Abb.dicit esse notandum Iacobinus vbi s̄.nu.30.

Limita quartò, vt non procedat quando consuetudo contra ius est irrationabilis, & sumus in foro ciuili: quia eo casu requiritur tempus xxx.annorum. tenet Bald.in c.j.qualiter feudum olim poterat alina. idē Bald.in c.clerici.de iudiciis.nume.3.per glo.in l.domini prædiorum in verbo, consuetudo.C.de agrico. & censit.lib.xj.quē sequitur Aretinus in consi.xliij. nume.1.in fine.

Limita quintò, quando consuetudo est contra legem quæ nunquam fuit recepta in obseruantia ignorante superiore: quia tunc requiritur præscriptio xl.annorum.ita tenet Abb. in c.j.nu.4.in medio: de treuga, & pace.quam opinionem conatur defendere Rochus de Curte in tract.de consuet.numer.303. sed in contrariū est communis opinio secundum eundem. ibi, à qua opinione in practica durum esset recedere, vt ibi dicit. P.Duen.reg.138.

¶ CONSVETVDO de iure ciuili inducitur per tempus x.annorum.Barto.in l.de quibus.in ij.q.prin.ff. de legi.Abb.& Barb.in c.fi.de consuet. quod intellige, siue talis consuetudo sit contra, vel præter ius, per id quod habetur in l.diuturna. ff. de legib. & in rubrica.C.quæ sit longa consuetudo.

Primò fallit, in consuetudine ficta, & intitulata, quæ momento induci potest, vt per Ant.de Butrio in c. fi. de consuetudine. & Bartol. in l.de quibus versic. tertiò videamus.ff.de legibus.

Secundò fallit, quando consuetudo tenderet contra ea, quæ sunt reseruata principi: vt per Inno.in cap.cùm dilectus.de consue.& Bart.in d.l. de quibus.

Tertiò fallit, quando consuetudo contra ius esset irrationabilis, & sumus in foro ciuili, quia tunc requiritur tempus triginta annorum. ita Bald. in l.j.in titu. qualiter olim feudum alienari poterat. in vsibus feud.& in cap.clerici. de iud.de quo tamen, an valeat, vide

leat, vide per Rochum de Curte in c.fi.in gl.rationabilis.de consuet. B.Socin.reg.110.

¶ CONSVETVDO de iure Cano. contra ius requirit tempus xl.annorum. Abbas Panor.& Ant.de But.in c.fi.de consuet.& Alexan.in consi. lxvj.incip.viso.in secundo volumine.

Amplia prædictam regulam, procedere non solùm quando consuetudo est contra canones, sed etiam quando est contra rationem canonis, gl.est, quã nullus commentat præter Gemini.in c.vt litigantes.in verbo, statuimus.de officio ordina.lib.6.sequitur Feli.in c.statuimus: de maioritat. & obedi. & in c.tua nos.in prin.de iureiurand.

Primò fallit, nisi consuetudo contra ius veniret etiam contra ea, quę sunt concessa per principem in signũ specialis priuilegij: quia tunc vtroque iure requiritur tẽpus, cuius initij non est memoria, c.super quibusdam.de verbo.signifi.& per Alex.in consi.vj.in primo volumine.

Secundò fallit, vt non procedat, quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri laicorum, contra quos posset fieri statutum ex causa, vel etiam nisi præiudicaret iuri clericorum in patrimonialibus, in quibus clerici non gaudent priuilegio clericali, nisi in casibus expressis à iure, secundum gl. in c.possessiones. xvij.q.iiij.& Abb.in c.ecclesia. de constit. quia tũc sufficiunt decem anni: vt per Innoc.in c.cùm dilectus.de consuet.& Are.in consil.xxiij. incip.in præsenti consi.& per Alexand.in consil.lxxviij.incip.viso.ij.volumine.

Tertiò fallit, nisi in tali consuetudine contra ius concurreret sententia superioris: quia tunc sufficit tempus x.annorum, vt per Ant.de But.in c.quia circa.de consanguinitate & affinitate.de quo tamen vide per Fel.in c.1.de treu.& pace.& per Phil.Cor.consi.clv. incip.ex quo statuto.in quarto vol.

Quartò fallit, si Papa vsus esset tali consuetudine contra ius: quia tunc sufficiunt x.anni: vt per Abb.in c. finali, de consuetud.

Quintò fallit, quando consuetudo est contra canonẽ, quicunque fuit receptus in conseruantia. ita Calde. Imo.& Fel.in c.j.de treuga, & pace.

Sextò fallit, quando consuetudo induceretur per clericos contra eorum statuta: quia etiam tunc sufficerent x.anni, vt in c.frustrà.distin.viij.

Septimò fallit, quãdo consuetudo induceretur in præiudicium ecclesiæ Romanæ: quia tũc requiritur spatium 100.annorum, vt in c.ad audientiam.de præscr. idem dico, si esset in præiudicium Imperatoris, vel alterius non recognoscentis superiorem: vt per Alc. in cons.xxxiiij.incip.in causa vertente.in j.vol.B.Socin.reg.110.

¶ CONSVETVDO contra ius de iure Canonico requirit spatium xl. annorum. Quam regulam ponunt Abb.Io.Andr.& Doct.in c.fi.de consuet.num.11.vbi assignant rationem: quia clerici inducendo consuetudinem contra ius quasi præscribunt contra legem superioris: ideò requiritur tempus quod in præscriptione contra clericos, vel ecclesiam requiritur: & quare talis cõsuetudo requirat maius tempus quàm consuetudo de iure ciuili, colligitur ex doctrina Innocen.in cap.cùm dilectus.de consuet. & ex Hostien.ibi: vbi referunt Rotam.in decisio.vj. in tit.de consuet.in nouis, secundum nouam impressionem. & secundum antiquam in decisi.ccccl x. & præmissam conclusionem firmant Bar.& Doct.in l.de quibus.ff.de legi.Alexand.in consil.lxviij.volu.ij.num. 6.licet Barb.teneat contrarium in d. c.fi.de consuetu.sed pro opinione huius reg. facit text.in d.c. fi.de consuet. ibi, non sufficit consuetudo longæua quo ad præiudicandum iuri positiuo: ergo probat quòd non sufficit ad tempus decem annorum, vt præsupponit ibi Barba. & probatur suprà dicta cõclusio ex iis quæ tradit Iaco. de Bellouiso in c.j.in principio, qui feudum dare possunt, in vsib. feud. vbi dicit, ꝙ ad hoc vt res ecclesiæ dicatur consueta concedi in emphyteusim, requiritur tempus quadraginta annorum quem sequitur Alex.in cons.ix.nume.6.vol. iij.probatur etiam ex text.in argum.cum ibi notatis in c.cùm de benefi.de præb. libr. vj. circa quam regulam vide Aymonem Crauetam in tractatu de antiquitate temporis, in iiij.parte principali, nume.7. & 8.vbi ponit ij.limitationes.

Hanc regulam cum vnica ampliatione, & septem limitat ponit Socin.in reg.xxix.in posterioribus. Hanc etiam regulam cum vna ampliatione, & viij.limitatio.ponit Rochus de Curte in tract.de consuet.à nume.293.vsque ad nu.308. P.Duen.re.160.

¶ CONSVETVDO contra ius non extenditur. l.quòd non ratione.ff.de legibus.in c.quod translationem. de offic.lega.& ita communiter tenent Doct.excepto Fulg.in l.de quibus.ff.de legi.ad quem ibi respõdent Docto. præmissam tamen regulam tenet idem Fulg.sibimet contrarius in consilio lxvj.incipiente, Serguanerius, vbi dicit, quòd consuetudo de qua in l.dos à patre.C.solut.matrim.non extenditur.

Hanc regulam cum decem limitationibus ponit Rochus de Curte.in c.fi.de consuet.nume.321.vsque ad num.351.Hanc etiam regulam ponit Aymon Crauetus in tract.de antiquitate tẽporis. in iiij. parte, in princip.& ibi in numer.48.vsque ad nume.151.limitat eam vno & viginti modis. Est tamen notandum quòd decimamquartam limitationem, quæ est ibi in nume.98.sublimitat decem modis, & eam declarat vsque ad nume.136.

¶ CONSVETVDO contra ius naturale non valet. ita probatur in c.fi. & ibi Abb.& doct.de consuet.& intelligitur ius naturale: ibi, cuius transgressio inducit peccatum: & illud ius naturale appellatur ius diuinum, secundum Ioan.Andræ.Ant. & alios Doct. in d.c.fi.facit textus in can.j.dict.j.glo.in princ. Instit. de iure naturali. & ita concludit Rochus de Curte in tractatu.de consuetu.nume.78.& hanc esse communem opinionem tenet Syluanus consil.x.numer. 39.& circa hanc regulam vide Albertum Brunum in consil.xliij.nume.20.Guliel.Mayne. in l. quoties. num.76.ff.de regul.iur.Prisium in consil. lxviij. nu. 193 vol.iiij.Alex.in cons.cxcvj.nu.13.vol.ij. Lofredũ in cons.50.nu.52.

Hanc regulam ponit Rochus de Curte in d.tract.de cõsuet.nu.78.vbi vsque ad nu.98.eam declarat & à nu. 98.vsque ad nu.141.ampliat eam viij.modis: & limitat v.modis. P. Duen.reg.137.

¶ CONSVETVDO inducitur per binum actum, quando interuenit interuallum temporis inter primum, & secundum actum, aliàs diceretur vnicus actus.l.si triennio.ff.de stat.liber.glos.c.Lotharius.ver. appellauit. 31. quæst.2.Ant.in tract. de ver.Gem. nu.8.Butr.c.fin.de consue.not.Docto.commu. l.de quibus. ff. de legibus.Ias.l.si certis annis.num.6.C.de pactis. idẽ.l.si quis in conscribendo.nu.24. C.eod.simil.de interuallo temporis.Ripa Rubr.de verb.obl. nu.30. Decisi.Pedem.58.nu.37. Decis.39.numero 16.Med. reg.2.

Consuetu-

Consuetudo inducta in vno de correlatiuis, & in alio locum habet.no.l.de quib.ff.de legibus.Bald.l.1.numero 5.C.de bon.Matern.not.l.1.C.de cupress.lib.11.Barto.l.qui plures.§.1.numer.3.de vulg.& pupil.gl.l.1.C.ne fideiuss.dot.dentur.gl.l.fin.ver.amissionis.C.de rescind.vend. Medic.reg.9.

Consuetudo introducere potest,vt prælatus possit testari, atque donare modicum de rebus Ecclesiæ.c.veterum de don.Abb.consi.45.libr.1.Innocen.c.fraternitatem.de donat.Host.c.si quis sanè.de pecul.cler.glo.c.præsenti, de offi.ord.6.Abb.c.cum in officiis, de testam.item consuetudo valet modicum præiudicium adferre valens Ecclesiæ. Doct.c.1.de cõsuet.conc.c.quoniam.16.q.1.c.2.de app.c.apostolicæ,de donat.glo.1.c.1.de consuet. Anton.in tract.de minim.num.11.Tiraq.in tract.de iud.in reb.exig.non ferendis.nume.24. Medic.reg.5.

¶ Consvetvdo,ius non scriptum appellatur.Tex.in §.constat.& in §.ex non scripto.Instit.de iure natu.gent.& ciuili.Bart.in l.ij.ff.de vulgar.& pupil.& in l.de quibus.ff.de legib.

Amplia vno modo, & limita quatuor modis, vt per Decium in rub.de consuet. B.Dias.reg.141.

¶ Consvetvdo laicorum non ligat clericos.Hanc regulam ponit Cinus in l.ij.ad fin.C.quæ sit longa consuet.Abb.& Cano.in capit.ecclesia sanctæ Mariæ.de constit.Dominic.in capit.j.de iureiur.lib.vj.Baptista de sancto Seuer.in repet.l.cunctos populos versic.tertia conclusio Bartoli est.C.de summ.Trin.& fide cathol.Anto.de Butr.in Rubr.de consuetud.nume.3.& 12.Ratio huius regulæ est:quia iurisdictio spiritualis, & temporalis distinctæ sunt & diuisæ:vt in c.celebritatem.de consec.dist.iij.& authentic.de instrum.cautela & fide.in §.quis igitur.vbi dicit text.quòd Imperator habet potestatem à Deo.facit pro hac opi.text.in cap.fi.de vita, & honest.cleric.in fin.vbi dicitur quòd clerici non subiacent statutis nec consuetudinibus patriæ.facit text.in c.fi.de reb.eccles.non alie.text.& ibi Abb.in c.peruenit.de arbitris.& ita tenet Remigius de Gõny.in tract.de charitatiuo subsidio.

Hanc regulam cum decem ampliationibus & duodecim limitationibus ponit Rochus de Curte in tractat.de consuetud.in xj.quæstio.à numer.653.vsque ad numer.697. P.Duen.reg.135.

¶ Consvetvdo non ligat forenses. Hanc regulam ponit gloss.quam sequuntur ibi Doctores in cano.qui cõtrà.in verbo,aut peregrini.viij.distinctio pro qua facit text.in capit.certificari.de sepult.dicens, quòd quælibet patria abundat in sensu suo.facit in simili de statuto, text.in cap.vt animarum.de constitut.libr.vj.in l.fin.ff.de iurisdictio.omnium iudi.consuetudo enim localis est,ideò non ligat nõ subditos,vt inquit Oldrad.in consilio cclxviij.numero 1.facit text.in l.ij.C.quæ sit longa consuetud.in l.venditor.in §.si constat.ff.communia prædi.ita etiã tenet Rom.in consil.clxiij.quam opinionem tenet Barto.in l.de quibus.numero 26.quem ibi sequuntur Ias.& Doct.ff.de legib.idem Bartol.in l.cunctos populos.numero 20.& ibi etiam Ias.& docto.C.de sum.Trin.& circa hanc regulam vide Corn.in consilio lxxxiij.numero 15.volum.iiij.Parisium in consilio xxv.numer.24.volum.j.Alber.Brunum in cõsilio xx.numero septimo.Boerium in consuetudinibus Bituricensium, in tit.de iurisdictione omnium iudicum.in §.iij.in gloss.ij.Abb.in cap.postulasti.de foro compet.eundem Abb.Barba.& Felin.in capit.final.eodem titu.& Ioan.Igne.in l.cum fisco num.34.ff.ad Syllania.

Hanc regulam ponit Rochus de Curte in tracta.de cõsuetudine,numero 699.vbi Ampliat eã duobus modis,& limitat septem modis, cum aliquibus illationibus & declarationibus,vsque ad num.729. P.Duen.reg.145.

¶ Consvetvdo non ligat etiam subditos extra territorium.Hanc regulam probat text.in capit.vt animarum.in §.j.de constitu.libr.vj vbi probatur quòd si episcopus excommunicat omnes furtũ facientes, tale statutum non comprehẽdit subditos extra diœcesim præfati episcopi furta committentes, & ita ibi hoc tenent Geminia.& Doct.per illum text.probatur etiam in l.finali.ff.de iurisdictione omnium iud.tenet Bart.in l.j.nu.50.C.de sum.Trin.vbi dicit, quòd statuta, quæ respiciunt litis decisionem non comprehendunt ea,quæ extra territorium sunt cõmissa.& subiicit hoc procedere eam in contractib.quàm in delictis:allegans text.in d.c.vt animarum.in §.j.de constit.lib.vj.pro qua opinione est text.in l.vij.tit.ij.par.iij. Hanc opinionem dicit esse Communem Fel.in c.à nobis.el j.nu.6.de sententia excõmunic.Alex.in cons.cxj.nu.1.vol.j.

Hanc regulam amplia vno modo,& limita viij.modis, vt per Rochum de Curte in tractatu de consuetud.numer.729.vsque ad numer.746.& circa hanc regulam vide posita in præcedenti regula.P.Due.re.146.

¶ Consvetvdo loci seruanda est in concernentibus processum, in quo proceditur, & sic illius tribunalis,vel iudicis,coram quo proceditur.Hanc regulam probat gloss.& ibi Communiter Doctores, in cap.quod clericis.de foro compet.cuius materiã tractat Nicolaus Euerardus in Locis legalibus, in loco xix.

Hanc regulam ponit Bernar.de Luco cum quatuor limitationibus in regul.44.eandem regulam cũ viij.ampliationibus,& iiij.limitationibus ponit Rochus de Curte in tract.de consuetud.numer.759.vsque ad numerum septingentesimum sexagesimum octauum. P.Duen.reg.147.

¶ Consvetvdo potest induci, & valet etiam si nõ inducatur sciente Principe, vel illo, qui potest ius concedere.Hanc regulam ponit Abb.in d.c.fi.num.13.de consuet.quem sequuntur ibi Doct.& ibi Barba.numer.71.dicit quòd hæc est communis opinio.Hanc opinionem tenet Alex.cons.vj nu.4.vol.j.tenet etiam Cornæ.in cõs.clv.nu.7.vol.iiij.& hęc fuit opinio glo.& in c.in istis.in §.leges.in glo.fi.iiij.dist.& ibi Doctores:quam opinionem tenent Geminia.in c frustra.viij.distinct.vbi dicit quòd glo.& similes contrarium tenentes communiter reprobantur, eandem opinionem, vbi adducit aliàs auctoritates, tenet ibi Præposi.nu 9.hanc opinionem tenet Abb.in cons.vij.vol.ij.licet contrarium teneat gl.in c.fi.de consuet.& in d.cano.frustra viij.dist.& Olden.in cons.ccxxxvij.nu.3.in cõs.ccxliiij.nu.7. Sed opi.glossarum approbatur hodie per l.v.titul.ij.parte j. In quo est notandum quòd licet non requiratur scientia Principis,vt suprà dixi, requiritur tamen scientia populi,vel maioris partis: scientia enim requiritur in consuetudine inducenda eorum qui possunt statuta condere: quia sicut requiritur eorum scientia,& expressus consensus in condendis statutis, eadem ratione requiritur eorum scientia, ex qua causatur tacitus consensus ad consuetudinem inducendam.& istud est quod voluit dicere gloss.in d.ca.fi.

de consuet.requirens scientiam illius, qui potest ius condere. & quòd talis scientia requiratur, probatur in l. de quibus. ff. de legibus. & clariùs in cap. cùm consuetudinis. de consue. ita tenent Ioan. And. Ant. & Cardin. in d.c.fi. Cinus in l.ij.C. quæ sit longa cõsuetu. Corn. in consi.cclxxiij. numer.4. & 18. volu.iij. ita tenent Doct. in d.l. de quibus. ff. de legi. & hoc est tenendum quicquid teneat Gemin. in c.fi. per illum text. de consuet. lib.vj. qui non probat. sentiunt tamen præfati Docto. quòd non requiritur scientia populi congregati, seu quòd actus deueniat ad notitiam populi congregati: quos refert, & sequitur Corn. in consilio ccxcvj. num.5. vol.iiij. licet ibi referat alios tenere contrarium.

Limita primò, quando consuetudo induceretur contra ius publicum vtilitate, & austeritate: quia tunc requiritur scientia Principis, secundum Ioan. Andr. in c.fin. de censi. lib.vj. & ibi Gemin. Specu. in Rubr. de feudis. vbi dicit non valere consuetudinem sine scientia Imperatoris quòd feuda imperalia diuidantur. quod sequitur Fel. vbi refert alios Doct. idem tenentes in c. cùm ex officij. nu.8. de præscr. licet Abb. ibi contrarium teneat. quam opinionẽ Abbatis conatur defendere Præposi. Alexandr. in cano. frustra. nume.9. viij. distinctione.

Secundò limita, quando lex reprobat consuetudinem: quia tunc consuetudo contraria non valet nisi Principe sciente, ita tenet Ioann. Andr. in additionib. ad Spec. in tit. de instrumen. editione. in §. compendiosè. nume.13. Gemi. in glo. Summæ. xj. dist. nu. 4. Fel. in d.c. cum ex officij. num.8. Abb. & ibi Feli. nu. 6. in c. accedentes. de præscript. Ant. de Butrio in repet. c. fi. num.51. cum aliis. de consue.

Tertiò limita, nisi consuetudo inducatur in sacramentalibus. putà in consuetudine benedicẽdi corruptas: quia tunc requiritur scientia Principis ad hoc vt talis consuetudo valeat. ista est glo. quam ibi extollit Abb. in c. vir autem. de secundis nupt. quem sequitur Præpo. Alex. in c. frustra. num.9. viij. dist. de qua limitatione dicit dubitare Rochus de Curte in tractat. consuet. num.353. propter restrictionem generalitatis illius text. in d.c.fin. de consuetud.

Quartò limita, vt non procedat in consuetudine, quæ fit contra reseruata Principi, vt dixi suprà in regu. cxxxviij. in ij. limita. quia tunc ad consuetudinem inducendam requiritur Principis scientia. ita gloss. in c. penultim. de filiis presbytero. ita tenet Gemin. vbi allegat aliam gloss. in Summa xj. distinct. Barto. in l. si Publicanus. in §. in omnibus. nume.1. ff. de public. & vectig. Sed contra hanc limitationem tenet ibi Ioan. de Imol. in dict. §. in omnibus. per text. in c. super quibusdam. de verborum signification. vbi non requiritur scientia Principis quo ad hoc vt valeat acquisitio reseruatorum Prin. per tempus de quo ibi. Quam opinionem Ioan. de Imol. contra suprà dictam limitationem tenent Doct. in variis locis, prout refert Fel. qui idem tenet in c. cùm nobis. num.2. de præscript. Iason in l. Imperium. nu. 21. ff. de iurisdi. omn. iudic. Alex. vbi dicit hanc esse Communem opinionem. in cons.vj. nu.6. vol.j. eandẽ opi. tenet Alex. in consi.cxxv. nu.1. vol ij. & in cons.xiiij. nu.16. vol.v. Balb. in tract. presc. in ij. par. iij. par. prin. q.vj. num.22. Curtius Iunior cons.clviij. nu.12. Iacobinus de sancto Georgio in tracta. feu. in parte, cum mero & mixto imperio. num.20. Rubeus Alexandr. consil.xxj. numer.6. Alciatus in l. munus. ff. de verborum signific. P. Duen. reg.141.

¶ Consvetvdo præscripta per aliam contrariam, & præscriptam consuetudinem, tollitur: per nõ præscriptam verò non tollitur. Glos. est sing. in l. nemo. §. temporalis. ff. de regul. iuris.

Limita primò procedere in causa petitorij, sed in causa possessorij, consuetudo secunda non præscripta, tollit primam etiam præscriptam. ita Bald. in cap. 1. de feudi cog. quod dicit mirabile Ias. in l. de quib. ff. de legib.

Secundò limita, quando licet secunda non esset præscripta, tamen populus vult statim eam valere: notat Abb. in capitulo, pro illorum. de præb. refert Ias. vbi suprà. B. Dias. reg.142.

¶ Consvetvdo, quæ est contra ecclesiasticam libertatem vel illi onerosa, non valet. Hanc regulam probat text. in c. j. & ibi Abb. de consuet. in c. nouerit. & in c. grauem. de sententia excommu. in c. cùm causam. de re iud. De iure regio est text. in l.2. titul. ix. parte 1. & in l.2. titu. iij. libro 1. Ord. & quæ dicuntur esse contra libertatem ecclesiæ ponit text. in c.fi. de immunitate eccles. lib.6. text. in lege xix. titu. ix. parte 1. & l.8. & 10. tit.3. lib.1. Ordi. Barto. & Doct. in l.1. C. de summ. Trinit. & circa hanc regulam vide Paulum Parisium in consi.xxxvij. per totum, volu.1. Carolum Ruinum in consi.xlj. num.45. volum.1. & in consi.clvj. nu.4.

Hanc regulam ponit Bernard. de Luco in reg.cxxxix. cum tribus limitat. eandem regulam ponit Rochus de Curte in tract. de consuet. numer.453. vbi in numer.460. ampliat eam vno modo: ex qua ampliatione vsque ad numerum 489. ponit xx. illationes: & à numer.489. vsque ad numer. 515. limitat eam octo modis. ex qua prima limitatione ex suprà dictis octo facit quindecim illationes à numero 489. vsque ad numer.506. P. Duen. reg.143.

¶ Consvetvdo, quæ inducit grauamen ecclesiis, non valet. Ita text. in cap.1. de consuetud. vbi Abb. & alij. Facit text. in cap. nouerit. & in ca. grauem, de sent. excom.

Limita quatuor modis, vt per Decium in dict. capit.j. numero 3. B. Dias. reg.139.

¶ Consvetvdo, quæ est præter ius de iure Canonico, inducitur spatio decem annorum. Hanc regulam ponit Panor. in c.fi. num.11. de consuet. per gl. in cap. fin. eodem titul. libr.6. in verbo, consuetudo. quæ loquitur in consuetudine optandi, quæ solum decem annos requirit. & ita tenet Oldrad. in consil. cclxxxv. num.3. facit etiam glo. in c. consuetudo. xii. distin. & in c. litigantes. in verbo, statuimus. de offic. ordi. libro 6. & ita tenent communiter Doctores in d.c.fi. Abb. & Fel. in c. statuimus. de maiori. & obedient. tenet etiam Aret. in cons.23. nu.11.

Limita primò, quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri alicuius ecclesiæ: quia tunc requiritur tempus xl. annorum. cap. de quarta. de præscrip. Abb. post Innocen. in c. dilectus. de consuet. Felin. in d.c. statuimus. in 1. limit. facit pro hoc quod dixi, suprà in præcedenti regula.

Secundò limita, vt non procedat, quando dispositio requirit consuetudinem legitimè præscriptam: quia tunc licet non esset cõtra ius requireret spatium xl. annorum. facit tex. in dicto cap.fi. de consuet. & in c. Cum. & ibi Abb. de electionibus, & in capi. non est putanda. de consue. lib.6. & in c. cùm de benefic. de præbend. eod. lib. ita concludit Roch. de Curte. in tract. de consuet. nu.245. P. Duen. reg.139.

¶ Consvetvdo regionis, aut loci seruanda est.

In Instit.

In Instit.de iur.nat.gen.& ciuil.§.ex nō scri
pto.
In Aut.de mand.prin.§.coges.
In Aut.de sanctiss.Epis.§.proconsul.
C.de sacrosanc.Eccl.l.anni.
C.de vsur.l.eos.§.cæteros.
C.de serui.l.2.§.præsi.
C.loca.l.circa.
C.de testament.l.vlt.
C.de ædific.priua.l.anni.
C.quemad.test.aper.l.2.
C.de emanc.l.vlt.l.1.& 5.
C.de aq.duc.l.vsum.
C.de agri.& cens.l.dominis prædiorum.& l.
cum sat.
ff.quod cuiusque vniuers.l.item.
ff.com. præd.l.vendi.
ff.ad l.Aquil.l.item Mela.
ff.fam.her.l.& puto.
ff.de pig.l.vnus.
ff.de instito.l.pu.§.proscribere.
ff.de euict.l.sed si ca.
ff.de man.test.l.si sum.§.pen.
ff.de rest.l.3.§.vlt.
ff.de aq.plu.arc.l.1.in fi.§.si prius.
ff.de cust. reor.l.si qui reum.
ff.de decu.l.non tantum.
ff.de mun.& oner.l.1.
ff.de pollicita.l.antepe.
ff.de reg.iur.l.semp.in sti.
ff.de off.procons.l.obseruare.
ff.de aqua quot.& æst.l.hoc iur.§.debent.
ff.de leg.1.l.semper in sti.&l.seruus plurium,
Azo rub.72.

Non oportere,nec debere seruari.
C.de vsu.l.eos.
C.de decu.l.ex.
In Aut.vt iud.sine quoquo suf.§.scriptum.
ff.de off.præsid.l.sed licet.
ff.de iniur.l.iniur.in fin.

Consuetudo regionis,&c.]Et econtrà,vt in hac Rubr. continetur: Consuetudo regionis & loci spectanda est,nisi contra legem sit,vt in contraria Rubr. dicitur,& in illa Rub.Consuetudo praua,&c. Sed secundum P.illa loquitur secundum sua tempora: huiusmodi enim le.translata erat potestas in principem: vel ibi loquitur de eo, quod quandoque ciuitas sibi constituit per cōsuetudinem. nāque ea, lege scripta vel cōtraria cōsuetudine tollitur:lex autem scripta, tātum lege scripta. Vel ibi loquitur de generali consuetudine,id est,quam princeps patitur,quę ex consequentia inducta videtur. Hic de speciali dicimus loci,quæ legē non abrogat,etiamsi ex certa scientia sit inducta, licet ex loco seruetur.vt ff.com.præd. l. venditor.§.si constat. Sed contrà videtur,vt ff.de sepul.viol.l. 3.§.diuus.Sed distingue,vtrum lex sequatur consuetudinem cui ipsa est contraria,an præcedat,si lex sequatur, quia posteriori derogat consuetudini,quæ præcessit:alioquin legi cōsuetudo derogat,secundū Io. B. nisi lex prohibeat consuetudinē admitti: vt in vsuris habemus. Si verò per errorem inducta sit,nec in eo loco derogat legi: licet quidā contradicant, qui aliter quàm nos, casum illius legis,ff.de leg.& senatuscons.l. quod non ratione ponunt,sicut ibi notauimus.Alij distinguunt,an lex sit talis,cui possit derogari per pactum:vt est in omnibus,quæ sunt fauore inductæ; veluti, nisi agatur ad residuum,si pignus sit minoris quàm debitū & huic tali legi per consuetudinē in eo loco derogari. alioquin si pactum, non potest legi derogari. Secus dicunt,quod accidit in casibus vt C.de pact.l.si quis in con.notauimus.& meritò consuetudinem pacto parificant: quia ipsa consuetudo, consensus tacitus dicitur.vt ff.de legib.& senat.cons.l.de quibus.in fin. Sed hoc non placet:quia secundum hoc, furiosis vel similibus, qui expressis consentire non possunt,consuetudo non obiicitur.vt ff. locat.l.qui adempt. Sed responderi potest,imò obiicietur: quia maior pars vniuersitatis cōsensit:vnde perinde est, ac si omnes consensissent, vt ff.ad munici l.quod minor. secundum Io. Respond. illam regulam veram esse in electionibus, & in his quæ singulorum prouident vtilitatibus,sed pertinet ad hoc, vt ipsa vniuersitas possit conueniri:ideo,quia maior pars aliquid fecisse dicatur,sicut vniuersitas:non eo , vt aliquis ignorans nunquam conueniatur. Hæc autem consuetudo patrimoniorum singulorum detrahit.Item ad hoc inducitur,vt singuli conueniantur, quod esse non potest.nam & si milies paciscerentur , quòd ego tenerer,mihi non pręiudicarent. Alij distinguunt,an lex sit contraria, vt tunc legem arroget:an verò lex lata postea consuetudo sit corroborata , vt sit contraria consuetudo postea inducta,lege vincatur. arg. præbet, quod de venditione dicitur, quæ solo dissensu dissoluitur,si traditio corroborata non fuerit : alioquin contrà .vt C.quando licet ab empt.disce.l.1.Et si contra l.si tamen ex certa scientia eorum qui vtuntur,ea sit inducta,non per errorem, dico esse seruandam,secundum B.& Io.in eo loco : licet alij multas adhibeant distinctiones:vt notaui in C. quæ sit lōg. consuet.l.2.in solutione signati contrarij, vt Inst.de iur.natur.in fin.tit. Azo rub.72.

Duo actus consuetudinem faciunt.
C.de epis. Aut.nemo. Azo rub.72.

Consuetudo patrisfam.seruatur.
C.quemad.test.aper.l.2.
C.de ædifi.priua.l.3.
C.de testi.l.testimonia.
ff.de dila.l.præsi.
ff.de seru.rust.præd.l.vlt.
ff.de vent.inspicien.l.1.in fin.
ff.de leg 3.l.seruus legatus.§.vlt.
ff.de vsur.l.qui senis.§.quæsitum.
ff.de pig.act.l.eleganter.§.si secundum.
ff.de arb.l.sicut.§.si arbiter.
ff.de vsufr.l.damnas estò.
ff.de in rem vers.l.3.
Contrà.ff.de act.empt.pen.
ff.de vsufr.l.si fundi.§.vlt.

Consuetudo Romæ seruatur.
C.de vet.iu.enuc.§.sed si quę.& l.1.§.cū hoc
C.de off.præf.Afri.l.vlt.in fin.
ff.de contrah.emp.l.imperatores.
ff.de var.& ext.ord.cog.l.cui.§.sunt quædā.
ff.quib.vt indig.§.1.& 2.

Consuetudo praua,vel legi contraria non est tenenda.
C.de offic.præf.Afri.l.in nomine.
C.de vsur.l.eos.§.cæteros.
C.quæ sit long.consue.l.2.
ff.de arb.l.sicut.§.si arb.
ff.de aq. quot.& æsti.l.1.
In Aut.vt nulli iud.in prin.
In Decret.dis.4.denique.

Sed nota, quòd in hac Rub. dicitur tenenda. nec enim dicitur quòd teneatur, sed toleratur. Sed nonne inuenitur, quod error ius facit? vt ff. de supelle. leg. l. 3. in fi.

Consuetudo hominis seruatur in iudiciis.
C. de his qui ad Eccl. confug. l. vlt.
C. de iud. l. apertissimi.
C. de adult. l. quamuis.
In Auth. licet. matr. §. his quoque. & §. illud.
Azo rub. 72.

Consuetudo loquendi seruatur.
ff. de verb. sig. l. anniculus.
ff. de instrum. leg. l. cum de lanionis.
Consuetudo patrisfam. &c.
Consuetudo Romæ ser. &c.
Consuetudo hominis, &c.
Consuetudo loquendi, &c.
Hæ sunt notæ, nec recipiunt contrarietatem.

¶ Consvetvdo, & statuta loci, in quo contractus matrimonij fuit celebratus, attenduntur, quo ad solutionem. Text. in c. j. de sponf. & in l. si fundus. ff. de euict. Bald. in l. si voluntas. C. de fideicom.

Limita dupliciter, vt per Felin. in dict. capit. j. numer. 3. B. Dias. reg. 137.

¶ Consvetvdo, vel statutum disponens, quòd libri, putà mercatorum, faciant fidem pro scribente, valet, & tenet. notant Bald. Angel. & Alexand. in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. per illum text. & Bald. in l. comprobationes. C. de fide instrum. & in l. cunctos populos. de summ. Trini. & fide catho. & Innocen. in cap. ij. de fide instrum.

Amplia hoc procedere, quòd stabitur dictis libris, etiā si alibi, & extra locum vbi viget talis consuetudo, producantur. tenet Ioan. And. in addit. ad Spec. in ti. de fid. instru. in §. nunc dicendum. in addit. magna, quæ incipit: priuatorum, quod reputat singulare Ias. in loco infrà allegan.

Limita sex notabilibus modis, vt per Ias. in l. admonendi. in lectura, ff. de iureiur. vbi vltimum sublimitat. B. Dias. reg. 138.

¶ Consvetvdo, vel statutum absorbens in totum legitimam filiorum, non valet: tenet Abb. in capit. final. de consuetud. & in isto articulo adeò contrariæ sunt opiniones, quòd sunt Doctor. aliqui asserentes hanc esse Communem opinionem, & alij contrariam (& sic quod possit in totum tolli, vel absorberi) esse Communem, Describit eos Hiero. Chucalō in additio. ad Dec. in l. iura sanguinis. in fin. ff. de regul. iur. in litera A. in addit. incip. contrarium. vbi in hac opinione residet, quia est opinio Canonistarū.

Limita primò, nisi ille filius haberet, vnde viuat: ita not. Abb. in cap. Raynutius. ver. ego crederem. de testam. Refert Ioann. Lup. in repe. in cap. per vestras. versic. & idem est. & versic. ex quo infertur. vbi refert Alexan. in can. ius gentium. j. distinctione, dubitare de ea. Vide Rochum Curtium in tract. de consuet. vbi dicit, quòd Communis opinio est, quòd ex causa possit legitima non solùm minui, imò in totū tolli per statutum, vel consuetudinem. Vnde possemus dicere, quòd sit iusta causa statuendi id, quòd filius habeat vnde se alat, sic procedat nostra limitatio. B. Dias. reg 143.

¶ Consvetvdo, vel statutum faciens validam probationem, quæ de iure est inualida, si cōcurrerit euidens necessitas, vel vtilitas, valet: tenet Anto. Abb. & Doct. in cap. ij. de probat. per text. in cap. cùm dilectus. in ij. respon. de fide instrum. tenet Bart. in l. si seruus communis ipse. ff. de stipulat. seruo. Bald. in l. j. C. de sum. Trinit. & fide cath.

Limita quinque modis. vt per Felin. in d. capitu. ij. de probat. quem vide, quia pro ipsa principali regula plures doctores refert, per eam plura & pulchra determinantes. B. Dias. reg. 140.

¶ Consvetvdo tollitur, si est præscripta per aliam contrariam consuetudinem præscriptam. Hanc regulam probat gloss. in l. nemo. in §. temporales. ff. de regulis iuris. quam regulam per illum text. ponit Abb. in cap. fin. de consuet. numero 10. & ibi Ant. de Butr. in repet. numer. 63. Barb. in d. cap. fin. numero 76. de consuetud. extollens gloss. illam: vbi allegat pro ea casum singularem in l. fi. C. de seruit. & aqua. Aret. in consi. xxiij. num. 11. & 12. Rom. in singul. xlij. Iason in l. beneficium. num. 58. ff. de constit. Princip. & Aret. vbi suprà dicit, quòd tantum tempus requiritur ad consuetudinem tollendam, quantum ad inducendam. facit text. in c. j. de reg. iur. in antiquis: & hāc opinionem tenet Feli. in c. cùm accessissent. nu. 30. de constitut. in versic. septimò limita. & ibi Dec. num. 93. Ias. in l. de quibus. num. 79 & 80. ff. de legi. Cardi. in cons. cxxxj. nume. 6. Paris. in cons. xxj. num. 14. volu. j. Cagnolus in l. nemo. in §. temporalis. ff. de reg. iur. Alciat. in l. moribus. numer. 3. ff. de vulga. & circa hanc regulam vide Pyrrhum Englebermæum in dicto §. temporalis.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Bernar. de Luco in reg. cxlij. eandem regulam ponit Rochus de Curte in tractatu de consuet. nume. 405. vbi in num. 410. vsque ad numer. 429. limitat eam quinque modis. P. Duen. reg. 142.

¶ Consvetvdo, valet, quòd probatio imperfecta habeat vim perfectæ probationis: not. quia not. ca. quia nos de appellat. not. doct. capi. dilectus, de fide instr. Spe. in tit. de instr. edit. §. compendiosè, imò cū tractatur de paruo præiudicio creditur, etiam de iure communi iuramento alicuius. l. thesaurus. ff. de exhib. doct. Commu. l. 2. ff. quemadmodum testamen. aper. l. si quidem. C. sol. matr. Medic. reg. 5.

¶ Consvetvdo, non valet contra legem derogantem consuetudini. Hanc regulam ponit Abb. in c. fi. de consuetud. numero 22. & ibi Anton. de Butrio in repet. numer. 53. idem Abb. & moder. in capit. ij. de probat. Barto. cum quo transeunt alij Doct. in l. de quibus. num. 4. in fine. ff. de legi. idem Bart. in l. si mihi, & tibi. §. fin. de leg. j. & ibi Doct. Alexand. vbi adducit alias auctoritates, in l. si non speciali. nume. 4. C. de testam. facit text. in ca. fi. de consuet. libro vj. & circa hanc reg. vide Petrum Rebuffum in gloss. ad cōstitutiones Regias Galliæ, in prima parte, in proœmio: in gloss. v. num. 144. & Loazes in tract. de matrimo. Regis Angliæ, in j. fundamento pro parte affirmatiua, num. 32.

Amplia primò, vt procedat etiam in lege prohibitiua: quia licet expressè non deroget consuetudini, tamen consuetudo in contrarium non valet, quādo in ipsa lege prohibitiua est inserta clausula Decreti, vt tenet Gemin. & Philippus Francus in capit. cùm de beneficio. de præb. libro vj. per adducta per eos facit decisio Abb. antiqui in dicto capitulo, finali. in fine, de consuetud. dicens quod non valet consuetudo contra legem habentem perpetuam causam prohibitionis: allegat text. in capit. sponsam. de sponsa.

Amplia secundò, vt procedat si lex non faciat mētionem de consuetudine, sed solùm improbet aliquid tanquam irrationabile: quia non valet consuetudo, quæ induceretur, vel esset inducta in contrarium:

rium: quia irrationabilis esset. ita Paulus de Loazes in clem. j. de elect. & patet exemplum ibi. idem Gemin. in cap. t. in fine. nu. 30. de constit. & in Summa. 11. distinct. & in consi. cxxxij. num. 7.

Tertiò amplia, vt procedat, etiam si esset consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non existit: quia non valet, quando lex improbat cõsuetudinem. ita tenet Ant. de Butr. per illum tex. & ibi Abb. in iij. not. in capit. cùm ex officij. de præsc. Card. in clem. 2. in princ. in 8. quæstio. & in §. 1. in fin. de rebus ecclesiæ non alie. Fel. in cap. cùm causa. numero 12. de re iudi. idem Felin. plenè, licet aliquos contrarium tenentes adducit, in capit. accedentes: de præscr. Imo. in capi. fin. de consuetud. idem Feli. in capitu. cùm ex officij. eodem titul. de præscript. numero 13. pro qua opin. facit ratio text. in l. Ariani. C. de hæreticis. vbi probatur, quòd lex semper loquitur: ergo lex reprobans consuetudinem censetur perpetuò illam reprobare. facit etiam text. in l. seruus. C. de pœnis. vbi dicitur quòd simpliciter cõdẽnatus ad vincula perpetuò in vinculis stare debet aliqui tamen, vt dixi, tenent contrarium: maximè Abb. sibi contrarius in consil. xxvj. vol. ij. Card. Alexandri. in cap. frustra. numero 9. volu. ij. Anchara. in consi. lj. per gloss. in clem. statutum. in verbo, consuetudine, de electio. & alij Doctor. quos refert Feli. in dicto c. accedentes.

Quartò amplia, vt procedat maximè in leg. edita in cõsilio generali: quia censetur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones contrarias, quæ in futurũ etiam fierent, & sic tacitè derogat consuetudini: ita tenet Bald. in tit. de pace Constantiæ. in §. Imperiales. nu. 14. facit quod not. Iaso. in l. de quibus. nu. 55. ff. de legi. Fel. in c. nonnulli. de rescr.

Limita primò, nisi consuetudo inducatur ex noua causa, vel ratione, quæ non fuerat tempore legis damnantis consuetudinem: quia tunc vacabit: ita tenet Abb. in d. c. fi. de consuet. num. 24. arg. tex. in l. si hominem. ff. mand. & ita in effectu declarat ipse Abb. gloss. in clem. statutum. de elect. quæ prædictæ conclusioni repugnat. idem concludunt Abb. & Doct. alias autoritates referentes, in di. c. ij. de probat. & idem firmant Gemini. & vterque Cardinalis in dicto canone, frustra. 8. distinct.

Secundò limita, quando lex non est recepta in obseruantia: quia licet deroget consuetudini, tamen contraria consuetudo valet, cùm talis lex non attendatur, iuxta gloss. in c. j. cum ibi per Abbatem & Feli. traditis, de treuga, & pace, & sic non debet attendi clausula ipsius legis per quam derogatur consuetudini: quia corruente aliqua dispositione, corruunt clausulæ in ea insertæ, vt inquit gloss. notabilis in l. si patronus. in §. patronum. in verbo. Fauiana. ff. si quid in fraudem patr. quam gloss. sequitur Iason in l. certi condictio. num. 36. ff. si certum petatur. & in l. testamento. C. de fideicommis. Soc. in l. 4. in §. fina. ff. de verborum obligat. pro quo est bonus text. in l. fin. ff. de constitut. pecunia. cum similibus. quem ad hoc allegat Iason in l. non dubium. numer. 56. C. de legibus, & quando lex dicatur non recepta in obseruantia, declarant Doctores in d. c. j. de treuga, & pace.

Tertiò limita, vt non procedat, quando lex tolleret simpliciter consuetudinem præteritam, vel introductam: quia consuetudo inducta post legem ipsam eidem legi derogaret: ita tenet Geminianus in d. c. 1. num. 30. de constit. in vj. alia adducens. idem videtur sentire Antonius de Butrio in c. fi. nu. 53. de consue. aliter tamen tenet Bald. in l. dudum. C. de contrahend. emp. & in aliis locis relatis per Ias. in dicta l. de quibus. num. 80. ff. de legi. circa quod distingue vt per Abb. in d. c. fi. nu. 24.

Quartò limita, nisi publica vtilitas suadeat reuocationem legis, quæ derogabat consuetudini: quia tunc consuetudo valet. ita Ant. de Butrio in d. c. fi. nu. 53. Gemi. in c. j. nu. 30. de constit. lib. vj.

Quintò limita, quando expressus consensus Principis interueniret in inducenda consuetudine: quia tunc valeret contra legem derogantem etiam consuetudini. ita tenet Gemin. in summa. xj. distinct. Anton. de Butr. in dict. numero 53. Ioann. Andr. in Additio. ad Specul. in titu. de instrumen. editione. numer. 14. P. Duen. reg. 144.

¶ Consvetvdinis mentio facta per statutum si de ipsa non constat quid erit dicendum. vide Doct. c. Abbate. de verbo. signifi. Paul. consil. 319. Barto. in extrauag. ad reprim. ver. prout vult. Bald. l. si donatio. C. de don. l. 1. in fine. C. de episc. & cler. Bald. l. inciuile. ff. de leg. l. vnica. ver. omnib. C. de cad. tol. c. 1. §. fi. ti. qualiter olim feud. alien. poterat. Paris consi. 97. nume. 94. vol. 1. consi. 22. num. 9. consi. 92. nu. 22. volum. 2 Medic. reg. 10.

Consuetudinem Antiquam debere seruari.

In Aut. co. §. sed neque.
In Aut. de defensio. ciui.
In Aut. vt iud. fine quoquo suf. in prin.
In Aut. de sanct. Episc. §. quod cùm.
In Aut. de man. princ. §. coges.
In Aut. de appel. §. ad hoc. §. illa.
In Aut. de fid. instrum. §. illud. §. hoc autem.
In Aut. de iudic. §. illo.
In Aut. vt manumiss. & al. l. fin. si non perhi.
Azo rub. 104.

§.Non capitur. Ad edictum de minoribus pertinet. C. de in integrum restit.l.non videtur, l.fi.C.de his qui ve.æ.l.1.in fin.C.de fur.l.1.l.2.C.qui ad bo.pos.l.pe. l.fi.C.de in integ.rest.l.5. Ius publicum. De min. l.verum, §.sciendum. Ratio, de legib.l.1.l.2.C. eo.ti. l.leges, dist.4.c.erit autem lex, de rei ven.l.in fundo.
§.Fi. Iunge inf.l.77.de in integ. rest.l.2.de iurisd.l.15.de act.& obl.l.56.in omnibus, inst.de inuti.stip.§.si de alia, de verborum obligat.l.137.§.1.l.83. §. si Stichũ. Exemplum.de pac.l.30.in personam, §.qui pecuniã, l.51.si cum, l.52.si cert.pet.l.18. de exc.dol.l.7.l.17. Exceptio sup.l.93.si librarius, de verborum oblig. l.32.si in nomine, 22.C.loc.l.ad prob.Exc.à l.188.inst. de exc.§.1.de act.l.56.in omnibus, de iuris.l.15.si per er.Ratio, d.l.si per er.de pac.l.1.iuncta l.si ego, si certum peta.l.2.de iud.vbi erroris materiam tractat, C. de iur.& fact.igno.l.8.l.9.de aq.plu.l.sed hoc. Nunquam hanc reg.fallere Dec.asserit, sed Acc.dicit secus esse in iuris errore, de confes.l.nõ fatetur, de off. Præt.l.Barbarius, de sup.leg.l.2.in fin. Ad legem Falcid.l.1.§.si legatarius. Item Vigelius de iu.& fa.ig.l.9.de tran.l.33. Riisvvich.paratit.

¶ Contractus factus ab vxore sine licentia mariti, non valet. Hanc regulam probat text.in l.xiij. tit. xx.lib.iij.Flori.& in l.fin.titu.xj.libr.j.Fori. quæ leges declarantur & intelliguntur per l.ccxliiij. Stili. idem etiam disponitur in l.lv.Tauri. Circa quam regulam vltra Castil.& Doct.in d.l.lv.& Monta.in gl. ad dictas leg. Fori.vide Ioann. Bern.in regu.ccccl v. Pala.Ruui.in repet.Rubr.de donatio. §.lxviij. nu.6. Couarruuias in Epitome 4.libri, in secunda parte.

cap.8.§.1.nu.1.

Hanc regulam limitat decem modis Rodericus Xuarez in l.13.titu.de las duedas per totam, eandem regulam ampliat quinque modis, & limitat 18. Chassanæ in consuetud. Burgund. in titu. Des droitz. Rub. 4.§.1. numer.1. cum aliis & ibi tractat materiam. Et circa hanc regulam vide Tiraq. in legibus connubia. in glos. 2. numer.2. vbi per totam glo. tractat materiam: & in glos.3. numer. 28. vsque ad finem ponit duas & viginti quæstiones circa hanc regulam: & in glos.4. ponit, an maritus per alium, consensum præstare possit, & in glos. v. ponit, an autoritas mariti debeat esse expressa vel tacita? & in glos.6. ponit quinque & triginta quæstiones circa hanc regulam, per totam: & sic in effectu ex his omnibus possunt sumi quinquaginta limitationes ad hanc regulam. P.Duen.reg.181.

¶ Contractus nullus dicitur non seruata forma iuris, quæ neque de consensu partium omitti potest, l.cum precario. ff.de prec.l.nemo potest: vbi Doctor.com.ff.de leg.1.tendit enim forma in fauorem publicum, ne falsitates committantur.leg. iubemus.C.de testa.l.fin.C. de fideic.Maranta in trac.de ord.iudic.num.42.Ruin.cons.158.num.12. volu.4. Gozad. cons.40.num.4.Iac.Menoch.in trac.de arb. iud.q.30.num.6.lib.1.Dec.cons.11.num.8.Port.cōs. 38.num.57. Med.reg.7.

¶ Contractus, & nuptiæ.L.431.Vlp.lib.36. ad Sabinum. a al.30.

Faber legit lib.15.iuxta inscriptionem. l.15.de cond.& demonst.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

Auth.de nupt.§.nuptias itaque.Auth. quibus mod. na. ef.le.§.illud, C.de repud.l.fina. de def.im. cap.cùm locùm,27.q.2.cap.sufficit,cap. matrimonio, de spō. l.2.l.12.l.4.ex.eod.titu.cap.tuæ,cap.fin.Concubitus De don.inter virum & vxorem,l.33. §. si diuortium.Consensus.Verus parentum & liberorum, de verborum obligatio.l. Titia,inst.de nup.in prin. de spon.cap.tua,cap cùm locum,sup. eo.titu. l.sufficit.Sim.de spon capit.4. arg. de don. inter virum & vxorem,l.33.§.si mulier,de ritu nupt.l.mulierem absenti,l.5.l.6.de proc.in 6.cap.fina.Aliter hanc Reg. habet Vlpian.in dicto §.si mulier.Facit.Sed perficit concubitus,ne obstet l.1.de orig.iu.C. de nouo cod.in princ.iuncta l.1. soluto matrimon.arg.cōtrà de conuer.coniu c.ex pluribus,de big.cap.debitum. Riisvvich.paratit.

¶ Contractus & pactum de necessitate non requirit scripturam, l.pactum quod bona fide, C.de pact.

Fallit in multis casib.quos no.glo. in d.l.pactum,& ibi Franc. Curt.ponit multas limitationes remissiuè.

Contractus initus metu valet, & tenet mero iure, sed rescindi potest, vel ex edicto prætoris, vel officio iudicis, l.interpositas, vbi no.glo.C.de transactio.

Fallit in 4.casib. quos no. Franc. Curt in d.l.interpositas,nu.4.

Fallit vt not. Viuius in suis conclusio. ver. contractus, fol.95. & metus reuerentialis solus contractum irritat. Fallit in quinque casibus, vt per Felin. in capit. causam matrimonij, de officio delegatis, numero quinto.

Sola præsentia patris, mariti, patroni, prælati, non inducit metum reuerentialem, no.glo.in d.l.interpositas,C.de tran.

Fallit in 4.casib.quos no. Fran.Curt.in d.l.num.15. & seq. Fallit in 4. casib.quos nō. Nata.in rep.c. quamuis pacti de pot.in 6.

Contractus nominati eo ipso, quòd sunt in esse producti, statim producunt actionem, sed contractus innominati sunt debiles, & inefficaces, & sic non producunt actionem nisi secuta causa, l.iurisgentium, in prin.ff.de pact.

Fallit in duobus casibus, vt per Ias.in d.l.iurisgentium, nu.1.

In contractibus innominatis oblatio non inducit implementum, no.gl.in d.l. iurisgentium, in princ.

Fallit in 4.casib. vt per Ias.in d.l.nu.11.

In contractibus innominatis ex parte illius, qui adimpleuit, licita est pœnitentia. no.glo.in l.si pecuniam. ff.de cond.caus.data.

Fallit in 14.casib.quos no.Ias.in d.l.si pecuniam, nu.2. & ampliat etiam in vno casu, & ampliationem limitat in 2.

In contractibus innominatis præparamenta non faciunt desinere rem esse integram, quin sit locus pœnitentiæ, siue sint extrinseca, siue intrinseca.no.glo. in d.l.si pecuniam.

Fallit in 5.casib.quos no.Ias.in d.l.nu.6.

In contractibus nominatis etiam re integra nunquam est locus pœnitentiæ, l.sicut, vbi glos.C.de actionib. & obligat.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 3 à Ias. in l.si pecuniam, ff. de condict.causa data, numer.12 Ampliatur etiam in principe, qui non potest reuocare in contractum cum eo initum. Ampliatur & limitatur in multis casibus, vt per Port.in lib. 5.suarum concl. regul.18.

Si in contractu interueniat preciū pro re certa, & apponatur verbum dare, ex parte eius, qui obligatur ad speciem, non est emptio, & venditio, sed contractus innominatus .l.dedi tibi pecuniam, ff.de cond. causa data.

Fallit in 4 casib.quos no.Ias.in d.l.dedi.nu.1.

Contractus incertitudine vitiatur, l.si merces, ff.locat.

Fallit in 3.casib.quos not.Ias.in l.1.ff. solut.matrimon. nu.32.

Prodigus notoriè & manifestè potest contrahere, & alienare antequam sibi interdicatur à iudice: hanc esse communem opinionem testatur Iaso. in l.is cui bonis, ff.de verb.oblig.

Fallit in 2.casib. vt per Ias.in d.l.is cui bonis, num.10. & seq.

Qui contraxit tanquam viator, non sortitur forū contractus, ratione l.hæres absens.§.1.de iud.glo.in cap. Romana, §.nec etiam.de foro compet.

Contractibus apponi solita, & si non apponatur pro expressis habentur, cap.cum M.Ferrari.de const.vbi Bald.

Fallit in 2.casib.quos no.Ia.in l. & lib.C.de coll.

Contractibus stricti iuris non potest agi per stipulationem ratione deceptionis, vel doli, re ipsa, quando promissor non habet animum decipiendi, l.si id quod durum, ff.de verb.obl.

Fallit in 4.casibus, vt per Iaso.in d.l.si id quod aurum, num.3.

In contractibus aucto iure dationis, augetur ius exceptionis.l.si fundus, in prin.§.si res, & l.Paulus, §.si domus, ff.de pign.

Ampliatur in 13.casib.& limitatur in 11.ab Alb. Bru.in tract.de aug & dimi.fol.17.col.1.

Contrahentes non possunt facere, quod obligatio, vel seruitus realis ipso iure finiatur tempore, sed tantùm

tùm paratur exceptio,l.obligationum ferè,§.placet, ff.de act.& obl.
Fallit in 3.casib.vt per Iason.in l.cum qui ita. §.qui ita. ff.de verb.oblig. col.1.
Error in materia in contractibus bonæ fidei vitiat contractum,l.si sterilis,§.quamuis,ff.de actio. & oblig. l.cum ab eo.§.fi.de cont.emp.
Fallit in 2.casib.quos not.Ias.in l.si id quod aurum, col. fin.ff. de verb.oblig.
Contrahentes licitũ est adinuicem se decipere in precio,& in valore rei,super qua contrahitur,l.causa.§. pen.ff.de mino.l.si hæres.ff.de mino.
Ampliatur in 5 casibus,& limitatur in 18. per Pant. de Crem.in rep.l.2.C.de res.vend.colu.82.Fallit in 4. casib. vt per Ant.de Burg.in cap.cum dilecti, nu.15. de emp.& vend.Fallit in 6.casib.vt per Matth.de Afflict.in c.1.num.88.de feudo dato. videas de hac regula Pet.Duen.reg.148.videas Dec.in l. semper, ff. de regu.iur.
Fallit in 4.casibus, & alios ponit remissiuè Dec.in l.si quis in conscribendo.C.de pact.nu 81.Fallit in 3.casib.vt per Bened.Cap.in suo trac.reg.87.nu. 63.
Dolus dans causam contractui bonæ fidei,facit contractum ipso iure nullum, secundum magis communẽ opinionem,vt per glo.& Doct.in cap.,cum dilecti, de empt. & venditio. Bartol.in l.sub prætex. C. de transact.
Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 18.per Ant.Nicellum in tract.de concord.glo.in concord. 13. qui tractatus est in 1.vol.tract.Fallit in 4.casib.vt per Bene. Capr.in suo tract.reg 87.
Qui cum alio contrahit, debet esse certus,de conditione,& qualitate contrahentis,l. pen. ff.ad Maced.no. Bald.in l. inciuile,C.de furt.
Ampliatur,&limitatur in 3.casib.per Dec.in l.qui cum alio. ff.de regulis iuris. numero primo vsque ad nume.8.
Contractus recipit interpretationem à consuetudine, l.qui si nolit. §.qui assidua, ff.de ædil. edic.l.semper in stipulationibus,ff.de reg.iur.glo. in l. si fundus.§. in commissoria,ff.de lege commis.
Ampliatur,& limitatur per Port.in lib.4.suarum conclu.reg.20.
In celebratione contractus attenditur locus, in quo conficitur, & ipsius consuetudo. l. si fundus, ff. de euictio.
Ampliatur in 6.casibus, & limitatur in 3. à Port.lib.5. reg.31.
Minor si ex forma statuti contrahere non potest sine consanguineorum consensu, si contrahat talis contractus ipso iure est nullus.Bald.in l.si quis mihi bona,§.quod si mandata,ff.de acq.hær.
Fallit in 9.casib.quos no.Soc.in trac.fallent.reg.26.
Officialis dum est in officio, cum subditis contrahere non potest,l.non licet,ff.de contrah.emptio. l.1.C. de contra.iud.
Fallit in 7.casib.quos ponit Soc.in tract.Fallent. regu. 278.Fallit in 10.casib.quos no.Iaso.in l.principalib. ff.si certum petatur.vbi etiam ampliat in 6.casib.refert & sequitur Lancellotus in tract.de præto.§.1.numer.9.
Contractus in dubio non præsumitur vsurarius.Bal.in Rub.const.de off.iud.Alex.in cons.221.lib.2.
Fallit vt not.Dec.in l.Rogasti,§.si tibi, ff.si certũ pet. nu.6.
Contractus non reducitur in inuitum,l.nec emere, C. de iure delibe. l.inuitus,ff.de contrahen.emptio.
Fallit in 2.casibus,vt per Bellon.in litera c,in ver.Contractus.
Arræ non impediunt rescissionem contractus,l.contractus,in fi.C.de fide instru.
Fallit in 4.casib.vt per Zas.in lib.2.responso.c.24.
Contractus claudicare non debet, l.Labeo. §. contractum,ff.de verb.sig.l.consensu,ff. de act.& oblig.
Fallit,vt per Damas.reg.115.Fallit vt per Bello.in litera c.ver.contractus.
Contractus ex conuentione legem accipiunt,c.contractus,de reg.iur.
Fallit vt per Dy.in d.c.contractus.
Si staret statutum, quòd mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, & reperiatur contractum fuisse celebratum sine tali consensu,talis contractus erit nullus.
Fallit in 3.casib.quos no.Alex.in l.si quis mihi, §.si coram,ff.de acq.hær.nu.8.
Contractus factus incarcerato non valet.
Fallit in 3.casib. quos no.Mars. in praxi crimi. §.attingam,nu.22.
Contractus aduersæ ecclesiæ interdictum initus non obtinet vigorem.Fallit vt per Damas.reg.118.Don. Fina,lib.1.
¶ CONTRACTVS,possessio.153. L.196.Paulus libro 65.ad edictum.
Ferè quibuscunque modis obligamur, hisdem in contrarium actis liberamur, cùm quibus modis adquirimus,hisdem in contrarium actis amittimus. Vtigitur nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest,ita nulla amittitur, nisi in qua vtrunque in contrarium actum.
Ab acquisitione & dissolutione obligationis ad possessionis acquisitionem vel amissionem argumentatur hic Paulus.Iunge ad l.63.nihil tam naturale,l.101.omnia,de acquirend. possess.l.quamuis,l. quemadmodum, de sol.l prout.Ratio.Institu. quibus mod.tol. ob.§.fina.de pactis,l.ab emptione.FERE.Hæc particula ferè repetẽda est in apodosi multitudinis,propter ea quæ hic sequuntur,& conciliat §.manet, Instit.pro soc.§.rectè,Inst. mandati.VTRVMQVE.De acquirenda posses.l.3.l.sed si nolit, 7. Excipitur de acquirend.possessio.l.peregrè,§.fi.vers.eius.Riisvy. paratit.
¶ CONTRACTVS ratione non sortitur forũ ille, qui tanquam viator contraxit:probat tex.in l.hæres absens.§.j.ff.de iudi.no.gl. in c.Romana.§.nec etiam. de for.compe. in 6.in verbo,respondere.
Limita quadrupliciter,vt per Maria.in c.dilecti filij.de foro compe.
Primò, quando cõtrahens ignorabat illum viatorem, ignorantia probabili,quod in dubio præsumitur, si videt illum habentem per gulam, seu tabernam,aut quid simile: vel si ille non habebat aliquod signum peregrinationis,vel itinerationis.
Secundò,si res erat talis, quæ verisimiliter à viatore emebatur,aut vendebatur:vt ibi statim solueretur pecunia,aut traderetur res.
Tertiò,in his qui accedunt ad locum ea sola intentione,vt in illo loco contrahant, & ibi forum sortiantur: quamuis statim intendant inde recedere.
Quartò limita,vt viator contrahendo non sortiatur forum ratione contractus, quando contra viatorem, aliàs non daretur naturalis habitus fori, & iurisdictionis, secùs si fortè ex aliquo priuilegio nõ posset iste contrahens ibi conueniri:nam ex contractu facto cum ipso, tanquam cum viatore, tolletur

ius priuilegij,& ibi poterit conueniri, ex habitu primæ iurisdictionis. Et has duas vltimas limitationes habuit ab Anton. in c.fi.eod.tit.vt ipse refert. B.Dias reg.146.

¶ CONTRACTVS verbum etiam minimum non est absque misterio aliquid operandi, Bal.rub. C.de cōtrah.empt.q.9.l.si stipulatus, ff.de vsuris. Inn.c.ex literis.de iur.patr.Bal.l.à procuratore. C. mandati.l. qui fundum.§.qui agrum.ff.de cont.emp.l.ea tamē. ff.de leg.3.si cum fundum.ff.de verb.sign.vnde deficiens in vno incidit in pœnam.l.hæredes.§.idem.ff. fam.hercisc.nam contractus ex conuentione legem accipiunt.c.contractus de regul.iur.6. & ipsi ad vnguem debent obseruari.l.quicquid adstringendæ.ff. de verb.ob.Bald.l.pacta conuenta.ff.de contr.empt. not.2. Med.re.5.

¶ CONTRACTVM res modica non vitiat. l. si quis fundum. ff.locati.l.habitatores.ff.de dona.inter virum & vxorem leg.si id quod.§.si quis.ff.de iur.om. iud.add.ad Alexan.rubr.ff.solut.matrim.numero 3. conc.simil.Cuman.cōs.36.Guid.Papæ dec.614. Bal. l.quamuis.ff.de cond.& dem.no.l.1.in fine.ff.de vētre.inspic. Med.re.5.

Contrarietas modica in testibus non vitiat eorum testimonium.Alexan.l.insulam.ff.sol.ma.Bal.l.eos.ff. ad l. Corn.de falsis.Alexan.cons. 5.lib.1.cons.24.lib. 2.Ias.l.fin.C.de bon.pos.secun.tab.Alex.cons.65.& idem in cons.105.lib.2. Med.re.5.

¶ CONTRACTVM. Nota contractum in quo contrahentes non possunt adhibere certam legem.
ff.de exercitu.l.1.§.magistrum. Azo rub.12.

Causa in contractibus adiecta, nisi de iure & de facto impleatur, non sufficit.
C.de testa.l.nolumus.
ff.de emphyt.iur.l.vlt.
ff.de cond.ob turp.caus.l.1.cum ait.
ff.de cond.ob caus.dat.l.dedi tibi.§.vlti.
C.si man.ita si al.l.vlt.

Causa in contractibus, &c.) Hoc fallit quandoque.vt in ff.de con.inst.l.si mulier.§.si quis.& infr.de sic.Rub. id videtur posse fieri.& Rub.nō sufficit an.Az.ru.12.

¶ CONTRACTIBVS apponi solita, & si non apponātur, pro expressis habentur. Tex vbi Bal.Ant.&Imo. in cap.cùm M.Ferrarien.de const.quem etiam commendat Ias.in l.vt liberis.C.de colla. Et vide in proposito, quæ posui in meis doctrinis magistralibus, in doctrina incip. dispositio, vbi alias remissiones descripsi.

Limita dupliciter suprascriptam conclusionem, vt per Ias.in d.l.vt liberis. B.Dias re.147.

¶ CONTRACTIBVS stricti iuris, non potest agi per stipulationem, ratione deceptionis, vel doli, re ipsa, quando promissor non habet animum decipiendi: regula est à Iasone descripta, per text.ibi in l. si id quod aurum.ff.de verb.obl.in 3. notabil.

Limita quadrupliciter, vt ibi per eum. B.Dias re.148.

¶ CONTRACTIBVS aucto iure dationis, & re debita ex contractu aucta, augetur ius acceptionis, ac ipsum debitum, vel obligatio: ita quòd augmentum superueniens rei obligatæ, vel quæ ex contractu debetur, acquiritur ei cui res debetur, vel est obligata iuxta terminos obligationis, vt in l.si fundus.in princip.§.si res.& in l.Paulus.§.si domus.ff.de pig. & in l.grege.in prin.ff.eod.

Descripsit hanc regulam, & ampliat eam tredecim modis, & limitat aliis vndecim Bru.in tract.de augmento & deminu.monet. B.Dias re.149.

¶ CONTRARIVM. Allegans contraria non auditur. l. 1.C.de fur.l.Titia.ff.de cond.l.vbi repugnantia.ff. de reg.iur.

Fallit in 4.casibus, quos not.Claud.Mar. in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poss.num. 33.Fallit in 6.casibus, quos not.Iaso.in l.si ex pecunia. C.de fur. numero 20.vsque ad numer.22. fallit vt per Damas. in reg.76.

Contrariorum eadem est disciplina. l. 1. ff. de his qui sunt vel sui alieni iuris.

Fallit vt not.Horma.Detus in Rub.ff.de acq. pos. nu. 4.Ias. in l.inter stipulantem.§.sacram. ff. de verbor. oblig. nu.26.Dec.in l.secundum naturam, ff.de reg. iur.num.3.Ripa in Rub.ff.de acq.pos.nu.3.vbi etiam Socin.nu.35.

Contraria in eodem subiecto consistere non possunt, vnde allegans contraria non est audiendus. l.1.C.de furt.l.1.ff.mand.l.Titia.ff.de cond. & dem. l.contra maiores.C.de inof.test. c.solitudinem, in fi.extrà, de appel.

Fallit primò, in l.Papinianus.§.sed neque impuberis.ff. de inoff.test.in diuersis iudiciis & instantiis.

Fallit 2.l.nonnunquam.ff.de collat. bono. fallit 3.in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquirend. poss. fallit 4.in l.1.C. de serui.fugitiu. vbi seruus facit furtum sui, & sic est agens & patiēs simul, quæ sunt contraria.fallit 5.quando non concurrunt eodem tempore.l.secundum naturam.ff.de regulis iuris. Don. Fina, lib.5.

¶ CONTRARIVM. Argumentum, quòd cum quis duo contraria proponit, id obseruatur, quod ei nocet.
C.de lib.caus.l.cùm post. Azo rub.104.

¶ CONTRARIA duo in eodem subiecto simul esse nō possunt.de iurisd. l.si per errorem Man.l.1. C.de ser.fu.l.1.sup.l.ius nostrum. Pro soc.l.Mutius.

Maximi loci à contrario.

Contrariorum vno cognito, cognoscitur & reliquum. de his qui sunt sui.l.1.Inst.de tut. in prin.Qui sati sd. cog.l.sciendum.in fi. De argumento à contrario sensu tractatur in l.1.de off.eius.

Contrariorum eadem est disciplina. de leg.1.l.si ex toto.in prin. 8.l.quod in rerum.24.§. si quis post. deleg.3.l.fin.in fin.vide suprà. Allegans, Contributio, & Damnum. Riisvvich.

¶ CONTRARIA iuri infecta. Bonifac. Reg.64.
Quæ cōtra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi. Vid.Dy.hoc loc. Viuiennus.

¶ CONTRARIORVM ratione in actu, fallit reg.hęc, nam iudex qui potest condemnare poterit etiam absoluere in potentia, secus autem est in actu, non enim iudex potest eundem pro eodē delicto absol. & cond.l.3.ff.de re iud.l.illicitas.§.veritas.ff. de offi. præsid.capitulo cum æterni.de senten. & re iud.6.l. rem nō nouam.C.de iudi.c.nouit.eo.tit.l.iudex. ff. de re iudi.c.cum cessante. de appel. not.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur. Med.reg.9.

¶ CONTRAVENIRE non potest, qui bis actū fecit, nec quicquam opponere. Goza.cons.70.n.7.Ceph. cons.90.nu.32.quia determinatè facere pręsumitur. Ias.l.damnosa.col.1.C.de prec.imp.offer.Zucha.l.1. n.111.C.de pac.Ber.c.sicut.n.69.de prob.Med.re.3.

¶ CONTRAVENIENS transactioni in modico non incidit in pœnam.Paul.cons.377.nu.3. per l. quamuis.ff.de cond.& demon.fallit hoc nisi iuramentum interuenerit.l.si quis maior. C.de transact. Fulgos. cons.223.Cuman.cons.172.Alex.l.in executione.§. pe.ff.de

pe.ff.de verb.ob.conf.16.col.3. vol.3. vbi ex defectu vnius nummi potest colonus expelli, quando, scilicet iuramentum interuenit: quia iuramentum est indiuiduum quoddam, cui pro parte contraueniri non potest, quin contraueniat in totum. Io.de Ana. consf.7.col.3. vbi vasallus contraueniens iuramento fidelitatis in modico in totum contrauenisse dicitur. Craueta. consf.182.nu.16. Med.re.5.

¶ CONTVMAX: sententia lata contra contumacem non potest præiudicare tertio. Ale.l.sæpe.n.78.ff.de re.iud.no.l. si perlusorio.§.1.ff.de appel.l. si seruus.§.1.ff.de leg.1. fallit duo.mod.vt per Alex.d.l.sæpe. nu. 80.& Imo.c.pen. de sent.& re iud. Med.re.8.

¶ CONTVMAX vt aliquis reputetur, requiritur trina citatio. Tex.est l.contumacia.ff. de re iud.

Limita decem modis, vt per Alexã.ibi, qui de aliis fallentiis se remittit. B.Dias re.152.

¶ CONTVMAX *fictus regulariter auditur appellãs. l.ad peremptorium. §.fin.ff.de iud.& in l.Labeo. C. quomodo & quando iudex.

ADDITIO.

* Contumax. Et qui.mod.cog.fictus contumax, vide Feli.in c.quòd ad consultationem de re iud. versicu. considera duos.ad fin.ver.cum seq.

Fallit, quando est fictus contumax apparenter, & existenter: tamen non verè, quia tunc non appellat, secundum Bar.in l.ex consensu.§.eum qui.ff.de appe. quod tamen intellige secundum Barto.in d.§.quòd non auditur appellans coram iudice à quo, sed bene auditur appellans coram iudice ad quem, quia ei nõ constat de vera contumacia.alleg.gl.in cle.1.de dolo & contu. B.Soc.reg.101.

¶ CONTVMAX in non comparendo, vel respondendo, vel recedens ante tempus sine iudicis licentia, excommunicari potest.

Hanc regulam probat text.in cap.j. de iudic.& ibi Ab. num.10.per illum text.Text. in cano.certum.9. q. 3. glo. in c. duo.verbo, videbatur. xcvj.distinct.probatur etiam in c. constitutus.de procur. in c.commissa.de elect.lib.6. De iure Regio est tex.in l.10.11.&12. tit.9.par.1.

Amplia primò, vt procedat suprà dicta conclusio in actore.ita tenet Innocent.in cap. calumniam. de pœnis.quem sequuntur Dec. & Doctor.in dicto cap. j. de iudic.quam opinionem sequitur etiam Alexand. in consil.137.numer.10.volum.2.& in conf.72.nu. 8. volum.3.

Secundò amplia, etiam si recedens licentiatus dimiserit procuratorem cum mandato, sed non sufficienti: vt est tex.in d.c.constitutus.de procurat.

Tertiò amplia, procedere etiam in minima contumacia.cùm sit inobedientia, quæ est digna excommunicatione: vt probat glos.in d.c.duo sunt. quam sequitur Abb.in c.j.numer.10.de iudic. & in c.ex parte.el 1.nume.3.de verb.signific.Ludouic.Gom. in §. ex maleficiis. num.4.Institu.de actio.Ludouic.Montaltus in tract.de reprobatione sententiæ Pilati. artic.3.nu.25.Andr. Barbat.in tract.de testib.in 3.parte, num.9.

Quartò amplia, vt possit priuari beneficio, si extiterit in excommunicatione per annum, probat text. in can.rursus. & in can. quicunque.11.quæstio. 3. Bernard. de Luco in practica, capitul.cxlij. Quod tamen intelligo verum quandocunque esset excommunicatus pro crimine: secùs, si pro causa ciuili: ita tenet Panorm. in d.c.j.nume.24.de iud.& in c.contingit. num.7. de dolo, & contu.Rom.in sing.ccciij. glos.est in cap.cùm contumacia. in glos.fin.de dolo & contuma.libr.6.glos.in cap.contingit. in verbo, non potest.& ibi Anto.de Butr. de dolo & contum. Aegid.de Bellamer.in cap. cùm bonæ. de ætate, & qualita.Chassan.in consuetudin.Burgund. titul. des iustices.rubr.1. §.6.num.21.Pala.Ruui.in repe.c.per vestras.§. xxviij.num.22 .Stepha.Aufrerius in gloss. ad decisiones Curiæ Tolosanæ, decis.cclxxv. Rip.in d.c.1.de iud.nu.77.

Limita primò, vt non procedat in citato ad vnum actum, qui, illo expedito, licentiatus recesserit: quia etsi non expressè, tacitè tamen dicitur licentiatus à iudice.ita tenet Abb.in c.prout.in j.nota.de dolo& contum. Anto.de Butr. in c.1.num.28.de iudic.facit text.in can.certum.xj.quæst.iij.ibi, aut si ante finitam causæ excommunicationem.

Secundò limita, quando citatus comparuit in termino, & vsque ad extremum spatium citationis, donec iudex discesserit de tribunali extiterit: qui, actore non comparente, potest, eius contumacia accusata, illicentiatus recedere: ita tenet Ioan.de Imol.in cap.j.de iudic.nume.18.per text.iuncta glos.2. in c.1. de dolo & contum. libr.6. quem sequitur Felin. in d. cap.j.numer.21. idem videtur tenere Abb.in cap. consuluit.numer.7.de offic.deleg.Alexand.in l.si finita.in §.Iulianus.ff.de damn. infecto.numer.25.pro qua limitatione, facit quod notat Alexand.in consil. xcij.nu.11.vol.j.& quod notat Aret.in conf. 161. nu. 3.Quam limitationem intelligo, vt per Imol.& Ale. vbi suprà.

Tertiò limita, vt procedat aduersario accusante contumaciam recedentis ante terminum, vel non comparentis: aliàs secùs.l.properandum.in §.& si quidem. C.de iudic. ibi, actoris absentiam incusante. quem ibi ad hoc notant Raphael, Paul.de Castr. & Iason, & ante eos Bartol.in l.consentaneum.C.quomodo. & quando iudex, & in l.si finita.& §. Iulianus. & ibi latè Alexand.ff.de damno infecto.& in l.secunda.in fi.ff.si quis in ius voca. non ierit. & l. arbitro certo die.vbi assignat rationem.ff.de arbit.

Quartò limita, vt non procedat quando citatio fuisset inualida, secundum Barba.in c.j.de iudic.nu.40.quę limitatio ante eum fuit Bal.in l.nam ita diuus. ff.de adoptio.

Quintò limita non procedere, quãdo propter aliquod repentinum periculum illicentiatus recederet, secũdum Anto.de Butr.in d.capit.1.numer. 28.de iudic. quem sequitur Felin.ibi, numero 21. Pro qua opinione vltra l.quæsitum. ff. de re iudicata. addo text.in cap.teneor.de re iudic.iuncta glo.j. quam ponderat Abb.ibi.

Et circa hanc regulam, qua pœna contumax puniatur, vide Chassanæ.in consuetudin.Burgund. in titu.des iustices, rubr.j.§.vij.numero 1.cum aliis.& quinque casus, in quibus contumacia non punitur: & 24.in quibus punitur, ponit Maranta in tracta.de ordine iudiciorum, in sexta parte, in rubr. de contumacia, per totam. Viginti etiam casus, in quibus cõtumax punitur, ac totidem in quibus non punitur ponit Ioannes Bassianus in consuetud.Aluerniæ, capitu.9. in artic.12.De iure regio, casus, in quibus contumax non puniatur, ponit l.5.titu.3.lib.2.fori.& l.11.tit.7. part.3. P.Duen.reg.153.

¶ CONTVMAX regulariter non amittit causam principalem, sed condemnatur in expensis. Hanc regulam probat text. in l. properandum. in §. sin autem. C. de iudic. vbi sæpenumerò contumax vin-

cit in causa etiam absens; si actor de iure suo non probauit. facit etiam text. & in l. post edictum, ff. de iudi. est elegans text. in l. diui fratres. in §. 2. ad fin. ff. de libera. causa. vbi sæpenumerò secundum seruum absentem qui patitur causam status fertur sententia. Hanc regulam probat gl. in l. contumacia. in verbo, litis, ff. de re iud.

Primò fallit, quando contumax excluditur à facultate appellandi: vt in l. & post edictum. in §. fin. ff. de iud. & in l. ex consensu. in §. fin. ff. de appel. & in l. C. quorum appella. recipian. De iure regio est textus in l. nona, titu. 23. parte tertia. & in l. 5. tit. 16. lib. 3. Ordi. cùm iste propriè vetus contumax dicatur, notat Decius in cons. 3. nu. 1.

Secundò limita, quando propter contumaciam parti contumaci, actio, & audientia denegatur. Ita gl. in l. contumacia. ff. de re iudic. allegat text. in l. sed & si per prætorem. in §. sed & si dum. ff. ex quibus caus. maio. vbi quando prætor, vel iudex præstituit certa tempora agere volenti, si intra ista tempora non agat, causam perdidit, & denegabitur amodò ei actio. & ibi glo. in verbo, decreto, quam gl. vltra Bal. ibi sequitur idem Bald. in Rubr. de mutuis petitio. numero nono. facit pro hoc tex. in l. diffamari. C. de ingenuis & manu. De iure Regio est l. 46. titu. 2. parte 3. & circa hanc limitationem vide Iason. in l. iusiurandum & ad pecunias. in §. ait pretor. in secundo notab. ff. de iureiur.

Tertiò fallit in præparatoriis: nam si reus interrogatus à iudice ex quota parte hæres sit, vel hæreditatem defendere pergat, is verò contumaciter tacet, perdit hoc commodum, quòd possit partem defendere, nam cogitur solidam hæreditatem defendere, etiam si ex parte hæres sit: quia contumaciter tacuit, vt in l. de ætate. in §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. itaque hic non perditur causa principalis, sed commodum principale quod hæres habere poterat.

Quartò fallit in iuramento calumniæ: quia qui contumaciter non vult iurare de calumnia requisitus ab altera parte, facit iacturam totius causæ. l. 2. in §. hoc etiam. C. de iureiur. propter calumniam. gl. in c. j. in §. j. de iuramen. calum. & ibi Docto. probatur etiam de iure Regio in l. 23 tit. 11. parte 3.

Quintò limita in casu capitul. 2. de confes. libro 6. & ibi gloss. vbi probatur, quòd si terminus positionibus actoris respondendi statuitur, & reus sine rationabili causa nolit respondere, vel contumaciter se absentat, habetur pro confesso, & perdit causam: & idem est in actore, vt ibi inquit gloss. in verbo, reus. idem disponitur in l. 11. & 12. de Madrid. Circa quam limitationem vide Barto. in l. prima. numer. 4. ff. de vulg. & ibi Ripam, num. 23. Curt. Seniorem in l. 2. in §. sed quia. C. de iureiur. propt. calum. quæ repetitio est posita per modũ tractatus in 3. volu. tract. diuersorum Doct. in fine. Alciat. in lib. 1. paradoxorũ. c. 7. Neuiz. in sylua nuptia. libro 3. numero 54. Iaso. in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. numer. 16. ff. de offic. proconsul. & lega. eundem in l. iusiurandum. in §. ait prætor. nume. 4. ff. de iureiurand. Quam limitationem sublimitat 7. modis Bernard. de Luco in regul. ccccclxv. & circa eius ampliationem vltra supra dictos Docto. vide Alexand. in Additio. ad Bar. in l. si postulauerit. in §. quæstionis. ff. de adulter. & in l. 1. numer. 4. ff. de vulgar. & in l. si finita. in §. Iulianus. ff. de damno infecto. eandem limitationem sublimitat Francus quinque modis in dicto capit. 2. de confes. lib. 6.

Sextò fallit in casu l. j. in §. fin. C. de assertione tollenda vbi si dominus vocat in ius Stichũ quem dicit suum seruum, & pendente iudicio liberali dominus fatigat seruum corã alio iudice suspensa priori lite: iam dominus dominio suo priuabitur.

Septimò fallit in casu l. locorum. C. de omni agro deserto. lib. 11. vbi si coloni deserant prædia dominica, id est, tributaria, præstituitur eis certum tempus, intra quod veniant, & prædia colant, & tributa soluãt: nam nisi venerint intra illud tempus, amittunt dominia prædiorum.

Octauò fallit in delatore contumace, qui suam delationem non prosequitur: vt in l. senatus. in §. quòd si tribus. ff. de iure fisci.

Nonò limita in Vasallo: quia vasallus contumax verus, vt quia citatus dixit, nolo venire, perdit statim feudum. ita tenet Andr. de Isernia in c. 1. de milite vasallo qui contu. est. in Vsibus feudo. & ibi Doct.

Decimò limita non habere locum quo ad acquisitionem fructuum: quia propter nimiam contumaciam missus ex primo decreto lucratur fructus. ita probat text. in l. Fulcinius. in §. diuus quoque Pius. ff. ex quibus causis in possess. eatur. & hanc opinionem per illum text. tenet idem Bartol. in l. si finita. in §. Iulianus. ff. de damno infecto. Abb. in capitul. contingit. de dolo, & contumacia. Felin. in cap. consultationibus. numer. 8. extr. de officio delega. Soci. in regula cclxv. in iij. fallen. & in regula cclxvj. in prima fallent, quod tamen intelligo, quando iudex hoc expressit, licet glos. in d. §. Iulianus. & in dict. l. Fulcinius. in §. fi. aliter sentiant, scilicet, quòd vbi constat de aperta contumacia missus ex primo decreto lucratur fructus ex dispositione legis absque eo, quòd iudex aliquid dicat. Sed opinionem primam quæ fuit Bartoli in dicto §. fin. dicit contra supradictas glo. veriorem Alexandr. in dicto §. Iulianus. numer. 107. & dicit apertè probari ex dicto §. fin. ibi, in quo rescripto & fructum percipere iussit. eandẽ opinionem ante Barto. tenuit Iacob. de Arenis in dicto §. fin. quem sequitur ibi Angel. eandem tenuit Ioan. Andr. in Additioni. ad Speculato. in titul. de primo & secundo decreto. in §. restat. versicu. hoc autem. Innocen. in capitulo, dilecto. numero 3. ad fin. de verborum significatione. Baldus in l. 2. numero 7. ff. si ex noxa. cau. aga. & in l. consentaneum. numero 32. C. quom. & quando iudex. Abb. in cap. quoniam frequenter. in §. in aliis. numer. 5. & 17. vt lite non contestata. Felin. in dict. cap. consultationibus. num. 9. & ibi Deci. numer. 11. & istam esse communem testatur expressè Michael Vlcurrus in d. §. Iulianus, licet ipse contra eam conatur tenere, leuibus tamen fundamentis.

Vndecimò fallit in casu l. ad curatoris. in §. domum. ff. de damno infecto. vbi probatur, quòd quando domus est diruta, ita quòd deformitas causatur in ciuitate, si dominus ad refectionem est potens, potest compelli vt reficiat: sed si dominus non est potens, curator ciuitatis potest sumptu publico eam reficere: & si intra tempus à iudice assignatum sumptus cum vsuris non soluat, poterit eam respublica detrahere pro iure dicti sumptus, & vsurarum: & sic iste propter contumaciam amittit rem principalem. illum text. vltra Angel. ibi exaltat Bar. Cæpol. in trac. seruit. vrbano. prædio. cap. lix. numer. 4. Hippoly. in singu. ccccclxx. facit etiam similis tex. in l. si vt proponis. C. de ædificiis priua. vbi probatur, quòd si socius nomine

nomine communi domum refecerit, ad sumptus pro rata agere poterit, vel per quatuor menses expectare, intra quos si sumptus pro rata non fuerint redditi, dominium totius sibi vendicare poterit, & est similis text. in l. si fratres. §. idem respondit. el 2. ff. pro socio. De iure regio est text. in l. fin. tit. xxxij. parte iij. & ita per suprà allegata tenet Angelus Aretinus in §. sequens. num. 13. Institut. de actionibus. vbi Ias. num. 48. idem Ias. in l. creditor. nu. 7. ff. si certum petatur. & in repetitio. l. quominus. nume. 109. ff. de flumini. Cæpola in cautela 123. Hippoly. in singul. ccclxix. P. Duen. reg. 152.

¶ CONTVMAX reus, contra quem fuit facta missio ex secundo decreto, reuertens non auditur aliquo modo. Glos. in capit. quoniam frequenter. in gloss. fin. vt lite non conte. tenet Imol. in l. debitoribus. ff. de re iudi.

Limita dupliciter, vt per Feli. in c. consultationibus. de off. deleg. B. Dias reg. 153.

¶ CONTVMAX verus regulariter non appellat, & verus contumax dicitur, qui legitimè citatus ad iudicium venire recusat. lege, ex consensu. §. eum qui. de appellationibus.

Primò fallit, vbi quis esset contumax apparenter, & non existenter: putà quando aliquis fuit citatus, qui dixit se nolle venire, & posteà ductus pœnitentia veniebat ad iudicium, & fuit impeditus, vnde isto casu poterit appellare, secundum Bar. in d. l. ex consen. §. eum qui. ff. de appell. & in l. fin. ff. de in integr. restit. quòd tamen intellige talem appellantem audiri coram iudice ad quem, sed non corã iudice à quo, vt ibi per Bartolum.

Secundò, fallit vbi verus contumax comparuit coram iudice sedente pro tribunali: quia tunc auditur appellans: vt l. diuus. ff. de in integ. restit.

Tertiò fallit, vbi quis fuit contumax in non obediendo iudici, putà quia noluit exhibere, vel restituere, vel iurare de calumnia mandato iudicis, vt est casus in l. creditor. §. iussus. ff. de appellationibus.

Quartò fallit, vbi ex forma statuti verus contumax haberet beneficium purgandi moram, quia tunc auditur appellans: vt vult Bald. in l. secunda. si pendente appellatione mors interue. C. B. Soc. re. 104.

¶ CONTVMACIA. Prodest quibusdam sua contumacia, vel absentia.

ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. meminisse. Azo rub. 104.

¶ CONTVMACIA domini dicitur, non procuratoris, quando dominus citatur, & mittit procuratorem, qui non comparet: notat Bart. in l. cùm filius. §. in hac. quasi in fin. ff. de verb. oblig. alleg. text. in l. si procurator. §. tutores. manda.

Limita quatuor modis, vt per Cæpol. in cautela 57. incip. iste artic. in prin. B. Dias re. 155.

¶ CONTVMACIA non est de per se delictũ. Ita Abb. in c. j. de iud. & est communis opinio, prout asserit Felin. in c. ex literis. de const. num. 27. vbi plura allegat pro dicta regula.

Limita quinque modis, vt per Feli. vbi suprà post Domi. in summa, 4. q. 1. B. Dias re. 154.

¶ CONTVMACIA procuratoris præiudicat domino in non appellando. l. j. §. fi. ff. quando appel. sit.

Amplia, vt procedat, quando procurator procurauit, sed posteà non petiit apostolos intra terminum iuris, vt per Bar. in c. j. vt lite non contestata.

Primò fallit, quando procurator fuit negligens in appellando: nam tunc præiudicat. l. j. §. fi. præallegato.

Secundò fallit, quandò procurator non est soluendo: tunc enim negligentia procuratoris nõ præiudicat domino. gl. & ibi Bart. in d. l. j. §. fi. idem Bald. not. in l. ab eo. C. quomodo, & quando iudex. Bald. Salyc. & alij in auth. hodie. C. quomodo, & quando iudex.

Tertiò fallit, quando procurator fraudulenter omisit appellationem iuxta x. dies, vel nisi ex actis appareat euidenter, q debuerit appellare. vt per tex. in d. l. j. §. fi. & ibi Bar. in verbo, non facile. B. Soc. re. 152.

¶ CONTVMACIA sublata tollitur pœna, cuius causa imponi debebat. l. 1. §. si frater. ff. de collat. boni. c. ex literis. de const. Bald. c. fi. col. 1. in tit. per quos fiat inuest. not. idem Bal. l. puto. §. si quis. l. quos prohibet. ff. de postul. Bar. l. si quis adulterium. §. 1. ff. de adult. l. 1. §. fin. ff. de req. reis. Med. re. 6.

¶ CONTVMACIA soluitur morte. Bellamera cap. ex parte. num. 16. de arbitr. Mortuus enim non potest contemnere. l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtempe. l. contumaciam. §. 1. de re iud. l. contra pupillum. §. is qui. ff. eod. & intellige si mors præueniat, vt ex iuribus adductis colligitur. Med. trac. 2. part.

¶ CONTVMACIA vera requiritur, vt quis possit mulctari, non autem ficta. Ias. in l. 1. in fin. princ. C. quomodo & quando iudex.

Primò fallit, quò ad mulctam applicandam parti, secùs autem quando applicatur fisco: vt per Bald. in l. sancimus. C. de iudiciis.

Secundò fallit, quando non appellaret: quia tunc valeret impositio talis mulctæ. l. j. §. biduum. ff. quando appellandum sit. & Bal. in l. & in multis. C. de appellationib. rationes diuersitatis ponit Ias. B. So. re. 103.

¶ CONTVMACIAE 24. pœnas, videas apud Lancillotum viginti quatuor casus, in quibus punitur contumax, & 5. in quibus non punitur, refert Maranta in tractat. de iud. in 6. parte, in tract. de contu. viginti casus, in quibus contumax punitur, & 20. in quibus non punitur ponit Io. Bassia. in consuetu. Aluec. cap. 9. in art. 12. in tract. de off. præto. in ti. de citatio. & contra contumaces, quomodo procedatur, declarat Batand. in sua praxi crimin. reg. 19. & de contumacia plura videas apud Mars. in praxi crimin. in §. postquam, nu. 35.

Contumax amplius non auditur, nisi prius solutis expensis, auth. qui semel. C. quo. & quando iud.

Ampliatur in 12. casib. & limitatur in 3. à Ias. in l. sancimus. C. de iud. num. 5. fallit in vno casu quem postea limitat in 2. Fel. in c. nouit. de iud. nu. 46.

Cõtumax, vt aliquis reputetur requiritur trina citatio, l. contumacia. ff. de re iud.

Fallit in 10. casib. vt per Alex. in d. l. contumacia.

Contumax reus contra quem fuit facta missio ex secundo decreto reuertens non auditur, gl. fin in cap. quoniam frequenter, vt lite non contestata. Imol. in c. creditoribus, ff. de re iud.

Fallit in 2. casib. quos no. Fel. in c. consultationibus, colum. 2. de off. deleg.

Contumacia non est de per se delictum, Abb. in c. 1. de iud. & est communis opinio, vt refert Fel. in c. ex literis, de const.

Fallit in 5. casib. quos refert Fel. in d. c. ex literis, nu. 27.

Contumacia domini dicitur, & non procuratoris quando dominus citatur, & mittit procuratorem qui non comparet. Bar. in l. cum filius, §. in hac, ff. de verborum obliga. facit tex. in l. si procurator, §. tutores. ff. mand.

Fallit in 4. casib. vt per Cæp. in caut. 57. incip. iste arti.

Cõtumax regulariter nõ amittit causam principalem,

ſed condemnatur in expenſis,l.properandum, §.ſin autem,C.de iudic.l.& poſt edictum,C. de iud.gl.in l.contumacia,ff. de re iud.

Fallit in 11.caſib.quos refert Pet.Duen.regu.152.Fallit in multis caſib.quos not. Fel.in c. quoniam contra, de probatio.nu.25.

Contumax in non comparendo , vel reſpondendo,vel recedens ante tempus,ſine iudicis licentia, excommunicari poteſt,c.1. de iud.& ibi Abb.nu.10.c.conſtitutis,de procurato.c.commiſſa,de elect.lib.6.

Fallit in 5.caſib.quos no.Pet.Duen.reg.153.

Contumax verus non appellat. l. ex conſenſu , §. cùm qui,de appel.

Fallit in 4.caſibus,ſecundum Soc.regu.73.Fallit vt per Car.in praxi crim. l.obſeruare.nu. 59. vbi pleniſſimè tractat de contumacia.

Contumax fictus auditur appellans, l.& peremptoriũ, §.fi.de iud.l.Labeo,C.quomodo & quando iud.

Fallit vt per Soc.reg.74.

Contumacia procuratoris domino regulariter non præiudicat,l.eum qui,C.de procu.c.1.&ibi Doct.vt lite non conteſta.

Fallit in 5.caſib.quos not.Soc.reg.321.Fallit in 3. caſi. vt per eundem reg.30.id add.

Contumacia vera requiritur , vt quis poſſit mulctari, non autem ficta,Io.in l. 1.in fi. ff.quomo. & quando iud.

Fallit in 2. caſib.ſecundum Soc.reg.31.

Contumax appellatur qui ante tempus ſine licentia receſſit,no.in c.de quo eſſet,de iud.

Ampliatur in 5.caſib. & limitatur in 2. per Rip.in d.c. de quo,num.30.vbi etiam Felin. limitat in 2. caſib. nu.33.

Iudici datur poteſtas parcendi reo contumaci , & expectandi eum, etiam actore contradicente. fallit in 2.caſib.ſecundum Felin.in c.conſuluit.de off.deleg. num.1.

Excuſatur dominus contumacia procuratoris, quem miſit , ſi euenit caſus fortuitus procuratori. fallit in 2.caſib.vt per Felin.in c.ad hoc Deus , de litis conteſt.nu.9.

Iudex non debet cõtumacem condemnare, niſi prius ſibi conſtet de contumacia. fallit in 2.caſib.ſecundum Felin.in c.quoniam contra.de probatio.nu.28. Don.Fina,lib.3.

¶ Conveniri coram alio, poteſt quis,licet elegerit coram vno agere. Hanc regulam ponit Maria. Socin.vbi declarat in c.prudentiam. nu. 21. de mutuis petitio.& in nu.22.vſque ad numerum 35. limitat eam 12.modis: & fallentiam ibi poſitam ſublimitat 11.modis,à nu.36.vſque ad nu.47.Duen.re.154.

¶ Conveniri coram alio poteſt quis , licet elegerit coram vno agere,no.in c.prudentiam.de mutuis peti.

Fallit in 12.caſib.& vltima fallentia limitatur in 11.per Fel.in d.c.num.36.& ſeq.

Conuentus ad factum ſimpliciter, non poteſt præciſè compelli,ſed liberatur præſtando intereſſe,l.ſtipulationes non diuiduntur,ff.de verb.oblig. vbi Bart. nu.39.

Fallit in 7.caſib.quos ponit Vincent.de Hercula. in l. in executione.num.150.ff.de verb.obli.Fallit in 10. caſib.vt per Iaſ.in d.l.ſtipulationes,nu.32.

Qui actione famoſa conuenitur, infamis efficitur, ſi condemnatur,l.athletas.§.calumniator , cum l.ſeq. ff.de his,qui no. infam.l.infames.ff.de publ. iud.

Magiſtratus durante magiſtratu conueniri non poteſt,l.in ius vocari,ff.de in ius vocand.

Fallit in 5.caſib.quos not.Soc.reg.249. Ampliatur in 2.caſib.& limitatur in 8.per Iaſo.in d.l.in ius vocari, nu.11.

Res ſi dolo ad aliquem peruenit, ille in ſubſidium conueniri poteſt, l.fi.ff.de eo,per quem factum erit.

Fallit in 2.caſib.vt per Soc.reg.340.

Solus prælatus agit, & conuenitur ſine capitulo, no.in c.edoceri,de reſ.

Fallit in 7.caſib.ſecundum Fel.in d.c.edoceri,nu.3.

Conueniri non poteſt vacans eccleſia. Fallit vt per Damaſ.reg.54.

In ciuilibus ſimplex Monachus clauſtralis conueniri non poteſt. Fallit in 3.caſib.quos no. Bened. Capra in ſuo tract.reg.84. Don.Fina,lib.3.

¶ Conveniri. Vacantem eccleſiam conueniri non poſſe.

Pro.

Ext. ne ſed.vacan.c.1.
Ext.de elect.c.auditis.
Ext.de præſcrip.c.de quarta.
12.q. 2.c.ſi qua de rebus.& c.precariæ.

Contra.

12.q.2.c.vobis enim & famæ.
D.de minor. l. ait prætor.§.1.
D de tutel.l.3.§.1.
Inſt.de curato.§.inuitum.
D.quib. ex cauſ.in poſ. l. hæc autem locum . & l.Fulcinius.§.adeò.

Solutio.

Præſcriptio ceſſat vacante eccleſia:& continuatur tempus præſcriptionis,quod cœpit currere in vita prioris prælati, ſubducto de medio tempore vacationis eccleſiæ,d.cap.auditis. Poterit nihilominus medio tempore rem alterius præſcribere,ne torqueatur in eius læſionem, quod introductum eſt in fauorem ipſius. C.de legibus & conſt. l.quod fauore. Sed conueniri poterit,& neceſſe habebit reſpondere,&petere curatorem,ſiue actorem,ſicut fit in minore. Inſt. de curat.§.inuitum. Eccleſia enim vtitur iure minoris.ext.de in integ.reſt.c.requiſiuit. Damaſ.re. 54.

¶ Conveniri liberaliter. Vlpian.libr. 36.ad Sabin. Lex 28. al.29.

Diuus Pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate ſua conueniuntur:in id quod facere poſſunt, condẽnandos.

Sumpta eſt hæc regula ex leg.ſi extraneus.de iur.dot.& coniunge.l.ſi quid crediderit.ſup.ff.de pact. & l.maritum.§. vt ſol.mat.§.ſunt præterea. ver.idẽ eſt. Inſt. de action.l. inter eos.§. is quoque.de re iudic.deducto etiam debito,nec euictio præſtanda eſt,ex ſolo pacto. Viuiennus.

¶ Conventus ſimpliciter ad factũ,non poteſt præciſè compelli,ſed liberatur prǽſtando intereſſe.Hãc regulam probat tex. in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.ob.cum aliis allegatis per Bar.ibi, nu. 38. circa quam regulam vide Ant. Burgos in rub. de emptio.& venditio.nu.3. Lud.Rom.in ſing.629.

Hanc regulam ponit,vbi declarat Vincen.de Hercula. in l.in executione.nu.150.ff.de verb.oblig.vbi in nu. 161.cum ſequen.vſque ad numerum 176.limitat eam 7.modis. P.Duen.re.155.

¶ Conventio ambigua , vel obſcura nocet ei , qui potuit apertius ponere, l.Labeo ſcripſit obſcuritatem,ff.de contrah.emp. l.quicquid aſtringendæ , in prin.ff.de verb.obl.

Fallit in 2.caſib.vt per Iaſ.in l.veteribus,ff.de verbor. oblig.nu.2.

Verbum

Verbum Conuenit, vel promisit, in instrumento intelligitur per solennem stipulationem: hanc esse communem opinionem attestantur omnes in l. lecta, ff. si cert. pet.

Fallit in 5. casib. quos not. Ias. in d. l. lecta, numer. 5. contrariam opinionem esse magis communem attestatur Franc. Viuius in suis conclus. & eam limitat in 2. casib. ver. verbum conuenit.

Conuentio facta in vna re, vel persona, non extenditur ad aliam, l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact.

Fallit in 5. casib. vt per Bello. in suis conclusionibus, in verb. conuentio.

Conuentio dat legem contractui, l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. l. contractus, ff. de reg. iur.

Fallit quando vltima conuentio priori derogauit, l. pacta nouissima, C. de pact. Don. Fina, lib. 1.

¶ Conventio, & emptio. L. †46. Idem libr. 30. ad edictum. †al. 45.

Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suę consistere potest, §. a Priuatorum conuentio iuri publico non deroget.

Addit. a al. Conuentio priuatorum.

Ex titu. de pignor. de pig. act. l. si rem alienam 2. Neque depositum. Dep. l. bona fides, in fin. l. qui rem. Precarium. De prec. l. 4. §. 1. l. certè, §. fin. de itin. l. 1. §. penulti. Hinc de acquirenda possess. l. si de eo fundo, §. fina. Emptio. De contrahen. emptio. l. 16. suæ rei, C. eod. tit. l. cùm res tibi donatas, l. si mater, de con. in l. seruum meum. Ratio, inf. l. 159. non vt ex plurib. de contrahen. emp. l. cum manusata, §. fina. iuncta. l. 4. §. lana, de vsuc. quæ conciliat l. cum ex sortis, de pign. ac. §. final. l. debitor, sub pign. ad Treb. l. penultim. §. Latinus, de exc. re. iud. Locatio. C. loc. l. qui rem propriam. ff. eo. tit. l. non solet, 39. de vsuc. l. ei à quo fundum 21. si vsufr. pe. l. vti de ser. vr. l. in re communi. l. si quis ædes. de acquirenda possess. l. si de eo, §. fin. de verbor. obliga. l. nemo rem suam, de leg. 1. l. cætera, 32. §. sed si sub. Adde l. neque vsuf. 19. l. neque seruus, 27. quib. mod. vsusf. amit. Simile de verb. obliga. l. 92. nemo rem suam, Instit. de inuti. sti. l. idem iuris. Exc. de verbo. oblig. l. 31. si rem meam, 98. 82. l. 29. §. si à fure, 56. §. qui proprietatem, de sol. l. 72. §. Stichum, ibi fingamus, de acquir. poss. l. 28. §. fic. de do. inter vir. & vxo. l. 57. de pign. ac. l. 35. §. fin. Ad fi. scilicet irreuocabiliter. Secus ratione possessionis vel alterius iuris deficientis, de acqui. poss. l. si quis aliquam, 28. de contrah. emp. l. 34. §. rei suæ, secundum Deci. Pau. & Baldi sententiam.

§. Priuatorum. Iunge l. nec ex Prætorio, sup. de pac. l. 7. §. si paciscar, l. ius publ. l. 35. contra iuris. l. inter debitorem, 43. §. si paciscar, nam nulla est priuati cum publico proportio, arg. solut. matrimo. l. 1. Instit. de rer. diuis. §. cùm in suo, secundum Ra. interpretationem. Contrà C. de temp. ap. l. fin. Riisvv. paratit.

¶ Conventio fieri non potest si modicum vltra vnam dietam remotus esset, puta vnum miliare. gl. cap. statutum. §. cum verò. vers. remotus: vbi Gem. & omnes de rescript. 6. conc. simil. capitu. si ad scripturas. 9. dist. cap. pura 3. q. 11. Bald. c. cum adeo. de rescrip. Anton. consil. 20. no. l. pen. ff. de cess. bonorum. Med. reg. 5.

¶ Conventio inter partes, quòd debitum non possit probari nisi per instrumentum, & non per testes, non valet. glo. est singu. in authentic. vt sine prohib. mat. cred. in §. quia verò. in verbo, senatusconsulto, post med. quam ibi sequitur Ang. & Imo. in c. si diligenti. de foro compet. Bald. Angel. & Pau. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. & illam dicit notab. Hippoly. in repeti. rubr. C. de probat. vbi plures Doctores refert illam sequentes, quos referre existimo superuacuum.

Limita dupliciter suprascriptam conclusionem, vt Ias. in authen. iubemus. C. de iud. vbi dictam glos. dicit singul. B. Dias reg. 156.

¶ Conventio partium facit vt vno correlatiuo resoluto, & alterum resolutum esse dicatur. l. final. ff. de acceptil. glos. & Ange. l. si conuenit. ff. de pac. Ange. consil. 108. numero 6. Dec. Pedem. 140. num. 7. Medi. reg. 9.

¶ Conventio personalis cum persona extinguitur, nec transit ad hęredes leg. qui in futurum. §. si ex aliena, ff. de pact. Flor. l. si pactum. in 2. casu. ff. de proba. item hoc idem si deficit causa, in qua erat conuentio facta. Doc. com. l. 1. C. de condit. ob causam. Med. reg. 6.

¶ Conversans cum excommunicatis, regulariter est excommunicatus excommunicatione minori. c. inter alia. de sent. excomm.

Fallit, quando ego conuersarem cum excommunicato, protestatiuè tamen in cõuertendo ipsum in cõmunionem fidelium. Bart. in l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. voluit Abb. in c. responso. de sent. excom.

Fallit in familiaribus, & viuentibus sub vno pane, & vino cum excommunicato: nam tunc conuersantes cum ipso excommuuicato non sunt excommunicati, vt probat tex. in d. c. inter alia.

Fallit in casu necessitatis: quia si est aliquis excommunicatus, & moritur fame, sine dubio in tali casu possum sibi charitatiuè subuenire, vt probat tex. in cap. quoniam multos in fi. 11. q. 3. dixi in tract. eleemosy. in 18. par. prin. quibus est danda eleemosy. in verbo, excommunicato. S. Ianuar.

¶ Convictus legitimis probationibus, ac sponte proprio ore confessus condemnatus, non auditur appellans. Hanc regulam probat tex & ibi Doc. in l. obseruare curabis. C. quorum appel. non recipian. & in l. abstinendum. C. eod. tit. & in can. ei, qui appel. in §. sunt etiam quorum. 2. q. 6. gl. in can. quicunque. 2. q. 6. in c. cùm speciali. in §. porrò. in gl. 1. de appel. vbi hoc tenet Abb. nu. 5. Præpos. nu. 7. Phil. Fran. nu. 5. Ant. de Bu. in trac. de notorio. ar. 4. nu. 56. notatur in l. constitutiones. & ibi gl. fin. & in l. creditor. in §. iussus. & ibi Bar. nu. 2. de appel. Rom. in sing. 619. no. in l. qui sententiam. C. de pœn. & quis dicatur conuictus, vide notab. Fulg. in cons. 123. nu. 3.

Limita primò non habere locum, quando est conuictus per probationes non legitimas, & indubitatas, sed dubias: nam tunc non dicetur conuictus, & admittitur appellatio, licet fuerit confessus: ita Bal. in d. l. obseruare curabis. & in l. fin. C. de probatio. & in l. addictos. C. de episcop. audien. per gl. in d. §. iussus. ita tenet Philipp. Franc. in dicto §. porrò. numero quinto.

Secundò limita habere locum in vera confessione, non autem quando fuisset facta per procuratorem etiam habentem speciale mandatum ad confitendum: nam confessio facta proprio ore plus operatur, cùm iudex possit perpendere, qua constantia, & qua titubatione confiteatur, vt ex iis perpendat an confessio fuerit vera, an non. ita tenet Bald. in d. l. obseruare. nu. 14. per illum text. ibi, voce propria. quem sequitur ibi Paul. Castr. Rom. in l. vnic. in §. si procurator. ff. si quis ius dicenti non obtempe. facit

cit text. in clem. 2. de procurat. vbi procurator non potest confiteri delictum. facit etiam text. in l. certè. ff. de preca. Anto. de Butr. Panorm. & Canonistæ in cap. j. vt lite non contest. Bar. & Doc. in l. certum. in §. sed anno. ff. de confessio. & in l. j. in §. fin. ff. quando appellan. sit. Alex. in addit. ad Barto. in d. §. iussus. in additione j.

Tertiò limita, quando est conuictus, & sponte confessus: secus tamen, si in tortura. d. l. obseruare curabis. in versic. aut formidine tormentorum. & ita per illum text. tenet Bald. ibi, nume. 15. Abb. in d. §. porrò. num. 5. & Philip. Franc. ibi, nu. 5. Bal. tamen in l. j. in fin. C. de iuramen. calum. sentit contrarium: & in l. fin. num. 8. C. de probat. imò quòd etiam si in tortura confiteatur, non appellat. Quod intelligo, quando reus perseuerat in confessione, secundum Curt. Sen. d. l. 1. nu. 17. C. de iura. calum.

Quartò limita, quando confessio fuisset facta post sententiam: nam condemnatus ante confessionem posset appellare. ita tenet Barto. & ibi Alexand. in addit. in d. l. obseruare. & ibi Pau. de Cast. & Bald. nam quandocunque ante sententiam erat conuictus tantùm, si post sententiam confiteatur delictum, bene auditur appellans. Hanc opin. probat glos. in l. non tantum. in verb. acquiescit. ff. de appel. & ibi est text. pro hac opinione secundum vnum intellectum, & secundum Barto. & Doct. ibi gl. in d. l. obseruare. in verb. propria. & ibi Bal. C. quorum appel. non reci. Hanc opinionem tenet Bartol. in l. constitutiones. nu. 3. ff. de appella. Bald. & Doct. in l. addictos. C. de episcop. audien. & in l. addictos. C. de appellat. & in l. vt debitũ. in fi. C. de hęr. actio. Lud. Rom. in d. sing. 619. Phil. Franc. in d. §. porrò. nu. 6.

Quintò limita in casibus, in quibus propter inhumanitatem sceleris non admittitur appellatio: de quibus in l. constitutiones. ff. de appel. Porrò casus, in quibus non admittitur appellatio ponit Alex. ibi, in addit. ad Bart. in d. l. constitutiones. & vltra dicta suprà in reg. xlv. vide Soc. in reg. xxiiij. Specu. in tit. de appel. §. in quibus. Hypp. in rep. l. vnicæ, num. 138. C. de raptu virg. Lanfr. de Oria. in tracta. de interloquutionib. & appellat. numer. 96. Federi. Schem, in tract. de appellatio. numer. 37. Montal. in l. j. tit. xv. lib. ij. fori. & l. Regia. xv. tit. xxiij. par. iij. & in l. xj. tit. xvj. lib. 3. ordin.

Sextò limita, quando verè esset confessus, & conuictus, non autem fictè per contumaciam: quia requiritur, quòd ore proprio confiteatur: contumax autem fictè dicitur confessus, & non fit extensio de casu vero ad casum fictum: vt in l. iij. in §. hæc verba. ff. de neg. gest. ita tenet Angel. Aret. in tractat. malefic. in verb. præsente dicto Gaio, & appellante. numero 21. Nellus in tract. bannitorum. in iiij. par. j. temporis. quæstio. ij. Philip. Franc. in d. §. porrò. numero 8. vbi tenet quòd quandocunque contumax ex forma statuti habetur pro conuicto, & confesso, non auditur appellans, quod tamen declara vt per Phil. Fr. vbi suprà, quia contrarium tenent Bartol. & Alex. ibi, in d. l. obseruare curabis.

Septimò limita, nisi allegaretur probabilis causa in appellatione, quæ offuscaret probationem aut confessionem: tunc appellatio admittitur. ita notatur in ca. Roman. in §. sin autem. de appell. libr. vj. & tenet Ioan. de Imol. in d. §. iussus. ff. de appel. Philip. Dec. in c. consuluit. nu. 5. de appella. & in d. §. porrò. nu. 16.

Octauò limita procedere tantummodò in criminibus enumeratis in d. l. obseruare. Hanc opin. contra gl. ibi tenet Petr. de Bellaper. quam opinio tanquam æquiorem sequitur ibi Cyn. quam dicit magis sibi placere. Alberic. num. 2. in d. l. obseruare, & ante eos tenuit Azo in Summa illius tituli: quam opinionem dicit esse veram de rigore iuris Ioan. de Imol. in d. §. iussus. nu. 8.

Contrariam tamen opinionem tenet gl. in d. l. 2. quam sequitur ibi Bar. & Bald. eandem opinionem tenet gloss. in d. §. iussus. & in d. non tantùm. ff. de appel. quam opinionem dicit communiter teneri Ioann. de Imo. in d. §. iussus. eandem opinionem tenet Anto. in d. §. porrò. de appellat. eandem dicit esse communem opinionem idem Anto. de Butr. in tract. de notorio. art. 4. nu. 56. P. Duen. re. 156.

¶ CONVERTVNTVR in vnam naturam, licet correlatiua sint diuersa, præsertim quando origo est in causa efficienti in formali dispositione, & in temporum concursu. Ant. ca. translato. de const. c. quanto. de iudiciis. Ias. l. 2. C. de transf. l. non tantum. nume. 2. ff. de re iud. Med. reg. 9.

¶ COPIA iudiciorum à iudice dari debet reo, no. in l. is apud, de edendo.

Fallit in multis casibus quos colligere potes ex dictis per Mar. Ant. Blanc. in praxi cri. fol. 36. n. 58.

Fallit in multis casib. quos not. Carer. in praxi crimi. l. obseruare, nu. 188. fallit in 4. casib. vt per Rip. in d. l. is apud, num. 88. fallit in 5. casib. vt per Alex. in d. l. is apud, nu. 4. videas de hoc Mars. in praxi. cri. §. nunc videndum, nu. 1. & seq. Don. Fina, lib. 3.

¶ COPVLA regulariter requirit concursum vtriusq. copulati, vt est tex. in l. si hęredi plures. ff. de condit. inst. & in §. pen. Instit. de hæred. instit. & in l. si quis ita. ff. de verb. oblig.

Amplia semel, vt per Iaso. in l. j. ff. de iusti. & iur. quam ampliationem ornat septem decisionibus notandis.

Limita octo modis, vt per eum ibi, vide latius per Fel. in c. 2. de rescript. in §. copula. quia licet solum principaliter sex fallentias prosequatur, plura tamen notanda interserit in materia. Et vide Ias. in d. l. si quis ita. vbi vnam tantum ampliationem, & tres limitationes scripsit. B. Dias re. 107.

¶ COPVLA requirit concursum vtriusque copulati. l. si hæredi plures. ff. de cond. inst.

Ampliatur & limitatur in 8. casib. per Iason. in l. 1. ff. de iust. & iur.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. à Iaso. in l. si quis ita. ff. de verb. oblig. fallit in 8. casibus, vt per Fel. in c. 2. de rescrip.

Fallit in multis casib. vt per Soc. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. nu. 3. multa de proprietate copulatiuæ videas apud Ripam, in cap. ex parte. de ref. nu. 38. Fel. in c. sicut Romani, de ref. nu. 24.

Copula inter duo extrema posita, diuersitatem ponit inter copulata, vt no. in Rub. C. de iuris & fac. igno. per Cano. in Rubr. de causa pos. & propriè.

Fallit vbicunque species ponitur inter genus, & speciẽ, vt in Rub. C. de ser. & aqu. simile in Euangelio, Dicite discipulis eius, & Petro, Mar. c. 20. tunc stat declaratiuè &, tũc exponitur &, pro id est. Don. Fin. li. 5.

¶ CORRECTIO. vide Peccatum. & tractatur de ea in l. si verò. §. de viro. sol. ma. in Auth. qua rac. C. de sac. Eccle. Riisvvich.

¶ CORREVS: sententia lata vni ex correis, an noceat alteri, vide Alex. l. sæpe. num. 69. ff. de re iud. Bar. l. in duobus. q. 4. ff. de duob. reis, dic quòd non, nisi dicatur, quod vnica solutio sufficiat. Bar. l. 3. §. 1. nu. 2. ff. de duob.

duob.reis,& l.si pluribus.ff.de leg.2.item not.quod correus non tenetur cauere de ratihabitione correi; glo.& Bar.l.3.solu.matr. tenetur tamen communicare correo id,quod exegit à debitore. l.qui hominē. §.1.ff.de sol. Med.reg.8.

¶ Correvs credendi,quæ à debitore exegit, tenetur alteri correo communicare.text. in l.qui hominem.§.j.ff.de solut.& in l.3. §.1.ff.de duob. reis.gl.celebris in l.frater à fratre. quam ibi scribentes exaltant.ff.de condict.indeb.

Limita duobus modis,vt per Ias.in d. l. frater à fratre. in lectu.& in repet. B.Dias.reg.159.

¶ Correo nocet sententia lata cōtra vnum ex correis, gl.& Bald.leg.ex duobus.ff.de duobus reis.Angel.leg.loci.§.si fundus.ff.si seru.vend. Imo.l.Titio. §.Titio.ff.de cond.& demon.Ale.in term.huius reg. l.sæpe.nu.42.ff.de re iud. Med.re.8.

¶ Correlativvm. Correlatiuorum eadem est iuris dispositio.l.fi.C.de indict.viduitate tol.l.fi. ff.de accep.l.2.C.de cupres.lib.12.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 8.ab Anto. Gabr. in lib.6.de legib.conc.3 Fallit in 4.casibus,vt per Felin.in procem.Greg.nu.3.& seq.videas Ioan. Cro.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.numer.114.declarat hanc regulam Mari.Soc.Iun.in l.moribus.ff.de vulga.num.101. Ampliatur in 110.casibus, & limitatur in 110.à Baptist.de Sācto Blasi.in tract.correlati. qui tract.est in j.vol.tract.

Dispositio etiam correctoria concepta in vno correlatiuo extenditur etiam ad alterum, hanc regulam cū vnica limitatione ponit Io. Crot. in l.omnes populi,numero 114.Ampliatur & limitatur in 3.casibus, à Fel.in proœ. Gregor.c.Gregorius,numer.5.& sequ. etiam si sit lex pœnalis, tamen extenditur ad aliud, hoc tamen declaratur in 4.casib.à Felin. in ca.nulli, de iud.num.3.

Correlatiuorum vel contrariorum qui potest vnum, potest & reliquum,l.qui condemnare.ff.de re iud.

Fallit in 9.casib.vt per Zas.in d.l.qui condemnare, vbi etiam Ripa limitat in septem casibus. Don.Fina, libr.5.

¶ Correlativorvm natura talis est, vt dispositio facta de vno, extendatur ad aliud etiam non expressum.l.fin.& ibi Barto.C.de indic.vidu.tol.& in l.fin.& ibi etiam Bar.ff.de acceptil.tex.& Bart.in l.j. C.de cupressis.lib.xj. quem dicit meliorem de iure Iaso.in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit.Pro cuius intellectu vide Bald.in l.1.C.de cō mu.ser.manumis.vide plenè de materia per Hippo. in l.si quis viduam.ff.de quæst.

Limita quadrupliciter,vt per Fel.in proœ.Greg.in parte,Gregorius à nume.3.vsque ad 12. & in cap. fin. de Iudæis,vbi ponit aliquas doctrinas pro exemplis huius regulæ.Et vide vberrimè per Bapist.de S.Blas.in tract.correlatiuorum,vbi scripsit centum & decem ampliationes,& totidem limitationes ad suprascriptam regulam.& est ille tractatus insertus in 2.vol. Tractatuum. B.Dias re.158.

¶ Correlativorvm eadem dispositio est. l.prima.C.de cupressis.lib.11.vbi ementes, atque vendentes pari pœna puniuntur.conc.Ias.l.fin.numero tertio.C.de iud.vid.toll.Doctor.comm.leg.final. ff.de acceptilat.Barto.l.qui plures.§.primo. numero 3. ff. de vulgar.& pupillar.gloss.rubric. C.de reb.credit. Bald.leg.prima.numero 5. C.de bon.matern.gloss. clemen.1.versiculo æternalis.de summa Trini.&fid. Catho.Euer. in loco de correlat.numero tertio.gl. magna in fin.C.ne fideiuss.dot.dentur.Bap.in tract. de correl.quæstio.3.num.12.glo.& doc.cap.primo lo cati,gl.penul.capitulo funt.de elec.6.Ioann in Slyu. nupt.lib.1.num.214.gloss.fina. vers.amissionis.C.de resc.vend.Cephal.cons.109.num.17.glo.cap.cupientes.§.pen.vers.de veteri.de elect.6.Fel.cap.fi. nu.4. de iud.Docto.com.auth.qui semel. C. quomodo, & quando iudex,Soci.leg.moribus.nu.102.ff.de vulg. Barto.l.prima.ff.quod met.causa.Felin. in procemio decretal.nume.5. Bald.leg.voluntatis,numer.7.ff.de reb.dubiis.Ias.l.transigere.nume.2. C.de transactio. Boer.decis.48.numer.3.Decis.Pedemon.140.num.7. pro declaratione huius reg. nonnulla prius præmittenda sunt,& primò quid sit correlatiuum,secundò vnde dicatur,tertiò quotuplex sit: quartò quæ differant inter se ista videlicet,relatiuum alicuius,relatiuum alicui,& relatiuū ad aliquid, quintò, & vltimò quibus in casibus procedat reg.hæc,vel non cùm declaratione illius, quatenus igitur attinet ad primum respond. quod correlatiuum est duorum , vel plurium ad inuicem mutua relatio.Euer. in loco à correlatiuis. numero primo quod dicitur ex dictione con,& nomē relatiuum,vnde idem importat, quod simul relatiuum.l. Labeo.§.contractus. ff. de verborum significatione.leg.reos.in princip.ff.de duobus reis,& est duplex videlicet nominis, & rei: relatiuū nominis est, cuius proprium est restringere casum præcedentem secundum Bar.& com.Doct.l.prima. C.de summa Trin.& fid.Catho. cuius propriè locus non est,istæ rei autem relatiuum est., vt pater respectu filij,vel ad aliquid,vt locator non sine conductore,& capitur tribus modis,primò alicuius, vt pater, & filius,capitulo ecclesiæ.12. quæstio.secunda.secundò alicui.vt vicinus vicino,socius socio. l.nā socius. ff.pro socio. Tertiò ad aliquid, vt simplum ad duplum.leg.prima. §. secundo. ff. depositi, videamus modo quinto loco in quibus casibus ipsa habeat locum. Med.reg.9.

¶ Corrigi quilibet potest incontinenti,siue sit testis,siue pars,siue iudex,siue notarius, siue procurator:de teste textus est cum glos.magna , capit.præterea.de test. cog. gloss.§.quia vero , circa medium, gloss.magnæ.authen.de test. Alber.l.accusatus.ff.de adulter. Bartol.l. eos. colum.1.ff.de fal. l.imperator. la prima.ff.de stat.hom. leg.si librarius. columna 2. ff.de regu.iur.Bald.consil.34.libr.5.Abb.cons.73.lib. 1.idem leg.iurisgentium.§.quinimo.ff.de pact. quando autem testis dicatur aliquid agere incontinenti. no.glo.§.quia,auth.de test.Ioan.Pla.l. rura. C.de omni agro.quæ enim paruo momento fiunt, censentur inesse , neque curatur illud minimum tempus.l.lecta.ff.si cert.pet. de confessione partis, quod etiam corrigi possit.no.glo.ca.apud misericordem. 32.q.1. Abb.c.cum causam.colum.2.de appel.ca. præterea. col.2.de test.cog.Tertiò quòd iudex hoc facere possit, vt scilicet incontinenti suam sententiam statim diffinitiuam corrigere,no.gl.c.prædicator.ver.imò. 16. q. 1. licet regulariter dicatur hoc fieri non posse Doct.com.c.quod semel.de reg.iur. 6.l.quod iussit. ff de re iud.Bald.in proœm.C. §.quib.col. 2.l.1.col.5. C.de furt.Gulielm.l.si quis arbiter.ff.de arbit.Quartò hoc idem procedit in notario: quia suā schedam originalem corrigere potest.Doct.cap.ex literis. de fid.instr. Spec.in titu.de instr.edit.§.instrumentum. Angel.l.imperator.la 1.ff.de stat.hom.Doctor.com. l.si librarius.ff.de regul.iur. Bald.l.cum proponeretur.colum.2.ff.de leg.2.Alexand.consil.70.colum.1. lib.1.

lib.1. Quintò ampl. in procuratore, qui potest incontinenti confessionem suam reuocare, glos. cap. scriptum. de elec. quod secus est ex interuallo, nisi primum probato errore. Abb. cap. fin. de censib. Sextò, & vlt. Ampl. etiam in confessione aduocati, quæ statim potest reuocari, glo. cap. olim, de censibus: fallit tamen totum hoc dictum, primò nisi confessio esset redacta in scriptis. capit. olim. de censibus. Doctor. com. c. ex literis. de diuor. Bald. l. j. C. de fur. Alexan. cons. 34. libr. 1. Ruin. cons. 5. numer. 15. lib. 4. glos. l. rura. C. de omni agro deser. libr. 11. secundo hoc idem fallit nisi confessio fuisset à parte acceptata, tunc enim non possunt neque statim reuocari, nisi error earum probetur. Roman. l. 1. §. si quis simpliciter: vbi Doctor. comm. ff. de verbor. obligat. & in cons. 433. Alexand. cons. 109. libr. 3. Alexand. & Ias. l. quicquid adstringendæ. in fine. ff. de verborum oblig. Alexan. cons. 119. lib. 3. Abb. c. fi. de confes. Soci. cons. 97. lib. 4. Barbat. l. stipulationum. colum. 5. ff. de verb. obl. & cons. 25. lib. 2. conc. simil. Cardi. cons. 31. Dec. cons. 345. Mar. leg. is qui. nu. 32. C. de sic. idem Hyppol. de Marsi. sing. 313. Med. re. 5.

¶ Corrosio muris. Quando mus corrodit, vel comedit corpus Christi.

De pœnitentia huius casus inquire, vbi sit notata. de consec. dist. 2. cir. fin. Viuien. reg. 39.

¶ Corrumpens iudicem si moriatur ante sententiam non nocet hæredi suo. Barto. & com. Doct. l. 1. C. de pœna iud. qui malè iud. l. eius qui. ff. de iur. fisci, item succurritur domino si fiat corruptio de procuratore, Barto. & Doctor. l. prima. §. sed & constitutio. ff. de calumn. doc. l. eleganter. §. pe. ff. de dolo. Medic. reg. 8.

¶ Corruptum si malum sit, corruptio bona probatur, per totum. 23. q. 5. Econtra: Cuius corruptio bona est, ipsum corruptum malum. 23. q. 5. c. Excommunicatorum. c. non est crudelis. c. homicidas. Gammarus in dial. lega. de loco à corru. Riisvvich.

¶ Credi. De se confesso non creditur super crimine alterius.

Pro.

C. de accusat. l. vlt.
Ext. de testib. c. veniens.
Ext. de adult. & stup. c. significasti.
2. q. 5. c. interrogatum.
15. q. 3. c. nemini.
4. q. 3. c. placuit. §. item in crim.
D. de quæst. l. maritus.

Contra.

Ext. de testib. c. quoniam.
C. de feriis. l. prouinciarum.
C. de fal. mo. l. 1.
C. de malef. & mathem. l. fi.
D. de custod. & exhib. reo. leg. Diuus.

Solutio.

Prima regula obtinet regulariter. Contraria sunt specialia. Vel non creditur alicui de se confesso super alieno crimine, quantum ad certã fidem faciendam, sed qualem qualem coniecturam inducere. Damas. reg. 42.

¶ Creditor alicuius ex aliqua causa, non per hoc dicitur debitor ex alia. l. si maritus. C. de donat. inter vir. & vxor. Doct. c. debitum. de Bapt. glo. rub. C. de reb. cred. & iur. iur. Med. reg. 9.

¶ Creditor: sententia lata contra creditorem, an præiudicet debitori, distingue, vt per Bartol. post glos. & l. sæpe. nume. 3. ff. de re iud. Alexand. num. 84. doct. com. cap. pen. eod. titu. & dicas quòd si ignorauerit causam agi non præiudicabitur ei, no. l. vendi cantem. ff. de euic. no. l. j. C. de ordin. iudic. l. quod tantum, de neg. gest. Bal. l. si fine. C. ad Velleian. Bar. l. secunda. §. primo. ff. vi bono. rapt. Abbas capitulo quamuis. vbi Sapia. in addit. numero 10. de sent. & re iud. Medic. reg. 8.

¶ Creditor. Gai. lib. 26. ad edictum prouin. Lex 158. al. l. 99.

Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit.

Permittit, scilicet expressim: nam si simpliciter non videtur remittere. ex tit. de migrand. & vid. Dec. cùm Paror. hic. Viuiennus.

¶ Creditor. l. 177. nihil dolo. 119. creditor. l. nõ fraudatur. Vide Amittere. Riisvvich.

¶ Creditor consentiendo pignus vendi per debitorem, censetur remittere ius sui pignoris. Quam regulam probat text. in l. si debitor. in §. j. ff. quib. modis pignus, vel hypoth. solui. & in l. sicut. in §. si voluntate. & in l. si probaueris. C. de remissio. pignor. & in l. cum te. eod. titu. & in l. creditor. & ibi Docto. ff. de reg. iur.

Hanc regulam amplia 9. modis, & limit. 12. modis, vt per Negusan. de pignor. in 3. membro 6. partis, à nu. 12. vsque ad nu. 33. P. Duen. re. 170.

¶ Creditor. Consistere. Paul. lib. 21. ad edict. Lex 129. al. 172.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. † Cùm principalis causa non consistit *a* nec ea quidem quæ sequuntur, locum habent.

Addit. † aliàs hæc desunt. a al. plerunque nec ea, sed in P. Flor. ne ea.

Coniunge cap. 178. j. eod. ff. quamuis enim sciens debitorem non esse soluendo, recipit: quia tamen sibi vigilare licuit, non timet edictum. vid. reg. nullus videtur dolo facere. j. Viuiennus.

¶ Creditor habens rem meam pignoratam, eam mihi simpliciter legando, in dubio censetur mihi legare liberationem tantum pignoris, non autem remissionem debiti principalis: quare hęres non tenebitur aliquid soluere, nec debitum personale remittere, sed tradere tantùm rem à pignore liberatam. gl. est not. in l. si tibi homo. in gloss. ff. de leg. 1. facit tex. in l. 1. ff. de lib. leg.

Limita tribus modis, vt per Bar. in d. l. si tibi homo. qui colliguntur ex eius doctrina. B. Dias re. 161.

¶ Creditor inuitus non compellitur recipere vnũ pro alio. Hanc regulam probat text. in l. si se non obtulit. §. ait prætor. ff. de re iudic. & in l. promissor. in §. fin. ff. de const. pecunia. & in l. item liberatur. in §. qui paratus. ff. quibus modis pignus vel hypot. solui text. & ibi Docto. in l. 2. in §. mutui datio. ff. si certum petatur. & in authent. & hoc si debitum. & in l. manifesta. C. de solutio. Ruinum in consilio 65. numero 10. volum. 2. Tiraquel. in tractat. de vtroque retractu, in titul. de retractu Lignagier. in §. j. in glos. 20. nume. 13. Marcum Mantua in lib. 6. obseruationum, obseruatione lix. Maria. Soc. Iun. in cons. lxxv. nu. 7. volum. 2. & in cons. 147. nu. 8. vol. 1. Marc. de Mantua in cons. 18. nu. 10.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soc. in reg. 382.

Hanc etiam regulam cum iij. ampliatio. & v. limitation. ponit Castillo in l. xx. Tauri in glos. fina. Eandem regulam cum decem limitationibus ponit Ioan. de Platea in §. j. numer. 3. Instit. quib. mod. tollitur oblig. eandem regulam cum quindecim limitatio

tationibus ponit Martinus Sancinus Vascoletus in dicto tract. indiuiduorum. in tertia cerula. nume. 38. eandem regulam cum duabus ampliationibus, & vinginti limitationibus ponit Ias. in l. 2. §. mutui datio. a num. 8. vsque ad finem. P. Duen. reg. 159.

¶ Creditor modicæ quantitatis non prohibetur esse tutor, hoc idem dici debet in debitore. gl. j. aut. minoris. C. qui da. tut. vel cura. poss. neque pro paruo debito nō potest debitor creditori iurari vt suspectus. Bald. auth. sed iam necesse. cum glo. de donat. ante nupt. Rom. consil. 120. Barto. l. si quis in pignore. §. fin. de pignor. Alexand. consil. 186. lib. 7. neque capi potest vt suspectus de fuga debitor modicæ quantitatis licet statutum dicat, quod debitor suspectus capi possit. glo. & Doct. com. auth. sed iam necesse. C. de don. ante nupti. leg. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. Medic. reg. 5.

¶ Creditor, & pignus. Creditor iustè possidet.

In Aut. de alio emphyteu. §. si verò aliquis.
ff. de nox. l. si seruus depos. §. is qui.
ff. de public. l. quicunque. §. interdum.
Contrà. ff. vti poss. l. si duo. §. vltim.
Contra. ff. de acquir. poss. l. qui pignoris.

Creditor iustè possidet, &c.) Verum est, creditorem qui pignus habet, ex conuentione ciuiliter & naturaliter possidere. vt ff. de acquir. poss. l. qui pignoris: vt in hac Rubrica continetur: sed ille qui ex authoritate pretoris nanciscitur pignus, nullo modo possidet, sed duntaxat est in possessione: contraria Rubrica dicitur. Azo, rub. 36.

Creditor naturaliter & ciuiliter possidet, non vt quidam dicunt, naturaliter tantum.

ff. de acquiren. possess. l. qui pignoris.
Azo. rub. 36.

Pignora data ab vno arbitro litigatori restitui, pœna commissa ab alio.

In Aut. iudic. §. quia verò.
C. de reb. cred. l. cùm proponas.
C. de transact. l. si quis maior.
ff. de litig. l. vltim.
ff. de dolo. l. si quis affir. §. si oleum.
ff. de euict. l. Lucius.
ff. de arb. l. arbiter. & l. quod Celsus.
ff. de præscrip. ver. l. si tibi rem. §. si quis spon.
ff. de calum. l. & eleganter. §. is. Azo. rub. 36.

Non restituentur, sed ab arbitro retinentur.

C. de trans. l. interpositas. l. cum donatum.
C. quod met. caus. l. cum te.
C. de cond. ob. caus. l. si repetendi.
ff. de arbit. l. litiga. §. quod ait.

Pignora data, &c.) Si arbiter pignora accepit, contemplatione partium, videtur pignora accepisse, & partes sui contemplatione videntur dedisse. Si qua ergo partium arbitrio steterit, pignora sibi applicare iustè desiderat. vt C. de trans. l. si quis maior. & ff. de præscri. verb. l. si tibi rem. §. si. quis spon. & vt in hac Rubrica continetur, perinde ac si esset expressum. vt ff. si cert. pet. l. cùm quid. Secus cùm ab vno contrahentium aliquid sentitur. vt C. de transact. l. cum donatio. & C. de cōdit. caus. dat. l. si repetendi. & vt in hac Rubrica dicitur. Lex autem in ff. de arbit. litigatores, non facit contra nos. Azo, rubr. 36.

Hypothecaria suas habet actiones, si est constituta.

ff. ad Vell. S. C. l. aliquando.
ff. de pign. l. grege. §. fi.
ff. ad Trebell. l. debitor.
ff. de solut. l. cùm quis. §. vltim.
ff. de except. rei iud. l. pen.
ff. de constit. pec. l. item illa. §. quod.
Azo, rubric. 36.

Quis habet hypothecā in suis propriis rebus.

C. de rei vxo. act.
In Institu. de delegatis.
ff. de excep. rei iud. l. Paulus. §. satis. communibus concord.
C. de sacros. eccles. l. vt inter diuinum.

Inuito creditori aliud pro alio soluitur.

C. de solut. Aut. nisi.
C. de donat. l. si quis argent.
ff. de legat. 1. l. non amplius. & l. vlti. si domus.
ff. de solut. l. creditorem.
ff. de arbitr. Labeo. §. si per fidem, cum suis concord.
C. de sacros. eccles. l. hoc ius por.
ff. de cond. l. inde Nerasius l. seruus. §. vlti.
In Institu. quod cum eo. in prin.

Contra.

Instit. quib. mod. toll. ob. in princ.
C. de edil. act. l. si tempore.
C. de solut. l. eum à quo.
ff. de locat. l. si quis. §. Iul.
ff. de verb. obli. l. 2.
ff. de solut. l. inter ar.
ff. si cer. pet. l. 2. §. j.
C. de rescin. vend. l. precij.

Inuito creditori, &c.) Regulare est vt creditori aliud pro alio solui non possit, vt in contraria Rub. dicitur. Fallit autē in casibus, vt in hac Rub. continetur.

Adiectio.

Verùm in contractibus bonæ fidei, si alius pro alio soluat, vel quod vni debet, alij soluit, eius voluntate, nō ipso iure contingit liberatio, sed per exceptionem. vt ff. de act empt. l. prædia. & ff. de verborum oblig. l. vlti. §. cum in. aut tenetur ad dandum: & tunc aut speciem vult dare pro specie, aut quantitatem pro quantitate, aut speciem pro quantitate: vel ecōtra riò, aut præstandum. vt ff. de solut. l. inter arri.

Causa.

Secus ratione diuersitatis: vt ff. de leg. l. potest. ratione impossibilitatis. vt C. de dona. l. sancimus. ratione affectionis. vt ff. de leg. j. l. domus. ratione religionis vt C. de sacrosan. eccles. Aut. hoc iur.

Adiectio.

Odio creditoris multa dicuntur. vt C. de sacros. eccles. l. hoc ius pos. ibi debet probare, in vtilitatem ecclesiæ datum processisse & res districtè debet æstimari addita parte 10. in precio, in solutum dari. Et sic duo sunt odio creditorum introducta. Causa.

Azo, rub. 36.

Si res tua peruenit ad me sine vitio, possum eam retinere loco pignoris.

C. si aduersus cred. l. j.
ff. de cond. indeb. l. si non sor. §. si debes.
ff. de petit. hær. l. vltim.
ff. de ædil. edict. l. videamus.
ff. de in rem vers. l. vltim.
ff. de iur. do. l. si is qui stip. ff. quod dicitur.
ff. de pign. act. l. si nec. §. j.
ff. de dam. infect. l. 6. §. vltim.
ff. de pericul. & commod. rei vend. l. j. §. licet.

Si res tua ad me, &c.) Hoc si faciam in re ipsa expensas, vel si perueniat ad me ex tua voluntate, occasione pecuniæ, ob quam volo retinere pignus: vt ex legibus sub Rubr. positis probatur. Cæterum si de

beam tibi centum,& res meæ ad te aliquo casu perueniant,non ideo retinebis eas loco pignoris.vt C. commodati.l.prætextu.& de rei vxor.action. §.sed nec ob impensas.

ADIECTIO.

Contrà videtur,ff.de acti. empt.l.Iul.§.affinis. Dic.vt ibi. Causa. Azo,rub.36.

Quando creditor curiosus esse debet.
ff.de in rem vers.l.3.§. necnon.& l.illud.§.sed.
ff.si cert.pet.l.ciuitas.
C.de sacros.eccle.Aut.hoc ius.
C.de contrah.& commit.stip.l.magnam.
Quando non oportet creditorem esse curiosum.
ff.de nouat.l.doli except.
ff. de leg.l.si seruus.
ff.de offic.rec.prouinciæ.
ff.ad Syllan.l.3.
ff.de iur.& fact.ign.l.non si.

Quando creditor curiosus,&c.) In contraria Rubrica continetur,q non exigitur ab aliquo creditore, vt sit curiosus, nisi quando contrahit cum his personis,quę non obligantur,nisi in quantum processit in rem eorum:vt cùm pupill.ciuitatis defensore, & œconomo,& seruo alicuius: & vult agere de in rem.vers.vt in hac Rubrica dicitur. Azo,rub.36.
sed & alij curiosi debent esse.
C.de reb.cor.l.mag.§.illud.
ff.de iur.dot.l. vltim.
ff.de in rem vers.l.si pro patre.§.versum.
ff.de exercit.act.l.Lucius.
Pignoris retentionem,sed non actionem.
C.si alie.res pig.da.l.j.
ff.de pign.l.j.
ff.quibus modis pign.solu.l.j.

Pignoris retent.&c.) Hæc est nota,vt quis quandoque non petitionem pignoris, sed retentionem habeat. Azo,rub.36.

¶ CREDITOR partem debiti regulariter accipere non cogitur.Hanc regulam probat tex.in l.quidam existimauerũt.ff.si cer.pet.& in l.tutor.in §. Lucius. ff.de vsuris.& in l.acceptam.C.de vsuris.gl.& Doc. in l.qui Romæ.in princi.ff.de verborum obligatio-nib.& in l.si ita quis.in §.Seia cauit.ff.eodem tit.De iure Regio est tex.in l.ix.tit. xx.li.3. Fori.& in l.viij. tit.xiiij.parte v.& in l.cxix.Styli.Ratio est,quia particularis solutio,non minima incommoda solet afferre.l.planè.ff.familiæ ercis. Circa quam regulam vide Anton.de Tremo in additionib.ad practicam Huberti de Bonaccur. Rubrica secunda, incipiente, Quibus modis suo nomine, &c.in glo.verbo, non cogitur.Castil.in l.xx.Tauri,in gl.fi.Bellon.in cõsi. 44.nu.2.Ioan.de Amicis in consi. 55.num.18.

Hanc reg.cum duabus limitat.ponit Soc.in reg.75. Hanc etiam regulam ponit Iason post Alex.vbi eam ampliat duobus modis, & limitat 9.modis in d.l. quidam existimauerunt.num.5.cum aliis.quas duas ampliat Ias.& 3.limitationes ex eis ponit Mar.Sancimus Vascoletus.in tract.indiuiduorum,in 7.cerula.num.79.Hanc etiam regulam cum quinque ampliatio.& xij.limitatio.ponit Anton. Negusant.de Fano,in trac.de pignorib.in 2.parte 3.mẽbri.quintę partis principalis,nu.17.cum aliis. P.Duen.reg.158.

¶ CREDITOR partem debiti accipere non cogitur. l.quidam existimauerunt.si cert.pet.

Primò fallit, quando vna pars est liquida,& alia non liquida:quia partem liquidam cogitur recipere.ita Barto in d.l.quidam exstimauerunt.

Secundò fallit in creditore, qui cogitur recipere partem debiti à fideiussore,si ille vult soluere.gloss.est no.in l.in his.§.si duo.de solutio.& Ang.in l.qui pignore.C.de pignor. B.Socin.reg.106.

¶ CREDITOR petendo in iudicio sortem principalem,sibi non præiudicat in vsuris,interesse,damnis, nec in aliis accessoriis. secùs videtur in receptione solutionis, quia recipiendo sortem simpliciter, sibi præiudicat in istis accessoriis.Istam regulam tradit Ias.per tex.ibi in l.j. C.de iudic.

Limita sex modis,vt per eum ibi. B.Dias.reg.162.

¶ CREDITOR petendo sortem de perse, non potest postea petere accessoria, l.4.& l.qui per collationem,§.fin.ff.de act.empt.

Fallit in 6. casib.secundum Ias.in l.j.C.de iudi.num.4.

Creditor habẽs rem meam pignoratam esse mihi simpliciter legando in dubio, censetur mihi legare liberationem tantum pignoris, non autem remissionem debiti principalis,glo.in l.si tibi,ff.de leg.j.

Fallit in 3.casib.secundum Iaso.in d.l. colum.penulti.

Creditor petenda in iudicio sortem principalem non præiudicat in vsuris interesse dãdis, nec aliis accessoriis, secus videtur in receptione solutionis recipiendo sortem simpliciter sibi præiudicat in istis accessoriis,l.j.C.de iudi.

Fallit in 6.casib.quos not.Ias.in d.l.j. colum.1.

Creditor priori soluens non succedit in pignore, nec in hypotheca, l.res obligatas,C.de pig.l.j.C.de his qui prio. loco cred.succed.

Fallit in 5.casib.quos no.Rip.in l.si ventri,§. eorum ratio,ff.de pri.cred.colum.2.

Creditores non possunt agere reuocatoria contra illos,in quos bona sunt alienata, nisi prius excussio præcedat in bonis debitorum, qui in eorum fraudem alienauit,§.item si quis in fraudem, vbi gloss. Institut.de actio.

Fallit in 6.casib.quos no.ibi Ias.

Creditor regulariter partem debiti accipere non cogitur,l.quidam existimarunt,ff.si certum peta.l.inter,§.Lucius,ff.de vsu.l.acceptam.C.de vsu.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.75.Ampliatur in 2.casi. & limitatur in 9.vt per Ias.in l.quidam,num.5.

Ampliatur in 5.casibus, & limitatur in 12.à Negu. de Fano.in tract.de pign.in 2.parte,in 3.membro,in 5. parte princ.num.17.

Creditor inuitus non compellitur recipere vnum pro alio.

Creditor si succedit debitori confunditur actio, l.debitori,C.de pact.

Fallit in multis casib.quos no.Franc.Curt.in d.l.debitori,nu.2.Fallit in 4.casib.vt per Ias.in d.l.vbi Alex. ampliat in vno.casu,& limitat in 4.Fallit in 2.casib. vt per.Ias.in l.frater à fratre.ff.de condi.indebit.

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 4.à Pet.Duen. regu.18.Fallit in multis casib.vt per Dec.in d.l.debitori,vbi etiam Soc.limitat in 3.casib.num.3.

Creditor non potest facere vt capiatur debitor propter suspicionem fugæ nisi à tempore contractus citra superuenerit noua causa suspicionis, l. cum mandato.in prin.ff.de mino.Barto.& dd.in l.si arbitrio,ff.qui satisd.cog.

Fallit in id 4.casib.quos not.Iaso.in l.si arbitrio,nu.5.

Si creditor reddat debitori instrumentum crediti hoc ipso intelligitur debitum remisisse, & debitor habet exceptionem taciti pacti, capitu. cum ecclesia. el 2.in fin.& ibi gloss.vt lite pendẽte, l.Labeo ait,ff. de pact.

Amplia-

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 4.à Iasò.in d.l.Labeo,num.1.& seq.

Pactum factum à maiori parte creditorum cum hærede futuro debitoris mortui de quota parte debiti remittenda præiudicat aliis creditoribus si in vnum conuenerint,& decretum prætoris intercesserit,& maior pars creditorum consideret,prout dicitur in l.& suum hæredem,§.hodie tamen,ff.de pact.

Fallit in 7.casib.quos no.Ias.in d.§.hodie tamen,nu.2.

Creditori non est licitum vti retentione pro vero debito.l.fin.vbi doct.C.commod.

Fallit in 5.casib.vt per Iaso.in l.si non sortem,§.si centum,ff.de condi.indeb.num.10.

Creditor inuitus nō cogitur alibi solutionem recipere,quàm in loco solutioni destinato,l.is qui certo, ff.de eo,quod certo loco.

Fallit in 3.casibus,quos not.Ias.in d.l.is qui certo,n.1.

Si creditores hæreditarij, qui debent conuenire hæredem,agant contra emptorem hæreditatis, videntur fecisse tacitum pactum de non petendo amplius ab hærede,& sic non possunt postea redire ad venditorem,si emptor postea non sit habilis, not.DD.in l. post venditionem.C. de pact.

Fallit in 3.casib.quos no.Iaso.in d.l.post venditionem, numero 4.

Creditor recipiendo solutionem pro sua parte ab vno ex pluribus obligatis in solidum,sibi præiudicat,ne possit amplius in solidum petere ab vno ex eis, sed intelligitur summam inter eos pro rata diuisisse,l.si creditores,C.de pact.

Fallit in 4.casib.quos.no.Ias.in d.l.n.3.ampliatur in 3. casib.& limitatur in 10.à Franc.Purp.in d.l.nu.1.vbi etiam Franc.Curt.ponit 4.fallentia,num.4.

Fallit in 3.casib.vt per Dec.in d.l.

Creditor inuitus non tenetur vnum pro alio recipere si se non obtulit,§.fin.ait prætor, ff.re i udi.l.promissor,§.fin.ff.de cond.pecu.l.item liberatur,§.qui paratus,ff.de quibus modis pign.docto.in l.j.§.mutui datio,ff.si certum petatur.

Fallit in 2.casib.vt per Socin.reg.383. Ampliatur in 3. casib.& limitatur in 5.à Castel.in l.20. taur.in gl.fi. fallit in 10.casib.secūdum Io.de Platea,in §.j.instit. quib.modis tol.oblig.

Fallit in 15.casib.vt per Mar.Sāct.Vas.in tract.indiuid. in 3.colum.num.38.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 20.à Io.in d.§.mutui datio,num.8.fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.374.

Creditor secundus potest offerre primo creditori suū creditum, & liberare pignus à primo creditore, & suam hypothecam confirmare, l.prima. C.qui pot.in pigno.

Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 3.à Neguſ.in tract. de pign.in 3.membro,5.part.num.1.vsque ad finem. & primam restringit in 7.casib.& nu.10.ponit alias 9.Ampliatiationes.

Creditor tenetur mittere ad domum debitoris quando debitor non expresso loco aliquid dare tenetur, & sic non tenetur portare debitum ad domum creditoris, l.cùm hi, §.causæ huiusmodi.ff. de trāsact.l. item illa verba, vbi glo.ff.de consti.pecu.

Fallit in 19.casib.quos no.Pet.Duen.reg.161.

Creditores priuilegiati eiusdem titu.in personalibus actionibus concurrunt, nulla habita ratione prioritatis nec posterioritatis, l.priuilegia.ff.de priui.cre.

Fallit in 6.casib.quos no.Rip.in d.l.nume.51.

Creditor tenetur fideiussori soluenti cedere actionem personalem,vel hypothecariam. hanc regulam cum 3.ampl.& limita.ponit Neguſ.in tract.de pign.in 3. memb.5.par.prin.nume.33.

Creditor qui non potest cedere actionem fideiussori exceptionem cedendarum actionum repelli: hanc regulam cum 5.limitat.ponit Neguſ.in d.tract.in 3. membro prin.num.33.

Creditor si vendit pignus,& nondum recepit precium ab emptione, non tenetur soluere debitori residuū, sed solùm cedere ei actionem contra emptorem, periculo tamen ipsius creditoris, qui vendiderit,ff. de pignor.action.

Fallit in 6.casib.secundum gl.in l.penultim.ff.de pig. actio. videas Pet.Duen.reg.165.

Creditor potest vendere pignus, seruatis tamen seruandis,l.cum soluendæ,ff.de dist.pign.

Ampliatur & limitatur in 10.casib.per Neguſ.in tract. de pig.in j. memb.6.part.princ. numer.1.& sequēt.

Creditori datur retentio pignoris, si sibi non est satisfactum à debitore pro vtroque debito scilicet hypothecario,l.vnica,C.ob chirog.

Ampliatur in 9.casib.& limitatur in 4.per Ant.Negu. in tract.de pignor.in 3.membro,5. part.nume.46.

Creditor prior præfertur posteriori,l.qui balneum, & l. potior,ff.qui potio.in pign.capitu.qui potior, de reg.iur.libr.6.

Ampliatur in 13.casib.& limitatur in 25.in l.priuilegia. num.3.ff.de pri.cred.Ampliatur & limitatur in 20. casib.per Neguſ.in tract de pig.in 2.membro,5.partis,num.1.Ampliatur.in 21.casib.& limitatur in 25.à Cassa.in catal.gloriæ mundi,in 12.parte.

Creditor vendens pignus non tenetur de euictione,l. periculum,ff.de pign.vbi glo.

Ampliatur in 2. casibus,& limitatur in 6.a Pet. Duen, reg.169.

Creditor consentiendo pignus vendi per debitorem, censetur remittere ius sui pignoris,l.si debitor, §.j. ff.quibus mod.pig.l.sicut, §.si voluntate,l.si probaueris,ff.de remis.pig.l.creditor,ff.de reg.iur.

Ampliatur in 11.casib.& limitatur in 12. per Neguſ.in tract.de pign.in 3.membro,6.par.prin.num.12.

Creditor non potest petere pecuniam ante terminū, c.vnico,& ibi per Doct.extra de plus peti.

Fallit in 3.casib.quos not. Soci. reg.290. & si agit ante tempus, induciæ duplicātur.fallit hoc in tribus casib. vt per Dec. in l.pecunia quam,ff.si cer.pet.n.10.

Creditor qui merces vendidit debitori ex quo contractu ortum fuit creditum si debitor fugit, non est potior in re vendita aliis creditoribus prioribus: hanc esse communem opinionem attestatur Baptista à Villa.concl.209.in litera C.vbi ampliat in vno casu,& limtat in 2.

Creditor non debet venire cum sacco paratus, expectare enim modicum tempus, scilicet, decem dierum ad recipiēdam solutionem cogitur, l. quod dicimus,ff.de solut.vbi Doctor.limitant.

Creditor non cogitur recipere partem, no.Doct.in l. quidam,ff.si cert.pet.

Fallit in 7.vt per Alex.in d.l.num.7.

Creditor ita videtur diuidere, quando vnum conuenit pro parte, sicut quando conueniuntur omnes pro parte.

Fallit in 3.casib.secundum Alex.in l.si ex toto, §.si ita scriptum de leg.j.num.6. D.Fina,lib.3.

¶Creditor prior præfertur posteriori. Hanc regulam probat text.in l.qui balneum.& in l. potior. ff.qui potio.in pigno.habean.in l.quoties vtriusque. ff.de reg.iur.& in regula, qui prior.de reg.iur.li.vj.

& ibi Dyn. Regia l.v. & l.xvij.titu.xx.lib.iij.fori.& l.xxvij.& xxix.titu.xiij.part.v. Circa quam regulam vide Catellia.Cottam.verb. creditor.el vij.Cæpol. cautela cxxiiij.vbi eam limitat aliquibus modis.

Hanc regulam amplia tredecim modis, & limita viginti quinque modis,vt per Rip.in l.priuilegia.à nu.3.vsque ad nume.50.ff.de priuileg. credit. Eandem regulam,vbi eam ampliat xx.modis,atque etiam limitat totidem modis,ponit Negusantius de pigno. in ij.membro v.part.à numer.1.vsque ad numerum 31.Eandem regulam,vbi eam ampliat xxj.modis, & limitat xxv.modis,& tractat materiam, & xiij.effectus quos operatur prioritas temporis ponit Chassan.in Catalogo gloriæ mundi:in xij.parte, considerratione xcix.per totam. P.Duen.reg.168.

¶Creditor secundus potest offerre primo creditori suum creditum, & liberare pignus à primo creditore, & suam hypothecam confirmare. Hanc regulam probat tex.in l.j.C. qui potio.in pig.habean. De iure Regio est tex.in l.xlvj.titu.xiij.parte v.

Circa quam regulam vide And.Tiraquel.in tract.de vtroque retractu, in titu.de retractu Lignagier.§.8. glo.vij.numer.11.

Hanc regulam cum ampliat.& limit.posuit Negusan. de pignori.in tertio membro quintę partis princip. num.1.vsque ad finem.quam primam limitationem quæ ponitur per eum ibi,num.4.restringit septem modis.& vide eundem ibi numer.10.vbi ponit alias nouem ampliationes. P.Duen.reg.160.

¶ Creditor quando succedit debitori, actiones confunduntur probat tex.in l.debitori. C. de pact. & in l.licet.C.ad leg. Falci.& in l.pen.C.de hæred. actio.& in l.cùm secundum.C.de fideicom.

Amplia semel,vt per Iaso.in d.l.debitori.in princip.

Limita tribus modis,vt per Alex.ibi circa prin.vbi vide Ias. qui allegat aliam limitationem remissiuè. Et vide eundem Ias.in l.frater à fratre.num.4.vbi duas limitationes ponit. B.Dias.reg.160.

¶Creditor quemadmodum cogit debitorem ad soluendum ei, ita econtrà cogi potest à debitore ad accipiēdum.leg. fideicommissa.§.si rem.ff.de lega.3.l.acceptam.C.de vsuris.l.obligatione.C.de solut. & quemadmodum creditor cogere potest debitorem ad faciendum instrumentum debiti,ita & debitor postquam soluit ad faciendum instrumentum finis,& liberationis.l.ex parte. in princi.ff.de verborum obli.l.dissolutè. C.de condi.ex lege.l.debitor, & ibi doct.ff.de verbo.signifi.gl.rub.C.de reb.cred. Aug.Ber.consilio 140.num.17.volumine primo.capitu.ad nostram.nu.5.de emp.& vend. Med.reg.9.

¶ Creditor qui non potest cedere actionem fideiussori, exceptione cedendarum action.repellitur. Hanc regulam probat text.in l.Stichum in §.si creditori.el 2.ff.de solut.& in l.si pupillus alterū.& vtrobique Barto.ff.de administr.tut.

Hanc regulam cum quinque limitatio.ponit Negusa. in tract.de pigno.in iij.membro iij.partis principalis.numero 33. P.Duen.reg.164.

¶Creditor si permiserit creditori abire intelligitur de prima vice,vnde si abierit atque redierit non poterit amplius discedere, nisi creditor iterum discedēdi potestatem concesserit. Din.& Bar.l.adulter.§.fin.ff.de adult.l.j.ff.ad l.Iul.eo. Alber.& Oldr. l.fin.C.de remiss.pign. Med.reg.4.

¶Creditor tenetur fideiussori soluenti cedere actionem personalem, & hypothecariam.Quam regulam probat text. secundum Salyc.ibi in l. cùm eorum.C.de sentent.& in l.2.& ibi gloss.in verbo; transferendi.ff.de distract.pigno. text.in l.creditori.C.de fideiuss. circa quam regulam vide Modern. Parisien.in tract.de vsuris,nume.680.

Hanc regulam cum tribus ampliationibus & duabus limitationibus ponit Negusan.tract.de pignoribus in iij.membro quintæ partis principalis.numer.33. Duen.reg.163.

¶Creditor tenetur mittere ad domum debitoris, quando debitor non expresso loco aliquid dare tenetur, & sic non tenetur portare debitum ad domum creditoris. Hāc regulam ponit Alb. de Rosate in l.ij.nu.22.C.de iure emphyt.per tex.in l. cùm ij.in §.causæ huiusmodi.ff.de transactio.vbi obligatus ad alimenta non tenetur ea deferre ad domum personæ,cui debentur, & in l.item illa verba. in princip.& ibi gloss.quæ incipit, non venit.ff.de constitut.pecun.quam gloss. sequitur Abb.in capitu.significante. numero 9.de pignor. & ibi hoc tenet Bart. numero 8.eandem opinionem tenet Ange.in l.spatium.nume.3.ff.de edend. Bald.in l.acceptam.numero 22.C.de vsur. Innocent.in d.capitu. significante.numer.1.& ibi Doct.& Abb.in capitu. licet.el j.numero 13. de simonia. Barto. in l.cùm filius.in §.si promissor.num.2.& ibi Ange.numero 2. Iaso.numero.3.& Alex. & doct.ff.de verborum obligation.Ange.Aret.in §. prætereà quasdam. numero 35.Institu.de actio.Roman.in l. de die.in §.qui mulierem.ff.qui satisda.cog.num.14.Ias.in d.l.2. num. 92.C.de emphyteutico.

Limita primò hanc regulam non procedere, nisi ambo,videlicet creditor, & debitor, sint eiusdem fori,secundum Bartolum in d.l.item illa.per gloss.ibi, Bald.in d.l.acceptam.& in l.fin.numer.7.C.de condit.inser.Petr.de Vbaldis in tract.de duobus fratribus,quæst.xiiij. numero 15.Iaso.in dict.l.2. numero 92.C.de iure emphyteu.& quando dicantur eiusdem fori vltra Bart.in dict.l.item illa.ponit Iaso.in dict.l.2.numero 93.

Secundò limita, nisi debitum esset ita modicum, vt plus incommodi, quàm vtilitatis afferret domino. ita tenet Bald.in d.l. acceptam. nume.23.allegat Innocent.in d.capitu.significante.de pignor. Sed certè Innocent.ibi hoc non tenet:sed illam opinionem Bald.sequitur Ias.in d.l.2.numer.92.

Tertiò fallit, quando testator legatum, vel fideicommissum expresse, vel tacitè solui destinasset in loco creditoris,vel alibi.l.si fideicommissum.in princ.ff. de iudic.& ibi Doct. de iure Regio est text.in l.fin. titu.ix.part.vj.

Quartò limita, quando debitor cœpisset soluere in loco creditoris.d.l.fideicommissum.in §.fin.cum l.sequen.per quem text. Ange.in l.j.numero 5.C.de fideicommis. tenet quòd quandocunque aliquis habet exceptionē, ne teneretur soluere legata in certo loco, si vnum legatum in illo loco soluerit, sibi præiudicat quò ad alia, vt etiam possit cogi alia legata in illo loco soluere. contra quam opinionem Ange.tenet expresse Ias.in l.ij.nu.9.C.de fideicommis.& Guliel. Bened.in repet.capitu.Raynutius.in verb.si absque liberis moreretur.el ij. nume.176.de testam.sed pro opinione Ange.cōtra Ias.& Guliel. Bened.est text.in d.l.fin.circa.fin.titu.ix.part.vj.

Quintò limita,quando debetur certa species: quia est tradenda vbi res est:vt in l.sed & si susceperit.in §.si ea res.ff.de iudic.

Sextò limita, quando petitur non res, sed cautio rei præstan-

præstandæ ita tenet Paul.de Castr.in l.si fideicommissum.in §.j.ff.de iudic.facit tex.in l.quod legatur. ff.eodem titulo.

Septimò limita, si aliquis promisit facere cessionem, vel renuntiationem sub pœna: quia tunc tenetur ire ad domum creditoris.ita tenet Innocent. in d.c. significante.nume.1.de pignor.quem sequuntur ibi Doct.præcipuè Barb.num.11.allegans tex.in ca.pastoralis.in §.fin.de offic.ordin.

Octauò limita,secundum Innocent. quem sequitur ibi Anto.de Butr.numer.12.in d.capitu.significante.de pignori.quando est dies apposita tacitè, vel expressè:quia vt impediatur mora committi, debet debitor ire ad domum creditoris:sed (vt dicit Barto. in d.l.item illa.) hoc nõ esse necesse,cùm possit in domo sua si creditor est absens protestari.

Nonò limita,nisi consuetudo loci aliter se haberet,secundum gloss. quam ibi sequitur Barto.in d.l.item illa.eandem gloss. sequitur Petrus de Vbaldis in d. tract.de duobus fratribus.in d. vj. quæst.numero 15. eandem opinionem tenet Barto.in l.suo victu.num. 1.ff.de operis libert.

Decimò fallit, si debita velit soluere in loco creditoris:nam tunc etiam eo inuito potest.ita tenet Bald. in d.l.acceptam.num.23. C.de vsur. quod dicit esse verum, nisi locus ille esset destinatus fauore creditoris,vel vtriusque.allegat notata in l.vsuras. C.de solutio.& in ratione sui tex.in l.j.C.de seruis expor tan.quam opinionem sequitur Ias.in d.l.ij.num.96. C.de iure emphyteu.

Vndecimò fallit,nisi gratia moræ purgandæ: quia attenditur locus creditoris. dicta l.item illa.in §.proinde ff.de constit.pecunia notatur per Doct.in.d.c. significante de pignor.quid autem,si sit dies apposita tacitè,vel expresè, dixi suprà in 8.limitatione.

Duodecimò fallit,nisi esset debitum obsequium, vel reuerentia personæ.l. quòd nisi.§.ex prouincia.ff. de operis libert.vel causa, propter quam debetur, aliud suaderet.l.sed & si susceperit.in §.si libertis.ff. de iudiciis.& ibi Bart. vbi dicit quòd si relinquitur scholari certa quantitas pecuniæ in auxilium studij,tale legatum, seu fideicommissum debet præstari in studio. quem sequitur ibi Iacobin.de sancto Georgio, numero 2.& ibi Lancelotus Dec.vbi declarat illud dictum Barto.Idem etiam est in vassallis,cùm reuocatur fidelitas, secundum supradictos Doctores.Idem in censuariis, ac affictuariis, quando petunt renouationem: quia sunt quodammodo subditi.l.pro loci.C.de annonis,& tribu.libro x.

Decimotertiò limita, nisi detur gratia conditionis implendæ: quia tunc debet fieri oblatio in domum creditoris.l.fin.C.de condit.insert.Barto.in l.tales. in §.Priscus respondit.ff.de condi.& demonstr.Bal. in l.suus quoque.in fin. verbis.§.puto rectè.in versi. potest.ff.de hæred.institu.

Decimoquartò limita,non procedere in primitiis soluendis sacerdotibus: quia illas tenentur rustici in horrea clericorum deferre,vt inquit gloss.notab.in capitu.reuertimini.in gloss.in verbo,in horrea.xvj. quæst.j. & in capitu.decimas, quas in vsum. in verbo,in horreum.xvj.q.vij.& est tex.notab. secũdum gloss.& Imo.& Roman.ibi in l.stipulatio ista.in §. inter certam.ff.de verborum oblig.ita tenet Ias.in l. ij.num. 92.C.de iure emphyt.

Limita decimoquintò, nisi subsistente impossibilitate creditoris: vt quia pater propter aliquod delictum missus esset in exilium,& filius illi ad alimenta teneretur: quia teneretur mittere alimenta ad locum patris, vt est tex. solennis in authentic. de incestis nuptiis.in §.si verò contigerit.& ibi gloss. in verbo, alia necessaria.vbi Nicol.de Neapoli refert.dominum suum habuisse hanc quæstionem de facto in ciuitate Foroliuij.Idem est in patre, qui tenetur alere liberos:vt in l.si quis à liberis.in §.si vel parens.ff. de libe. agno.nam si filij nolint aut non possint stare cum patre, debeant eis alimenta extra domum patris prestari, ponunt Roman.& Imo.in l.si cùm dotem.in §. transgrediamur.ff.solut.matrimon.pro quo facit quod suprà dixi in regula lxviij.in x. limitatione.

Limita decimosextò, quando aliquid est præstandum in quo deferendo ad domum creditoris non cadit expensa,vt est deferre pecuniam : quia tenetur deferre putà pecunias pro alimentis, ita tenet Ange. in l.cùm ij.in §.vult igitur.numero 5.ff.de transacti. & ita tenet Barto.in l.j. numero 4.ff. de alimen.&ci bar.leg.quem sequitur Imo. in capit. indicante.numero 19.de testament.Iaso.in dict. l.2.numer. 92.in fin.C.de iure emphyteut.

Decimoseptimò fallit, si creditor velit sua impensa deferre legatum ad domum suam per debitorem, ita vt hæres solùm poneret laborem suæ personæ:& licet gloss.in l.quod legatur.in gloss.in verb.vbi est. ff.de iudic.teneat contrarium: tamen gloss.magna ibi in verbo, à legatario.in versicul.vel nisi fortè.ff. de iudi.probat hanc limitationem, quam gloss. reprobata gloss.iij. suprà dicta sequitur ibi Bartol.& Ange. hanc opinionem esse communem & tenendam firmat ibi Iacob.de sancto Georgio, numero 4.idem Bartol.& Doct.in l.cùm res.ff.de lega.j.pro qua opinione est tex.in l.prætor.in §.quod si in alio loco.ff.de edend.& in l.si in Asia in §. depositum.ff. depositi.& illam gloss.sequitur Ias.in l.cùm.ij.§.dũ igitur.num.9.ff. de edendo.

Decimooctauò limita nisi esset determinatus locus, in quo debeat offerri:quia tunc ad illum locum debet accedere tam debitor, quàm creditor.l.j.ff.de eo quod certo loco.

Decimononò limita non habere locum in bannito: nam si debitor promisit soluere Salmanticæ, & postea ego sum bannitus de illa vrbe, tenebitur debitor soluere mihi alibi,& sic est speciale in bannito, vt possit conuenire debitores suos in quocunquẽ loco eos reperiat;etiam si ibi nullo modo sortiatur forum tex.est & ibi glo.quæ hoc expresè tenet in l. vsuras.C.de solutionibus.& ita per illum text.& gl. tenet Roman.in singul.lxxj.Bald in d. l.vsuras. Fel. in capitu.cùm sit.in princi.de foro competen.Cremensis,singul.cxxiij.Curt.Iun.in l.hæres absens. in §. si qui tutelam. numero 3.ff.de iudi.pro qua limitatione vide posita suprà in decimaquinta limitatione. P.Duen.reg.161.

¶Creditor vendens pignus non tenetur de euictione.hanc regulam probatur text.& ibi gl.& Bar. in l.periculum.ff.de pignor.& in l.j.& 2.C. creditorem euict.pign.non debe.

Amplia primò non solum habere locùm in creditore priuato,verùm etiam in fisco:quia in hoc fiscus vtitur iure priuati.vt in l.j.C.creditorẽ euictio. pign. non debere.

Amplia secundò, non solùm si creditor vendat pignus consistens in corpore: sed etiam si vendat nomen creditoris hypothecatum: vt est textus in dict. l.periculum.

Limita primò, quando creditor vendidit pignus non iure creditoris, sed iure dominij, & vt dominus. Idem si simpliciter vendidit: quia intelligitur vendidisse in dubio vt dominus, & non vt creditor: nam isto casu creditor tenetur de euictione. ita tenet Saly. in d. l. j. in fin. vers. nunc quia casus. vbi dicit ita tenere alios doct. mouetur per tex. in l. j. §. j. ff. si arg. vectig. vel emphyt. peta. idem tenet Saly. in l. rescriptum. in §. j. ff. de distract. pignor.

Limita secundò, quando creditor vendidit & promisit de euictione: quia tūc tenebitur creditor vti promisit: vt est tex. d. l. j. ibi nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit, &c. & ibi glo. in verbo, creditorem. quam sequuntur ibi Doct. præcipuè Saly. in 3. notab. idem probatur in l. 2. eodem titu.

Limita tertiò, quando ille, qui vendidit tanquam creditor non doceret se esse creditorem, & rem venditam esse sibi obligatam: tunc enim non obstante quòd vendiderit, tanquam creditor teneretur de euictione, quæ posteà sequeretur: ita probat text. in d. l. j. in princ. ibi prædium obligatum. & ibi glo. fi. vult quòd creditor, qui vēdidit pignus, debeat quatuor præstare: & primum est illud quod continetur in hac limitatione, & cum glo. transeunt ibi Barto. Bald. Saly. & alij doct. idem Saly. in l. rescriptum. in §. j. ff. de distract. pignor.

Fallit quartò, quando creditor, qui vendidit doceret se creditorem & illam rem esse sibi obligatam: tamen non doceret se in dicto pignore, seu hypotheca esse potiorem omnibus aliis creditoribus: tunc enim si alius creditor potior euinceret ab emptore, ille creditor, qui vendidit, teneretur de euictione. text. est in d. l. 1. in fi. ibi, potiorem se cæteris esse creditoribus: & ita tenet glo. fi. ibi: quam sequuntur ibi Doctores, quod tamen declara vt per Salyc. in d. l. 1.

Limita quintò, quando creditor habens rem obligatam, & illam vendens sciret illam non esse debitoris qui obligauit sed esse alienam, est in dolo: & ideò domino euincente tenebitur de euictione: vt in d. l. j. C. credit. euict. pign. non debere. & no. glo. fi. in d. l. j. quam sequuntur ibi Bald. & Saly.

Limita sextò, quando creditor sciebat sibi non licere vendere, neque ex pacto, nec ex dispositione legis, & tamen vendidit: quia tunc creditor tanquam dolosus tenebitur de euictione. ita tenet glo. fin. in d. l. j. & ibi Salyc. post Bald. P. Duen. reg. 169.

¶ Creditor si vendit pignus, & nondum recipit pretium ab emptore, non tenetur soluere debitori residuum, sed solùm cedere ei actionem contra emptorem, periculo tamen ipsius creditoris, qui vendidit. Hanc regulam probat tex. in l. eleganter. in §. si vendiderit. ff. de pignorat. actione.

Hanc regu. limitat quinque modis. gl. in l. penultim. in verbo, delegare ff. de pigno. action. quæ lex contrariatur nostræ regulæ, & glo. ibi ponit quinque solutiones per quas limitatur hæc regula.

Et sic limita primò, secundum glo. quandocunque ipse creditor totum pretium recipit: tūc enim tenetur soluere illud residuum debitori. & hæc est prima solutio gloss. Facit de iure Regio text. in l. xlj. tit. xiij. part. v.

Secundò limita, quando creditor non curat recipere cessionem ab ipso creditore, sed vult expectare dilationem per eum datam emptori, & tunc accipere pretium per manus creditoris: nam isto casu non cogitur inuitus recipere cessionem. & hæc est 2. solutio gloss.

Tertiò limita quando creditor velit cedere actionem contra emptorem per modum delegationis: debitor autem non vult illam hoc modo, sed per viam simplicis cessionis tantùm: quia non vult quòd creditor delegando penitus liberetur. iuxta text. in l. j. C. de noua. nam in hoc creditor debet satisfacere ipsi debitori. & hæc est tertia solut. gloss.

Quartò limita, quando debitor fuisset in culpa dando dilationem emptori, & in habendo fidem de pretio: quia tunc debitor non cogitur recipere cessionem. quæ est solutio quartæ glossæ.

Quintò limita, quando creditor vellet cedere actionem periculo debitoris, & non periculo suo: quia debitor non cogitur illam recipere. & ista est quinta solutio gloss. Quam regul. & limit. intelligo veram quando creditor potuit vendere præsenti pecunia absque dilatione: nam isto casu ipse creditor non debuit facere gratiam de alieno: & ideò tenebitur cedere suo periculo. ita tenet Paul. de Cast. in d. §. si vendiderit. per tex. in l. qui Romæ. in §. Callimachus. ff. de verborum oblig. inducendo vt ibi per eum. sed si creditor non fuit in culpa, quia fortè nō potuit aliter vendere, vel quia erat talis consuetudo: tunc non tenetur non cedere suo periculo, ita tenet Paul. de Castr. in d. §. si vendiderit. argument. text. in l. si pignore. in §. fin. de pignoratitia actione. P. Duen. reg. 166.

¶ Creditor potest vendere pignus, seruatis tamen seruandis: & primò ad hoc vt creditor possit vendere pignus, requiritur quòd debitor sit in mora soluendi debitum, vt est tex. secundum Barto. & Saly. in l. cùm soluēdæ. ff. de distract. pigno. & ideò vbi est apposita certa dies ad soluendum, illius lapsus sufficit ad constituendum debitorem in mora: vt est tex. in l. magnam. C. de contrah. vel committ. stipul. & ita propriè loquitur text. in d. l. cùm soluendæ. vbi autem dies non esset apposita requiritur interpellatio ad constituendum debitorem in mora, iuxta tex. in l. si ex legati causa, cū ibi notatis. ff. de verborum obligat. De iure regio est text. in l. xlj. & xlij. titu. xiij. part. v. vbi ponuntur ea quæ seruari debent in venditione pignorum. Hāc reg. probat etiā text. in l. si conuenerit. la j. ff. de pign. & in l. fi. C. de iure domin. impetran. tex. & ibi gl. in l. creditor hypothecas. C. de distract. pign. De iure regio est tex. in d. l. xlj. & xlij. suprà allegatis.

Hanc regulam ponit Neguf. tract. de pigno. in j. membro. vj. part. numer. 1. vbi vsque ad numerum 15. eam declarat. & à nume. 15. vsque ad nume. 33. ampliat x. modis & limitat totidem modis. P. Duen. reg. 166.

¶ Creditori datur retentio pignoris, si ei non est satisfactum à debitore pro vtroque debito, scilicet hypothecario, & chirographario. Hanc regulam probat tex. in l. vnica. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus retinere posse. & ibi Doct. & regia lex xxij. titu. xiij. parte quinta.

Hāc regulam amplia nouem modis, & limita iiij. modis, vt per Anto. Neguf. in tract. de pign. in iij. membro quintæ partis, numero 46. vsque ad numerū 51. P. Duen. reg. 167.

¶ Creditori præiudicat sentētia lata contra debitorem. gloss. & comm. doct. l. sæpe, vbi Alex. ff. de re iudi. l. ab executore. §. j. de appell. Nicol. de Neapol. l. si fine. C. ad Velleian. Medic. reg. 8.

¶ Creditori priori soluens non succedit in pignore, nec in hypothe. l. res obligatas. C. de pignor. & l. j.

& l. 1. C. de his, qui in prior. loco credit. succed.
Limita quinque modis. vt per Rip. in l. si ventri. §. eorũ ratio. ff. de priuil. credit.
Primò nisi soluens esset alia ratione, creditor debitoris, quia tunc succedit in pignore cũ priuilegio prioritatis. l. j. C. qui potio. in pig. habe.
Secundò vt non procedat, si soluens emeret nomen ipsius prioris creditoris. l. si à creditore. C. de actio. & oblig.
Tertiò nisi prior creditor soluenti cederet iura sua. l. fin. C. de iure fisci.
Quartò nisi prior creditor traderet pignus soluenti, quia tradendo videtur cedere hypothecam. l. cùm ex ea. & ibi Bald. C. de remiss. pigno. de quo tamen dubitat Ripa, quia in contrarium videtur casus in l. j. C. quib. mod. pign. vel hypothec.
Quintò fallit, nisi actum sit quod soluens succedat in locum prioris. d. l. j. de his qui in priorem cred. loco succe. & in hoc casu tria requiruntur secundum eundem. post glo. in d. l. j. & post Azonem in Summa. B. Dias reg. 163.
¶Creditores impedire corpus debitoris mortui, ne sepeliatur regulariter nõ possunt, vt probat apertè text. in auth. vt defunct. seu funer. quem tex. Fel. in c. sicut. de Iudæ. habuit incognitum.
Fallit quando creditor haberet clausulatum instrumẽtum de capiẽdo suum debitorem ad omnem ipsius creditoris requisitionem. Ang. in Authe. vt defunc. seu funer. in principio.
Fallit in vsurario manifesto, nisi præstita cautiõe, vt ꝓbat tex. in c. quanquam. de vsur. in 6.
¶Creditores prorogantes terminum solutionis, regulariter prorogationem inducunt, quòd non possunt ex prima, sed ex secunda obligatione agere. tot. tit. de nouat.
Fallit in debito iurato. Bartolus in l. j. §. & post. ff. de oper. no. nunt. Fel. cap. ad aures. de simo.
Fallit in excommunicatione. Hostien. & alij in capitu. præterea. de appel. S. Ianuar. reg. 49.
¶Creditores possunt reuocare alienata in eorum fraudem sine vlla pretij restitutione, vt probat glo. in verbo petere. in §. item si quis. Institu. de action. de quo per Cynum in l. 1. C. de præscript. xxx. vel xl. annorum.
Fallit in patrono, secundum glos. in d. §. si quis. in verb. in fraudem circa principium, vbi de ratione diuersitatis per Iasonem.
Fallit quando pretium extaret, vel illud esset in debitoris vtilitatem conuersum. l. ex iis. ff. quæ in fraud. credi. S. Ianuar. reg. 48.
¶Creditores non possunt agere reuocatoria, contra illos in quos bona sunt alienata, nisi priùs excussio præcedat in bonis debitoris, qui in eorum fraudem alienauit. Conclusio fuit gloss. in §. item si quis in fraudem. in verbo, possessio. in vltim. expositione. Institutio. de actio. quam ibi sequuntur Doctο. pro qua conclusione bene facit tex. in l. j. ibi bonis eius excussis. & in l. penultim. C. de reuoc. quę in fraud. cred. reprobat. glo. in. d. l. j. quæ voluit contrarium.
Limita hanc communem sententiam sex modis, vt per Ias. in d. §. item si quis. B. Dias reg. 106.
¶Creditores priuilegiati eiusdem tituli in personalibus actionibus concurrunt, nulla habita ratione prioritatis nec posterioritatis. Hanc regulam probat tex. in l. priuilegia. ff. de priuileg. cred. & in l. si hominem. in §. quoties. ff. depositi.

Hanc regu. ponit Franc. de Ripa, vbi eam limitat sex modis in d. l. priuilegia. num. 51. vsque ad nume. 58. ff. de priuileg. credit. P. Duen. reg. 162.
¶Credulitas. Credulus qui nimis fuit sibi imputet. l. miles. §. pen. ff. de adult. auth. hodie. C. eo. c. relatũ. qui filij sint legitimi. l. nimia credulitate. C. de act. & oblig.
Fallit in 5. casib. vt per Ias. in l. æquissimum. ff. de eo per quem factum erit. num. 2. & seq.
Non debet quis facilè credere, quia qui facilè credit, stultus est corde.
Fallit in 3. casibus secũdum Fel. in c. licet heli. de simo. num. 3. Dona. Fina, lib. 5.
¶Chronicorum & Historiarum exemplum, eorúmque libris fides danda probat. Hanc regulam ponit Barto. in l. j. & ibi Alexand. ff. si cert. peta. per tex. in capi. cùm in causam. de probat. probatur in l. vnic. ibi, à quibusdam scriptoribus traditum est. ff. de offi. præfec. præto. & in l. j. ibi, Iunius & Trebatius & Fenestella scribunt. ff. de offic. quæsto. gloss. in cle. j. in verbo, vrbano. de reliquiis. & vener. sanc. & in clem. j. in verb. Bononia. de magistris. & in ca. quamuis. xxj. distin. de Historiis est text. in l. ij. in §. eodem tempore. ff. de orig. iur. & in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. vbi Sallustij Historia referri videtur. & in §. 1. in fi. Instit. de donat. Et de Historiis ecclesiastic. est tex. in cap. fin. ix. dist. in gloss. in c. vt veterum. in verb. Græci. ead. dist. Et de Legendis Sanctorum est glo. in §. hæc autem tria. in Proœmio Digest. in verb. Regis, & generaliter de libris antiquorum. tex. in l. vnic. ff. de offic. præf. præt. & in l. j. ff. de offic. quæst. & in l. septimo mense. ff. de statu homi. Circa quam regulam vide Dec. in consilio cxxxv. Abb. in cap. ij. num. 11. de feud. & in ca. cùm causa. numer. 1. de probat. Cæpol. in authen. sed nouo iure. numer. 22. C. de seruis fugit. & notab. Paul. Paris. in cons. j. num. 50. vol. j. Plateam in §. penulti. notab. j. de testam. institut.
Hanc regulam amplia quatuor modis, & limita vno modo, vt per Purpura. in l. j. numer. 156. ff. si cert. petatur. P. Duen. reg. 157.
¶Creditores regulariter non possunt capere suum debitorem propria autoritate ex causa suspicionis. l. si ab arbitrio. ff. qui satisd. cog.
Fallit quando debitor bonis verbis persuasit creditori, quòd erat idoneus. Paul. Cast. l. intellige. §. j. sol. matrim. Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. extrà de cõstitutionibus.
Fallit quando creditor probaret quòd à principio ignorasset malam conditionem sui debitoris. Bald. l. quæsitum. de pignor.
Fallit, quando debitor tempore contractus incipit dilapidare patrimonium suum, non tamen ita quin sit idoneus, nam si pòst fortiùs & dissolutiùs dilapidat, creditor potest ipsum capere. secundum Bal. in l. si pro ea. C. manda.
Fallit, quando quis contraxit cum aduena, & si cum eo cuius conditionem verisimiliter ignorasset, vel credebat ipsum ciuem, & pòst fuit inuentus aduena, nam verisimiliter potest credi ipsum recessurũ, quia isto casu, nulla alia causa superueniente, potest capi saltem, vt satisdet. Bald. in rubri. C. de reuocan. iis quæ in fraud. credi. S. Ianuar.
¶Crimen contrahitur proposito & volũtate nocẽdi. Ad leg. Corn. de Sic. l. 1. l. diuus. Ha. de iniur. l. de iniur. vide Delictum.
Doctrina certa tradi non potest in criminalibus, sed

pœnarum constitutio ex qualitate rei delinquentis & delictorum circunstantiis iudicis prudentiæ relinquitur. de pœnis.l. aut facta.l. respiciendum. de cust.re.l.militis.de testibus,l.3.ver.tu magis. de homi.capit.sicut dignum,in prin.dist.50.cap.student. Riisvvich.

Arbitrium iudicis erit ratione & lege moderatum, & non ex opinione propria, sed ex reg.iuris communis in materia de qua agitur,informatum, de const. cap.ne immunitatis.cap.Iudice.3.quæstio.7. de off. præ.l.illicitas.§.Veritas.glos.in l.eas causas.de cōd. & de.

Interest Reipublicæ ne crimina maneant impunita. Ad leg. Aquil. si ita vulneratus. §. quòd si quis . de iud.l.si longius.§.& Iuliano.Dep.l.bona fides.§. 31.

Culpæ aut negligentiæ ergo si dolus absit, capitis pœna non imponitur,de sic.l.secund.l.in lege. Excipe C.de vi.pub.l.quoniam multa. de admi. tu.l. tutor qui. Riisvvich.

Culpa.l.15.culpa caret.l.37. culpa est.l. 204. quod quis ex sua culpa.l.175.imperitia.l.24.contract.

Præceptoris nimia sæuitia culpæ adnumeratur. Iurisconsultus.ff.lib.9.tit.2.l.6.Riisvvich.

Bonarum mentium est ibi timere culpā, vbi culpa nō reperitur.Inno.3.c.2.de obser.ie.

Lata culpa dolus est.Man.29.ibi dissoluta. Dep.l.ante penult.Vide Causa.

Paulus ait,Veteres constituerunt.Quoties culpa interuenit debitoris,perpetuari obligationem.de verbo. oblig.l.91.§.sequitur. Riisvvich.

¶Crimen.Paul.lib.ad edictum. Lex cix. al.cx.

Nullum crimen patitur is,qui non prohibet cùm prohibere non potest.

Ex tit.de iis qui not.infam.vid.l. liberorum.& seq. eodem tit. Viuiennus.

¶Crimen nullum redditur, extincta persona delinquens.l.defuncto.ff.de pub.iud.ca. quorundam.23. distin.ideò corpus mortuum nō suspenditur, neque cruciari potest.Doct.com.l.2. C. qui test. fac.poss. Bal.l.1.colum.2.C.ne ex del.def.Ang.l.fin.C.si reus vel actor,nisi ex atrocissimo crimine,quod arbitrio iudicis relinquitur.Ba.d.l.2.c.peruenit.qui filij sint legit.Aret.§ .publica.num.3.inst.de publ.iud.& Angel.in tracta.malefic.vers.dominus.nu. 41. Gomes. §.superest.nu.19.inst.de act.Ias.l. ex facto. numero 42.ff.de vulg.Igneus l.1.§.sibi.num.39. ff.ad Syllan. Rom.sing.431.Marsil.const.1.num.36. volum.1.idē l.fin.nume.28.ff.de quæstio.limitatur tamen primū dictum pluribus modis. vide glos.§. interdum. instit.de hæred.quæ ab intest.defer. glos.l. ex iudicio. ver.maiestatis.ff. de accusat.Hippol.l.qui falsam.§. accusatio.numer.9.de fals.Spec. tit.de accusat. §.1. nume.33. Medic.reg.6.

¶Crimina leuia debent discuti de plano,& sine libello.l.leuis.ff.de accusat.vbi Bart.num. 4.l.non solùm.§.mandato.ff.de iniuriis.glo.c.illorū.ver.membri.de sent.exc.& quæ dicantur crimina leuia relinquitur arbitrio iudicis, distinguētis loca,facta, causas & personas.leg.aut facta.ff.de pœnis.Med. re.5.

¶Crimina morte extinguuntur. Hanc regulam probat tex. in l.j.cum aliis. C.si reus vel accusator mortuus fuerit.in capit.quorundam.xxiij.distinct. in capit.peruenit.& in cap. causam quæ.el ij. qui filij sint legitim. De iure regio tex.in l.xxviij. titulo xxiij.part.iij.& in l.ix. titu.xx.lib.iij.fori.& in l.vij. & viij.titu. j. parti.vij. Circa quam regulam vltra Ang.in §.publica autem.nume.3.& ibi doct. Instit. de public.iudic.vide eundem Ang.in tract.maleficior.in verbo,qui dominus iudex videns. nume.41. Gome.in §.superest.numer.19.Insti.de actio.Ioan. Igneum in l.j.in §.sibi manus.nume. 39. ff.ad Syllan. Rom.in singul.cccccxxxj.Hippol.in consi.j. num.36. vol.j.& in l.fin.num.28.ff.de quæst.

Hanc regulam limitat quinque modis glos.in §.interdum.Institut.de hæredit. quæ ab intesta. deferuntur.& ix.modis limitat eam glos.in verbo,maiestatis.in l.ex iudiciorum.ff.de accusat. Quas ix.limitationes ponit Speculator in titu. de accusatore, in §.j.numero 33.Hanc etiam regulam limitat xij.modis Hippolyt.in l. qui falsam. in §.accusatio. numero 8.& 9. ff. de falsis. Aliæ limitationes ponuntur in dictis legibus regni suprà allegatis. Porrò intra quantum tempus duret illud ius accusandi, dico quod in crimine hæresis intra quinquennium, iuxta l.ij.& ibi Doctor.C.de apostatis,quod extenditur etiam habere locum in crimine læsæ maiestatis.glossa in l.Manichæos.in verbo,subire. C. de hæretic.quam glossam sequitur Roman. in singul. cccccxxxj.in quo est notandum quod de iure Canonico est gloss.de hoc in Summa xxiiij. quæstio. ij.vbi tenet quod de iure Canonico non permittitur aliquem accusari post mortem, nisi in tribus casibus, scilicet in crimine hæresis, per capitul.finale. de hæreticis,secundò,quando quis hæreticum instituit hæredem,vt in capitulo, si quis episcopus. eodem titulo.tertiò,si quis in notorio crimine decesserit.vt in capitu.neque.lxxxviij. distinctio. & dicit ibi glos.quod de iure ciuili non permittitur aliquē accusari post mortem, nisi propter bona tantùm, non vt alia illi pœna imponatur, atque addit ibi, glossa,quod hoc etiam statutum est in crimine læsæ maiestatis.per textum in l. finali. C.ad legem Iuliam maiestatis.Quod de iure Regio non habet locum per supradictas leges,imò in crimine læsæ maiestatis nō solùm propter bona,verùm etiam in omnibus aliis pœnis,quas si esset viuus deberet pati, poterit condemnari,& ibi glo.enumerat multos casus,in quibus de iure ciuili permittitur accusatio.& est similis glossa iuncto textu, in capitulo accusatus.in eo.in verbo, post mortem, de hæreticis, libro sexto,quæ glos.dicit quoddam verbum notandum,quòd licet accusatio post mortem non duret vltra quinquennium,vt suprà dixi,tamen ad hoc, vt bona ipsorum post condemnationem confiscentur, & applicentur fisco, debent peti intra quadraginta annos,aliàs non,& sic in effectu vult gl.quod in crimine læsæ maiestatis confiscatio bonorum præscribatur quadraginta annorum spatio. quam glos.vltra Doctor. ibi sequitur Augustin.Ariminensis, in additionibus ad Angel.in tractat. maleficiorum.in verbo,& hai tradito.numero 17. qui sic eam intelligit.contra quem vltra glos.in dict.l.Manichæos.tenet Abb.in capitu.cùm nobis. numer.8.de præscriptionibus,& ibi expressè Felin.numer.12. quos vide quia not.hoc declarant.Et circa hanc regulam notabiliter vide Matth.de Afflict.vbi ponit xxxj. specialia in hoc crimine læsæ maiestatis.in capitu.j. in versicu.& bona committentium crimen læsæ maiestatis.à nume.1.vsque ad nume. 53.& à nume. 55. vsque ad numer.111.ponit xlv.modos quibus committitur hoc crimen læsæ maiestatis,quæ sint regalia,in vsibus feudorum. P.Duen.reg.173.

In criminalibus quæ clam, & in obscura fieri solita sunt (vt furtum, adulterium, falsum, & similia) solis

solis indiciis & præsumptionibus, ad torturam, multò faciliùs, quàm in aliis proceditur. Baldus in l. iij. numero 3. C. de episcop. audiend. vbi incantationis crimen & venenationis, vt ille ait, & falsæ monetæ, contexit & nectit. iuuant not. in l. si hi, qui. C. ad legem Iuliam, de adulter. in fin. not. apud Bartolum in l. fine. ff. de quæstion. vbi an sola fama sit sufficiẽs indicium ad torturam, necne, quod Bartol. non videtur, ad inquisitionem licet suppetat. idem voluit Hyppolit. de Marsil. eius in practic. §. diligenter. num. decimooctauo. Idem creditur de consiliis & tractatibus secretis. C. Batand.

In merè criminalibus, vel pœnalibus iuramentum non defertur, neque suppletorium, neque litis decisiuum. Est magis communis opinio secundum Alexand. in consilio lxvj. viso processu. volum. j. Tradunt Bartol. Hyppolit. in l. de quæstione. §. tormenta, de quæstion. & in l. maritus. eodem titulo. & in singul. lxiij. in capitul. memoriæ teneo. Ratio patet ex sequenti conclusione.

In criminalibus ex solis præsumptionibus, licet vrgentissimis, non sequitur condemnatio, nisi reus fuerit sponte confessus, vel legitimè conuictus per probationes luce clariores. l. fin. vbi commu. Doctor. C. de probationibus. l. qui sententiam. C. de pœn. l. qui accusare. C. de edendo. l. vnic. C. de confession. l. absentem. de pœn. capitul. nos in quam, & capitu. multi. ij. quæstio. j. Aret. in consilio lxvj. in princip. volum. j. M. Chærianus.

In criminalibus ad excusandum reum à pœna mortis admittitur depositio testis de credulitate attestantis, veluti si testis dicat se credere inquisitum vulnerasse vel occidisse ad necessariam sui corporis defensionem. Bald. & Felin. in l. solam. C. de testibus. Hyppolit. in singul. xix. tu scis clerum. Alexand in cons. lxxvj. visam. & consi. cviij. viso. M. Chærianus.

Licet in ciuilibus ad parandam reo absolutionem requirantur necessariò probationes reddi dubias ex sibiipsis. capit. in præsentia, de probat. l. non hoc. C. vnde legit. tamen in criminalibus sufficit actoris probationes ex probationibus rei dubias reddi, vel debilitare. Bartol. in l. non solùm. §. sed vt probare. de operis noui nuntiat. & Saly. in l. matrem. C. de probat. Alexand. in consilio xv. viso processu. in ij. fundam. vol. j. M. Chærianus.

In criminali reus instrumenta etiam fisco edere non tenetur, secus autem in ciuilibus. l. ij. §. item Diui. cum glo. in verb. agatur. de iure fisci. Alexand. in cõsil. cxxxij. visa. vol. j. M. Chærianus.

In criminali ad probandum contra reum requiruntur testes idonei, & omni exceptione maiores, & illorum inhabilitas neque multitudine, neque etiam instrumentorum ratione purgatur. l. final. cum ibi not. C. de probationibus. Insul. in authentic. si verò contigerit. versicul. tu limita. C. de iudic. M. Chærianus.

Licet in ciuilibus iudex se interponere possit, vt partes ad concordiam reducantur. l. j. & post operis. de noui operis nuntiat. l. æquissimum. l. de vsufruct. tamen in criminalibus partes cõponere nõ potest, antè quàm delinqnens fuerit legitimè punitus. gloss. est in l. transigere. Vbi not. Baldus & Salycetus. C. de transact. Bald. in l. cùm affirmes. C. de liber. caus. Salyc. & Insu. in d. anthentic. si verò contigerit. C. de iudic.

In criminalibus testis etiam non interrogatus causam sui dicti, & intentionem dicere tenetur, alioquin non probat. Saliç. in l. fin. C. de probatio. Rom. in rubric. de arbitr. Sed dicta regula procedit in teste contra reum deponente, secus si in fauorem rei, quia etiam non assignanti sponte intentionem, fides adhibetur. Tantus est fauor absolutionis. l. Arrianus. de action. & obligation. l. absentem. de pœn. l. fauorabiliores. de regul. iur. latè Hippoly. in sing. dciij. in c. testes in casu.

In criminali etiam violenta præsumptio, quæ in ciuili vim habet plenæ probationis, non sufficit ad condẽnandum. c. affer. &c. quia verisimile. de præsumpt. d. l. fin. cum ibi not. C. de prob. Alexa. in dict. cons. xv. viso processu. in iij. fundamen. vol. j.

Licet in ciuili libellus generalis & obscurus parte opponẽte procedat. l. fina. C. de annal. except. tamen in criminali etiam parte non excipiente repellitur. Bald. in l. ædita. C. de eden. Alexand. in cons. xlix. domine Deus. l. vnic. C. de confes.

In criminalibus plures diuersæ probationum species simul iungi non possunt, ad faciendam plenam probationem. Bald. in cap. j. de testib. in l. si quis ex argentariis. §. 1. de eden. D. Alexan. in con. cxlvij. siue cxliij. quoniam abundanti. vol. ij. Saly. in l. ea quidẽ. C. de accus. Deci. in cap. j. de appel. & in c. cùm causa. de probat. & in cons. centesimosexagesimoquinto. in causa falsitatis. circa finem vel paulò antè. l. admonemur. de iureiur.

Licet regulariter in criminalibus, vbi agitur de pœna corporali, procurator non admittatur. l. seruo quoque. §. publicè. de procurator. l. penultima. §. finali. de public. iudic. tamen vbicunque contra absentem sententia ferri potest, semper admittitur excusator ad causas innocentiæ aliunde etiam probandas. Est magis communis opinio secundum Aretin. in consilio cxlvj. visis consult. & l. ij. versiculo, item concludo post Bartolum in dicto §. publicè. de procurator. & in dicta l. penultim. §. j. de public. iudic. M. Chærianus.

In criminalibus occultis, quæ sui natura plenè probari non possunt, veluti de adulterio, de conspiratione, venatione, falsa moneta. & consimilibus coniecturæ, præsumptiones loco plenæ probationis sufficiunt ad condemnandum. Capitul. Michael. de filius presbyter. capitulo, veniens. de testibus. Tenet Bald. & Iason in l. si quis ex argentariis. §. Prætor ait. de ædendo. Paulus de Castro in consilio cclxxviij. viso processu. Alexand. in consilio xxiiij. animaduersis. volum. ij. Butrius & alij in capitu. tertio loco. de probat.

In criminalibus certa doctrina tradi non potest, sed pœnarum constitutio, ex qualitate rei delinquentis, & delictorum circunstantiis, iudicis prudentiæ & discretioni relinquitur. l. aut facta. & l. respiciendum de pœnis. l. prima. & l. militis. de custod. reor. l. tertia. versicu. tu magis. de testibus. capitulo, sicut dignum. in princip. de homicid. capitu. student. 50. distinct. capitulo, decet. de pœnis. distinct. v. siue j. M. Chærianus.

In criminalibus dans operam rei illicitæ, non solùm ex eo punitur quod ex proposito deliquit, sed & de delicto consequutiuo. l. quoniam multa. C. de vi public. l. si quis aliquid. § . abortionis. de pœnis. l. si seruus seruum. §. si quis insulam. ad legem Aquil. l. qui seruum de furt. capitulo final. de homicid. in sexto. Bartol. in l. diuus. de sicar. Aret. in consilio trigesimo

trigesimoquarto, visis in fine. M.Chærianus.

Lata culpa nũquam morte punitur.Bar.l.j.§.j.ff.si quis test.lib.esse. Et lata culpa à dolo non differt, nisi quia dolus in committendo, culpa verò in omitten do committitur.l.tutor qui repertorium. de admi nistr.tuto.& consequenter dolus voluntatem positi uam arguit. culpa verò permissiuam.l.Metrodorum de pœn. l.Iulianus. in principio.de actio. empt.l.si sterilis.§.cùm venditorem.ff.eodem titulo. M. Chærianus.

In criminalibus, saltem quæstioni & torturæ obnoxiis (qualia sunt capitalia & atrociora) accusator seu pars ciuilis de dãnis, & eo quod eius intererit caue re in casum absolutionis teneri creditor. hoc velle videtur textus in l.iij.in fin. verb.C.ad legem Iuliã de adulter. vbi Bald.rem hanc quibusdam depingit coloribus & distinctionibus, quod hodie parum ob seruatur. C.Batan.

In criminalibus ad probandum contra reum, testes i donei & omni exceptione maiores requiruntur, & ita vt illorum inhabilitas, nec multitudine supplea tur, nec adiunctorum ratione purgetur. Baldus in capit. ad nostram. de probationibus. l.final.cum i bi notatis.C.de probationibus.Iason in authenti.si verò cõtigerit.versicu.tu limita.numer.6.C.de Iud. textus in capitu.licet causam.versic. quanquam. ibi Ad probandum. extrà, de probationibus. Quamuis in ciuilib.secus Hyppolit.de Marsil.eius in Practic. §.expedita.numero 82.vbi quod deest in fide, in ciui libus, supplet numerus. Idem creditur pro reo in cri minalibus, vt vel domestici rei innocentiam probet Hyppo.de Marsil.eius in Pract.§. opportunè. nume ro 15.sed vide Bartol.gloss.& alios in l.parentes. C. de testib. C. Batan.

¶Crimina soluuntur morte. gloss. §. interdum. §. damnati instit. de hered.quæ ab intest. defer.gloss. cap.à nobis.il 2.de sentent.exc.l.defuncto. ff.de pu blic.iud. c.quorundam.23.distin.Doct. Com.l.2.C. qui test.fac.poss.c.fine cul pa.vbi Doct. de re.iur.6. Aret.§.publica.numer.3.Insti.de public.iud.Ange. in tract.malefic.vers.Dominus.numer. 41.Dec.l.pu pillum.§.in hæredes.numer.3 ff. de reg.iur. Bellame ra.c.ex parte.nu.17.de arbitr.Curt.l.imperium. nu. 4.de iurisd.omn.iudic.dixi superius. concl.2.dicam infer.versic.delictum. Medic.tract. 2.part.

¶Criminali, non obstat sententia lata in ciuili, fa cit tamen aliqualem præsumptionem secundum Com.opin.de qua per Albe.in 3.parte stat.quæstio. 65.numero 4.Anton.capitulo causam.de test.il 2. Sa ly.leg.1. C. quando ciuilis act.preiud. Crim.Sapia in add.ad Abb.capitulo penultimo.nume.1.de sen. & re iud.Alber.l. j.C. quibus res iud.non noceat. l. ingenuum.ff.de stat.hom.Doct.ca.hic. 3.quæstio.6. Med. reg.8.

¶Culpa. Qualiter culpa intelligatur, & in quibus casibus culpabilis quis censeatur, siue dolus argua tur. Quę sub ista rubrica supponuntur, magis notu læ dici possunt, quàm generalia.

Culpa est, quia non clamauit vel denunciauit, cum po tuit.ff.ad l. Aquil. l.si putator. in Decret.4.cap.huc Hoc ita, nisi is cui nunciatũ non est, rem sciebat.vt ff.de act.empt.l.1.

Culpa est, quia cùm à diligente potuit prouideri non est prouisum.vt ff.ad l.Aquil.l.si putator. Hoc fallit vbicunque teneor ad tantam diligentiam, quantum in rebus meis adhibeo.vt ff.fam.ercisc.l.hæredes.§. non tantum.& pro socio.l.socius socio.

Culpa est, quia non denunciat his quibus est denun tiandum. Hoc ita, nisi is cui non est nunciatum, sciat.ff.de act.empt.l.1.in fin.l.nemo fraud.videtur. ff.de reg.iur.

Culpa est, quia tunc denunciauit, cùm periculum eui tari non potuit. ff.ad l.Aquil.l.si putator.& ff. de e uict.l.si rem.§.vlt.

Culpa est, quia non certiorauit. ff. de eo qui pro tut. neg.l.1.in fin.

Culpa est, quia non certiorauit.ff.locat. l. item quæri tur.§.si fullo.

Culpa est, quia malos habuit vel elegit. vt ff. si mens. fals. mod.dix.vel per literas. ff. locat.l. videamus. ff. neg.gest.l.& Seruius.§.vlt.

Culpa est, quia non restitit cũ potuit.ff.locat.l.item.§. exercitu. Hoc ita nisi ætas excuset.ff.ad S.C.Silla nian.l.1.§.impubes.& l.excipiuntur.

Culpa est, quia debuit prospicere, posse euenire. ff. lo cat.l.si quis domum.ff.quibus ex caus.l.sed & si.§.si feriæ.§.hæc.Hoc ita, si facti qualitas apparentis eum monebat, alioquin nõ diuinanti parcitur.vt ff.mãd. l.fideiussor.

Culpa est, quia contra pactum sit factum.ff.locat.l. vi deamus.§.in hoc.in fin.

Culpa est, si imperitus se intromisit.vt ff.ad l. Aquil.l. qua actione.§. vltim.& l.item si.§.si seruum.& ff.lo cat.l.item.§.gemina.fallit ff.quod quisque iuris.l.se cunda.

Culpa est, quia credulus fuit.vt ff.de in rem.vers.l.3.§. sed & si accepit. Hoc fallit, ff.de eo per quem fact. est.l.j.§.dolum. ideo quia vnus erat ibi in culpa, a lius in dolo, vt hic præponderet dolus culpæ. ff.ad l. Aquil.l.item obstetrix.§.vlt.

Culpa est, quia debuit temperare, & modum seruare. vt ff.loca.l.item.§.1.2.3.

Culpa est, quia non congruo tempore fecit. ff.de rei vend.l.qui petitorio.

Culpa est, quia asseuerauit quod de facili non debuit. ff.act. emp.l.Iulianus.§.item qui.

Culpa est, quia fuit in arbitrio eius, ita nõ facere. vt ff. ad l.Aquil. quemadmodum.§.si nauis.

Culpa est, quia sponte quid fecit.ff. de euict. l. si rem quam.§.1.

Culpa est quia non fecit quod facere potest, vel debet. ff. ad l.Aquil.quemad.§.item.

Culpa est quia potuit mandare.ff.de diu.temp. præsc. l.1.§.proinde.

Culpa est, quia omisit appellationem.vt C. de errori bus aduoca.l. penultim.ff. qui neg.gest.l.liberto. §. vltimo.ff.mãd.l.si procurator. §. si ignorantes.ff.de euict.l.Herennius.

Culpa est, quia potuit per alium facere.ff. de minorib. l.sed Papinianus.

Culpa est, si tardus fecit.ff.de dam.infect.l.cùm postu lassem impu.

Culpa est quia non inquisiuit de eo.vel de facultatibus eius.ff.de admin.tut.l.tres tutores.

Culpa est si non adhibuit medicum, vel malum: ergo si non adhibuit aduocatum, vel malum, in culpa est. ff.de ædil.edict.l.quod si nolit.§.si mancipium.

Culpa seu dolus est, si cautionem non extorsit.ff.ad ex hibend.l.Iulianus. §.si tibi. & ff.de tribut.l. quod in hæredem.§.si seruo.

Culpa est, quia per suppositam personam, & quia clam vt ff.de auct.tut.l.5.§.vlt.

Culpa

Culpa est, quia perseuerauit. vt ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. si quis particeps. & C. de rei vend. l. si fundum.

Culpa est, si rationem reddere non potest. vt ff. de contrah. empt. l. quia sæpe. §. si res.

Culpa est, si plus iusto se onerauit, aut negligentius per lubricum transit. vt ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. sed & si quis plus iusto.

Culpa est vel dolus, quia contra transact. factum est, vt ff. de condit. deb. l. eleganter. §. penult.

Culpa est, quia perseuerauit in constitutione de dolo. ff. de doli except. l. 2. §. generaliter. ff. de acqui. rer. dom. l. Pomponius. quia persuerauit subaudi, testa to conuentus. Hoc ita, nisi ex bona fide quiuis non credat. ff. de eo quod fal. tut. gesl. l. 1. §. vlt.

Culpa est, si potuit præscire, & non præsciuit. ff. de minor. l. sed etsi. §. si feriæ.

Culpa est, vel dolus, quia non restituit cũ potuit. ff. de posl. l. 1. in fin. nisi habeat iustam causam non restituendi. vt ff. de acquirend. possessione. l. si quis rem.

Culpa est si potest præstare, nec velit. vt ff. deposi. l. 3.

Culpa est, quia per eum stetit. ff. locat. l. opus.

Culpa est quia talem elegit. ff. locat. l. cùm in plures. §. suum.

Culpa est, si contineri firmius potuit vel si per eum locum duci non debuit, aut si alterius instigatu hoc fecit. ff. si quadru. paup. fec. dic. l. 1. §. sed & si canis.

Culpa est, quia procurauit ad certamen. ff. si quadr. paup. fec. dic. l. 1. §. cùm arietes.

Culpa est, si animal dissolutum dimisit, vt damnum dare posset. ff. si quod paup. fec. dic. l. 2.

Culpa est, si potuit apprehendere, & maluit occidere. ff. ad l. Aquil. l. sed & si quemcunque. in princ.

Culpa est, quia nimis castigauit. ff. ad l. Aquil. l. sed & si quemcunque in fin. præceptoris.

Culpa est, quia intempestiuè deseruit cautionem. ff. ad l. Aquil. l. idem. in prin.

Culpa est, quia infirmus se intromisit. ff. ad l. Aquil. l. idem. §. 1.

Culpa est, quia non debuit affectare id, in quo intelligit infirmitatem alij fore periculosam. ff. eodem. l. idem. §. 1.

Culpa est, quia persuasit. ff. eo. l. item si obstetrix. §. 1.

Culpa est, quia concitauit. ff. ad l. Aquil. item si. §. si seruum.

Culpa est quia non debuit intempestiuè ita facere, aut quia data opera hoc fecit. vt ff. eod. l. item si. §. vlti.

Culpa est, quia ludus noxius. ff. eodem. l. nam ludus.

Culpa est, quia male cõposuit. ff. eod. l. si seruus. §. si ex plaustro.

Culpa est, si in eius potestate fuit, ne id accideret. ff. eod. l. quem ad. §. si nauis tua impacta.

Culpa est, quia inclusit. ff. eod. boues.

Culpa est, quia irritauit. ff. eod. l. itẽ si plures. §. si seruũ meum.

Culpa est, si non distraxit vt potuit. ff. ad Trebell. l. mulier si hæres. si tamen vtiliter distrahere potuit. ff. de off. proconsl. l. 1. §. 1.

Culpa est, quia in tutiorem locum transferre potuit. ff. de dam. infect. l. vtique. in fin.

Culpa est si ad edictum non respondisti, & ob hoc dãnum in re communi habuisti. ff. commu. diuid. l. si is cum quo.

Culpa est, si aliter vsus est re cõmodata quàm debuit. ff. commod. l. si vt. §. si interdum.

Culpa est, si idoneum hominem elegisti. ff. commod. l. qui non tam idoneum.

Culpa est, si in tam longum iter equum dedi, vt laborẽ pati non possit. ff. commod. l. vlt.

Culpa, quando fures surripuerunt, quod custodiri debebat. ff. pro soc. l. cum duobus. §. damna. Imo non hoc ipso nisi in illa culpa interueniat custodis, vel leuissima tantũ interueniat, non leuis. ff. de furt. l. eum qui. §. idem scribit.

Culpa est, quia propter inimicitias eius ignis emissus est. ff. locat. l. si merces. §. si culpæ. si tamen sua culpa contigerit. ff. solut. mat. l. penul. in princ.

Culpa est, se immiscere rei ad te non pertinenti. ff. de reg. iur. de culpa. Hoc ita, si te immisceas vt alium damno afficias, non vt ei cõsulas: alioquin ad se pertinere videtur; quia beneficio afficio hominem. C. vnde vi. l. cũ querebatur. & de neg. gest. l. 1. & 2. ff. ser. export. l. seruus ea.

Culpa est quia negligens fuit in eligendis ministris, vt ff. ad l. Aquil. si seruus. si fornacarius. ff. de furt. l. in furto. ff. solut. mat. l. in his rebus. §. vlt.

Culpa non est, vel dolus, si compulsus id feci. ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. 2.

Culpa non est, vel dolus, si virtutis ostendendæ causa id feci. vt ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. si in colluctatione.

Culpa non est, si vni gratificatus est, cùm vni haberet necesse gratificari, vt ff. locat. l. in naue.

Culpa non est, seu dolus si suo iure qui vtitur. ff. de reg. iur. l. non videtur.

Culpa non est, si aliquid secundum naturam fiat. vt ff. ad l. Aquil. l. si seruus. §. si fornacarius.

Culpa non est, si per ignorantiam feci quod non debui. ff. de admi. tut. l. chirogaphis. §. vlt.

Culpa non est, si feci quod aliàs honestè vel commodè non fieret. vt ff. de iur. dot. l. siue. §. dubitari. & de mino. l. in eadem. & comm. diuid. l. si quis putans. §. 1. ff. de pig. act. l. si pign. surrepto. in fin.

Culpa non est, si nõ diuinauit. vt. ff. ad l. Aquil. l. si putator. & ff. mãd. l. si fideiussor. §. cum. ff. de do. l. except. l. apud. §. illa.

Culpa non est, si facio quod soleo, vel quod talis persona facere solet. vt ff. de pet. hæred. l. sed si. §. quod autem.

Culpa non est, si facio quod multi solebant facere, vel quod erat secundum opinionem multorum. vt ff. de acquir. hær. l. cum quidam. §. 1. & ff. de ædi. edict. l. quis sit. §. apud Labeonem.

Culpa non est, vel dolus, si compulsus id feci. vt ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. perinde.

Culpa non est, si erat mihi difficile. vt ff. de bon. lib. l. qui cum natu. §. 1.

Culpa non est, quandoque omittere appella. vt ff. ad Syl. l. propter. in fin. imò distinguendum est, vtrùm paupertas excuset, an non. vt ff. mand. l. si procuratorem. §. si ignorantis.

Culpa non est, si non est cui quid fiat, nisi possum facere vt fit, vt C. qui tu. pet. l. admone eam quę quondam.

Culpa non est, vel mora, si non sit cui id fieri debeat, vt ff. ad Trebell. l. si patroni filius. §. 1.

Culpa non est, si non acquisiuit cùm potuit, nisi propter malam fidem contractum præcedentem aliud dicetur. vt ff. de his quæ in fraud. cred. l. quis autẽ. in prin. & de pet. hæred. sed si te. §. perinde. & de hæred. vel. act. l. 2. §. non solum. §. peruenisse. ff. si quis omiss. caus. test. l. 1. §. sanè.

Culpa non est, si credam celebri mercatori, licet soluẽdo non sit. ff. de admi. tut. l. si res pupillaris.

Culpa

Culpa non est, si credam quod plerisque videbatur, vt ff. ad Maced. l. 3.

Culpa non est, si procurator accepit sacramentum de soluẽdo. vt C. de his qui ad Eccle. confug. l. vlti. in fi.

Culpa non est, qui non dedit procuratorem cùm potuit, vt ff. si quis caut. l. 2.

Culpa non est si non deseruit accusationem, vel abolitionem non impetrauit. vt ff. de bon. lib. l. qui cum natu maio. §. 1.

Culpa non est, si propter paupertatem aliquid facere. vt ff. mand. l. si procurat. §. si ignorantes.

Lata culpa est, gratiam adhibere. vt ff. mand. l. si procurat. in fin. Item exemplum latæ culpæ. vt ff. depos. l. si hominem in principio. aliàs dolus. vt ff. de euict. l. filius.

Culpa non est, si feci contra consuetudinem, quæ erat, vel magis expediebat. vt ff. de pig. l. si pign. §. vlt. de iur. dot. l. ita que.

Culpa non est, si credulus fuit. vt ff. de eo per quẽ fact. l. 1.

Culpa non est, vel dolus si prohibitus fui, aut si per me non stetit, vel si morbo impeditus non potui, aut si sine dolo vel culpa id accidit, vel si eodem modo periisset. vt ff. ad l. Rhodiam de iact. l. si vehẽda. §. si ea.

Culpa non est, quia prouocatus hoc fecit. vt ff. si quad. paup. fec. dic. l. 1. §. cùm arietes.

Culpa non est, vel dolus si pro tutela mea hoc feci. vt ff. ad l. Aquil. sed & si. in prin. In Decret. ca. 2. quæst. 1. in primis.

Culpa non est, vel dolus, si tantum idoneo seruo meo tradidisset, vt non debuisset quis extimare, vt deciperetur. vt ff. commod. l. argentum. ff. de præscr. ver. l. apud Labeonem. §. vlt.

Culpa nõ est vel dolus, si feci vt fieri solet, vt ff. ad l. Aquil. l. qui foueas.

Culpa non est, vel dolus, si alio modo se explicare non potuit. vt ff. ad l. Aquil. l. quemadmodũ. §. itẽ Labeo

Culpa non est vel dolus, si feci secundum consuetudinem patrisfam. vt ff. de vsur. l. qui semisses. §. quæsitum.

Culpa non est vel dolus, si feci quod diligens paterfamiliàs facturus erat. vt ff. de condit. indeb. l. idem. in l. antep.

Culpa non est, si non credidit. vt ff. quod fals. tut. l. 2. ff. com. l. sicut idem Labeo, & l. ad eos. ff. de in integ. restit. l. diuus. ff. de pig. l. pignus. ff. de rei vend. l. vtique. §. culpa. ff. pro socio. l. idem Iul. C. qui pet. tut. l. cùm à matris. Med. tract. 2. part.

¶CVLPA. Bonifac. Reg. xix.

Non est sine culpa, qui rei quæ ad eum non pertinet, se immiscet.

Vid. Barto. & Alexand. l. si iudex. ff. de var. cog. & l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de actionibus & obligationib. Viuiennus.

¶CVLPA. Bonifac. Reg. xxiij.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniẽdus.

Vid. l. aliud est fraus. ff. de verbo. significat. Viuiennus.

¶CVLPA. Caius Lib. vij. ad ed. Prouin. Lex. cxxij. al. clxxiiij.

Imperitia culpæ annumeratur.

Ex ti. ad leg. Aquil. veluti in ea l. dicitur, vt si medicus quid malè affectauerit, quod ignorauerit, eum culpæ reum esse. l. culpa. sup. eod. & vid. l. illicitas. §. sicuti. de offi. præsid. cum simil. alleg. in glo. Viuiẽnus.

¶CVLPA. Pompon. lib. xxvij. Ad Sabin. Lex xxxvj. al. ij.

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

Veluti adire hæreditatem ad se non pertinentem, cùm omnes te scire debeant quod suum non est, hoc ad alios omnino pertinere. vide l. 2. quod quisque iuris. Viuiennus.

¶CVLPA & dominium. Ex culpa aliquem amittere dominium rerum suarum.

In Auth. de sanct. Episc. in prin. ti. Az. ru. 104.

Vbi principale non tenet, nec eius accessorium.

In Aut. de sanc. Epis. §. illud.

Inutiles ministros, siue Episcopos remouendos esse, & alios subrogandos.

In Auth. de sanct. Epis. §. interdicimus.

In Auth. de eccle. ti. §. si quis. §. ædif. Az. ru. 104.

Iniqua & ambitiosa decreta nullas vires habere.

In Auth. de sanct. Epis. in prin. tit. §. sed neque.

CONTRA.

In Auth. de sanct. Episc. §. omnibus autem. Azo rub. 104.

Quando clerici ordinantur, castitatem debent promittere.

In Auth. de sanct. Epis. §. si verò finitus. Azo rub. 104.

Quædam cum onere transeunt ad alios.

In Auth. de sanct. Episc. §. in ascriptitios. Azo rub. 104.

Culpa præcedens culpam abolet subsequentem.

In Aut. cùm de app. co. §. si quis.

CONTRA.

In Ant. vt liceat mat. & au. §. propterea. Azo rub. 104.

¶CVLPA. Paulus al. Vlpian. Lib. xxxix. Ad edict. Lex l. al. lex xxxvij.

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest.

Ex tit. de noxalibus. l. nullum crimen. eod. hoc tit. inf. l. 1. §. occisorum. ad Syll. vel quia longè maneat, vel quia seruus eum contemnat. Viuiennus.

¶CVLPA similis est tam docere quàm discere prohibita. l. culpa. C. de malef. & math.

Fallit in l. quicunque, in fin. C. de hæret.

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. 1. ff. quod quisque iu. l. culpa est. ff. de reg. iur. c. non est sine culpa. de reg. iu.

Fallit vt not. Dyn. in c. non est sine culpa.

Sine culpa nemo est puniẽdus. c. sine culpa. de re. iur.

Fallit, vt per Dyn. ibi. Donat. Fina, lib. 5.

¶CVMVLATIO. Quoties competunt plures actiones diuersæ, & ex diuersis causis ad diuersa eidem actori, & contra eundem reum cumulatio est permissa. no. doct. in l. edita. C. de edendo.

Fallit in 5. casibus, quos not. Ioan de vico Mercato, in d. l. nu. 44. & Pur. num. 46.

Vbi cumulatio admittitur, tunc erit necessarius vnus libellus, & vna erit instantia. Ampliatur & limitatur ista conclusio per Purp. in d. l. edita. num. 64.

Cumulatio regulariter est permissa. Fallit in 3. casib. secundum Dec. in d. l. edita, nu. 58. vbi Ioan. Bolog. limitat in 4. casib. num. 136.

Cumulatio non admittitur ratione maioritatis.

Fallit in 2. casibus, secundum Dec. in d. l. edita. numero 66. Donat. Fina, lib. 3.

¶CVMVLATIO actionum. l. 44. §. quoties concurrunt.

Non est nouum, vt duæ obligationes in eiusdem persona in eadem re concurrant. l. Non est. de acq. emp.

Cumulationis, emẽdationis & mutationis, actionum materia tractatur. C. de ed. l. edita. Sali. in C. de fur. in l. 1. Pau. de

l.1.Pau.de Cast.& 50.cuius in l.15.qui & in Iure.C. de excep.Canonistæ in c. in d.l.9.nullus pluribus.de reg.iur.in 6. Riisvvich.

¶ Cumulatio duarum actionum in eodem libello regulariter permissa.gl.in l. edita.C.de eden.

Fallit quando duæ actiones sunt omnino similes,& tẽdunt ad idem in effectu.l.si idem.ff.de iuris.om.iud.

Fallit quando prima actio ita se habet ad secundam, quod absolutoria lata super prima possibilis parere exceptionem rei iudicatæ in secunda. Barto.in dict. l. edita.probat text.secundum eundem Bartolum in l.fin.& in l.fundum.ff.de exceptio.& ff.de public.iu dic.l.interdum.

Fallit quando plures actiones sic se habent, quòd editione vnius alia tollitur: tunc non admittitur cumu latio,secundum glo.in d.l.edita.per text.in l. fin. C. de codicil.& §.eligere.de tribu.l.quod in hæredem.

Fallit quando plurium actionum intentandarum vna est maior altera:quia eo casu ratione maioritatis nõ admittit secum alias actiones,& per consequens cu mulatio non permissa:vt l. fin. de ordin.iud.& l. per minorem.ff.de iud.

Fallit quãdo plurium actionum vna præcederet alias: quia ratione ordinis aliæ nõ admittũtur, & per con sequens cumulatio non est permissa: vt l. ordinarij. C.de rei vendicat.l.incerti.de interdic.& l.qui de of ficioso. ff.de inoffi.testam.

Fallit quãdo quis esset vsus vna suarum defensionum, & fuerit conuictus de mendacio:quia pòst non audi tur,putà fui conuentus super scriptura, negaui scripturam.fui pòst de mendacio cõuictus, si volo pòst probare solutionem non audior, vt probat Dyn. in Nullus pluribus, de regul. iuris in sexto libro. S. Ianuar.reg.53.

¶ Cumulatio plurium actionum est contra formam libelli, quando sunt ad inuicem contrariæ, Doc.comm.l.edita.C.de edendo.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poss. Din.cap.nullus pluribus.nume.9.de reg.iur.6.Ias.§.si minus.colum. 12. inst.de act.Alexand.leg. si idem.ff.de iurisd.omn.iudic. Barto.l.libellorum. §.sed si.colum.1.ff.de accusat.Rom.cons.240.facit l.vbi repugnantia.ff.de reg. iur.quia duo contraria simul esse nõ possunt.d. l.vbi repugnantia. Med.reg.7.

¶ Cura soluitur morte,Azo in Sum.C.quãdo tutor. vel cur.nume.4.Ampl. primò procedere etiam per mortem ciuilem , vt puta per ingressum religionis, Specu.in tit.de regular.vers.35.Secundò finitur negotio soluto,gloss.l.solet.ff.de tutel.Angel.l.1.C.qui pet.tutor.poss.Tertiò cura furiosi finitur per superuenientiam sanę mentis.Barto. l.si is qui. quæstio.1. ff.de verbor.obligatio. Quartò finitur adultis maioribus factis 25.annis.l.1. C.quando tutor.vel cur. esse desin.Quintò finitur per capitis diminutionem. §.finitur.Inst.quib.mod.tutela finiatur , l.tutorem. ff.de tutor.& cur.dat.ab his,l.tutelas. ff.de c.dimin. Itẽ finitur sublata causa,cuius gratia data fuit,l.potuit.C.in quib.cas.tutor. habeantur. Med.trac.2.par.

¶ Curator non potest nocere personis, neque mi nuere res,quibus datus fue rit.Barto.l.ab agnato.vbi etiam Nicol.de Neapol.ff.de cur.fur.Cyn.l.fi.§.te netur.ff.de admin.tutor. Medic. reg.8.

Curator , qui fecit inuentarium hoc modo , ego talis N. inueni in bonis defuncti ea, quæ continentur in inuentario tutoris,vel in alterius instrumento,an ta le inuentarium valeat?dic quòd sic, dummodo constet de relatoriita in term.docet Ripa l. ait prætor.§. si iudex.nume.3. ff. de re iud.conc.simil.Ias.l.admonendi.lectura 1.nume.36.ff.de iur.iur.Decius consil. 65.num.6.not.l.2.ff.de hær.inst. Med.re.10.

Curator indefinitè datus ad omnes lites dicitur dari.l. 3.§.si pupillus.ff.de tute.l.quod dicitur. ff.de tuto.& cur.dat.ab his.l.curatorem.ff.eod.Specul.in tit.de actore const.nu.8. Medi.reg.2.

¶ Custos non tenetur de fuga carcerati , nisi fuerit in dolo,vel in culpa glos.Barto.& Doc.l.pecuniam. §.sed si.ff.de cond.ob causam.& hoc nisi alias carceratus aufugisset.gl.l.in lege. ff.ad Syllan.glo.l.publicati. C. de testamen.gloss.& Doc.leg.l.si vt certo.ff. commodati. non enim quis alterius culpa grauari debet.l.non debet.ff.de reg.iur, Medic.reg.8.



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Quartus.

D



Amnare. l.37. nemo qui dãnare.

Inaudita causa quẽquam damnari æquitatis ratio nõ patitur.l.1.in prin.de req.re.

Satiùs est impunitum relinqui facinus , quàm innocentem damnari.ff. lib.48.tit.19.l.5. in princ. Riisvvich.

¶ Damnatus ad mortẽ de iure testari nõ potest. * l.eius.§.j.ff.de testam. B.Soc.reg.164.

Additio.

* Non potest.Adde Bal.in cons.cccclxxvj.in v. parte. Et quid de clerico damnato ad mortem,vel ad perpetuos carceres, an testari possit : vide per eum in cons.cccclxlviij.in j.parte. Bened.Vad.

Primò fallit,quando de consuetudine contrarium seruaretur,vt ibi dicunt Doct.

Secundò fallit,quando ille,qui est damnatus, potestatem habet,vt miles:vt l.si quis filio exhæredato. §.irritum.de iniust.rup.test.& per Bart.in l.j.de testa.

Tertiò fallit,quando appellauit, quia potest facere testamentum:vt d.§.irritum.cum §.seq.

Quartò fallit,quando appellasset , & sit intra tempus appellatum:vt est gl.not.valde in l.ex iudiciorum.ff. de accus.& in l.j. ff.si pen. appel.mors interue.

Quintò fallit, quando esset lata sententia : sed ille non vult exequi propter timorem.

Sextò fallit , quando superior rescriberet : hæc omnia probantur in d.§.irritum.& vide in d.l.eius,qui.

Septimò fallit, quando fuisset condemnatus per iudicem incompetentẽ:vt d.l.si quis filio.§.quod si quis, & ibi per doct.& in d.l.eius qui.ff.de testam.

Octauò fallit,quando esset condemnatus ad vanas voces populi:quia tunc testamẽtum facere potest: per text.in l. pe.in fi.ff.de sica.& in l.decussionum. C.de pœn.& Angel.in d.l.eius qui intellige,etiam si esset damnatus à populo , & non à iudice : tunc sententia non valeret,ex quo fuit lata per iudicem incompetentem:vt per Ang.in d.l.eius qui.B. Soc.reg.164.

¶ Damnatus iniuriarum non est infamis pro modica iniuria in aliquem illata.ca.cum te.de sen. & re

iudic. Spec.§.videndum.tit.de in integr.rest. versic. item Archid.c.non potest.de præb.6.Ioan. Anan.c. si proponente. de rescr.Saly.l.decuriones.C.ex quibus caus.infam.irrog.Ang.l. infamē. ff.de publ.iud. Rom.cons.191. Medic.reg.5.

¶ DAMNATORVM bona de iure Authent. applicantur ascendentibus, & descendentibus condemnati in infinitum: tex. est in auth.bona damnatorum. C. de bo.præscri. vbi doct. Tu tamē, Hispane hodie de iure regni vsque ad tertium gradum tantùm, habes tex.in l.viij.tit.x.& l.vj.tit.vij.& l.v.tit.xxxj. par.vij. Item applicantur & transuersalibus,vsque ad tertiū gradum,deficientibus ascendentibus, & descendentib.d.auth.bon.damn. Tu tamen, Hispane per d. leges habes,quòd exclusis transuersalibus,fiscus admittitur,nisi in casu l.ij.tit.xxvj. part.vij.vide text.in l.iij.& iiij.tit.iiij.& l.iiij.tit.fin. lib.viij.ordin.regal.

Amplia hanc conclus.ij.modis,& limita viij. modis,vt per Mich. de Cifuen.in commento leg.iiij. Tauri.

Primò amplia, etiam si ille cuius bona veniunt confiscanda se occidat.gl.not.in l.fi. in fi. C.de iur. fis.lib. x.pro qua videtur tex.in l. j.tit.xiij.lib.viij.ordi.reg.

Secundò amplia, etiam si iudex in sentētia expressè publicet bona,in casu, in quo erant publicanda,in consequentiam pœnæ.

Limita primò,nisi quando publicantur nō omnia bona, sed aliqua pars duntaxat, siue quota bonorum: allegat iure regio.l.viij.tit.x.par. viij.

Secundò limita,nisi in crimine læsæ maiestatis. l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.& l.ij.titu.ij. par.vij.& l.ij.ti. vj.lib.viij.ordin.regal.

Sublimita primò,quando filij committentium tale crimen maiestatis,sunt emancipati,quia illi habebunt bona fisco excluso,per gloss.vnic.in verb.nō valeat. in d.l.quisquis. §.emancipationes. sed illa reprobatur per vtrunque Imol.in l.ex facto.§. si quis rogatus.ad Trebel.ideo tene contrariam opinionem esse de iure veriorem.

Secundò sublimita,non procedere hanc limitationem in filiis natis ante delictum læsæ maiestatis commissum.Glos.l.diuo Marco.C.de quæst.pro qua tu Hispane habes l.iij.tit.ix.lib.iiij.ordin. & est casus in l. vj.ad fi.tit.xxvij.part.ij. Dicit tamen Cifuentes vbi suprà, se credere quòd fiscus non patietur talem limitationem ad d.l.quisquis.

Tertiò limitatur prædicta regula, in crimine hæresis. auth.Gazaros de hæret.C.& in c.cùm secundum.de hæret.lib.vj. quibus standum est,maximè c.cùm secundum.cùm sit crimen ecclesiasticum, secundum Cifuentes, non obstantibus legibus regni allegatis per eum,aliter disponentibus.

Quartò limita, nisi quis iniecerit manus in cardinalē.

Quintò limita,nisi in omnibus casibus,in quibus bona ipso iure confiscantur.

Sextò limita,nisi in ascendentibus,vel descendentibus naturalibus tantùm,vel spuriis.

Septimò limita, nisi quis condemnetur propter delictum, ad perditionem bonorum absque alia pœna corporali.

Octauò limita,nisi casu quo quis cōdemnatur vel confiscantur eius bona per annotationem, propter eius contumaciam: & quia inter iuris communis Doct. est repugnantia,vide tu Hispane l.vij.tit.viij.par.iij. & in pragmaticis huius regni. B.Dias.re.165.

¶ DAMNVM. Cum dāno alterius nemo debet locupletari.l.nam hoc natura.ff.de con.indeb. l.cùm hi. §.sic idem.ff.de transact.l.iure naturæ.ff.de regu.iur. in c.suam.extrà,de pœnis.

Fallit in 3.casibus,vt per Dec.in d.l.iure naturæ.

Damnum,quod quis sua culpa sentit,sibi debet imputare,c.damnum, de reg.iur.in 6.

Fallit vt per Dyn.in d.c.damnum.

Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur: hanc regulam cū pluribus limitationibus ponit Damas.reg.41. Don.Fina,lib.5.

¶ DAMNVM.l.206. Iure naturæ.l.130.is damnū.l.hoc iure.§. deiecit. l.nemo damnum. l.76. nemo potest mutare.c.mutare.c.damnum. in vj.l.203. quod quis ex sua cul. vide Minor.

Iudex curabit damnū sarciri ab eo qui dedit. C.de admi.tu.l.si liberti.

Compensari cum damno lucrum debet, quando in quibusdam lucrum,in quibusdam damnum factum fuerit.Neg.gest.l.si negotia absentis.

Damnum facere possum alij ne res mea pereat. de præscrip.ver.l.qui seruandarum. Riisvvich.

Occasionem damni qui dat, damnum ipsum dedisse videtur.Ad leg. Aqu.l.qui occidit.§.in hæc.de testib.c. sicut.dist.86.c.pasce. de Sic.l.nihil inter.de off.præsi.l.illicitas.§.sicuti.

Præsumitur malo animo factum fuisse damnum.Inno. c.1.de præsump.

Omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus factum est.Pau.ad l.Rho.l.2.Quod me.cau.l.metum. §.Licet.vide Deceptus.

¶ DAMNVM.Officium suum nemini debet esse damnosum.

PRO.

Ext.de fideius.c.peruenit.
D.quib.ex caus.maio.l.videl.
D.de furt.l.si seruus.§.quòd verò.

CONTRA.

7.q.1.c.constitutum.
10.q.2.c.ea enim.§.hoc ius.
Ext.de post.c.cum sacerdotis.in fi.

SOLVTIO.

Regulariter obtinet prima pars Rubricæ: contraria sunt casualia ex circunstantiis: & ita restringunt regulam. Damas.reg.76.

¶ DAMNVM.L.130.Idem lib.2.ad Plautiū. tal.169. Is damnum dat, a qui iubet dare: eius verò nulla culpa est,cui parere necesse sit.§.Quod pēdet,non est pro eo quasi sit.

ADDIT. a al.qui iubet damnum dare.

Ex l.1.§.deiecisse.de vi & vi.l.aut qui aliter,in fin.quod vi.Iunge l. hoc iu.§.1.l.95.sup.l.nō videtur,§.1.l.197. l.nemo dā.§.1.194.quod iussu.l.ad ea,169. in 6.c.potest quis,c.qui facit,de admi.tu.l.ita. §.quod si quis, ad legem Aqui.l.liber,de nox.l.2.C.de sol.l.inter artifices,de act.l.seruus, non in omnibus. Cicero pro Quintio: Omnes quorum in alterius manus vita posita est,sæpius id cogitant,quod possit is,cuius in ditione positi sunt,quam quid debeant facere,argu.de off.eius,l.& si Prætor.Secus de his qui not.infa.l.liberorum,§.fin.PARERE.Sup.l.128.§.1.CVLPA.Ergo nec pœna,c.cognoscentes,de const.vt Cag.& Alber.docent.

§.Quod pendet.Sup.tit.1.l.cedere,ad Mac. l.1.§.si pendeat,si certum petat.l.9.de iud.l.35. l.non, quemad. Exemp.de libe.& postu.l.si quis posthumos,§. rumpit,Inst.de verborum obligation. §.ex conditionali,Inst.quib.mod.ius pa.po.sol.§. ab host.§.ipse, vnde leg.l.2.§.si quis decesserit, de acqu.re.do.l.seruus qui bona. §.cùm seruus, de vsufr.l.arboribus,§.fin.l. sed & si

sed etsi quis stip. de don.inter vi.l.si is seruus, 21. de æd.ed.l.bouē.§.fi.de re iud.l.duo iudi.de sol.l.si quis offerēti.§.fi.de hę. inst.l.liber.§.si ita, §. sed si decesse rit. ad l.Fal.l.si propter,l.in lege. de leg.2.l.cū filius. §. seruus purè,de verb.ob.l.116.decē, quando ac.de pecu.an.est.l.3.§.fi. Exc.de verbo.oblig.l.100.condi tio de ven.in poss. mit.l.1.§. sed etsi incertu m, de iure do.l.si ego, §.si res. Riisvvic.paratit.

¶ Damnvm. Paulus libro lxiiij.Ad edict. Lex clj. al.cxiiij.

Nemo damnum facit, nisi qui id a facit, quod facere ius non habet.

Addit. a al.fecit in P.florent.

Ex tit.ne quid in loco public.vbi mentio damni fit. Cū ergo Præses rotulæ ius habeat damni inferendi ei, qui contumax est,propter non comparitionem,nec ipse tenetur,nec is parere iubetur. vid.l.quod fit lege permittente. in regul. l. Gracchus. C. de adult. Viuiennus.

¶ Damnvm ex culpa. Pomp. lib.viij.ad Q.Mutium. Lex cciij.

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

Vt is, qui ex delicto furti, vel iniuriarum aliquid præstitit:sibi imputare debet, nō ab eo exigere cui præstitit. Viuiennus.

¶ Damnvm culpa pendere.Paul.lib.ij.ad Plautium. Lex clxix. a al.Vlp.

Is damnum dat, qui iubet a dare.Eius verò nulla culpa est,cui parere necesse sit.Quod pendet, non est pro eo quasi sit.

Addit. a al. damnum dare.

Coniunge regul.iur.qui per alium.in vj.ad idem tex.l. j.§.deiecisse. de vi & vi arm. Viuiennus.

¶ Damnvm. Bonifa. Reg.lxxxvj.

Damnum quod quis sua culpa sentit,sibi debet non aliis,imputare.

L.qui proprio.§.procurator.versic.pœnam. ff.de procur. Viuiennus.

¶ Damnvm modicum non facit recedi à iure communi.Spec.in tit.locat.§.6.versic.vt autem,sed nunquid tantum habebit quis ex secundo decreto, qui minimū damnū timet,quantū qui maximū.Spec.in tit. de secundo decreto.§.videndum.nu.1.Medi.re.5.

¶ Damnvm nemini inferri debet ob alterius culpā. c.sine culpa.de reg.iur.6.l.aliud.ff.de ver.signif. glo. capitulo renouante.32.dist.capit.damnum. de regu. iur.6.Doct.com.c.cognoscentes.de const. Bal.cap. 1.de feudo sine culpa.Din.& Boer.post glo. d.c.sine culpa.numer.5.& d.c.damnum.num.2.de reg.iur.6. Medic.reg.8.

¶ Damnvm proprium.L.204.Pomp. lib.8. ad Quintum Mutium.

Quod quis ex sua culpa a damnum sentit,non intelligitur damnum sentire.

Addit. a al.sibi imputare debet.

Iunge.l.122.in iure.l.79.generaliter.145.nemo,de aqua plu.l.in diem addicto,de iniu.l.1.§.vsque adeò,Inst. de leg.Falci.§.quantitas,Insti.quib.mo.re contrah. ob.§.pe.pro soc.l.cum duobus.52.53.de nox.l.si communis.C.de fideicō.lib.l.si quis in testamēto. quod quisque iu.l.3.§.si is,ad legem Aquil. l. si putator,de inst.act.l.sed etsi quis,in fin.23.q.4.cap.displicet.de præbē.c.si clericus,dist.50.c.sæpe.c.hi qui. de hom. c.si.Damnvm.Huc facit cap.damnum.in 6.Ratio, sup.l.factum, l.non debet alteri, de proc.l.qui proprio,§.idem. Contrà de euict.l.emptor fundi,de negoc.gest.l.si quis negocia,de nox.l.si communis fama,rem ra.hab.l.si sine,§.cùm autem. Secus pro soc l.55.Ad fin. vt scilicet intendere non possit,quo magis ei hoc damnum sartiatur,fam. hær.l. inter hæredes,§.quod ex fac.de nox.l.si ex duobus, de euict.l. si rem,§.1.l.si mancipium,in prin.l.si dictū, §. si cum posset. Riisvvich. paratit.

¶ Damnvm quando indefinitè dicitur, verificatur etiam in exiguo.Cæphal. consi.104.nu.28.docto.cō. l.licet.C.locati,& in c.qui propter sterilitatem. extra eod.Aretin.cons.52.Gozad.cons.74.Ruin.cons. 81.num.4.cons.87.nu.2.lib.1.& est com.opin.vt attestatur Aret.d.cons.52. Medic.reg.2.

¶ Damni infecti actione agitur pro modico. leg. si proprietarius. ff. de damno infecto. concor. simile Ias.auth.qui rem. C. de sacr.san.eccl.Dec.c.de appellationib.de appel.Bal.l.1.vers.nec gratus. C.quæ res exportari non debeant.l.1. §. cepisse.ff.de pollicitat. Medic.reg.5.

¶ Damni replicatio admittenda est cōtra exceptionem lucrosam.Glo.est in c.dilecti.in gl.fi.de excep. quam ibi in hoc sequuntur Doct.

Limita hanc conclusionem,vt per Felin. ibi,tribus notabilibus modis. B.Dias reg.166.

¶ Dans fundum,construens seu dotans ecclesiā,cùm consensu diœcesani,quilibet ipsorū erit patronus in solidum.Hanc regulam probat text.in c.piæ mētis. & in can.Frigentius.& in can.quicunque.& in can. filiis.xvj.q.vij.in c.Abbatem.el ij.xviij.q.ij.in ca.nobis. de iure patronat.hoc voluit gl.in d.c.piæ mētis. ita tenet Arch.in c.j.de iure patron.lib. vj.& ita concludit Lambertinus in tract.iuris patro. in j.part.j.libri,in iij.quæst.principa.nu.1.iunctis his quæ ponit Abbas,& ibi Ioan.de Imo.in c.nos quidem. de testamen.Rochus de Cur.in tract. de iure patron.in verbo,construxit.quęst. xiij.nu.21.Idem Lambertin. in eod.tract.in j.part.libri,art.xxv.iij.q.principal.

Hanc regulam,vbi eam ampliat xxj.modis, & limitat decē modis,ponit Lamber.in d.xxv.articulo,per totum. P.Duen.reg.174.

¶ Datae tempus in rescriptis,regulariter attēditur. text.in c.eā te.de rescript.in antiq.& in clem.fi.eod. tit.facit tex.in c.si super.de offi. deleg.lib.6.tex.in c. tibi qui. & in c.duobus.& in c.si eodem tempore,de rescript.lib.vj.

Limita sex modis, vt per Fel.in d.cap.eam te. B.Dias reg.177.

¶ Datvm.l.128.non videntur data.

Datum ab illo,qui de iure dare non potest, pro nō dato habetur.de iu. pa.c.quod autem.1.q.7.Daiobertum.de ac re.do.l.traditio. Riisvvich.

Bona restitutioni fideicommissi subiecta,alienari non possunt.C.com.de leg.l,1.§.sed quia.

Vide fallen.Soc. Riisvvich.

Benignè datum fraude reuocari non debet.de æd.edi. l.ad res.

Datio tutoris,l.78.Actus. Riisvvich.

De datione in solutum tractatur in l.à diuo. §.si pignora.de re iud. Riisvvich.

¶ Datio in solutum facta pro maiori summa, quàm sit debitum,vt volet,etiam in modico vitiatur.Bart. Paul.Ias.l.si non sortē.§.si centum.ff.de cond.indeb. cōc.Paul.l.5.§.f.vbi ēt gl.ff.de verb.ob.Barb.cōs.94 col.9.li.3.Ias.l.si insulā.col.18.ff.de ver.ob.Med.re.5.

¶ Datio in solutum. Si detur res in solutū,pro maiori quantitate debiti,vitiatur in totum datio in solutum. Bart. & Doct.in l.si non sortem, §.si cētum,

ff.de cond.indeb.
Fallit in 3.casib.secundum Dec.in l. cùm amplius.ff.de regul.iur.fallit vt per Iaso.in d.§.si centum.
Debitor potest dare res suas in solutum. §.quod autẽ, in auth.de fideiuss.auth.hoc ius nisi,C.de solut.
Fallit in 5.casib.quos no.Io.Bolog.in l.2. §. mutui datio,ff.si cert.pet.nu.31.col.antepen.Don.Fina, lib.1.
¶ Debitor,& Fideiussor.Si debitor bonis cedat,indicet ea.
C.de fid.instrum.l.vlt.
C.de iur.delib.l.sancimus.§.si non verò.
C.qui bon.ced.pos.l.si pater.
C. de bon.proscr.l.si quis inter.
ff.de do.l.sed si ma.
ff. de act.empt. l. Titius.
ff.de acq.poss.l.possideri.§.in eum.
ff.de confess.l.certum.
ff.de cess.bon.l.vlt.
ff.de cens.l.forma.
ff.de fideiuss.l.liber.l.si puer.
ff.de his qui ad Eccl. confugiunt.l.vlt.
Non tenetur indicare.
ff.si pars hær.pet.l.1.§.vlt.
ff.commu.diu.l.etsi.§.1.
ff.de contrah.empt.l.cum seruo.§.denuò.
ff.ad Trebell.l.restituere.
ff.de bon.poss.l.vlt.
C.qui bon.ced.poss.l.in omni.
ff.de oper.no.nunc.l.de pupillo.
ff.appell.l.sed si.
C.qui admit.ad bon.poss.l.vlt.
ff.de probat.l.2.
C.de annal.except.l.si except.
Si debitor bonis cesserit,&c.) Cùm hoc sit præcipuum iustitiæ præceptum, vnicuique ius suum tribuere,vt Instit.de iust.& iur. §.iuris,meritò ad id satagere iudex debet, vt creditor, qui certat de dãno vitando, suum cõsequatur, sola cessione bonorum non sufficiente,sed eã sequente indicatione,præstito ab eo sacramẽto. de indicio faciẽdo.vt C.de iur.delib.l.sancimus.§.licẽtia. C.de is qui ad eccl.cõfug.l.presenti. §.sicut.& vt al.arg.in hac Rubr.Nec obstat,quod in contraria Rubr.allegatur. vt ff.si pars hęr. pet. l.1.§. vlt.ff.com.diui.& si. §.1.quia ibi propter incertitudinẽ nõ cogitur. colligitur ergo,ꝙ si certus esset,aliud esset.Itẽ non obstat,quod legitur.ff.de contrahend. empt.l.cũ seruo. §.demonstr. quia ibi demonstrauerat agrum,& ita per consequentiã,etiam fines.Con fines verò vicinos non est necesse exprimere, cũ de re sit certũ:hîc autẽ non est certũ de reb.vnde oportet, vt nominẽtur.& ita respondeo ad l.quæ est.ff.ad Treb.l.restituta.& C. qui bon.ced.pos.l.in omni.& de appel.l.sed si. Itẽ non obstat quod dicitur in C. qui admit.ad bon.poss.pos.quia ibi petitor bo.poss. non erat alij obligatus, cui teneatur quid indicare. Item respondeo ad l. quæ est in C. de ann. except.l. vlt.ibi reus sponte recipit libellũ: nec enim cogebatur.vt ff.de rei vend.l.si in rem. Azo rub.37.
Si obligatus fuerit debitor in aliquo,ęquè commodum præstando liberatur.
ff.quod met.caus.l.illud.
ff.de recept.l.Labeo ait.si arg.§.vlt.
ff.de relig.l.2.§.locum.
ff.de constit.pec.l.quod ait.§.2.
ff.locati.l.si quis domum.in prin.
Si obligatus,&c.) Hîc non fuit talis causæ qualitas, vt præcisè ad dandam speciem, vel restituendam, vel factum implendum quis teneatur. vt ff.de rei vend. l.qui restituere.& in Inst.de don.§.alie.&ff.de oper. nou.nunc. l.stipulatio.§.siue. Azo rub.37.
Qui tenetur ad speciem, quantitatem soluendo, inuito creditore liberatur.
ff. de leg.1.l.nõ amplius. vlt.& l.domus.§.ipse.
ff.de aur.& arg.leg.l.1.& cùm aurum.
In Aut.de fideiuss.& man. Azo,rub.37.
Qui tenetur in quantitate,soluendo speciem creditori liberatur.
ff. de vx.act.
ff.de re iud.l.miles.§.1.
Vsque ad iudicati actionem contestatur ex solutione.
ff.de pet. hær.l.itẽ. §.cũ prædixi. Azo,rubr.37.
Duo simul tenentur,sed tamen quilibet primò conuenitur.
In Aut.de duob.re.stip.
In Aut.de fideiuss.in prin.
ff.de dolo.l.arbitrio.§.de eo.
ff.si mens.fals.mod.dix.l.2.§.1.
ff.de act.empt.l.Iul.§.vlt.
ff.de tut.& rat.dis.l.1.§.nunc.
Duo tenentur in solidum,&c.) Licet duo in solidum sunt obligati, tamen ordo seruatur quandoque, vt primò is,cuius causa præcedere videtur,primò conueniatur, deinde alius : si autem sit vtriusque causa, implorant,vt pro parte detur actio in se.vt in Auth. de duobus reis promit. Azo,rub.37.
Imò actor & princeps facti.
ff.de ser.cor.l.in hoc iudicio.
ff.quod vi aut clàm.l.si ego.
Debitor, quamuis in principio soluerit,non liberatur:alio interueniente liberatur.
ff.de neg.gest.l. si ego.
ff.si cert.pet.l.si filius.
ff.de solut.l.quod si.in fin.
Debitor,quamuis,&c.)Hæc est nota.
Eum de vsuris teneri,qui simpliciter fideiussit.
ff.de hær.fideiuss.l.3.
ff.rem rat.hab.l.si postea.
ff.de fideiuss.l. si quis pro eo.§.nummos.
ff.qui satisd.cog.l.2.§.vlt.
ff.de admi.rer.ad ciuit.per.l.2.§.cond. & §.qui fideiuss.
ff.de admi.tut.l.qui re.§.pen.
ff.quor.leg.l.vlt.
ff. qui.mo.pig.ta.cont.l.2.& 3.
ff.ad muni.l.Lucius.§.Paulus.
C.de pact.inter empt.l.inuentio.
ff.de pericul.tu.l.quod magis.
Non teneri.
C.de fideiuss.l.fideiuss.
ff.de verb.oblig.l.si seruum.§.nunc.
ff.locati.l.quæro.
C.qui cum eo qui in al.post.l.si ma.
C.de vsur.l.pig.obligatio.
ff.de fideiuss.l.si fideiuss.§.1.
ff.ad muni.l.libertum.§.fideiuss.
ff.de eo quod cert.loc.l.certum.
Eum de vsuris teneri,&c.) Si fideiussor intercedat simpliciter,puta si dicat, fideiubeo: tenetur in sorte,& vsuris:vt in ll.in hac Rub.positis ostenditur. Nec distinguitur,debeatur per stipulationẽ, an per iudicis officiũ:licet P.contrariũ dixerit, s.vt in primo casu teneatur,in secundo cõtrà.Imò,si ita distinguerẽ,in totũ contradicerẽ. Nec obstat,ꝙ legitur in ff.de eo quod

quod cert.loco.l.certũ.quia ibi incertã summam nõ simpliciter fideiusserat: vnde vltrà cõueniri non põt. vel ibi,cũ fideiussor accessit obligationi,nondũ erat debitum interesse,sed postea incepit deberi:& ideo nõ tenetur ad interesse,postea emergẽs.Itẽ,qđ dicitur in C.quod cum eo.l.si mandator,magis cõsentit mihi quã obstet.vel verius,non loquitur,vbi simpliciter intercessit.Item quod legitur ad municip.l. libertus. vlt.& ff.de fideiusso.l. fideiussor.Non obstat quòd non loquitur in vsura,sed in pœna. vel loquitur,quòd intellexit de damno reipubl.tantũ.si enim dico,fideiubeo pro sorte: nõ teneor in vsuris,& contrà.sicut & si centum debẽtur, & fideiubeam in decem,in aliis non teneor.vt ff.locati.l. quæro.

Adiectio.

In vsura quæ per stipulationẽ debetur, nõ est quæstio: quia si simpliciter fideiussit,in ea tenetur:sed in ea, quæ debetur ex mora,vel interesse. Distingue, vtrũ antequã fideiuberet reus principaliter cœpisset debere:quo casu,si simpliciter fideiussit,tã pro præterita,quã pro futura tenetur, qui debere non cœperat, nõ tenetur fideiussor secundũ Io. Si reus principalis solũ liberatur,fideiussor verò tenetur:qa est ad id obligatus per stipulationẽ, quod placet: cũ creditor sit in culpa,ꝙ à reo principali sortẽ accepit:vnde volũtate propria videtur eũ liberasse. Causa.Az.ru.37.

Non videtur fideiussorem dare,qui talem dat,qui se tueri exceptione potest.
ff.ad Vell.l.quamuis.l.si conuenerit.
ff.qui satisd.cog.l.quoties.
Suprà,de figm.leg.Non videtur factum lege.

Non videtur,&c.]Hæc est nota,sicut & sequens.

Strictius tenetur fideiussor,quàm reus.
ff.pro socio.l.verum. Azo ru.37.
Fideiussor non tenetur in duriorem causam.
ff.de fideiuss.§.2.

Contra.

ff.de cond.indeb.l.naturaliter.
C.de fideiuss.mi.l.1.
ff.de act.& obl.l.serui.

Fideiussor non tenetur,&c.]Hoc est verum,vt tantum æstimetur durior causa quatuor modis: scilicet re, loco, & tempore,vt in Instit.de act.§.plus autẽ. Cæterùm si fideiussor ex stipulatu,reus autem nudo pacto sit obligatus,non videtur esse durior causa.Item si reus habeat exceptionẽm personalem,vel priuilegium:vt in contraria Rubrica dicitur.Azo,rub.37.

Liberato reo fideiussor tenetur.
ff. de sol.l.si fideiussor.
ff.de vsur l.mora.
ff.de solut.l.cum quis.§.pen.

Liberato reo,&c.]Hoc speciale est, propter fideiussoris delictum,vel morã:vt in ll.sub Rubr.positis continetur:aliàs enim contrà est.vt ff.de fideius.l. hęres à debito.§.quòd si stipulator. & vt in contraria Rubrica continetur. Azo,rub.37.

¶ Debitor.L.67.†idem lib.60.digestorũ.†al.Vlp. Marcellus[a] definit esse debitor is, qui[b] nactus est exceptionẽ iustam, nec ab æquitate naturali abhorrẽtẽ.

Addit. a al.ait.al.Marcel.notat. b al.nanctus. Iunge l.13.nõ videtur cœpisse.l.113.l.116.§.fi. arg.sup.ti. 1.l.debitor.Debitor. Catachresis est, ne obstet l. creditores,s̃.tit.1.l.15.de ac.& ob.j.l.94.§.1. Nactus Est.[illegible] f. & eã opposuit,arg.de l.Titio,de suis.l. nulla, j. l.nõ põt videri desiisse.Ratio colligitur ab Olden.ex leg.creditor ait.sup.tit.1.Riisvvic. parat. Debitor.l.Marcel.l.167.definit deb.c.in alternatiuis. l.

nemo dubitat.97.soluendo.vide Culpa. Riisvvich.
Inter eos,quibus ex eadẽ causa debetur,occupãtis melior est cõditio,nec deducitur quod eiusdẽ cõditionis hominib.debetur.de re iud.l.inter eos.& ibi gl.
Mora debitoris non inspicitur,cùm etiã creditor moram facit.C.de pig.l.1.
Præsumitur soluisse debitor, qui habet cancellatum instrumentum.De con.ind.l.Stichus.§.Titius.Ale.in l.Labeo.de pactis.
Iure & non vi debitor conueniendus est. De eo quòd me.cau.l.extat.de act. & ob.l.negantes.
Omne promissum de iure debitum est.C. de suff.l.1.de pact.l.1.C.de trans.l.non minorem.de don.c.1.de in int.rest.l.nemo.
Vagus debitor vbiq.cõueniri potest.de op.lib. l.quod nisi.§.fin.de iis qui not.infam.l.ait. §.si debitorem. Quod cer.loc.l.1.Qui satisda.cog.l.si fideiussor.§.fi. C.vbi de cri.l.1. Riisvvich.

¶ Debitor.Nullus debitor etiam in diem,vel conditionem cogitur cauere,nec fideiussorem dare,l.2. C.de hæred.vel actio.vendita.
Fallit in 5.casib.quos ponit Tho.Parp.in l.2.ff.sol.mat. nu.69.vbi Crot.nu.60.
Quando debitor promisit soluere in quocunque loco, vbicunque potest conueniri,si ibi personaliter reperiatur,cùm in contractibus non habet locum remissio,l.hæres absens,§.fi.ff.de iudic.
Fallit in 4.casib.vt per Ias.in l.si conuenerit,ff.de iurisdictio.num.39.
Debitor generis,vel quantitatis, soluendo alij, quàm cui debet,non liberatur. hanc regulam cum vnica limitatione, & sublimitatione, ponit Bar.Clar.in l.falsus,C.de falsis,nu.41.
Nullo præcedente contractu nemo cogitur facere alij tractanti de lucro,etiam si non nocet, glo.in l.cùm quid.in verbo nouam,ff.si cert.pet.
Fallit in 3.casibus,quos not.Thom.Parp.in l.2.ff.solut. matr.nu.95.
Debitor non potest capi propria authoritate, no.Doctor.in l.nemo potest,ff.de leg.1.
Fallit in 4.casib.vt per Crot.in d.l.nemo potest. nu.8.
Fallit vt notaui s̃.in tract. de captura.
Debitor fugitiuus potest propria authoritate capi à creditore,l.ait prętor,§.si debitorem,ff.quæ in fraudem credito. l.generali.C.de decu.lib.10.
Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.78.Ampliatur in 5.casibus,Gome.in §.superest,num.59.Inst. de actio. Ampliatur in 11.casibus,& limitatur in 8.à Rip.in c.1.nu. 88.de iud.
Ampliatur in 6.casib.& limitatur in 3.à Pet.Duen.reg. 175.Ampliatur in 4.casib. & limitatur in pluribus,à Benin.in §.superest,Inst.de act.nu.412.
Debitor speciei,perempta specie ante morã liberatur. l.ex legati causa,& l. Stichus,certa die,ff. ver.oblig.
Ampliatur in 6.casib.& limitatur in 2. per Ias.in l. qđ te.ff.si certum petatur,nume.12. Ampliatur in 12.casibus,limitatur in 6.per Ripam in d.l.quod te,num. 4.Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 2.per Ias.in d. l.si ex legati causa.Ampliatur & limitatur in 3.casib. per Soc.reg.32. in add.Fallit in 4.casi. vt per Dec.in d.l. quod te.vbi Ioan.Bolog.ponit 3.limita.
Debitor generis perempta specie non liberatur ; l. incendium,C.si cert.pet.
Fallit in 3.casib.secundum Port.in libro primo suarum conclusio.reg.8.
Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 4. per Ioan.Bolo. in l.quod te.ff.si certum petatur.

Debitor speciei perempta ea post moram non liberatur per interitum, sed adhuc tenetur ad ęstimationē; quare mora perpetuat obligationem, l. si seruum, §. sequitur, & §. fi. & l. nemo. §. 1. ff. de verborum obligatio.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. à Ioan. Bolog. in d. l. quod te, nu. 16.

Debitor quantitatis etiam perempta quantitate, casu fortuito non liberatur, l. incendium, C. si certum petatur, §. item is, Inst. quibus modis re contrah. obliga. gloss. in l. quod te, ff. si cert. pet.

Fallit in 6. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 176. Fallit in multis casib. quos no. Ias. in d. l. quod te, num. 14. vbi Io. Sodol. Tho. Parp. ponunt multas limitationes, & sublimitationes. Fallit in 4. casib. vt per Rip. in d. l. num. 19. videas multas conclusiones in d. l. quod te, num. 30. vbi ponit octo limitationes.

Debitor obligatus ad quantitatem respectu certæ speciei, quam soluendo fuisset liberatus, perempta illa specie, liberatur etiam ab illa quantitate. l. quidem §. si tibi, ff. de leg. 1. l. 1. §. fi. ff. si cui plusquā per l. Falc.

Fallit vt per Ias. in l. Titiæ textores, §. alteri, ff. de leg. 1.

Debitor si est captus, & incarceratus, non seruata iuris ordine, non retractatur eius captura, si apparet, quòd verè est debitor, l. final. ff. quod metus causa, Bal. in l. tuæ, vt lite non contest.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in l. à diuo Pio, §. in venditione. col. 3. ff. de re iud.

Debitor sine die si conuenitur, priusquàm extra iudicialiter moneatur, non soluet expensas, si confiteatur, quare non fuit in mora, Abb. in c. 1. de accu. Angel. in l. si manumissori, C. de obseq patro. præst.

Fallit in 6. casib. quos not. Fel. in c. licet. Heli. de simo. col. 2. vbi etiam concludit quòd vbi dies est apposita non requiritur monitio. Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 2. per Fel. in d c. nu. 8.

Debitor necessarius, quando aliquid relinquit in testamento, semper videtur tale legatum factum vt compensetur cum debito, Iaso. in Authent. præterea, C. vnde vi.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. Authen.

Debitor constituitur in mora per interpellationem extraiudicialem, l. mora, ff. de vsu. l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig. l. quod te. ff. si cert. pet.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 4. à Dias regu. 155.

Ampliatur in 4. casibus, limitatur in 6. per Purp. in l. vinum, ff. si cert. pet. num. 31. Ampliatur in 10. casibus, & limitatur in 13. à Mar. Anto. Bauer. in tract. de mora, in 1. & 2. parte.

Debitor constituitur in mora ex lapsu diei, à contrahentibus apposito, Bald. Alex. & Ias. in l. vinum, ff. si cert. pet. l. magnam, C. de contrah. & commit. sti.

Ampliatur & limitatur in 7. casib. Purp. in l. vinum, nu. 3. ff. si cert. pet.

Debitor absolutus eo, quare non est debitor, non potest actor venire contra sententiam, & probare debitum, Bar. in l. Iulianus, ff. de condit. indeb.

Fallit in 5. casib. vt per Iason. in d. l. Iulianus, nu. 21.

Debitor ante tempus soluere potest, l. cùm tempus, ff. de reg. iu. l. stipulatio ista. §. si quis dolum, ff. de verbor. oblig.

Fallit in 2. casibus, vt per Soc. reg. 77. Ampliatur & limitatur vt per Dec. in d. l. cùm tempus, videas infrà in tract. debito.

Debitor speciei ex natura contractus de casu fortuito non tenetur, l. in rebus. in princ. ff. commod. l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. l. 1. C. deposi. c. 2. de posit.

Fallit in 3. casibus, vt per Dec. in l. cōtractus, ff. de reg. iu. nu. 46.

Debitor in diem non est propriè debitor: hāc esse cōmunem opinionem attestatur Iacob. Nig. in l. 1. ff. si cert. pet. nu. 76. vbi limitat in 3. casib.

Debitor interpellatus tenetur, si non soluit rem promissam certo loco, vel tempore ad interesse.

Fallit in 12. casibus, quos not. Plot. in rep. l. si quando, C. vnde vi, nu. 182.

Debitor liberatur si soluit ciuitati, vel tyranno, quando bona creditoris sunt confiscata. Bart. & alij in l. creditor ff. de solut.

Fallit in multis casibus, quos not. Por. in libr. 3. suarum concl. reg. 41.

Debitor si cessionarius ei notificet, ne cedenti pecuniā soluat, si aliter faciat, omninò liberatur, l. 3. C. de noxal.

Fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 79.

Debitor licet creditori suo contra suum debitorem actionem cedat, cessione tamen non obstante contra ipsum agere & exigere poterit, l. 3. C. de noua.

Fallit in 2. casib. quos no. Soc. reg. 8.

Debitor nō habens vnde soluat, regulariter in corpus luere debet, l. si id quod, ff. de iurisd. omnium iud. l. municipia. C. de ser. fug. c. fi. de dolo, & contum. l. fi. de in ius vocando.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 7. per Soc. re. 81.

Fallit vt no. Iaso. in d. l. si id quod. numero 28. vbi limitat in 4. casibus. Fallit in 3 casibus, vt per Socin. in d. l. nu. 12.

Fallit in 3. casibus, vt per Fel. in c. ad deliberandum, de iud. nu. 3. Ampliatur & limitatur per Alex. in d. l. si quis id quod, nu. 5.

Debitor meus purè si de voluntate mea promittat Titio, quod mihi debetur, ego non possum agere, l. pecuniam quam, ff. si cert. pet.

Fallit in 3. casib. quos not. Dec. in dict. l. pecuniā, nu. 5.

Debitor alternatiuè ex stipulatione quando verba stipulationis ad ipsum referuntur, potest eligere quod voluerit.

Fallit vt per Baptist. à Villalo. cōclusio. 10. in litera D.

Debitor in actionibus descendentibus ex contractu, vel quasi indistinctè post moram tenetur: hanc esse communem opinionem attestatur Soc. in l. quod te, ff. si cert. pet. vbi limitat in 3. casib.

Debitor vel promissor in loco destinatæ solutionis, nō potest conueniri, nisi ibi reperiatur. Panor. & Doct. in capit. Romana, §. contrahentes, de foro competenti.

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 11. per Ripam, in c. quo vult, extra de iud. num. 64.

Debitor potest excommunicari, ad petitionem creditoris, si non satisfaciat, not. in c. ad aures, de simo.

Fallit in 2. casib. vt per Fel. in d. c. nu. 1.

Debitor ad factum præcisè compelli non potest, l. stipulationes. ff. de verb. oblig.

Fallit in 5. casib. vt per Alex. in d. l. num. 27.

Debitor soluendo legitimo administratori, liberatur.

Fallit in 3. casibus, vt per Alexan. in l. pactum, C. de pac. nu. 1.

Debitor quando teneatur ad rem propter iuramētum, declarat Bar. distinguendo in l. eum qui, §. si iurauero, ff. de iureiur. Don. Fina, lib. 3.

¶ DEBITOR absolutus eò quia non est debitor, non potest actor venire contra sentētiam, & probare debitum. Hanc regulam ponit gloss. in verb. absolutus. & ibi Bartol. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de c[...]

de condict.indeb.in iiij.part.j.gloss.quam sequũtur ibi doct.excepto Fulgosio.

Hanc regulam cum tribus limitationibus posuit Ias.in d.l.Iulianus verum debitorem. P.Duen.reg.182.

¶ Debitor se à creditore liberare potest, etiam ante tempus soluendo.l.stipulatio.ista.§.si quis dolum. ff.de ver.oblig.

Primò fallit, in eo qui in diem certam promisit rem, quæ spatio temporis corrumpitur, puta fructus: quia inuito creditore solui non poterit.ita singu. tenuit Gul.de Cun.in l.pen.C.de fid.instrumen.pro quo facit id, quod dicitur in d. §.si quis dolum.in versi.inter.in fin.& quod no.in l.qui Romæ.in princip.ff.de verborum obligat.& idem sentit Barto.in l.in ciuilibus.C.de legi.& ibi Bal.qui contradicit Bart.in l.præfinitum.ff.quando dies lega.cedit.& Baldus in l.fin.C.qui admit.

Secundò fallit, vbicunque verteretur interesse creditoris quòd debitum soluatur ante tempus, nisi debitor totum vellet interesse soluere.vt est gloss.not.in d.l.qui Romæ.in princip. & de materia habetur etiam per Bal.in l.eum.qui ff.de annu.leg.vbi ponit an emphyteuta possit soluere inuito domino canonẽ pro pluribus annis:& per eũdem in l.statu liberos.§.Stichus.ff.de statu lib.& per Guli.de Cun.& Bald.in l.quamplures.ff.de fid.instrum.Bald.in l.si quis argẽtum.in fin.C.de donat.Bald.post Cyn.in l.j. C.de iure emphyteutico.& in l.filiusfamiliàs.§.diui.ff.de le.primo.per Speculator.in titu.de loca.§.sequ.versic.aliqua.Pet.de Ancha.in cap.potuit.de loc.& ibi per Inno. B.Soci.reg.100.

¶ Debitor licèt creditori suo contra suum debitorem actionem cedat: cessione tamen non obstante contra ipsum agere, & exigere creditor suus poterit.l.iij.C.de noua.in fi.

Primò fallit, vbicunque in instrumẽto cessionis exprimitur, quòd fit cessio creditori, & quòd omnia iura cedantur, & quòd cedens non solùm transferat omnem actionem, quam habet cõtra debitorem suum, sed etiam cedat, & transferat omnem spem & exercitium actionis, ita quòd apud cedentem nullæ remaneant actionum reliquiæ: cùm enim eo casu cedens nullo casu experiri possit nec agere contra debitorem, contra quem est facta cessio, sequitur quòd ille, cui huiusmodi cessio facta est, nõ possit ampliùs contra cedentem agere: cùm per talem delegationem sit obligatio nouata, vt in illis tribus casibus nota.tenuit Francisc.de Corne.in suo opere iudiciali, in vlt.part.ix.quæst.

Secundò fallit, dicta regula, quando fieret delegatio, & sic quòd debitor promittat soluere illi, cui iura cedantur: quia tunc etiam delegatus nullo modo poterit agere contra debitorem, vt est casus in d.l.3.in princ. C.de noua.sed istud non semper posset fieri, primùm verò sic.& ideò melius. B.Soc.re.109.

¶ Debitor constituitur in mora ex lapsu diei à contrahentibus appositum. Hanc regulam probat text.& ibi Bal.Alexan.& Iason in iiij.notabi.in l.vinum.ff.si cert.petat.& in l.magnam.C.de contrahend.& committen.stipul. De iure autem regio est tex.in l.xviij.tit.xj.part.v.

Hanc regulam cum vij. ampliatio.& totidem limitatio.ponit Franc.Purpura in d.l.vnicum.à num.13.vsque ad nume.31.& vide quæ dicam infrà in sequenti Regula. P.Duen.reg.180.

¶ Debitor constituitur in mora per interpellationem extraiudicialem. Hanc regulam probat text.in l.mora.ff.de vsuris.& in l.si ex legati causa.ff.de verbo.obli.& in l.quod te mihi.ff.si cert.pet.in l.Titia.l.ij.in §.vsuras.ff.de leg.ij.gloss.in l.qui Romæ.in §.cohæredes.in verbo, testato.ff.de verborum obliga.circa quam regulam vide Bartol.in l.non solùm.in §.morte.ff.de noui ope.nuntia.& ibi Anton.Rube.numero 681.Ludouic.Roman.in singul.ccccxxiiij.Ias.in l.nam & posteà.in §.si is qui temporali.num.10.ff.de iureiurand.& in l.si mora.numero 20.ff.si solut.matrim.Rube.Alexandrinus in repeti.l.vinum.nu.103.cum sequent.ff.si certum petatur.vbi Alexand.in l.si insulam.ff.de verb.obligationib. Corn.in consilio cj.num.15.volum.j.Ias.in d.l.quod te mihi.num.22.

Hanc regulam cum iij.ampliatio.& iiij.limitatio.ponit Ioan.Bernard.in regu.ccclv. Eandem regulam cum iiij.ampliatio.& vj.limita.ponit Francisc.Purpura.in l.vinum.numero 31.vsque ad numerum 47.eandem regulam, melius quàm alibi ponit Bauer.in tract.de mora: vbi in j parte à numero 1.vsque ad fin.ampliat eã decem modis: in ij.parte à nu.1.vsque ad fin.limitat eam tredecim modis. P.Duen.re.181.

¶ Debitor fugitiuus die feriato etiam in honorem Dei capi potest.gloss.est sing.secundum doct.in l.fi.C.de fer.& etiam propria authoritate, per casum singul.in l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in fraudem credi.& est gloss.not.Instit.de actionib.in princip.in versic.prosequendo.& glo.in §.j..cap.j.de pace iurament.firman.in vsib.feud.& videtur casus in lege generali.C.de dec.lib.x.

Primò fallit, vbicũque quis esset debitor in parua quãtitate seu paruo debito: quia tunc non poterit allegari suspectus.ita tenet glo.not.in auth.sed iam necesse.C.de donat.ante nup.& ita etiam tenet Ludouic.de Rom.in suo sing.quod habeo in num.28. inci.dic mihi tu hæres: vbi ipse ad hoc allegat textum, & ibi Bald.no.in dict.authentic.sed etiam.ibi gloss.quæ ad hoc expressè tenet.

Secundò fallit, vbicunque causa suspicionis non emersit post debitum contractum, sed anteà, quia tunc sibi imputatur qui cum tali contraxit.ita singu. tenet Ange.in l.ab arbitro.ff.quid satis.cog.ex quo à principio videtur ipsum approbasse.& ita tenet in l.nemo carcerem.C.de exact.trib.libr.x.& idem tenuit in l.is à quo.in §.fina.ff.vt in pos.leg.& in l.fi.per illum tex.no.C.de sponsa.& in l.ait prætor.in §.si debitorem.ff.quæ in fraud.cred.Ang.in l.j.C.quorum appel.non reci.& in l.apertissimi.C.de iud.&ibi hoc tenet Bal.idem Bal.in l.sciendum.in princ.ff.qui satisd.cogan.& in l.creditor.la secunda.si cert.pet.& in l.quod euitandi.de condi.caus.dat.& idem tenuit in l.si quis curialis.C.de episc.& cleric.in l.consentaneum.C.quomodo, & quando iudex.& idem tenuit Ange.& Imo.in l.j.in princip.ff.si cui plusquam per l.Falci.& idem tenet Ioan.de Imo.in l.ij.in princip.ff.solut.matrim.Bal.in Rubr.C.de reuo.his quę fi.in frau.cred.& idem voluit dom.Abb.in ca.quemadmodum.de iureiuran.& in cap.ij.de seq.poss.& in l.quæsitum.ff.de pigno.& Ang.in dict.l.fin.C.de fer.vbi per illam gloss.dicit quòd licet ex forma statuti veniens ad nundinas debeat esse securus & liber, & eius bona molestari non possunt: tamen ex causa suspicionis capi poterit, vt caueat de iudicio sisti: quia statuta simpliciter debent regulari secundum regulam iuris: vt est tex.not.in l.serui cõmunis.C.de noxa.sed de iure communi capi possunt ex causa suspicionis, vt dicit glo.prędicta: ergo, &c.B Soc.reg.111.

¶ DEBITOR fugitiuus potest propria auctoritate capi à creditore. Hãc regulam probat tex.in l. ait prętor.in §.si debitorem.ff.quæ in fraudem credi. & in l.generali.C.de decurionib.lib.x gloss. in l. extat.in verb.sine vllo iudice.ff.quod metus causa.&in l.quę situm.in verb.quia interest.ff. de pignori.gl.in verb. iudicio.in princip.Instit.de actio.& in authentic.vt iudices sine quoquo suffragio.in §.necessitatem. in verb.detinere.& in capitu j.in verbo potestatem.de pace iuramento firman. in vsib.feud. De iure regio probatur in l.xij.titu.xx.libro iij.Fori.& in l.x.titul. xv.part.v.& in l.ij.de legibus de la hermandad. Circa quam regulam vide Hippoly.in singul.xliij.& in singul.ccxliij. & in l.si vt allegas.nu.9 C.de sicariis. Iason in l.cùm te proponas.numero 3. C.de transactio.& in l.j.nume.71.ff.de officio eius.& in l.vinũ. numero 3.ff.si certum petatur.& in l. pecuniam. numero 9.ff.eodem titu.& in princip.Institu.de actio. numero 72.cum aliis.& ibi Gomez.num.59.Marc. de Mantua.in consi.xlj.numero 9.Seguram in l. ab exhæredato substituto.numero 5.ff.de legat.j. Paul. Paris.in consi.cvj.numero 52.& in consi.xcix. num. 3.volumi.iij.Castillo & Pala.Ruui.in l.lxvj.Tauri.Et quæ requirantur ad hoc vt debitor possit capi, ponit Ioann. Baptista Caccialupus in tractat.de debitore suspecto & fugitiuo.quæstion.ij.& iiij.Ias.in l. qui ab arbitro.numero 3.cum aliis.ff.qui satisda.cogantur.Paul.Paris.in consilio cj.numer. 6.volumine tertio. & Antonius Rubeus Alexandrinus in repet. l.non solùm.§.morte.numero 241.ff.de noui operis nunt.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Socin.in regul.lxxviij.Hanc regulam ampliat v.modis Gomesi.in dict.§.superest.numero 59.eãdem regulam cum aliis v.ampliationibus ponit Petrus Rebuffus in glo.ad constitutiones regias Galliæ,in prima parte,in tract.de literis obligato.art.vj.in gloss. tertia.numero 70. & alias quatuor ampliat. & quatuor limitatio. ad hanc regulam ponit Rodericus Xuarez in l. 2.tit. de los emplaziamentos, libro ij. fori. numero 20.Hanc etiam regulam amplia xj. modis, & limita viij.modis,vt per Franc. de Ripa in capit. j.nu.88.de iudic.

Vltra quos amplia primò,etiam si tempore cõtractus debitor dilapidasset bona: non tamen intantũ quin adhuc esset idoneus si posteà illud fortius dilapidasset,& conditionem suam deteriorem fecisset,procedit nostra regula & potest capi à creditore.ita Bal. in l.si pro ea. in principio.C.manda. nu.1.quem sequitur Iason in §.superest.num.87.Inst.de actionib. idem Iason in l.si ab arbitro.num.5. ff.qui satisdare cogantur.

Amplia secundò,nõ solùm in debitore principali, sed etiam in eius hærede.ita tenet Bart. in l.postulante. in princip.ff.ad Trebellia.quem sequitur Iason,in l. diuortio.in §.interdum.numero 6.ff.solut. matrim. Petrus Rebuffus in j.part.gloss.ad constitut. Regias Galliæ:vbi allegat alios doctores in gloss.ij.iij.articuli,in tractatu de literis obligatoriis.numero 10.& in eod.tractat.artic.vj.gloss.iij.numer. 74.Ioan.Crotus in repet.l.nemo potest.ff.de lega.j. quod tamen intellige per Rebuffum in dicto num.tertio.

Amplia tertiò procedere,vt creditor per solum sacramentum probare possit suspicionem fugæ.ita Ioan. de Imol.in l.ij.in fine principij.ff.solu.matrimo.vbi tenet quòd ad probãdum debitorem suspectum de fuga,ad hoc vt capi possit sufficit sacramentum creditoris. idem tenet Angel. in repet.l.nemo carcerem.C.de exaction.tribut.libro decimo. Hanc opinionẽ ante eum tenuit notabi. Benedictus de Plumbino in dict. l.nemo carcerem. Ratio huius ampliationis est:quia in hoc casu vertitur periculũ in mora:& vbicunque periculum est in mora ad probationem suspitionis sufficit iuramentum, vt est gloss.& ibi Innocent.in capitu.quoniam frequenter. vt lite non contestat.& in l.secunda.vbi doctor. C. vbi in rem actio.Pro qua opinione est casus in l. eorum.ff. de damno infecto.vbi dicitur , quòd timenti damnum,debet de damno infecto caueri, & talis timor probatur per iuramentum calumniæ:vt in l.qui bona.in §.si quis stipulaturus.ff.eodem titulo. ita ergo in casu nostræ ampliationis, quia mora est periculum allatura,& res est talis quæ celeritatem desiderat:ideò talis suspitio per iuramentum probatur,ne si aliæ probationes exigerentur,debitor interim aufugeret.Hanc opinionem tenuit Roman.in l.fideiussor.in §.fin.ff.qui satisdar.cogant.facit quod voluit Salicet.in l. vnica.C.de prohibita sequestra.pecun. vbi tenet, quòd reum esse suspectum vel nõ possidere immobilia,statur iuramento actoris: quia tractatur de modico præiudicio:argumento text.in l.thesaurus.ff.ad exhibend. Hanc opinionem dicit communiter practicari Ioannes Baptista Caccialupus in tractatu de debitore suspecto & fugitiuo,in sexta quæstione. numero 18. Eandem obseruare totum mundum testatur expressè Paul. Castrens. in consilio ccclxxiiij.numero primo. volumin. primo.Eandem tenet Ias.in l.secunda.numero 29. ff.soluto matrimon. & secundum hanc opinionem consuluit Alexand.in consilio xix.numero secund.volumin.tertio.& ita tenet Paul. Parisius in consilio cvij.nu.54. volum.4.

Contrariam tamen opinionem tenet Bald. in l. apertissimi.C.de iudi.numero 9. idem Bald. in consilio cclxxxv.numero tertio & quarto.in primo volumi. Angel. sibi contrarius in l. si ab arbitro.§.qui ex causa.numero 9.ff.qui satisdar.cogan.& in authenti. de exhibend. reis.in §.si verò. Hanc opinionem tenet Lanfranc.in tractatu recusationum, numero 7.Alexand.sibi contrarius in l.secunda. numero 22.ff.soluto matrimon.Eandem opinionem tenet Iason sibi contrarius in principio Institut.de action.numero 91.& in l.si ab arbitro, numero 8. ff.qui satisdare cogantur. Et hanc dicit communem Thomas Parpalia in repetitio.l.secundæ , in gloss.in verb.suspectum. ff. soluto matrimo. eam tenet expressè Ange. Aretin. in princip. Institut.de action.nume.8.quam opinionem dicit etiam communem Decius in consilio lxxv.& eam tenet Paris.sibi contrarius in consilio cj.numero 5.volumin. tertio. eandem opinionẽ tenet Catellian.Cotta.verbo,debitor,el primo.Pala.Ruui. in l. lxvj. Tauri. numero 49. & ibi expressè Castillo.in gloss.information.pro qua opinione est tex.in d.l.lxvj.Tauri.

Amplia quartò habere locum in bãnito:nam eo quòd quis est bannitus cẽsetur esse in fuga.vt in c.j.in §.si quis hominẽ.de pace tenen.& eius viola.in vsib.feu. facit tex.in l.si cum Cor.&in l.si quis.ff.de sol.quod notat Bal.&Moder.in l.rogasti.in §.fi.ff.si cer.pet.& ita tenet Ioan. Baptista Caccialupus in tract.de debitore suspecto & fugi. quæst.xvj.nu.3.

Amplia quintò, habere locũ etiã in alieno territorio, nã ibi potest propria auctoritate capi,ita tenet Ange.in repe.l.nemo carcerem.C.de exact.tributo.lib. decim.

decimo. quod ante eum expressè tenuit Benedictus de Plumbino in repetit. dictę l. nemo carcerem. in versic.item iuxta prædicta quæro. C. de exacto.trib. lib. decimo. quod esse mente tenendum dixit Caccialupus in dicto tractatu de debitore suspecto in vij.q. nu.2. quam tamen intellige vt per Xuarez vbi suprà num. 30. quem intellectum Xuarez ante eum posuit idem Ange.in l.j.num.2.C. vbi quis de curiali vel cohortali aliáve cond.conuen.

Amplia sextò, procedere etiam in pecunia: nam creditori debitoris fugientis licet capere pecuniam sibi debitam propria auctoritate. ita probat text.in d.§. si debitorem. quē sic intelligit Dinus in principio, Institut.de actionibus.& hoc etiam tenet Rainerius Foroliuio. in d. §. si debitorem. numero 1. & ibi Vdarli.Zasi.nume.primo.Caccialupus in dicto tractat. de debitore suspecto. in quarta quæstione. nu. vndecimo.Iason in §.superest. numero 81.Institu.de actio.Eandem opinionem tenet Bartolus in dict.§. si debitorem. quādo esset periculum in mora expectare iudicis licentiam.& ibi Zasius, nu.2.

Limita primò, non procedere quando creditor habet pignus: nam in dubio præsumitur idoneus: & tunc non potest capi tanquam suspectus de fuga: vt tenet Bald.in l. creditor qui non idoneum.ff.si certum petatur.pro qua opinione est gloss.in verbo, redigere. in l.secunda. C. de pignoribus.quem sequitur Ioan. Baptista Caccialupus in dict.tractatu.quæst.iiij.numero 17.Iason in dict. §.superest.numero 94. Instit. de actio.Catellia.verb.creditor.el secundo & in verbo debitor.el primo.Barba. in rub.de pignorib. vbi exclamat de illo dicto Bald.Quod tamen est verum quando pignus est idoneum: nam aliàs captura locum habet.tenet Alexander in dict. l. creditor. ff. si certum petatur. quem sequitur Rode. Xuarez vbi suprà, nu.29.

Limita secundò, nisi debitor militasset in armata militia: hoc enim casu non est licita in eum manus iniectio.gloss.est ij.in verb.armata.C.vbi quis decuriali vel cohortali.per tex.ibi.Ange.in l.j.numer. 2.in fi. & numer.3.C.eo. titu.eandem opinionem tenet Roderi.Xuarez vbi suprà, nu.31.

Limita tertiò, non procedere in debitore fugiente ad ecclesiam: nam etiam si suspectus sit de fuga non potest ab ea extrahi. Pro qua opinio. facit generalitas tex.in l.præsenti.C.de his qui ad eccles. cōfugi.& in §.sanè enim.eiusdē, l.cùm generaliter prohibeatur inuitum quem posse extrahi ab ecclesia.& etiam generaliter loquitur tex.in capitu.si quis contumax.& in capitu.miror.xviij. quæstione quarta.quam opinionem tenet Oldrad. in consi.liij.Abb. per tex.ibi in capitu.inter alia.numer.22.de immunit.eccles.sequitur etiam Ioan.de Visquis in repet.capitu.definit.numero 55.xvij.quæst.iiij.& de cōsuetudine seruari testatur expressè Hippolyt.in repetitio.l.vnicę, numer.111.C.de raptu virgi.Stephanus Aufre.in additionib.capellæ Tolosa.deci.ccccxxij. Boer.in decisio. ccxv.numero sexto.Syluest.in summa, in verbo, immunitas.el iij. in §.tertio.Francisc. de Rip.in dicto capitul.primo.numero 88.de iudic.Cynus in dict.l.præsenti.Ludoui.Gomez.in §.superest.numero 66.Instit.de action.Didacus in libro secundo Variarum resolut. capitu.xx.numero 14.Hanc opinionem dicit quotidie obseruari Deci.in l.vinum.in ij. notab.ff.si certum petat. eam tenet Roderi. Xuarez in l.ij.titu.De los gouiernos.libr.iij.fori, in 5.quæst. numero primo, eādem opinionem dicit esse veram & communem,& ita seruari Remigi. de Gonny. in tracta.de immuni.ecclesi.fallent.xxvj. numero 4. & 5.& 6.Pro qua opinione est text. de iure regio in l. ij.tit.xj.par. j.& est Pragma.fina. incipiens, Venerabiles prouisores, in volumine pragmaticarum.Licet contrarium teneat Ias.in l.vinum.nume.3. ff.si certum petatur.per quatuor fundamenta, de quo ibi.& principaliter mouetur per regulam dict.l.vinum. ff. si certum petatur arguendo de tempore ad locum. idem tenet Iason in l.plerique.numero 26.ff. de in ius vocand.& in l.j.in §.si excipiuntur. numero 9.ff. de feriis.quam opinionem reprobat Rip. vbi suprà. & ad eius fundamēta respondere vt per Remigy.de Gonny,& Ludoui.Gomez.vbi suprà. P. Due.re.175.

¶ Debitor generis peremptione speciei non liberatur. l.incendium.C.si cer.pet.

Limita primò, nisi genus deberetur respectu certæ speciei: quia tunc peremptione speciei liberaretur debitor.Bar. in l.quod te.ff. si certum petatur. &ibi Ias. & idem in l.si pluribus.ff.de lega.j. Alex.in l.in ratione.§.diligenter. ff.ad leg.Falcid.Bertrand.in consil. lxxxiij. volu.iij.Sublimita, vt per Lofred.in cons.ij, Marian.Iun.in consil.cxx.

Secundò fallit, nisi deberetur genus, & casus superueniret culpa creditoris, ita Bald.in l.sine hæreditaria, in ij.notab.ff.de reb.gest.per Decium in l.si à furioso.ff.si cer.peta.

Tertiò fallit, quando creditum factum esse cōtemplatione ipsius creditoris, & ad eius vtilitatem, iuxta terminos. l.Titius.ff. de præscrip.verb.vbi dicit Alexand.in l. si ex legati causa, in fin. ff.de verborum obligation.Decius in d.l.quod te. ff.si certum peta. Ias. in l. si pascenda.C.de pact.& in d.l. quod te.&in l.non omnis.§.pupillus, in fin.ff.eod.tit.Soci.in consi.cclxvj.vers.confirmantur.

Quartò fallit, quando debitor generis obtulisset speciem illius generis, quam creditor recusasset recipere: quia tunc specie illa perempta liberatur debitor.no.Alexand.in d.l.in ratione.§.diligenter. ff. ad leg.Falcid.

Quintò fallit, si est debitor in genere subalterno, & totum illud genus pereat: quia tale genus perire potest. d.l.in ratione. ff.ad legem Falcid. in §. diligenter.versi.incertæ viro. & no. in l. in naue Sopheli.ff. loca.& no.Alex.in d.§.diligenter. & idem in l.recusare.§.si quis alio.ff.ad Treb.

¶ Debitor quando est diuersi fori cum creditore, non tenetur regulariter ire ad domum creditoris, vt probat tex.in l.item illa.ff.de constitu.pecun.vbi Barto.quem sequitur Barbat.in cap.significante, de pign.

Fallit cùm debetur soluta ratione obsequij, vel reuerentiæ personæ, vel qualitas aliquid persuadeat, sed & si susceperit.§.libertas, ff.de iud.

Fallit in censualibus, vel affectuariis, l.pro locis. C. de anno.& trib.

Fallit quando locus solutionis esset determinatus. l.j. ff.de eo, quod cert.loc.

Fallit quando solutio fieret gratia conditionis adimplendæ.l.fin.C.de condit.insert.

Fallit, quando solutio fieret gratia moræ purgandæ. d. l.item illa.

Fallit in decimis.gl.c.j.xvj.q.vij.

Fallit in emphyteuta.Iaso.l.fin.C.de iure emphyteuti. S.Ianuar.

¶ Debitor licet teneatur soluere vsuras ad hoc vt iuramentum seruet, creditor tamen eas rectè non

non recipit. Doct. comm. capitulo debitores. de iur. iur. Medic. reg. 9.

¶ DEBITOR impetrans ius iniquum contra creditores suos, extenditur ius illud etiam cōtra se ad commodum debitorum suorum. gloss. rub. C. si cert. pet. item quemadmodum cogitur soluere creditori: l. debitor. ff. de verbor. signi. ita creditor cogi poterit ad accipiendum. l. acceptam. C. de vsuris. l. fideicommissa. §. si re. ff. de leg. 3. l. obsignatione. C. de solutio. no. l. ex ea. ff. de verb. oblig. d. gl. rub. C. de reb. cred. Medic. reg. 9.

¶ DEBITOR minoris in modica quātitate potest esse tutor pupilli. gl. ss. auth. minoris. C. qui dari tut. pos. Marsil. in praxi crim. §. & quia nu. 8. Bart. l. si quis. §. fi. ff. de pignor. neque potest vt suspectus iurari Bal. auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nup. Afin. in praxi iudic. §. 26. c. j. nu 5. neque propter paruum debitum quis de fuga suspectus dici potest. Doct. leg. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. Bal. auth. præterea. C. vnde vir & vxor. & Rom. consi. 320. idem singul. 96. nu. 8. Med. reg. 5.

¶ DEBITOR necessarius, quando aliquid reliquit in testamento, semper videtur tale legatum factum vt compensetur cum debito. Hanc regulam scripsit Iaso. in auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. quam colligit ex dictis per Barto. & doct. ibi, & per Bart. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matri. quæ dicta prius ipse Iaso. declarat.

Amplia, vt per eundem ibi, post Aretin. in consi. xciij. incip. viso legato. etiam si talis debitor sit necessarius, in foro conscientiæ tantum.

Limita dupliciter, vt per eundem Ias. ibi. B. Dias re. 171.

¶ DEBITOR non habens vnde soluat, regulariter in * corpus luere debet. * l. si id quod. ff. de iurisd. omni. iu. & in l. municipia. C. de ser. fugit. facit tex. c. fin. de dolo, & contum. & in l. fi. de in ius voc. cum simi.

ADDITIO.

* Debet. Declara hanc regulam, vt per gloss. j. in fi. in regula peccatum. de reg. iur. in vj. & in gloss. in verb. habent, in capitu. sicut dignum. de homi. quæ dicūt, quòd si talis punitur in persona, & deueniat ad meliorem fortunā, non vexabitur amplius in pœn. tex. est in l. sed si minus. §. si ante. ff. de iureiur. alleg. pro sing. per Rom. sing. suo xxv.

Amplia procedere etiam si talis soluens in vno nūmo deficeret, secundum Bal. in l. cùm sit. C. de sepul. viola. nisi fortè per errorem hoc factum esset, secundū Bald. in l. quamuis. in fi. ff. de cond. & dem. quem sequitur Imo. in l. in executione. de verb. obl.

Primò fallit, quia dicta regula procedit in delictis: secus autem in contractibus: vt est gl. no. xxiiij. q. vj. in c. si res. & Bald. in d. l. fin. de in ius vocan.

Secundò fallit, nisi delictum esset leue, puta quia quis est repertus de nocte: nam si non posset soluere libras, quæ sunt pœna euntis de nocte, non puniretur corporaliter licet non habeat vnde soluat: ita tenet Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugit. in mulcta imposita. B. Socin. reg. 113.

Tertiò fallit, nisi pœna pecuniaria esset applicanda alicui, & illi non peteret pœnam corporis, secundum Bal. in l. ꝙ si minor. §. ꝙ si seruus. ff. de minor. & in d. l. fin. & Inn. in c. Odoardus de solu. Bene. Vad.

Quartò fallit, in persona nō vili, sed solùm procedit in personis vilibus: quia in non vili omnis minima corporalis excederet pecuniariam. l. in seruorum. ff. de pœn. & ita expressè voluit Barto. in l. j. §. fina. ff. eod. titu. & Salyc. in l. & si seuerior. C. ex quib. caus. inf. irreg. quod tamen limita, nisi illa pœna pecuniaria esset extraordinaria. ita no. Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de off. præsid. Bene. Vad.

¶ DEBITOR re perēpta liberatur. Doc. com. l. quod te. ff. si cert. pet. l. si seruitutes. §. sublatum. ff. de seruit. vrb. præd. §. fi. inst. de vfru. l. 2. ff. eo. l. j. vbi Doct. com. C. de iure emph. l. vinum. vbi Doct. ff. si certū petatur. Medic. reg. 6.

¶ DEBITOR sine die si conueniatur, non monitus ante diem, regulariter non soluit expensas. l. si ex causa. de verb. oblig.

Fallit in debitore fisci. glo. sing. in l. cùm quidam. §. fiscus. de vsur.

Fallit in debitore ecclesiæ ex vltima volūtate. gl. sing. in §. item mista. Instit. de actio. & voluit Bald. in l. j. C. de sacros. eccl.

Fallit in debitore minoris. l. in minorum. C. in quibus caus. in integ. restit. non est necess.

Fallit, quando debitor iurasset. c. breui. de iureiur.

Fallit, quando promisisset se facturum, & curaturum, secundum Baldum in c. ad hęc. in tit. hic finitur lex.

Fallit, quando esset obligatus defendere, vt vult Specu. in tit. de aduo. §. j. vers. sed nunquid his, &c. S. Ianu.

¶ DEBITOR sine die, si conueniatur prius, quàm extraiudicialiter moneatur, non soluet expensas, si confitetur, quia non fuit in mora: not. Abb. ca. ij. prope. fi. de accus. no. bene Ang. l. si manumissori. C. de obseq. pa. præst. Bal. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expen. Vide Feli. in c. nouit. de iudic. prope. fi. & in d. c. ij. in fi.

Limita istam conclusionem sex modis, vt per Fel. in c. licet Heli. de simo. & vide eum ibidem. cui incumbit onus probandi, si negetur interuenisse monitionem extraiudicialem. B. Dias reg. 170.

¶ DEBITOR si cessionarius ei notificet ne cedenti pecuniam soluat, si aliter faciat non omnino liberatur, tex. est in l. iij. C. de nouat.

Primò fallit: vbicunque notificauit, sed non expressit causam debitori, quare non deberet soluere ipsi cedenti, quia tunc liberè ei soluendo liberatur. facit ad hoc illud quod tenet Bal. in l. fin. in viij. oppo. C. de edi. diui Adr. tol. & tenet Bart. in l. si quis inficias. ff. deposi. & in l. non solùm. §. morte. ff. de noui operis nuntia. in materia protestationis. & ideo ibi in glos. secundum eum cautela est quando denuntiatur debitori ne soluat, quòd creditor ei legat instrumentum debiti, vel copiam penes eum dimittatur: prout est tex. in clem. causam. cum gl. de electio. alleg. per Bar. in dict. §. morte.

Secundò limitatur dicta regula non habere locū quando apud eum qui cessit nihil remanet, eo quia solū vtiles habebat: quia tunc nō poterit ei solui ex quo nihil apud remanet: nam tunc debitor poterit soluere cedenti. ita singulariter tenet Bart. in l. ex asse. ff. ad Trebel.

Tertiò limita, vt no. per Bal. in l. si pecuniam. ff. de leg. j. vbi per illum tex. dedit aliam not. limitatio. ad d. l. iij. & vide Bal. in l. qui tibi. C. de hæred. & act. vend. & in l. pacto successorum. C. de pact. & in l. qui hominem. in §. j. ff. de solutio. & per Ang. in l. post constitutum. ff. de constituta pecunia. vbi dat aliam singu. limitationem & prgallegatam l. iij. D. de nouatio. B. Soc. reg. 112.

¶ DEBITOR: si contra vnum ex hæredibus debitoris fuerit lata sententia facit cohæredi aliquale præiudicium, & damnum Alex. in termin. huius reg. l. sæpe. nu. 5. ff. de re iud. Med. reg. 8.

¶ DEBITOR

¶ Debitor si est captus, & incarceratus, non seruato iuris ordine, non retractatur eius captura, si apparet quòd verè est debitor. text. est in l. fin. §. fina. ff. quod met. caus. reputat vnicum & sing. Bald. in cap. tuæ: vt lite non contest. & c. conquerente. de restitu. spol. quod refert Iaso. in l. à diuo pio. §. in venditione. de re iudicata.

Limita hanc regulam dupliciter vt per Iaso. vbi suprà. B. Dias. reg. 18.

¶ Debitor speciei ante moram, re perempta, liberatur: quia redacta est obligatio ad eum casum à quo incipere non potuit. Quam regulam probat text. in l. homo mortuus. & in l. impossibilis. ff. de verborum obligat. De iure regio l. xviij. titu. xj. part. v. & lx. titu. xv. lib. iij. fori. & quia casus fortuitus adscribendus non est debitoris culpę, vt in l. cùm duobus. in §. damna. ff. pro socio. Circa quam regulam vide Ruj. in consi. ccxviij. num. 7. volum. j. & in consi. clxviij. nu. 6. & 7. volum. iiij. Bellonium lib. iij. supputationum, c. xij.

Hanc regulam ponit Socin. cum iij. ampliationibus, & duabus limitationibus in reg. xxxij. in posteriorib. Bernard. de Luco cum vij. amplia. & iij. & limitatio. in regul. clxix. referendo se ad Iaso. in l. quod te mihi. numero 12. si certum petat. Eandem regulam cum x. ampliatio. & vj. limitatio. ponit Ripa in d. l. quod te mihi. à nu. 4. vsque ad nu. 12. P. Du. reg. 179.

¶ Debitor speciei perempta specie ante morã & culpam liberatur ab obligatione. l. si ex legati causa. & ibi no. per Bar. ff. de verb. obl.

Amplia, vt procedat etiam si debitor speciei fuit in culpa, quæ non dedit causam interitus rei sponsæ: quia tunc perempta illa specie debitor liberatur: vt probatur in l. qui ex stipulatu. ff. de actionibus & obligationibus.

Amplia etiam istam regulam procedere non solùm in debitore speciei, sed etiam in eo, qui tenetur ad factum, vt ad sistendum Titium in iudicio, quia etiam tunc si Titius moriatur, liberatur debitor ad obligatione. l. iiij. in fin. cum l. sequen. & ibi Paul. de Castr. ff. qui satisd. cogan.

Amplia hoc procedere etiam, si desit res debita esse in cõmercio nostro absque facto debitoris, qui etiam tunc perempta tali re, ante moram, & culpam ipsius debitoris, liberatur ab obligatione. l. is, qui alienũ. ff. de verborum obligatio. & in l. si mihi alienam. ff. de solutio.

Primò fallit in contractibus innominatis, in quibus, si quis tenetur ad certam speciem, quæ moriatur ante moram, non liberatur: vt in l. fin. verb. & ideo. & ibi Alex. ff. de cond. ob caus.

Secundò fallit in casu l. cùm quidam. de condit. insert. B. Soc. reg. 108.

¶ Debitor speciei, perempta specie, ante moram liberatur tex. est in l. quod te mihi. ff. si cert. petat. & tex. in l. si ex legati causa. ff. de verbor. oblig. & vtrobique omnes doctores.

Amplia hanc regulam septem modis, & limita tripliciter, vt per Ias. d. l. quod te. B. Dias. reg. 119.

¶ Debitor quantitatis, perempta quantitate etiam casu fortuito, non liberatur. Quam regulam probat tex. in l. incendium. C. si cert. pet. & in §. item is. Instit. quibus modis re contra. obligat. gloss. in l. quod te mihi. ff. si cert. pet. Circa quam regulam vide Ias. in l. si à furioso. nu. 4. ff. si certum petat. Ruin. in cõs. ccxviij. num. 10. volumine j. & in cons. clxxj. num. 10. volu. iiij.

Hanc regulam ponit Iaso. cum sex limitationibus in l. quod te mihi. num. 14. ff. si certum petatur. Easdem vj. limitationes ponit etiam Martinus Sancius Vascoletus in tra. indiuiduorum: in vij. curula, num. 80. & quia non ita facilè inueniri poterunt, Prima est.

Limita primò, nisi debitor obtulisset quantitatem, & ipse creditor recusat accipere: nam si posteà pereat quantitas, debitor liberatur. probatur in l. si decem. ff. de solut. & clariùs in l. si & per emptorem. ff. de actio & empt. & ita Barto. in d. l. quod te mihi. num. 4. quod est verum nisi illa quantitas adhuc maneat: quia tunc tenetur: vt in l. sed & si post. ff. de arbit. ita notab. tenet Iason vltrà in d. l. quod te mihi. in l. si à furioso. nume. 4. ff. si cert. pet. Ruin. cons. cxvj. nu. 11. vol. v.

Limita secundò in debitore quantitatis simpliciter: secùs autem in debitore quantitatis respectu speciei. Nam tunc perempta specie liberatur à quantitate. ita tenet Bart. in dict. l. quod te mihi. numero 9. per tex. in l. Titiæ textores. in §. fin. & in l. filius familiàs. in §. fi. ff. de leg. j. & alia iura quæ ibi allegat. quam limitationem Bartol. sequitur Alberic. Paul. Castrẽs. & Alexand. Moder. in l. si ex legati causa. ff. de verbo. oblig. Ias. in d. l. quod te mihi. numer. 15. vbi eam declarat.

Limita tertiò, quando pretium verè vel fictè superest penes debitorem, vt in l. si possessor. in §. fi. ff. de petitio hæred.

Limita quartò, quando inter partes esset conuentum quòd periculum esset creditoris: l. periculum. C. de nautico fœno. Regia l. tertia. in fine, titu l. secundo. part. quinta.

Limita quintò, non habere locum in casu l. Titius. versicul. sed neque ipsius. ff. de præscript. verb. vbi probatur quòd si dedi pecuniam alicui, & in eum transtuli dominium cum hac conditione, quòd si quid lucratus fuerit, ex reditu eius solueret pro me tributum: nam cùm tale pactum fiat gratia creditoris principaliter, & principale lucrum debet esse creditoris, ideò periculum debet ad debitorem spectare, cuius gratia principaliter celebratus fuit contractus. Hanc limitationem per istum tex. ponit expressè Paulus de Castr. vbi dicit se nescire alibi, in d. l. quod te mihi. quem sequitur ibi Ias. numero 5. Alexander in l. si ex legati causa. in fine. ff. de verborum obligationibus pro qua opinio. videtur text. de iure regio in l. iiij. ad medium. tit. 3. part. 5.

Limita sextò, quando respublica deberet certam quantitatem frumenti alicui: & eam illi obtulit: & quia erat tempus fertilitatis creditor accipere recusauit, volens expectare tempus carestiæ: nam isto casu respublica in totum liberatur, etiam si frumentum oblatum extaret: l. nulli. C. de erogatione militaris annonæ. libr. xij. & ibi Barto. quem text. ad hoc ponderat Bald. in l. non dubium. numer. 10. versi. xj. modo fit fraus. C. de legib. & in l. accepta. numer. 24. C. de vsuris. Roma. in dict. l. quod te mihi. num. 6. in fi. P. Duen. reg. 176.

¶ Debitor indistinctè iurans non exire districtum sine licentia creditoris si obtinuerit licentiam à creditore intelligi debet, vt non semel tantùm ei liceat discedere, sed vniuersaliter toties quoties ei libuerit, Fel. cap. 2. col. 4. de treug. & pace, quia fauorabilis res est. Med. reg. 2.

¶ Debitori præiudicium non potest fieri in subhastatione pignorum, dummodo non conuenerint de vẽditione eorum, vnde debitor ad hoc citari debet, Bald.

Bal.l.fin.C.de iur.dot.Barto.l.j. C.de fide instrum. Barto.l.Titio.§.Titius.ff.ad municipal.item debito ri non præiudicat creditor,si succubuit ex eo, quòd obligatio pignoris non valuit, vel ex alia causa non respiciente dominium. Barto. & com.Doct. l.sæpe. numero 4.vbi Alexan.numero 84.ff.de re iud. Abb. capitul.penultimo.num.9. & num.10.extra eodem. Bal.l.si siue.ff.ad Vell.Doct.l.præses. C.de pign.itē debitum vnius non facit grauari alterum nisi sit fideiussor,etiam si esset debitum filij, vel patris: nam vnus non tenetur pro alio, nisi quatenus est hæres, Veron.Caut.80.Doc.com.l.lex Cornelia.ff.de vulg. & pupil.Barto.leg.cum filius.ff.de verborum oblig. Bald.l.j.C.ne fil.pro patre. Med.reg.8.

¶ Debitorem dicens esse aliquem ex causa mutui secundum quod continetur in tali instrumento,si in eo nihil dicatur,nullum dicetur debitum, nisi actor alias probauerit intentionem suam.Iaso. in termin. huius reg.l.admonendi.lectura 2.nume. 30.ff.de iur. iur.Grat.consilio 105.numero 3.volumine 2. Doct. l.ait prætor.§.si iudex.vbi Rip.nu.4.ff.de re iudicata. Paris consilio 2.numero 50.consilio 7,numer.3.consilio 51.numer.17.volumine tertio. Augustinus Ber. consilio 20.numero 9. volum.3.consilio 93.num.51. volum.2. Med.reg.10.

¶ Debitum legitimę regulariter per testatorē præscriptum executores testamenti soluere non possunt,tamen si testator non habebat alios creditores, tūc debet intelligi de illis,contra quos legitimè prę scripserat.l.fundus.ff.de fund.instru.præcipuè quando testator mandauit satisfieri omnibus debentibus,Bald.l.quibus. §.dominus.ff.de cond.&demon. Ias.l.qui Romæ.§.duo fratres.numero 64.ff.de verborum obligation.not.l.legaui.ff.de liberis lega.Medic.reg.10.

¶ Debitum in diem potest ante diem solui.Hāc regulam probat tex.in l.eum qui.in §.fin.ff.de verbo. obliga.& in l.quod in diem.ff.de solutio.& ibi glos. ponit concordantias.

Hanc regulam cum duabus ampliationib. & quinque limitationi.ponit Zasius in l. stipulatio ista. in §.incertam.nu.3.ff.de verb.obli. P.Duen.reg.163.

¶ Debitum vel onus non diminuitur nec perimit obligationem diminutis personis oneratis,vel quæ aliquid debent.Hanc regulam probat tex.in l.si pactum.ff.de probationib.in l.veteris.cum concordantibus ibi signatis. C. de contrahen.& committend. stipulat.in l.si debitori.C.de pactis.in l.pro hæreditariis.C.de hæreditariis actioni.& in l.fina.eod titu.

Amplia primò,etiam si obligatio sit in dando,seu in faciendo,siue mista:vt in d.l. veteris.

Amplia secundò, etiam si diminutio causetur ex inutili adiectione personæ ad obligationem:vt si fundus quem habebam communem cum Titio fuit à me venditus pro decem:nam licet ratione Titij non teneat vēditio,nihilominus ego sum in totum ad pretium obligatus, & in me firma manet totius fundi vēditio:vt in l.fundus ille.ff.de contrahend.emptio.

Amplia tertiò,in indiuiduis,in quibus quilibet in solidum tenetur:vt in l.fideicommissa.in §.penultim.ff. de lega.iij.nam si vnus ex cohæredibus est grauatus opus facere ciuitati, vel statuam, vel aliud indiuiduum, potest insolidum astringi cohærede nolente vel negligente:vt habetur in l.ij.in §.j. & ij. & in l. iiij.in §.Cato. & in l.stipulationes non diuiduntur. ff.de verb.oblig.

Amplia quartò, non solùm si diminutio causetur ex morte vnius personæ,verùm etiā ex alio defectu:vt quia sit incapax,vel inhabilis:vel si sit diminutio dispositionis,siue postea superueniat : vt habetur in l. vnica,in §.primo.cum pluribus sequentibus. C. de caduc.tollen.& in l.si Titio.ff.de leg.iij.

Amplia quintò,in pluribus qui aliquid debent vt vniuersi,vt in l.sicut.in §.fin cum ibi notatis.ff.quod cu iusque vniuersit.nomi.

Fallit primò,in onere, vel debito cohærenti personæ: quia non transit ad hæredes cùm extinguatur cum persona.vt in l.centesimis.in §.j.ff.de verbo.obligation.& in l.si decesserit.& ibi Barto.& doct.ff.qui satisdar.cogant, & in l.j.in §.ne autem.C. de caducis tollendis.

Limita secundò,vbicunque est electa industria personæ: quia cùm obligatio non egrediatur personam, perit & cessat:vt in l.inter artifices.ff.de solutio.notatur in l.nemo est qui nesciat. ff.de duobus reis. ita dixit Bart.in l.si sit stipulatus. in fine.ff.de verborum obligation. Bald. in d.§.ne autem. & in l. continuus. in §.si ab eo.ff.de verborum oblig. Cinus & doctor. in l.veteris.C.de contrahend.& committen.stipula. Ludouic.Roman.in singul.dclxiij. Felin. in capitul. quoniam.in §.is autem.num. 5. de offi.deleg. Quod tamen est verum,nisi hæredes essent eiusdem artificij:nam tūc licet esset electa industria personæ, obligatio transit ad hæredes. ita concludit Alberic. vbi dicit ita communiter teneri,in dict.l.inter artifices. nu.1.

Tertiò limita,vbi ex pluribus creditoribus quis efficitur non soluēdo: quia alij non tenētur pro eo etiam in causa alimentorum:vt in l.solent.in fin. ff. de alimen.& ciba. legat.facit tex. in l.j.& ibi not.C.ne filius pro patre.

Limita quartò,in persona accessoria, vt est fideiussor, qui liberatur liberato principali:vt in l.vt hęredi.in §.in his.cum l.sequen.& in l.quod dictum.ff.de pact. Iason notabiliter in l.si post moram.nu.2.versi.modò ego habeo regulam.ff.de eo quod certo loco.

Quintò fallit respectu præscriptionis: vt si debens decem annua decesserit relictis duobus hæredibus, quorum vnus soluerit,& alius cessauerit tanto tempore ex quo possit causari pręscriptio:nam tunc debitum minuitur.tenet Barto. in l.si priùs.in prin.nume.4.ff.de aqua pluu. arc.

Fallit sextò,vbi onus est distributum pro numero personarum: nam si minuantur personæ minuētur operæ:quia nō debet vnus pro tributo alterius vel onere grauari:vt in l.vnica,& ibi gloss.C.vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur.lib. xj. & in l.hac definitione.cū ibi notatis. C.de omni agro deserto.lib.xj. notat Barto.in l. munerum.in §. mista.ff.de munerib.& honorib.& hoc etiam est verum si sit de eadem domo:vt in l.legatorum.in princip.ff.de leg.ij.vbi Bart.hoc expressè notat. notatur in l.ij.C. de apochis publicis.lib. x. facit l.iij.in fi.ff. de aliment.& cibar.legat.

Septimò limit.in casibus,in quibus ius disponit, quòd portio deficiens non transeat nec remaneat cum onere suo,& sic vbicunque cessat ius accrescendi:quia tunc ex quo non accrescit portio personæ deficientis propter quam onus est impositum pariter onus non accrescit:&quando sit, patet in l.vni.in §.j.cum sequentib.C. de caduc.tollendis.notat Barto.in l.re coniuncti.nu.54.ff.de legat.iij.habetur per Bald. & doct.in l.vnic. C.quando non peten.partes.P.Duen. reg.178.

¶ Debitum

¶Debitvm vel onus diminuitur, diminutis personis quibus aliquid relinquitur, seu debetur. Hanc regulam probat text. in l. Seio amico. in principio. ff. de annuis legat. vbi si lego Titio decem annua si interueniet negotiis filiorum meorum qui erant tres, vno moriente legatum minuitur, ex quo onus etiam minuitur. facit text. in l. penultim. ff. de conditio. & demonstratio. in l. vnic. in §. j. C. de caducis tollend. facit ad hoc: Nam si debeo alimenta pluribus quorum numerus sit diminutus. minuitur onus, vt in l. dominus. in §. fin. ff. de vsufruct. in l. 3. in §. de bitis. & in l. pecunia. ff. de alimen. & cibar. leg. alimenta enim cum persona extinguuntur. vt in l. cùm ij. in §. constat. ff. de transact. in l. in singulos. ff. de annuis legatis.

Fallit primò, vbi obligatio est transitoria ad hæredes: quia diminutione personarum non minuitur actio vel obligatio, sed transit ad hæredes, etiã si sint collegæ in creditum: vt in l. veteris. C. de contrahend. & committen. stipula. & in l. si pactum. ff. de probationib. cum concordant. hæres enim personam defuncti repræsentat pro ea parte pro qua est hæres: l. cùm à matre. C. de rei vend. in l. si ab eo. C. de negotiis gestis. in l. j. C. si certum petatur & censetur eadem persona cum defuncto: vt in auth. de iureiurando à moriente præstito in princip. ita tenet Decius in l. hæredem. ff. de reg. iur.

Fallit secundò in indiuiduis: vt in l. si communem. & in l. non satis. ff. quemadmodum seruitut. amittan. & in l. 4. §. Cato. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum oblig. cum ibi not.

Fallit tertiò in eo quòd debetur pluribus personis, non vt singulis, sed vt vniuersis: quia diminutione personarum etiam si vnus tantùm supersit non minuitur obligatio: vt in l. sicut. in §. fin. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine.

Limita quartò, vbicunque habet locum ius accrescendi, quia portio personæ deficientis transit ad alium cum onere, vt in l. vnica, §. primo. cum pluribus sequentibus. C. de caduc. tollendis. & in l. & si cõtra. ff. de vulgar. & pupill. & latè habetur per Bar. & Doctor. præcipuè per Alciatum in l. re coniuncti. ff. de legat. tertio. quod est intelligendum, quando persona deficiens perfectè excluditur: quia aliàs non habet locum ius accrescendi: vt in l. si duo: in princip. & ibi nota. ff. de iureiurando, iuncta l. communi liberto. ff. de bonis libert. quæ materia tractatur per Bald. in l. vnica. C. quando non petentium partes. vbi Cagnolus. P. Duen. re. 177.

¶Debitvm, vel onus diminuitur, diminutis personis, quibus aliquid relinquitur, seu debetur, l. Seio amico, in prin. ff. de annu. legat.

Fallit in 5. casib. vt per Pet. Duen. reg. 177.

Debitum vel onus nõ diminuitur, nec perimit obligationem diminutis personis oneratis, l. si pactum, ff. de probat. l. si debitori, C. de pact. l. pro hereditariis, C. de hæred. actio.

Ampliatur in 5. casibus, & limitatur in 7. à Petr. Duen. regul. 178.

Debitum regulariter non augetur: siue onus rei, vel personæ promissum, auctis rebus vel personis, quibus onerosum debetur: hanc dicit esse magis communem opinionem Alb. Bru. in tract. de aug. vbi limitat in 5. casib. num. 8.

Debiti remissio non inducitur per diuturnitatem, vel taciturnitatem temporis l. liberis, quos, §. manumissis, ff. de ali. & ciba. leg.

Fallit in 4. casibus, quos notat Petr. Duen. reg. 127.

Deberi nobis aliquid potest ex pluribus causis, l. non est ex pluribus, ff. de reg. iur.

Fallit in 2. casib. vt per Dec. in d. l.

Debitum per diuturnam solutionem probatur, l. cùm de in rem verso, ff. de vsu. Bart. gl. in l. seruitutes, de seruit.

Fallit in multis casib. quos not. Docto. in cap. fin. extrà de causa pos. & propriet. Fallit in 2. casi. vt per Soc. regul. 82. Don. Fina, lib. 3.

¶Debitvm per diuturnam solutionem probatur. l. cùm de in rẽ verso. ff. de vsuris. & ibi plenè per Bar. & gl. in l. seruitutes. ff. de ser. tit. generali.

Primò fallit, hæc regula in nonnullis casib. de quibus per doct. in c. fi. extrà de causa pos. & proprie.

Secundò fallit in ecclesia vel pupillo, vt voluit Bald. in d. c. fi. & l. cùm de indebito. ff. de probat.

Tertiò fallit, quotiescunque quis debitum petat, & ius commune resistat: quia tunc non sufficit allegare ti. nisi probetur: vt habetur in c. 1. de præscrip. lib. 6. secùs autem, si ius commune non resistat: vt per Abb. in d. c. fi. & pleniùs in c. peruenit. ad fi. de cens. & vt per Bar. in d. l. cùm de in rem verso. & Bart. & Bal. in l. si certis an. C. de pac. vbi etiam per Alexa. & doct. B. Soc. reg. 114.

¶Debitvm regulariter non augetur, seu onus rei, vel personæ promissum, vel debitum, auctis rebus, vel personis quibus onerosum debetur. Hanc regulam ponit glo. in l. nõ modus, C. de seruitutibus. vbi dato quòd augeatur fundus cui debetur seruitus aquæ ductus, non ex eo augetur ipsa seruitus: quam regulam probat etiam text. in cap. quanto. de censibus vbi est expressum, quòd si quis fraudauerit monasterium, ita quòd ex reditibus ipsius monasterij detur procuratio monachis alterius monasterij, & contingat quòd multum sit auctus numerus monachorum quibus procuratio debebatur, fit reductio iudicis arbitrio ad antiquam mensuram seu numerum antiquum. Circa quem text. vide Palã. Ruui. in repet. rub. de donatio. §. 66.

Hanc regulam ponit Brunus in tract. de augmẽto: vbi in numer. 7. & 8. & 12. dicit hanc esse magis communem opinio. in 10. conclusione principali: & eam dicit tenere Pileum, quæstion. 48. Bartholom. Brixien. in quæst. 50. Imol. in clement. literas. num. 28. de rescrip. Ias. in l. quo minus. nu. 136. ff. de flumini. Hanc regulam limitat quinque modis, & eam declarat Brunus vbi suprà, à nu. 8. vsque ad nu. fi. & vide eundem ibi, in 12. cõclusione principali. P. Duẽ. re. 184.

¶Debitvm soluitur morte, mortuus enim non debet sed debuisse dicitur, Imola l. qui Romæ. §. Augerius, numer. 3. ff. de verborum oblig. vnde hæres non potest carcerari pro debito defuncti, Bartol. l. si decesserit. ff. qui sat. cog. Abb. cap. compromissorum. numer. 3. de arbitr. Bald. l. per diuersas. numer. 14. C. mand. & hoc, nisi per pactum aliter sit expressum, seu statutum aliter disponat, Socin. consilio 120. nume. 18. volum. 1. consi. 24. num. 7. vol. 3. Doct. Com. l. postulante. ff. ad Trebel. Alexand. cons. 18. nume. 16. volum. 5 Alc. l. 2. §. ex his. num. 9. ff. de verbor. oblig. Bertrand. cons. 21. numer. 3. volum. 1. dixi super. conclus. 20. dicam infer. concl. executio. & hoc intellige de personali vt super. concl. 3. Secundò soluitur debitum solutione eius, quod debetur. Inst. quibus modis toll. obli. in prin. Tertiò, per compensationem: dixi ego in meo tractat. de Conpensat. in procem. num. 2. Med. trac. 2. par.

¶ DEBERE & OMITTERE. Qui omittit quod debet, intelligitur facere quod non debet.
In Aut.vt lic. mat.& aui.§.qui verò.§.si quolibet.
In Aut.vt cùm de app.co.§.si quis. Az.ru.104.
Casus, in quo aliquis in quadruplum condemnatur.
In Aut.vt litig.iur.§.& hoc quoque. Azo rub.104.
Casus, in quo quis condemnatur in triplum.
In Aut. de sanct.Epis.§.si quis autem.
Consensus pro facto accipitur.
In Aut.de Eccles.tit.§.si quis tantum. Azo rub.104.
Peccata suos teneant autores.
In Aut.vt null.iud.§.quia non. Azo ru.104.
Rescripta contra ius valere, si princeps ex certa scientia fecit, sed tamen iudex aliter ea nõ debet admittere, nisi primò Imperatori rescripserit: & tunc demum valebunt, si Imperator ei secundò rescripserit.
In Aut.de mand.prin.§.deinde competens.
In Aut.vt null.iud.§.& hoc non iubemus. Azo rub.104.

¶ DEBERI. Nostrum. Paul. libr. 70.ad edictum. Lex 169. al.120.
Non vt ex plurib.causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem a potest b & nostrum esse.
ADDIT. a possit in P.Flor. b deest ibi.
Coniunge l.an eadem.§. actionis.de except.rei iud. & quidem idem ex pluribus causis deberi nobis potest, ab eodem, vel aduersis, vt ex vendito, ex stipulatu: sed idem ex plurib.causis, non potest nostrum esse. Quod enim meum est, amplius meum fieri non potest. Viuiennus.

¶ DECENNIO siquis habitauit, videtur habere animum perpetuò standi, & præsumitur ibi constituisse domicilium.tex.iuncta gl.in l.2.C.de incolis.li.x. & ita intelligitur quod not.Ioan.And.& proœ.Decret.per l.cùm de in rem verso. ff.de vsur. Barto.& Ang.in l.lex Cornelia. §.domum.ff.de iniuriis.
Limita dupliciter vt per Maria.in capitu.fina.de foro compet.refert eum Felin.in cap.dilectus.el 2.de rescript. B.Dias re.172.

¶ DECEPTI Deceptis & non decipientibus iura subueniunt. De pig.ac.l.si rem.§. omnis pecunia.gl.fin. Ad Vel.l.2.§.verba.
Auctoritate legis nemo decipi debet.C.de his qui ve. æt.l.1.
Iustum vt ille est qui alium decipere credit, suam sentiat iacturam. Auth.de emphy.§.si qui. Riisvvich.

¶ DECLARATORIA sententia iuris seruitutis realis lata cum vno non nocet alteri, glo.l.qui aliena.§. fi.ff.de neg.gest.gloss.lege secunda.§.si hæres.ff.eo. gloss.Barto.& Com.Doctor.l.si de communi.ff.de verb.oblig.Alex.l.sæpè.nu.48.ff.de re iudic.& quid de personali: vide Fel.c. quamuis.num.10.extrà, de sent.& re iud. Med.reg.8.

¶ DECLARATORIA sententia alteri nocet. Rom. consilio 347.add.ad Barto.in rubr.C.res inter alios acta.& nota quòd in declaratione animi citatio non requiritur.gloss.l.prima. ff.de acquiren.hæred. Med.reg.8.

¶ DECIMAE. In decimis consuetudo seruari debet,& soluere decimas est de iure diuino, cap.tuæ, de decimis.
Fallit in 6.casibus, quos not. Bened.de Bened.in suo tract.conclu.98.
Ad decimas prædiales tenentur clerici.c.nouum, de decim.vbi Docto.
Fallit in 3.casib.quos not Bened. Capr.in dicto tract. reg.99. Don.Fina,lib.5.

¶ DECIMATIO cuiusdam loci alicui concessa, intelligitur concedi etiam futuram decimationem. Archi.c.cognouimus.12.q.2.Bald.auth.excipitur.C.de bon.quæ liber. Med.reg.2.

¶ DECRETVM bis interponi non solet ex dispositione iuris, tamen optima cautela est, vt is interponatur, Bal.l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb. eorum, & aliquid operabitur.Euer.in loco à vigemi. nu.6. Medic.reg.3.

¶ DECRETVM. Decretum sub conditione interponi. ff.de fideicom.lib.l.qui diui.§.adiici. Azo ru.104.
Pro instrumento empti feudi non agitur vt detur, sed vt exhibeatur.
ff.de act.emp.l.creditor. Azo ru.104.
Intelligitur permissum, nisi sit specialiter prohibitum.
Suprà, de tacit.& expres.Rub.vlt.
In Aut.de hær.& fal.§.his igitur. Az.ru.104.
Voluntas defuncti habetur pro lege, nisi lex contradicat.
In Aut.de hær.& fal.§. cui.& §.si quis.& §.his igitur.
In Aut.de nup.§.vnum itaque.& §.si non.§.si quis ex.§.si igitur.in fi.& §. pigno.in fi.
In Aut.de iureiur.l.à mo.in prin.
In Aut.quib.mod.nat.effi.sui.§.si quis autem.
CONTRA.
In Aut.de hær.& falc. Azo ru.104.

¶ DEBITVM ex falsa causa interpositum, est nullum. Hanc regulam probat text.in l.magis puto.in §.si æs alienum.ff.de rebus eorum.in l.Seiæ.ff.de tutori.& curator.dat.ab iis.in l. iusta.& ibi Benedict. de Plumbino, numero tertio. ff.de manumis.vendic.in l.cùm verò.in §.subuẽtum.ff.de fideicommissa.lib. & in l.& si præses. C.de prædiis mino. Iacobin.de sancto Georg.in l.hoc.edicto.in j.lectur.numer.10. ff.quod quisque iuris.vbi ponit hanc regulam Cor. in consilio cxxxij.numer.12.volumin.2.& in consil. cxxxij.numero 6.volumin.iiij.& in consilio clxxxv. numero 2.eodem volumin. Alexand.in consil.lxix. numero primo.volumin.iij.& in consili cxlvij. numero 1.& in cons. ccvij.numero 7.volumi.vij.And. Alciat.in tractat.præsumptio.in 3.regula, præsump. x.Ias.in l.si is ad quem.numero xv.ff.de acquirend. hæredit.Ruinus in cons.clx.numero 27.volum.2.& in cons.xlvj.numero 3.volum.5.Parisius in cons.99. numero.16.volumi.1.& in cons.12.numer.63.vol.2. Syluester in §.si quis autem: numero nono.vbi dicit hanc esse communem opinionem, Insti.de excusatione tut.
Amplia primò, siue causa esset falsa ipso iure, siue per exceptionem: ideò decretum interpositum propter debitum quod potest excludi per exceptionem non valet: ita Inno.in cap.præterea.num.4.de dilationi. quem sequitur Lud.Rom.in cons.454.nu.9.
Amplia secundò, etiam si suberat vera causa ex qua interponi potuisset & valuisset, non tamen fuit allegata sed falsa,& super ipsa fuit fundatum decretum: vt in l.tutor si petitus.& in l.Seiæ egressæ.ff.de tutoribus & curatoribus dat.ab iis.ita tenet Paulus de Castro in cons.201.vol.1.
Amplia tertiò, siue causa falsa sit expressa in Decreto, siue non: dummodo ex actis constet: vt est gloss.i

Decr

Decreto, siue non: dummodò ex actis constet: vt est glos. in l.2 in verbo, palàm: in fin. C. quando prouoc. non est necesse. Barto. in d.l. Seiæ. ff. de tutor. & curator. dat. ab iis. num.2. Raphael. Cuman. in cons. cxv. numero 6. Alex. in cons. ccvij. num.7. volum.2. vbi dicit hanc esse communem opin. pro qua opinione allegat text. in l. magis puto. in §. penulti. ff. de rebus eorum.

Amplia quartò, etiamsi causa sit pro parte falsa, quia tunc in totum vitiatur decretum. tenet Bart. quem sequuntur ibi docto. in l. si non sortem. in §. si centum. numero 5. ff. de condictio. indeb. Bald. in Margarita, in verbo, decretum. questio.2. Roman. in consilio 454. numero 12. Dec. in consilio 403. n.20. Ruin. in consilio clx. numer.27. volumin.2. & Paris. in consilio 100. numer.31. & 35. volumin.1. Ratio est quia sententia indiuidua est vnius capituli: vt in l. in hoc iudicio. ff. famil. erci. & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur: vt in l.1. in §. itē quæritur. & in §. itē Trebati⁹. ff. de aqua quotidia. & si æstiua. in l. Grecè. in §. illud. ff. de fideiusso. & sic adiudicatio rei pro maiori debito quàm sit, non tenet in aliquo quādo fit à iudice: vt in l.1. in §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. Bal. in l. certi cōdictio. in §. quoniā. n.3. ff. si certum peta. secus si à parte: vt in dicto §. si cētum. ita tenet Alexan. in l. iustè possidet. & ibi doct. ff. de acquir. possessio. Bald. in consilio 223. nu.1. & 2. vol.2. & ita fuisse iudicatum testatur Matthæus de Afflictis in decisio. 218. nume.3. & 4. Quod non procedit etiam quando res esset mihi adiudicata, tam ratione mei debiti quàm debiti fratris, cuius mandatum non habeo: quia tunc pro parte mea tenebit. ita concludit Bal. in l. ordo. num.17. C. de executio. rei iudi. quem sequitur Philip. Dec. in l. cùm ampliùs. n.3. in ver.3. limitatur. ff. de reg. iur.

Limita primò, quando ius, & iustitia deficerent ex parte conuenti, seu ratione rei in qua missio facta est, vtpote si verè sim creditor Titij, & miss⁹ sim in possessionem rei Caij, tanquam esset Titij: nam tunc si missio ex primo decreto facta sit, poterit Caius comparere & ostendere summatim de iure suo, & reuocari facere missionem, vt in l. à diuo Pio. in §. si super rebus. ff. de re iudic. si verò compareat post secundum decretum, non poterit summariè reuocationem missionis petere: sed ordinariè sic, libellum offerendo, & alia faciendo necessaria: vt in d.l. à diuo Pio in §. si post addictum. Bart. in d.l. si is, ad quem. num.2. de acquirend. hær. Item si missio facta fuerit, in qua tertius ius habet: quia intra annum summariè discutietur: posteà verò ordinariè: ita Bart. quem sequuntur ibi docto. in l. iustè possidet. numero 1. ff. de acquiren. posses. secùs si deficeret ius ex parte agentis, vt si peto centum quæ falsò mihi dico esse debita: & quia non comparet, in possessionem bonorum tuorum missus sum, tunc non valet decretum interpositum: quia ex parte agentis ius defecit, cùm nihil mihi debeatur: vt in l.j. in §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei.

Limita secundò, quando fuisset cognitum de veritate aut falsitate causæ ante decreti interpositionem, vt est glos. in l. si putas. in verbo, negarentur. & ibi Bald. C. de petition. hæredita. argumen. text. in l. fina. C. de edicto diui Adrian. tollend. Bald. in l.2. C. quando prouoc. non est necesse. etiam si summariè cognitum fuerit, quia in decreto plena cognitio causæ non requiritur: gl. in l. cùm proponas. in verbo, constat. C. de bonis auctorit. iudi. possi. & in cap. quoniam frequenter. in §. fi. in verbo, summatim, vt lite non contest. Text. de iure regio in l.2. tit.8. par. 3. & hanc limitationem tenet Ant. in l. ius pluribus. ff. de iusti. & iure.

Limita tertiò, quando decretum interponeretur ex causa erronea: vt si iudex ignorans interposuerit decretum super contractu dolo vel metu inito: tunc enim decretum non est nullum, sed poterit peti restitutio, vt in l.2. C. de fideiuss. mino. & ibi Bal. n.1. & 2. Iacobi. de sancto Georgio ibi, nu.13.

Limita quartò, quando interpositum esset ad postulationem partis, & erant tales qui sibi præiudicare poterant: nam tunc falsitas causæ decretum nullum non redderet. Hanc limitationem posuit Barto. in l. tutor si petitus. ff. de tutoribus & curator. datis ab iis, dum soluit cōtrarium l. si vt proponis. C. de confirmam. tuto. quem sequitur Ant. in l. cùm ij. in §. si prætor. & ibi Iacobinus in 1. lectu. nu.5. & in 2. lect. num.7. ff. de transactio.

Quintò limita, quando decretum inter consentientes interpositum esset: vt in l. sed si hac. in §. patronum. ff. de in ius vocan. vbi si libertus tanquam ingenuus esset adoptatus, & decretum adoptionis interpositum, illud decretum tenet. & ita per illū text. tenet Bald. ibi Iacobinus in d.l. cùm ij. §. si prætor. in 2. lectu. num.7.

Sextò fallit, quando veritas vel falsitas causę ex iudicis declaratione pendebat, vt si iudex interdixit administrationem alicui tanquam prodigo qui non est: vt in l. is cui bonis. & ibi Barto. ff. de verborum obliga. & ita tenet idem Barto. vbi hoc notabiliter declarat, in l. Seiæ. numero 4. & 5. ff. de tuto. & curat. dat. ab iis.

Fallit septimò, quādo decretum esset interpositum ex falsa causa pro executione iudicati: quoniam falsa causa illud non vitiat. ita tenet Bald. in l. sunt, & alię in j. lectu. in §. fina. per text. ibi. ff. de Publica. quem sequitur Iacobin. in d. §. si prætor. in 2. lectura, num. 7. ff. de transactio. & quamuis text. ille hoc non probet secundum Alexand. in d.l. iustè possidet, tamen eius dictum comprobatur ratione: nam sententia etiam iniusta inter partes facit ius: in l.1. §. item cùm contra. ff. quando appellan. sit. & facit debitum quod prius non erat, & ideo tale decretum licet interpositum sit ex falsa causa, non potest impugnari postquam transiuit in rem iudicatam: per ea quæ habentur in l.1. C. de iuris, & facti ignoran. pro qua ratione est tex. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de verb. ob. vbi probatur & expresè ex eo notat Bart. quòd iniusta sententia, per quam quis contra diuisionem facere declaratur, facit pœnam committi. quem ibi sequuntur doct. præcipuè Zasius numer.6. qui dicit illum tex. esse notabilem ad hoc, & illud dictum Bal. sequitur Carolus Ruin. in cons.12. n.4. volum.4.

Alia verò circa hanc regulam & eius materiam vide per doct. in d. §. si prætor. & l. iustè possidet. ff. de acquirenda possessione. P. Duen. re.181.

¶ CREDITVM interpositum sine causæ cognitione non valet, sed annullatur. Hanc regulam probat tex. in l. magis puto. in §. non passim. ff. de rebus eorum. & in l. fin. ff. de curato. furio. & in l. cùm ij, in §. si prætor. de transactio.

Hanc regulam ponit Barto. in l. prolatam. C. de sentent. & interlocu. omni. iudic. & ibi declarat, quando dicatur fieri sine causæ cognitione: quia quando iudex sine causæ cognitione procedit, censetur tan-

quam priuatus procedere: ideo non est ei obediendum: vt in capit. conquerente de restitutio. spolia. Cardi. in Clemé. j. in fine, de celebra. Missa. Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 17. de constitut. & circa hanc reg. vide Farratium in cautela lx. Catellianum Cottam, in verbo decretum. el 4. & 5.

Amplia primò, quando de causa breuiter cognitum fuit, & omnia momento temporis facta fuerunt, & sic præcipitanter: nam præsumitur fraudulenter cognitum: sed requiritur temporis interuallum in cognitione causæ & interpositione decreti: quia ex breuitate temporis præsumitur causæ cognitionem non interuenisse: vt in l. si finita. in §. si fortè. versic. festinare non debes. ff. de damno infecto. & in cap. j. de rebus ecclesi. non aliena. libro sexto, & ita in expressis terminis consuluit Anchara. in consilio octuagesimotertio, numero 3. vbi concludit, quod licet in alienatione bonorum minoris decretum interuenire debeat, vt in l. cùm plures. §. si. ff. de administrat. tutorum, & in l. lex quæ tutores. C. eodem titulo, quibus concor. l. vigesimaoctaua, titulo xvj. parte vj. tamen quando iudex decretum interposuit eo temporis momento quo fuit petitum, tum decretum est nullum: cùm propter temporis breuitatem dicantur omnia fuisse præcipitanter gesta, & re ac negotio non maturè discusso: vt in c. ex literis. de restitut. in integrum. idem Anchar. in consi. xxxvj. num. 3. Paulus Cast. in d. §. si prætor Alexa. in consil. clxiij. num. 5. volum. v. Pau. de Castro in consi. xxxviij. num. 2. lib. 2. eádem opinionem tenet Raphael cum in consi. clxxx. numer. 3. Barba. in consi. 1. numer. 13. in versi. quinimò plus dico. & in consi. xl. numer. 19. & in consil. vj. in versi. capio decisionem in indiuiduo. idem in consi. xlj. in versi. hoc decidit in indiuiduo volumin. 4. Iason in l. sciendum. nume. 14. ff. de verbor. oblig. & in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. ff. de officio Proconsi. & lega. numer. 69. & in l. 2. numero 15. C. de edendo. & in l. sed si hac. in §. prætor ait, numero 1. ff. de in ius vocan. Dec. in consi. cccclj. num. 7. & in consi. ccccciij. nu. 19. Hippolyt. in l. statu liber. numer. 15. ff. de quęst. & in l. qui cædem. num. 18. ff. ad l. Corn. de sicariis. & in consil. xlviij. num. 32. & 37. Pari. in consi. lxxxv. nu. 43. lib. 3. & in consi. lxxx. numer. 49. volumi. 1. idem Hippol. in practica, in §. nūc videndum. num. 33. idem. Ias. in l. iudices. C. de iudi. nu. 3. Alc. in trac. præsumptio. in 3. reg. præsumptio. x. nu. 8.

Quam ampliationem intelligo: Primò, nisi esset talis causæ cognitio quæ incontinenti adhiberi possit: quia tunc valeret decretum: ita Alexan. in consi. lxxx. nu. 9. cum seq. vol. 5. quem sequitur Fran. Purpur. in rub. ff. de officio assessorum. q. 4. nu. 134.

Secundò intellige, quãdo iudex vel alius habuisset plenam cognitionem illius causæ ante decretum: quia tunc cessat ratio: ergo & iuris decisio: vt in l. illud. ff. ad legem Aquil. Hippo. in rub. ff. de fideiusso. q. v. n. 86. & vide posita infrà in finali ampliatione.

Amplia secundò, vt procedat in missione in possessionem secundi decreti: nam missus in possessionem sine causæ cognitione non facit fructus suos: ita tenet Inno in c. consultationibus. nu. 2. de iure patro. quem sequitur Bald. in l. 2. numer. 80. C. de seruit. & aqua. Lud. Roma. in consi. cccclíiij. num. 17. Hipp. in practica criminali, in §. nunc videndum. nu. 35. imò fructus percepti virtute inutilis decreti debent in sortem computari, per l. j. & vlti. C. de pigno. actio. notatur in l. si dominium. ff. de pignor. & ita fuit expressè decisum vt testatur ibi Affl. in decisione ducentesima decimaoctaua. & ita tenet Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ num. 25. de constitutionibus.

Amplia tertiò procedere, etiam si notarius attestetur instrumento causæ cognitionem interuenisse: nam ei non creditur, maximè vt suprà dixi in 1. ampliatione quando modicum interuallum temporis interuenit ad causę cognitionem. ita tenet Paulus de Castro in consi. xxxviij. num. 2. volu. 2. Hippolyt. in l. qui cædem num. 19. de sicariis Philip. Dec. in consil. ccccclvj. num. 6. Iaso. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 70. & 79. ff. de officio Proconsi. & legati. & in l. sciendum. nu. 13. ff. de verb. obl.

Amplia quartò: nam licet res minorum debeat vendi seruatis iis quę habētur in l. 1. 2. & 3. & 4. C. de autori. pręstan. & in l. obest. & in l. 1. & 2. C. de pędiis minorum & in leg. lex quæ tutores. C. de administrat. tutorum. vbi inter alia requisita ponitur, quòd debent vendi, scilicet ob æs alienum: tamen nō creditur tutori, vel curatori dicenti ob æs alienum vendidisse, nisi appareat de iudicis decreto, & antè cognitio causæ interuenisse. ita tenet Spec. in titulo de emptio. & venditio. in §. nunc dicendum, numer. quarto & quinto. Archid. & doct. in cap. primo, de rebus ecclesi. non alienan. libro sexto Lucas de Penna. in l. fina. C. de decretis decurio. lib. x. Bal. & Salic. in l. 1. C. si aduer. donatio. Corne. in consi. lxxj. numero quarto, volum. 3. Hippolitus singula. trecentesimo nonagesimo nono.

Amplia quintò, procedere etiam si iudex dicat se interposuisse causæ cognitionem in decreto argumento eorum, quæ notat Bartol. in l. si fortè. ff. de castren. pecu. ita tenet Pau. Castren. in l. cùm ij. in §. si prætor. ff. de transactio. & in d. consi. trigesimosecundo, volumine secundo. Specu. in d. tit. de emptio. & vendi. in §. nunc dicendum. numero 4. & 5. Corneus in consilio lxxj. numer. 3. volumin. 3. Hippol. in d. sing. cccxcix. Ferratius in cautela lx. numero 4. Iaso. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. numero 71. ff. de officio proconsulis & legati. licet Alexand. quem refert Ias. in l. sciendum. ff. de verborum oblig. contrarium teneat numero 13.

Amplia sextò in tantum procedere, quòd scriptura separata fieri debet de causæ cognitione, & altera de decreto ita firmat Socin. in titu. de procurator. in §. j. numero 22. Pau. de Cast. in d. consilio trigesimo octauo num. 2. versicu. debuit ergo. quem sequitur Ferratius in d. cautelas lx. numer. 13. Iason in d. l. nec quicquam. in §. vbi decretum. numero 71. ff. de officio Proconsulis, & legat. & in l. sciendū. ff. de verb. oblig. num. 13.

Amplia septimò procedere in causis criminalibus: nā sicut in ciuilibus non valet sine causæ cognitione, à fortiori in criminalibus: nam vbi maius periculum, &c. vt in capitu. vbi periculum. de elect. lib. 6. ita cōcludit Hippol. in practica criminali, in §. nunc vidēdum. num. 43. & in consi. cxxx. num. 46.

Amplia octauò habere locum etiam in sententia: nam quandocunque est lata sine causæ cognitione, est ipso iure nulla: vt cōcludit Felin. in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. numer. 17. de constit. vbi hoc limitat sex modis. eandem opinionem tenet Mantua in repet. l. nec quicquam. §. vbi decretum. nu. 18. ff. de officio Procōsul. & lega. Sebastianus Vantius tract. de nullitat. rub. 13. De nullitate ex defectu processus, nu. 30. cum sequen. idem tenet Capitius decis. lxix. numer. 35. Ias. in l. iudices. C. de iudiciis. num. 1. & 2.

Amplia

Amplia nonò, habere locum in compromisso, nam si factum sit compromissum in aliquem, & is immediatè post compromissum pronunciet, non valet. ita tenet Bal. in ca.1.n.10. de inuestitura in maritum facta in Vsibus feud. & in l. prolatum. num.15. C. de sententiis, & interlo. omni. iudic. quod notat contra rusticos Ias. qui immediatè post compromissum pronunciant: & in l. iudices. numer.4. C. de iudi. Raphael. Cum. in cons.50. num.4. Cardina. in cons. cxi. num.7. Philip. Dec. in c. cùm venerabilis. in glo. ij. in prin. num.43. cum sequen. Panor. in c. Quintauallis. nu.45. de iureiurād. Quod tamen intelligo, nisi per arbitrium ante compromissum longo tēpore causa esset ruminata & disputata coram eo, & ipse posteà arbiter fuit electus. ita tenet Socin. in cons.121. n.3. vol.3. Hipp. in rep. rub. ff. de fideiusso. n.81. alia circa hanc regulam vide per Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu.25. de constitutionibus. P. Duen. re.186.

¶DECRETVM iudicis præsumitur interpositū ex iustis causis. Hanc regulam probat gl. in l.j. in verbo, omni ordine ad finem. C. de fide instrumen. & iul. ha. fisc. libro. x. pro qua glo. est text. in l.2. in versic. quod non arbitramur. C. de officio ciuili iud. quem text. allegat Bald. in l. errore. C. de testamen. facit etiam text. in l. ab ea parte. in 2. responso. ff. de probatio. ita tenet Specu. in tit. de empt. & vend. in §. nunc dicendum. numero 5. Hanc opinionem tenuit Iason. in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. nume. 79. ff. de officio Proconsu. & leg. & in l. mandata. numer.6. ff. de officio eius. & in l. post. dotem. nu.83. ff. soluto matrimo. Petrus Loriotus in tract. de pactis, axioma.56. Cor. in cons.98. numero 1. volumine 1. Alexand. in l. sciendum. ff. de verborum obligation. Hippoly. vbi allegat alios docto. in singu.438. Abbas in capitu. quoniam contra. de probat. vbi Paris. numero 137. Franciscus Niconius not. in dicto capitu. quoniam contra. quæst. fin. post glos. numero 28. Quam opinionem dicit esse communem Alciat. in tract. præsump. in tertia regula, præsumptione decima, num.1.

Amplia primò, procedere etiā si iudex esset ribaldus adhuc pro eius decreto præsumitur, ita tenet Bald. in c. sicut per illum tex. n.3. in fi. de re iud. & illud dictum Bald. sequitur Iason. in c.1. num.8. qui feudum dare possunt. in vsib. feudo. & in l. pacta nouissima. nu.7. C. de pact. Fran. Nico. in repet. in c. quoniam contra. in quæstio. fin. post gl. num.29.

Amplia secundò nam licet sit verum, quòd spoliatus ante omnia restituendus sit, iuxta tex. in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de vi publica, tamen in tantum præsumitur pro iudice & pro eius decreto, quòd spoliatus à iudice non potest petere restitutionem: & tunc non habet locum suprà dicta regula. ita probat glo. in cap. præsentiam. in glos. fi.7. q.1. & in ca. in nomine Domini. in verbo, audientia. 23. distinct. quas glo. approbat Abb. in cap. cùm dilectus. nume.11. quod metus causa, & in cap. dilectus filius de rescriptis. & in capi. conquerente. in vltim. notab. de restitu. spoliat. Iason in d. l. iusto possidet. num.3. ff. de acquirenda possess. & in l. iusiurandum. in §. ait prætor. num.2. ff. de iureiur. Decius, in l. qui auctore. num.3. & ibi Guli. Maine. nu.10. ff. de regu. iur. Cagno. in l. nō videtur. in §. si iussu. eodem titu. iur. Cagno. in l. nō videtur. in §. si iussu. eodem titu. de arte testandi. titu. xj. cautela xx. numer.8. Afflict. in constit. Neap. libro 1. rubrica septima, numer.59. Aufre. in additionibus Capellæ Tolosanæ, decisione ccccxc.

Limita primò procedere in maioribus iudicibus, veluti in præside, prætore, & similibus: quia lex præsumit, quòd maioris iudicis factum sit ritè factum: secùs tamen in minoribus, putà in magistratibus pedaneis, vel municipalibus: ita tenet Bald. in l. tutores. ff. de confirman. tutore. & dicit ita velle Azonem in Summa. C. de tut. & curat. qui non satisdant, & quòd ita intelligitur, §. nos autem. Insti. de autor. tuto. Quod dictum sequitur Iason in l. pacta nouissima. numero 9. C. de pact. & in d. cap. j. numero 10. qui feudum dare possunt. & in Rub. C. qui admitti. numero 7. Franc. Niconi. in dicta repet. capitu. quoniam contrà. in dicta q. fin. numer.32. Hippol. in singul. ccccxxxviij.

Secundò limita, quandocunque decretum interpositum fuit præcipitanter, de quo dixi suprà in re.186. prima ampliat.

Limita tertiò quando iudex esset idiota: quia non est versimile, quòd ipse fecerit seruari solennitates iuris quas ignorat: vel adhiberit legitimam causæ cognitionem. ita concludit Aret. in consil. lxix. nu.2. quem sequitur And. Alciat. in tractat. præsumptionum. in d. reg. x. num.10.

Quartò fallit, quando pars plenè non edocuit iudicem de negotio. ita concludit Bald. in cons. ccclxxv. nu.4. vol.3. allegant tex. in l.j. C. de prædiis decurio. lib. x. quem sequitur Alciat. vbi suprà, nu.9.

Quintò fallit, quando in tali decreto esset error manifestus, seu vitium visibile, & sic per euidentiam facti contrariam apparet: ita tenet Bald. in l.2. in §. sed alio. in j. lectura nume.13. in fine. q. ff. si ex noxali causa agatur. per notata in l. Imperatores. ff. de priuil. cred. quem sequitur Alc. vbi suprà. n.11. Hippo. in d. singulari 438. in fin. P. Duen. reg.189.

¶DECRETVM primum, & secundum interponi non potest, nisi quando reus latitat: vt no. in l. cùm proponas. C. de bon. auct. iudi. pos.

Primò fallit, vbi agitur contra reum condemnatum, & iudex vult peruenire ad executionem sententiæ: quia isto casu non est necesse, vt latitet. l. properandum. §. si autem reus. C. de iud. & not. per doct. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi.

Secundò fallit in eo, qui est absens causa rei publicæ dolosè: quia non est necesse, quòd latitet. in l. cum qui. la prima. de priui. credi.

Tertiò fallit in debitore fisci: quia potest conueniri ad primum, & secundum decretum absque eo quòd latitet: vt no. in l.1. & 3. C. si propter publicas pensit. B. Soci. reg.115.

¶DECRETVM in quibus casibus annulletur.

Primus est, quando ex falsa causa est interpositum, vt dixi, in regu.185.

Secundus, quando fuit interpositum sine causæ cognitione, vt dixi in regu.186.

Tertius, si iudex inrerponendo illud non sedeat, vt in l. naturali. in §. si quæratur. ibi, & pro tribunali decretum interpositum sit. ff. de confir. tut. Specu. in tit. de feriis. in §. sequitur. nu.12. Lucas de Penna in l. vlti. C. de decurio. lib. x. Philip. Corneus in cōs.98. num.4. volum.1.

Quartus, quando interpositum est in die feriato in honorem Dei, vt notatur in l. actus. & in l. dies festos. C. de feriis. Anchar. in cons. cxvj. num.6. versicu. fuit enim decreti interpositio nulla ipso iure. Iacobi. de sancto Georg. in l. diuus. num.7. de feriis. Chassa. in consuetu. Burgundię, in titu. Des iustices. rub. j. §. vj. num.90.

Quintus, quando per errorem est interpositum, tenet Bar.in l.ius pluribus num.2.de iusti.& iure.ita tenet Ludoui.Boloninus in conf.xxxiij.incipiente, vt ea quæ iusta, facit tex.in l.si per errorem.ff.de iurisdic. omnium iud.

Sextus, quando interuenit dolus partis.l.& si præses. C.de prædiis minorum. Barto.in d.l.ius pluribus. Bal.& ibi Iacobinus num.13.in l.vnica.C.de fideius-sor.minorum:nam dolus nemini debet patrocinari: vt in c.sedes.& in c.ex tenore.de rescript.

Septimus, quando non interuenit citatio peremptoria, annullatur etiam primum decretum si antè fuerit interpositum:vt in l.præsenti.C.de his,qui ad ecclesias confugiunt.& in l.2.& ibi glos.C.vbi in rem actio, notant doct.in l.si finita.in ff. Iulianus.c.de damno infecto.Bart.in l.consentaneum.C.quomodo,& quando iudex.Phil.Cor.in cons.lij.num.4.& in cons.cxxxij.num.5.vol.4.

Octauò iudex ex officio suo potest annullare decretum interpositum in quo fuit pars decepta.ita firmat Ioan.And.in capit.consultationibus. de officio delegati Baldus in l.vnica, n.9. C.de confessis.Hip. in singul.ccxx. P.Duen.re.188.

¶DECRETVM quibus casibus interponi debeat.

Primus est in venditione rerum ciuitatis.l.fin.& ibi Iacobus Rebuffus,& doct.C.de vendendis rebus ciuitatis li.xj.& vide pragmaticam ix.de Valladolid.anni Domini 1542.

Secundus est in venditione prædiorum Decurionum & Curialium:vt in l.prima,& per totũ.C.de prędiis Decurionum sine decreto non alienan.lib. x.

Tertius est in alienatione bonorum immobilium minoris:vt in l.lex,quę tutores.C.de administra.tut.& in l.1.& per totum.C.de prædiis,& aliis rebus minorum.De iure regio est tex.in l.18.tit.16.parti.6.& in l.4.tit.5.parti.5.& vide Catellianum Cottã in verbo, decretum.el 4.

Quartus est,quando decernuntur alimenta pupillo:nã debent decerni pro modo facultatum, & sic debet interuenire decretum.vt in l.j.secunda, & tertia.ff. vbi pupil.edu.debeant.de quo vide Ias.in l.2.nu.15. & ibi Deci.nu.34.C. de edendo.

Quintus est in tutore, vel curatore dando pupillis illustrium personarum: vt in l.j.vers.posteà per prætorem interponatur decretum.C.de tutoribus, vel cura.illustri.vel clarissi.person. idem in aliis personis tenet Bar.in l. legitimos.ff.de legiti. tuto. nu.3.idẽ est in actore dando tutoribus impeditis:§.fin.Insti. de curatori.& ibi Aldobrandinus. numero 16.cum sequen.

Sextus vbi iudicis officiũ imploratur:vt in l.nec quicquam.in §.vbi decretum.ff.de off. Procõs.& legati.

Septimus, in dominij adiudicatione facienda contra contumacem, & vocatur secundum decretum.de quo in l.si finita. in §. Iulianus.& in §.si plures.ff.de damno infecto.& ibi doct.

Octauus,in cõtractu filijfamiliàs,cuius pater furiosus, vel mente captus est.ita tenet Bald.per tex.ibi in l.si furiosi.num.1.C.de nuptiis.

Nonus casus in quo decretum interponitur, in remittenda parte debiti facta per maiorem partem dissentiẽte minore parte:vt in l.& suum hæredem.in §.fi. ff.de pact.& l.5.tit.15.par.15.

Decimus casus in venditione facta per subhastationẽ: vt in j.C.de fide instru.li.x.& in l.si quos.C.de resci. venditione in quo est notandum, quòd licet res sit vendita in publica subhastatione iudicis mandato habet locum remedium l.2.C.de rescind. vendi.ita probatur in d.l.si quos.pro qua opinio.est text.in l. 4.titu.7.lib.5.ordi. Hanc opinio.tenet Barto.in l.j. nume.1.C.de præscrip.xxx.vel.xl. anno.quem sequitur Ioan.de Imo.in l. pretia rerum.numer.3.ff.ad l. Falcidiam idem Imo.in l.si quis cum aliter.num. 7. de verborum obligat. Abb.in cap.cùm causa.nu.6. de emptio.& vendi.hanc opinio.tenet etiam Pantaleon de Crema in repet.l.2.& 9.limit.C.de rescind. vend. eandem opinionem tenet Alexand.in d.l.pretia rerum. num.8.& in d.l.si quis cum aliter.nu.15. vbi plura adducunt pro ista opinione.idem Alex.in additionibus ad Bar.in l.1.C.de præd. decurionum. lib.x.Roma.in d.l.si quis cùm aliter.ff.de verb. obli. nume.9.& 10.eadem opi.vbi eam latissimè examinat,tenet Vincentius de Herculanis in d.l.pretia rerum.in §.corpora.versic.circa quintum.ff.ad legem Falcid. contrariam opinionem tenet Bart.per textum ibi in l.j. C.de prædiis decurionum.lib.x.ibi, nec immoderatus venditor.nec emptor iniustis inueniatur.idem sentit idem Bartol.in l.si quos spontaneos.C.de decurionibus.eo.li. quam opinionem Bartoli sequitur Angel.in dicta l.j. C. præd.decur. numero 1.& in repetit.l.sciendum.numero vndecimo.ff.de verborum obligat. idẽ.Ang.in l.pretia rerum.§.corpora.num.3.ff.ad legem Falcid.idem Angelus in cons.cxlij. numero secundo.pro qua opinione est text.in l.ccxx.styli,in fi.quæ facit contra suprà dictam l.ordinamenti.

In qua contrarietate sic distinguendum puto: nam quando aliqua res venditur propter debitum publicum,vt in casu l.1.C.de prædiis decurionum.ibi, necessitate coactus, & emptor fuit compulsus per iudicem ad emendum: in hoc casu licet venditor sit deceptus vltra dimidiam, non habet locum rescissio,& procedit opinio Bartol.in dict.l.prima.C. de prædiis decurionum.& l.cxx. styli. Hanc opinionem & concordiam videtur tenere Ioann.de Imo. in d.l.pretia rerum.Ange.de Perusio in dicto consil. cxlij.in finalibus verbis.Ange.Are.in §.sequens.numer.tertio,Institu.de actionibus.Anto. Burgos in dicto c.cùm dilecti.numero 27.de empti.& venditione. pro qua opinione expresè facit l.v.titu.vij. lib.v.ordinam.& l.xviij. titu.iiij.libr.v.ordinamenti.est etiam notandum, quòd suprà dictæ leges regni in alio contrariantur: nam lex ordinamenti in fine loquitur in quatuor ãnis post venditionem: lex verò styli loquitur in vno anno, quæ lex styli debet intelligi, quando res vendita est auctoritate iudicis, vt ex ea lege constat.

Vndecimus, olim in bonorum possessione discernenda,& vocabatur bonorum possessio decretalis, vt in l.j.§. decretalis. ff.de successo. edicto.hodie tene quod traditur in l.fina. C.qui admitti ad bonorum posses.possunt.

Duodecimus super transactionibus alimentorum solet decretum, siue auctoritas Prætoris interponi,lege,cum ij.in prin.ff.de transact.& in l.de alimentis. & ibi doct.C.eod.tit.

Tertiodecimus in procuratore dando furioso,vt in l. de creationibus.C.de episc.audien.

Decimoquartus propter famem consanguineorum, pupillus potest tutor cum decreto alimẽta eis ex bonis pupilli dare, l.j.in §.sed nonnullus.ff.de tutelis, & rationibus distrahen. Porrò casus in quibus quis iniure tenetur aliquem alimentare, vltra Roma.in singu.xxxviij.vide Ioan.de Platea in rubrica.C. de

decurio

decurionibus..lib.x. Baptista de sancto Seuerino in tract. de feudi cognitione.q.xv.Franc.Purpura in l. cùm quid.num.127.ff.si cert.pet.Ripam in l.cùm filiofamiliàs.num.15.ff.de leg.j.

Decimoquintus in inuentario tutoris,ita tenet Bald. expressè in l.si tutor tuus.num.1.C.in quibus causis restit.in integrum non est necessa. vbi allegat text. in l.fin.C. arbitrium tute.Et est text.de iure Regio in l.xv.tit.vj.parte vj.& l.ij.titu.vij.libr.iij. fori. pro quo facit glo.notabilis in l.tutor qui repertorium. in gl.1.ff.de administrat.tut. vbi probatur quòd inuentarium fieri debet in præsentia iudicis.idem probat glo. in l.tutores.la 2.in verbo,publicarum.C.de administrat.tut.& in l.chirographis.in glo.j.in fine per text.ibi.ff.de administrat.tut.pro qua opinione est tex.in d.l. tutores. ibi in præsentia publicarum personarum.& facit tex.in l.nonnulli.in §.cùm autem.C. de episcop.& cler.& in l.de creationibus.C. de episcop.audien. vbi episcopus qui tenet locum hæredis coram iudice tenetur inuentarium facere. Et hanc opinionem tenet Ange.in tract.de inuentario.num.11.idem in d.l.tutores.nu.1.pro qua opinione sunt leges regni suprà allegatæ.

Contrariam tamen opinionem (vbi dicit quòd communiter seruatur fieri tantùm coram tabellione)tenet Cinus in d.l.tutores. numer.4. quam sequuntur ibi alij doct.Moder.pro qua opinione est text. in l. fin.C.de iure delib.& in Authen.de hæred.& falcid. vbi non fit mentio de præsentia iudicis, sed solùm testium,tabellionum,& legatariorum,nec debemus aliam solennitatem quærere, quàm lex non posuit. Hanc opinionem ita obseruari tenet expressè Montaluus in dicta lege ij.titu.vij.lib.3.fori.in glos. in verbo,el Alcalde.in fin.

In qua quæstione,sic cõmuniter distinguitur, aut quæritur quantum ad tutorem obligandum, & tunc sufficit fieri extra iudicium, aut quæritur an faciat fidem contra debitores scriptos in inuentario, & quantum ad eos fieri debet coram iudice.vt in d. l.chirographis.ita expressè tenet Bartol. in l.tutor, qui repertorium.num.9.ff.de admin.tut. quod ante eum tenuit Cin.in d.l.tutores. & hanc concordiam sequitur Franc.Porcellinus in tract.de inuentario.c. 2.numero 9.Vitalis de Cambanis in tractat.clausul. in parte nihil nouari, inuentarij confectione pendente.num.75.cum sequen.

Decimosextò interponitur decretum iudicis in diuisione bonorum minoris,vt est gl.& ibi Bart.in l.inter pupillos.in gl.2.ff.de auctoritate tutorũ & cura.

Decimoseptimò in manumissione seruorum per minorem ex causa facienda, vt in l. etiam.ff.de manumis.vindict.& in §.ea.& sequ.Inst.quibus ex causis manu.non licet.

Decimooctauò in reuocando tutore, vel curatore quia eadem requiritur solennitas in dissoluendo sicut & in faciendo.vt in cap.j.de regulis iuris.in antiquis.& in Authen.econtrà.C.de repudiis.in l.si vt proponis.la 2. C.de nuptiis.in l.nihil tam naturale.ff.de regulis iuris.vt in l.prout quisque.ff.de solutio.vbi in contractu,in quo requiritur decretum,ita etiam in distractu.ita notabiliter concludit Bal.in l. præses.num.5. C. de transactionibus. de quo latissimè per And.Tiraquel. in legibus connubialibus, in gl.3.num.17.cum aliis.

Decimononò secundum quosdam, requiritur decretum in alienatione rerum ecclesiæ, vt in Authentica,hoc ius porrectum.C.de sacrosanc.eccle. ibi,accedente consensu ordinatoris,canonizata in ca. casellas.in §.hoc ius porrectum.x.q.ij.ita expressè tenet Innocen.in c.2.de transact.nume.2. Sed Abb.in d.c.2.eum reprehendit,nu.4.dicens in iure hoc non probari.Pro qua opinione Abb.est glos.in cap. j.in verbo,tractatus.in fine.de rebus eccle. non alie.lib. 6.& sic intelligere voluit Inno.decretum pro consensu, & auctoritate episcopi vel superioris, solet enim episcopus post inquisitionem super commodum vel incommodum factum,si ex re ecclesiæ sit, & vtilitate, decernere faciendam compositionem, vel factam ratam esse,& sic illi consentit,& hoc modo debet intelligi dictum Inno.Nam hæc autoritas aliquando vocatur consensus auctorizabilis,vt dicitur in dicta Authentica,hoc ius porrectũ.Aliquando verò vocatur licentia.vt in c.fin. de rebus ecclesiæ non alienandis,lib.6.ibi,consensu apostolicæ sedis,& in capit.Abbatibus.duodecima q. ij.ibi, absque permissu,& subscriptione episcopi.& in cap.de cætero.& in c.veniens,de transactio.Interdum simpliciter vocatur consensus.vt in c. in vẽditionibus. in §.etiam.xvij.q.iiij.& in clemen.j.de rebus eccle. non alie.Non tamen requiritur decretum sicut in rebus minorum,vt suprà dixi,quia iura hoc nõ dicũt in rebus ecclesiarum, sed auctoritas episcopi, siue consensus requiritur loco illius decreti.vt in c.j. de rebus eccle.non alienan.lib.6.Quam opinionem tenet expressè Petrus Rebuffus in tract. de decimis.q. 13.nu.20.& in compendio alienationum rerum ecclesiasticarum.nu.52.And.Barb.in cons.40.num.11. cum seq.& vide notabiliter Andr.Tiraq.in legibus cõnubialibus,in gl.v.nu.4.cum aliis. & ideo ad cuitandas opi.solent in instrumentis notarij apponere,talis episcopus dedit licentiam, auctoritatem, & consensum super talis rei alienatione, vt tenet Specu.in ti.de emptione,& vend.in §.nunc dicendum. nu.8.Quæ autem differentia sit inter decretũ,auctoritatẽ,licentiã,& consensum.vide Ias.in l.nec quicquã.in §.vbi decretũ.nu.3.ff.de off.procons. & leg.

Vigesimò & vltimò in omni contractu debet interponi decretum iudicis,seu peti, vt contractus confirmetur,vt est tex.& Bar.doctrina.n.2.in l.si quod.C. de decurio.lib.x.Luc.de Penna.in l.fi.C.de decretis decurio.eo.lib.Ant.de Burgos in c.cùm causa.num. 27.de emp.& vend.Pantaleon Crema in repet. l.2. C.de rescind.vend. P.Duen.re.187.

¶Decretum iudicis non præiudicat pupillo,inquitatione damnosa.Pau. cons.306.nec nocet parti petenti in eo,in quo non habet ius.Bar.l.j.§.j.ff.de ventre insp. Med.reg.8.

¶Decretum soluitur morte,& inane est illud quod in mortuum defertur. l. si decesserit. ff. qui sat. cog.l.j. §.cum triplici. C. de cad.toll.l.quo loco.§. si iam mortuo.ff.de hæredi.institut. Vnde mortuus ante executionem mandati ad excommunicandum non est excommunicatus. Mars.l.final. numero 40.ff.de quæstion.conc.Cum.l.qui à latronibus. §.si quis.numer.5.de testam. Mileus in pract. crim. num.10.Salic.in l.2.ff.de pecul.leg.Angel.cons.68. Curt.consil.60.Vantius in tract.de nullit.tit.de nullit.senten.ex defectu iurisd.ordin.numero 106.Docto.comm.l.in summa.§. fin.C.de cad.toll. Marsil.l. qui sine.numer.17. ff. de quæst.Dec. l.is.numero 8. C.qui testam.fac.poss.Ang.l.imperium. numer. 16. ff.de iurisd.omn.iudic.Rom.l. si verò.§.de viro.fall. 16.ff.sol.matrim. Ponta.l.4.§.Cato.nu.59.ff.de ver. oblig.. Medices tract.2.part.

¶DECRETVM. Pro decreto interponendo requiritur citatio peremptoria. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam no infecto.
Fallit in 3. casib. vt per Lud. Bolog. in d. §. Iulianus. nu. 11. & seq.
Iudex non potest facere quod possidens ex primo decreto possideat, & priuare possessorem verum possessione sua, nisi omninò interponatur secundum decretum. not. in d. §. Iulianus.
Fallit in 2. casibus, vt per Ludouic. Bolog. in dict. §. nu mero 48.
Missio in possessionem ex secundo decreto non fit in bonis pupilli, donec tempora pubertatis veniant, & in hoc creditoribus est expectandum. l. apud Iulianum. ff. ex quibus causis in pos.
Fallit in 3. casibus, quos not Zas. in l. contra pupillum, ff. de re iud. col. 2.
Decretum ex falsa causa interpositum est nullum. l. magis puto. §. si æs alienum. ff. de reb. eorum. l. Seiæ. ff. de tuto. & curato.
Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 7. à Pet. Duen. re. 185. fallit in 5. casibus. vt per Alexan. in l. iustè. ff. de acq. pos. num. 14.
Decretum interpositum sine causæ cognitione, non valet, sed annullatur. l. magis puto. §. non passim. ff. de rebus eorum. l. fi. ff. de curato. furios.
Ampliatur in 9. casib. per Pet. Duen. reg. 186.
Decretum in quibus causis interponi debeat. 20. ponit Pet. Duen. 187.
Decretum iudicis præsumitur interpositum ex iustis causis. glos. in l. 1. C. de fide instru. lib. 7. l. 2. C. de off. ciui. iud.
Ampliatur in 2. casibus, & limitatur in 5. à Petr. Duen. regu. 189.
Iudex ad hoc, vt ad primum & secundum decretum peruenire possit, necesse est, quòd se latitet reus. l. cùm proponas. C. de bonis auth. iud. poss.
Fallit in 3. casib. vt per Soc. regu. 195. & in reg. 33. in ad. & quatuor requiruntur ad hoc, vt possit deueniri ad secundum decretum, quæ omnia limitat Fel. in cap. consultationibus. de off. deleg. num. 9.
Missus in possessionem ex secundo decreto, non possidet. hanc dicit esse communem opinionem. Ant. de Fano in tract. de pig. & hypoth. memb. 2. nu. 6.
Fallit in 2. casibus, vt per Baptist. à Villa. conclu. 106. in litera M.
Contumacia procuratoris non nocet domino, quoad secundum decretum. no. in l. in omnibus. §. si procurator. ff. si quis ius dicenti.
Fallit in 3. casi. vt per Soc. in d. §. si procurator. num. 7.
Decretum non valet, siue primum siue secundum, si cõcedatur pro debito partim falso, not. doct. in l. certi conditio. §. quoniam igitur. ff. si cer. pet.
Fallit in 4. casibus, vt per Soc. in dict. §. quoniam igitur. numer. 29.
In secundo decreto reus reuertens non auditur aliquo modo. Fallit in 2. casibus secundum Fel. in capitulo consultationibus. de off. & potest. iud. delega. nu. 7. Don. Fina, lib. 3.
¶DECRETI forma non seruata ad vnguem reddit omnino alienationem nullam. Fel. cap. quæ in ecclesiarum. nu. 8. C. de const. Ias. authen. res quæ. nume. 26. C. com. deleg. Socin. consi. 19. numer. 2. volum. 3. Tiraq. in tract. de retr. §. 1. gloss. 9. num. 180. & d. loco. §. 35. num. 2. Dec. cons. 142. num. 5. & consil. 444. numero 11. Chassan. consil. 32. columna. 2. Rubeus consil. 59. numero 50. dixi suprà ampl. 6. conc. simil. Alexand. consil. 42. numer. 28. volumin. 1. Dec. cons. 19. num. 10. Calcan. cons. 8. numero 22. Dec. Pedem. 164. nume. 4. Alex. cons. 112. numer. 1. volum. 6. Port. cons. 28. num. 50. Med. reg. 7.
¶DECVRIO semel factus, vel quodlibet aliud munus consequutum ab aliquo non cogitur iterum suscipere. l. æstimationem. §. fin. ff. de muner. & honor. l. libertus. præscriptio. l. Diuus. ff. ad munic. l. quis tam. C. de decur. lib. 10. Tiraq. l. si vnquam. in principio. num. 210. C. de reuoc. don. Med. reg. 4.
¶DECVRIONES, & constituti in dignitate non debent torqueri. Hanc regulam probat tex. in l. si milites. & in l. decuriones. C. de quæst. de iure Regio est tex. in l. ij. tit. xxx. parte vij. & in l. iiij. tit. ij. lib. 4. ordina. Circa quam reg. vide Andr. Tiraquellum in trac. de nobilitate. c. xx. numer. 133.
Hanc regulam cum sex limitationibus ponit Cifuentes in l. lxxix. Tauri. vers. sextò dubitatur.
Amplia primò vltra eum habere locum in eorũ filiis, vsque ad pronepotem. ita probatur in l. diuo Marco. C. de quæst. in l. si matrem. C. de pœnis. & in l. ij. titu. xxx. part. 7.
Amplia secundò procedere etiam finito officio in memoriam pristinæ dignitatis, vt in l. fi. ff. de decurio. & in l. nihil. C. de quæst. gl. in l. omnes. C. de decurioni. lib. x. & in c. concessum. de regul. iur. lib. 6. ita tenet Hippolit. in practica criminali. in §. expedita. nu. 27. Et hanc quæstionem dicit Bar. se habuisse de facto. in d. l. milites. sequitur idem Hyppol. in singu clxxix. idem in l. edictum. nu. 16. ff. de quæstio. Grammaticus in voto 1. num. 17. & 18. & in voto. xxxij. nu. 19. & 22. idem Hippolit. in sing. cvij.
Amplia tertiò, habere locum in doctoribus, & aduocatis, nam sicut milites torqueri non possunt, ita eodẽ modo neque doctores, ratione dignitatis, quia doctor dicitur in dignitate constitutus. vt in c. quanto. de magistris. Hanc opinionem tenet Ioan. Andr. in capitulo, cùm in contemplatione. de regul. iur. in antiquis. eandem opinionem tenet Alex. de Imola in l. centurio. ff. de vulg. vbi per decem æquiparationes tenet, quòd priuilegium concessum militi, & doctoribus concessum videatur. & ibi Lancel. Galiaul. num. 25. Hyppol. in d. l. edictum. nu. 4. & in sing. 556. & in d. §. expedita. num. 30. Iason lege 1. C. de iuris & facti ignor. Grammaticus in voto 1. num. 4. & in voto 25. numer. 4. & Cinus expressè in d. l. milites. Mathesil. not. lix. facit quod dixi suprà in regu. 55. in 5. & 7. limitatione.
Amplia quartò, adeò procedere, quòd consuetudo in contrarium non valet. ita probat text. in l. omnes iudices, & ibi expressè Barto. per illum text. numero 2. C. de decurio. lib. x. quod dictum Bart. sequitur Ludouicus Roma. in singu. ccccl xxxviij. Additionator Bart. in l. j. in additione ad nu. 2. C. de dignitatibus lib. 12. Iason in l. de quibus. num. 66. ff. de iust. & iure. Chassan. in consuet. Burgun. in tit. des iustices. Rub. 1. §. 4. num. 8. Lancelo. Galiaula in repet. l. Centurio. num. 35. ff. de vulg. Hyppoli. in d. l. edictũ. nu. 5. Thomas Grammat. in voto 1. numero 12. Ang. in tractat. maleficiorum. in verbo, fama publica. num. 102. eandem opinionem tenet idem Grammat. licet corruptus sit in d. voto xxv. numero quarto. & licet aliqui ex docto. quos ipse allegat contrarium teneant, ita commun. teneri vltra alios doctor. tenet Ludouic. Carrerius in prac. criminali, in prin. num. 180. Paul. Grillandus in tract. de tortura. q. 6. nu. 3. & Hippol. in sing. 556.

Amplia quintò in tantum procedere, quòd nec pro debito carcerari possunt. ita tenet Bald. in l.j. C. qui bonis cedere possunt, per text. in l. miles. ff. de re iudi. facit etiam glos. in l. medicos. C. de professo. & medi. libro x. ita tenet Hippolit. in d. l. edictum. numer. 5. ff. de quæst. Tiraq. in tract. de nobilit. c. xx. numer. 136. Pro qua opinione est hodie tex. de iure regio in l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordi.

Amplia sextò, adeò procedere quòd etiam furcæ subiici non debent, & sic pro delicto non debent suspendi, ita probat tex. in l. moris. in §. sed enim sciendum. in versicu. nec furcæ subiici. ff. de pœnis. quod etiam probat tex. de iure regio in l. 8. tit. 31. parte 7. & quòd de consuetudine hæc opinio seruetur, tenet glos. in l. desertorem. in §. pœna. in glos. in verbo, torquentur. ff. de re militari. quam glo. sequitur Bald. in capitu. cùm quidam. numero tertio. de iureiurand. Hippoli. in repet. l. vnicæ. num. 107. C. de raptu virg. Claudius Cottaræus in tracta. de iure militum. lib. 3. cap. de pœnis. Andræas Tiraquel. in tract. de nobilitate. c. xx. num. 107.

Amplia septimò, adeo quòd si tales torqueantur de facto, talis confessio non valeret. ita probat glos. in l. pen. ff. de quæst. & ita per illam glo. tenet Hippoli. in d. l. edictum. num. 17. & in d. §. expedita. nume. 46. & in d. sing. clxxxix. Bald. in l. imperator. la 2. loquendo de muliere prægnante. ff. de statu homi. & idem Hippol. in sing. 107. & Ang. Aretinus in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica. nu. 99.

Amplia octauò procedere quòd si officialis aliter facere vellet, posset ei de iure resisti, vt habetur in d. l. omnes. C. de decurionibus. libro x. & in Authentic. quomodo oporteat episcopos. in §. fin. Hanc opinionem tenet Hippolit. in d. l. edictum. numero 3. quem sequitur Grammaticus in dicto voto j. nume. decimoquinto, & in voto 32. num. 24. Pro qua opinione est glos. in capitu. ex literis, in verb. denuntietis. de offic. delega. vbi dicit quòd iudici malè exequenti, violenter resisti potest, etiam per tertium cuius nihil interest. vnde dicitur Prouerbiorum 24. & 81. Psal. 80. cap. quod quis eripere potest condemnatum ad mortem, etiam propria auctoritate & per vim quando est iniustè condemnatus, facit gloss. in canon. non inferenda. in glos. finali, vigesimatertia quæstione tertia. textus in l. cōtra præcepta nostra. C. de exequuto. & exacto. libro duodecimo. Pro qua opinione etiam facit quod notat Bald. in l. addictos. C. de episcopali audien. Spec. in ti. de citationibus. in §. sed nunquid. & hanc opinionem illarum glos. vbi prosequitur hanc materiam, tenet vltra Felin. in dicto capit. ex literis. qui expressè illam gloss. sequitur, Chassanæus in consuetu. Burgun. in titulo, des iustices. Rubrica 1. §. 7. nume. 5. eandem opinionem tenet Grammaticus in consil. 56. numer. 26. in consiliis criminalibus. Dec. in con. cccclxxix. num. 3. Ioan. Bernard. in practica. cap. xcv. Matthæus de Afflictis not. in constitut. Neapolitanis, libro 1. Rubrica 8. num. 78.

Amplia nonò, cū hodie non sint decuriones, id quod suprà de decurionibus dictum est habere locum & extendi ad consiliarios ciuitatis, vt si ciuitas habeat consiliarios idem erit, nam consiliarij ciuitatum decurionum instar obtinent. vt est glo. in rubric. C. de decurionibus. libro x. & ibi expressè doct. præcipuè Pyrrhus Anglebermæus in dicta Rubric. illam glo. sequitur etiam Bar. in l. non ambigitur. num. 4. in fi. ff. de legibus. Lucas de Penna. in l. nominatio. numer. 1. C. de decurioni. lib. x. & expressè Iacobus Rebuffus in d. rub. subdit quòd cùm consules ciuitatis sint loco ipsorum substituti, habent idem priuilegium quod ipsi decuriones. argu. l. filiæ. in §. fin. ff. de condi. & demon. & in l. si donatæ. in §. sponsus. ff. de dona. inter virum & vxor. quod maximè intelligit ibi Iacobus Rebuffus de consulibus ciuitatum & magnorum locorum, & nobilium, non autem de consulibus oppidorum. argum. tex. in l. athletæ. in §. gentium. iuncta l. propter magistratum. ff. de admi. tutorum. & quòd consules ciuitatum nostri tēporis habeant idem priuilegium quod decuriones, vt non quæstionentur, tenet vltra Ioan. de Platea & Doct. in d. Rubr. Salic. vbi ita dicit tenere doct. in d. l. diuo Marco. C. de quæst. eandem opin. tenet gloss. in l. nulli. in verbo, ordo. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. & Thom. Grammat. in d. voto j. num. 21. & in voto xxxij. num. 20.

Amplia decimò procedere etiā in nobilibus, nam nobiles torqueri non possunt, iste est casus notabilis, & non alibi. in l. nullus. in vers. vel generis. C. ad l. Iul. maiest. Probatur de Regio in d. l. iiij. & v. titulo ij. libr. iiij. Ordin. & quis dicatur nobilis ponit l. ij. & iij. titu. xxj. part. ij. & l. lxxxvj. styli. & de forma probādi nobilitatem, vide in pragmaticis antiquis, & vide suprà posita in reg. lxix.

Limita primò regulam non habere locum consulto Principe. nam si princeps super hoc consulatur, bene potest torqueri. ita probat tex. in d. l. nullus. & ibi Bald. C. ad l. Iul. maiest.

Limita secundò, quandocunque ante dignitatē gessit aliquod officium, scilicet si erat tabellio, & dubitatur de fide alicuius scripturæ, quia in tali casu torqueri potest, vt aperiat veritatem. text. est notabilis qui hoc probat in l. si quis decurio. C. ad le. Cor. de falsis. & de iure Regio in l. ij. tit. xxx. par. vij. & ibi hoc expressè tenet Montal. Pro qua limitatione facit quod tenet Ias. in l. ex facto. num. 30. ff. de vul. & pup. & in l. si seruum. nu. 6. ff. si ex eo noxali cau. aga. vbi hoc expressè firmat.

Tertiò fallit, nam licet clerici in sacris constituti priuilegia militum ad eos extendantur, vt prosequitur Alexand. in lege Centurio. ff. de vulgari. cùm miles dicatur cœlestis militiæ. nam talis clericus, hoc non obstante potest torqueri, si contra eum sint indicia. Ita tenet Abb. in capitulo, grauis. de deposito. nu. 6. & hanc opinionem sequitur Fel. in c. olim. num. 2. ver. tertius casus. de rescriptis. & in c. at si clerici. num. 6. ver. iij. restringe. de iudiciis. Hanc opin. vbi eam examinat, tenet Alciatus in capit. nu. 43. de offic. ordinarij.

Contrariam tamen opinionem tenet expressè Abb. antiquus in dicto capitulo, grauis. de deposito. imò quòd ad hoc vt clericus possit torqueri non sufficit, quòd adsint indicia contra eum, nisi sit infamatus. Quam opinionem sequitur Ioann. Andræ. in cap. cùm in contemplatione. & ibi Abbas sibi cōtrarius, de regu. in antiquis. & illud dictum Abb. antiqui communiter approbari tenet Card. in dict. cap. j. nume. 4. de deposito. & in dicto capitulo, cùm in contemplatione. q. xj. sequitur etiam Io. de Ana. in c. j. nu. 7. de clerico percussore. Alex. in addition. ad Bart. in l. j. in additione ad num 5. ff. de pœnis. idē in eiusdem additionibus, in l. milites. C. de quæstio. Anto. de But. in d. c. grauis. num. 14. in fine. de deposi. Feli. in cap. veniens. el j. num. 4. de testibus. quam opinionem dicit omnes tenere Felin. in cap. vniuersitati.

ſitati.num.2. de ſententia excommu. & in ca. de hoc. de ſimonia. num. 2. Hanc etiam tenet Ang. Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo, fama publica, numer. 102. And. Barb. in c. ſi conſtiterit. de accuſa. Hippoli. in practica criminali. in §. nunc videndum. num. 51. & in §. expedita. nu. 40. & in ſingu. lv. & in l. edictum. nu. 9. ff. de quæſt. & in l. quæſtionis habẽdæ. numer. 76. ff. de quęſt. & in repetit. rub. ff. de fide iuſſo. num. 126. & in conſilio 41. num. 6. quam etiam ſequitur Felin. in c. cùm oporteat. verſ. vnum tamen ſingulariter nota. num. 7. de accuſatio. eandem opinionem ſequitur expreſſè, vbi eam nimis exaltat Ioan. Conſtantinus in gloſſ. ad conſtitutiones Regias Galliæ. anni 1539. articulo clxiij. Decius in d. ca. at ſi clerici. nume. 126. de iudic. eandem opinionem tenet expreſſe Ioan. Bernard. in practica. c. cxvij. & in regula cxxv. in 3. ſublimitatione. Aufrerius in tractatu de poteſtate ſeculari ſuper eccleſiaſticas perſonas. in regula iij. numer. 17. Bonus de Curtili, de nobilitate in v. parte. num. 7. Iaſon in l. magiſtratibus. num. 7. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Grammaticus in voto xj. nu. 15. & in conſilio lxv. nu. 3. in conſiliis criminalibus, & hæc opinio videtur magis vera & communis, vt ex ſupradictis apparet.

Quartò limita niſi iſte talis renuntiauerit iuri ſuo, & priuilegio, nam in hoc caſu bene poterit torqueri, cùm in cauſa criminali valeat renuntiatio, vt eſt gl. notabi. quam ibi ſequitur Ange. in l. 1. in verbo, audiendi ſunt. ff. de furi. & Balnea. idem Ang. Ful. & Paul. de Caſt. in l. pactum inter hæredẽ. C. de pact. vbi dicunt quòd iudices maleficiorum quotidie faciunt inquiſitos renuntiare defenſionibus ſuis. Hãc quæſtionem mouit Dec. vbi relinquit cogitandum in l. nemo fraudare. nu. 9. ff. de reg. iur.

Contra quam limitationem, imò quòd ſuprà dicta renunciatio non valeat cùm cauſa criminalis ſit, & ex eo veniat imponenda pœna corporalis, eſt gloſſ. notabilis quæ hoc tenet in l. pactum inter hæredem. in verbo liceat. ff. de pactis. quæ gloſſ. communiter approbatur à docto. & eam ſequitur expreſſè Ioan. de Imo. in l. cuſtodias. numer. 3. ff. de public. iudic. Bald. in cap. cùm non ab homine. numero 8. de iud. & in capitulo, cùm veniſſet. numero 7. de teſtibus. idem Bald. in l. vnica. numero 24. C. de confeſſis. vbi dicit quòd in tantum procedit, quòd etiam ſi in tali renuntiatione iuramentum interuenerit, non valet. & illam gloſſ. ſequitur Iaſon in l. ſi quis in conſcribẽdo. numero decimooctauo. C. de pactis. & in l. 4. in §. quæſitum. ff. ſi quis cautioni. Pro qua opinione glo. eſt textus in l. non tantùm. ff. de appellatio. & in l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. quod notat Hippolytus in ſingulari dclj. circa quam gloſſ. vbi notanter eam declarat. vide Iaſo. in d. l. pactum inter hæredem. num. 12.

Et circa hanc regulam vide Ciſuentes in dict. l. lxxix. Tauri. Pau. Grillandum in tract. de quæſtionibus, & tortura, in vj. q. Hippol. in practica, in d. §. expedita. numero 26. & in d. l. edictum. numer. 3. & Angel. Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, fama puplica. numero centeſimoſecundo, vbi not. ponuntur perſonæ, quæ de iure torqueri non poſſunt. P. Duen. reg. 190.

¶DEFENDERE. † Vlpian. lib. 44. ad edictum. † al. Iulian. Lex 52. lex 53.

Non [a] videtur defendere, non tantum qui latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere [b] actiones.

ADDIT. a non defendere. in P. b. videtur actionem in P. Flor.

Qui tupiter latitat vel ſe occultat, & qui præſens ſe non vult defendere aduerſus perſecutionem extraordinariam, vt fideicommiſ. ab inteſtato relicti, aut non vult ſuſcipere actiones ordinarias, vt condictionem certi non videtur defendi. Ideo bona eius, vt contumacis, & poſſideri poterunt & venũdari. l. ſtipulatio iſta. de verb. obli. ibi doct. & Iaſ. ſi. colum. in princ. & Fel. c. cauſam. de off. deleg. Viuiennus.

¶DEFENDERE alium non tenetur quis regulariter de iure ciuili. text. eſt in l. metum etiam. §. licet. ff. quod me. cau. & ibi Bar. glo. in l. culpa caret. ff. de regu. iur. Barto. in l. 2. §. ſi eo. ff. ad Syll. & vide rationes ad hanc regulam & alias remiſſiones per Io. Vilemati, in loco infrà allegando.

Limita tripliciter, vt per Felin. in c. quam te. de ſenten. excommu. & limita latiùs, vt per Ioan. Vilemati, in repetit. l. diuus. ff. ad l. Corn. de ſicar. habetur illa repetitio in 4. volum. repetitionum diuerſorum doc. in iure ciuili. B. Dias. re. 125.

¶DEFENDERE alium non tenetur quis regulariter de iure ciuili. l. metum etiam. §. licet. ff. quod metus cauſa. gl. in l. culpa. ff. de reg. iur.

Fallit in 3. caſibus, vt per Felin. in c. quam te. de ſenten. excom. fallit vt per Carer. in praxi crimin. §. circa quartum. num. 63. Fallit vt per Viuium in ver. defendere offenſum. Fallit in 11. caſib. ſecũdũ Io. de Villa in l. diuus. de ſica. nu. 22.

Defenſio licita eſt pro defenſione & tuitione rerum, vt occidendo quis non teneatur. Bar. & doct. in l. vt vim. num. 6. ff. de iuſt. & iur.

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 4. per Iaſon. in d. l. vt vim. n. 23. Ampliatur in 4. caſib. vt per Pet. Duẽ. regul. 191. contrariam regulam facit Ioan. Bolog. & eam ampliat & limitat, & limitationem ampliat in 7. caſib. in d. l. vt vim. num. 68.

Defenſio cuilibet permiſſa eſt. l. 1. §. cùm arietes. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicatur. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.

Ampliatur in 6. caſibus, & limitatur in 4. à Pet. Duen. reg. 18[?]. Fallit in multis caſib. vt per Carer. in praxi criminal. in §. circa quartum. num. 70.

Reus defenſionibus non renunciat. Fallit vt not. Batã. in praxi crim. reg. 22. Fallit in 5. caſib. vt per Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. nu. 18.

Fallit vt per Marſ. in l. vnius facinoris. ff. de quæſtion. numero quinquageſimonono. vbi tractat materiam defenſionis.

Defendere non licet ſe à iudice. Doctor. in d. l. vt vim.

Fallit in 4. caſibus, vt per Carer. in §. circa quartum, num. 78.

Pater filium defendere poteſt in cauſa criminali. 4. ponit caſus Campeg. in tract. de teſtib. concluſ. 425. vídeas ſuprà in lib. 3. in tract. de procu. in conclu. procurator in cauſa criminali.

Statutum non poteſt tollere defenſionem. l. ſi ſic. ff. de leg. 1. Clem. 1. de re iud. Docto. in l. ſi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam.

Fallit in duobus caſibus, ſecundum Ioan. Bolog. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. numer. 17. circa materiam defenſionis videas Blan. in praxi cri. fol. 124. & fol. 138 Don. Fina, lib. 4.

¶DEFENSOR alienę litis nemo idoneus ſine ſatiſdatione intelligitur. lege qui proprio. §. & qui. ff. de procuratori.

Primò fallit quando dominus liberaſſet me à ſatiſdatione inſtrumento mandati. vt not. Angel. in l. filiusf.

liusfamiliàs.ff. qui satisd.cog.

Secundò fallit, quando venit ad defendendum vnum articulum causæ, vt not. Ang. in d.l. filiusfamil. qui alleg. glo. sing. in l. in eo. §.1. ff. de reg. iur.

Tertiò in prælato ecclesiæ, qui non cogitur satisdare, vt per Ang. in d.l. filiusfamil. ff. qui satisd. cog. Inno. in c. veniens. de accus. B. Soc. re. 116.

¶Defensoris confessio non præiudicat domino, Bart. l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confess. Specul. in tit. de confes. §. si verò. vers. 4. item defensor ecclesiæ ei non nocet. Specul. in tit. de dolo & contum. numero 26. Med. reg. 8.

¶Defensio. L. a 53. Vlp. lib. 45. ad edictum. a al. 52.

Non b defendere videtur tantum qui latitat, sed & is qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere c actionem.

Addit. b al. non videtur defendere non. c al. actiones.

Ex quibus caus. in possess. ea. l. 2. l. hæc autē. §. rectè defendi. de iud. l. rectè. ex quibus caus. ma. l. item ait. §. defendi. de proc. l. sed hæ. Negat. l. de interrog. l. de ætate. §. qui tacuit. Actionem d. l. 2. §. fina. & l. rectè defendi. in fin. xj. q. 3. c. certum. Riisvvich. paratit.

¶Defensio. l. 199. inuitus. l. 53. nemo defendere l. 43. nemo dubi. l. 95. l. qui rem al. l. 127. l. 111. l. nemo alienæ. Tractatur in l. vt vim de iust. & iu.

Defensionibus pluribus vti nemo prohibetur. Reg. vj.

Vim vi repellere licet incontinenti. ad leg. Aqui. l. 54. §. qui eum. de iust. & iur. l. vt vim. vbi de ea Doctor. tractant.

Defensor idoneus est, qui de solido cauet. Item, Dum defunctus habet defensorem, bona sua non debent vendi. Inst. de eo cui li. cau. §. hoc.

Nemo defensor in aliena re sine satisdatione. Inst. de satisd. §. si verò in personam. Reg. 111. §. nemo alienæ.

Aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere. ad leg. Aquil. l. 4. Riisvvich.

¶Defensio cùm non competit iudici non requiritur citatio. Sapia. l. fin. num. 69. C. de edict. diu. Adr. tol. Ab. c. cùm olim. de re iud. Rimin. l. si pacto. col. 2. C. de pactis. Deci. consilio. 192. columna quarta. Med. reg. 8.

¶Defensio cuilibet permissa est. Hanc regulam probat tex. in l. 1. in §. cùm arietes. ff. si quadru. paup. fecisse dic. & in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & in §. quod verò. Instit. de iure natur. gent. & ciui. & in Clemen. j. de homicidio. circa quam regul. vide posita suprà in præcedenti regula, & Hippolitus in sing. 100. & in l. is qui aggressorem. vbi est tex. pro hac regul. C. de sicariis. Abb. in cap. olim. el 1. nu. 15. cum aliis, de restit. spol. & ibi Docto. Ang. in tract. maleficiorũ. in verb. & Titius se defendendo. num. 7. Hippolit. in l. 2. num. 34. ff. de sicar. & in consilio 4. nume. 7. & Afflict. in constitu. Neap. lib. 1. Rub. 8. num. 72. Catellia. Cotta in verbo, defensio.

Primò amplia, habere locum in Cardinalibus, nam pro defensione corporis licitum est offendere etiam Cardinales. ista est glo. notabilis in cap. fi. in verbo, percusserit, de pœnis. lib. 6. & ibi Ioann. And. quam glo. sequitur Ang. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & ibi Iason nu. 1. & Dec. num. 7. Franc. Curtius Senior in cons. 20. num. 39.

Amplia secundò, habere locum etiam in clericis, vt est glo. in summa xxiij. q. j. habetur in c. cum voluntate. de sententia excommuni. ita tenet Hippol. in cons. 4. num. 5. pro qua opinione facit notabile dictum Io. de Ligniano in tract. de iusto bello, vbi dicit, quòd si clericus ad altare celebrans inuaditur ab aliquo, licitè potest dimittere celebrationem missæ, & se defendere, & si in illa rixa se defendendo occidat aggressorem, potest incontinenti redire ad altare & Missam perficere; quod dictum sequitur Abb. in c. clerici. el j. num. 2. de vita & hone. cler. Maria. Soc. in repet. cap. ad audientiam. num. 40. de homici. Hipp. in l. is qui aggressorem. num. 2. C. de sicar. Dec. in l. vt vim. nu. 6. ff. de iustitia & iure.

Amplia tertiò non solùm habere locum quandocunque imminet periculum mortis, sed quandocũque imminet pericul um alicuius iniuriæ personalis, ita tenet Bar. in l. 1. C. vnde vi. quem sequitur Antonius de Butrio in c. olim. el 1. de restit. spo. & Alex. in consilio cix. volum. j. & hoc esse verum firmat Ias. in d. l. vt vim. numero 10. & 36. & not. Ange. in d. l. is qui aggressorem. nu. 2. in fi. vbi dicit quòd istud dictum debet esse semper mente tenendum, quia ex eo datur lucrari multas pecunias, & ita dicit se cõsuluisse in ciuitate Venetiarum, vbi liberauit quendam captum à pœna mortis, quod intelligit Paris. in cap. dilectè filij. nu. 36. de excep.

Amplia quartò habere locum etiam in minatore, nam minator potest occidi à minato, pro qua opinione est glo. in c. cùm dilectus. in verbo, violentia, quod metus causa. quod tenet Bal. in l. metum. in fine. C. quod metus causa. & in l. fi. num. 4. ff. de hære. instit. & ibi expressè Ioann. de Imol. & hanc opinionem tenet Abb. in c. j. de offi. deleg. & ibi Fel. num. 2. idem Felin. in cap. afferte. nu. 12. de præsumpt. & in c. sicut dignum. num. 12. de homicidio. Maria. Socin. in c. ad audientiam. num. 38. eo. tit. Io. de Platea in §. ius autem gentium. nu. 43. Instit. de iure naturali. Panor. in c. scribam. de præsump. & in cap. quod dicitur. de verb. sig. Montal. in l. 3. tit. 13. part. 2.

Quam ampliationem veram intelligo, quandocunque ille qui minatur, solitus est minas exequutioni mandare. ita concludit Ange. de Peru. vltra supradictos docto. in consilio ccxv. Petrus de Anchar. in consil. ccxcix. Chassa. in consu. Burg. in tit. des fiefz. Rubr. 3. §. 1. numer. 14. pro qua opinione est glo. in dict. ca. cùm dilectus.

Secundò intellige hanc ampliationem, secundum Bal. qui meliùs loquutus fuit quàm alij. in l. j. C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vind. quandocũque minans est in actu percutiendi, aliàs non licet minatorem occidere, quod tenet etiam idem Bald. in tract. statutorum. in verbo, pax, versic. j. quod dictũ sequitur Iaso. in l. vt vim. numero 13. ff. de iustitia & iur. & in l. 1. num. 46. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdictio. Ange. de Perusio. in l. quemadmodum. C. de inofficioso testa. Anton. Corset. in sing. incipienti, metus. Hippoli. in singu. dcxl. & in practica criminali. in §. diligenter. num. 87. & in l. 1. in §. præterea. num. 22. ff. de quæst. Matth. de Afflic. in constitutio. Neapol. lib. 1. rubr. 8. num. 52. in quo notandum est, quòd quandocunque minator solitus est minas exequutioni mandare, & est vir potens, est præsumptio contra ipsum, vt retorqueri possit. ita tenet Specu. in tit. de præsumpt. in §. species. versi. sed pone. Alberic. in l. metum. C. quod metus causa. Ba. & Ioann. de Imol. in dict. l. fin. ff. de hæred. insti. Ias. in l. 1. C. de seruis fugit. Felin. in c. cùm oporteat. nu. 9. de accusa. & in d. c. afferte. num. 12. de præsumptio. Panor. in d. c. scribam. numer. 4. Albertus Brunus in tract. de iudiciis. versic. quæro vlterius. Ange. & ibi Augustinus Arimineusis in tract. maleficiorum, in verbo,

verbo, fama publica. num. 39. Hippo. in d. §. diligenter. num. 85. & in cons. 3. nume. 13. Stepha. Bertrand in cons. j. numer. 7. volu. 1. & in cons. 127. nu. 12. vol. 2. & in consil. 292. numer. 17. volum. 3. in tribus lib. secundæ impressionis. Et hanc opinionem dicit esse communem Blanchus in repetit. l. finalis. nu. 183. ff. de quæst. & hæc opin. probatur in l. lx. in ll. Styli. Pro quo facit hæc ratio. nam ex solis minis inducitur capitalis inimicitia. vt in l. licet. in verbo, capitales. ff. de arbitr. quam gloss. sequitur Chassan. vbi suprà. numero 11. & non solùm ex minis oritur capitalis inimicitia, vt suprà dixi, sed etiam ex iniuriis verbalibus. ita tenet Bald. in cap. veniens. in fine, per illum tex. extrà de iniur. quem sequitur Iason in l. procuratoribus. C. de procurat. quod dictum dicit esse notandum Chassanæ. vbi suprà, & illud dictum sequitur Hippol. in consilio 3. numero 12. & in d. §. præterea. num. 23.

Amplia quintò, in tantum procedere, quòd si aliquis est percussus ab aliquo, & ille percussus insequitur vulnerantem qui fugiebat, & eum occidit licet non sit se defendendo, non debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori pœna. hoc fuit notabile verbum Iacob. de Arenis in lege prima. C. vnde vi. num. 8. eandem opinionem tenet Anto. de Butrio. in c. olim. el j. num. 37. de restit. spol. & ibi Abb. num. 15. quos sequitur Fran. Aret. in cons. lxxx. nu. 9. Ang. in tract. maleficio. in verb. & Titius se defendendo. num. 36. & ibi Augustin. Ariminensis. vbi dicunt quod secundum hoc dictum consuluit Bald. in ciuitate Papiæ, sequitur etiam Hippolit. in sing. 100. & in l. is, qui aggressorem. numero 18. C. de sicariis. & l. 58. Styli. & quia in cõtrarium videtur l. 59. Styli. vide Couar. in 4. 2. parte. c. 7. §. 7. num. 11.

Amplia sextò, habere locum, quòd si aliquis se defendendo occidat suum inuasorem, non incidat in irregularitatem, & licet in hoc olim essent diuersæ opiniones, de quibus per gloss. in capitu. sicut dignum, in §. clericus. in gloss. magna, in fine. & in canon. de is. el iij. v. distinct. & in Clement. si furiosus. de homicid. tamen hodie hoc est expressè determinatum, per tex. in d. Clemen. si furiosus. de homi. & sic dico, quòd occidens aliquem non voluntariè, neque ex proposito, sed solùm ad suam defensionem, quia aliter non poterat à morte euadere, non incidit in irregularitatem, per illum text. & ibi omnes Docto. idem voluit gloss. in summa xxiij. quæstio. j. glo. & ibi Abb. in cap. sicut dignum, nume. 14. de homicidio. Quod tamen est verum quandocunque mortem propriam aliter euadere non poterat, ita probat text. in d. Clemen. si furiosus, & ita per illũ tex. tenet idem Abbas in cap. olim. el j. de restit. spolia. numer. 17. & in cap. clerici. el j. de vita & honesta. cleric. numero 2. Felin. in capitulo, dilecti filij. num. 14. de exceptio.

Limita primò quando inuasus est constitutus in periculo vitæ, sed quando non esset ita angustatus, vel in periculo vitæ constitutus, tunc non licet ipsi inuaso occidere aggressorem. ita probat text. in dict. clem. si furiosus. & in l. is qui aggressorem. in vers. in discrimine vitæ constitutus. C. de sicariis. & in l. prima. in vers. cum moderamine. C. vnde vi. & ibi glos. magistra. & in l. scientiam. in §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. & in l. j. in §. vim vi. ff. de vi & vi arm. & dicitur quis constitutus in discrimine vitæ. & licet illi occidere aggressorẽ eo ipso, quòd terror armorum sibi infertur. vt habetur in l. licet. in §. armatæ. ff. de vi & vi arma. & in l. sed & si quemcunque. in princip. ff. ad l. Aquil. vbi hoc voluit glos. & Doctor. Florian. de sancto Petro in dicto §. qui cùm aliter. numero quarto. Cępola in consilio xxix. numero 13. in consiliis criminalibus. Ang. in tracta. maleficiorum, in verbo, & Titius se defendendo. numero 11. facit quod notat Barto. per illum text. in l. sed & si quemcunque. num. 2. ff. ad l. Aquil. vbi firmat, quòd eo ipso quòd probo aliquem venire contra me gladio euaginato, & ego eum occidi, quòd tunc probata est sententia mea, quem sequitur Ioann. de Ana. in cap. si perfodiens. num. 5. in fi. & in numero 6. de homici. vbi dicit, quòd vsus armorum affert iustum metum mortis, quod etiam tenet Bald. in d. l. sed & si quemcunque. vbi dicit hoc esse notandum, illud dictum sequitur etiam Iason in dicta l. vt vim. num. 9. Cæpola in d. cons. xxix. num. 14. facit quod notat gl. in l. j. C. vnde vi. vbi dicit quod sufficit terror armorum, vel iactatio persecutionis.

Limita secundò non procedere in bannito, quia is non potest se defendere, & si quem occidat se defendendo, punitur: ex quo vbi licita est offensio, reprobata est defensio. ita concludit Barto. in l. vt vim. numer. 4. ff. de iust. & iure, quem sequitur Nellus de sancto Geminiano, vbi arguit ad vtramque partem in tract. bannitorum. in 2. parte, 2. temporis, q. 49. nu. 49. quem etiam sequitur Dec. in d. l. vt vim. num. 3. Hippolit. in practica crimin. in §. aggredior. numero septuagesimoquinto, & Nellus vbi suprà concludit, quòd bannitus occidens ad defensionem, punitur directa legis Corneliæ, & de dolo cùm sciebat se non posse defendere.

Contrariam tamen opinionem tenet Bald. in l. 1. num. 51. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. numero 3. Card. in clement. j. numer. 32. de homicidio. Ratio autem in qua se fundant est in supradicta regul. scilicet quòd defensio est de iure naturali, vt in dicta l. vt vim. & in Clemen. pastoralis. de sent. & re iudic. & non potest à principe tolli, vt in §. sed naturalia quidem iura. Institut. de iure natura. facit quod notat Bald. in c. à nobis. numero sexto. de exceptio. vbi dicit quòd statutum tollens defensionem debet intelligi de ciuili, non autem de naturali, quem sequitur Felin. in cap. dilecti. numer. 6. eod. tit. in qua quæstione Pau. Castren. in d. l. vt vim. distinguit auctoritate Io. de Ligniano, in tract. de iusto bello. cap. lxxxviij. quòd aut statutum dicit bannitum posse offendi, & tunc non est licita defensio bannito: ex quo vbi offensio permittitur, reprobatur defensiò, aut dicit quòd occidens bannitum non puniatur, & tunc licet se defendere, ex quo non est permissa offensio, sed est impunita, quem sequitur Hippol. in d. §. aggredior. numero 78. quod tamen intelligo verum ac habere locum, quandocunque maxima subsistente causa tollitur hæc defensio naturalis, cùm subsistente maxima causa tolli possit. vt not. Ange. in l. si sic. ff. de leg. 1. & ibi Alexan. idem Alexa. in d. l. cùm mulier. num. 12. ff. soluto matrimonio. Alberi. in l. omnes qui. C. de episcop. & cleric. vbi plura adducit in quibus defensio tollitur, facit tex. in l. addictos. C. de episcop. audien. & ita tenet expressè Philip. Dec. in dict. l. vt vim. numero tertio & quarto. quod ante eum tenuit Florianus in l. prima. in §. cùm arietes. numero tertio. versicu. quod tamen dixi. ff. si quadrup. paup. fecis. dica. per tex. in l. milites agrum. in §. irreuerens. ff. de re militari. & in l. si seruus. C. de is qui ad eccles. confu. & in l. itaque. ff. ad l. Aquiliam, de quo etiam

etiam vide not. per Felin. in d. c. dilecti filij. nu. 7. de exceptionibus.

Limita tertiò in filio contra patrem, & in seruo cõtra dominum: ita tenet Bartol. in d. l. vt vim. secundum Hippol. in practica, in d. §. aggredior. numer. 79. vbi tenet, quòd si pater, aut dominus verberet filium aut seruum, si filius aut seruus insistat, licet patri vel domino occidere filium vel seruum impunè, per supra dicta ratione gl. in d. l. vt vim. nam ex quo licita est offensio patri in personam filij, & domino in personam serui, vt concludit Alciat. in tract. præsumpt. in j. regula, præsumptio. iij. per totam. facit tex. in l. j. ij. iij. & iiij. C. de patria potest. & per totum. C. de emẽ datione seruorum & propinquorum. Non est licita defensio contra eos: ideò pater & dominus occidere possunt: ita concludit Hippol. vbi suprà. sed Bartol. in dict. l. vt vim. hoc non dicit: sed ibi, numer. 4. dicit, quòd non licet filio se defendere aduersus patrem verberantem: non tamen dicit quòd si pater occidat, non teneatur, imò expressè Felin. tenet contrarium in dict. cap. dilecti filij. de exceptio. numero 7. in casu quo pater aut dominus non verberaret animo corrigendi, sed potiùs occidendi: nam filio licet ei resistere, vt ibi.

Limita quartò in officiali: nam non licet aduersus officialem exequentem resistere, & se defendere: vt in l. si seruus. & ibi notat Bart. C. de his qui ad eccl. confu. & in l. fin. C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vind. Cataldus in trac. Syndica. numero 17. Ioann. de Imo. in l. ex consensu. in §. fi. ff. de appella. numero 9. facit glo. in dict. l. vt vim. ff. de iust. & iure. quæ dicit, quòd officiali iniuriam facienti non licet resistere, nec se defendere contra eum, facit quod notat Aristotel. libro v. Ethicorum. cap. v. vbi dicit, quòd si principatum habens percutiat, non debet repercuti, ex quo violentia à superiore iustè infertur, facit etiam tex. in capitu. noli. in fin. xxiij. q. j. item etiam facit capitu. bonæ. de ætate. & qualitate. vbi imponitur pœna ei, qui manus intulit suo duci. & facit capi. patet. ix. q. iij. facit etiam Ecclesiast. capitul. quarto, vbi dicitur, Noli resistere cõtra faciem potentis. Et sic non sine causa princeps secularis portat gladium ante se, ad denotandum ꝙ subditi eorum superioribus non debent resistere: vt dicit Apostolus ad Roma. capitu. xiij. Ideò Lucas in Euangelio. x. capitulo dicit: Qui vos, scilicet, iudices mũdi spnit, me spernit. facit pro hoc tex. in l. addictos. C. de appella. vbi nullo modo via facti licet resistere iudici quando aliquid facit vt iudex. Pro quo facit quod notat. in c. si quando. de officio deleg. & hanc opinionem tenet Hippolyt. in l. j. numero 78. ff. de sicariis. quod tantum intellige vt dixi suprà in reg. cxc. ampliat. viij. P. Duen. reg. 192.

¶ Defensio licita est pro tutione rerum adeò, vt occidendo quis non teneatur. Hanc regulam probat glo. & ibi Bart. num. 6. in l. vt vim. ff. de iustitia, & iure, idem Barto. in l. j. num. 2. & 7. C. vnde vi & in l. furem. num. 2. ff. ad l. Cornel. de siccariis. Eandem regulam ponit gloss. in l. itaque. in ver bo, latronem. ff. ad legem Aquil. Hanc etiam ponunt doctores in cap. ij. & in capit. significasti. el secundo, de homicidio. pro quo est tex. in dict. capitu. ij. ibi, te tuáque liberando. De iure regio probatur in lege iiij. tit. xiij. libro viij. ordin. & in lege j. titu. xvij. libro iiij. fori. & l. iij. titulo viij. parte vij. Hanc regulam probat text. iuncta gloss. ibi in verbo, vitam quam ibi notat Bal. in l. aduocati. C. de aduocatis diuer. iudic. idem Bal. in l. suis nummis. C. de operis libert. & in l. ij. C. de constitu. pecunia. Ioan. ab Ana. in cap. ij. & in capit. perfodiens. de homicidio. Cardin. in Cle. j. de homicid. Aret. in consilio lxxx. numer. 8. Hippo. in consil. iiij. numer. 8. & 22. & in l. furem. num. 3. ff. de sicariis. Matth. de Afflictis in constitu. Neap. lib. j. rub. xiij. num. 20. & 51. tenet Iason in princip. Institu. de acti. nu. 69. Decius in d. l. vt vim. nu. 31. Chassanæ. in consuetu. Burgun. vbi examinat hanc regulam, & allegat iura pro ea & fundamenta, in tit. Des iustices. Rub. j. §. 5. num. 11.

Hanc regulam cum tribus ampliationibus & quatuor limitationibus ponit Ias. in d. l. vt vim. nu. 23. quem refert Bernar. de Luco in reg. dvij.

Amplia primò, vltra Iasonem si inferatur vis ædificandomam licet resistere: vt in l. si vitem. in §. ad ianuã. ff. quod vi, aut clam. & in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de nou. oper. nunt.

Amplia secũdò, si inferatur vis turbatiua. l. iiij. in §. cũ generaliter. & in l. cùm fundum. & in l. j. in §. vim. ff. de vi, & vi arma. Barto. in l. j. in §. hoc interdicto. nu. 3. ff. de itinere actúque priuato.

Amplia tertiò, quòd liceat pro defensione rerum congregare amicos: & amici & vicini mei possunt eum qui vult expellere me possessione mea impunè percutere, ita firmat Bart. in l. de voto. C. de metatis & epidemeticis. libro xij. & in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. quem sequitur Corse. in singularibus suis, in verbo, defensio. el ij. Alex. in consi. cxix. volu. vij. Hippolyt. in sing. cccclvj. Iason in l. vt vim. nu. 30. ff. de iustitia & iure.

Amplia quartò, habere locum pro defensione dignitatis, & officij, etiam ex interuallo. ita tenet Bal. in repet. l. j. nu. 6. C. vnde vi. per tex. in l. item apud Labeonem. in §. adiicitur. ff. de iniur. P. Duen. reg. 191.

¶ Defensio multiplex. Bonifac. reg. xx.

Nullus pluribus vti defensionibus prohibetur.

L. Is qui. ff. de exceptionibus. Viuien.

¶ Defensio. Plures actiones. Vlpia. lib. xxviij. ad edict. Lex xliij. al. xliiij.

Nemo ex a iis, qui negant sed debere, prohibetur etiã alia defensione vti, nisi lex b impediat. Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine c vna tantùm experiri debet.

Addit. a iis, in P. florentin. b impedit. in P. florentin. c. vna qui expedire debet in P. florentin.

Concordat cum reg. nullus pluribus. eo. tit. in vj. & idẽ dicitur l. nemo prohibetur. de excep. Viuien.

Definitio. l. 203. omnis definitio. Riisvvich.

¶ Definire. Non licet nobis definire quod definitum est.

Pro.

2. q. 5. c. consuluisti.
21. q. 1. c. quod si dormierit.
Ext. de sepult. c. quia de vxore.
Ext. de translat. c. inter corporalia.
D. de publician. l. de precio.
12. dist. c. præceptis.
25. q. 1. c. sunt quidam.

Contra.

De consec. dist. 2. c. liquido.
33. q. 2. c. quos Deus.
28. q. 1. c. idololatria.
23. q. 5. c. si non licet. l. quæsitum.
D. de testibus. l. quæsitum.

Solutio.

Exponunt magistri, & bene, quod non est expositum:

quia interpretatio iuris prudentibus ablata non est, quæ in legislatione collatis locis,& attenta voluntate auctorum completur.vt 37.dist. capitu. relatum. sed prohibita est præsumptuosa adinuentio pontificum,vel ordinum subsequentium, qua rationabiliter sanctorum patrum documentis decisa turbâtur, & viribus euacuantur,& nouitates superinducuntur iis neglectis,quæ ab Apostolis antè definita fuerũt. d.cap.quod si dormierit.& d.cap.præceptis.& 11.distinct.quis nesciat.& 12.distin.cap.decet.Quantum ad iudicialem diffinitionem,legem simplicem simpliciter intelligere debemus: nisi per legem vel canonem aliter possit exponi,vel distingui,ext.de elec. c.significasti. Damas.reg.80.

ADDITIO.Pontificum.Indignum & contra bonos mores est, & à spiritu Dei, atque ecclesiastica moderatione prorsus alienum,decreta patrum Apostolica,& æquas antecessorum constitutiones,posteriores pontifices aliud statuendo euertere.25. q.j.& 2.per totum.Vide Concil.Carthag.c.47.

¶ DEFORMITAS corporis modica nõ impedit promouendum.c.Thoma.de ætat.& qual. gl.capit.fin. de corpo.vit.Archid.ca.non potest.de præb.6. Bal. cap.cùm adeo.de rescr.Cæpol.leg.1.§.sed si.numer. 38.ff.de ædil.edic.Host.in summa eod.tit.de Corp. vit. Med.reg.5.

¶ DEIICIENS aliquid in via vel effundẽs,tenetur ad pœnam dupli.Hanc regulam probat tex.in l.j.ff.de his,qui deiecerunt vel effuderunt.

Limita primò,si effundens,aut deiiciens ter proclamauerit ea quidem voce vt audiri,& casus euitari possit:tunc enim non tenetur,ita probat tex.in l.si putator.ff.ad l.Aquil. & in l.inter. §. qui susceperit.ff. mand.& in l.qui foueas vrsorum.ibi,si neque denuntiatum est.ff.ad l.Aquil. De iure regio est text. in l. iiij.tit.viij.parte vij.

Limita secundò si via sit, qua vulgò non commeatur, & eiectum vel effusum sit: nam cùm locus remotus sit,etiam si modò cœperit commeari,regula nõ habet locum.l.j.in §.j.ff.de his,qui deiecerũt vel effud. diuinare enim non potuit an aliquis per eum locum transiturus esset:vt in l.si fideiussor.in §.si cum debitor.ff.mand.& in d.l.si putator.in fine.

Limita tertiò,quando interdiu deiectum est: non autem cùm noctu:vt in l.hoc edicto.in §.Labeo ait.ff. de his, qui deiec.vel effuderũt.tamẽ in vrbe & noctu iter fieri solet: ideóque siue diu siue noctu quid effusum est,teneri puto:vt videtur sentire gl. in d.§.Labeo ait.in verbo,non nocte.

Limita quartò, non habere locum in hærede. Ratio, quia pœnalis est:vt in l.si verò plures.in §. hęc autẽ actio.& in §.fi.ff.eod.titu.& pro hoc facit quod suprà dixi in regula xiij.

Limita quintò,nõ habere locum in hospite, qui diuertit,sed in eo,qui hospitiũ dedit:vt in l.j. in §.hospes. ff.eod.tit. P.Duen.reg.193.

¶ DELEGARI non possunt ea,quæ meri,seu misti imperij sunt.l.imperium.ff.de iurisdi. omnium iudi.& ibi gloss.

Primò fallit, quãdo iudex proficiscitur aliquò pro interesse publico, & sic ex necessitate eum contingat abesse:vt l.j.§.j.& ibi gloss.ff.de offic.eius cui mand. est iurisdictio.

Secundò fallit,in Proconsule.l.solent.ff.de officio proconsulis.

Tertiò fallit, quando iudex prohibetur intra prouinciam:vt l.aliquando.ff.de offic.Proconsul.

Quartò fallit,ratione minoris,sicut.C.vbi,& apud quẽ. Quintò fallit,de iure Canonico secundum Ioan.Andr. in clement.j.de officio delegat. in glo.secunda,mouetur per tex.in capitu. in archiepiscopatu,extrà,de rap.licet Imo.dicat contrarium in capit.super quæstionum.de officio deleg.& has fallen.ponit Bened. de Bars.in d.l.imperium.ff.de iurisdict.omnium iudic. B.Socin.reg.117.

¶ DELEGATUM.Delegari quæ causæ possunt,& quæ non,distinguendo declarat Bart.in l.nec quicquam, §.vbi decretum,nu.8.de off.proconſ.

Vbi causa requirit plenam cognitionem,& decreti interpositionem non potest delegari,not.DD.in l.2. ff.de offic.eius.

Fallit in 2.casib.vt per Iacobum de Nig.in d.l.2. nu.1.

Fallit in 4.casib.vt per Ias.in l. nec quicquã, ff.de offi. proconſ.nu.82. Fallit in 4.casib. secundum Dec. in l.omnia quæcunque,ff.de reg.iur.

Sicut per absentiam causa meri imperij delegari potest,ita etiam propter infirmitatem.hæc est communis opinio,vt attestatur Sebasti.Sapia in l.j.ff.de offic.eius.

Fallit vt per eundem ibi,nu.116. Ampliatur in 2.casib. & limitatur in 3.per Io.de Nig.in d.l.nu.69.

Causæ meri imperij delegari propter varias occupationes non possunt:communis est opinio, vt attestatur Sebasti.Sapia.in d.l.j.vbi eam limitat.Fallit in 5. casib.vt per Io.Bolog.in d. l.j.numer.41.Fallit in 12. casib.quos ponit Gasp.Valla.l.imperium,nu. 117.vsque ad num.138.Fallit in 4.casib.quos not.Bened.de Benedict.concl.79.

Delegatus principis potest causam meri imperij delegare: hanc esse Communem opinionem attestatur Iaco.de Nig.in l.j.ff. de off.eius.

Fallit in 3.casib. vt per eundem in d.l. videas pulchram distinctionem, quam ponit Benedict. Capra in suo tract.reg.29.Fallit in 5. casib. secundum Campeg.in tract. de testib.concl.430.

Delegati assertioni standum est : hanc esse communem opinionem testatur Paul.Oria.in l.j.ff.de offi. eius.

Fallit in 3.casib.vt per dictum Paul.Oria.in d.l.j.numero 61.

Si Papa scribat iudici alterando eius iurisdictionem, erit delegatus.Fallit in 9.casibus,vt per Alc.in l.j.§. si quis simpliciter.ff.de verbor.obligation. numero 10.& seq.

Causæ meri & mixti imperij delegari non possunt, l. imperium.ff.de iurisd. omnium iud.vbi gl.

Fallit in 5.casib.quos ponit Soci.reg.84. Fallit in 7. casib.vt per Iaso.in l.quæcunque,ff.de offi.eius,numero 28.

Fallit in 8.casibus,vt per Socin.in d.l.imperium,numero 46.

Fallit in principe, qui potest delegare causas meri & mixti imperij. Ampliatur hoc in 3.casib. vt per Baptist.à Villa.concl.36.in litera D.Fallit etiam in ordinario,qui potest causas meri,& mixti imperij delegare ex causa infirmitatis.Ampliatur hoc,& limitatur in 4. casib.per Ias.in d.l.quæcunque,num.13.

Quando delegatio fit alicui sub nomine dignitatis,nõ extinguitur per mortem illius delegati, sed transit ad eius successorem: sed quando facta est sub nomine proprio,quando censetur facta personæ, eo mortuo,extinguitur, & non transit in successorem in dignitate,gl.in l. tale pactum,§.fi.ff.de pact.no. gl. in l.more,ff.de iurisd.

Fallit

Fallit in 6.casib.vt per Iaſ.in d.l.more,nu.65.

Morte delegantis re integra expirat iuriſdictio delegata,l.more.ff. de iuriſd.

Ampliatur in 3.caſib. & limitatur in 6. per Iaſo. in d.l. more,nu.5.

Delegatus ab ordinario non poteſt ſubdelegare,l.à iudice.C.de iudi.

Ampliatur in 3.caſibus,& limitatur in 8. per Iaſ.in d.l. à iudice,num. 3.Ampliatur in vno caſu,& limitatur in 7.à Feli.in c.ſuper quæſtio.de off.deleg. Fallit in 9.caſib.per Soc.in d.l. more,ff.de iuriſd.num.31.

Delegatus principis,vel Papæ,poteſt ſubdelegare: hãc eſſe communem opinionem atteſtatur Iac. de Nig. in l.j.ff.de offi.eius.

Ampliatur in 4.caſib.& limitatur in 14.à Iaſ.in l. à iudice,C.de iud.nume.11.vbi Alexan. limitat in 6. caſib.

Fallit in 5. caſibus.ſecundum Campeg.in tract.de teſt. reg.430. videas pulchram diſtinctionẽ Bened. Cap. in ſuo tract.reg.29.

Fallit in 3.caſib.vt per Iaco.de Nig.in d.l.j.

Delegatus etiam à principe poteſt à iure ciuili recuſari,vt ſuſpectus,multò fortiùs de iure Canonico. l. apertiſſimi,C.de iudi.

Fallit in 3.caſib.vt per Iaſ.in d.l.nu.1.

Delegationis inſtrumentum regiſtratio facta in actis, probat originale , adeo quòd non eſt amplius opus ipſum producere, Rota Deciſio.93.de fide inſtrum.

Ampliatur in 2.caſib.& limitatur in 3.vt per Fel.in capitu. cum iure,de offi.delegat.

Delegatus Papæ cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.l.2.ff.ſi quis in ius vocatus,l.præſcriptione, C.ſi contra ius, C.ſuper literis,de reſc.

Ampliatur in 3.caſibus,& limitatur in 14.per Fel.in d. c.ſuper literis,col.10.

Delegatus inferioris à principe non poteſt mulctam inducere,Ange.in conſ.8.Fel.in c.de cauſis, de offi. deleg.

Fallit in 4.caſib.vt Fel.in d.c.de cauſis. Fallit in 5.caſib.vt per Soc.reg.85.Fallit in 5.caſib. vt per Alex. in l.omnibus,ff.ſi quis ius dicenti , nu.13. Fallit in 5. caſib.ſecundum Soc.in d.l.omnibus.nu.20.

Delegatus poſt ſententiam latam, & executioni mandatam ita functus eſt officio ſuo,vt non poſſit ſe vlterius impedire, ante executionem verò functus eſt quoad cognitionem,leg.ſi vt proponis,C.quomod. & quando iud.

Fallit in 8.caſibus,quos no.Fel.in cap.in literis,colum. j.de offi.deleg.Fallit in multis caſib. vt per Baptiſt. à Villa.concl.21.in litera D.

Delegatus inferioris non poteſt facere citari reum, & ſic capi perſonam inuitam, glo.in l.conſentaneum, C.quo.& quand.iudex,DD.in l.plerique,ff.de in ius vocando,& eſt communis.

Fallit vt per Iaſ.poſt Roman.in l.2.col.2.ff.de iuriſdic. Fallit in 4.caſib.vt per Campeg. in tracta.de teſtib. reg.431.

Delegati poteſtas prorogari non poteſt,cap.E,& G.de off.deleg.

Fallit in 6.caſib.quos no.Fel. in d.c.col.2.

Delegatus iudex non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, l.ſi vt proponis,C.quomod.& quãdo iudex.

Ampliatur in 3.caſib.& limitatur in 5.à Rip.in l.quod iuſſit,ff.de iudi.nu.63.

Legatus de latere non poteſt cauſam appellatione remota,committere,c.dilectus,de prebend.

Fallit in 2.caſi.vt per Iaſ.in l.nemo põt,ff.de le.j.nu.8.

Legatus non creditur quis,niſi oſtẽdat literas legationis. C.ad eminentiam,de ſenten.excom. cap. quod tranſlationem,de off.deleg.

Fallit in 3.caſib.vt per Fel.in d.c.ad eminentiam,nu.2.

Legatus non committit cauſam ſublato iuris ordine, Abb.in c.j.de reſ.

Ampliatur in 2.caſib.& limitatur in 5.Fel.in d.cap.j.

Fallit in 2.caſib.vt per Iaſ.in d.l.nemo poteſt,colum.2.

In delegato habet locum l.Barbarius.ff.de offic. præto. Fallit in 3 caſib.vt per Fel.in capit.ſciſcitatus. de reſ. col.4.

Ordinarius poteſt cauſas meri & mixti imperij delegare ex cauſa infirmitatis, ſicut ex cauſa abſentiæ, cõmunis eſt ſententia Doct.in l.j.ff.de offi.eius.

Fallit in 4.caſibus,vt per Iaſ.in d.l.j.Fallit in 4.caſib.vt per Io.Bolog.in d.l.nu.40.

Ordinarius non poteſt delegare ea , quæ ſunt meri & mixti imperij,propter multitudinem cauſarum.hãc eſſe communem opinionem atteſtatur Curtius Iu. in d.l.j.ff.de off. eius,nu.3.

Fallit in 8.caſib.vt per Baptiſt.à Villa.concl.42.in litera D.

Cognitio de ſuſpectis tutoribus poteſt delegari , l.cognitio,ff.de offic.eius,l.j.§.damus,ff. de ſuſpect.tut. Ampliatur in 3 caſibus,& limitatur in vno,per Purp. in d.l. cognitio.

Ille cui committitur nudum miniſterium, non poteſt delegare,c.fi.de off.deleg.

Fallit in 4.caſib.quos not.Benedict.Capra in ſuo trac. reg.38.nu.28.

Cauſæ criminales delegari non poſſunt.Fallit in multis caſib. quos no.Benedict.Capra in ſua trac.re.79.

Sed rei auditio proceſſuſque textura, non gladij poteſtas,ſeu cauſæ deciſio delegatur, declaratur à Battã. in praxi crim.reg. 15.

In cauſa commiſſa delegato intelliguntur cõceſſa omnia,ſine quibus explicari non poteſt,l.2.ff.de iuriſd.

Ampliatur & limitatur in 3.caſib.vt per Alex.in l. cui iuriſdictio,ff.de iuriſd.nu.3.

Delegare poteſt Epiſcopus cauſas merè ciuiles, & eccleſiaſticas laicis,c.decernimus,extra de iud.

Fallit in 5.caſib.ſecundum Rip.in d.c.num.34.

Delegatus poteſt cohercere impedientem ſuam iuriſdictionem.c.quare quæſitum,de off.deleg.

Fallit in 7.caſib.ſecundum Felin.in dicto capit. quare, nu.14.

Delegatus tenetur admittere ſubdelegatum collegæ. Fallit in 5.caſib.ſecundum Fel.in cap.coram,de off. deleg.nu.14.

Poteſtas ordinaria,& delegata, poſſunt in eadem perſona,& cauſa ſimul concurrere,& exerceri.Fallit in 2.caſib.ſecundum Pariſ.in c.cùm ex officij,de præſ. nu.24.

Inferior à principe non poteſt ſibi vicarium cõſtituere,§.nulla,in Auth. de defen.ciui.§.eos. in Auth. de mand.prin.

Fallit in 4.caſib.vt per Io.Bolog.in Rub.ff.de off.eius, nu.63. Don. Fina,lib.3.

¶ DELEGATVS inferioris à principe non poteſt mulctam indicere.Ita conſuluit Ang.conſ.viij.& ſequitur Fel.in c.de cauſis.de offi. deleg.

Limita quadrupliciter hanc concluſionem,vt per eum ibidem. B.Dias.reg.177.

¶ DELEGATVS inferioris , non poteſt ſubdelegare. Hanc regulam probat tex.in c.ſuper quæſtionum.§. ſi verò.de offi.deleg.& ibi glo.elicit ex tex.

Ampli vno modo,& limita ſeptem modis, vt per Feli.

in d.§.si verò.vbi aliquas ex limitationibus sublimitat. B.Dias reg.175.

¶ Delegatvs inferioris non potest facere citari reum,& sic capi personam inuitam:probat glo.in l. consentaneum.C.quomodo &quando iud.& in §.si verò etiam.in auth.de exhib.reis.colla.v.notât Docto.in l.pleriq.ff.de in ius voc. & ita est communis conclusio.

Limita istam conclusionem, nisi talis captura personæ fieret de suspecto de fuga.Ita limitat Ias.post Rom. ibi in l.ij. ff.de iur.omn.iud. B.Dias.reg.179.

¶ Delegatvs iudex non debet de salario plus petere ab actore quam à reo,sed æqualiter.c.statutum. §.prouisurus.de rescr.6.l.fin.C.de fruct.lit.expen.& quemadmodum morte delegati expirat delegatio, ita & per mortem delegantis.Host.in summa de offic.deleg.§.finitur. Medic.reg.9.

¶ Delegatvs mulctam inferre non potest.l.ij.§.fi. ff.de iudic.

Primò fallit in delegato ad vniuersitatem causarum:vt in l.ij.C.de spor.& not.gl.i n l.Pomponius.aliàs est in l.suum.ff.de re iudic.

Secundò fallit,vbi esset quis delegatus ad causam specialem:quia tunc talis potest mulctare nuntium,secundum Baldum,qui ita limitat d.l.ij.

Tertiò fallit, in delegato principis, qui etiam potest pœnas maximas imponere:vt tenet Anton.de Butr. in capitulo pastoralis. in fine, de officio delegat. & in capitulo de causis, eodem titulo. Sed Ioann.de Imol.reprehendit eum in dicto capitulo de causis, quod imò talis delegatus non possit maximas pœnas imponere.

Quartò fallit,in delegato ab inferiori: quia aliàs iurisdictionem suam tenere non posset,nisi pœnam inferendo, ita tenet Imola in dicto capitulo, pastoralis. & Angelus in l.vnica. ff. si quis ius dicenti non obtempera.

Quintò fallit, in delegato, cui mandata est potestas mulctandi:vt in l.secunda,ff.de iudi.sed hoc vltimũ reprehendunt Canonistæ in c.j.& in d.cap.de causis in gloss.& in capit.pastoralis.eod.titu. Specul.in titu.de sentent.prolatione.in §.species.versicu.simile est,&c.& Innoc.in capitu dilectus.de pœnis.& Bart. in l.si qua pœna ff.de verborum obliga.& Hostiē. in Summa.in tit.de senten.§.hic noto.quid sit mulcta, versicu.in ordinariis.& Ant.de But. & Ioan.de Imo. in d.c.de causis.& Ang.in d.l.j.si quis ius dicen. non obtemp. B.Socin.reg.118.

¶ Delegatvs nihil agere potest cõtra formam iuris, ac etiam suæ delegationis.cap.cũ dilecta,de rescr.Doct.l.diligenter.ff.mand.capit.causam,quę.de offic.deleg.Fel.d.c.cum dilecta.nu.9. Med.reg.7.

¶ Delegatvs non habet plus iurisdictionis, quàm delegans.dist.14.c.j.Arg.de dam.in l.quo bona.§.fi. de offi.eius.l.etsi prætor. Riisvvich.

In omnibus quos idcircò teneri dicimus, quia habent actionem,Delegatio pro iusta præstatione est. De pec.l.51.in fi.

¶ Delegatvs non nocet deleganti.Bal.rubr. C.de pœn.iud.qui malè iud.Innoc.cap.dilecto de testib. tenet contr.sed j.opin.verior est.Saly.l.fi.C.de pœn. iud.qui malè iud.Alex.leg.secunda.colum.3.ff.quod quisque iur. item non potest citare, nisi cum copia delegationis,Bart.l.consentaneum.§.j.C.quomodo & quand. iudex. Medic.reg.8.

¶ Delegatvs Papæ vel principis, potest subdelegare,vt in c.cũ causam. de appel.& in c.super quæstionum.§.si verò.de offic.deleg.& not.in cap.cùm Bertholdus. de re iudic. & est Cæsareus casus in l.à iudice.C.de iud.

Habes Hispane, text.ad idem,in l.xix.titu.iiij.part. iij.

Amplia quinque modis,&limita quatuordecim,vt per Ias. in d.l.à iudice.

Delegare.vide infrà, in regula ordinarius. la secunda. B. Dias.reg.181.

¶ Delegatvs Papæ cognoscit etiam an sua sit iurisdictio. tex. est in l.ij.ff.si quis in ius voc.non ierit. & in l.præscriptione. C.si contra ius vel vtili.publi. tex.in c.super literis.de rescrip.

Amplia tripliciter, & limita quatuordecim modis collectis per Felin.in d.c.super literis. vbi etiã aliquas ex limitationibus sublimitat multipliciter. B.Dias reg.176.

¶ Delegatvs potest de paulo maiori summa, quæ sit expressa in rescripto cognoscere.Specul.in tit.de rescr. §.fi.versi. item. modicum enim incrementum nõ debet mouere iudicem.l.7.&seq.C.de Alluuion. & pro modico,neque plus,neque minus. Med.re.5.

¶ Delegatvs post sententiam latam,&executioni mandatam,ita functus est officio suo ; vt non possit se vlterius impedire: ante executionẽ verò functus est quo ad cognitionem.l.si vt proponis.la j.C.quomod. & quand.iud.Domini de Rota. decis.cccxlj.in cip. dubitatur vtrum.in nouis.

Limita octo modis:vt per Felin.in c.in literis.de offi. deleg. B.Dias.reg.178.

¶ Delegatvs quando aliquid agit contingenti aliquo impedimento, si illud impedimentum cessaret modico tempore,puta vno die,deinde rediret,valeret quidem tale impedimentum.Dec.cap.quoniam Abbas.col.2.de offic.deleg. Tiraquel. in tracta. de iud.in reb.exig.non fer.nu.76. Med.reg.5.

¶ Delegatvs,qui per iustum errorem nulliter pronunciauit, poterit iterum suum mandatum exequi. c.executor.de concess.preb.lib.6. Med.reg.2.

¶ Delegati potestas prorogari non potest. Hanc regulam probat tex.in capi.P.& G.de offi.dele.per quem ita notant Doct.ibi.

Limita sex modis,vt per Felin.ibi. B.Dias.reg.180.

¶ Delegato commissio facta, vt procedat secundum formam priorum literarum nulla est,si priores literæ non apparent.glo.fin. capitulo primo,de fide instrum.ita in term. Iaso. l.admonendi.num.32.ff.de iur.iur.Doct.com.l.5.§.j.ff.de re iud.l.in summa. ff. eod.l.institutio.ff.de condi.institu.l.si ita.ff.de cõdi. & demonst.l.si prior.ff.solut.matr.l.hæc vẽditio.§. huiusmodi.ff.de contrah.emp.leg.quem heredi.vbi Doct.ff.de reb.dub.Crau.consi.88.numer. 3. Socin. consi.170.nume.33.volumine 2.Ruin.consi.183.nu. 1.volu.2.Decis.Pedem.110. nu.3.Ias.l.Marcellus.nu. 14.ff.ad Trebel. Medic.reg. 10.

¶ Delegatio extinguitur morte delegãtis,& morte eius,cui delegatio fuit facta. Hostiē.in summa de offic.delega.§.finitur.num.5.item non valet si causa ad iurisdictionẽ delegantis non spectet. Doct.com. leg.nemo plus.ff.de reg.iur.Vant.in tract.de nullit. sent.ex defectu iurisdict.deleg.nu.5. Medic.reg.6.

¶ Delegatio extinguitur morte delegati,& morte delegantis re integra,l.& quia.l.more. vbi Doct. comm.ff.de iurisd.omn.iud.Maranta in trac.de ordin.iudic.4.p.q.15.num.38. Specul.in titul.de iudic. delegat.§.restat.num.5. Gozadinus consi.22.capitu. relatum.ff.de offi.delega.Fulgos.l.diem functo.nume.1.ff.de offi.asses.Curt.l.more. nu.76. ff.de iurisd.

omn.iud.Bellam.cap.ad nostram.il 2.num.2. de iureiur. Quia mandatum morte mandatarij soluitur,l. si verò.§.si mandauero.ff.mand.capitul. si gratiosè. de resc.6.Barto. l.actione,§.publicatione. ff.pro socio.l.centesimis.§.fin.ff.de verborum oblig. Resoluto enim iure datoris, resoluitur & ius acceptatoris, l.lex vectigali.ff.de pigno. quod intellige quādo sui ipsius nomine proprio mādatur.l.si seruus. ff.de stipu.seru.Bald.consi.217.volum.3.si verò mandetur nomine dignitatis, tunc hoc idem, si dignitas non est perpetua,seu si per se non subsistit,sed pendet ab alio.vt vicarius : & tunc morte vtriusque soluitur , l. quod principi,l.si Augustæ.ff.de legat.2.Si dignitas per se subsistit, non soluitur morte delegantis, Fulgos.l. more.num.25.ff.de iurisd.omn.iudi.l. fin.ff.de inst.l.cum post.ff.de adm.tutor.l. qui habeant. ff. de reb.dub.Si verò nomine proprio, & dignitatis delegatio fiet , debet inspici , quod principaliter fuerit prolatum,l.si seruus. ff.de stipu.seru.Secundò modo soluitur delegatio sentētia lata , & executioni mandata,capitu.in literis.de offic.deleg. Tertiò, per legitimam appellationem,capit.vt debitus.de appellat. Quartò,si pronūcietur commissionis literas non valere,capitu.significantibus. de offi.deleg.Quintò, per recusationem causæ,capitu. licet. de foro compet.Sextò , reuocatione mandati. capitu. cæterum. de rescr.capitu.licet.de offic. deleg.l.cum prætor.ff. de iudi.Septimò,finitur, lapso tempore commissionis. item si instantia iudicij per triennium durauerit,l.properandum.C.de iudic.Octauò, per litis cōtestationem, tacitè enim renunciasse videtur , cum res de facili reuertatur ad naturam suam,l.si vnus,§. quod si.ff.de pact. Nonò,soluitur acceptilatione,pacto,transactione,& rei peremptione,Specu.titul.de leg.§.restat.nu.13. Decimò,soluitur,si res ad impossibilitatem iuris,vel facti peruenerit,capitu.sciscitatis.de rescr.capit.ad probandum.de re iud. Host.in Summa,de offic.deleg.num.11. Vndecimò,soluitur etiam morte delegati,vt dictum est,l.inter causas.ff. mand.Duodecimò,etiam si vnus ex pluribus tātum moriatur, nec sit adiecta causa,quod si non omnes. capitul.vno. de offic.delega.Decimotertiò,soluitur etiam morte impetrantis.l.pe.ff.de senten.quæ sine appella.resci. l. si decesserit.ff.qui satis.cog. Decimoquartò,mortuo eo , contra quem literæ fuerint impetratæ.capitu.significauit. de rescr. Quia rescripta personalia sunt , nec extenduntur ad alias personas, quàm nominatas.capitu.cum olim.de offic.delegat. Fallit,si delegatus ante mortē exigit, nam successor eius litem finire poterit,si tale sit ius , vbi successio locum habeat,l.si pater.C.de inoffic.testam. Secundò fallit,si nomine dignitatis perpetuæ vel vniuersitatis fuerit delegatio facta.Spec.titu.de leg.§.restat num.8.cap.quoniam.Abb.de offi.deleg. Hostien in Summa,eod.titu.num.11.versic.fallit.& not.quod legatio facta ob ægritudinem, vel absentiam alicuius, eo reuerso,vel sanato soluitur delegatio.DD.Com. l.j.ff.de offi.eius.gloss.capitu.plures.versicu.nequibunt.de offic.deleg.6.conc.capitu.si duo.de proc.6. Ratio huius.31.cōcl.est, quia delegati industria personæ est electa,DD.Comm.l.more.vbi Bar. numer. 7.Iaso.num.65.Dec.nu.52.ff.de iurisdict.omn.iudi. conc.cùm hac concl. quæ dicam infer.versicu.mandatum & in versic.rescriptum.Facit similiter l.non solum.§.morte.vbi DD.Comm.ff.de oper.noui nunt. Marsi.l.fin.numer.29.ff.de quæst.Felin.cap.à nobis. num.7. de sent.exc. Dec.l.pupillum. §.in hæredem nu.3.ff.de reg.iur. Medic.tr.2.

¶ Delegatio facta ad consentiendum alienationi rei Ecclesiasticæ intelligitur de vno tantum, & primo consensu.Alex.consi.18. col.4.vol.3.Ias.l. diuortio.§.in Anno.col.3.ff.solu.matr.conf.36.col.fi.vol. 3.Euer.in loco à vi numer.num.3.Felin.c.2.de treu. & pace Inno.c.gaudemus.de diuor. Med.reg.4.

¶ Delegationis instrumenti registratio facta in actis,probat originale , adeò quòd non est amplius opus ipsum producere.Ita concludit Inn.in c. cùm in iure.de offi.dele. cuius sententiam referunt Do. de Rota.decisio.xciij.& est prima sub tit.de fid.inst. hoc attestante Feli.in loco infrà allegan.quę decisio est in antiquis:illam tamen non refert Inno.in loco vbi Felin. dicit.nec loquitur in instrumento delegationis, sed procurationis, & alios etiam citat idem Felin.in fauorem huius reg. in d.c. cum in iure.

Amplia dupliciter secundum eum,primò etiā si posteà appareat originale abolitū,vel abrasum,vel cassum, quia non nocet.

Secundò, etiam si originale non fuit registratum , sed data copia parti, quæ nihil opposuit,quia perdito originali,cogetur pars copiam exhibere, quæ registrata faciet fidem:pro quo solum refert Pau. de Castr. in l.publicati.C.de testa.

Limita tripliciter secundum eundem Feli. primò dummodo iudex auctorizauerit exemplationem , quia generaliter non sufficit productio facta coram solo notorio:& hanc restrictionē præcipit mente teneri.

Secundò limita,dummodò registratio sit facta de toto tenore instrumenti, vel de principio & fine,cū clausulis substantialibus : secùs si simpliciter de principio & fine.

Tertiò limita,dummodo pręsente aduersario vel citato. B Dias.reg.174.

¶ Delegationem petere possent partes , si causa parua sit , quando ordinarius cognoscere vellet in loco nimis remoto,id quod partibus denegari non potest. Anch.cap.nonnulli de rescrip.& si eis denegatur appellare possunt. l. cum post. C. de appellat. Anch.cap.cum te,de offi.deleg.cap.finem.nu.3. nu. 5. de dolo & contum.c.cum causa.de test.Med.re.5.

¶ Deliberatione omnimodam sapit geminatio verborum.Bald.in tit.de pace const.Præposit.c. quoniā.18.dist.c.& si Christus.de iur.iur.gl.c.si quis. 2.q.3.Dec.consl.88.nu.3. Med.reg.3.

¶ Delicti cōtinui punitio.Sufficit semel deliquisse,
ff.de pecul.l.semel.
ff.depos.l.j.§.si rem.
ff.de redhib.l.qui scit.§.si ita. in princi.
ff.de furtis.l.qui ea mente. Azo,rub.89.
Delinquentem,bis consuetudinem peccandi habere.
C. ad l.Iul. de vi publ.l.seruos.
C.de episc.aud.l.3.§.si plures.
ff.de abige.l.vlt.§.qui ve.
ff.de pœnis.cap.l.capital.§.solent.
Sufficit semel,&c.)
Bis delinquentem,&c.Hæ sunt notæ.Azo.ru.89.
Delicti hoc facit enormitas.
Vt in Decret.25.q.2.ita nos.Azo,Ibid.
Aliquando trinus actus.
ff.de verb.sign.l.inde Nerat.ibid.
Particeps eiusdem criminis potest socium accusare.
ff.de suspec.tut.l.tutor.in princ.
ff.de manumi.test.l.vlt.

ff.ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.si seruus.

CONTRA.

C.de lib.caus.l.si filium.

C.de testib.l.quoniam.

C.de accusat.l.vltim.

SOLVTIO.

Distingue. Aut primò de alio fuit cōfessus, quàm de se: quo casu primæ leges loquuntur. Aut primò de se: quo casu hæ leges loquuntur. Vel non ei creditur vt apprehendatur, & quæstioni subdatur.

Particeps,&c.) Vt in contraria Rubr. dicitur, socius socium accusare non potest Nec obstat, quod dicitur. ff.de suspect.tut.l.tutor.in princip.quia ibi nō erant socij in crimine, sed in tutela, & maleficiis.

Azo,rub.89.

¶ DELICTVM. L. †71. Vlpianus lib.j. de officio proconsulis. 2 † alias l.70.

Nemo potest gladij potestatem sibi datam, vel a cuiuis alterius coërtionis, ad alium transferre.

ADDITIO. a alias cuiuslibet.

Delegationis materiam pulchrā & arduam hîc Pyrrh. tractat.ad verbum est, hæc reg.de offic.procon.l.solent.Facit de offi.eius.l.j.§.fi.de iurisdict.l.imperiū. GLADII. De iurisdict.l 3. Limitat Pyrrhus in causa necessaria absentiæ vel impedimenti, arg. C.de test. l.casus, de offi.con.l.j. secundò in principe eiúsque delegato, C.vbi sen.l.fin.24.quæstion.4.capi.illud, de offi.eius, l.fin.§.j.C. qui pro suo, l.j. Tertiò in proconsule, d.l.solent, sed contra communem opinionem, de offic.or.capitu.quod sedes.Ex.de offi.de.c. fin. Riisvvich.paratit.

¶ DELICTVM.L.175. Gaius libro septimo ad edictū prouinciale.

Imperitia culpæ adnumeratur.

Ex tit.ad legem Aquil.de offic.prę.l.illicitas, §.sicuti, de va.& extraordi.cog.l.si iudex, ad legem Aqui.l.si seruus seruum, §.si calcem, §.idem iuris, 7.in fi.Institu.eodem titu.§.prætereà si medicus, Loc.l. si quis fundum, §.Celsus, l.item quæritur, §.si gēma, de ac. emp.l.13.§.quod.quod quisque vniuer.l.2. de hom. c.ad audientiam, de iud.l.si filius. Nam ex illa in societate humana multæ læsiones oriuntur, ad legem Aquil.l.idem, §.Mulionem, l.item si obstetrix, de suspe.tut.l.tutor quoque. IMPERITIA. Hæc dictio conciliat c.ad aures, de æta.cap.tua nos, de homicid. Exc.Si mensor fal.mon.dix.l.j.§.hæc, quib.mod.pigno.vel hypo.solui.l.sicut, §.superuacaneum. CVLPAE. Græci iniuriæ & negligentiæ vertunt. Riisvv. paratit.

BONIFACIVS.

¶ DELICTVM. Reg.lxxvj. Delictum personæ, non debet in detrimentum Ecclesiæ redūdare. Vid.de tab. exhib.l.pen.& l.neque.ff.de reg.iu. Viuiennus.

¶ DELICTVM. L.179. Vlpianus libro septuagesimo ad edictum.

Cùm par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa, sicut fit cùm de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori: AVT SI REI QVOQVE IN EA RE DOLO ACTVM SIT. §. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

Ex tractatu interdictorum. PAR. Hoc est, cùm nulla circunstantiarum disparitas vel acerbitas criminis obstat, ne contradicat.l.si duo, vti poss.l.inter pares, de re iudi.l.2.§.si vxor, §.iudex alteri, de adul. Iunge ad l.171.in pari, 169.§.cùm de lucro, l.fauorabiliores, c.65.in pari delicto, in 6.cap.11. cùm sunt, in vj. sup. l.nemo prædo, de verb.obli.l.si seruum, §. sequitur, de dol.l.si duo, de doli exc.l.4.§.Marcellus, de contrahen.emp.l.domum, de eo per quem, l.fin.§.pe.l. j.§.ij.ne quis eum.l.j.l.ij.§.idem, de con.ob tur.cau l.3.l.pe.ne quid in lo.pu.l.2.§.fin.solut.matri.l.viro, l.cùm mulier, 14.q.5.c.non sanè, de vsur.cap.quia frustrà. Ratio, de ac.& ob.l.Arrianus. Secus ne quis eū, l.sed eximēdi, §.item si quis, §.si per al.§. in eū. Vide dist.diu.ad d.cap.65. POSSESSORIS. Id est, eius qui conuenitur, ne obstet.l.2. de dolo. & d.l. domum. DOLO. Exemplum generale conuenienter subiicit generali definitioni. Vide Oldendorpium. Exc. de dol.l.si duo. Regula locum habet in his, quæ per se sunt turpia: de condi.sine cau.l.fin. Et quando vtrinque versatur dolus & delictum circa eandem rem, & eodem modo, ne obstet.l.quemadmodum, de noxa. l.colonus.de vi & vi arma.

§.illi debet. De leg.2.l.cùm pater, 69.§.libertis, de fur. l.qui re sibi commod.§.si quis alterius, Locati, l.quęro, §. inter. Secus eod.tit.l.qui vas.§.si ego, de eo per quem, l.fin.§.j. Ratio pro soc.l.si conuenerit, §.fi.de inoff.test.l.cum qui, l.si instituta, C. de transact.l.qui fidem, C.de don.ante nup.l.pollicitatione, 28.quęst. 2.cap.si infidelis. Riisvvich.paratit.

¶ DELICTVM.L.177. Vlpianus lib. vigesimoprimo ad edictum.

Non fraudantur creditores, cùm quid non adquiritur à debitore, sed cùm quid de bonis diminuitur. §. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

LIB.21.ad edictum.) lib.66. magis vult Faber.

Iunge ad l.80.fraudis, l.75.nō debet alteri, quæ in frau. cred.l.qui autem. pro soc.l.nemo. Ratio, sup.titu.j.l. alienationis, si de col.l.j.§.confertur, de don.inter virum & vxor.l.si sponsus, §.si mulier, C.de iu.do.l.fin. §.licentia, de iust.& iur.l.j.§.iuris præcepta. Excipe solu. matr.l.seruus dotalis, l.si verò, §.quod acquiritur, de pet.hær.25.sed etsi lege, §.perinde, de hęr. ven. l.2.§.non tantùm, si quis omiss.cau.test.l.j.§.pe. DEMINVITVR. Deci.legit minuitur.

§.Nemo. Iunge ad l. 206.iure naturæ, l.198.factum cuique, sup.l.cùm par.§.fi.c.76.de lic.in 6.de don.inter vi.l.3.§.j. Hinc mand.l.si remunerādi, §.si maritus, ad exhi.l.3.§.si mecum, de fur.l.itaque fullo, l.qui vas.§. fina.l.eum qui, §.is.l.qui re.§.si quis alteri, l.inficiando, §.quod de reb.arb.l.ita demum, iuncta l.si duo, si quis cau. de noxa.l.si communis, l.si ex duobus, l. qui proprio, §.pœnam, de tu.& ra.l.j.§. planè, l.si ex do. §.non, C. de transact.l.transactione, C.de ser.pigno. da.ma.l.si creditoribus, dep.l.j.§.si prędo, de fur.l. eū §.j. quib.ex caus.ma.l. sed & si per, §.actio ex empt.l. si cui ex, de arb.l.ita, de dol.l.j. de fideiuss.l.si Titius, de neg.gest.l. siue hęreditaria, de inter.& rel. l.relegatorum, §.fi.soluto matrimon.l.si ab hostibus, §.fi. SVO. Conciliatio.l.in depositi, de re iudic. l.j. §. qui amit.de vi & vi, l.fina.de acquir.posses. Riisvvichius paratit.

¶ DELICTVM. Quod dignitas delinquentis peccatū auget.

PRO.

50.dist.c.quia sanctitas.

40.dist.c.homo Christianus.

25.q.j.nulli fas sit.

32.q.5.c.qui viderit.

11.q.3.c.præcipuè.

Ext.de iureiur.c.cum quidam.

De re milit.l.omne delictum.§.augetur.

CONTRA

CONTRA.

Ext.1.q.1.c.quicquid.
1.q.3.c.saluator.
24.q.1.c.qui contra pacem.
D.de pœnis.l.minores.
C.vt nemo priua.tit.su.pos.l.2.

SOLVTIO.

In quantitate contemptus metitur Deus,quantitatem delicti.tantúmque fruitur iustus,quantum amat, 6. quæst.1. c.quæro ergo. similiter tantum peccat quis quantum contemnit. Quanto verò quis est maior tanto magis contemnere præsumitur.Et sic intelligitur prima Rubrica.Pœna verò pecuniaria,vel spiritualis maior imponitur nobili,quàm ignobili, C. de iudi.l. properãdum.§.finautem vtraque. sed corporalis maior imponitur ignobili.Inst. de publ.iudic.§.lex Corn.Arg.contra 35.dist.c.ante omnia.Damas.reg.52.

¶ DELICTVM.Quòd delictum prælati non redundat in damnum ecclesiæ.

PRO.

17.q.5.c.si episcopum.
Ext.de deposito.grauis.
Ext.de rest.spol.c.requisiuit.
Ext.de iura.cal.c.pertractandis.
Ext. de donat.c.fraternitatem.

CONTRA.

Ext.de arbitris.c.dilecti.
Ext.de donat.c.inter dilectos.
26.q.2.ita nos.
C.de sacros.eccl.l.iubemus.

SOLVTIO.

Delictũ quod consistit in omittendo,redundat in damnum ecclesiæ:puta, si omittat interrumpere præscriptionem. Delictum verò quod consistit in faciẽdo, puta, si occidit hominem,vel simile quid fecerit, nõ redundat: nisi fortè vniuersitas tota deliquerit. d.c. ita nos.& d.l.iubemus.vel nisi ageretur pro vniuersitate, & cõstitueretur aliquid pro vniuersitate.Damas.reg.32.

¶ DELICTVM.L. † 39.Pomponius lib. 29. ad Sabinum. † al.38.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non a debeat, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset.

ADDIT. a al.debet.

Iunge l.13.l.sciendum,de ac.& ob.inf.112.§.in hæ.l.115. pœnalia.l.170.cum Prætor,l.45.Toties in hæ.l.200. §.fina.l.195.§.fi.de calum.l.in hæ.de dol.l.in hæ.l.itaque.Institu.de temp.& per.ac.§.non,§.pœnalia , de vi & vi,l.3.l.1.§.fin.C vnde vi.l. vi pulsos, de eo per quem,l.1.§.fin.C.quod metus caus.l. quod diximus, §.final.l.quid autem, l. cum exceptio. §. Pedius. de pec.l.3.§.ex re furtiua,de trib.l.3 §.si seruus, de aucto.tut.l.1.§.1.C.de vsu.pro empt. l.fina.Institu.quibus alien.lic.§.fina.man.l.idémque,§.si mandauero. 10.de peti.hæred.l.item veniunt,§.eos, l. sed etsi lege,de act.l.34.§.honorariæ,C.ex del.de.l.1.POENA. Excipe.l.2.argumen.l.eadem.ad legem Iul.repetũd. Aliam exceptionem habet Pyrrhus in l. non solet, inf.Ratio,de act.l.in honorariis,infr. l.iure naturæ. Secus Instit.de aucto.tu.§.vnde,de neg.gest. l.si negocia absentis.ITA. Argum. sup.l.secundum naturam.192.ex qua persona,ad fin.inf.l.ad ea.199.l.hoc iure. Riisvvich.paratit.

¶ DELICTVM.L.†47.Gaius lib.10.ad edictum prouinciale. † al. 46.

Quod à a quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.

ADDIT. a al.quoquo.

Ex titu.de pignoribus,de pig.ac.l.si pignore surrepto, de sol.l.id quod pœnæ,74.de tab.exhi.l.3.§.condẽnato,de cõd.in l.pœna.de proc.l.qui proprio,l.pœnam,ad Mac.l.sed etsi pater,§.fin.Dubitatio mouetur s.42.non debet actori.§.1.Ratio,de cõ.ind.l.qui ob rem.C.de cond.ob tur.cau.l.3.mercalẽ, j.l.quod quis sua culpa,de cri.stel.l.3.§.pœnæ,de tu. & cu.l.1. §.planè.Exc.de æd.l.cùm autem, §.fi.pro soc.l.cum duobus,§.fin.l.si igitur,de nox.l.si ex 2.EXACTVM EST.Vera & iusta ex causa de cond. in l.eleganter. §.fin.Vide Decium hîc in fi.& latius in c.1.de const. Riisvvich.

¶ DELICTVM.L.†51.al.37.†Paulus al.Vlpian.lib.39. ad edictum.

Culpa caret qui scit,sed prohibere non potest.

In Placen.veteri anteponitur præcedenti capiti. Ex titu.de nox.ac.l.1.l. 2.l.3.l. 4. Iunge inf. l.nullum crimen,ad Syl.l.1.§.occisorum.verb.hoc ideo, l.si quis in graui,in principio.Loc. l.item,§.si quis mensura, de his qui not.infa.l.quid.§.si quis alieno.Lex duodecim tab.cap.15.de senten.ex cap.quantæ præsum. C.de sacrosanct.eccles. l.iubemus, §. Oeconomus, 23.quæst.3.c.non inferendo,& cap.sequ. Contrà de con.ob turp.cau.l.fi.iuncta.l.metũ,§.sed licet.quod metus cau.l. si pater,§.si quis aliquẽ de don. Ratio, infr.l.impossibilium.Cicero in offic.& è diuerso, de his qui not.infam.l.1.§. qui eam. l.liberorum,in fin. l.quid.§.1.l.non alia,de nox.l.2.l.4.§.cum dominus. Hucusque Hier.Franc.eleganter enarrauit. Riisvvich.

¶ DELICTVM.L.110. Idem libr.quinto ad edictum.

Nullum crimen patitur is,qui non prohibet, cùm prohibere (non)potest.

Ex titu.de iis qui not. infam.Vide l.librorum, & sequ. eodem titu.PATITVR. Id est, extra causam delicti est,secundum Ra.Iunge ad l.17.Culpa caret, 194.nemo damnum.130.§.fin.de nox.l.in delictis, A cõtrario sensu ad legem Aq.l.scientiam, de nox.l.in omnibus,de damno infec. l. fluminum , §. quanquam, NON. Deest in Fl.& ita casus est dubitabilior.

Quod sequuntur Græci Interpretes Constantino Harmenopolo excepto , qui cum Petr. Fab.peruulgatã lectionem probat magis. Ratio,inf.l.impossibiliũ. Riisvvich.paratit.

¶ DELICTVM.L.75.†al.l.74. † Papinianus libro 1. Quæstionum. †al.Pomponius.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

Ad secundum iuris præceptum pertinet hęc reg.Institut.de iust.& iu.§.iuris.Et rite sequenti l.cohæret & superiori.§. Iunge ad l.factum 115 l.198. §.secund.l. 206.l.117.§.fin. l.alterius circunuen. capitu.22. cap. 23.in 6.C.de acquiren.possess.l.fin.§. sin autem necdum.Exemplum. C.de trans. l.transactione matris. 26.de pact.l.seruus,l. si vnus.28.§.ante omnia, de eo per quem.l.fin.de al.iu.l. 1. de diuor.l.si filiũ,de procu.l.in causa,27.§.1.de grad.l.non facile.§.affinis,de nox.l.electio, in fin.quemadmodum ser.amit. l.nam satis,§.fina.de libe. cau.l.si pariter.fami. hercis.l.hæredes.§.in illa.25.de iureiurand.l.quia,de bonorum possessio.au.iud.l.si non expediuit,§.si pupilli,de doli except.l.si procu.l.secund.de pœnis, l.crimen paternum,de hæredibus instituend.l.pater familias,de aqua pluu.l.1.§. de eo opere, de seruit.vrban.prædio. l.quidam,l. 12.ad exhi.l.penultim. C.famil.hercisc.

l.cohæredibus,C. de inoff.test.l.si quis in suo.§.fina. C.de pœnis,l.sancimus,de bon.possess.contra ta.l.3. §.si emancipatus,24.quæst.3.cap.si habes, de elect. cap.si compromissarius,§.1.1.quæstio.4. cap. Iudæi, de simo.cap. nobis,capit.sicut tuis,de iniu.capitu. & si pignoratis,C.si omissa cau.test. l.2.l.3. Institutio. quod cum eo,§.cæterùm. Exc.C.de noua.l.4. C.de pact.l.22.Contra 2.quæst.6.cap.biduum. versi.si ad uersus absentem, de cau.poss.ca. cùm olim,de trib. l.procuratorio. dep. l. si is apud. soluto matrimo.l. Meuia,§. fundum,de leg.præst.l.emancipato, C.de iu.do.l.sancimus,§.si pater.Similes regulæ,Non debet nocere factum alterius ei,qui nihil fecit, de ope ris noui nuncia.l.5.§.si plurium.Ob errorem & imperitiam vnius alter damno affici non debet, man. l.mandatum distrahendorum,nisi.Nemo debet negligentiam suam ad alienam iniuriam referre, de transl.l.3.§.1. ne sit in potestate aliena conditionem meam nihil delinquentis deteriorem facere, quod vi.l.2. Riisvvich.paratit.

¶ DELICTVM.L.109.Paulus lib.4. ad edictum prouinciale.

Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis,& ætati,& imprudentiæ succurritur.

Ex titu.de in ius voc.& tit.ne quis eum,qui in ius voc. cum titul.de his qui not.infam. AETATI. De ter. mo.l.2.de sic.l.1.§.impuberes,de adult. l.penultim. arg. Ad Syl.l.1.§.impuberes,l.3.§.ignoscitur.l.2.Excipiuntur 14.Com. l.1.§.impuberes,de homi.cl. capit. 1.de min.l.auxiliū.38.Exemp.de sica.l.infans,12. de pœn.l.16.§.persona.Excipe inf.l. pupillū 112.d.l.excipiuntur, d.l. auxilium, §. in delic. IMPRVDENTIAE. De in ius voc.l.quamuis, l.si libertus, l. penultim.l.fina.de iurisdict.l.si quis id quod perpetua, C.de rei vx.ac.§.& vt plenius,de va.& extr.l. fin.de ac.& obl.l.ex malefic.§. si iudex, de negoc. gest. l. nam & seruus,§.fin.de sica.l.3.§.1.versic.sed S C.l.4. §.1.de pœnis,l.respiciendum. §.delinquunt. Ratio, de fur. l.qui iniuriæ.55.Vide in lib.sing.locum Maleficia, C.de fal.mon.l.1.§.fin.argum.de cust.& exhi. reo.l.9.l.fin.SVCCVRRITVR.Vt pœna remittatur, vt in specie,l.genero,de iis qui not.infa.de rei ven. l.quod infans,C. si ad del.l.1.in fin.l.si seruus, C.de iis qui not.infam.l.pen.C.de incestis,l.4.Exc.C.de interd.mat.l.1. Riisvvich paratit.

¶ DELICTVM. L.200. Vlpianus libro septuagesimo primo ad edictum.

Ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, [a] ignoscitur seruis, si vel dominis, vel his qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus & curatoribus,obtemperauerint.§.Semper qui dolo fecit,quo minus haberet,pro eo habendus est,ac si haberet. §. In contractibus successores ex dolo eorum(quibus) successerunt, non tantùm in id quod peruenit, verùm etiam in solidum tenētur,hoc est, vnusquisque pro ea parte,[b] qua hæres est.

ADDIT. a in his ignoscitur. b hæres est patiatur.

C.de rescind.vendi.l.si maior.

SOLVTIO.

Si bona fide non credit denuncianti, non nocebit denuntiatio. Si verò credat, nocebit, si post ipsam procedat. D. quod fal.tut.aucto.gest.l.2. In denunciatione autem noui operis nocet. Damas.reg.116.

¶ DEPONENS apud hospitem valisiam, vel fardellū clausum, & sigillatum, probat suo iuramento res ibi existentes: si sibi per hospitem dissigillatum, & apertum tradatur. Doctrina est Bart.qui refert Inn. in l.in actiōn.ff.de in litem iur.vbi vide Ias.qui hanc dicit esse communem sentētiam, pro qua refert Bal. Rom. Fulgo. Spec. Nicol. Imol. Salic. & Io. Petrū de Ferraria: vide eundem Ias.in l.si quando.C.vnde vi.

Limita trib.modis, vt Ias.in d.l.in actio. B.Dias.re.186.

¶ DEPOSITVM finitur re deposita extincta, & ad dominum periculum, seu damnum pertinet. Do. comm.l.1.§.1.ff.depositi.conc. simi. Ias. l.eius qui.§. quod si.nu. 3.ff.si cert.peta. Tiraq.in trac.primoge. quæstio.40.numer.121.Dec.consi.583.nume.9.Alexand...

xand.l.Pomponius.§.sed si.nu.4.ff.de acq.poss.Angel.cons.390. Med.reg 9.

¶ DEPOSITVM soluitur morte, vnde successor depositarij non est successor earum rerum, quas defunctus habuit nomine depositi, nec petere potest mitti in possessionem earum rerum, l.fina. C.de ed. diu. Adr.toll.Baldus l.1.C.de momentanea possess.DD. Com.l.bona fides.ff.depositi.Tiraqu.tract. le mort saisit le vif.in 4.declarat.num.1.& seq. dixi superiùs concl.22.Si tamen fuerit res vendita, tenetur hæres ad precium, & liberatur, Paulus l.1.§.fina.ff.depos.l. mater.C.de rei vend.l.si cum seruum. ff.si cert. pet. Med.tract.2.p.

¶ DEPOSITVM. Depositarius non habet actionem furtiuam, sed deponens, no.in l.falsus procurator, C. de falsis.

Fallit in 3.casibus, vt per Bernar.Clar.in d.l.falsus, numero 17.

Si aliquis deposuit penes hospitem fardellum clausum, & sigillatum, vel cistam, aut valisiam clausam, & sigillatam, & reddatur dissigillata, & aperta, cùm ex hoc arguatur dolus hospitis, & sit difficultas probationis de rebus, quæ in ea erant, statur iuramento eius, qui eam deposuit: hanc esse Communem opinionem attestatur Iaso.in l.in actionibus, ff. de in litem iurando.

Fallit in 7.casib.quos no.Plot.in repet. l. si quando, C. vnde vi, num.390.& seq.fallit in 3.casib.vt per Ias.in d.l.in actionib.nu.41.

Depositum, nec precarium in re propria fieri potest.l. qui rem, ff.deposit.

Fallit in 2.casib.quos not.Dec.in l.neque pignus, ver. secundo no.ff.de reg.iu.

Depositarius vtens re deposita committit furtum.

Fallit in 2.casib.quos no.Plot.in repet.l.si quando, C. vnde vi, nu.420.

Pecunia consignata simpliciter censetur depositum, gl.in l.cum sponsa.§.1.ver.condemnandus, ff. depo.

Fallit, vt no.Port.in lib.5.reg.2.

Depositarius de dolo tantùm tenetur, l. si vt certo.§. nunc videndum, ff.commo.§.præterea. Inst.quibus mod. re contrah.oblig.

Fallit vt no.Viuius in lib.Commu.opin.in ver.depositarius, de dolo.Fallit in 5.casibus, in quibus tenetur etiam si nullum dolum commisit, quos ego notaui in d.§.præterea.

Depositarius non tenetur de casu fortuito, l.1.§.sæpè euenit, ff.deposit.

Fallit in 6.casibus, quos ego notaui in d.§.præterea, in ver.itaque securus est.

Depositarius de ea ipsa re, quam accepit, restituenda tenetur, l.1.ff.de act.& obligat.

Ampliatur in 3.casibus & limitatur in 4. quos ego notaui, in §.præterea, Inst.quibus modis re contrah.oblig.nu.2.

Depositum dicitur, cùm res custodiæ causa datur. d. §. præterea.

Fallit in 2.casibus, quos not.Soci.in l.mutuum, ff.si certum pet. Don.Fina, lib.1. Riisvvich.

¶ DEPOSITVM.l.24.contractus.

Depositario videtur tacito concessum rei dominium, si depositum non obsignatũ aut conclusum est. Dep. l.licet.§. rei. Riisvvich.

¶ DEPORTATVS est incapax hæreditatis, vel legati: & sic non habet testamẽti factionem passiuam. tex. est vbi doct.in l.j. C. de hęred.inst.faciunt not.per Bar.in l.deportati.ff.de leg.iij.

Limita octo modis scriptis per Iasonẽ in d.l.j. B.Dias reg.187.

¶ DEPORTATIO. L.98. Hermogenianus libro tertio iuris epitomarum.

Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

De iu.fis.l.1.§.an bona ad fiscũ peruenire, nisi quę creditoribus supersunt, vt Ra.ait. Riisvvich.para.

¶ LVCRVM. L.99.Idem libro quarto iuris epitomarum.

Quotiens vtriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cuius in lucrum causa tempore pręcedit.

De pec.l.si verò, C.de rei ven.l.quoties, in fin. de leg. 1. l. si pluribus, in fin. de re iud.l.inter. 19.de prob.in 6. capit.cùm cui, de ac.em. l.si ea, §.vterque, de publiciana, l.scire, §.si duobus.Intelligit Dec. cæteris paribus. Loc.l.in operis.Generalior est reg.6.cap. qui prior, qui po.in pign. l.9.l.6.l.11.Lud.Rom.cons.47. visis necessariis.Exc.de iniust.test. l.1.l. 2.de leg.1.l. si mihi & qui po.in pign.l.Offilius, C.eod.tit.l.fi. Secus in legibus, & iis, quæ publici iuris sunt, de legibus .l.non dubium. Riisvvich.parat.

¶ DEPORTATIO.Hermogenes Lib.iij.iuris epitomarum. Lex xcvij. a al.xcviij.

Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

ADDIT. Hermogenianus in P.Florent.

Repete ex gloss.l.deportatorum.C.de pœn.& not.per gl.in §.relegati.Institut.quibus mod.ius patriæ potest.soluit.Itaque dos ad fiscum non pertinens, dimidium quoque substantiæ suæ liberis sit reseruandũ. Viuiennus.

¶ DEROGATIO.Bonifac.Reg.xxxiiij.

Generi per speciem derogatur.

Etiam si legatum generis redderetur inutile. l. vxorẽ. §.fœlicissimo.ff.de leg.iij.l.seruis vrbanis. §.penul. Dec.l.in toto.num.13.ver.2.ampliatur.ff.eod. Dyn. in procemio.nu.20. Viuiennus.

¶ DEROGATIO. Posteriora non derogant prioribus, nisi in iis fiat mentio de ipsis.

PRO.

Ext.de renuntiat.c.sanè.
Ext.de offi.deleg.c.ex parte.
Ext.de dolo & contum.c.ex literis.
Ext.de rescrip.c.cæterum.& c.ex parte.
Ext.de confir.vtil.vel inutil.c.bonæ.

CONTRA.

Ext.de rescrip.c. pastoralis.& c.sicut Roma.
Ext.de cogna.spirit.c.t.
D.de legib.l.non est nouum.
D.de procurat.l.pluribus.

SOLVTIO.

Si primum mandatum sit speciale, non derogatur ei per secundum, nisi secundum faciat mentionem de illo, vt in prima parte Rubricæ.Sed si primũ est generale, & secundum speciale, tunc derogat primo, etiam si de primo non faciat mentionem, vt in contraria parte Rubricæ. Fallunt tamen pręmissa in iure: quia posterius ius derogat priori, & si de eo non faciat mentionem, d.l.non est nouum. Et est ratio, quòd iura nostra sunt à Principe: ergo idem contra primum promulgando tollit primũ, vt D.de const. princip.l.quod principi. Aliud est in r. scriptis, quia factorum, super quibus rescribitur, haberi memoria non potest: nam omnium habere memoriam, & in nullo peccare potius diuinitatis est, quàm humanitatis, C.de veter.iure enucl.l.2. Damas.reg.5.

¶ DESINERE. l. 209. non potest videri desiisse. 67. Riisvvich.

¶ DESERTA appellatio potest pronunciari per iudicem ad quem sine præsentia partis. Marant. in tract. de ord. iud. parte 6. §. 2. num. 155. Francus c. sæpe. col. 7. de appel. Med. reg. 8.

¶ DESERVIRE Ecclesiæ. Per se, non per alium debere quemque ecclesiæ suæ deseruire.

PRO.

16. q. 1. c. generaliter.
D. de solut. l. inter artifices.
C. de cad. toll. l. vna, §. sed omnes. & §. ne autē.
Ext. de cler. nō resid. l. relatū. & c. quia nōnulli.

CONTRA.

Ext. de off. vicar. per totum.
Ext. de app. c. peruenit.
C. de episcop. & cler. l. quisquis.
C. de contrahen. & commit. stipul. l. veteris.
D. de duob. reis stipul. l. nemo est.

SOLVTIO.

Non nisi per se debet clericus seruire, quia munus personale est in eius persona electum. Si tamen iusta causa fuerit impeditus, vel propter superuenientes fatales casus, siue delicto proprio, fuerit effectus inhabilis ad seruiendum, poterit vicarium constituere. d. c. peruenit. Damas. reg. 67.

¶ DESISTERE. Eo ipso quòd destitit, calumniator præsumitur. vel, ita punitur si destitit, quemadmodum si probaretur calumniator.
In Aut. eo. §. si quis. Azo, rub. 104.

¶ DESTINATIO. Papin. lib. xxiiij. quæst. Lex lxxvj. al. lxxvij.

In totum, omnia quæ animi destinatione agenda sunt non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

Vid. l. si per errorem, de iurisdictio. omnium iud. l. 2. in princip. de iurisdic. lege si quis vxor. §. cum Tit. in fi. de furt. l. non idcirco. C. de iuris & fact. ignor. Animi enim destinationem desiderat possessionis acquisitio, vel hæreditatis aditio, seu amissio. Viuien.

¶ DESTRVCTIO vno de correlatiuis non integra, non destruitur alterum. gloss. & comm. Doc. l. si conuenit. ff. de pactis. not. l. fin. ff. de acceptil. Bald. auth. si quas ruinas. authen. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccle. Cin. l. si certis annis. C. de pactis. Bar. l. fi. ff. quorum bonor. Med. reg. 9.

Destructo vno ex correlatiuis, destruitur & alterum. leg. fin. ff. de acceptil. Bald. leg. omnia. C. de episc. & cler. Ronchegallus l. eandem. numer. 43. ff. de duob. reis. Decis. Pedem. 115. nume. 10. Afflict. deci. 209. numer. 2. Boer. deci. 23. nume. 7. Boer. decis. 241. numer. 10. Bald. l. voluntatis. numero 7. ff. de reb. dubiis. Medic. reg. 9.

¶ DETENTIO soluitur morte, Cur. Iun. cōs. 110. col. 8. DD. Com. l. qui iure. ff. de acq. poss. & l. habet. §. & hospes. ff. de præc. l. mulieri. ff. quemadm. vsufruct. amit. Bart. consil. 121. Ang. l. assiduis. col. 8. C. qui pot. in pign. hab. Alex. cons. 88. vol. 2. Corn. cons. 91. nu. 5. vol. 4. Soc. 131. vol. 1. Rui. cons. 51. vol 4. Gozad. cons. 99. Crau. cons. 61. Med. tract. 2. part.

¶ DETERIVS, annotaui ad l. 47. non debet alteri.
Non videtur res reddita, quæ deterior redditur. Commo. l. 3. §. 1. Ad exhi. l. Iulianus. §. sed etsi. Riisvv.

¶ DETERMINABILE. Vna determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare, l. quamuis, C. de impub. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupilla.

Fallit in 3. casibus, vt per Socin. in tract. fallent. reg. 99. in addit. fallit in 3. casibus, vt per Iaso. in d. l. iam hoc iure. & in l. in testamento, C. de testa. milit. vbi ampliat in vno casu, & limitat in 2. videas Dias reg. 188. fallit in 4. casibus, vt per Deci. in d. l. in testamento, nume. 8. Declaratur à Sebast. Sap. in l. hæreditatem, C. de impub. nu. 6.

Determinatio præmissa in sequ. claus. non repet. hanc regulam cum suis fallentiis, ponit Dama. regul. 59. Don. Fina, lib. 5.

¶ DETERMINATIO aliqua respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare. text. est in l. iam hoc iure. ver. sed si aliter. & l. Lucius. ff. de vul. & pup. & in l. in testamento. la. j. C. de test. milit. & in l. quamuis. & in l. hæreditatem. C. de impube. & aliis.

Amplia hoc procedere, etiam in statutis. Ang. in consilio cxliij. incip. tria videntur. ad fin. quem refert Iaso. in d. l. in testamento. vbi regulam prædictam limitat dupliciter.

Primò videlicet, quando in vna re ex determinabilib. subesset maior fauor.

Secundò, quando inesset maior ratio: quem vide de veritate huius limitationis. B. Dias. 188.

Determinatio præmissa in sequenti clausula non repetitur.

PRO.

Ext. de donat. c. cùm dilecti filij.
D. de fideicom. liberta. l. vlt.
D. de verb. sig. l. si cùm fundum.
D. de verb. oblig. l. doli clausula.
D. qui ex caus. ma. l. sed & si §. deinde.

CONTRA.

Ext. de app. c. secundo requiris.
35. q. 7. c. apostolus.
Inst. ad l. Aquil. §. hoc autem.
Inst. de vulg. & pup. subst. §. si disparibus.
D. de legat. l. 1. l. seruus plurium. §. vlt.

SOLVTIO.

Vbi articuli coniunctim collocantur in rescripto, & sic inuenitur determinatio posita in præcedentibus, repetita intelligitur in subsequentibus. d. c. secundo requiris. Secus erit, si diuisim. Dam. reg. 59.

¶ DETERMINATIO vna respiciens plura determinabilia, vniformiter omnia determinat. De vul. l. itē hoc iure, de impube. l. quamuis. Plura Grib. l. 2. De ratione studij. Riisvvich.

¶ DETERIORANS domum, vel fundum regulariter expellitur: fallit si esset deterioratio parua. Bald. & Doct. leg. eodem. C. locati. not. leg. scio. ff. de rest. in integr. leg. si oleum. in fine. ff. de dolo. Doct. c. potuit, locati. leg. 1. & sequen. C. de iur. emphyt. cum simil. Med. reg. 5.

¶ DETERMINATIO, seu diminutio superueniens in re de qua fuit dispositum, non extinguit dispositionem, actionem, vel obligationem: vt patet in vltimis voluntatibus, vt in l. si ex toto. in prin. & in l. si grege. cum sequent. & in l. quod in rerum. ff. de leg. 1. vbi minuto grege, vel fundo legato, casu vel facto testatoris, durat legatum. facit l. peculium. in princ. ff. de leg. ij. vbi deminuto peculio vel familia legata, in reliquo durat relictum. facit l. tabernam. ff. de fundo instructo, & in l. pediculis. in §. penult. & fin. ff. de auro, & argen. leg. & in l. iiij. in §. si reddita. ff. cōmoda. vbi durat obligatio & actio ex commodato, licet deminuta sit res, vel deterior facta & ibi latè per Alber. & Salic. post gloss. Idem patet in re deposita: vt in l. j. §. si res. ff. deposit.

Amplia

Amplia habere locum, siue diminutio causata sit à testatore, vel disponente: vt in d.l. peculium. in princip. & in l. Seio. in princip. secundum vnum sensum. iūcta l. Mæuia. ff. de annuis legat. vbi probatur quòd si testator mihi legauerit duodecim, vt curam habeam trium filiorum suorum: & cōtingat mori duos quo ad vnum pro tertia parte durabit legatum. faciunt posita suprà in regul. clxxvij.

Amplia secundò procedere in actione ad exhibēdum, quia esto quòd res exhibeatur diminuta, seu deteriorata, nihilominus res dicitur exhibita: vt in l. exhibitionis. & ibi Barto. C. ad exhibēdum. ita vt actio ad exhibendum cesset, vt ibi dicitur: dummodò in diuersa forma non exhibeatur: vt in l. Iulianus. in §. si quis. ff. eod. tit.

Amplia tertiò procedere in tributo, quod habet certam taxam: quia si prædium fiat sterile, aliud fertile magis grauatur, vt notatur in l. omne territorium. C. de censib. lib. 11. & in l. j. C. de omni agro deser. eod. libro.

Amplia quartò procedere, quandocūque debitum est in genere: quia nisi soluatur res integra & sine deterioratione, vel qua perfectè fiat accipientis, debitor non liberatur ab obligatione: vt in l. si seruum. §. sed & si sic. ff. de verborum obligat. & in l. cùm quis. in §. qui hominem. ff. de solutio. & ibi Bart. idem Bart. in l. si rem. eod. titu.

Fallit primò, si talis diminutio, vel deterioratio extinguat formam rei. ita tenet Sali. in l. iij. in §. si reddita. ff. de commoda. num. secundo. & ibi Alberic. idem Alberi. in l. Iulianus. in §. si quis deteriorem. ff. ad exhibend.

Limita secundò, quando diminutio superueniens fit contra substantialia dispositionis: quia tunc vitiat dispositionem: vt in l. per seruum. in §. j. & ibi Barto. & alij. ff. de vsu & habita.

Limita tertiò in actione stricti iuris, quando quis non prosequitur rem suam, sed sibi debitam: quia nō durat prior actio ad rem qua liberatur debitor: sed actio de dolo datur: vt in l. eleganter. in §. non solum. cum ibi notatis ff. de dolo. & in l. qui sibi aut Titio. in §. Stichum. & ibi Bartol. & alij. ff. de solutio. notāt Cynus & Baldus in d.l. exhibitionis. C. ad exhibendum.

Quartò fallit, nisi diminutio sit causata ex causa quæ præcedit obligationem: vel aliàs sine culpa, vel mora debitoris: vel vbicunque periculum deteriorationis vel diminutionis non spectat ad debitorem, iuxta not. per Bartol. in l. Neratius. ff. de cond. indeb. & in l. si rem. ff. de solutio. Per Paul. Castren. in l. etiam. ff. eod. tit.

Quintò fallit si creditor simpliciter rem recipiat sine petitione vel protestatione interesse, diminutionis, vel deteriorationis: secundum Bartol. post Cyn. in l. exhibitionis. numer. 7. C. ad exhiben. Alber. in d. §. si reddit. numero 4. & ibi Doct. idem Alberic. in §. si quis deteriorem. num. 6. Bartol. in l. qui sibi aut Titio. in §. j. & ibi Paul. de Castr. & in l. etiā. ff. de solu. P. Duen. reg. 178.

¶ DEVS gubernat imperia, & Respublicas sustentat. C. de vet. iu. enuc. l. j.

Semel Deo dicatum nō debeat amplius in prophanos vsus retorqueri. c. semel. in vi. Riisvvich.

¶ DICTVM. Dicta ad tollendam dubitationem non lædunt. l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur.

Fallit in duobus casibus, vt per Deci. in d.l. quæ dubitationis.

Dicta sanctorum patrum sunt imitāda. Fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. ne innitaris, de constitu. nume. 2. Don. Fina, lib. 5.

¶ DICTIO. Sub dictione, &c. indeterminatè posita, continetur quod deficit in sermone illo secundum consuetudinem loquendi & disponendi in illa materia. hanc conclusio. ponit Maria. Socin. iun. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth.

Fallit in 4. casib. secundum Socin. in d. §. idem numero 20. & seq.

Dictiones taxatiuę affirmatiuè positę excludunt omnes alias personas, & omnes alios casus, pręter expressos. hanc conclusionem ponit Ias. in l. omnibus, ff. si quis ius dicenti.

Fallit in 5. casib. vt per Ias. in dicta l. omnibus, numero 9. & seq.

Dictio plures indefinitè posita non solùm refertur ad paucos, sed etiam ad paucos eiusdem qualitatis. & generis. hāc opinionem ponit Ias. in l. & si post tres, ff. si quis cau.

Fallit in 2. casib. secundum Ias. in l. & si post tres. numero 5.

Dictio plus, prolata à teste, qualitercūque proferatur, nihil importat: hanc esse communem opinionem attestatur Ias. in d.l. & si post tres.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. ibi num. 7.

Inter dictionem, &, dictionem cum, non est differentia. l. illi cum illo. de vsu. lega. l. Titię textores, §. nihil differt. ff. de leg. j.

Fallit in multis casibus quos colligere potes ex distinctione, quam ponit Ias. in dicto §. nihil, videas etiam ibi Ias.

Dictio si, & cum ęquiparantur. l. si Titio in fi. princ. ff. quando dies leg. cedat.

Fallit in 5. casibus, vt per Ias. in l. quodcunque. §. non solùm. ff. de verb. obl.

Dictio, seu, est ampliatiua, & facit vtrunque deberi. l. si quis autem. ff. de auro & argent. leg. Bal. & Pau. de Cast. in l. cùm quidam. C. de leg.

Fallit in 2. casib. quos no. Ias. in d.l. cùm quidam. fallit in 3. casib. de quib. per Inn. & Fel. in d. c. inter cęteras, de res. Don. Fina. lib. 5.

¶ DICTIO, seu, est ampliatiua, seu augmentatiua, & facit vtrunque deberi. text. habes cum exemplis in l. si quis ita. ff. de aur. & argento legat. voluit gloss. in can. ego Lodouicus. in verbo, seu. lxiij. distinct. probat gloss. in capitu. Bonæ. el. j. in gloss. fina. de postul. præl. not. Car. in cle. j. §. porrò. de sum. Trinn. & fide catholi. & Abba. in cap. inter cæteras. in fin. de rescrip. vbi per eius additionem: vnde dicebant Bald. & Paul. in l. cùm quidam. C. de legat. quòd si testator legat libros quos habebat Bononiæ, seu Paduæ, omnes debentur.

Limita primò, quando caderet inter dictiones singularis numeri: vt si legat testator, equum album, seu nigrum, quia tunc legatarius, nō habebit nisi vnum. ita tenet Bald. in capitulo inter cæteras. de rescript. quod dicitur mirabile Iaso. in dicta l. cùm quidam. nec alibi legisse: reputat tamen eam periculosam limitationem quantum ad se.

Secundò limita, quia licet dicta dictio augeat, tamen non debet augere immoderatè. Ita restringit Iaso. referendo ad hoc Archid. in dicto capitul. si ego. & in capitul. statutum. §. cùm verò. de rescript. libr. 6. quod dicit esse magnum dictum, tamen dubiū quo ad se, & relinquid cogitandnm.

Tertiò, vltra Iaso. restringe in contractibus, in quibus

non sit ita plenior interpretatio sicut in legatis, & ideo regula nostra non procedit in eis. Ita tenet Io. de Imo. in d. cap. inter cæteras. quod ibi refert & sequitur Felin. B. Dias. reg. 179.

¶ Dicta Pontificum regulariter præualēt dictis sanctorum. cap. translato. de constit.

Fallit quando dicta sanctorū patrum sunt fundata auctoritate Noui & Veteris Testamentis, gloss. in vers. illorum. in capitu. libellis. xx. distinctio. & est text. & gloss. in §. fin. xxxvj. q. ij. Abb. in cap. qualiter. el ij. de accusationibus.

Fallit in interpretando sacram scripturam. gloss. & Archi. in d. summa. Geminia. in §. Augustinus. xxvj. distinctio. S. Ianu.

¶ Dictio, fructus, prolata ab homine refertur ad fructus existentes in fundo, seu pendentes: & intelligitur de fructibus integris deductione non facta. Hanc reg. ponit Bart. in l. fructus. nu. 7. ff. solut. matr. per tex. in l. pendentes. in princip. & in l. quoties. in §. si sic colono. ff. de vsufruct. & in l. qui pendentem. ff. de act. empt. & in l. fi. in §. pen. ff. de iis quæ in frau. cred. licet aliter velit sentire gloss. in l. Iulianus. in §. si fructibus. ff. de iur. fisci. hanc opi. Bart. tenet Roma. in d. l. fructus. nu. 4. vers. secundò ꝙ. ff. soluto matrim. Circa quam reg. vide Vinc. de Herculanis, vbi eam declarat in dict. l. fructus. numero 10. in fin. in versic. quantum ad primam conclusionem. & in numero 11.

Hanc regulam limitat tribus modis Ioan. Campez. in tract. de exactione dotis, posita in tract. de dote, & eius priuil. q. x. nu. 3. cum sequent. P. Duen. reg. 198.

¶ Dictio dummodo habet hanc vim, vt in id, quod ea dictione adiicitur si contingat præter intentionē disponentis eius actus veluti forma omissa redditur nullus. Ioan. Audr. capit. ex tuarum. versic. dummodo. de auctorita. & vsu pallij. Alex. l. j. nume. 7. ff. ad l. Falc. Dec. cons. 326. colum. 2. Beneu. Stracta. in tract. de mercat. in titu. mandati. nu. 8. Med. reg. 7.

¶ Dies. dispositio dicens illud facito in diebus, intelligitur in biduo proximo. l. inter illam. §. j. ff. de verbo. oblig. not. c. pluralis. de reg. iur. 6. Med. reg. 4.

¶ Dies celebratæ stipulationis expressus in ea, nō facit censeri stipulationem esse factam in diem, & ideo eadem die potest debitor conueniri, text. in l. liber homo, §. decem hodie, de verbor. obligat. & ibi Ias. declarat bene hanc regulam.

Limita quatuor modis, vt per eundem Iaso. in dicto §. liber homo, & aliquas ex dictis limitationibus ornat. B. Dias. reg. 191.

¶ Dies, & consul appositi in instrumento vno in suo protocollo intelliguntur repetiti etiam in sequentibus instrumētis, vt probat tex. in l. ait Prętor. §. si initium, de eden. vbi omnes.

Amplia in loco, quòd locus positus in primo cōtractu intelligitur repetitus & in sequentibus cōtractibus. Ias. in d. §. si initium.

Amplia in testibus, quòd testes appositi seu adhibiti in primo contractu intelliguntur etiam interuenisse, & in aliis contractibus. Iaso. in d. §. si initium.

Fallit quando scripturæ non sunt readunatæ: quia sunt disligatæ. Bart. & omnes in d. §. si initium.

Fallit quando inter instrumentum præcedentem & in subsequentem essent aliquæ chartæ albæ: nam tunc regula non habet locum, secundum omnes. in d. §. si initium.

Fallit quando non esset verisimile, quòd notarius vno & eodem die posset tot instrumenta conficere: nam vna præsumptio tollit alteram, secundum omnes in d. §. si initium, per tex. in l. diuus. ff. de restitut. in integrum.

Fallit in renuntiationibus, & similibus contractibus: quia illæ appositæ in vno contractu non intelliguntur repetitæ in aliis: cū dependeant à voluntate partium. Bald. l. circa. C. loca. S. Ian. reg. 57.

¶ Dies inceptus habetur pro completo, etiam in minima hora præsertim in fauorabilibus. l. j. ff. si quis Cautio. gl. & Doct. l. qua ætate. ff. de testa. l. in omnibus. ff. de act. & oblig. Bar. l. 3. §. minorē. vbi gl. ff. de minoris. Doc. l. si cui. de leg. j. Bald. l. liberti. colu. 6. C. de oper. liber. no. Doc. l. 2. ff. de annuis legatis. Cardi. clem. j. not. 8. de seq. possess. Doc. com. l. 3. ff. de diuer. & tempor. præscr. facit à contrario sensu quod dictum fuit suprà de reg. proximè accingendus haberi pro accincto. Ias. l. admonendi. j. lect. nu. 35. ff. iur. iur. & quæ incontinenti fiunt censentur inesse: idem l. lect. vbi comm. Doct. ff. si cert. pet. arg. à contrario sensu. Med. reg. 5.

¶ Dies interpellat pro homine. de act. & oblig. l. traiectitiæ. §. de illo. C. de con. stip. l. magnam. vide Soc. vide Actio.

Incertus dies conditionem facit in testamentis. de cō. & de. l. dies incertus. C. de hær. inst. l. extrarium. Ruisvvichius.

¶ Dies regulariter interpellat pro homine nisi appositio dici esset parua. Bald. l. sim. & Titio. §. j. ff. de leg. j. Doct. capi. mora. de reg. iur. 6. l. si insulā. ff. de verb. obliga. l. quod te. ff. si cer. pet. conc. simil. capit. cum te. de senten. & re iud. Medic. reg. 5.

¶ Dies regulariter pro homine interpellat. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & oblig. & l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipu.

Primò fallit, in die apposita gratia multiplicandæ obligationis: quia tunc dies nō interpellat pro homine, nec constituit debitorem in mora. not. Barto. in l. j. in fine, de pe. leg.

Secundò fallit, quando tempus est appositum gratia finiendæ obligationis, putà, dicit volo te teneri vsque ad mensem, & vltra etiam volo teneri: tūc enim dies non interpellat pro homine. casus est l. ex empto. §. denique. ff. de act. empt. quem text. ad hoc propositū gloss. allegat in vsib. feud. in titu. de eo qui interfecit fratrem domini sui, c. j. §. fi.

Tertiò fallit, quando dilatio vel dies est nimis breuis, tunc dies non interpellat pro homine: ita colligit Bald. in l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de leg. j.

Quartò fallit, in die non legali neque tacita: quia tunc dies non interpellat pro homine, secus in legali & tacita: vt l. ij. C. de iure emphyt. & in c. potuit de locat. & est gl. vulg. in l. mora. ff. sol. mat. B. Soc. reg. 123.

¶ Dies termini computatur in termino. Hanc regulam probat glo. in l. Gallus, in princip. in verb. proximis. & ibi Iacobus de Arenis, Bald. sibi cōtrarius, Alberic. Ange. sibi quoque contrarius, & Alexan. ff. de liber. & posthum. glo. in c. anteriorum. in verbo, dierum. & ibi Archid. ij. quæstio. vj. Hanc opinionem dicit de iure veriorem Alexand. in dicta l. j. ff. si quis cautio. Iacobus de Areti. in l. j. in §. sed si maritus. ff. de liber. agnos. Specul. sibi contrarius in titu. de appellat. in §. restat. numero 3. Bal. Imo. Panorm. & ibi Dec. in dicto capit. super eo. el ij. & ibi Philip. Fran. num. 20. per illum tex. Ioannes And. in d. c. pia. & in dicto capitulo frequens: & ibi Paul. de Leazar. & Francus ad finem. idem Ioan. And. in capit. quàm sit. de electio. libro vj. & ibi Domi. sibi contrarius idem

Idem Ioan. Andr. in capitu. cupientes. eod. titu. & libro, Domi. de Rota in decisione ccviij. in nouis, secundum impressionem antiquam: & secundum nouam in titu. de senten. excommunic. decisio. iiij. Bal. in l. eos. in §. si autem. numer. 5. C. de appellatio. & in l. si quando. numer. 7. C. de testib. in l. si duobus. in §. sed & si quis. numer. 27. C. commu. de leg. & in capitu. cùm vicesimum, numero 3. versicu. illud commune est. de offi. delega. & in consilio cclxvj. numero 1. volum. v. & in l. si ante nuptias. ff. solut. matrim. Anchar. in capitu. si propter, versicu. sed quæro. post gl. de rescript. lib. vj. Geminianus in capitu. solet. num. 14. & ibi Philip. Franc. de sentent. excommuni. idem Gemínia. in consi. xcj numero 6. Ang. de Perusio in consilio ccccciiij. numero 2. in constitu. Neapoli. lib. j. Rubrica xc. numero 5. Moder. in consuetud. Parisiensibus. §. iiij. numero 4. hanc opinionem dicit esse magis communem Philippus Corneus, in consilio cclxxix. nu. 4. lib. 4.

Hanc regulam ponit Bernard. de Luco cum sex limitationibus in reg. cxc. referendo se ad Castil. in l. 74. Tauri, in gl. in verbo, desde el dia. quas vj. limitationes ante eum posuit Præpo. Alex. in cap. super eo. el ij. nu. 21. de appellatio.

Hanc etiam regulam ponit Tiraquellus in tracta. de vtroque retractu. in titu. de retractu linagier. in glo. xj. numero 9. & ibi in numer. 42. vsque ad nume. 61. limitat eam decem modis. De iure Regio dies termini computatur in termino: in casu l. j. titu. xvj. lib. iij. ordin. ibi, fasta cinco dias desde el dia que fuere dada la sententia. & in casu l. lxx. Tauri: ibi, se cuenten en este caso desde el dia del remate. & ibi Pala. Ruu. numero 34. & Docto. & etiam in casu l. lxiiij. Tauri: ibi, desde el dia que se opusiere a la tal execution. quod etiam erat anteà dispositum in l. ix. de Madrid. & sic suprà dicti casus videantur excepti, firmãt de iure communi regulam in contrarium, maximè per dictam l. lxx. ibi, en este caso. P. Duen. reg. 197.

¶ Dies termini computatur in termino. Ita Ioan. Andre. in capit. super eo. in secunda de appella. vbi Abba. & idem Abb. in cap. quærenti. de offic. delegat.

Fallit sex modis, vt per Docto. del Castillo in commẽto legum tauri, super l. lxiiij. in parte desde el dia. B. Dias reg. 190.

¶ Dies termini non computantur in termino. Quam regulam probat text. in l. j. ff. si quis cautio. glo. in l. vbi tex. ff. de regu. iur. & in capit. quisquis. in verbo, ex ead. iiij. quæstion. v. gloss. Innocent. & Hostien. in capitu. super eod. el ij. de appellat. Bart. Alberic. Salic. Angel. Paul. Cast. & Rom. in d. l. j. post gloss. ibi. ff. si quis cautio. Specu. in titu. de citationibus. in §. viso. nume. 17. Ioan. Andr. post Hostien. in capitu. solet. de senten. excommunic. lib. vj. Philip. Fran. in c. quàm sit. de election. eod. lib. Bald. & Ang. in l. ij. C. de annali exceptio. idem Bal. in l. si ea. numer. 16. C. qui accus. non poss. Ioan. de Imo. in l. Gallus. in princip. ff. de libe. & posthum. Anchar. & Domini. in ca. frequens. de restit. spoliat. in vj. Ioan. de Imo. in Clement. sicut. numer. 11. de appellat. idem Imol in consil. lxj. num. 2. Paul. de Castr. in consi. cccxcviij. num. 1. Chassanæ. in consuetud. Burgund. in titulo. Des iustices. Rubric. j. §. viij. numero 10. Felin. in capit. j. nume. 4. de præscription. & in capitu. quo ad consultationem. num. 26. de re iudic. & hanc opinionem communiter obseruari de consuetudine tenet Bal. in l. eos. in §. si autem. numero 6. C. de appel. eandem opinionem tenet Guido Papa in decisione cclxx. & hanc opinionem tenet expresse Moder. in consuetud. Parisiens. titu. j. §. xliij. nume. 2. & Arnoldus Ferronius in appendice, quam fecit ad consuetud. Burdegalen. in tit. de retractu. §. viij. & in princip. & Petrus Rat. in gloss. ad consuetud. Pictauien. & expresse Alexand. in l. j. ff. si quis cautio. & ibi Iacob. de Sancto Georg. num. 6. & ibi etiam Iason num. 20. vbi dicit hãc esse communem opinionem: & facit pro hac regula tex. in d. c. frequens. & in cap. pia. versi. si quis igitur. de exceptioni. lib. 6.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Socinus in reg. xcj. & Ias. in d. l. j. ff. si quis cautio. nu. 20. vbi ponit alias limitationes.

Hanc etiam regulam cum quindecim limitationibus, vbi eam examinat, ponit Tiraqu. in tractatu. de vtroque retractu, in titul. de retractu, Linagier. in §. j. in gloss. xj. nu. 17. & 21. vsque ad numerum 42. P. Duen. reg. 196.

¶ Dies termini non computatur in termino.* l. j. ff. si quis caut. & not. Specul. in tit. de appella. §. restat. in vers. nunquid. Bald. in l. eos. §. sin autem. C. de app.

Additio.

* In termino. Vide Feli. in c. j. de præscr. vers. & cùm iste tex. & vnum dictum in ca. quod ad consultationem. vers. 4. conclusio. de re iud.

Primò fallit, in tempore signato per naturã: cùm viam naturæ semper sequi habeamus, & non artis, quia tunc non computatur in termino secundum Bal. in l. Gallus. in vltimo quæsito. ff. de lib. & posthu. & in l. qua ætate. ff. de testamen.

Secundò fallit, quando interest magis eius, cui est assignatus terminus, verbi gratia, si interest sua quia illa die produxit iura sua, quia dies termini non computatur in termino: vt notat glo. in clemen. j. de appel. B. Soc. reg. 124.

¶ Dies vnus datur pro viginti millibus passuũ quod si erunt viginti vnum millia passuũ dantur duo dies, pro vno igitur miliari, quod superest, æque datur vnus dies, ac pro viginti. l. 3. ff. de verb. sign. Tiraq. in tract. de iudic. in reb. exig. non fer. fall. 8. Med. reg. 5.

¶ Die Feriato ad aliquem actum iuridicum procedi non potest. l. prima. ff. de feriis. & capitu. fi. & ibi per doct. eod. tit.

Primò fallit, in appellatione, quæ potest interponi tempore feriato. l. j. C. de feriis.

Secundò fallit quãdo res, vel actio ipsa esset peritura: vt per gloss. antepen. & ibi per docto. in d. capit. fin. de fer. quo casu dici potest quòd subsit necessitas: vt in d. gl. præalleg.

Tertiò fallit, quando subest necessitas, vt ibi tex.

Quartò fallit, quando subesset pietas *, vt plenius not. in d. c. per gl. B. Soc. reg. 125.

Additio.

* Pietas. Vide Feder. de Senis in consilio vndecimo. Bene. Vad.

Quintò fallit, in causis spiritualibus, circa quod dic vt not. in clem. sæpe. de verb. sign.

Sextò fallit, in executione sententiæ, circa quod dic vt plenius in d. c. fi. de feriis.

Septimò fallit in libello, qui tempore feriato offerri potest. no. in l. miles. §. sexaginta. de adult. & in d. c. fin. & c. j. de libel. oblatio.

Octauò fallit, quando interueniret consensus per taciturnitatem, & tunc procedi potest die feriato ob reuerentiam Dei, & in feriis repetinis: vt colligitur in dicto capit. fina. de feriis. in text. & plenius ibidem in gl. ij.

Nonò

Nonò fallit in actionibus voluntariæ iurisdictionis, in quibus cessat strepitus iudiciorum: vt voluit Innocentius & Hostiensis in dicto capitul.fina.dicens, ꝙ iudex potest interponere officium suum circa compositionem, maximè vbi est periculum animarum, quod etiam voluit gloss.ibi,quia acto voluntariæ iurisdictionis exerceri potest tempore feriato etiam in honorem Dei, prout est scribere,& conficere instrumentum publicum,vel emancipare,&similia facere: vt voluit Specu.eodem titu.§. sequitur.versicu. quòd si clarius,& in versicu.porrò.& vide latiùs de his per doct.in d.c.fin.de feriis.

Decimò fallit, in sententia excommunicationis, quæ ferri potest tempore feriato in honorem Dei,etiam si requiratur causæ cognitio, cum valeat, licet sit iniusta: prout voluit Lapus in consilio xij. & xiij.& habetur ij.quæstio.j.in summa.&xj.quæstio.iij.in summa. & capitu.sacro. de sentent. excommunica.prout etiam confirmat Lapus in dicto consil.xiiij.licet loquatur in feriis messium: nam rationes suæ concludunt etiam in feriis in honorem Dei & repentinis, sed hoc non videtur verum vt excommunicatio talis fieri possit in diebus feriatis in honorem Dei, & si fieret non valebit, nisi necessitas vel pietas aliud suadet,vt videtur velle dict.Anton.in dicto cap.fin. de feriis. per illum textum, & ibidem videtur velle quod idem sit in feriis repentinis, quæ æquiparantur.l.omnes dies.C.de feriis.

Vndecimò fallit, quando citaretur aliquis die iuridica ad diem ferialem: cùm tunc valeat talis citatio, siue fuerit expressa in tali citatione dies feriata,siue nõ: adeo quod ipse citatus tenebitur comparere in die sequenti non feriato,cùm videantur esse duo præcepta,videlicet, vt compareat, & ad diem compareat. arg.extrà de dolo & contuma.capit.cùm dilecti. & si non impleret secundum,impleat primum, videlicet compareat cùm potest,& sic die sequenti: prout videtur velle Innocent.in d.cap.fina.de feriis. residendo in hac opi.quam videtur sequi glo.xxxvij.distin.de quibus vide latiùs per Hostien.& doct.& capit.fin.de feriis.

Duodecimò fallit,quando quis citaretur die feriato ad diem non feriatam,cùm tunc valeat talis citatio: vt tenet Dynus in dicto capitu. fina.mutando contrariam opinionem,quã tenuit priùs in l.prima.§.nunciatio.ff.de noui operis nunt.cum effectus citationis dirigatur in tempus concessum. de donat.inter vir. & vxorem.capitu.fin.cuius opinio de consuetudine non seruatur: vt per Ioan.Andr.in d.cap.fi.circa quæ dicas,vt recollegi ex prædictis eius dictis & aliorũ. B.Soc.reg.125.

¶ Differri,& Auferri. Quod differtur,non aufertur.

ff. de arb.l.quamuis.Azo,Rubr.69.

¶ Difficvltas non excusat debitorem quantitatis à mora.Hanc regulam ponit Barto. in l.quod te mihi.num.14.ff.si cert.pet.in l.continuus.in §.illud. numer.5.& 6.ff.de verbor.oblig.per tex in dict.§.illud. Et licet contra Bartol.in hoc vsque ad tempora Alexandri esset communis opinio secundum Areti. in dict.l.quod te mihi.cùm contrariam opinionem teneant ibi Saly.Raphael Cum.& Ludouicus Rom. eandem opinionem teneat Hier. Gigas in tract. de pensionibus.q.lxxv.num.3.& Dec.in dict.l. quod te mihi.numero 17.tamen post Alexand.qui hanc opinionem Barto.defendit in dict. l.quod te mihi. nu. 9.magis communis opinio est cum Bart. secundum Ripam ibi,numer.52.& Francis. Purpura.numer.63. in fin.vbi dicit illam Bartoli opinionem esse magis communem. eandem opinionem tenet Zasius ibi, numer.38.& ibi etiam hoc sequitur Franc.Curt.Iunior.numero 37.licet se bene firmare non audeat.& illam opinionem Barto.sequitur ibi Iacobinus, numer.3.&eam dicit esse communem Lancelo.Decius ibi,in versi. in debitore autem quantitatis. eandem dicit communem Iaso. ibi, numero 32. & ibi etiam Bartholomæ.Socin.numero 32.Panorm.in cap.breui.nu.4.de iureiurand. & ibi Anton. de Butr.& hanc opinionem Bartoli dicit esse communem Ruinus in consi.cl.nu.3.volu.j.

Hanc regulã limitat quatuor modis Ruinus vbi suprà num.9.eandem regulam limitat aliis quatuor modis Iacobin.de Sancto Geórg. in d. l. quod te mihi. nu.3. Hanc etiam regulam ponit cum duodecim limitationibus.Franc.Purpura. in d. l. quod te mihi. nu.64. P.Duen.reg.198.

¶ Digitvs non est membrum. Ita tenet Abb.in c. j.qui clerici vel vouen.in fin.post. Barto. in l.ij.ff.de publ.iud.& Pau.in l.vxoris abortu.C.de posthu.hæred.institu.Vide Bald.in l.eos.versic.quęro quid est membrum.C.de accus.

Limita sex modis,vt per Felin.in capi.cùm illorum.de senten. excom. B.Dias.reg.192.

¶ Dignitas. Denominatur actus à digniori sui parte.de verbo.oblig.l.j. in fin.& ibi glo.& Dd.de const. eccl.cap.quod in dubiis.de aur. & arg.leg.leg. l. etsi non sunt.§.peruenimus.de acquir.re.do.l.cùm ex aliqua.de statu ho.l.quæritur. l. non quicquid.§.si inter partes. Riisvvichius.

Ex conuersatione æquali contemptus dignitatis nascitur. Galistra.de offi.præf.l.18.

Dignitas causæ causati arguit dignitatem. de præben. in vj.cap.2.C.de admi. diuer. iud.l.restituendæ.iuncta gloss.in fin.

Quæsita dignitas liberis propter crimen patris auferenda non est.Iurisconf.in l.generali. De ritu nupt.

Non est impedienda dignitas eius, qui nihil admisit. Iurisc.De decu.l.spurij.

A dignioribus est inchoandum.Insti.de iure natur.§. j. Vide Publicè.

Quilibet præsumitur dignus, nisi probetur indignus. cap.ex parte.de re milit.l.non omnis. §.à Barbaris. C.de proba.l.actor.& ibi. Riisvvich.

¶ Dignitas episcopalis liberat filium à patria potestate.§.illud,in Authen.const.quæ de dig.Authen. sed hodie.C.de episc.& cleri.

Fallit in 2.casibus,quos not.Ias.in l. patre furioso. ff.de his qui sunt sui,vel alieni iuris.

A digniori &potentiori debet fieri denominatio.l.prima,& l.quęritur.ff.de statu homin.l.j.ff.si ager vectigal. l.legatis seruis. §.si vnus.ff.de leg.3.§.sed ius quidem ciuile,instit.de iure natura. capitulo primo extra de testib.capitu.quod in dubiis,extra de consan. ecclesia.

Fallit vt per Bello.in 3.conclu. in litera A.

Militia non est dignitas: vt probatur in rub.C.qui mil. non possunt.lib.12.l.maior,C.de dign.libr. 12.l.fi.C. qui milita.non poss.glo.in l. j.C.de sequest.elig.lib. 12.Bart.in l.ex eo,ff.de testa.milit.& in repet.l.j. C. de dign.libr.10.

Fallit in 3.casib. quos no.Ias.in l. si quis in conscribendo,C.de pact.nu.4.

Dignitatẽ quęsitam radiis mariti vidua retinet.hanc regulam.ponit Feli.in c.ex parte.de foro competenti. nu-

num.1.vbi limitat in 4.casib.Nata in rep.capi.quāuis pactum,de pact.in 6.

Dignitatum portæ infamibus non patent, capit.infamibus.de reg.iur.

Fallit vt per Dy.in d.c.infamibus.

Dignitas delinquentis peccatū auget.fallit vt per Damasi.reg.62. Don.Fina,lib.5.

¶ DIGNITAS extinguitur morte eius,cui cōceditur, quando scilicet eius tantum contemplatione datur. Doct.com.capitu.priuilegium.de reg.iur.6.concl.si mil.l.maritum.ff.de solut.Ange.§.sunt.instit.de act. no.leg.non solùm.ff.de re iud.& l.si filio.ff. solut.matrimonio.Alexand.leg.non tantum.ff.de re iud.leg. in omnibus.leg.priuilegia.ff.de reg.iur. Med.reg.6.

¶ DIGNITAS impetrata per rescriptum,de prima vacatura intelligitur,vnde ad secundam impetrās non erit admittendus.gl.cap.quia.versicu. causa.de cōc. præb.6.l.apud Iulianum.§.de optione legata. Doct. cap.ex parte.il 2.de off. deleg.c.si clericus.de præb. 6.Arch.cap.gratiæ.de rescr.6.Bald.cons.228. vol.4. Med.reg.3.

¶ DIGNITAS personæ facit nos recedere à regulis iuris.l.si conditio.§.si arbiter.ff.de arb.l.2.C.de sent. ex bre.reci.l.sed & reprobari.§.amplius. ff.de Ext.titu.not.l.ad bestias. ff. de pœnis. l.ad egregias. ff. de iur.iur. Dec.c.Ecclesia Sanctæ Mariæ.nu.15.de constitu. Medic.reg.1.

¶ DIGNITAS soluitur morte, l.cum patronus. ff. de leg.2.l.licitatio.ff.de public.capit.miramur. 61. dist. cap.dona.j.q.7.Din.cap.in iudiciis.de reg.iur.6.Ias. l.j.nu. 11.ff.de const.princ. quod intellige de dignitate,quæ personæ cohæret, secus est de ea, quæ rei adhæret,vt est Episcopalis.& similium, quæ continuantur in successorem,Innoc.c.cum super. de causa possess.& propr.cap. cum in officiis.de testa.DD. l.cum hæredes.ff.de acqu.possess. Paulus l.si sororis. C.de iure deliber.Bertach in trac.de Episc.lib.3.p.j. q.56.Guid.decis.365. Med.tract.2.par.

¶ DIGNITAS.Rationem dignitatis,aut officij,vel generis habendam,quoniam defertur nobilitati.

ff.ad l.Iul.maiest.l.nullum.
In Inst.de iniur.§.si communi.§.atrox.
C.vbi sen.vel cla.l.3.in medio.
ff.de accus.l.vltim.
In Decr.dis.9.ego solus.
C.de quæst.l.milites.l.decuriones.
C.de indic.vidu. Aut.qui.
C.de pœnis.l.decurio.honor.
C.de ann.excep.l.vt perfectus.
C.de Epis.& cler.l.nec honore.
C.de nupt.l.furiosi.
ff.de in ius voc.l.2.
ff.de trans.l.cum hi.§.si mari.
ff.de pact.l.maiores.
ff.de dolo. l.non debet.
ff. de iud.l.si longius.l.sed etsi.§.j.
ff.de vsu.& hab.l.plenè.§.j.
ff.de arbi.l.si cùm dies.§.si ar.
ff.de iureiur.l.ad primas.
ff.de vsur.l.cùm quidam.§.si debet.
ff.de fid.instrum.l.vlt.
C.de dona.inter vir.& vxo.l.si ad.
ff.de vent.inspici. l.j.§.pen.
ff.de suspect.tut.l.tutor.§.antepe.
ff.de lib.ho.exhib.l.j.§.& hoc.
ff. de donat.l.filiusfam.
ff.de vsufru.l.si extra.
ff.ad l.Iul.de vi.l.j.§.vltim.
ff.de pœn.l.moris. §.istæ quædam capi. §.non omnes.
ff.de re mil.l.3.§.is qui ad.
ff.de decur.l.j. §.in filiis.& l.vltim.
ff.vt in poss.leg.l.vltim.
ff.ad Treb.l. ex facto.§.si quis. l. sed sciendum.

Argumentum, quod infirmitatis ratio habetur.

ff.de aur.& arg.leg.l.si cui an.

CONTRA.

ff.de vet.iur.enucl.l.j.§.si is.
C.de senat.vel cla.l.vlti.
C.commu.de leg.l.si duobus.
C.de male.& mat.l.3.& 4.
ff.de ser. rust.præ.l.si partem.
ff.famil.herc.l.si quem.
ff.vt lega.vel fideic.l.j.
ff.ad Maced.l.j.§.vltim.

Rationem dignitatis,&c.]Vt in ista R.dicitur,dignitati,officio,& nobilitati deferendum est, veluti vt minores pœnæ imponantur.vt ff.de pœn.l.capitalium. §.vltim.Vel vt præferatur alij, qui prætēdat parem potestatem.vt ff.de pac.l. maiorem.Vel vt maior potestas videatur inconcessa.vt ff.de donat.l.filius.Vel vt maius beneficium sit collatum.vt ff.de legat.j.l.si seruus.§.vlti.Potest & quilibet ex suo ingenio,& ex ista Rubr.plura exempla ponere. Nec obstat, quod dicitur.ff.de seruitu.rust.præ.l.si partem.quia neque de dignitate,neque de officio tractatur,sed de fertiliore parte fundi.Item non obstat, quod dicitur C. communia de leg. l.si duobus. quia nec ibi dicit habendam, vel non habendam. Imò ibidem dicerem habendam, per hanc Rubric.Item non obstat, quod dicitur.ff.fami.hercis.l.si quem.quia ibi licet habeatur ratio maioris partis, nihilominus tamen & dignitatis.vt ff.de fide instrumen.l.vltim. Fallit autem hæc regula,propter immanitatem criminis. vt C.ad l.Iulia maiesta.l. nullus.& de male.& mathe.l. etsi.& vbi senat.vel clar.l.j.& ff. ad Mace.l.prim.§.in filio. Grauissimum enim est,accipere mutuum, & postea insidiari morti parentis,propter quod inductum est Macedonianum.vt in Institut.quod cum eo.§.illud. Azo,Rub.47.

Conceduntur quædam,quæ aliàs non concederentur.

ff.de reg.iur.l.quidam.

Azo,Rub.47.

Datione dignitatis ab obligatione eximitur.

ff.de procur.l.filius.§.vlt.

Aut religionis.

ff.de arbitr.l.non distin.§.compromissum.

Azo, Rubr.47.

Dignitatis autem officium,seu nobilitas quandoque obest.

C.de Episc.& cler.l.præberi.
ff.de pœnis.l.quædam.
I.de pœna.R.magis punitur.

Aliquando non obest.

C. quod met.caus.l.ad inuidiam.

Dignitatis,&c.)Vt in contraria Rubric.dicitur,plerunque prodest in mitigatione pœnæ, vt sup. proximè dixi. & ideo malè posuit in hac Rubric. aliquando. Imò debuit dicere, plerunque. Fallit autem in militibus armatæ & cœlestis militiæ,quorum delicta acrius puniuntur,vt in hac Rubrica dicitur.

Azo,Rubr.47.

Ratio

Ratio consanguinitatis,vel proximitatis habetur.
C.de in inte.rest.l.decurio.
C.de codicil.l.vlt.§.si quis.
C.de leg.l.cùm alienam.
C.de his qui in test.l.j.
C.de his quib.vt indig.l.cum fratre.
ff.de in ius voc.l.j.& 3.
ff.de pact.l.Imperator.& l.antepen.
ff.de procur.l.sed hac.
ff.de vsur.l.si extraneo.
ff.de his,qui deiec.l.si verò. §.hoc autem.
ff.de probat.l.Procula.
ff.de mino.l.si in empt.
ff.de testib.l.lege.
ff.de susp.tut.l.si tutor aliquo.
ff.de leg.j.l.si domus.§.impe.
ff.vt in possess.leg.l.pen.
ff.de coll.bon.l.nonnunquam.
ff.de manumi.vind.l.fin.
ff.de priuil.cred.l.j.
ff.de iniur.l.vestem.
ff.de receptato.l.vlt.
ff.solut.matrim.l.Gaius.

Ratio consanguinitatis,&c.)Sicut dignitatis ratio habetur,ita & cognationis,vt hîc.Prodest enim cognatio,vt hîc,& proximè dicitur. Azo,rub.47.

Amicitia vel necessitudo prodest.
ff.de testib.l.lege.
ff.de receptato.l.vlt.
ff.de confirm.tut.l.3.
ff.de suspect.tut.l.onera.
C.de inof.test.l.liberis. Azo.rub.47.

Quod rectè fieri debet,per odium,vel per gratiam non debet immutari.
ff.de arb.l.reo.
C.de reb.aut.iud.poss.l.vlt.
C.de rescind.vend.l.si quos debet.
C.de fid.instrum.l.comparationes.
C.si vend.pign.ag.l.3.
In Aut.de sanct.episcopis.in princi.

Ratione affectionis aliquid statui.
ff.qui satisd.cog.l.2.
ff.manda.l.cùm seruus excomm.
ff.de bon.lib.l.libertus qui.
ff.de rei vend.l.in fundo.
ff.de seru.export.l.si venditor.
ff.quod vi aut clàm.l.is qui.§.j.inde Nerat.
Contrà,C.de sacr.eccl.Aut.quibus.

Rationem affectionis non haberi.
ff.quæ in fraud.cred.l.j.§.si quis.
ff.ad l.Aquil.l.si seruum meum.
ff.de oper.seruorum.l.eum.§.vlt.
ff.ad l.Falcid.l.precia.

Ratione affectionis,&c.)Ratio affectionis in bonæ fidei iudiciis maximè locum habet,ad hoc,scilicet vt beneficium conferatur,vel collatum non reuocetur. vt ff.deser.expor.l.seruus ea lege. & de bonis liber. l.libertus qui sol.& titu.mandati.l.cum. & ff. manda.l.cum seruus extero. & de tutel.& rat. dis. l. j. §. sed sanè. Vel vt quis non grauetur: vt ff.de rei vendi.in fin. Lex autem, quod vi aut clàm, non facit ad rem:quia non tractat ibi de affectione,sed de amœnitate locorum, quæ in se quandam repræsentat vtilitatem,loquitur autem de ea affectione,quæ solum cuiusque continet desiderium. Ad hoc autem non habetur ratio affectionis,vt quis acrius puniatur,vel vt grauetur.vt ff.ad l.Aquil.l.si seruum meum. & de oper.seruo.l.vltim. & ad l.Falcid. l.precia. & si quid in fraud. patr.l.j.§.si quis.Et ita intelligitur contraria Rubr. Azo,Rub.47.

Ratione religionis,vel potestatis,non cogitur quis reddere rationem:& sine decreto prædium minoris alienari.
I.com.pac.Rubr.prædium mino.
C.de hær.Aut.& de Nesto.
C.de episcopis.l.Ornatio.
C.de bon.quæ lib.cùm oportet.§.sub hac. Azo, Rub.47.

Ratio administrationis non est reddenda.
In auth.cum de appel. co.§.Aristo.

¶ Ratio,&c.)Quæ sub isto nomine rationes continentur,specialia sunt in patre,& orphanotrophis: aliàs enim tutores, & gestores rationem reddere tenentur.vt in Institut.de obligat. quæ ex quasi contract. nas.§.si cui.& C.vbi de ratiociniis agi opor.l.j. Azo,Rubr.47.

Mos quando gerendus sit.
C.de probat.l.cum.
ff.de re.ven.l.quod si post.
C.de lib.caus.l.cùm ne.
ff.fam.herc.& l.puto fundum,qui do.§.j.
C.de inoff.test.l.liberis.l.si maritus.

Quando mos gerendus sit.]Hæc Rubric.magis in verbo,quàm opere,vel vtilitate consistit.Azo,Rub.47.

¶ DIGNVM magis trahit ad se minus dignum.de cōsec.quod in dubiis. De statu homi.l. quæritur. vide Actus. Riisvvic.

¶ DILATIO. Quælibet dilatio censetur esse peremptoria,l. ne pecuniariis,ff.de feriis.

Ampliatur in 8.casib.& limitatur in 6.per Iaso. in d. l. num.6.

Iudex non potest dare in causis pecuniariis nisi vnam dilationem,d.l.ne pecuniariis,ff.de feriis.

Fallit in duobus casib.vt per Iaso.in d.l.numer. 26. & si daret esset ipso iure nulla. Fallit in 10. casib. quos notat Iaso.in d.l.nu.35.

Per rescriptum principis potest concedi debitori dilatio ad soluendum,l.quoties,C.de precib.impe.offe.

Fallit in 2.casib.vt per Ias.in d.l.nu.1.videas Diaz.reg. 582.

Dilatio peremptoria,seu dilatoria,non potest dari,nisi semel,l.j.vbi Bart.C.de dilat.l.fina.vbi Alex.& Doc. ff.de feriis.

Fallit in 10.casib.vt per Iaso.in d.l.fi.ff.de feriis,numero 35.

Fallit in 8.casib.vt per Marant.in tractat.de ord.iud.in 6.part.in Rub.de dilat.nu.5.

Dilatio quæ datur ad probandum , dicitur esse peremptoria:Barto.in l.j.C.de dilat.l.fin.ff.de feriis.

Ampliatur in 8.casib.& limitatur in 7.à Ias. in d.l.fin. num.27.Ampliatur & limitatur in 7.casib.per Frāc. Nico.in cap.quoniam contra,in gloss.in verb. dilatio.nu.15.de probat.

Dilatione pendente nihil innouandum est,c.j. & c.prçtereà,vbi gl.extra de dilat.

Fallit in 20.casib.vt per Soci.reg.93. Ampliatur in 3.& limitatur in 18.per Anton.Gabr.in lib.2.de dila.cōcl.Fallit in multis casib.quos not.Alex.in l. qui pro tribunali,ff.de re iud.nu.21.

Absentia aduocati est iusta causa dandi dilationem,gl. in c.j.in verbo,aduocatus,vt lite non contest. gl.in l.emancipatus,C.de repu.bon.poss.

Fallit in 4.casib.vt per Dec.in d.l.nu.3.

Dilatio data à lege cum ministerio iudicis,potest à iudice

dice abbreuiari, no. in l. 1. C. de inq. reis.

Fallit in 5. casib. vt per Bart. Soc. in l. qui pro tribunali, ff. de re iud.

Dilatio data à lege sine ministerio iudicis non potest alterari, d. l. 1. C. de inq. reis.

Fallit in 6. casibus, vt per Soc. regul. 34. in addit. Fallit in 7. casib. vt per Soc. in l. qui pro tribunali, num. 16. ff. de re iud. Felin. tamen in cap. cùm sit Romana de appellatio. facit regulam contrariam, quòd omnis dilatio legalis mutari potest per iudicem ex causa. Fallit in 8. casibus, vt ibi per eum. Fallit in 8. casi. vt per Rip. in l. qui pro tribunali, ff. de re iud. numero decimoquinto. Fallit in 5. casibus, vt per Soc. reg. 48. in additio.

Dilatio potest dari absenti, & non petenti, no. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de de dam. infec. nu. 60.

Fallit in quinque casibus, vt per Rip. in d. §. hoc autem, numer. 60.

Cohortatio dilationis à iure concessa sine iudicis ministerio, nō valet, si sit facta sine causa. Fallit vt per Ripam in d. l. pro tribunali, num. 27.

Impeditus in prima dilatione in duobus diebus tamen debet habere secundam dilationem, per quam tamen sibi concedantur tantum duo dies. Fallit in duobus casibus, vt per Felin. in cap. vltra tertiam, de testib. num. 12.

Dilatio est arbitraria. Fallit vt per Dama. reg. 66. Don. Fina, lib. 3.

¶ DILATIO abbreuiari debet si causa modicæ quantitatis erit. Bart. l. 2. colū. 3. ff. de re iud. l. 1. ff. de glande leg. l. mediterraneæ. C. de annon. & trib. lib. 10. Abb. c. 1. n. 10. de libell. obl. c. de appellationibus. de Appel. Ang. l. si vacantia. C. de bon. vac. li. 10. Fel. ca. ecclesiæ. col. 22. de const. Med. reg. 5.

¶ DILATIO data reo non est in præiudicium actoris, nec ècontra, sed si datur reo dilatio ad iurandum, & actori ad probandum data sanè dicetur. Doct. l. qui prior. ff. de iud. Bar. l. admonēdi. col. 9. ff. de iur. iur. Din. c. non licet. nu. 1. de reg. iur. 6. Doc. l. petendæ. C. de temp. in integ. rest. Lanfr. c. quoniam contra. §. dilationes. nu. 4. de probat. Ab. in prœem. decretal. nu. 8. l. quæ omnia. de procurat. Med. reg. 8.

¶ DILATIO nō durat sublata dilationis causa. Doc. com. l. liberto. §. fin. ff. de annuis. leg. l. 3. §. stichus. ff. de stat. li. Doc. vbi Bar. l. si quis hæres. ff. de acq. pos. c. ab eo. de appel. 6. l. in illa. ff. de verb. obl. gl. c. fi. de cōs. 6. Aret. §. si minus. col. 7. inst. de auct. Bar. l. 2. ff. de re iud. l. siue. C. dilat. Med. reg. 6.

¶ DILATIO peremptoria, seu dilatoria non potest dari nisi semel. Hanc regulam probat tex. & ibi Bar. in l. 1. C. de dilatio. tex. in l. fi. & ibi Alex. in 1. notab. & Doct. communiter. ff. de feriis. Eandam regulam ponit idem Bar. in l. mancipiorum. nu. 5. de optione legata. idem Bar. in l. cessante. nu. 6. C. quomodo & quando iudex. Pan. in c. licet. nu. 4. de probation.

Hanc regulam ponit Iason cū decem limitationibus in d. l. fi. num. 35 ff. de feriis. vsque ad nu. 48. eandem regulam cum octo limitationibus ponit Maranta in tracta. de ordine iudiciorum. in 6. parte. in rub. de dilatione. nu. 5. vsque ad nu. 15. P. Duen. re. 200.

¶ DILATIO quæ datur ad probandū, dicitur esse peremptoria. Hanc regulam ponit Barto. per textum ibi in l. 1. C. de dilatio. idem Bart. in l. fi. etiam per illum tex. ff. de feriis. & in l. oratione. ff. eo. titu. idem Barto. in l. mancipiorum. per illum tex. ff. de optione legat. num. 5. & in l. cessante. per text. ibi. C. quomodo & quando iudex. nu. 6. & in l. si finita. in §. Iulianus. & ibi Alex. numer. 12. ff. de dam. infecto. idem Bart. in l. iij. in §. vsuras. num. 3. ff. de leg. ij. & in Extrauag. ad reprimendum, in glos. in verbo, super dicto crimine. in fine. qui sint rebelles. extrauag. Spec. in titu. de dilationi. in §. j. nume. & in §. videndum. numero 7. Barto. in l. ij. ff. de re iud. & ibi Iason, numer. 36. idem Iason in l. qui Romæ. in §. duo fratres. numero 1. ff. de verbor. obliga. & in l. Gallus. nume. 17. in j. lect. & in ij. lectura. num. 16. ff. de li. & posth. Abb. in c. consuluit. num. 11. ff. de offic. deleg. Feli. in c. pastoralis. num. 2. de exceptio. Abb. in c. licet causam. nu. 4. de probatio. Iacobinus in d. l. fi. nu. 1. & 2. ff. de feriis.

Hanc regulam ampliat octo modis, & limitat septem modis Iason in l. fin. nume. 6. vsque ad num. 23. Eandem regulam cum vij. ampliatio. ex suprà dictis Iasonis, & vij. limitatio. ponit Franc. Neconicus in repet. ca. quoniam contra. in glo. in verbo dilationes. à numero 15. vsque ad numer. 72. de probationibus. P. Duen. reg. 201.

¶ DILATIO legalis in criminalibus abbreuiari non potest. l. 1. C. de requiren. reis. & ibi Cyn.

Primò fallit vbi crimen esset manifestum, in quo sufficeret vnica citatio pro omnibus, capit. de illicita. xxiiij. q. iij.

Secundò fallit, vbi ageretur de imponenda pœna, quæ de facili potest tolli, vel pœna nō est corporalis, vel præiudicatiua: vt in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex.

Tertiò fallit vbi agitur de pœna excommunicationis, quæ licet si magna & requirat trinam admonitionem. c. sacro. de senten. excommunica. tamen valet præcedente vna citatione pro omnibus, vt in c. constitutionem. de sent. excom. in sexto. B. Soc. re. 196.

¶ DILATIONEM accipiens ad soluendum id, in quo cōdemnatus est, vel qui soluit ipsam condemnationē, in totū vel pro parte aliqua, videtur acquiescere sententiæ, & eam approbare. l. ad solutionem. C. de re iud. ita ècontra si aduersarius consentit dilationis petitæ per victum in aliqua parte ad soluēdum, vel si aliquid retinuit vigore sententiæ, Angel. cōsi. 312. l. fi. C. de fruct. & lit. exp. l. fin. C. de ind. vid. toll. Ioan. And. cap. statutum. §. quod si. de elect. 6. Soci. l. moribus. numer. 102. ff. de vulg. & pup. Bald. l. 1. numer. 5. C. de bon. matern. Cephal. consil. 109. nu. 17. Ias. l. transigere. num. 2. C. de transac. l. legem. nu. 3. C. de ind. vid. toll. l. non tantum. num. 2. ff. de re iud. Medic. reg. 9.

¶ DILATIO. Dilationem non necessariam postulās, præsumitur malam habere litem. De præsump. cap. nullus. 11. q. 1. c. Christianus. 3. q. 9. c. decernimus. 74. dist. c. honoratus.

Causa dilationis cessante cessat dilatio. De acqui. hær. l. si quis hæres.

In dubio quælibet dilatio intelligitur peremptoria. de exc. c. pia. de rest. spo. in vj. c. frequens.

Pendente dilatione, nihil innouandum est. C. de dila. l. sicut pars.

Dilatum non aufertur. de iud. l. cùm furiosus. Tractat de ea Doc. in l. fi. de fer.

Quod differtur, non aufertur. De iud. l. cùm furiosus. Instit. de sing. reb. per fi. §. itaque. ff. C. de inoff. testa. l. sancimus. §. fi. vsu. l. si vsufru. De elect. c. de post. Limitat Domi. in ca. si super. in prin. De off. deleg. in vj. De isto. Brocard. Vide Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. De verborum obliga. Tractatur in l. fin. de fe. Riisvvich.

¶Dilatio. Dilationem temporis fieri sine damno actoris.
In Aut.cum de appel.co.§.Meni.
In Aut.de sanct.Epis.§.si quomodo.Az.ru.164.

¶Dilatione pendente, nihil innouandum est.l.siue pars.C.de dila.cum si. & text. gl.& docto.in c.2. & c.prætereà. extra de dila. & Abb.in c. significãte. de appel.

Primò fallit, si detur super aliquo articulo non continente primam dilationem, nec illi præiudicat, sicut si data sit dilatio ad probandum per testes: nam illa pendente potest dari altera ad probandum per instrumentum.l.generaliter.§.nullo.C.de re.cre.sed si esset præiudicialis ad primam, secùs esset, vt dict.l. siue pars.

Secundò fallit, nisi primæ dilationis causa sit finita: vt si statuit iudex x.dies ad veniendum,& ille venit pri ma die: nã non debet quiescere officiũ in omnibus illis diebus.casus est no.in l.si à filia.§.fi.ff. ad Treb. pro hoc l,iij.§. Stichus annua. ff.de statu lib.& has duas ponit Barto.in l.2.ff.de re iud.& eodem modo si quęratur an possint dari simul duæ dilationes pro vna ad duplicẽ actum,dic quòd sic, si simul illi actus examinari non possunt.arg.ad hoc in l.qui de inoffic.testam.in l.j.ff.ad exhiben.& idem tenet Iaco. But.in d.l.siue pars.& glos.Io.And.in c.constitutiones.de sent. excommuni. lib.6.vers. vna pro omnibus.vbi probat formaliter.quomodo vna citatio pro omnibus sit fienda.

Tertiò fallit d.l.siue pars.& similes quondo iudex ipsam dilationem reuocaret. vt ibi per glos.& Innoc. in c.significante.extrà.de appel.quia facere posset: cum causa vel sine, quando in continenti reuocat: item ex interuallo quando partium non interest, secundum Antonium de Butrio ibi,&c.

Quartò falllit, nisi ex causa suspetionis innouetur.l.ait prætor.§.si debitorem.quæ in fraud.cred.& ita dicebat Dionysius de Peru.in d.l.siue pars.pro hoc esse text.cum gl.in lege, quæsitum.ff.de penu legata.

Quintò fallit nisi iudex primo reuocet ipsam dilationem, quia tunc potest procedere ad vlteriora non exceptato termino.ita Bal.in c.significãte.de appel.

Sextò fallit, nisi iudex velit exercere actum ad executionem ipsius dilationis: quia tunc eius officium non conquiescit.ff.de orbit.l.non ex omnibus.Bal. in c.2.de dilat.

Septimò fallit, vbi innouaretur in fauorem illius, cui dilatio data est.ff.de hære. insti.l.si quis instituatur. & l.3.§.deueniãt. ff.de Carb.& idem tenet Bald.in l.qui fauore.C.de legi.per tex.ibi. in prin.

Octauò fallit, nisi per alteram partem innouetur secundum Innocentium in d.c. significante.

Nonò fallit, nisi de consensu partium quia iudicis officium in terminis non est extinctum: sed dormit.secundum Ant.de But.in c.significante. & hoc dicit Bal.in l.cum anteà.C.de arbit.vbi pendente dilatione iudex habet iurisdictionem, sed non exercitium iurisdictionis contentiosæ, vt d.l.siue pars.

Decimò fallit, nisi procuratione dilationis secundum Bal.in l.si quis seruo.C.de fur.alleg.tex.in dic.l.siue pars.coniunctò d.c.significante.facit quod iudex à quo potest pendente appelatione appellantem cogere prosequi appellationem: vt in c.consuluit.de appel. extrà not. in c.cum appellationibus.& in ca. non solùm eo. titu.in 6.text.est in l.licet.§.imperator.ff.vt lega.no.caue.

Vndecimò fallit, vbi committatur vel mandetur, quòd interim aliquid expediatur: vt extrà, de priui.c.cùm olim.& secundum Anto.de.But.in d.c.significante.

Duodecimò fallit, vbi cognitor tolerabiliter ignorat dilationem vbi erat commissa cognitio, de qua nihil constat priuato: nam auocatur sibi cognitio, & alteri committitur, vt procedat, & attendat omnia, quæ peracta sunt quia qui aliquid posteà facit ignoratia dilationis concessæ, certè valet, sicut dicimus in iudice à quo quid potest, pendente appellatione innouari quando ignorat appellatio, vt in c.si duo. de appel.& no.in cle.j.eo.titu.

Decimotertiò, nisi innouetur ratione concessionis à parte factæ pendente appellatione, sicut potest iudex à quo pendente dilatione, notorium delinquentem punire: vt in ca. proposuit de appel.& in Spec. de appel. 2. parte.§. pen.& hoc in confessione facta in iudicio quæ transit ad notorium vt in d.c.appellanti.& not.l.1.C.de confessis, cum similibus.

Quartodecimò fallit, nisi dilatio sit nulla quia concessa est sine causæ cognitione.l. 1.C.de dila.l.oratione.ff.de feriis.l.cum ij.§.prætor.ff.de trans.glos.& Bar.in l. cũ pater .§.curator de leg.2. sicut videmus quando appellare potuit: vt in c.non solùm.& per gl.in verbo casibus.de appellat.in 6. per Inno.in ca. pastoralis de officio delegati.vbi videtur, quòd iudex à quo, potest facere dicto casu executionem non obstante appellationis pendentia.

Quintodecimò fallit, nisi constet dilationem fuisse manifestè petitam calumniosè, per id quod no. glo.in d.l.fi.ff.de feriis.& in l.qui commodo.§.si pater.de bonis quæ libe.cum simil.& facit quod no.Imo.in hac l.& in c.cum ex literis de in integrum restitutione.vbi tenet quòd impedit executionem sententiæ si non sit malitiosè petita: aliàs secus.

Decimosextò fallit si alia dilatio detur, qui pendente dilatione alia dari potest, vt incipiat illa finita.l. quandiu.& ibi per Bar.ff.de acquir.hæredit.& vide Lap.alleg.lxxxij.

Decimoseptimò fallit quando finita esset causa dilationis, vt si data esset dilatio ad probandum instrumentum x.dierum, & prima die fuit productum: nam tunc debet iud.officium conquiescere, vt probatur in l. Titia.§.vsur. ff.de leg.2.& in l.si quis ita hæres institutus fuerit. ff.de acquiren. hæredi.& in l.iij.§. Stichus autem.ff.de sta.lib.& in l.filia.§.aliũ no.ff.ad Treb.& propereà Pau.de Castro in dict.l. si quis ita hæres.& in l.fi.C.qui admit.dicit se consuluisse, quòd si statutum dicat quòd quis habeat terminum lx.dierum ad prosequendum, quòd si appellatio fuerit interposita primo die: tunc non expectatur x. dies à die appellationis: nam incipiunt currere lx.dies ad prosequendum, quod an verum sit, dubito propter dictionem, post, quæ denotat quandam temporum extremitatem: quasi sentiat quod finitis x.diebus incipiant lx.dies prout dicimus de dictione, tantum, quæ extremitatem significat temporis.l.si hæres legatus.§.j.ff.de conditio. & demonstra. quæ si apponatur in dilatione, non facit cessare causam dilationis: vt est casus in l. vsumfructum.ff.de vsufru. leg.& in dicta l. si hæres legatus.§.j.per quæ iura limitatur secundo loco dicta regula.

Decimooctauò fallit, nisi iudex velit procedere ad penitus diuersa, vt si est data dilatio ad examinandum testes, poterunt produci instrumenta: quia hoc non præiudicat testium examinationi, vt probatur in l. generaliter.§.his de præsentibus.C.de re cred.& ibi hoc

hoc notat Barto.& in dicta l.siue pars. & in l.2.ff.de re iud.vt etiam suprà in prima fallen.dictum fuit.

Decimononò limitatur,nisi dilatio esset inutilis.l.cùm pater.§.curatoris. ff.de leg.2. quia frustra expectatur illud cuius euentus nihil operatur.l.continuus. §.cùm ita.in fi.de verbo. obliga.& has limitationes ponit Antonius de Burt.in c.significante.de appellat.Lud.de Roma.in d.§.alumno.& in l.quandiu.ff. de acqui.hæreditate.

Vigesimò fallit prædicta regula nisi iudex velit ex causa ipsam dilationem breuiare:quia quo ad illam breuiationem non conquiescit ejus officium: nam ex causa potest illam interlocutoriam moderari.l. quod iussit.ff.de re iudic.

Vigesimoprimò limitatur nisi pendente dilatione, ille,cui concessa est, efficeretur suspectus de fuga,& has duas limitationes ponit Bald.in d.l.siue pars. Nam ratione superuentionis suspicionis fugæ non seruabitur dilatio:sicut etiam non seruantur feriæ. vt not.gl.in l.festos.C.de fer.in gl.2.quæ est singula.

Vigesimosecundò fallit etiam hæc regula in pluribus casibus notat.in d.c.2.& per Bal.& dom.Ant.in ca. signific_nte.vt lite penden. B.Soc.re.127.

¶Diligens quilibet esse debet in suo officio.De excu.tut.l.si duas.§.decet de admi. tu.l.cùm plures. §.nimirum.de off.præs.l.Diuus Mar.

Diligens nō facilè errare, & suum iactare præsumitur. de prob.l.cùm de indebito.§. qui enim soluit.

Diligentibus & vigilantibus iura subueniunt. Quæ in frau.cred.l.pupillus.in fi. Riisvvich.

¶Diminvtio. Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum, l.cùm tale, §.fina.ff.de cond.& dem.l.ex facto.ff.de hæred.inst.l.Titia,§.fi. ff.de manu.testa.

Fallit in 2.casib.quos no.Ias.in l.legata inutiliter.ff.de leg.1.nu.5.&.seq.

Diminutio superueniens in re de qua fuit dispositum, non extinguit dispositionem,actionem,vel obligationem.l.ex toto.in prin.l.si grege, cū l.seq.l.quod in rerum.ff.de leg.1.l.peculium, in prin.ff.de leg.2. l.tabernam.ff.de fundo instructo.l.4.§.si redita.ff. commod.

Ampliatur in 4.casibus,& limitatur in 5.à Petro Duen. in suo tract.reg.195.

Diminutionis periculum, vel damnum pertinet ad eum ad quem res pertinet.l.1.& l.cùm inter. C. de per.& commodo.rei vend.

Fallit in 9.casib.vt per gl.in §.cùm autē. Inst.de emp. & vend.Ampliatur in 15.casibus,& limitatur in 22. per Albert.Bru.in tractat.de demi.nu.128.

Diminutio quæ est in re,de qua disponitur, tempore dispositionis non facit cessare dispositiones.l.domum,ff.de contrah.empt.Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 9.ab Alber.Bru.in tract.de diminu.num. 76.& seq.

Diminuens vel addens iuri veteri,nouum ius facit, declaratur ista regula ab Alci.in l.1.§.si quis simpliciter. ff.de verb.oblig.nu.6.Don.Fina,lib.5.

¶Diminvtio quæ est in re de qua disponitur tēpore dispositionis,non facit cessare disposi tionem. text.est in l.domum.ff.de contrah. empt. vbi vēdita domo quæ pro parte erat combusta tempore contractus insciis contrahentibus, nihilominus tenet venditio,licet fiat pretij defalcatio:vt ibi,& in l.Iulianus.in §.si venditor. versi.per contrarium. ff.de action.empti.vbi vendita hæreditate ex qua subtractæ erunt plures res, tenet nihilominus venditio,licet competat actio propter res subtractas, & facit tex.in l.2.in prin.& l.tenetur.in princip.ff.de actio. empt.vbi si mensura dicta non inueniatur in fundo vendito,tenet emptio,licet pro parte deficiente habeatur ratio,idem tenet Bal.in l.2.C.de contrahen. empt.per text.in l.ex conducto.ff. locati.idem facit text.in l.si post.ff.de peric.& commo. rei vendi.vbi dicitur,quòd.si post inspectum fundum quem emere volebam,arbores vi ventorum fuerunt euulsæ,nihilominus venditio posteà de fundo facta tenebit absque eo,quòd arbores venditæ intelligātur, cùm non sint pars fundi: licet si emptor ignoraueri, & venditor sciuerit & non dixerit, debeat haberit ratio interesse arborum.facit l.sed si cōmunis.ff.eod. tit.vbi si emam rem in qua ignorans habeo vsumfructum,tenet emptio, & precium iudicis officio. minuitur:vt in l.suæ rei :in fine, cum l. sequenti.ff. eodem titu.De iure Regio est text.in l.xiiij.& in l. xix.titu.v. parti.v.& circa hanc regulam vide notab.Ioan.Igneum in repet. l.contractus. num.82.ff. de reg.iur.

Hanc regulam cum duabus ampliationibus, &nouem limitationibus ponit Alber.Brun.in tract.de deminutione & deterioratione.in 14.conclusione nu.76. vsque ad nu.90. P.Duen.reg.104.

¶Diminvtionis periculum vel damnum pertinet ad eum ad quem res pertinet, seu ad dominum rei, vel creditorem,aut cui res est peruentura, vt est text in l.1.& in l.cùm inter. C.de peric.& commo. rei vendi.& in §.cùm autem. Institutio.de empt.& vendi.& in l.id quod.ff.eod.titu.vbi damnum contingens in re vendita post perfectam venditionem spectat ad emptorem. De iure Regio probatur in l.xvij.tit. x.lib.iij.Fori.& in l.xxiij.titu.v.parte v.& in l.xxiiij.xxv.xxvj.& xxvij.eodem titu.& pars.& in diminutione est text.in l.Lucius.ff.de euictio. Sed ante perfectam spectat ad venditorem, vt ibi dicitur,& in l.necessariò.ff.de pericu.& commodo rei vendi.& in l.periculum. ff.de pignori. & quando dicatur perfecta,declarat text.& ibi glos.in verbo,periculum.in d.l.necessariò.& in dict.l.17.Fori.& circa hāc regulā vltra Barto.in l.quod te mihi.ff.si certum petat.& in l.creditor.ff.de solutio.vide Philip. Corne. in cons.clxxxvj.numer.9.volumin.j.& Rui. in cons.cxvj.numero 8.& 16.volumi.v.Marian. Soc Iun.in cons.xxvj.numero 11.volu.1.Ioannes Corasi. in libro secundo Miscellaneor.c.9.nu.3.Io.de Amicis in cons. cxxx.nu.9.

Hanc regulam limitat nouem modis gl.in §.cùm autem.in verbo,statim.Insti.de emptio.& vend.quam gl.vltra doc.ibi declarat Fran.Ozerius nu.5.

Quam regulam amplia quindecim modis, & limita duobus & vinginti modis, vt per Albertum Brunū in tracta. de diminutione & deterioratione. in conclusione xx.à nu.128.vsque ad n.163.P.Duen.re.203.

¶Dioecesani & non alienigenæ in beneficiis per patronos sunt præsentandi. Hanc regulam probat text.in cano.hortamur.lxxj. distin. qui vult patronos in ecclesiis patronatis, non posse præsentare presbyteros aliunde venientes,nisi sint de illa diœcesi.idem probat text.in c.nullum. eadem causa, & quæstione.& in c. ad decorem de institutionibus,in antiq.Hāc etiam probat text.in capit. nullus. & ibi gl.in verbo,ciuitatis.lxj.distin.& tex.in c.sacrorum. lxiij.distinc.facit etiam quòd episcopus debet eligi de numero Canonicorum, si in capitulo idoneus reperiatur: aliàs extra capitulum eligi potest, vt in

c.ne pro defectu.& in cap.cùm inter Canonicos.& ibi doctor.de electio. Firmianus in tract.de episc.in ij.par.ij.lib.q.xvj.facit etiam text.in c.fi.& ibi Ioan. And.in c.fi.de cleric.peregrin.vbi clericus peregrinus non potest institui sine approbatione & literis dimissoriis sui ordinarij.tex.à contrario sensu in c.si quis episcoporum.16.q.quinta.

Amplia primò in tantum procedere, quòd si reperiantur idonei in ciuitate vbi presentatio debet fieri, illi erunt præsentandi.Ratio est, quia commodius residere poterũt in vt d.c.nullus.61.distinct. & in c.sacrorum.61.distinc.

Amplia secundò,quòd si reperirentur de græmio,vel capitulo, in quo est beneficium, aliqui idonei qui præsentari possint,illi præsentari debent:vt in d.ca. ne pro defectu.& in d.c.cùm inter Canonicos.& ibi Doct.de electio.

Amplia tertiò, quòd clerici peregrini nullo modo possunt præsentari,nec institui in illo beneficio: vt in cap.fin.& ibi Ioan.Andr.& Docto.de clericis peregrinis.

Limita primò, procedere hanc regulam, quando in illo græmio, seu capitulo,in illa ciuitate,vel diœcesi,sunt clerici idonei qui poterunt præsentari : quia illi præsentari debent. Sed si in diœcesi,ciuitate, vel græmio idonei clerici non reperiantur, recurrendum est ad exteros,facit tex.in cap. ne pro defectu. & in capitu.cùm inter Canonicos.& de elect.& ibi Doct.Hanc opinionem tenet Abb.in cap.ad decorem.nu.1.& 4.pro qua limitatione facit quod notat Feder.de Senis in cons.xcv.nu.2.& 3.

Limita secundò non procedere in episcopis, nam episcopi possunt in ecclesiis, in quibus habẽt ius patronatus in sua vel in aliena diœcesi præsentare quem velint: vt in c.si quis episcoporum.xvj.q.v.

Limita tertiò non procedere de consuetudine: nam de consuetudine non solùm episcopi patronos, sed etiam laicos in quacunque diœcesi possunt præsentare quem velint, quamuis alienigenas, secundum Hosti.Anto.de Butrio & docto.in cap.significasti. de iure patronat.quod est intelligendum, dummodò clericus præsentandus sit idoneus, & cognitus secundum Anton.de Butrio in dicto capitulo,significasti. Paulus de Citadinis in tract. iuris patronatus,in sexta parte,arti.iij. quæstio.lj.numero 30.& circa hanc regulam vide notabiliter, vbi alia quàm plura adducit Cæsar Lambert.in tractat.Iuris patronat.in prima parte 2.lib.artic.24. 7.q.principali, numer.1.cum aliis.

Hodie tamen de iure Regio hæc regula habet locum in omnibus alienigenis, non solùm in beneficiis, verùm etiam in canonicatu, & in præstimoniis, & in omnibus aliis dignitatibus ecclesiasticis: vt probatur in l.18.19.& 20.tit.3.lib. 1.Ordi.& in Pragm. 3.in Curiis Toletanis.Anni 1525.& in Pragmat.2.& 9.& 66.de Madrid.Anni 1528. & in Pragmat.42.in Curiis Segouianis.Anni 1532.& in Pragm.14.de Madrid.Anni 1534.& in Pragm.17.de Valladolid,Anni 1537.quod etiam in pẽsione habere locum est Pragma.4.Toletana,Anni 1525.& Pragm.4.de Madrid, Anni 1539. P.Duen.re.202.

¶Directum. Directè paria sunt siue quid obliquè fiat siue directè. de in rem ver.l.2.§.in rem.Contrà. de ac.re.do.l.quidam.de admi.tu.l.tutor.reum.

¶Disco. Discere appetit humana natura.de leg.3.l. legatis.§.ornatricibus. Riisvvich.

Discordia. Vide Natura.

¶Discussio fieri non potest in præiudicium fideiussoris,vel tertij possessoris,Bal.l.secunda.C.quando fiscus, vel priu.l. fi.ff.si cert. pet.Barto.& docto. leg.in executione.ff.de verborum oblig. Alex.l.decem.ff.eod. Med.reg.8.

¶Disiunctiva posita inter personas, resoluitur in cõiunctã. tex.est in l.cùm quidam. C.de legatis. Limita octo modis,vt per Ias.ibi. B.Dias re.104.

¶Dispensandi facultatem habens cum spurio, item cum incestuoso non poterit dispensare cum spurio,& incestuoso simul,vt putà cũ nota ex consanguinea maritata, Bar. l. vim passa.§.præscriptione.ff.ad l.Iul.de adult.Docto.com.l.2.ff.de verbor. obligation.Alexand.Rub.C.de iud. Docto.com.c. at si clerici.§.de adul.de iud. Ang.& Ias.§.omnium. instit.de act.sub simplicibus enim non continetur mixtum.vul.iur. Med.re.2.

¶Dispensatum licet sit cum filio spurio,vt possit succedere parentibus suis,tamen vigore dispensationis non poterũt parẽtes succedere filio spurio,quia non est eadem ratio dispensandi,cùm illorum parẽtes deliquerint,non autẽ ipsi. Benedictus cons.1.no. capitulo:nasci.56.distinc.Doc.com.l.curatorem.C. de interd.mat.Saly.l.fi.C.de ind.vid.tol.vbi Ias.nu. 30.Euer.in loco à correl.nu.8. Med.re.9.

¶Dispensari. Non posse quis dicitur, quod non potest fieri absque dispensatione, vel remedio extra ordinario.not. Dom.in c.gratia.de rescrip.in 6. per gl.pe.Inno &.Abb.in c.pastoralis.de cau.pos.in.fi. Riisvvich.

¶Dispensatio ad vnum gradum non extenditur ad aliud regulariter.cap.fin. de fili. presby.in.6.Ab. in c.at si clerici.in §.de adulteriis.de iudi.

Fallit quando conceditur, ex causa fauorabili.Abb.in d.§.de adulteriis.& intellige vt ibi.

Fallit in actibus inseparabilibus.capi.ex literis,de excess.præla. S.Ianu.re. 60.

¶Dispensatio facta per pontificem alicui, vt obtinere possit beneficiũ intelligitur de primo tantũ vacaturo, vnde si primũ dimiserit,non poterit aliud vi ipsius dispensationis obtinere:item dispensatio ad duo intelligitur de primis vacantibus,gl.c.ordinarij.ver.ea quę.de offi.ord.6.Doc.c.non potest,de præb.6.Inn.c.dudũ.il 2.vbi Bal.de elec.Tiraq.l. boues.hoc sermone.nu.18.ff.de ver.sign. Med.re.3.

¶Dispensatio. Quòd multitudo dispensationem inducit.

Pro.

50.dist.c.vt constitueretur.
1.q.vlt.c.quotiens.
35.q.3.c.quod scripsi.
44.dist.c.comessationes.
22.q.4.c.ipsa pietas.& c.non potest.
Ext.de temp.ordi.c.sanè.
Et iuxta illud:Ob populum multum crimen pertransit multum.
Ext.de cler.excom.c.latrones.

Contra.

15.q.vlt.c.cùm multæ.
De pœnit.dist.6.c.qui vult.
32.q.7.c.flagitia.
Ext.de reg.iur.c.quia multotiens.
D.de pœnu.l.aut facta.§.fin.

Solutio.

Si multitudo ignoret illud esse malum quod fecit,instare debet prælatus monendo,prædicando, & puniendo factum,si possit.d.c.qui vult.Si autem multitudo

sciat

sciat esse malum quod fecit,& per vehementiam defendat illud, tunc cessare debet verbum prædicationis, vsque dum vltio diuina viam præbeat prædicationis.c.non potest.& pœna est dissimulanda, vel minor inferenda, ne schisma suscitetur, vel graue scandalum oriatur. Damas.reg.15.

¶ DISPENSATIO de adulterio, si adulteria geminata sunt, de quibus quidem mentio non fuerit facta, non tenet, neque valet. Doc.c.postulasti.& sic geminatio operatur in fauorabilibus, & in odiosis. Med. regul.2.

¶ DISPENSATIO non extenditur.text.est in c.fi.de fil.presbyt.in 6. etiam ad casum maiorem.& habentem in se maiorem rationem quàm habeat casus concessus: vt voluit regulariter Hostiens.in c.postulasti.de rescript. quem sequitur Abb.in c.ad aures. de rescri.& Nic.Mil.in suo repertorio, in verbo, dispensatio quos refert Fel.in d.c.postulasti.de rescri. & vide Ias.in l.pen.ff.de constitu.prin.vbi idem sequitur,& plures decisiones allegat in proposito: & licet Dec.in c.at si clerici.de iud.§.de adulteriis. & in l.non debet.ff.de regu.iur.in vers.quartò regulariter, teneat contrarium:& dicat, quòd ista conclusio non probatur iure, eam tamen firmat Lancelot. Galiaula in l.2.ff.de verbo.obligatio.vbi respondet ad motiua Decij.

Limita dupliciter, vt per Felin.in d. c.at si clerici.§.de adulteriis.de iudic.quas etiam limitationes scripsit idem Felin.cap.mandato.de simo.& vide latiùs eũdem Felin.in d.c.postulasti.vbi supradictam cõclusionem Host.firmat pro regula:& in septem eam limitat octo modis. B.Dias re.195.

¶ DISPENSATIO odiosa est, & per consequens restringenda, ideò vitiatur si modicum omittitur, quod quis debebat ponere: vnde dispensatus super pluralitatem beneficiorum, si minimũ obtinuit beneficiũ dispensatio non valebit, no.c.non potest.de præb.6.no.c.si proponente.de rescr.cõc.c.si.metu. de præb.6.Doc.com.d.c.si proponente. Med.re.5.

¶ DISPENSATIO non datur nulla subtinente causa dispensandi.c.priscis. 51.distin.c. cenomanense.56. distin.cap. monachus.67.distinc.cap.fin.77.distin. glo.cap.quod pro necessitate.1.q.1.c.eos.1.q.5.cap. exigunt.1.quæstio.7.cap.ordinationes.9.q.1.c.neophytus.61.dist. Med.re.6.

¶ DISPENSATIO regulariter nunquam redundat in præiudicium tertij, nisi expressè caueatur. dixi super.amp.37. Med.re.8.

¶ DISPLICERE. Bonifac. Reg.xxj.

Quod semel placuit ampliùs displicere non potest.

Vid.l.iudex.l.Paulus.1.& l.post rem.& l.cùm qręrebatur.ff.de re iudic.& l.1.§.fina.de quæst. Viuiennus.

¶ DISPONENDI potestatem habens non est opus, vt producat instrumentum, ad quod se refert, quandò certa habetur mens disponentis, secus si instrumentum reperiatur quod aliter loquatur, tũc enim regulam attendi debet Alexan.conf.9. volumine 5. Cardin.consilio 11.colum.1.Abb.cap.pen.de confir. vti.vel inutili.Spe.in titu. de instr.ed.§.nũc autem, Roman. cons.339. Dec.auth.si quis in aliquo.n.40. C.de edendo, Roman.l. admonendi.col.8.ff.de iur. iur.Cagn.d.auth.nu.74. Med.re 10.

¶ DISPOSITVM in vno de correlat. non dicitur dispositum in alio quando est dispositio inducta specialiter in odium alicuius personę cap.in pœnis.c. odia, vbi doct.de reg.iur.6.l.quicquid adstringẽdæ. ff.de verborum oblig.l.cùm quidam.ff.de liber.& posthum. Med.reg.9.

¶ DISPOSITIO, vel actus verificatur in prima vice.l. boues.§.hoc sermone.ff. de verb.sig. Bart.in l.1.ff.ad l.Iul.maiest.

Ampliatur in pluribus casib.& limitatur in 7.à Feli.in c.innouauimus.de treug.& pace, nume.3.Fallit in 4. casib.vt per Soc.reg.13.

Fallit in multis casibus, vt per Ias.in l. duobus,§.ei qui nu.2.& 19.ff.de iurisd.l.diuortio,§.qui in ãno.in.12. ff.solut.matr.

Ampliatur in 4.casib. & limitatur in 14.per Por.libr.3. suarum conclu.reg.21.Fallit vt per Dias re.614.

*D*ispositio, seu prouisio facta per modum dispositionis purè in vnum casum non extenditur ad alium, quare casus omissus relinquitur dipositionis iuris communis, l.si extraneus, ff.de condi.ob caus.

Fallit in 5.casib.quos no. Iaso.in l. Gallus,§.& quid si tantum, ff.de lib.& posth.nu.21.

Dispositio facta in tempus præsens non porrigitur ad futura, l.si stipulatus fuerim,§.cùm stipulamur, ff.de verb.oblig.l.si ita, ff.de auro,& arg.lega.

Fallit in 5. casib.vt per Iaso.in d.l.num.2.Fallit in 6.casib.vt per Io.de Imo.in c.litera, nu.25.de ref. Fallit in 10.casib.vt per Vincent.de Hercul.in sua disp.1. q.incip.in nomine Domini.

Fallit in 19.casib.vt per Crauet.in repet.l.1.num.26.ff. de leg. 1.

Dispositio ignorantes non ligat.l.si ignorãs.iũcta gl. ff.locat.c.si verò, el secundo.de sent.excom.

Fallit in 8.casib.quos not.Pet.Duen.reg.129.

Prouisio facta per modum dispositionis de vno casu porrigitur ad alium, siue ex intentione præsumpta disponentis, siue iuris æquitate. Fallit in 4.casibus, quos no.Fortu.in l.Gallus.§.& quid si tantum, ff.de lib.& posthu.nu.114.& seq.

Dispositio facta in vno casu non trahitur ad alium, vbi de mente disponentis non potest constare, l.si alij.secundum intellectum.gl.& Bar. ff.de vsufru.legat.

Fallit in 2.casib.quos not.Lãcill. in l.Gallus,§.& quid si tantum, ff.de lib.& posth.nu.23.

In dispositione, vbi est expressus vnus casus per modum conditionis, voluntariè debet adimpleri in forma specifica, nec porrigitur ad alium casum non expressum, & quòd sit similis casui expresso, & eiusdem effectus, l.qui hæredi, in prin.ff. de conditio.& demonstratio. & communis est opinio, vt tradit Socin.in cons.218.

Fallit in 3.casib.quos not. Lancil.in d.§.& quid si tantum, num.27.

Dispositio concepta in vnum casum extenditur ad alterum omissum similem expresso, & eundem effectum habẽtem, l.fi.C.de post.hæred.inst.l.Titius.§. Lucius, ff.eo.

Fallit in 3.casib.quos not. Lancil.in d. §.& quid si tantum, num.30.& seq.

Dispositio loquens de morte verificatur in morte ciuili, Docto.communiter in d.§.& quid si tantum.

Fallit vt colligitur ex distinctione, quã ponit. Ruy.in d.§.num.2.& seq.

*D*ispositio hominis concepta in casu vero trahitur ad fictum etiam in priuilegiis, *D*octor. in §.& quid si tantum.

Fallit in 4.casib.quos no. Ruyn.in d.§. nu.80.

Dispositio quæ continet noui actus concessionem, recipit restrictionem habilitatis, not.in l.1.§.nunciatio, ff. de no.ope.nuncia.

Fallit in multis casib.quos no.Ruy.in d.§.nunciatio.

nu.64.& 70. Fallit in 3.casib. vt per Iaſ.in d.§. nu.5.

Diſpoſitio ſiue prouiſio ſpecialis, ſi arctatur ad caſum expreſſum, non pertinet ad omiſſum.

Ampliatur & limitatur in 3.caſib.per Iaſo.in l.commodiſſimè,ff.de lib.& poſth.num.2.

Diſpoſitio facta cum ver.per omnia generaliter, omnes caſus comprehendit.

Fallit in 2.caſi.quos no.Maria.Soc.Iun.in l.1.ff.de leg.1.num.41. Don.Fina lib.2.

¶DISPOSITIO de illa re, quę interiit ante completam diſpoſitionem, redditur nulla l.inter ſtipulantem.§.pen.ff.de ver.ob.niſi mora præceſſerit.l.non moriturum. C.de contr.& commit.ſtip.l.eum qui.§.1.de iur.iur. Med. re.6.

¶DISPOSITIO facta per verba præſentis temporis, non trahitur ad futura, ſiue diſpoſitio ſit indefinita, ſeu vniuerſalis. De indefinita eſt text.in l. ſi ita.ff.de auro & argento leg.& in l.ſi ſeruitus.in princi.ff.de ſeruit.vrban. prædio.& in l. ſtipulatus fuerim illud aut illud.in §.j.& in l. ſi à colono ff. de verb.obli.tradit Roma.in conſilio cxxxvj. De vniuerſali eſt tex. in l.in lege.ff.de cõtrahen.empt.& in l.ſi ita ſcripſiſſet. & in l.finali.§.j. ff.de legat.ij.& in l.Iulianus. in fine.ff.de legat.iij.Roma.in con. cccccciij.numer.11. Franc.Aret. vbi allegat alia iura,in cõſ.cxj.num.2. Ange.in conſ.cclxj.nu.5.Alex.in conſ.clxviij.nu.16. volu.2.& in cõſ.de xxv. volum.7.& circa hãc reg.vide Romanum in ſing.ccccxcvij.

Hanc regulam ponit cum ſex limitationibus Ioan.de Imola in Clem.literas. numero 25.de reſcript.eandem regulam cum decem limitationibus, vbi notabiliter tractat materiam,ponit Vinc.de Hercula. in ſua diſputatione,in j.quæſtio.incipienti, In nomine Domini noſtri.verſicu.redeundo modò ad propoſitam materiam:quas limitationes Imo.& Vincen.de Hercula.ponit Alber. Brũ. in tract.de rebus ſeu diſpoſitionibus dubiis. in 3.ca.incipiente,Venio ad dubiam diſpoſitionem.n.39.in 17. volu. tractat.

Hanc etiam regulam cum nouendecim limitationibus ponit Crauet.in repet.l.j.num.26.cum ſeq.ff.de legat.j. P.Duen.re.205.

¶DISPOSITIO generalis omnes caſus includit, dato quòd maior ſit ratio in vno,quàm in alio.de alelu.l.1.§.quod autem.

Diſpoſitio magis ſpecialis derogat minus ſpeciali.de pec.leg.l.ſeruo manumiſſo.Gribal.lib.2.de ratione ſtudij. Riiſvvich.

¶DISPOSITIO legis eſt,vt ſi indefinitè loquitur extendatur ad omnes, quod enim lex vni dicit omnibus dicit.l.veluti.§.hæc vox.ff.de edendo. Dec.conſil.287. idem eſt in diſpoſitione hominis negatiuè concepta quæ non de vno actu,ſed in infinitum extẽditur,Iaſ.l.ſi ſic.not.2.ff.de verb.obl.dicam infrà. ver lex. Med.re. 2.

¶DISPOSITIO,ſeu ſtatutum,quod ſine conſenſu & auctoritate principis poterat per diſponentes, ſeu ſtatuentes fieri,ſi à principe confirmetur, poteſt ſine eo liberè reuocari. Probatur iſta,regula per tex. & ibi Abb.in cap.cùm acceſſiſſent. de conſtitutio. quàm probat latiùs Iaſon in l.omnium. C.de teſta.

Limita, niſi princeps in cõfirmatione apponeret clauſulam decreti ãnullatiuam, videlicet,ſi ſecus actum fuerit,ſi irritum & inanè.tex. eſt in d.c.dilecto.verſicu.niſi fortè cum gl.ibi,in verbo clauſula,de pręb. quem text.ibi pro ſingulari notant Ant.Imo.& alii, & Ioan.de Imo.in l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pupil.& Iaſ. B.Dias re.196.

¶DISPOSITIO ſi dicat quòd omnes fecerunt,verificatur licet pauci ex illis non fecerũt. Abb.in proœ. decretal.in fine capit.reuera.de conſecr.diſt.2.no.c. ieiunium.76.diſt.accipitur enim maior pars pro toto,& econtra quandoque. Med.re.5.

¶DISPVTATIO. Multa in iure ciuili,contra rationem diſputandi,pro cõmuni vtilitate ſunt recepta.

ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus.
C.de furt.l.ſi quis ſeruo.
C.de ſacroſ.Eccleſ.l.hoc ius prior.
ff.de iud.l.ſi longius. Azo ru.104.

Diſputatio. Vide Vox.

¶DISSIMVLATIO. Quando diſſimulare licet, & prodeſt.

ff.de Inſtit.act.l.ſi quis.§.2.
ff.de nouat.l.doli exceptio.in fin.

Diſſimulare non licet,vel non prodeſt.

C.de iur.& fac.ign.l.conſtitutiones.
C.de leg.conſtit.l.2.
C.de inceſt.nupt.l.vlt.
C.de pericul.tut.l.1.&.2.
C.de eunuchis.l.1.
C.de lib.cauſ.l. parentes.& l. ſi filium.
C.de natur.lib.l.1.§.vlt.
C.ſi alien.res pig.l.2.
ff.de rit.nupt.l.ſimulatè.
ff.de act.& oblig.l.contractus.
ff.de rei vend.l.aut ſi ante.

Simulatio, ſiue diſſimulatio in facto alieno contrahentis mecum, non pertinens ad contractum, in nullo mihi obſtat,vel nocet:quia quod facio, gratia iuris mei conſeruandi facio:vnde mihi venia datur. Si autem reſpiceret contractum,mihi mea ſimulatio noceret, quo minus experiar ex eo contractu: vt ſuprà dixi in prima Rubrica,& de nouat.l.dolus Vbi autem ego diſſimulo delictum alterius,non contrahẽtis mecum, vel diſſimulo delictum meum propriũ, non prodeſt ſimulatio,imò nocet:quia videor criminis eſſe particeps,vt C.de iur.& fact.ign.l.cõſtit. princip.& C.de legib.& conſt.l.1.& de inceſt.nupt. l.vlt.& de eunuchis.l.1. & ſi aliena res pignori.l.2.& de rei vendic.l.aut conſenſu.& argum.ad hanc ſolutionem ille canon,negligere cùm poſſis,&c.vt diſt. 83.error.& ff.de his qui not.infam. l. quid ergo.§.ſi quis alieno. Azo rubr.5.

¶DISSOLVI. Quod contra leges fit, per leges diſſolui meretur.

PRO.

21.q.2.c.imperiali.
35.q.4.c.contradicimus.
Ext.de teſtibus.c.in nomine Domini.
Ext.quę mat.acc.poſ.c.videtur.
C.de leg.& conſt.l.non eſt dubium.
D.de verbo.oblig.l.ſi ſtipulator.§.1.

CONTRA.

1.q.1.c.quod quidam
9.q.2.c.Lugdunenſis.
7.q.1.c.epiſcopus in diœceſi.
27.diſt.c.ſi vir.
44.diſt.c.de Iudæis.
50.diſt.c.ex antiquis.
14.q.6.c.comperimus.
73.diſt.c.vbi iſta.
De conſec.diſt.4.c.à quodam.
Ext.de frigid.& malef.c.fraternitatis.
Ext.qui cler.vel vou.c.conſuluit.& c.rurſus.
D.de condi.ſine cauſa.l.auunc.

SOL-

SOLVTIO.

Vera est regula, quòd quicquid fit contra leges, de iure pro infecto haberi debet. *Sed est supplendum in regula, quicquid fit contra leges, supple habentes perpetuam causam prohibitionis. Nam sic contractum non dissoluunt. Et ita responde ad illud cap. si vir, & similia. Item supplendum est quod fit contra leges. &c. si illud quod fit contra leges sortiatur effectum de iure. Et secundum hoc non est obiectio de turpitudine dantis, quia hæc fit contra legem, scilicet datio in turpi causa, attamen non dissoluitur per legem, quia non deficit ibi ius, sed persona quæ repetit. Nec est ibi obiectio de maleficiis, quia illa nō sortiuntur effectum de iure. Nec est obiectio de dispensatione, quia dispensatio est contra literam legis. Nec est contra sentētiam, quia ius iussit, quòd exigente necessitate relaxetur illud quod statuitur. Vnde est obiectio de sententia quæ non debet ferri sub conditione, sed si feratur, tenet 2. quæst. 6. ca. biduum, quia illud est tam prohibitum, quàm non admissum. Damas. reg. 113.

ADDIT. Sed est. *Quia ea dicimur tantum facere posse, quæ iure possumus.

¶DISTINCTIO. Nota apertè esse distinguendum socij sint, néc ne.

ff. si quis caut. l. si duo. Azo ru. 103.

¶DISTRIBVTIONES duas debet habere qui habet duas voces. Ioann. And. & Abba. cap. cùm olim. de re iudic. & dicam infer. ego in versicu. Salarium. Med. re. 2.

¶DISTRIBVTIONES quotidianas quis, si non residet, habere non potest, nec valet consuetudo in cōtrarium. Hanc regulam probat text. in capitul. j. & ibi glos. de clericis non residen. facit etiam. nam illi qui finguntur, si non resident, non percipiunt distributiones quotidianas. vt in c. de cætero. & ibi doct. de cleric. non resident. & sic licet aliquis sit priuilegiatus, vt percipiat fructus beneficij non residendo: tamē non percipiet quotidianas distributiones. ita concludit Calder. in consi. ccxxj. Fel. in ca. Iacobus. num. 1. de simo. & circa hāc regulam, vbi ponit quæ propriè dicantur distributiones quotidianæ. vide Paris. in consi. xxxiij. numer. 1. volum. 4. & in consil. xxxij. num. 6. eo. lib. Step. Bert. in cons. cclxxv. nu. 5. volu. 2. primæ impressionis. Mar. de Mantua. in con. cxxxj. per totum. Oldra. in cons. cxl. Didacum lib. 3. variarum resol. c. xiij. nu. 2. & per totum. & Boer. decis. 17. August. Beroum in q. 114. per totam & vide quæ dixi suprà in reg. 134. in 6. limitat.

Amplia primò procedere vt etiam non valeat consuetudo, quod Canonici residentes, qui infrà annum non promouentur ad ordines quos beneficia per eos retenta requirunt, percipiant integras distributiones, cùm lex canonica quæ subtrahit illis dimidiam partem, deroget consuetudini, vt in Clem. vt ij qui. in versi. ipsisque. de ætate & qual. Rochus de Curt. in tractatu, de consuet. nu. 482.

Amplia secundò, vt etiam non valeat cōsuetudo, quòd habens plures canonicatus in diuersis ecclesiis percipiat distributiones quotidianas in vtraque ecclesia, licet in vna tantùm resideat. ita tenet Cardin. in dicta Clem. vt hi. in §. illi verò. numer. 18. de ætate & qualitate. Circa quam ampliationem vide Didacū de Couar. vide suprà num. 6.

Amplia tertiò, etiam si consuetudo fingeret eos residere in ecclesia, per tex. in d. c. de cætero. gloss. in dict. c. vnico. in verbo, affuerint. de cleri. non resi. libr. 6. Et aliæ tres ampliationes colliguntur ex text. in d. c. vnico. Prima, vt procedat si consuetudo disponat, quòd præsentes in loco non percipiant distributiones quotidianas, licet non intersint diuinis. Secunda, item habere locum in āniuersariis mortuorum. Tertia, vt etiam virtute consuetudinis non acquiratur dominium.

Limita primò, vt procedat in consuetudine generali, secus si esset consuetudo specialis priuilegians aliquem ex aliqua iusta causa. ita tenent Deci. in. cap. cùm omnes. in 2. lectura, in 1. notab. in fin. de constitutionibus. quem sequitur Couarru. vbi suprà. nu. 5. in fine, vers. 3. eadem ratione.

Limita secundò, vt licet talis consuetudo non valeret, tamē valeret consuetudo, quòd distributiones quotidianæ diuiderentur inter eos, qui interessent officio certis horis, licet non interessent omnibus horis. ita tenet Card. in dicta Cleme. vt hi qui. §. 1. post glo. ibi, in verb. certis. q. xvij. & ibi Ioann. de Imola, quam opinionem sequitur Rochus de Curte in repet. c. fi. num. 485. de consuetud.

Limita tertiò vt non procedat, quando esset dubium in iure an tales distributiones deberentur aliquibus sic absentibus, quia tunc consuetudo valeret, & interpretaretur istud dubium iuris, ita tenet Dec. in d. c. cùm omnes. in j. lect. post Bal. ibi per eum allegatum. de constit. eādem opinionem tenet Rochus de Cur. in d. c. fin. de consuet. num. 128. vbi plura ad hoc adducit. And. ab Exea in d. cap. cùm omnes. numero 50. in fine.

Limita quartò, vt non procedat quando consuetudo vellet quòd habens duo officia in eadem ecclesia percipiat distributiones quotidianas annexas illis officiis, & sic quòd vnus percipiat duas distributiones quotidianas in eadem ecclesia. ita tenet Bald. inter consilia Card. in cons. 53. num. 6. & ibi Cardi. Zabarella in subscriptione illius consilij. eandem opinionem tenuit ante eos Ioannes Andræas in c. cùm olim. de re iudic. & ibi Felin. dicit hanc esse communem opinionem, & eam sequitur Couaruuias, vbi suprà, num. 6. quam opinionem relinquit cogitandam And. ab Exea. in d. c. cùm omnes. nu. 15.

Limita quintò non procedere quando talis consuetudo esset inducta sciente & patiente Papa, quia talis consuetudo generaliter & indistinctè valebit, etiam quo ad distributiones quotidianas, quia ex tali scientia & tolerantia Papæ inducitur dispensatio, per ea quæ tradit Panor. in consilio xciiij. in prima parte. Anton. de But. & Doct. in c. accedentes. de præscriptio. eandem opinionem tenet And. ab Exea in d. c. cùm omnes. num. 52. de constitu. Couarruuias vbi suprà, nu. 5. in fine.

Limita sextò, quandocunque aliquis est absens ab officiis diuinis propter aliquam vrgentem causam & necessitatem, vel ob euidentem ecclesiæ vtilitatem. ita probat text. in dicto cap. vnico. in §. qui verò. de cleric. non residen. li. vj. & ibi gl. & ita tenet Couar. vbi suprà, nu. 8. in vers. 8. non tantùm.

Limita septimò quandocunque aliquis esset infirmus, qui morbo impediente non potest personaliter interesse diuinis officiis, vt in dicto c. j. de cleric. non residen. libr. 6. in §. qui verò. & in capit. j. de clerico ægrotante vel debilitato. facit etiam text. in l. arboribus. in §. de illo. ff. de vsufruct. & ita expresse concludit Couarruuias vbi suprà. nu. 8. in princip. & facit quod suprà dixi in reg. lxiij. & alia circa hanc regulam vide per Doctor. in d. c. j. de cleri. nō resid. &

in d. Clem. vt hi. & in d. cap. cùm omnes. & in cap. cùm non deceat. de elec. lib. vj. & per Couaruuiam vbi suprà. P. Duen. re. 206.

¶ DIVERSITAS. In diuersis & contrariis constitutionibus non posteriores, sed veteres Apostolicæ simplicitati & veritati propiores præualent.

PRO.

8. dist. c. si solus.
8. dist. c. quæ contrà. & c. frust.
9. dist. c. sana.
11. dist. c. nolite. & c. quis nesciat.
50. dist. c. domino. §. in fine.
25. q. 1. c. sunt quidam. & c. contra.
25. q. 2. c. si eã. & c. dicenti.
19. dist. c. nulli.
37. dist. c. relat. §. & ideò.

CONTRA.

25. q. 2. c. posteaquam. §. his ita.
D. de legib. l. non est nouum.
36. q. vlt. c. vlt.

SOLVTIO.

Si per nouorum pontificum constitutiones inuehatur quædam diuersitas, & discrepantia in veteres canones generales sacrarum literarum auctoritate probatos præualere, & effectui mancipari debent hi: cùm quòd volũtati diuinæ & æquitatis rationi conueniant. d. c. dicenti. & maiorẽ cõtinent pietatẽ d. c. sana. tum etiam quod anteriores pontifices, vt nõ minoris potestatis, ita maioris auctoritatis sunt propter antiquitatem. d. c. domino. & valde incongruũ & anathemate dignũ iudicatur, niti quempiam quãtacunque rationis excusatione, quæ bene sunt ordinata rescindere, & exemplo docere cæteros, quemadmodum quãdoque etiã sua cõstituta dissoluãt, 25. q. 1. c. generali. Atque hoc est submouere ac transferre terminos quos posuerunt Patres. 24. q. 3. c. transferunt. & 25. q. 1. c. quæ ad perpetuam. Non obstat d. c. posteaquam, quia in §. subiunguntur verba Gratiani, non canonis. Neq. obstat d. c. vlt. quia ibi sentẽtia Hieronymi ãtiquior, testimonio scripturæ accedẽte, præfertur concilio. Damaſ. re. 133.

¶ DIVINVM. Diuinæ res quidem perfectissimæ sunt humani verò iuris conditio semper in infinitis decurrit, & nihil est in eo quod stare possit perpetuò. C. de vet. iu. enuc. l. 2. §. sed quia diuinæ. Riisvvich.

¶ DIVINATIO, & prouisio. Locus non est diuinationi.

ff. ad l. Aquil. l. quemad. §. si ita.
ff. manda. l. si fideiuss. §. si cùm.
C. de contrahen. empt. l. vlt.
ff. de dol. excep. l. apud. §. illam etiam.
ff. de verb. ob. l. continuus. §. 2. & 4. Azo ru. 79.

Debuit prouidere & quasi diuinare.

ff. si quis caut. l. 2. §. quòd autem.
ff. de neg. gest. l. diuortio.
ff. de mi. l. Neratius. §. si locuple.
ff. quib. ex caus. mi. l. sed &. §. fœminę.
ff. loca. l. si quæ domum. §. 1. & §. si fullo.
ff. de incend. l. 3. §. qui ædes.
ff. de sica. l. eisdem. §. qui hominem.
ff. quod vi aut clàm. l. seruus.
ff. de dam. infect. l. qui bona. §. quidam.

Locus non est, &c. & contrà.) Diuinationi quidem nũquam est locus, vt imputetur alicui, si non diuinauerit id quod nemo sapiens in animo suo reuolueret. Prouisiones planæ quæ circa res quæ facilè & frequenter cõtingere solent, non sunt interdictæ. Hæc discretis adscribuntur, & simplicibus imputantur, vt per exempla quilibet in sequenti Rubr. perpendere potest. Azo rub. 79.

Aliquando æstimari, quod fieri possit.

ff. solut. mat. l. si mulier.
C. de pact. l. 1.
ff. de priuil. cred. l. 2. §. si sponsus.
C. de vsufru. l. ambi.
C. de donat. l. sancimus. §. vlt.

Aliquando, &c.) Plerunque æstimatur, quod fieri potest: si tamen casum fortuitum qui accidere potuit, non æstimatur posse contingere, quia vix est, vt contingat ar. ff. qui & à qui. ma. li. non fi. l. Iulianus. Azo rub. 79.

¶ DIVISIO. In actu diuisionis seruanda est æqualitas, vt not. inst. de off. iud. per totum. l. iubemus. la 2. vbi Bar. C. de sacrosanct. eccl.

Fallit in 6. casib. quos ponit Bened. Capra in suo tract. reg. 109. num. 2.

Minor non potest diuidere, nec socium, nec cohæredẽ ad diuisionem prouocare. l. si pupillorum. ff. de reb. eorum. penul. C. de præd. minor.

Fallit in duobus casibus, vt per Soc. reg. 228. fallit in 4. casibus, vt per eundem Socin. reg. 329. Fallit in quatuor casibus quos not. Bened. Capra, in suo tractat. reg. 109. num. 17.

Diuisio præsumitur si duo fratres diu bona eorum pro diuiso, & separatim tenuerunt, & possiderunt: hanc esse communem opinionem attestatur Franc. Turz. vbi limitat conclu. 172.

Diuidi potest res corporalis. not. in §. 1. de reb. corpo. & incorp.

Fallit in 4. casib. quos no. Soc. in l. Stipulationum quædam. §. & harum. ff. de verb. obl.

Per diuisionem cum clausula se nihil aduersus diuisionem facturos nunquam censetur remissum fideicõmissum inter fratres. Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verborum oblig.

Ampliatur in 7. casib. & limitatur in 2. à Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. numero 44. Ampliatur in 2. casibus. & limitatur in 3. à Crot. in d. l. duo fratres, numer. 36.

Diuidi potest res emphyteotica sine consensu domini directi, not. in d. l. qui Romę. §. fratres.

Fallit in 3. casibus, secundum Crot. in d. §. duo fratres. num. 65. Don. Fina, lib. 1.

¶ DIVISIO facta inter fratres dicentes se nolle recedere à diuisione aliàs facta, nec ei nullatenus derogare, ob hanc protestationem omnia contẽta in prima diuisione repetita videntur in secunda. l. nominatim. ff. de cond. & dem. Docto. l. certum. ff. si cert. pet. l. si ita. ff. de condi. & demonst. auth. si quis in aliquo. C. de edendo. Bart. l. si quis seruũ. ff. de leg. 2. l. 1. ff. de receptat. Dec. cons. 9. Cephal. cons. 253. num. 2. in terminis huius reg. Med. re. 10.

¶ DIVISIO quæ fieri debet per arbitros electos de hæreditate intelligi debet de tota hæreditate. l. hæreditas. ff. de reg. iur. Dec. consil. 388. nu. 3. per hanc reg. & quia res quæ communis est pro diuiso intelligi debet. Cor. cons. 184. idem in cons. 90. li. 2. & hoc intelligitur, vt tollatur discordia, quæ ex cõmuni oritur. l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Med. re. 2.

¶ DIVISIO rei cõmunis inter quatuor facta, inter duos non valet, in præiudicium aliorum, ideo impunè contraueniri potest, Doc. l. Cohæredibus. C. fam. hercis. nec facta inter præsentes præiudicat absenti, Bal. d. l. Cohæredib. Soc. cons. 195. vol. 2. Med. re. 8.

¶Divisio semel facta non erit irrita. C. de fid.instr. l.instrumentis.C.famil.ercisc.l.non ideò. de pact.l. diuisioni.

Retractatur diuisio propter enormem læsionem. C. com.vt iud.l.3 C.de re vend.& ibi Bal.

De diuisione tractant doct.in l.qui Romæ. §. duo fratres.de verb.obl. Riisvvich.

¶Divitiae.Census non esse augendos.

Pro.

Ext.de præbend.& dignitat.c.auaritiæ.
Ext.de his quæ fiunt à prælat.c. pastoralis.
Ext.de cens.c.prohibemus.& c.significauit.
C.de omni agro deserto.l.fin.
C.de alluuionibus.l.vlt.
C.de noua vectig.l.3.
C. de fundo rei priuat.l.2.

Contra.

Ext.de prębend.& dignitat.c.de monachis.
Ext.de censibus.c.quanto.
Ext.de iur.patron.c.præterea.
Ext.de transac.c.de cætero.
D.locat.l.si merc.§.vis maior.
D.de reg.iur.l.secundum naturam.

Solutio.

Census constitutus auctoritate episcopi augeri non potest sine auctoritate eiusdem.Nam episcopus eũ iusta de causa augere vel minuere potest.arg.d.cap. pastoralis. Cùm autẽ persona sine auctoritate episcopi censum constituit,non augebit censum vltra tempus locationis, nisi vltra modum fructus succrescant.Post tempus autẽ locationis poterit is illi, vel alij pro maiori vel minori pretio locare. Dama. regul.96.

¶Diuturnitas temporis seu taciturnitas sola ad præscriptionem non sufficiens in non petendo debitum,non inducit remissionem debiti seu donationem. Hanc regulam probat text.in l. libertis quos. §.manumissis.ff.de alimentis & cibariis legatis.quã regulam per illum text.ponit Lud.Roma. in consil. ccccxvij.num.15.Ias.in l.quæ dotis.nu.18.ff.sol.mat. & hanc opinionem dicit esse communem Guliel. Pontanus in d.l.quæ dotis.nu.8.

Limita primò nõ habere locum in debito odioso,seu in lucro pœnali, vt vsurarij. vt in l.cùm quidam. in §.diuus.ff.de vsuris.& ita vltra Bal.ibi.& Rom. vbi suprà,tenet Alexan.per illum text.in l.quæ dotis. & ibi Iason numero 21.ff.sol.marr.And.Alciat.in trac. præsumpt.in 1.reg.præsumpt.xxxij.numero 6.quod etiam tenet Bal.in cons.ccccl xxiiij.in 3.vol. Philip. Corne.in cons.ccvj.numero 10.lib.2.Alex. in cons. lxxiiij.num.8.lib.5.Guliel. Ponta.in d.l.quæ dotis. nu.8.Florian.de sancto Petro in dicto §. diuus Pius. in fin.verb.Iacobin.in l.cùm post.in princ.nume.2. ff.de iure dot.

Limita secundò in lucro dotis,quam vir lucratur propter dissolutionem matrimonij contingentẽ culpa mulieris,vt est text. in l.cùm pòst.in prin.ff. de iure dot.& ita per illum textum tenet Roman. in dicto consilio ccccxvij.num.15.ita tenet Iason in d.l.quæ dotis.num.19.

Tertiò fallit quando concurrunt hæc tria, scilicet ius sanguinis,diuturnitas temporis,& multiplicata cõputatio rationis,vt probat tex.in d.l. Procula. ff.de probatio.& ibi doct. præcipuè Floria. de sancto Petro,& Iacobinus de sancto Georgio,Bart. & docto. in l. quæ dotis.ff.solut. matrim.& ibi Iason nume. 19.& Guliel. Pontan.numer. 8.& ita expressè tenet Roma.in dicto consi.ccccxvij. glos. in dicta l.libertis quos.in §.1.ff. de alimen.& cibariis legat.& in d. l.quę dotis.ff.soluto matri. Hanc opinionem tenet Bal.in l.si certis annis.C.de pactis.Alexan.in consi. xlvj.numer. 12.volu.1.& in cons.56.num.14.volu.4. Matth.de Afflict. in decis.Neapolit. decisione xiij. numero 12.& 22.Andr.Alciat. in dicta præsumptione 32. numer.5.vbi post Iaso.in d.l.quæ dotis. & ibi Guliel.Pont.qui dicunt hanc esse communem opinionem dicunt,quòd hæc tria copulatiuè requiruntur,ad hoc,vt prædicta limitatio procedat.

Quartò limita non habere locum in casu l.quicunque. C.de apochis public.libro decimo, vbi ille qui tribus annis proximis ostendit se soluisse tributum vel censum,præsumitur vsque retrò postea semper soluisse,nisi probetur contrarium, & illum textum ad hoc reputat ibi singul.Barto. Bald.in capitu.literæ. numero 7. de dilatio.gloss. magna in l.2. C.de iure emphyteu.Franc.Balbus in tracta.præscript. in tertia parte principali,in x.quæstio.numero 18. vbi ponit hanc limitationem , circa quam vide posita suprà in reg.54. P.Duen.re.207.

¶Doctorari quilibet potest regulariter, not. in capitulo,quanto.de magi.& in clementin.secunda, eodẽ ti. & est ratio, quia quilibet intelligitur admissus,nisi expressè inueniatur prohibitus.l. 1. ff.de testa.l.1. ff.de testi.

Amplia quòd pater filio volenti adipisci doctoratus gradum cogitur administrare expensas iudicis officio,nedum in ipso studio,verùm in doctoratu,teste Bologn.in authenti.habita. C.ne fili.pro patre.dixi in proœ.Insti.in §.finali.

Fallit in bastardo.§.bastardus.

Fallit in excommunicato.d.c.quando. vbi Fel.

Fallit in hæretico.c.2.de hæreti.in 6.

Fallit in committente crimẽ læsæ maiestatis humanę contra regem suum.l.quisquis.C.ad legem Iul.maiest.

Fallit in Iudæo eminentis scientiæ.Barto.l.omnes. de decur.lib.x.C.

Fallit in Neophyto, nisi post triduũ à die baptismatis recepti in antea si catholicè vixerit.Fel.in c.eam te. de rescript.

Fallit in scholare, qui nõ studuerit per quinquenniũ, vt in proœ.Digest.dixi.in procemio Insti. §. fin.

Fallit si non præcessit priuatum examen , nisi ex causa sit remissum,vt quia scholaris esset eminentis scientiæ.vide docto.d.c.quanto.& in d.clem.2. Bolog.in d.auth.habita.dixi in d.§.fi.

Fallit in scholare minore, de quo vide per docto. in d. cle.2.& in l.1.§.pueritiam.ff.de postu. & in ca.cum vigesimũ.maximè Feli.de offi. deleg. dixi in d.§.fi. in Proœ.Insti.

Fallit in infami per sententiam,quia infamibus portæ dignitatum clauduntur.l.2.C.de digni.l.2.§. miles. vbi gl.ff.de iis qui no.infa.vide Abb.in c.querelam de iureiurand.& in cap.dilectos.de excessi.præla.est tex.in cap.infamibus.vbi Dyn.de regulis iuris. in 6. S.Ianu.reg.61.

¶Doctoratus ab Imperatore præcedit doctoratum ab inferioribus,quamuis prius fuerit doctoratus.l.2.de albo scri.

Primò fallit dummodo Imperator non creauerit, talem doctorem cum rigore examinis,secus si per simplex verbũ doctorẽ eum fecerit , vt cõmuniter fit. Mari.in cap.qualiter.in 2.& 3.not.de accus. & And. Sicu.in proœm.cle.per l.nemo.C. de anno.& capi. adm.

adm. & de istis creatis sine examine loquitur Barto. in l. professores. C. de professoribus & medi. lib. x. dicens quod præsumuntur paruæ doctrinæ.

Secundò fallit, dũmodo Imperator creet istos in terris imperij, nam si creet in terris ecclesiæ, non videtur valere actus per id quod not. Pet. de Anchar. consi. cccxvj. primum dubium non est nouum quem retulit Feli. in c. pen. ad fin. de offic. ord. dum no. cle. j. de iureiur. per quam iurat Imperator nullã iurisd. exercere in terris ecclesiæ, & sic neque doctorare, quod est volũtariæ iurisdictionis, vt in his firmat But. extrà, qui filij sint leg. cap. per venerabilem tamen si teneretur opin. multorum, qui dicunt Imperatorem posse legitimare in terris ecclesiæ, ista limitatio non procederet.

Tertiò fallit nisi Imperator crearet doctorem in iure Canonico, aut in sacra pagina, quia de istis non videtur sibi data potestas, & verba intelliguntur secundum quod patitur qualitas illius, in quem proferuntur. l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu. & habit. dixi latè de rescriptis. c. causam. & cùm Imperator subsit istis scientiis. per not. in c. ecclesia. de const. non videtur talis doctoratus posse emanare ab eo. in tali materia ita audiui aliàs attẽtari, tamen quia scriptũ non reperio, non affirmo. Quæcunque autem dicta sunt de Imperatore, procedunt in dubio, in habente ab eo potestatem creandi doct. B. Soc. regul. 129.

¶Doctoratus generaliter ei conferri debet qui sufficiens est. fallit tamen, nisi esset quis præstantis ingenij. Innoc. c. cùm iussionis. de elect. gl. l. j. C. quibus & aduersus quod. item quando notoriè doctus apparet sine examine promoueri potest, quia in notoriis non est opus coniecturis. l. continuis. §. cum ita. ff. de verb. obl. Med. re. 1.

¶Doctor, si testator reliquit filio suo libros medicinæ, si medicus efficiatur, & libros legum si iurisperitus euaserit, modò contingit quod dictus filius in medicina & leg. doctoratus est, an libros legum, & medicinę habebit? Respon. quòd sic, quia vtrunque doctoratum adeptus est, & propter hanc geminationem habebit omnes. Bald. l. si prætor. ff. de offic. eius. Ioann. Andræ. capitul. cum olim. de re iud. Medic. re. 2.

¶Doctor antiquior iuniori pręferri debet, vt est gl. in l. cùm quid. in verb. nouum. ff. si cert. pet. facit etiam tex. in l. 1. ff. de albo scribend. in ca. 1. de maiorit. & obediend. notatur expressè in authen. de defenso. ciuit. in §. audient. in verb. publicè. in l. prima. C. de consulibus. libro xij. in l. fi. de decurio. eo. lib. facit l. semper. in ciuitate nostra. ff. de iure immui. l. fina. ff. de fide instrumen. cap. episcopi. & ibi gl. vnica, xxiiij. distinc. cap. statuimus. lxj. distinc. text. in l. prouidendum. in princip. ibi, aut vetustas. & ibi gl. ij. C. de postulan. vbi dicit quòd seniores aduocati præferuntur iuuenibus. facit glo. vnica. in cap. sic viue. xvj. quæstio. 1. vbi dicit, quòd seniores magistri potiùs sunt audiendi quàm iuuenes. & circa hanc regulam vide Bar. & doct. in d. l. cùm quid. ff. si cert. pet. & Felyn. in rub. de maior. & obedien. Lambertin. in tract. iuris patrona. in iij. parte secundi libri, in xj. xij. & xiij. artic. v. princip. Bartho. Cæpol. in tractatu de imperat. milit. elig. c. j. Petrum Lesnanderium in tractatu, de doctoribus, in iij. par. quæst. iij. cum seq.

Hanc regulam cum duabus ampliationibus, & sex limitationibus ponit Philip. Dec. in dict. l. cùm quid. numer. 11. vsque ad nume. 22. Eandem regulam cum duabus ampliationibus, & octo limitationibus ponit idem Decius in c. clerici. num. 7. cum seq. de iudiciis. Hãc etiam regulam cum duabus ampliationibus, & septem limitationibus ponit Franc. Purpuratus in d. l. cùm quid. num. 54. cum aliis. Eandem regulam ponit Chassanæus in Catalogo gloriæ mundi, in x. part. consideratione xxix. & ibi in xxv. consideratione, & xxvj. & xxvij. & xxviij. eam limitat, & in xxx. & xxxij. & xxxiij. & xxxiiij. Alciat. in tractat. præsump. in j. regul. præsumpt. xlv. vbi eam limitat duobus modis. P. Duen. re. 200.

Doctor senex debet præferri doctori iuueni. argum. l. fin. ff. de fi. instru. & Barto. in l. j. ff. de obsequi. tenet Decius & alij in c. clerici. de iudic.

Primò fallit nisi doctor iuuenis esset dignior & excellentior, quia est præferendus senioribus. ita dicit glos. in §. ordinationem. in verbo, compro. in authentic. de monac. & ibi Ange. sequitur. facit l. prouidendum. C. de postula. vbi Salyce. not. Imò fortiùs tenuit glos. in l. j. C. de anno. ciuilibus. libro xj. quod scholaris si sit excellentis doctrinæ debet præcedere doctorem, quomodo tamen debeat præcedere, glos. ibi declarat. & in c. clerici. de iud. & ad probandum talem excellentiam in doctore vel scholari requiruntur quindecim testes. tex. in l. vnicuique. C. de proxi. sac. scrin. libro xij. ad hoc reputatus singularis per Ludo. Rom. in repet. l. si verò. §. de viro. in 53. fallen. ff. sol. mat.

Secundò fallit nisi doctor iuuenis actu legat, quia debet præcedere doctorem etiam seniorem, qui non legit. ita probat tex. in l. secũda. & ibi And. de Baru. & Ioann. de Pla. C. de dig. ordi. ser. libro 12. Andr. de Baru. & Nicol. de Neap. in l. 1. C. de consul. li. 12. Alexan. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup.

Tertiò fallit, nisi iuuenis maiori tempore legeret, & haberet maius stipendium, vt tradit Felyn. in rubri. de maiori. & obedien. & de ista materia tradit Iaso. in l. si seruus seruum. §. sequitur. in vlti. notab. ff. de verborum obligationibus. Decius in l. cùm quid. ff. si certum petatur, cum multis decisionibus, quas scribũt mod. Hispani. Institutio. de iusti. & iu. in rub. B. Soc. reg. 128.

¶Doctor inuitus potest compelli ad consulendum regulariter, quia munus est publicum. glos. in l. 2. C. de proxi. sa. scri. lib. 12.

Fallit quando fuit assumptus primò aduocatus pro parte aduersa. Barto. in l. proximè. ff. de iis quæ in testa. delen.

Fallit in doctore non subdito illi iudici coram quo cõuenitur. Fel. in capitulo si pro debilitate. de off. del.

Fallit in crimine hæresis. cap. ad fidei fauorem, de hære. in vj.

Fallit in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauagãti qui sint rebel. ibi nullis, vbi gl. Bar.

Fallit in personis, quibus est interdicta aduocatio, vt in l. j. ff. de postul. & nota quod aduocare prohibitus, non intelligitur prohibitus, si id faciat cum licentia superioris.

Doctor ad hoc, vt de sua lectura habeat salarium, debet ipsemet, & non per substitutum legere. Bal. Sal. l. vnic. §. vt autem. C. de cad. tollen.

Fallit in casu necessitatis, si æquè idoneũ substitueri

Fallit vbi esset contraria consuetudo. Fel. in c. j. de summa Trinitate.

Fallit quando substitueret filiũ. Rom. sing. cccccclxiij incip. ille cuius. Faciunt multa similia relata per Feli. in c. afferte. de præsump. & Præpositum in c. quoniam

niam de magistr.quod intellige verum in filio legitimo & naturali,vel saltem legitimato,cum clausula vniuersali,secus in bastardo tantùm, iuxta notata per Barto.in l.liberorum.de verborum significatio. S.Ianu.reg.63.

¶Doctor potest compelli ad consulendum, gloss. in l.2.C.de profes.lib.12.vbi Bar.

Fallit in 3.casibus quos no.Fel.in cap.si pro debilitate de off.deleg.

Doctor qui facit consilium non potest regulariter illud reuocare.Bal.in c.si pro debilitate.de off.deleg. Bar.in l.de tutela.C.de in integ.rest.

Fallit in 3.casib.quos not.Fel.in d.ca.si pro debilitate.

Doctor præcedit militem. Bald.in proœ.ff. in fi. & in l.quod constituitur.ff.de testa. milit.

Fallit in 3.casibus,vt per Felin.in cap.clerici.de iud.co lum.fin.

Doctor antiquior præfertur iuniori.fallit in 5.casibus vt per Deci.in l.2.§.creditum.ff.si certum petat.nu. 11. Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 6.per Dec. in l.cùm quid.ff.si certum pet.Ampliatur in 2. casi. & limitatur in 7.per Purp. in d.l.cùm quid. fallit in 2.casibus,vt per Alc. in tract. præsump. reg.1. præsump.45.

Fallit in 8.casibus,vt per Io.Bolog.in dict.l.cùm quid. num.34.& seq.& num.46.vbi poteris videre multas limitationes.

Iudæus nõ potest fieri doctor. Ampliatur & limitatur per Iaso.in rub.ff.de iust.& iu.nu.4.

Domum suam reficere vnicuique licet.l.domum. ff.de reg. iu.vbi Deci.limitat in 2.casib.

Deiiciens aliquid in via vel effundens, tenetur ad pœnam dupli.l.1.ff.de his qui deiecerunt vel effud.

Fallit in quinque casibus,quos not Pet. Rauen.re.194. Don.Fina,lib.5.

¶Doctor potest compelli inuitus ad consulendum glos.in l.2.C.de proxim.sacro scrin.libr.12.vbi Bar. etiam tenet.

Limita tripliciter,vt per Felin.in c.si pro debilitate.de offic. deleg. B.Dias.197.

¶Doctor præcedit militem.Ita Bald.in proœ. ff.in fi.& in l.quod constituitur.ff.de testa.mil.& Ant.in rub.de maio.& obe.Fel.in c.clerici.de iudic.

Limita tripliciter,vt per Felin.in dict. capitul.clerici. B.Dias re.199.

¶Doctor qui dedit consilium,non potest regulariter illud reuocare.Bald. in c.si pro debilitate.de offic.deleg.vide Bart.in l.de tutela.C.de in integ.rest. minor.

Limita tripliciter,vt per Felin.in dict.cap.si pro debilitate. B.Dias re.198.

¶Doctor simplex regulariter præfertur militi simplici.Bal.in proœ.Dige.docto.in c.clerici. de iudi. dixi in proœ.inst.post alios.

Primò fallit in doctorellis pauca scientibus. Bal.in d. c.clerici.

Fallit in militibus ad latus principis adsistentibus.Ange.in l.in testamento.ff.de testa.mili.

Fallit in actibus militaribus,lege prima.C.de of.vica. S.Ianu.reg.62.

¶Doctor. Doctoris dictum intelligendum secundum legem quam allegat Bar.in l.non solùm. §.liberationem.de lib.leg.

Auctoritas doctorum vbi deficit lex,pro lege seruanda est.de iurisdict.l.si idem.cum eodem. vbi Angel. hoc notat & Hostien.in c.inquirendi.de pec.cler.vide latissimè in tract.Can.regul.in 2.parte,prima pa.

tit.7. Riisvvich.

¶Dolus.Paulus. Lex cxxviij. al.Vlpian. lex 128.al.Iulian.

Non videntur data,quæ eo tempore quo *a* dãtur,accipientis non fiunt. Qui iussu iudicis aliquid facit,nõ videtur dol.mal.facere,*b* quia parere necesse habet.

Additio. a dentur in P. Floren. b quia,in P. Florentin.

Ex eodem tit.de aqua pluu.arcenda.ad quem Iuris studiosum remitto. Viuiennus.

¶Dolus.198. L. 159. Iauolenus libro decimotertio ex Cassio.

Neque in interdicto , neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris,siue soluendo est, siue non est.

Exc.à l.26.§.inuenimus.C.de ami.tu.in 6.ca.76.delictum personæ.de euict.l.4.§.si contra,ne vis fiat. l. 1.§.hoc edicto,de pecu.l.summa.22.§.si dolo,de ta. exhi.l.pe.de ac.emp.l.pe.l.13.§. idem Iuli. de dol. l. 15.si seruus,quæ in frau.cre.l.ait.§.ait quod quisque iu.l.4.§.si procurator.de pact.l.si vnus.§. ante omnia,28.C.Theo.vnde vi.tit.20.libr.4.dolum.Contrà,quãdo fac.tu.l.2.l.4.l.1.l.3.de dolo.l. sed etsi dolo.15. Soluendo. de ritu nupt. l. si quis tutor,de doli exc.l.4.§.illam.Exc.de trib.l.3.§.2.de euict.l.4. §.fin. Riisvvich paratit.

¶Dolus.145. L.188.Vlpianus lib.66.ad edictum.

Nemo videtur fraudare eos,qui sciunt & consentiunt

Iunge ad l.138.§.1.l.56.nullus.§. nemo videtur dolo, in 6.c.27.scienti.l.eum qui,de his qui in frau.cre.l.qui, §.præterea,de act.emp.l.1.in fin.de lib.ho.ex.l.3. §. si quis volẽtem.C.de transf.l.de fideiuss.l.cùm donationis,de contra.ta.l.non putauit.§. si quis sua made rei vend.l.venditor.dep.l.1.§.elegã. quod fal.tu. l.1.§.fin.de in ius voca.l.quamuis. de aqua pluu.l.1. diem.de furt.l.omnes,§.penult.Exemp.de fur.l.49. §.qui ex volun.quæ in fraud.cred.l.6.§.præterea illud.Insti.de ininr.§.fina.arg.ff.eod.titu.l.1.§. vsque adeò,29.quæst.2.cap.si quis ingenuus.cap.si fœmina,de sent.exc.cap.1.Fraudare.scilicet à principio. Sciunt. scilicet,& qui scire debent, scilicet tempore contractus,de æd.ed.l.1.§.si intelligitur.l. si tam.§.ei.§.in ædilitiis.l.iustissimè.§.fina.distinct. 16.cap.quod dicitis,de cle.exc.min.ca.Apostolicæ, quod met.cau.cap.penultim.in fin.Exc. de ser.corrupto.l.1.§.persuadere.C.de rap.virg.l.1.cum auth. ad legem Aquil.l.libe.Secus de æquitate. C.de furt. l.si quis seruo. sup.117.§.fin.Contrà de sen.exc.cap. contingit. Riisvvich paratit.

¶Dolus. 131.L.174. Paulus libro vigesimosecundo ad edictum.

Qui dolo desierit possidere, pro possidente, *a* damnatur,quia pro possessione dolus est.

Addit. a al.possessore.

Ex tit.de nox.ac.l.in bonæ fidei.arg.l. pen. de iust.inf. l.195. parem.199.§.semper.cap. 36.pro possessore in 6.de rei vend.l.fin.§.sed si is.§.quod si dolo,de peti. hær.l.sed etsi.§.perinde.25. §. quod autem.§. is qui dolo.l.item veniunt.§.item eos,ne quid in lo. pu. l. 2.§.hoc interdictum,vt li.pen.c. eccesia S.Mariæ, si ex nox.l.2.§.1.quod vi aut clàm.l.semper.§. antepẽ. si quis omis.cau.test.l.1.§.totiens.§.si de dolo.c.contingit.ad exhi.l.3. §.si mecum.ver.alioqui.l. Celsus. §.idem Iul. l.Iulianus. respon.1.§. si tibi, iuncta l. si vir rerũ amo.l.3.l.4.Damnatur.scilicet in effect. de rei vend.l.hæc si res,l. is qui dolo. Contra l.electio.§.si quis,de noxal. Riisvvich paratit.

¶Do-

¶DOLVS. 150. L. 193. Idem libro sexagesimooctauo ad edictum.

Parem esse conditionem oportet eius, qui quid possideat vel habeat, atque eius cuius dolo malo factum sit, quo minus possideret vel haberet.

Ad verbum ex l.2.§.hoc interdictum locum, ne quid in lo.pu. Iũge l.199.§.semper qui dolo.l.qui dolo.l. generaliter de nox.ac.l.si bonæ fi.l.155.qui potest facere. Riisvvich paratit.

¶DOLVS.151. L.194. Paulus libro sexagesimoquarto ad edictum.

Nemo damnum facit, nisi quod id facit quod facere ius non habet.

Ex titu.ne quid in lo.pu. vbi damni mentio fit.iunge l. 197.§.non videtur vim.l.130. § l.j.110.nullum crimẽ. l.17.culpa caret.l.199.ad ea.Exemplum.C.de adul.l. Gracchus.l.permittere.de verborum obligation. l. qui seruũ.de iniur.l.iniuriarũ.§.is qui.§.seq.l.sed & si vnus.§.2.ad l.Aquil. l. quemadmodum. §.si quid tamen.l.scientiam.§.qui cùm aliter.l.huic.de damno infect.l.3. Riisvvich paratit.

¶DOLVS. L. a 56. Gaius lib. 2. de testamentis ad edictum vrbicum. a al.55.

Aliàs, Idem lib.3.de legatis ad edictum vrbicum. Aliàs Scæuola.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur.

Ex titu.si quis omissa caus.test.Iunge.l.20. nõ solet doli exc.128.§.qui iussu iu. inf.l.80.fraudis.de lib. ho. exh.l.3.§.is tamẽ.§.hæc verba pro soc.l.iure.l. actione 65.§.item qui.l. meritò 51.de serui.vrba.prædio. l.cum eo.l.Imp.C.de emen. pro.l.1.Exem. de aqua pluu.arcen.l.2.de pec.l.eo tempore, de con. cau.da. l.si donaturus.§.si quis indebitum.man.l. fideiussorem 52. quæ in fraud. cred.l. 6. §. antepenultim. de dam.l.26.arg.dep.l.1.§.status. quæ in fraud.cred.l. quod ad. DOLO. scilicet, nec vi, inf. l. factum.§.1. SVO. Vel publico de iniu.l.iniuriarum.§.1.§.is si donaturus. VTITVR. Id est, aliquid facit, vt lucretur, vel vt damnum vitet. Lor.axiom. 199.de leg.2.l. cũ pater.79.§.filia.de negot. gest.l.atqui.§. si cum me. inf.l.qui in ius, vel suum recipit.inf.l.nihil dolo.172 Secus si nocendi animo negotium principaliter fuerit gestum, argu.l.1.§.denique.inf.l.62.l.domum quod in dubio nunquam præsumitur pro soc.l.51. meritò, inf.l.1.ne obstet.l.3.l.nõ obstet alteri.de dã. infect.l.24.in fin.l.Proculus. Contrà.C.de rei ven. l.quotiens.C.de contrahend.empt.l. rem al. iuncta l.qui duobus.l. impuberem. de fal. Secus si certum petatur.l.pecuniam. C. de ser.l.si in ædibus. cum l. seq.in fin. Riisvvich paratit.

¶DOLVS de re.iur.l.8.fraudis.56.nullus videtur 138. nemo videtur 188.nemo videtur fraudare.110. non potest videri improbus.160. non potest dolo. dolo facit.117.non capitur.48.consilij.50.alterius circum uẽtio.l.79.generaliter.199.semper qui dolo.193.parem.174.qui dolo desierit.122.in iure ciuili. 40. in omnibus causis.20.qui cum alio.24. contractus qui dam dolum.125.§. qui iussu. 64.qui fine dolo.

Dolus malus etiam absentis esse potest, vi bo. rap. l.8. l.4.§.si cùm seruum.§.hoc.

Is qui per iniuriam verberat, dolo facit. dicta l.4.§.penultim.

Dolosa persuasio plus est quàm violenta coactio. de lib.ho.ex l.3.§.si quis volentem.de ser. cor.l.1.§.per suadere.gl.in c.certo.12.q.1.

In vniuersum hæc reg. sequenda est, vt dolus omninò puniatur, etsi non alicui, sed ipsi qui eum admisit, damnosus futurus sit.ff.lib.44.l.11.§.si.

Nemini sua frustratio prodesse potest.ff.lib.17.ti.1.l.4. §.si cùm seruum.

Absentis etiam dolus malus esse potest.ff.lib.47.tit.8. l.4. §.hoc autem edicto.

Dolus est si quis nolit persequi quod persequi potest, aut si quis non exegerit, & c.ff.lib.17.tit.1.l.44.

Suspicionem doli mali & metus tollit præsentia amicorum.C.de transac.l.Transactio.

Dignum est fraudem in suum auctorem retorquere.C. de lega.l.pen.Ouidius,

Discat in auctorem pœna redire suum.

Dolis & fraudibus omnibus modis occurrendum. de dol.l.j.resc.c.sedes. Riisvvich.

¶DOLVS.129. L. 172. Paulus libro vigesimoprimo ad edictum.

Nihil dolo creditor facit, qui suũ recipit.§.Cùm principalis causa non consistit, nẽ ea quidem quæ sequũtur, locum habent.

ADDIT. al.plerunque, nec ea.

Iunge ad l.79.generaliter. 56.nullus videtur dolo. 80. fraudis.138.§.1.l.119.creditor.Exem.de con. inde.l. si donaturus.§.si quis indebitum.SVVM.scilicet debitum sibi, de cond.inde.l.si repetitio.l. si pœnæ.C. de pet.hæ.l.de hæredit.Exc.quæ in fraud.cred.l.qui autem.§.apud.§.sciendum.Vide Pirrhum.

§.Cùm principalis.deest hic.§.in quibusdam Codicibus, cùm sit ad verbum ferè.sup.l.139. cum princip. Riisvvich paratit.

¶DOLVS. Dolus dolo compensatur.

ff.de contrah.emp.l.donum.in fine.

ff.solut.matrim.l.viro. Az.rub.5.

Si dolo quis fecit aliquid, ei non prodest.

ff.de arb.l.ita demum.

ff.de iurisd.omn.iud.l.2.

ff.de cond.indeb.l.in summa. Az.rub. 5.

Dolo comparatur lata culpa.

ff.de verb.sig.l.magna. in fi.tit.

ff.de act.& obl.l.1.§.is.

ff.de peculio.l.quæsitum.§. qui illud.

ff.si mens.fals.mod.l.2. Az.rub.5.

Dolo non comparatur lata culpa.

ff.ad l.Cornel.de sica.l.in lege.

ff.de dolo.l.eleganter.§.idem Labeo.

ff.depos.l.si hominem.

Hæc regula fallit. Vbicunque dolus tantum venit, non culpa, contrahitur delictum, vt in furto, rapina, iniuria. vt ff.ad l.Cornel.de sicar.l.qui eadem. & ferè in qualibet publica actione. vt ff.ad l.Corn. de sicar. l. in legem. Azo ru. 5.

¶DOLVS.199. L.160. idem libro 6. epistolarum.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non a paruit.

ADDIT. a al.obtemperat.

Sup.l.non videtur.§.qui iussit. l. 128. de re iu.l.contumacia.in fin.l.3.si quis ius di.non obtem. l.1. de iniur.l.iniuriarũ. §.si quis, de min.l. si ex causa iud.9. Declarat Paulus Cast.in l.vt vim.de iust.& iu. Abb. & Dec.in c.si quando.de off.de.In Flo.sequitur hãc l.quoties nihil. inf.200. Hinc ait Cato. Foro pare. Exc.l.fi.de iurisd. Riisvvich.paratit.

¶DOLVS. Scienti & volenti dolus non infertur.

C.de epis.aud.l. si legibus.

C.de resc.vend.l.venditor.

C.de transac.l.cùm donationis.

ff.de contrah.empt.l.domum.in fi.

ff.de act.emp.si minor.

ff.de

ff.de iniur.l.j.§.vsqueadeò.
ff.quod fals.tut.l.j.§.vltim.

Scienti & volenti dolus non infertur.) Verum est scięti & volenti dolum non inferri, vt ex eo agi possit, cum effectu infertur: tamen adeò vt nascatur actio, elidenda per except.vt ff.de furt.l.inter omnes.§.vltimo.

Dolus pro possessione accipitur.
C.ad exhib.l.ad exhibendum.
ff.de petit.hæred.l.sed si lege.§.nec vllam his.in §.item quis.
ff.de rei vend.l.quod si do.l.si autem.§.sed & is qui.
ff.si ex nox.caus.ag.l.2.§.j.
ff.quod vi aut clam.l.semper.§.pen.
ff.de re iud.l.qui dolo.§.vltim.
ff.de nox.l.si hæres dolo.
ff.de dolo.l.dolo.
ff.de cond.ob caus.l.cùm seruus.

Dolus pro possessione accipitur, vt ff. de reg.iur.l.qui dolo.& l. parem.& l.adeò.§.semper.ad hoc scilicet vt in tantum teneatur qui dolo desiit possidere, in quantum possidens: non vt teneatur taliter: & ita contra possidentem directa datur actio contra dolosum,vtiliter, & fortè ciuilis,quæ priùs dabatur in possidentem dolosum,prætoria nō inuentione,sed extēsione.vt ff.de nox.l.electio.§.item si ex.& §.si is quem.Sic etiam dicit lex,ratihabitionem comparari mandato:nō tamen agitur mandati,sed negociorum gestorū.vt ff.de neg.gest.l. Pomponius.§.vlti. in fin.& ff.mand.l.ex mandato.§.vltim.& de re.iur. l.hoc iure.§.deiecit. Azo Rubr.5.

¶Dolus.Cai.† Li.ii.de test.ad edic.vrb. Lex lv.

¶Nullus videtur dolo facere,qui suo iure vtitur.

Additio.† alias Scæuola.al.Vlpian.lib.iij.de legatis ad Edict.Vrb.

Ex titu.si quis omissa causa testam.Et in re communi qui vtitur, dolo facere nō videtur, dominus si seruū corripiat non dolo facit si modum non excedat.l. iiij.§.is tamē.de li.ho.exhi.l.iniu.§.j.de iniur.Viuiē.

¶Dolus, & Auxilium. Ex alterius dolo alterum iuuari.In Aut.de alie.emphy.§.si verò quidem.
Azo,Rubri.104.

Emolumentum sine onere.
In Aut.de non alie.aut permu.§.sicut.
In Aut.de alie.emph.§.si verò quidam.
Azo,Rubr.104.

¶Dolus,Culpa, Vlpianus lib.xxix.Ad Sabinum.
Lex xxiij.

¶Contractus quidam dolum & culpam.Dolum tantùm,dispositum & precarium,dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum,locatum:item dotis datio,tutelæ,negocia gesta.In his quidem & a diligentia. (sed &) societas,& rerum communio, & dolum & culpam recipit.Sed hæc ita,nisi si quid nominatim conuenit,vel plus vel minus in singulis contractib.nam hoc seruabitur quod initio conuenit: legem enim b contractui dedit,excepto eo,quod Celsus putat, non valere, si conuenerit,ne dolus præstetur. Hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium c est & ita vtimur. Animalium verò casus,morésque quæ sine culpa accipiunt:fuga seruorum,qui custodiri non solent:rapinæ,tumultus,incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum,à nullo præstantur.

Addit.a diligentiā in P.floret.() inclusa ibi d.desunt. b contractus in P.florent. c esse in aliis vet.impres.

Coniunge.l.xj.deposit.& l.si vt certo.§.nunc videndū. j.ff.commodat.l.j.§.si vestimenta.& §.fina.ff.eod.6. Viuiennus.

¶Dolus,Culpa.L.24.Vlpian.lib.29.ad Sabinum. Contractus quidam dolum malum tantum recipiunt, quidam & dolum. & culpam:dolum tantum deposi tum,& precarium : dolum & culpam, mandatum,cōmodatum, venditum, pignori acceptum, locatum: item dotis datio tutelæ, negocia gesta:in his quidē & a diligentiam, b societas & rerum communio, & dolū & culpam recipit:sed hęc ita,nisi si quid nominatim conuenit,vel plus,vel minus,in singulis cōtractibus:nam hòc seruabitur quod initio conuenit: legem enim c contractus dedit, excepto eo quod Celsus putat,nō valere si cōuenerit,ne dolus pręstetur:hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium d est, & ita vtimur.Animalium verò casus, mores,quæque sine e culpa accidunt, fugæ seruorum qui custodiri non solent, rapinæ, tumultus,incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonū à nullo præstantur.

Additio. a alias diligentia. b al. Sed &. c alias contractu. d alias esse. e alias vitia legitur.

Epitome omnium actionum quę ex contractu veniūt, teste Oldendor. qui latè hîc tractat, quatenus lęsi in cōtractibus agere possint.Et primò has causas prosequitur,dolū, culpam,custodiam,diligētiam,periculum & casus fortuitos:deinde 6.Circumstantias, per quas obligatio contractuum variatur,Conuentionem Moram,Æstimationem, Mercedem,Compensationem, & publicam vtilitatem. Cōpendium huius regulæ habet suo more Bonifa.in 6.c.86.capitu.contractus.

¶Dolum.Dep.l.j.l.2.l.quod Nerua.Rationes & exceptiones habentur com.l.5.§. 2.Precarium.De prec.l.8.§.eum.Mandatum.Man.l.8.§.fin.l.antepe.§.fin.Commendatum. Com.l.4.§. nec cum, l. in rebus,in prin.§.j.l.hoc.§. item qui sciens.Venditum.De fur.l.eum,de cōtr. emp.l. quod sæpè,§. si res.Pignori.Insti. quib.mod.re.con.§. fina.de bon.aut.iu.poss.l.prætor.Locatum.Loc.l.si merces,§.qui columnam,26.C.eod.titu.l.in initio. Dotis Datio.Quæ quidem leuissimam recipit culpam,si maritus in bonis suis diligentissimus sit,glo. in l.in rebus,C.de iu.dot.Et casum, si æstimata dos sit,de iu.l.si non cum. De dolo verò maritus quādoque tenetur, solut.matr.l.etiam,§.j.l.si mora.Lo.ax. 149. Tutelae.C.de arb.tut.l. quicquid de suspe. tu.l.3.§.tutores,de lata tamen culpa tenetur in trib' casibus de administr.tut.l.tutor qui.§.competit,C. de arbitr.tuto.l.2.C.de hære.tut.l.j.Negocia.De neg.gest.l.5.§.interdum,C.eod.titu.l.tutori.Et sunt hi postremi improprij cōtractus,Inst.de ob.quę ex quasi con.§.igitur cùm aliquis.§.tutoris,de ac.& ob. l.4.§.si quis absentis,§.tutelæ.Diligentiam.De admi.tut.l.à tutoribus.Societas. Pro soc.l.cum duobus,§.j.Institu.eod. titu.§.fin.com.l.5.§. 2.in fi. Communio.Fa hære.l.hæredes,24.§.non tamen, l.& puto,§.sed etsi.C.cōmu.diui.l.si maior.Diligētiam de commendato & mandato tantum accipit Faber.de admin.tut. l.à tutoribus,l.tutor secundum §.j.l.Chirographis,l.cùm tutor,§.final.& non de tutela,vt Harmenopolus interpretatur.Conuenit. C.commodati,l.j.de contrahen.empt.l.quod sæpe, §.si res de pigno.act.l.quæ fortuitis,in fi.dep.l.j.§.si cōuenerit,C.eo.l.1.§. sæpe,de pact.l.pacisci.Secus si substantia contractus mutetur conuētione de prec.

l.cum precario.12.arg.de vsufr.ea.rerũ,l.2.de vsu & ha. l.per seruum, §.denique,de contrahen.emp.l.pacta,l.cum manusata. In Initio. Ne obstet.l.pacta,de contrahen.empt.l.7.§.quinimò,de pact. Ne Dolvs.Dep.l.j.§.si côuen.de pact.l.si vnus,§.illud, 28.l.7.§.si paciscar,com.l.in conuent. Casvs. Id est quid fortuitò animalibus accidere de nego.gest. l.si negotia,l.siue hæreditaria.Loc.l.10.§.2.de actio. empt.l.si ea. 31.C.mãd.l.à procur.de administ.tut.l. si res pupillaris.Ratio,inf.l.31.im possibilium, de administr.re.ad ciuit.pertin.l.2.§.si eo tempore.Mortes.Vulgarem lectionem, moréśque,quæ sine culpa accidunt, magis probat Pet. Fab.per dict.l.in rebus. Cvlpa. C.de pigno.action.l.4.dicta l.siue. Exemp.C.de pericul.tutor.dicta l.in rebus,§.quod autem, dicta l.5.§.sed interdum.5.§.quod. Institut. quibus modis re.§.j.de dep.capit.2.sim.si quis cau. l.2.§.quod.Et hæc exceptio est generalis ad omnes casus fortuitos,quibus adde quæ habet l.antepe.C. de nego.gest.l.j.C.dep.5.tit.eodem.l.si in Asia,§.finali.si in vendit.de pericu. Excipiunt quoque Decius & Bal.Moram.irregularem, si certum petatur. l.quod te,de verborum obligatio.l.si ex legati,de vi & vi.l.meritò, §.rectissimè. Cvstodire.De rei vendi.l.si à bonęfid.dicta l.in rebus.Secus dicta l.5. §.custodiam. Tvmvltvs.De incẽ.rui.nau.l.j.§.ex incen.depo.l.j.§. Prætor, §.quod tumultus. Mandati,l.inter causas,§. non omnia,26.de actio.& obligation.l.j.is qui vtendum. Incendia.C.de pericul.l.penul.de præscri.verb.l.si rem,§.pe.l.10.§.j.al. est.9.§.si colonus,l.ex condit.§.cùm quidam. Secus Loc.l.insulam,§.fin.de verborum obligatio.l.& ita hæsitatũ,ad legem Aquil.l.si seruus,§.si fornicarius commodati,l.5.§. proinde,pro soc.l.si duobus.§.dãna,de nego.gesto.l.siue hęreditaria.nau.cau.l.3.dubium facit l.si vendita,de pericul. Aqvarvm.Dicta l.3.§.mihi,de pericul.l.10.§.fina.Magnitvdines. Præter hanc reliqui casus in hoc capitul.enumerati facto hominis accidunt. Porrò numerantur & alij naturales casus fortuiti,vt Tempestas, Naufragium,Vis fluminis,Graculorum,Sturnorum,Senectus,Morbus,Mors, Vredo solis,feruor non assuetus,Terræmotus & Niues,de diuer.pręscrip.l.27.§. nau.cau.l.i.§.nisi,de damno infecto,24.fluminum, §.sed & Loc.l.ex conducto,§.j.l.maritus,69.com.l. 5.§.quod verò.Man.l.26.§.non dep.l.si plures,§.fin. de contrahen.emp.l. fistulas, §.final.Iis autem casibus, qui facto hominis contingunt,adiiciunt Ruinam, Defectum facultatum, Publicationem, Decretum curiæ.Id quod ex nutu Principis dependet, furtum & iniuriam,ad legem Falcid.l.in ratione,de administr.rer.ad ciuita.pertinen.l.2.Loc.l.si fundũ de euict.l.Lucius Tit.Praedonvm.Item hostiũ, Piratarum & Latronum,C.de pigno.action.l.si gratuitis.5.C.dep.l.j.dicta l.in ratione.nau.cau.l.3.§.ad hoc,C.de pignor.actio.l.5.dicto §.nõ omnia,de administr.tut.l.si res pupill.C.de loc.l.damnũ,l.j.sup. Loc.l.si quis fundum.§.Imperator,al.est,l.si quis dãnum.Latè hîc Faber tractat culpas & diligentias. Riisvvichius paratit.

¶ Dolvs. Fraus & dolus nemini debent patrocinari.

Pro.

Ext de cogna.spirit. cap.2.
Ext.de rescript.capitu.super literis.
Ext.de donat.cap.inter dilectos.
Ext. de dol.& cont.cap.ex literis.
Ext.de eo qui duxit in matrimo.capitu. propositum.
Ext.de appellat.capitu.ex quorundam & capitu.suggestum.
D.de.dol.l.ne ex dolo.
D. de vsucap.l.3.§.vltim.
C.de repudi.l.dubium non est.
Institu.de his qui sui iur.sunt,vel alieni.§.in potestate ad finem.

Contra.

Ext.de appell.cap.cùm si Romana.
Ext.de dol.& cont.capit.j.
Ext.de excep.capitu.cùm ecclesiastic.
D.de reg.iur l.cùm par delictum.
D. de condict.sine causa.lega.auun.
D.de dol.l.1.§.non scit.
22.quæst.2.capitu. vtilem.
22.quæst.4.capitu.vt pridem.

Solvlio.

Prima regula vera est : quiá dolus non debet alicui patrocinari,nec auditur,ille qui turpitudnẽ suam allegat vel dolum à se commissum.dicto capit.inter dilectos.Et si ei tradita sit res ex contractu dolo eius inito,reuocabitur per actionem de dolo.D.de dolo, per totum est argument.extra.de re.permut. capit. cum vniuersorum.hoc est verum si ille cum quo cõtraxit dolosus particeps doli non fuit.Si enim fuisset doli particeps,tunc licet actori nõ prodesset dolus contra reum, proderit tamen reo contra actorem,propter regulam,quæ dicit:Quod in pari causa turpitudinis potior est conditio rei.dicta l.cùm par delictum. Et hoc est quod dicit,consueuit:prodest dolus resistenti,vt putà si iuuetur commodo possessionis propter aliam regulam,quæ dicit:In pari causa turpitudinis,potior est conditio possidentis. dict. l.auunculo.Et ita l.intelligitur ext.de exceptione.capi.cùm ecclesiasticæ.cum suis concordantiis.Quando dolus committitur extra contractum, sic agendum est, quòd dolosus non lucretur ex suo dolo.d. c. super literis. Damas.reg.20.

¶ Dolvs,& in obedientia.Iabolen.vj.Epistolarum.
† Lex cxcix. † alias ccix.

¶ Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non *a* obtemperat.

Additio.

a paruit.in P.florentin.

Dolo litigator facit, si non patitur eum esse in possessione, quem iudex miserit.facit l.j.si quis ius dicẽt. l.iniuriarum. §.si quis.de iniur.& vid. Castrens.l. vt vim.de iustit.& iur. Viuiennus.

¶ Dolvs. Dolus proprius committenti patrocinatur.

C.de furt.l.si quis seruo.
ff.de inoffi.test.l.si quis in suo.
ff.de bon.libert.l.qui cùm.§.si pater.
ff.de vsucap.l.sequitur.§.si via.
ff.de furt.l.quis vas.§.si ego.
ff.ne quis eum qui in ius voc.l.si per.§.j.
ff.de inoffi.test.l. quemad.§.quartam.
ff.de condi.& demonstr.l.quæsitum.
ff.de statu liber.l.si peculium seruo.
l.commnia fraud.do.Rub.fraus ne.
ff.de nouerc.l.dol.mali excep.in fin.
ff.de municip.l.Titio.§.cum.
l.de leg.rubric.maligna & proxim.
ff. de doli excep.l.apud.§.Marcellus.& l.si procurator.

ff.de

ff.de eo per quem factum est.l.secun.& 3.§.j.
Azo,Rubric.5.

Dolus committenti non patrocinatur.
C.si minor se maiorem dix.l.2.& 3.
I.de mand.Rubric.j.
I.de act.Rubric.ex alterius.
C.de seruo pigno.dat.l.si creditoribus.
C.de vsur. l.eos qui.in fin.
C.si omiss.caus.test.l.j.
C.de legibus.l.illud.
ff.si quis caut.l.2.§.vltim.
C.de inoffi.test.l.eum qui.
ff.de act.empt.l.Iulianus.§.si venditor.
ff.de euict.l.si cùm venditor.
C.de præscript.decem.vel viginti annorum.l.
si fraudem.
C.pro empt.l.2.
C.de seru.fugit.l.quicunque.in fin.
C.de recept.arb.l.3.
C.ad Velleia.l.si fine.
C.de dol.malo.l.si maior.
ff.de receptis arbit.l.ita demum.
C.de transact.l.transactio finita.
ff.de iureiur.l.nam postea.§.sed & si.
ff.mand.l.hominem.
ff.solut.matr.l.& si.§.sed si non patet.
ff.pro socio.l.verum.§.tempus actione.§.
diximus.
ff.de magist.conuen.l.j.§.sciendum.
ff.de dolo.l.j.& l.quod si cùm scires.l.ne ex
dolo.l.si legatarius.
ff.quod vi aut clàm.l.semper.§.eum.
ff.de furtis.l.eum qui.§.his.

Dolus proprius committenti patrocinatur: & econtrà.)Hoc quod hîc dicitur, regulare est,quòd nemo ex suo delicto facit conditionem suam meliorem. vt ff.de regulis iur.l.non fraudatur.§.nemo.& de dolo.l.j.in princip. quod autem legitur C.de furtis & seruo corrupto.l.si quis speciale testament.vt in eadem lege continetur.item quod legitur.ff.de inoffi. testament.l. Papinianus.§. quarta fauore libertatis dicitur.aliàs filium suum pater fraudare non potest. vt C.de inoffi.testament.l.quoniam in prioribus.& aut.nouissima. Item quod legitur de conditio.& demonstrat.l.quæsitum.non obstat:quia non patrocinatur ei.cùm ipse ob id teneatur actione in facto. vt ff.de condit.causa data.l.dedi.§.vltim. Similiter respondetur illi legi,si peculium,de statu liberis. Posset tamen respõderi ad omnes prædictas leges,quòd non dolo facit is,qui legis autoritate vel permissione facit:vt ff.de regul. iuris.l. nullius. Similiter & posset responderi illi legi de bonis libertorum, qui cum.§.si partes. vel ibi admittitur causa periculi rerum vitandi,argumen.ff.de iniur.l.si quis de libertate & de nego. gest.l.atqui.§.cum Mela. Quod autẽ legitur de vsucap.l.sequitur.§.si via.nõ obstat:quia ibi non patrocinatur decipienti:cùm ob hoc teneatur mihi,qui eius occasione amisi seruitutẽ, saltem actionem in facto.vt ff.de prescript.verb.l. quoties. Item quod legitur de doli except.l.apud.§. Marcellus.& l.si procurator.& ne quis eum qui in ius vocat l.si per.§.1.& de eo per quem factũ.l.j.§.j.statuitur. ideo quia ea persona est indigna,quę proponit querelã.Item quod legitur.ff.ad municip.l. Titio.& de nouat.l. doli exceptio.Nec obstat:quia ibi non fuit dolus, sed calliditas quædem, qua nemo fuit deceptus, id est, damnum passus:quæ non cadit in Doli nomen,nisi ex ea decipiatur aliquis. vt ff.de dol.l.j. dolum. Azo,Rubric.5.

¶Dolus,& Restitutio. Bonifa.Reg.lix.
Dolo facit qui petit,quod restituere oportet eundem. L.in condẽnatione.§.dolo.de reg.iur.l.dolo.ff.de dol. except. Viuiennus.

¶Dolus,vel negligentia non præsumitur,nisi probetur.per totum.ff. de dolo.& facit tex. in capitu.præsumitur de reg.iur.in 6.

Fallit in omittente facere id,quod scit se debere facere.l.si procuratorem.§.dolo. iuncta l.dolus.ff.mandat. secus si ignorãte.l. quod in alterius.ff.de regulis iuris.

Fallit in faciente actum simpliciter prohibitum, quia præsumitur dolus,secùs, si actus erat permissus.cap. j.de præsumpt.

Fallit,quando actus aliquando est prohibitus,aliquando est permissus,& sic clandestinè: quia præsumitur dolus.l.fina.ff.de ritu nup.l.nõ intelligitur.§.si quis palam.ff.de iure fisci. & vide doctor.in l.post contractum, de donat.posui in consilio secundo meorum consiliorum.

Fallit in custodibus carceris.l.ad commentariensem. C.de custod.re.iuncta l.milites.ff.eodem titulo. S.Ian.reg.66.

¶Dolus dans causam contractui in bonæ fidei contractibus,facit contractum ipso iure nullum,secundum magis communem opinionem,vt per gloss.& doct.in capitu.cùm dilecti.in gloss.fin.de emptio.& vendit.per Bartol.in l.sub prætextu.la prima. C.de transact. Vide Hispane,l.lvij.titu.v.part.v.

Amplia tripliciter,& limita xviij.modis, vt per Anto. Nicellum in tract.concordiarum gloss. iuris ciuilis & canonici,in concordia xiij.quæ incip.gloss.vna.

Dolus, vide suprà , in regula contractibus.la prima.& infrà in regula pœna.la secunda.& in regula tutori. B.Dias.reg.200.

¶Dolus latæ culpæ æquiparatur.l.quod Nerua.ff.de pos.cum similibus.

Primò fallit,quia dicta regula procedit in ciuilibus,secùs autem in criminalibus,quia vbi agitur de pœna, & lex facit mẽtionem de dolo,non venit lata culpa. glo.not in l.in actionibus.in gloss.super ver.leuem. ff.de in litem iur.l.j.§.si quis ideo.iuncto princip.ff. vi.bonor.rap.not.glos.in l.magna negligentia.ff.de verborum significa.

Secundò fallit, vbicunque lex expresse requireret dolum:quia tunc & in causa pecuniaria, siue sit criminalis accusatio,siue ciuilis,lata culpa non æquiparatur dolo.ita not.voluit Bart.in l.j.§.non autem.ff.si quis in test. lib. esse iu.fue.de hac materia habetur plenè per Bart.in repet.l.quod Nerua.ff.depos.Bal. in l. in actionibus.ff.de iureiur.& per Salyc.in l.j.ff. depos.aliquid in l.ij. de probat.& in l.ij.C.de noxa. & plenè per Anton.Butr.& Ioann.de Imo.in capit. ij.de cõfess.& not.in l.si mora.§.si culpa.ff.solu.matrim.& Bal.in l.serui vend.C. de nox.vbi dicit quòd in homicidio requiritur dolus,& non lata culpa.& per eundem Bald.in l.pignus.C.de pign.action.vbi singul.dicit quòd in homicidio appellatione culpę venit lata. B.Socin.reg.131.

¶Dolus præsumitur, quotiescunque aliquid de genere prohibitorum committitur.*tex.est not.in l.si non conuitij.C.de iniur.cum similib. B. Soc.re. 130.

Additio.

* Committitur. Adde Corn.in cõsilio xciiij.incip.viso.in litera x.& in consil.cclx.incip.visa.in litera b.

in iij. part. quòd dolus præsumitur inesse in quolibet actu illicito. Bened. Vad.

Primò fallit, vbicunque verisimilitudo tolleret istam præsumptionem: nam si pater percutit filium, frater fratrem vel socius socium, in dubio nō præsumitur fecisse per dolum, & animo cōmittendi delictum: vt est gloss. singu. in l. j. de sicar. consideratur tamen genus armorū quo percutit. dicta l. j. & adde quod not. in capit. j. de præsump. & ibi per Innocen. xxij. q. ij. cap. quod ait. B. Socin. reg. 130.

¶ Dolus Tutoris. Iabolenus libr. xiij. ex cas.

† Lex cxcviij.

Neque in interdicto, neque in cæteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

Additio. † aliàs clix.

Nisi quatenus ad eum peuenerit scilicet, & declaratur hæc reg. secundum distinctionem Barto. l. si dolo tutoris. ff. si quis omiss. caus. testamēti. & lege vnica. §. si procurat. si quis ius dicent. non obtemperat. Viuiennus.

Dolus vnius alteri non nocet. capitu. sine culpa. capit. damnum. capitu. non debet, de regulis iuris 6. l. non debet. ff. eodē. vnde dolus hæredis non nocet fideicommissario, nec dolus defuncti nocet hæredi. Bal. auth. sed cùm testator. C. ad l. falc. Med. reg. 8.

Doli actio competit cùm alia actione.
ff. quod met. caus. l. si cum ex. §. penultim.
ff. de dol. l. si quis affirmauerit. §. vltim.
ff. de pigno. action. l. si quis. §. j.
Azo, Rubric. 5.

Doli actio non competit cum alia actione.
ff. de dolo. l. j. §. vltim.

Actio de dolo, deficiente demum omni auxilio actionis vel exceptionis aduersus hominem, locum habet. vt ff. de dol. l. j. §. vltim. & l. 2. 3. 4. 5. 6. hæc ita, nisi alia actio sit generalis: vt certi cōdictio, vel in factum: nā de quocūque prædicatur species, & genus. vt ff. de præsc. verb. l. naturalis. §. si tibi. vel alia actio sit subsidiaria, & prætoria, & arbitraria, & ab eodem edicto inducta: vt act. quod met. caus. vt ff. ꝗ met. caus. l. si cum. §. eum. cum criminali autem actione concurrere non prohibetur. vt ff. de dol. l. si quis affirmauerit. in fin.

Adiectio.

Quæritur, an cum conditione indebiti concurrat? non videtur. vt ff. de dolo. Arbitrio concurrit. ergo cum generali vel peræquè famosa, vel cum alia non ordinaria, sed ex æquitate inducta. Causa.
Azo, Rubric. 5.

Doli actio, id est dolis l. replicatio.
ff. de dol. l. eleganter. §. si dolo.
ff. de pecul. l. quæsitum. §. vltim.
ff. si seruit. vendi. l. si de communi.
ff. de in rem vers. l. si pro parte. §. versum.

Doli actio, id est replicatio.) Melius scripsisset: id est, propter dolum actio. Sic enim quandoque exponitur verbum. vt C. de dol. l. j. ne si contrarium ei quod legitur. ff. mandat. l. si mandato. §. Paulus. & ff. si ser. vend. l. si de communi. & ne sit contrarium ei quod legitur. ff. fam. ercisc. l. & puto. §. sed si dolo vel culpa. & ff. de pecul. l. quæsitū. §. vltim. nā ibi loquitur de actione de peculi. Illa autem duo exempla, ff. de in rem verso. l. si propria. §. versum. & de dolo. l. eleganter. §. si dolo. mala sunt: quia propriè designatur nomen actionis. Azo, Rubric. 5.

¶ Doli appellatione nō venit paruus dolus. l. si oleū. §. fina. ff. de dolo, sicuti parua iniuria non est iniuria. capitu. cum te. de sentent. & re iud. Specul. §. videndum. tit. de in integr. rest. Archid. capit. non potest. de præb. 6. Medic. reg. 5.

¶ Dolo æquiparatur lata culpa, l. j. ff. si mensor fals. mo. dixerit, l. is cui, §. si hæres, eod. titu.

Fallit in 8. casib. vt per Bened. Capr. in suo tract. cōclu. 78. numer. 32.

Dolum probandum esse per allegātem, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.

Fallit in 4. casib. vt per Bened. Cap. in d. trac. cōclu. 78. numer. 45. Donat. Fina, lib. 4.

¶ Dolo facit qui petit quod est restituturus, l. in condemnatione, §. dolo, ff. de reg. iur. capi. dolo facit, de reg. iur. in 6.

Fallit vt per Deci. in dict. §. dolo. Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 5. à Zasio in l. dolo facit, ff. de doli exception.

Iussus iudicis excusat à dolo. l. non videtur. §. qui dolo. ff. de reg. iur. facit tex in l. iustè possidet. ff. de acqui. pos. l. si quis id quod. §. doli. ff. de iurisdict. glo. in. ait prætor. §. j. versi. quid tamen. ff. de min. l. quanquam, vbi glo. ff. de aqua plus arcen.

Fallit in 2. casib. vt per Dec. in l. in condemnatione. §. dolo. ff. de reg. iur.

Ignorantia iuris excusat à dolo. l. sed & si lege. §. scire. ff. de peti. hæred. l. si quis in graui. §. si quis ignorās. ff. ad Silla. l. si quis id quod, ver. doli, de iurisd.

Fallit in 2. casibus, vt per Dec. in l. qui in ius. §. nemo. ff. de reg. iur.

Dolus latæ culpæ æquiparatur. l. j. ver. lata culpa. ff. si mensor falsum mod. l. is cui. §. si hæres. vbi gloss. & l. mulier, §. sed enim. ff. de dolo.

Fallit in 2. casib. quos no. Socin. in tract. fals. reg. 95.

Fallit in 8. casib. quos no. Bened. Ca. in suo tractat. reg. 78. numer. 32.

Dolus non præsumitur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. l. dolum. C. de dolo.

Fallit in 4. casib. vt per Felin. in capit. is autem. de res. fallit vt per Mar. Anton. Blan. in praxi crimi. fol. 54. numer. 126.

Fallit etiam quoties committitur aliquid de genere prohibitorum, hæc tamen fallētia sublimitatur per Socin. reg. 94.

Dolum plures committentes, an quilibet teneatur de dolo, distinguendo declarat Barto. in l. eleganter. §. 2. de dolo.

Dolus dans causam contractui facit contractum ipso iure nullum. gloss. & doct. in capitul. cùm dilecti. de emptio. & venditio. Bartol. in l. sub prætext. C. de transactio.

Fallit in 18. casib. vt per Anton. Nicel. in tract. de concordant. glo. concord. 13. qui tract. in j. volum. trac. Don. Fina, lib. 5.

¶ Dolo facit qui petit quod restituturus est. Hāc regulam probat tex. in l. in condemnatione. in §. dolo. ff. de reg. iur. & tex. in regula dolo. de regul. iur. lib. vj. & in l. dolo facit. ff. de doli exceptione. & in l. si socer. §. Lutius. ff. solut. matrim. & ibi Bart. & doctor. Circa quam regulam vide Deci. in consi. cccclxxiiij. numer. 5. Ange. Are. in §. j. numero 7. cum sequētib. Institut. de exceptionibus.

Hanc regulam limita vt per Deci. in dict. §. dolo. & ibi Guliel Maineri. qui etiā ponit aliquas limita. & ibi Pyrrhus Englebermæus, qui eam limitat quinque modis. Eandē regulam, vbi eā ampliat duobus modis, & limit. quinque modis. ponit Zas. in d. l. dolo. ff. de

ff.de doli excep. B.Duen.reg.209.

¶Dolo. Tenetur quis ex alieno dolo:& sic dolus alterius alteri nocet.

ff.de pecul.l.summa.§.si dolo.
ff.de pos.l.si is apud.ff.solut.matrimon.l.Mæuia.§.fundum.
ff.de leg.præstan.l.si emancipato.
ff.ne vis fiat ei.l.j.§.hoc edicto.

Sine Dolo Meo.

C.de inoffi.test.l.si quis in suo.
C.quib.ad libert.proclam.non licet.l.2.
C.ad l.Iul.maiest.l.quisquis.
ff.de offi.proconf.l.obseruare.
ff.naut.caup.stab.l.licet.§.vltim.

Avt Facto.

ff.de duob.reis.stip.l.penultim.
ff.locati.l. videamus.in fin.
ff.præscript.verb.l.apud Labeonem.§.j.
ff.de bonor. poss.cont.tab.l.non puta.§.3.

Regulare est,ex alieno facto vel dolo alium nō grauari.vt ff.de noxal.l.electio.§.vlti.Alterius dico,id est, me aliquo iure non contingētis:tutor enim me aliquo iure cōtingit,scilicet quia sum in eius potestate.Vnde mihi nocet dolus eius : vt suprà proxima Rubric.Nec obstat quod legitur ff.de pos.l.si is apud quem ff.locat.l.videamus.§.vltim.quia ibi non tam ex alieno,quàm ex meo facto teneor:quia indiscretum hominem elegi, vel quia mea culpa præcessit.& quod legitur ff.de præscrip.verb l.apud Labeonem. non obstat: quia ibi ex natura contractus, perfecta emptione,spectat periculum ad emptorem.Itē non obstat quod legitur ff.de bonorum poss.contra tab. l.non putaui.§.si hæredi.quia ibi dolus alienus non intercessit, imò factum fuit licitè hoc quod petiit bonorum possessio.quod enim legitur C.ad leg.Iul. maiest.l.quisquis.speciale est.

Adiectio.

Contra ff.si mens.fals.mod.dix.l.2.Sed stare nō posset, quoniam actiones cedendo non posset liberari.Respondeo ego, vt ibi dixi Causa. Azo,Rubr.5.

¶Dolo.Cùm plures de dolo tenentur,si vnus soluerit,cæteri liberantur.

ff.de eo per q.fact.est l.j.§.si plures.
ff.de dol.l.si plures.
ff.quod met.caus.l.si cùm.§.si autem.
C.de condi.furt.l.j.
ff.si men.fals.mod.l.3.in princip.
ff.ne quis.eum qui in ius.l.si per alium.§. hæc.
ff.ad l.Aquil.l.illud.
ff.de re iud. l.si quis.
ff.de public.& vecti.l.cùm si exhibuissent.
ff.de his qui deiec.l.& quidem in solidum.
ff.de nox.act.l.si plurium.
ff.commod.l.si vt.§.penultim.
ff.depos.l.j.§.quod autem.l.si apud duos.& l. si duo hæredes.
ff.de vi & vi arm.l.j.§.quoties.
ff.quod vi aut clam.l.semper.§.2.si ego tibi.
Azo,Rubric.5.

Si plures simul tenentur,vno tamen soluente, cæteri non liberantur.

ff.de iurisd.omn.iudi.l.si quis id quod.l. adeò.
ff.de nox.act.l.si ex duob.& l.si plurium.
ff.ne quis eum qui in ius.l.j.& l.penulti.§.pen.
ff.ad l. Aquil.l.item Mela.§.j.& 2.
ff.de tab.exhib.l.3.§.condemn.
ff.de libe.caus.l.vtique eius.
ff.arb.furt.l.si plures.
* Vndecimò fallit.Vide Cor.in conſ.clij.inci.ad euidentiam.in prin.in iij.part.& in conſ.lxxix.incip.licet.per totum. & in conſ.cxliiij. incip.licet per totum.& in conſ.clxxv.incip.tria, in litera d.in ij.par. & eundem Bar.Socin.in conſ.xcj.inci.viſo. verſ.ſed pacto.circa me.in 1.par. Bene.Vad.

¶ Donatio facta inter patrem, & filium ob benemerita filij,valet,& tenet: quia tunc non fit vt filio, ſed vt extraneo.Gloſſ.eſt quæ hoc voluit in authen. vnde ſi parens. C.de inofficio.teſtamen.in gloſſ.fin. not.Barto. in l. frater à fratre. in principio vltimæ quæſt. ff.de condictione indebit.

Limita,& declara duobus modis,vt per Iaſon.in d. auth.vnde ſi parens. B.Dias.re.214.

¶ Donatio facta per patrem filio ob bene merita non valet,niſi bene merita probentur.Bar.in l.frater à fratre.in fi.de cond.inde.

Primò fallit, niſi pater exprimeret bene merita cum iuramento:quia tunc filij vel alij hæredes patris tenerentur ſtare tali aſſertioni, per authentic. quod obtinet. C. de probationibus. de qua tamen vide per Baldum,& Alexandrum in l.ſi donatione. C.de donat.

Secundò fallit,niſi pater exprimeret ſpecificè bene merita ipſius filij,probatur in l. Aquilius regulus. aliàs incip.Attilius,cum gl.ff.de donatio. ſequitur Bald. in l.illud. C.de ſacroſanctis eccleſ. & Pau.de Caſtr. in conſ.103.incipiente.D.Vbertus.

Tertiò fallit ſecundum Salycet.in l.filiæ.C.famil.erci. vbi dicit quòd non ſtaretur aſſertioni patris,quo ad alios,ſed tantum quo ad ipſum patrem.Soc.re.146.

¶ Donatio facta alicui reuocatur, ſi donator poſteà liberos ſuſcipiat.Apertus eſt caſus, & pia conſideratione fundatus in l.ſi vnquam.C.de reuocando. (cui conſonat lex noſtri regni, v.parti.tit.4.l.8.) quæ reuocatio fit in totum: ſecundum communem ſententiam,vt teſtatur Socinus in conſ.93.teſtamentum præmiſſum.4.volumi. & ita etiam diſponit lex regia ſuprà alleg.

Amplia primò,etiam ſi ſit donata res particularis. Ita Barto.in l.Titia Seio.§.Imperator.ff.de lega.2.verſic.quæro lex,ſi vnquam.idem ſentit Bald.ponderando dictionem aliquam,illius text. in eadem l. ſi vnquam.Contrarium tenet idem Bald.in l. prima. C. de inoffic.dona.& in l.ſi cum vel in vtero. C. de teſtam.mil.in fin.idem in authen.ex cauſa. C.de libe. præter.&idem voluit Alb.in l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſ.

Prædictam tamen opin.Bartol. tenet Iaſon in l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtitu. & ſubſtitu.vbi refert Imo.in cap.fina.de donat.idem tenere, & Alexand.in conſilio ſeptuageſimoprimo.volumi.quarto.& idem tenet ipſe Iaſo.in l. prima. C. de pactis. vbi alios refert ad idem:& dictæ opin. Bart.videtur aſſentire Socin.in l.cum auus.ff.de condi.& demon. cum quadam modificatione, niſi illa res particularis eſſet talis,quòd quantitate eius,&donantis inſpecta,& numero liberorum attento, adhuc veriſimiliter,dotans illam concederet, etiam ſi de liberis cõgitaret:quod dicit fuiſſe conſultum per quoſdam ſolennes doctores. Et iſtam etiam ſententiam tenet idem Socin.in conſilio vigeſimo, incipien. in facto præſupponitur. in primo volumine. & in conſilio centeſimoquadrageſimoſeptimo,in 2. volumine, & refert hoc tenuiſſe Areti.in l.Titius. in princip. ff. de libe.& poſthum.& circa hanc ampliationem,vide optimè per eundem Socinum in conſilio 53.incip.viſo inſtrumento donationis, in 4.volum. qui refert ad hoc Ioan.Bapt.de ſancto Seuerino,& etiam Franciſc.de Aretio vbi ſuprà. Sequitur & idem Socinus in conſilio 93.incip.teſtamentum præmiſſum. quarto volumine.

Amplia ſecundò, etiam ſi filij nati ſtatim moriantur: voluit Barto.in d.§.Imperator.circa fin. verſic.quæro pone. vbi arguit pro, & contra, quod ſequitur Iaſon in l.ſi quis hæredem.C.de inſtitut.& ſubſtitu. vbi refert Imol.Bald.Paul.diſtinctis locis idem firmare,quod notant:intellige,niſi poſt mortem filiorum pater tanto tempore ſuperuixerit, quòd potuiſſet voluntatem mutare, nam ex quo non mutauit, præſumitur voluiſſe,vt donatio eſſet tacitè reconualidata.Ita tenet Bald.in l.prima,circa medium.C. de inoffic.dona.quod refert Paul.in l.2.C.de poſthum. hæred.inſti.quos refert Iaſo.in auth. ex cauſa.C.de lib.præt.

Amplia tertiò, etiam ſi talis donatio ſit iurata: tenet Bar.in d.§.Imperator.in fin. & voluit Bald. in l.prima.C.de inoffic.dona.idem tenet Soc.in alleg. conſilio xx.in j.volumi.& in dicto conſilio 53. in princ. iiij.volumine. vbi hoc dicit communiter teneri, & refert Ioann.de Imol.idem tenentem in capitulo ſinali de donatio. voluit etiam Franciſc.de Aretio in conſilio xxiiij.incipiẽ.quatuor dubia. quem refert, & ſequitur Marcus Antonius in tractatu de virtute iuramenti,& habetur ille tractatus in 3. volum.Tractatuum.

Amplia tertiò,etiam ſi donator renuntiauerit dict. l.ſi vnquam.tenet Old.in conſilio 173.incipien.quidam habens filium,& Alber.in dict.l.ſi vnquam.C.de reuoc.don.& vide Soc.in conſilio 126.incipien.viſum fuit primo aſpectu.volumine primo.vbi pro iſta parte refert Ioann.Andræam.& Salycet.& Petr.de Ferraria.& Ludouic.Roma.& Nicol. Mili. & Vitalem

in suo tract. clausularum, qui omnes secundum eum tenent in variis locis ab eo relatis, quòd dictæ legi non possit renuntiari, & pro parte contraria adducit Bart. Imol. Cuman. & Baldum, & dicit quod prima opinio, scilicet, quòd dictæ legi non possit renuntiari, est probabilis, pro qua ipse aliqua adducit. Vide tamen eundem Soc. in cons. 147. vol. incip. visa facti contingentia. vbi dicit quòd communis sententia est, quòd possit renuntiari.

Amplia quintò, hoc adeò procedere, quòd talis donatio reuocatur ipso iure, vt notat Barto. in d. §. Imperator. & dicit hanc esse communem opi. Soc. alleg. cons. 93. testamentum præmissum. volu. 4.

Amplia sextò, dictam regulam habere locum, etiam in donationibus causa mortis, vel in actibus morientium. Ita tenet Paul. de Castr. cons. ccccxxxiiij. volum. 1. respondeo per ordinem, in fin. versic. circa quintum.

Amplia septimò, hoc adeò procedere, quòd ipsemet pater donans, potest venire contra donationem, superuenientibus liberis. Ita Baldus in d. l. j. C. de inof. don. in fine.

Limita primò, si donator post donationem factam filios adoptauerit, quia tunc non reuocatur donatio, vt est Alexand. sententia in consilio quadragesimo, super eo dubio quo quæritur. 4. volumin. referente d. §. cùm autem. l. generaliter. C. de instit. & substit. & ita etiam tenet Paul. de Castr. in d. consilio 434. versicu. præterea si aliud. volumin. 1. per l. si ita quis. §. fin. ff. de leg. 2. & per l. fideicommissa. ff. de condi. & demonstratiò. licet ista non sit propriè limitatio ad regulam, sed cuiusdam dubij occurrentis circa d. l. decisionem.

Secundò limita, si donator post donationem filium legitimauerit. Ita tenet Bald. in l. fin. in fin. C. si quid in frau. patr. cui assentitur Iaso. in l. cùm acutissimi. C. de fideic. vbi refert eundem Bald. & Salyc. idem asserentes in aliis diuersis locis. Vide Alex. in rubri. ff. de liber. & posthum. & ita tenet Laudens. in tract. de legitimatione. versic. nunquid. & Iaso. in rubric. C. de posth. hære. inst. & subtilis doctor Didacus de Segura in rep. l. 1. §. si vir. ff. de acquirend. possession. ex quo ibi infert, quòd eodem modo, nec talis donatio reuocabitur per filium, qui religionis ingressu legitimus efficitur: quam tamē limitationem sub limitandam censeo, saluo saniori iudicio, nisi talis filius efficeretur legitimus per contractum matrimonij, ad quod moueor ex is, quæ scripsi infrà in regula emphyteusi, in prima limitatione, & post hæc sic scripta, reperi hoc idē firmare commentatorem legum Tauri, Didacum del Castillo in l. 12. in gl. magna, quæ incipit, siguiente, illius glo. in fin. Allegat Baldum & Paulum in locis quibus hoc in his termi nis non rescripsere.

Tertiò fallit, quando donatio esset facta ecclesiæ, quia tunc non reuocatur in totum, sed respectu tantùm legitimæ filiorum. Glos. est singularis in c. quicunque. in glos. 1. 17. quæst. 4. quam allegat ad hoc Bald. in l. 1. C. de reuoc. donationib. & tenet Abbas in cap. fin. de donationibus. vbi hoc dicit probari per glossam ibi, & tenuit Bartolus in dicto §. Imperator. dicto versiculo, quæro lex, si vnquam, & dictam glossam dixit ad hoc singularem Socinus in regula 310. incipiente, priuilegia piæ causæ, in septimo priuilegio, vbi eam, & alia quæ allegat in proposito satis corruptè refert, & scripsit hoc apertius idem Soc. in l. cùm auus. ff. de conditio. & demonstratio & prædictam glossam ad hoc allegat, corruptè tamen Ias. in d. §. cùm autem.

Quartò fallit, quando donatio fuit facta proprio filio, quia tunc non reuocatur in totum, sed vsque ad legitimam supernascentium liberorum. Ita notant Bartol. Bald. & Abba. in locis vbi suprà, in proxima limitatione alleg. & vide Socin. in d. consilio 53. volumin. 4. & Felin. in capit. in præsentia. de proba. versicu. quartò quæro. & ponit gloss. doctoris de Montaluo in l. partitarum, suprà allega. in regula, Segura in repetit. §. si ver. l. prima. ff. de acquirend. possessio. Et aduerte quòd prædictus doctor del Castillo in alleg. l. 12. Tauri, & in dicta gloss. in verbo, siguiente, tenendo eandem conclusionem dicit vlterius, quòd tunc talis donatio remanet valida in tertia, & quinta bonorum, cuius contrarium, eius auctoritate & iudicio meliori saluis (quando pater donauit filio vnico quem habebat, & alius supernascitur non studio contradicendi, sed vt aliis materiam præbeam cogitandi) credo de iure verius: quia certum est, quòd illud communi iure non fulcitur, cum doctores suprà relati, solum firment, quòd reuocatur donatio vsque ad legitimam supernascentium: quomodò ergo potest dici, quòd datur supernascentibus sua legitima, si illa deminuitur per deductionem dicti tertij, cum iure nostri regni, omnia bona parentum (sola concessa eis libertate disponendi de quinta parte) sunt filiis debita pro legitima, & cum dicta bona sint eis debita æqualiter, æquali sunt diuisione partienda. Nec huic meæ sententiæ refragari opinor legem xxvj. Tauri, quam posset aliquis in dicti domini doctoris suffragium adducere, dum disponit, quòd si parens donat filio, videtur melioraré, & si non dicat, & sic quòd ille vnicus filius, cui fuit facta donatio, videatur melioratus respectu supernascentium, & si non fuerit dictum: quia ad hoc respondetur, quòd illa lex procedit, vt verba eius apertè innuunt, ibi, a alguno de sus hijos, alicui filiorum, quando donatio fit à parente alicui ex filiis, quos habet tempore quo donat, & tunc nimirum si præsumat lex, quòd pater donando simpliciter vni ex eis, prædiligit eum, & vult illum in dicta donatione præferri aliis, quatenus iure meliorationis licebit: quando verò pater vnico filio donat, non debet præsumi illa prædilectio, nec melioratio respectu nasciturorū filiorum, quorū merita nondum nouit, quin potius præsumendum est velle vti dispositione iuris communis, vt si superueniant filij, legitimam æqualem sibi vendicent, nec illa minuatur propter meliorandi facultatem sibi datam à lege, quadum vnicum habet filium, vti non potest, cùm non sit alius, respectu cuius possit meliorare, & ipse filius respectu suiipsius non potest dici melioratus, nec respectu nasciturorum expressè ea velle vti, declarat, nec tacitè vsum fuisse videtur, cum cessat præsumptionis ratio. dicta l. Tauri. quando verò pater donaret vni ex filiis, tunc facilius crederem, quòd ille non solùm videatur melioratus respectu præsentium filiorū, quinimo & supernascētium, quia sicut præsumitur prædilectus respectu filiorum qui aderant, ita & eorum qui sperantur: & adeò existimo istud veritati inniti, quòd (sine præiudicio veri) posset vnū affirmari, videlicet ꝙ hoc procederet, quando pater vnicæ filiæ donationem magnam pro dote fecisset, & sic ꝙ supernascentes filij non relicto sibi tertio, donationem vsque ad suam legitimā reuocarēt. Nec in hoc videtur gener deceptus, & si prætendat

dat onerosam causam, cùm fuit in culpa, non prouidendo sibi in euentum natiuitatis aliorum filiorum, nec ignorare debebat dispositionem dict. l. si vnquam. Nec huic vltimæ conclusioni aduersatur lex xxix. Tauri, quæ videtur generaliter dicere, quòd vt dos dicatur inofficiosa, debet considerari id quod excedit legitimam, & tertium,& quintum: quia illa lex videtur loqui, quando dos venit moderanda remedio, seu querela inofficiosæ dotis, non autem est, quando reuocatur vigore legis nostræ, si vnquam, quæ fortius & ipso iure reuocat, vt dictum est suprà, quæ quidem sunt remedia diuersa, vt de remedio inofficiosæ donationis,& dict. l. si vnquam. dicit Bald. in l. prima. C. de inoffic. dona. & fauorabilius est remedium dict. l. si vnquam. vt placuit Bald. in versicul. opinio mea. quod etiam apparet hac ratione: quia filij nati per querelam inofficiosæ donationis, non reuocant ab extraneo, nisi vsque ad legitimam, per remedium autem dictæ l. filij supernascentes reuocant in totum. Nec inconuenit etiam quòd intelligatur, quando pater dotauit, habendo alios filios, & sic in casu, quo filia videtur prædilecta datione magnæ dotis, & sic meliorata, quæ quidem sic breuiter tangere libuit, quia in impressionis limine occurrerunt, & altiorem examinationem, huius libelli finis nõ patitur. Et hanc sententiam fouere credo naturali consonum rationi,& æquitati. Cui enim iniquæ non videntur, parentum quorundam affectiones indiscretæ, qui sæpius, vt aliquam filiam, quam cæco quodam amore præ aliis diligunt, ditissimo cuidam, aut nobiliori, siue potentiori marito nuptui tradant, alias, quas habent (non minus sibi natura & meritis) filias, nudas relinquunt, & aut parietibus, reluctantes includunt, aut longè disparis conditionis genero tradunt, aut domesticæ cuidam religioni adstringunt: ex quo venit, vt ex eis quædam desperatam, aliæ inuidiæ plenam, solent semper agere vitam. Vnde, vt hæc & similia damna cessent, semper mihi pia visa est, æqua distributio inter filias,& neque meliorationes similes, nisi ex rationabili aut honesta causa facere, nec iam factas, nisi vbi iure prohibente aliter fieri non valet, aliquo modo sustinere, visum est æquum.

Quintò fallit (tibi Hispano) vt coniux donauit coniugi, post annum contractus matrimonij: quia tunc filius supernascens: non reuocat in totum, sed remanet quintum penes donatarium. Ita disponit lex 3. titu. 12. foro ll. libro 3. quod dicit menti tenendum Io. Lup. rep. rubr. de donatio. inter virum & vxor. in §. limita sextò.

Sextò fallit in donatione remuneratoria: quia talis non reuocatur, supernascentibus liberis: voluit Angel. in eadem l. si vnquam. quod asserit singu. Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Huius etiam sententiæ fuit Socin. in consilio trigesimonono. incip. in quæstione quæ vertitur inter magnificos. 1. volu. in fin. qui refert Bald. in d. l. si vnquam. in aliquibus lecturis ita tenere,& Rom. in l. si verò. §. de viro. 48. fallentia. ff. soluto matrimonio.& cons. xxvij. incip. pro decisione. & Decium in l. si donatione. C. de collat. Sequitur etiam hanc restrictionem Petr. de Rauen. in suo alphabeto, in litera R, in verbo, remuneratio. & Didacus del Castillo, legum Tauri, commentator, in l. xxix. in glossa incip. las otras. pro qua solum refert Angel. & Roma. & poteris eam corroborare pluribus specialibus, inductis fauore donationis remuneratoriæ, quæ adiungit Hispaniæ nostræ decus Doctor de Palacios Ruuios (cuius anima anno Domini 1524. in mẽse Martij, ad cœlestes piè creditur euolasse mansiones) quem à librorum assidua lectione,& compositione, nec officij regij cura, nec fastidiosæ senectutis aduentus, & si grauibus morbis (vt solet) onustus, vnquam voluit separare, tantò ob hoc maiori laude dignus, quantò in hac nostra infelicissima (in hoc vno Hispaniæ plaga, studiosorum præclara ingenia, ob possessorum segnitiem vt plurimùm inculta manent, & saltem posteris sterilissima redduntur, obmutescúntque peritorum calami, cum imperitorum linguæ, in alienis taxandis scriptis loquacitate quadam incautè facilè prorumpant) in sua eleganti repe. rubr. de donat. in vir. & vxo. in §. 50. qui incipit: limita secũdò. & vide Rauennatem, vbi suprà, qui ponit nouem specialia, fauore donationis remuneratoriæ: & ponit etiam septem specialia, dictus doct. del Castillo, vbi suprà.

Vnum tamen aduerte, quòd Barba. in d. cap. fi. de don. facit bonam considerationem, iudicio meo, circa istam limitationem, videlicet, quòd aut illa donatio respectu remunerationis fuit immensa, quia seruitium non promeruit tantam remunerationem, siue donationem,& tunc quo ad illud superfluum, habere locum dispositio dictæ legis, si vnquam,& hoc tenet pro indubitato: si verò seruitia fuerunt conformia donationi, adhuc dicit ipse, quòd dubitat, quia si possumus præsumere quòd si donator cogitaret de filiis, non remuneraret illum seruitorem, ex quo iure actionis compelli non poterat, stabimus dictæ legi, si vnquam.

Septimò fallit, in donatione facta de re nondum quæsita: vt si filia renuntiet, vel donet hæreditatem paternam, quam sperat, iuxta tex. in c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. Hanc limitationem scripsit Socin. in d. consilio xxxix. suprà allegato, in proxima limitatione, & dicit sic vidisse consultum, tenet etiam idem Socin. in d. cons. 53. 4. volum.

Octauò fallit, quia si potest ostendi, quòd donans de filiis cogitauerit, non fit reuocatio vigore dictæ leg. si vnquam. Ita dicit esse communem opinio. Socinus consilio centesimoquadragesimoseptimo, in secundo volumine, visa facti contingentia & statutis, &c. ad quod refert Bartol. in dicto §. Imperator. & Baldum in l. prima. C. de inoffic. donat. & Canonist. in capitulo fina. de donatio. & hanc dicit esse communem sententiam idem Socin. in alleg. cons. 53. volum. 4. vide etiam eum vbi bene loquitur, & refert Barto. in d. §. Imperator. tenentem quòd in dubio, si non probatur quòd de filiis cogitauerit, habet locum d. l. si vnquam. quod declara vt per eum. Et tu Hispane, si bene consideras illam legem, parti. suprà alleg. in regula. apertè videtur hanc fallentiam comprobare, dum dicit: por que no han hiios, ni esperança de los hauer. Considerat ergo illa lex, vt donatio non valeat, quòd filij desint, & etiam deficiat spes habendi eos, & sic secundum conclusionem hanc, cùm doctores dicant, quòd quando donans de filiis cogitauit, non reuocatur donatio, non distinguendo, noceat vel non legitimæ filiorum supernascentium: venit vnum quòd filios non habens, potest præiudicare nascituris in legitima, etiam titulo lucratiuo, dummodo de illis cogitet, licet aliàs his quos iam habet, per talem titulum nõ possit præiudicare.

Nonò limita, quòd licet monasterium aliàs habea-

tur loco filij, tamen secùs est in ista materia: quia per ingressum monasterij non reuocatur donatio. Ita no. Fel. in c. præsentia. de proba.

Decimò limita, quia talis donatio non reuocatur, nisi respectu rei, non autem fructuum perceptorum à donatario. Ita tenet Didacus de Segura in repet. d. §. si vir. l. 1. ff. de acquir. possess. motus per glo. in l. generaliter. §. planè. ff. de fideic. liber. ex qua glo. alias conclusiones infert in proposito.

Vndecimò limita dictam regulam, vt habeat tantùm locum, quando donatio fuit facta liberto, prout ipsa lex loquitur, quia tunc reuocatur: secùs in donatione facta alteri, quia in illa non reuocatur, tenet Guliel. in l. prima. C. de inoffic. donat. quem refert & sequitur Cinus ibi. Et hanc opinionem aliqualiter defendit Soc. in alleg. consilio 53. . volum. quod ista limitatio procedit per puncta rationis, tamen quod magis communis opinio est in contrariũ, & sic quòd dicta lex procedat in donatione facta alij quàm liberto: & ita tenet Paul. in alleg. consilio cccxxxiiij. incip. respondeo per ordinem, in fine. in 1. volumine.

Duodecimò limita, nõ procedere in pacto facto à muliere cum viro, vt ipse lucretur dotem, ipsa prædecedente, quia tale pactum donationis non reuocatur propter superueniẽtiam liberorum: probat tex. in §. dotes. in authent. de nupt. quem ad hoc allegat Soc. in d. cons. 53. B. Dias re. 213.

¶ DONATIO facta inter viuos, per patrem filio, non imputatur ei in legitima, nisi expressè dictum sit: probat text. & ibi not. hoc Bartol. in l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testa. vbi dicit Ias. quòd ista regula probatur in illo tex. melius, quàm alibi. Idem tenet ipse Iaso. in authen. ex testamento. C. de coll. vbi vltra dictum §. allegat text. in l. si cum mortis. in 2. respon. ff. de inof. testam. & in l. etiam. §. si debita. ff. de oper. liber.

Limita primò, quando donatio non valuit à principio, sed fuit morte confirmata: quia tunc habet vim relicti, & computatur in legitimam. Ita Bart. & communiter alij in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & sequitur Iason. in d. §. & generaliter. qui alios refert pro hac sententia.

Secundò limita, quando non fuit donatum expressè, sed datum simpliciter, quia tunc imputatur, etiam si non sit dictum. Ita Barto. singulariter in l. 1. §. si vel parens. ff. si quis à paren. fue. manum. sequitur Iaso. vbi suprà, qui refert Imo. Paul. & Alex. idem in variis locis firmantes. Et secundum istam limitationem poteris tu Hispane ad concordiam reducere duas leges partitarum, quæ inuicem aduersari videntur, quarum vna est in v. part. tit. iiij. l. iij. versicu. mas en otra. & altera est in vj. parti. titul. xv. l. iiij. in princ. quia prima vtitur verbo, diesse: alia verbis, faziendo donation. Vnde prima procedit, quando simpliciter fuit datum, alia, quando expressè donatum.

Tertiò limita, quando quantitas donata ascenderet vsque ad legitimam, quia tunc & si non esset dictum, imputaretur. secundum Iaso. vbi s. post Imo. & Alc. in locis per eum relatis. B. Dias. reg. 212.

¶ DONATIO facta pauperibus nõ valet, nisi quis ibi præsens sit qui pro eis donationes recipiat. gl. & Bar. in l. illud. C. de sacr. eccl.

Primò fallit, nisi esset interpositum iuramentum: quia tunc valebit donatio, dato quòd nullus recipiat pro eis, & iurans compellitur ad obseruantiam iuramenti. ita tenent Ant. de Butrio & Abb. in c. sicut el 2. de iureiurando.

Secundò fallit, vbicunque esset expressa causa, puta propter maximam penuriam victualium quæ foret, dono pauperibus centum: nam tunc tenet donatio licet nullus sit qui recipiat pro pauperibus: ita tenet Io. And. in Spec. in tit. de instr. edi. §. nunc verò aliqua. in versic. sed an pauper. & vide Innoc. in cap. ex parte. de censi. B. Soc. re. 144.

¶ DONATIO facta per criminosum post crimẽ contractum ante sententiã condemnatoriam valet. Hãc regulam probat text. in l. post contractum. ff. de donationibus. De iure Regio probatur in l. secunda. ti. iiij. part. v. & in l. v. titul. xij. libro tertio fori. Circa quam regulam vide Bartol. in l. si is, qui bonis. ff. de acquirend. hæred. Docto. in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. Salycet. in l. si quis post hac. C. de bonis proscriptorum.

Limita primò, quando delinquendi propositum ex pœnæ suspicione fieret: vt in l. si aliquis. in 2. respons. ff. de donatio. causa mort. & in l. in fraudem. ff. de iure fisci. & in l. sed & si maritus. ff. qui, & quibus. in fine. & in l. quæsitum. la 1. eodem titul. Circa quam limitationem vide not. vltra Barto. Ludouic. Rom. d. l. post contractum. numer. 2. vbi notabiliter eam examinat.

Limita secundò, quando etiam post delictum ante accusationem donauit bona, quæ ipso iure publicata erant: vt in l. commissa. ff. de public. & vectig. & in authen. incestas. C. de incestis nupt. Scribentes in l. Imperatores. ff. de iure fisci. & in c. cùm secundum. de hæreticis. libro 6. facit quod suprà dixi in regula cl. vbi in fi. posui ccl. casus in quibus confiscatio bonorum fit ipso iure.

Limita tertiò, quando bonorum administratio ob delictum esset interdicta: vt in crimine læsæ maiestatis, & repetundarum. l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. & in d. l. quæsitum. tradit Bartol. in dict. l. post contractum. numero duodecimo. Quod tamen non procedit in alienatione necessaria. l. reo. ff. de solutionib. & in l. alienationes. ff. famil. ercisc. & in l. peto. in §. prædium. ff. de leg. 2. Quod intelligendum est pro suis alimentis, aduocatis, & scripturis ad eum pertinentibus. ita tenet Barto. in dict. l. post contractum. numero 12. quem sequitur Didacus à Couarru. in Epitome de sponsal. in 2. parte, cap. 6. §. 8. nu. 9. quem sequitur Ioan. Hannibal. in repetit. l. post contractum. num. 481. facit quod suprà dixi in regul. 68. in 10. limitatione.

Quartò fallit, quando alienatio esset irreuocabilis, vt actio libertatis facta seruo: vt in l. qui pœnæ. ff. de manumis. ita tenet Bart. in d. l. post contractum. nu. 12. & ibi Ioan. de Imol. num. 4.

Quintò fallit, quando post accusationem non compareт in iudicio: vt in l. fin. ff. de requir. reis. ita Barto. in dict. l. post contractum. numero 13. & ibi Rom. nu. 11.

Sextò limita, vt per glos. in d. l. ex iudiciorum. quando post litem contestatam fieret: quia videtur esse litigiosa. quæ sententia reprobatur à pluribus: quia nõ fit litis contestatio criminalis ad rei petitionem: sed ad vindictam: vt in l. quanquam: in §. Iulianus. ff. de aqua pluuia arcenda. ita tenet Bart. in d. l. post contractum. nu. 14.

Limita septimò, quando post sententiam condemnatoriam fit, vt in l. si quis post hac. C. de bonis proscrip. Nisi appellatum sit, quicquid dicat Bartol. in d. l. post contractum. numer. 15. nec obstat text in

l. d.

l.chirographis.in §. 1. ff.de administr.tut. quia illic fuit prima sententia confirmata per secundam, secundum Ioan.de Imo.in d.l.post contractum.nu.4. hoc etiam sentit Rom.num.14.

Limita octauò, non procedere in testamentis: vt in l.si quis filio exhæredato.in §.irritum.ff. de iniusto, rupto. Cuius ratio est: quia deficit confirmatio, eò quòd ante aditionem sententia sequuta est. Quod tamen hodie correctum est, per tex.in l.4.Tauri.vbi disponitur, quòd non solùm ante condẽnationem, verum etiam post condemnationem potest quis testari.de quo vide ibi C stil.in princ.& doct.

Nonò limita in donatione causa mortis: vt in l. si aliquis.ff.de donat. cau. mor. Aliud tamen est in donatione coniugali: vt in l.res vxoris. C.de donat.inter vir. & vxor. & alia circa hanc regulam vide per Bart.& Doct. in locis suprà allegatis. P.Duen. reg. 226.

¶ DONATIO generaliter facta omnium bonorum non valet, quia tollit liberam facultatem testandi. Euer.in loco à vi Iuram.nu.27. per l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig.l.fi.C.de pact.vbi doct.com. si tamen donator iurauerit valebit donatio eo modo, quo potest. Aret.cons.54 Tobia.institut.de obligat.num.45.in princ.Didac.in rubric.de testamen. numer.4.& numer.6.dicit talem donationem Ecclesiæ factam valere.Boer.decis.355.nume.2.& in terminis idem Decis.353.numer 3.& sequent. per totum, Ripa Rubric.ff.soluto matrimonio.nume.17.idem l. si vnquam.numero 114. C. de reuoc. don.idem consil.3.num.1.in titu.de donatio. & grat.perficiendis, Alba.consil.4.numer.3 Crauet.cons.139.num.8.Cephalus consilio 44.numer.24.Iaso.consil.211.consil. 233.colum.5.lib.2.cons.5.cons.17.libr.3. Benedictus c.Raynutius.num.197.de testamen.Cephal. consil. 44.numer. 8. dicit hanc valere quando facta fuisset mortis causa, idem consil. 288.numer.28.Socin.consil.65.numer.47.& cons.143.numer.20.lib.1. itẽ valebit etiam reseruatis sibi iuribus, & actionibus.Cephal.cons.288.num.41. Medices.

¶ DONATIO inter virum & vxorem regulariter prohibita est.Hanc regulam probat text.in l.1.2.& 3 ff. de donatio.inter vir.& vxor.& in l. 1. & per totum. C.eodem tit. De iure Regio probatur in l.4. & 5. & 6.titu.11.parte iiij.& in l.iij.titu.xij.lib.iij.Fori.Circa quam regulam vide Chass.in consuet. Burg.titu. Des droits.§.vj.vij.& viij.Ioann.Bassianum in consuet. Aluerniæ, ca.xiij.artic.xxxix.Ias.in l.si non sortem.§.libertus.nu.8.ff.de cond.indeb. & in l.ex hoc iure.num.55.ff.de iustit. & iure.Catellia.Cot.in verbo, donationes.

Amplia primò, habere locum non solùm inter virum & vxorem, sed etiam inter sponsos de præsenti. ita tenent Cyn.& Bald.in l.cùm in te. C.de donat.ante nupt.& in l.cùm sponsæ.eo.tit.Alex.in cons.clxij. num.12.lib.v.Barth.Soc.in cons.123. volumi.1. pro qua opinione est text.in l.penul.ff.de donatio.inter virum & vxor.aut dicit, quòd donatio inter virum & vxorem non valet, nisi esset ea ante contractũ matrimonium: quod de consensu intelligitur. quẽ tex. ad hoc allegauit & induxit gloss. in l.3. ff. de donat. in verb.concubinæ.tenet Bald.in l.vnic.in fin. C.de vsucap.pro dote.Ioan.de Imol.in l.Mæuia.in fi.principio.ff.solut.matrim.Alex.in l.si socer.in fina.verbis. ff.solut.matr.Franc.Aret.in l.si diuortio.in fi.ff.solu. matr. ad idem est tex.iuncta gl.in verb. concubinæ. in l.3. ff.de don.inter vir.& vx.vbi dicitur, quòd matrimonium dicitur, & maritus & vxor dicũtur, contractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti: licet non interueniat carnalis copula: & sic concludit ibi glo.quòd sicut prohibetur donatio inter coniuges cõstante matrimonio, seu inter virum & vxorem: & matrimonium non consummatũ, ex quo interuenit consensus de præsenti. Et quamuis glo.ibi dixerit hoc procedere de iure Canon. tamen idem est de iure Ciuili: vt probatur in authen. de nuptiis. in §.nuptias.& ibi glos. Quia ad validitatem matrimonij nec de iure Canonico, nec Ciuili est necessaria traductio ad domũ, nec copula carnalis: vt voluit glo.in d. l.cùm te.C.de don.ante nupt.facit tex. in l.mulierem.& in l.denique. ff.de ritu nupt.& in l. nuptias.ff.de reg.iur. Hanc opinionem vbi allegat alios Doct.tenentes contrariam partem, tenet notab.Pala.Ruui.in repet.rubric.de donat. inter vir.& vxor.in §.lv.num.2.Didacus de Segura in repe. l.in §.si vir vxori.num.12.ff.de acquir.pos.Eandem opinionem firmat Chassan. in consuetud. Burg.in titu. Des droits, rubr.4.§.2.num.17.

Amplia secundò, vt non valeat donatio inter coniuges constante matrimonio, etiam si iudex eam confirmet seu decernat, vt valeat: per text.ad hoc singularem in l.obligationes. ff.de actio.& oblig. vt litera dicit, obligationes vel actiones quæ non propriis viribus consistunt, nec officio iudicis, nec prætoris imperio, nec legis potestate confirmantur.& ita per illum text. tenet Pala.Ruui.in d.repet.rub.§. xlvj.nu.1.

Amplia tertiò, vt nedum prohibita sit donatio inter coniuges constante matrimonio, sed etiã inter eos, qui aliquo modo coniuges contingunt per patriam potestatem.ita tenet Pala.Ruui.in d. repet. rubr.§. 42.per totum.vbi hoc notabiliter declarat.

Quartò, amplia habere locum non solùm in matrimonio vero, verùm etiam in putatiuo. vnde si fiat donatio inter eos, qui reputabantur coniuges, qui in veritate coniuges esse non poterant, non valet talis donatio: aliàs sequeretur, quòd melioris conditionis essent qui delinquunt, quàm qui non delinquunt.ita dicit tex.in l.3.in §.videamus.ff. de dona. inter vir.& in l.si ex voluntate.C.eod.tit. glo.& Docto.in c.fi.eo.ti.quam opinionem tenet Pala. Ruui. in d. repe.rubr.§.36.in prin.

Quintò ampliatur, vt non solùm procedat inter coniuges Christianos, verùm etiam si Iudæi fuerint: vnde si Iudæus constante matrimonio aliquid donauerit vxori, non valebit donatio. Cuius ratio est: quia inter Iudæos est matrimonium verum, quamuis non ratum: vt in capitu.de infidelibus. de consanguinit.& affinit.& ibi glos.& Docto.si ergo inter eos est matrimonium, per consequẽs donationes inter eos factæ non valent, per iura suprà allegata: quæ generaliter disponunt, & generaliter sunt intelligenda: vt in cap.si Romanorum.xix. distinct. & in c.solitæ. de maior. & obedien. cum similibus. quod etiam tenet Pala.Ruui.in d.repet.rub. §.xxxv. in principio.

Amplia sextò, etiam si vxor & maritus diu seorsum habitauerint, vt latè concludit Pala.Ruui.vbi suprà in dicta repetitione rub. §.34.in principio.

Amplia septimò, etiam si vir passus est se condemnari ab vxore, & sic eam absolui falsa exceptione opposita, cùm vxor tenetur viro in aliqua quantitate: cùm hoc videatur facere animo donandi: licet sententia valeat, vir potest condicere pecuniam

niam ab vxore, ac si non esset absoluta: & sic non habet locum lex, iudex. cum aliis. ff. de condict. indeb. iste est notab. text. in l. si sponsus. in §. si vxor. la 2. ff. de donatio. inter virum & vxorem. & ita per illum tex. tenet Bald. in l. cùm allegas. numer. 7. C. de vsuris. Rom. in singu. cccviij. Ias. in d. l. iudex. numer. 2. Montal. in l. iij. titu. xij. lib. iij. fori. in gl. in verbo, Pueda lo hazer.

Hanc regulam limitat septem modis Pala. Ruui. in repet. rubric. de donatio. in §. xlvij. & in §. 50. & in §. lj. lij. liij. liiij. & lv. & circa tertiam limitationem ibi positam, scilicet, quòd talis donatio iuramento confirmetur, vide posita suprà in regula ccxix. in 2. amplia. versic. pro qua opinione. Soc. duobus modis in regula 104.

Vltra quem limita primò, quando talis donatio esset reciproca, vt est glos. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & ita tenet idem Pala. Ruui. in d. repet. rubr. §. 50. nu. 16. cum seq.

Limita secundò, valere donationem vxori factam per maritum, pro reparatione domus eius quæ corruit, vt in l. quòd si vir. ff. de donatio. inter virum & vxorem.

Limita tertiò, non habere locum, quando protraheretur in tempus finiti matrimonij: vt in l. sed interim. ff. de donat. inter virum & vxorem. & in l. cùm vxori. §. vlt. & in l. quia. eod. tit.

Quartò limita, quando expressè coniuges in contractu matrimonij reseruauerunt sibi quædam, ex quibus possunt se inuicem associare, vel vnus posset de is reseruatis donationem facere alteri: quia tunc propter illam animi conuentionem, & promissionem de donando factam in tempore habili, valebit, saltem vt morte confirmetur, ita tenet Bal. in l. 1. C. de donat. ante nuptias.

Quintò limita, quando res modica quæ vsu consumitur donatur. argument. eorum quæ dicuntur in l. quòd autem. in §. 1. ff. de don. inter vir. & vxor.

Limita sextò, quando maritus rem donatam dat in dotem filiæ amborum, vxore præsente, & non contradicente, sed consentiente: vt in l. siue vxor. & ibi Barto. ff. de donatio. inter virum & vxorem. quam opinionem sequitur Franc. Cremensis in singul. 4. Chassanæ. in consuetud. Burgund. in tit. des droits. rubr. 4. §. 7. nu. 11.

Limita septimò, quando maritus remittit vxori suæ fructus suæ dotis. l. vir vsuras. ff. de donat. inter virum & vxor. de cuius intellectu vide Iaso. in l. de diuisione. ff. soluto matrimonio. & in §. fuerat. Institu. de actio. Chassanæ. vbi suprà. numero sexto. Gramma. in decis. lxx.

Limita octauò, quando mulier renuntiat marito donationem per eum factam, nondum tamen per eam acceptatam. ita tenet Chassanæ. vbi suprà, numero 10. De iure Regio probatur in l. v. titulo 11. parte quarta.

Limita nonò, non habere locum in Imperatore. Nam Imperator potest donare Augustæ. l. fin. C. de don. inter virum & vxorem. & ita per illum text. vltra Doct. ibi tenet Iason in l. frater à fratre. in 1. lect. nu. 44. ff. de condict. indeb. versic. v. fallit. & in l. ciuitas. nu. 4. ff. si cert. pet. facit quod notat Catel. Cotta in verbo, donatio facta à Rege.

Limita decimò, nõ habere locum in iis, quæ obueniũt eis ex forma statuti: quia possunt donare. ita tenet Chassan. vbi s. nu. 9. vbi ponit exemplum.

Limita vndecimò, si rusticus, vel plebeius acciperet nobilem in vxorem, & constante matrimonio, facit instrumentum de receptione dotis quam non recepit: quamuis in effectu ista dicatur donatio inter virum, & vxorem, tamen valet: quia fit in remunerationem ad recompensationem propter inæqualitatem eorum. ita concludit Bar. per glos. ibi, in l. si voluntate. C. de dotis promis. num. 2. Eandem opinionem tenet idem Bar. in l. si diuortio. & ibi Ias. nu. 9. ff. de verb. obligat. idem Ias. in l. ex hoc iure. num. 55. ff. de iustit. & iure. & in l. fi. C. de verbor. sign. & in l. si non sortem. in §. libertus. ff. de cond. indeb. num. 8. idem tenet Bald. in l. 2. §. fi. ff. si cert. pet. Segura in l. cohęredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pupil. num. 162. Abb. in cap. 1. num. 8. de adult. Neuiz. in Sylua nupt. lib. 2. num. 28. Pala. Ruui. in repet. rubr. de donatio. §. x. & §. xxxj. numero 1. & And. Tiraq. in l. connubialibus, in 4. l. num. 7. & in v. l. numero 18. & in repet. l. si vnquam. in verb. donatione largitus. nu. 19. C. de reuocand donat. & hanc dicit cõmunem Bald. Nouellus in tract. dotis, in x. par. nu. 7. Cur. Iun. in cons. 6. num. 20. Couarruu. in epitome 4. lib. in 2. parte. c. 3. §. 3. nu. 2.

Limita 12. quando maritus donat annuum, vel menstruum ad sui sustentationẽ, vsque ad vires dotis, & non vltrà: vt in l. ex annuo. & in l. de fructibus. ff. de don. int. vir. & vxo. & in l. sicut. C. eod. tit.

Limita xiij. si vnus ex coniugibus, seruis, vel animalibus, vel vestibus alterius vsus fuerit, vel in domo sua gratis habitauerit donationis causa: Nam valet donatio: vt in l. si vir vxoris. ff. de donat. inter virum & vxorem.

Decimoquartò fallit, si vir vectigal, vel vecturas pro vxore, vel ministris eius solueret: vt in l. si quis pro vxore. ff. eod. tit.

Decimoquintò fallit, si serui viri, vxori operas præstiterunt: vt in l. si id quod donatum est. in §. si quas serui operas. ff. de don. inter vir. & vxor.

Decimosextò fallit, si vir soluit in præsenti quod in diem debet vxori, nam tunc potest: vt in l. sed si vir ex lana. in §. quod vir vxori. ff. de donat. inter virum & vxorem.

Decimoseptimò fallit de iure Regio: nam elapso anno à tempore contracti matrimonij valet donatio inter coniuges, si filios non habent: si tamen filij posteà nascantur, reuocantur donatio, nisi in quinta parte: vt l. 3. tit. 12. lib 3. fori. Quod dicit esse menti tenendum & alibi non reperiri, Pala. Ruui. in repet. rubr. de donat. §. 54. num. 2. facit etiam l. 9. tit. 6. lib. 3. fori.

Et alias limitationes circa hanc regulam vide per Pala. Ruui. & Doctor. in locis suprà alleg. Pet. Duen. reg. 221.

¶ DONATIO inter. vir. & vxo. regulariter morte mariti confirmatur*. l. sed interim. in prin. ff. de don. inter vir. & vxo. cum concor. B. Soc. re. 142.

ADDITIO.

* Confirmatur. Adde Cor. in cons. 12 ¡. inci. licet. in litera A. in quarta parte.

Primò fallit, vbicunque maritus non tradidisset ante mortem, sed tantùm reliquisset: quia talis donatio morte mariti non confirmatur: vt est glos. not. in l. Papinianus. ff. de donat. int. vir. & vxor. B. Soci. reg. 142.

¶ DONATIO inter virũ, & vxorẽ prohibita est*, vt in toto tit. ff. & C. de do. inter vir. & vxor. & c. dona. extrà eo. ti. etiam si traditio interueniat: vt est tex. in l. 3. in §. sciendum. ff. eo. tit. B. Soc. re. 141.

ADD

Additio. * Est. Vide Corne.in consil.ciiij. in litera a.in ij.parte.& in consi.cclvij.incip.permitto.in litera m.in iij.par. Bene.Vad.

Primò fallit, vbicunque coniuges faciunt sibi inuicem donationem reciprocã, videlicet, si contingat alterum præmori, alter superstes habeat bona sua:& tũc propter dubium euentum valebit donatio, vt probatur in l.pater puellæ.C.de inof.testam. & ibi hoc sing.no.quod doct.ibi sequuntur.pro hoc vide gl.in l.licet.in verbo,inter priuatos.in fi.C.de pac.& probatur in l.quod autem.§.si vir.ff.de do. inter virũ & vxor.& hoc etiam tenet Lud.de Rom.in sing.quod incipit, prohibiti inter se donare.vbi ponit regulam generalem, quòd prohibiti inter se donare nõ intelliguntur, qui sibi faciũt donationem reciprocam:& ista limitatio debet procedere,quãdo donatio vnius sequitur donationem alterius in continenti:secùs,si ex interuallo: quia tunc etiam donatio reciproca esset inualida:vt est text.sing.in l.quæ vir.nuptæ. ff.de do.inter virum &vxor.secundum Ludo.de Ro.in d. sing.vbi subdit per illum text.quòd si ego donassem vxori meæ hodie mille, & posteà hinc ad annũ ipsa donasset mihi fundum, vtraque donatio esset inualida.ita debet intelligi dicta limitatio:& adde,quod talis donatio mutua non intelligitur prohibita,si dicatur,quòd sit donatio inter viuos,& non posset reuocari,secundum text.in l.vbi ita dona. de do.causa mor.nam talis donatio erit valida,& nõ indiget confirmatione:& per consequẽs non interueniente traditione etiam post mortem bona peti poterunt: ita no.intelligit Paul.de Castr.declarando Cyn. in d. l. pater puellæ.in fin. Sed aduerte, quia hoc vltimum non videtur verum:nam videtur quòd imò non valeat donatio etiam mutua, nec etiam morte confirmatur,nisi ambobus simul decedentibus, vel quãdo aliter confirmatur illa,quæ est facta superuiuenti:vt est casus de vtroq. in l.cùm hic status.§.ambo.ff.de don. int.vir.& vxor.ibi,cùm simul decesserint, & in ver.perinde.ibi,vtrãq. donationẽ valere.&ibi,simul decesserũt:& ibi.quia vtraq. alterius.à cõtrario sensu,si alter superuixisset,forsitã voluisset non valere.

Secundò fallit *, quando fuisset facta donatio cum iu-
* ramento:nã per tale iuramentũ videtur validari donatio,ita tenet Bar.in d. l.si quis pro eo.ff.de fideius. in fin.& in l.Seius,& Augerius.ff.ad l.Fal.& ista fuit opin. originalis Gul.de Cun.in l.sed & si possessori, in §.item si iurauero.ff.de iureiur.& istam opi.tenet Io.de Imo.in l.si quis inquilinos.ff.de leg.j.qui dicit se ita consuluisse.Sed contrarium tenuit idem Bart. in l.j.ff. de do.inter vir.& vxor.& in l. cùm quis decedens.§. filia.ff.de leg.iij.licèt Bar.in dict.§.Titia.loquatur de iuramẽto assertorio,tamen satis tenet idẽ in iuramento confirmatorio: dum dicit, quòd coniunx non est capax donationis cùm iuramento. sed Anto.de But.in d.cap.cùm contingat.extrà de iureiur.tenet,ꝙ iuramẽtum nõ firmat cõtractũ: sed solũ claudit os iurãtis.quæ opi.cõmuniter tenetur,quòd iuramẽtum firmet cõtractum. quod tenet Arch. & Io.And.in c.ij.de pact.in 6.ibi,super verb. firmatũ. dicit enim quòd iuramẽtum dat robur pacto, & nõ simpliciter claudit os iurantis.& idem sentit glo. in d.c.ij.quæ dicit quòd pactũ valet propter iuramentum.& idem tenet ibid.Doct. & Io. de Lign.& Io. Cal.in præalleg. c.cùm contingat.& Hanc opi. quæ est in multis locis illius c.dicunt esse cõmunem opi. & dicũt,ꝙ est attendenda in iudicando.& probatur in c.ij.de pact.vbi tex.dicit,ꝙ pacta debent omnino seruari propter iuramentum,& hãc opi.tenet omnino Feder. de Senis in consil.xiiij.de materia vide etiam per Bald.in l.1.C. de sacros.eccle.& per omnes doct.in cap.donatio.de dona.inter vir.& vxor.& in d.c.cùm conting. de iureiur.& in d. c.2.de pac. libr. 6. sed limitari potest d. regula vbicunque facta donatione moueatur lis de dicta donatione, & ille, cui donatum est, alienet iusta causa, quæ sufficiat ad donationem validandam,& donans non opponat illam exceptionem in contrarium, & sic pronuntietur donationem valere, & donatarius absoluatur: quia tunc si donans vellet posteà cõuenire donatarium, remoueri poterit exceptione rei iudicatæ, vt est casus valde no.cum gl.in l.spõsus.in §.si vxor vel maritus.ff.de donat.inter vir.& vxor.facit l.3.§.item quæri potest.ff.de reb.eor.qui.& quod ibi no. Sed si pronuntietur per iudicem sine aliqua iusta causa donationem valere, sententia esset ipso iure nulla.l.3.§. sciẽdum.eo.ti.no.sin.in d.§. si vxor vel maritus.Sed aduerte,quia videtur, quòd ista limitatio non sit bona, quia licet sententia valeret,& obstaret exceptio rei iudicatæ, & videatur impedire petitionem soluti,vt l.Iulia.& l.iudex.ff.de cond. & demon. tamen dico,quòd solutum potest condi. inde. repeti: quia d.l.Iul.& l.iudex.non procedũt in sententia, pro eo quod vni ex litigatoribus donare prohibetur. casus est in dict.§.si vxor vel maritus. secundum Bald.in l. cùm allegas. C.de vsur.& Ludo.de Roma in suo singu. cccxj. quod incipit, tu scis quòd donatio. item si posset probari quòd illa etiã fuisset facta in dicta sententia non valeret,vt l. cùm hi.§.si cùm lis.& ibi not.ff.de transac. B.Soci.reg.141.

¶ Donatio mera ex pœnitentia regulariter nõ reuocatur.argu.capitulo verum,de condit.appo. probat textus in l.Aristo.ff.de donatio.

Fallit propter defectum causæ ob quam res ipsa donatur,vt est text.in cap.quod à te.de cleri. coniuga.vide per Docto.in d.c.verum. Barto.in l.2.§.fin. ff.de donatio.

Fallit propter conditionem adiectam,d.c.verum.

Fallit,quando donatarius parasset insidias donanti.l.fi. C.de reuoc.dona. Limitationes vide in d.l.fi. S.Ian. reg.70.

¶ Donatio non habet locum resoluto iure donantis, resoluto enim iure datoris resoluitur etiam ius acceptatoris.Bellam.Decis.742.numero 5.in tit.de rest.in integr.Dec.consf.490.Doct.com. capitu.pastoralis de donat, item donatario mortuo donatio non reuocatur ob ingratitudinem ab eo commissam,nisi fuerit lis contestata,atque ante mortem ingratitudo probata Angel.l.is solis.C.de reuoc.don. l.fi. vbi Doct.com.C. eo.l.omnimodo.C.de inoffic. testa. Med.re.6.

¶ Donatio non reuocatur ob modicã iniuriam. l. fi.vbi Doct. C.de reuoc.donat.c.fi.eo.tit. Ant.Cors. in tract.de min.numero 32.addentes ad Alex. rubr. ff.solu.matr.numero tertio: quia modica iniuria nõ est iniuria.leg.si oleum.§.fi. ff.de dolo.leg. scio. ff.de integr.restit.Bartol. simil.leg.idem. §. recepisse. ff.de arb. Med.re.5.

¶ Donatio ob causam in filiũ à patre facta, debet in legitima computari. Quam regulam ponit Bart. quem sequũtur ibi Doct.in l.in quartam.num. 10.ff. ad legem Falc. pro qua opinione est glos. in auth. ex testamento in gloss.ij. C. de collat. De iure Regio probatur in l. xxix. Tauri. Circa quam regul. vide Docto.in l.xxvj.& xxix. Tauri. Bernard. de Luc. in reg.

reg.ccxij.Roderic.Xuar.in l.quoniam in prioribus. in v.q.C.de inof.testa.

Limita primò, si res efficiantur peculij aduentitij, vt in rebus donatis ob causam remunerationis, scilicet, quãdo donantur propter benemerita: has enim res peculij aduentitij esse firmat gloss. communiter ab omnibus Doctor. approbata in authent. vnde si parens.in verbo, Falcidiæ.C.de inoffic.testamen.Ea enim, quæ aduentitia sunt, communicari non debent:vt in l.fin.C.de collat. De iure Regio est tex. in l.5.titu.15.part.6. Quod intellige, quando benemerita rei donatæ responderent: vt est glos.notab. communiter approbata in l.si donatione.C.de collat.in verb.postulas.& in cap. relatum, el 2.in verb. iuxta seruitij.de testam.Bart.in l.si fortè.num.5.ff.de castren.pecu.& in hoc non statur confessioni patris, scilicet merita præcessisse, sed oportet, quòd merita seu seruitia probentur, vt tenent glos.& Barto. vbi suprà,Ias.in repet.l.frater à fratre.numer.44. de cond. indeb. Cor.in cons.144.num.10.vol.2.Marc.à Mant.in l.si donatione.numer.46.C.de colla.& ibi Riminald.numer.8.Castel.in l.xxix.Tauri.in glos.in verbo,las otras donaciones.in fi.limi. Affl. decisio. cclxx.numer.15.Io.Bernard.in regu.533.Chassan.in consuetu.Burg.in tit.des droits.rub.4.in §.7. nu.7. Ruin.in cons.96.num 2.vol.5.Catel. Cotta in verbo,donatio inter fratrem & filium.

Limita secundò, quando res ob causam donatæ non sunt ad hæredes transmissibiles:vt in l.omni modo. in §.imputari.C.de inoffic.testam. & sic primò alimenta per patrem filio præstita,quæ vocant victum & vestitum:vt in l.legatis.ff.de alimen. & ciba.leg. in legitimam non imputantur:vt in l. quæ pater. ff. famil.erciscund.tenet Bart.in d.§. imputari. Docto. in l.filiæ licet.C.de collat. Secundò, expensæ, quæ à patre fiunt in nuptiis aut in consequendis honoribus filiorum, non imputantur in legitimam: vt est text.& ibi glos.in l. 3.in §.fin.in glo.fin.ff.de mu. & honor.Bald.Angel.Iason & Doctor. in d.§.imputari.per illum text.& in l.1.in §.sed an ipse.ff.de collat.bonorum.Nicol. Boer. in decisione 14.numero 3.Franc.à Ripa in repet.l.in quartam.num.163.cum aliis.ff.ad l. Falc.Quod tamen limitat Alexan.in addit.ad Barto.in d.l.3.in §.fin.ff.de mun. & hon.procedere, quando filius non haberet bona propria & à patre separata: secus tamen si haberet: quia tunc censentur hæ expensæ factæ animo repetendi: vt in l.fi.ff.de pet.hær.facit l.Nesennius.ff.de neg.gest.

Limita tertiò, quando res donatæ efficerentur castrensis peculij vel quasi.l. si filius. C. fam. ercisc. ex quo sequitur,quòd arma,quæ militi dantur & equi, non computantur in legitimam.Idem de libris qui dantur Doct.aut Aduocato:vt tenet Bar.in l.1. §.neque castrense.num.2.idem puta in pecunia, quæ à patre datur pro habendo Breuiario,aut pro consequendis ordinibus,aut pro celebranda prima Missa:quia hęc debent dici peculia quasi castrensia: vt in l.sacrosanctæ.& in authen.presbyteros.C.de episcop. & cler. Ripa in d.l.in quartam.num.166. ff.ad legem Falc. De iure Regio est text.in l.iiij.titu.iiij.part.v.& in l.v.tit.xv.part.vj.Quod etiam procedit in libris à patre emptis filio scholari:omissa distinctione Bartol. in d.§.nec castrense.nu.2.& in l.si donatione.C.de collat.& ibi Alexan.& in l.filiæ cuius.& ibi plenius Salyc.num.13.C.familiæ ercisc. Ripa & doct.in l.in quartam.nu.168.ff.ad legem Falcid.tenet glo.in d.l. filiæ cuius.in gloss.1.pro qua opinione est text. in l. quæ pater.ff.fam.ercisc. De iure Regio probatur in d.l.4.ti.4.part.5.in fin.& in d.l.5.ti.15.par.6.ita tenet Pala.Ruui.in d.l.17.Tauri, num.16.

Limita quartò, quando pater sponte soluit emendam pro condemnatione filij,vt liberetur filius, vt tenet Bart.in l.Stichus.num.2.in fin. ff. de peculio legato. vbi distinguit, quòd si pater voluntariè soluit, soluta non sunt imputanda. Si autem ex necessitate fortè per statutum aut consuetudinem, tunc imputantur.quem sequitur Bald.in d.§.imputari. Quam distinctionem Barto.reprobat Fabianus de Monte, repeti.Authen.nouissima.q.8.principali:in versiculo, octauò quæritur. C. de inofficioso testamento. eandem reprobat Franc. à Ripa, vbi dicit ita communiter teneri,in d.l.in quartam.nu.185.quia in hoc casu motus paterna pietate,ne filius vexetur à fisco, soluisse creditur pater: & sic coactus soluitur: pro qua opinione facit tex.in lege,relegatorum.in §.fin. vers.neq. enim.ff.de inter.& rele.vbi dicitur, quòd ex delicto quis non debet habere beneficium.

Quintò limita, non habere locum in donatione simplici,attento iure huius regni: nam simplicem donationem hodie filius conferre non debet cum aliis fratribus:nec debet in legitima imputari:vt in l.26. Tauri.facit etiam tex.& ibi glos.in d.auth.ex testamento.C.de coll.&ita expressè tenet Cifuen.in d.l. 26.Tauri.nu.6.& in l.xxix. nu.1.in fi.Rod.Xuarez.in repet.l quoniam in prioribus.in 5.q.nu.6. C. de inoffi.testam.Pala.Ruui.in l.26.Tauri. nu.25.

Porrò alias limitationes circa hanc regulam & eius materiam vide per Doct.in supradictis locis: præcipuè in d.l.in quartam. P.Duen.reg.222.

¶ DONATIO omnium bonorum præsentium & futurorum,non valet.Hanc regulam probat text. in l. si libertus.in §.si quis plures. in vers. magis. ff. de iure patro. text. in l. omnes.in §. Lucius. ff. quæ in fraudem credito.in l.1.C.vt act.ab hæred. vel contra hæred.incipiant.Hanc regul.ponit Bar.in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. & ibi Alex.& Ias.num. 20.dicit hanc esse communem opinionem Bar.in l.fin.num.12.C.de pact.eandem opinionem dicit communem Bald. in cap præsentia. num.37. de probatio.Roma.in cons.cclxxj.nu.1.vbi subdit, quòd non est opus reuocatione, cùm sit talis donatio de iure nulla, vt in l.nam & si. ver. post defectum.ff.de iniusto,rupto. cuius opinionem regulæ vltra doct.per Ias. suprà allegatos tenet Fel. in cap.in præsentia.numer.5.de probat. Hanc dicit esse communem Dilec. de arte testandi,titu.x.caut.2.numer.2.Abb.in cons.48.volum 2.Curt.Iun.in consil. 23.numer.1. & hanc dicit esse communem Deci. in l.fi.numero 30.C.de pactis. Ratio est secundum supradictos docto.cùm donatori auferatur testamenti factio.& ita tenet Soc.Iun.notabiliter in cons. 12. numer.9.volum.2.Nicolaus Bellon.in cons.5.nu.4. hanc dicit communem Gratus in cons.lxx.numer.1. volum.1.circa quam regulam vide Francis. Niconicium in repet.cap.quoniam contra.in v.no.numer. 24.de probat.Ioan.Bassianum in consuet. Aluern.c. 14.artic.25.Aymo.Publicium in easdem consuet.Aluerniæ,ti.14.artic.21.And.Tiraq.in tract.de vtroque retractu:in ti.de retractu Lignagier.in §.1.gl.7.n.9. Boerium in decisione 353.nume.7.vbi omnes suprà dicti doctores adducũt alias rationes propter quas donatio non valet.

Hanc regulam ponit Soci. vbi eam limitat sex modis, in regul.108.

Amplia primò nō solùm habere locum in bonis præsentibus & futuris, verùm etiam tantummodò de bonis præsentibus, vt probatur de iure regio in l. vij.tit.xij.li.iij.fori.& ibi Montal.tex.in l.lxix.Tauri,& ibi doct.quæ leges corrigunt tex.in d.l.omnes. in §.Lucius.ff.quę in fraud.credit.& in d.l.j.C.vt actiones ab hæredibus vel contra hæred.& opinionem Bar.& ibi doc.in l.stipulatio hoc modo concepta.numero 5. ff.de verborum obligatio.& in d. l.fina.C.de pact.nume.11.Quam opinionem sequutus fuit Deci.in consi.xxx.& in consi.cccccxiij.Petrus Rebuffus in gl.ad constitutiones Regias Galliæ in prima parte,artic.ij.in glos.ij.in tract.de literis obligatoriis.nume.29.Christ.Porcus.in §.liberis.numero quarto.Institut.de pupill. substitutionē.Curtius iunior in l.pactum dotali.nume.tertio. C.de pactis.

Amplia secundò, procedere adeò quòd & si talis donatio firmata sit iuramento, non tamen valet. Cuius ratio est, quia prædicta donatio est contra bonos mores, cùm liberam testandi auferat facultatem: argumento text.in capi.nō est obligatorium. de reg.iur. libr. vj.in l. si quis inquilinos.in §.fin.ff. de leg.j.ita tenet Bart. in dicta l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verborum obligation. quem sequitur Panorm.in consi. xlviij.numero 2.volum.ij. & hanc opinionem in specie tenet Paul.de Castr. in consi.lxxxij.numero 2.libro ij.Philip. Cornæus in consi.lx. numero 3.& consil.clxxxvj.numero.16. volumin.ij.Franc.Purpur.in l.fi.numero 240. C.de pactis quam opinionem post Corn.vbi suprà dicit esse communem Curtius Iunior in l.fin.numer. 57. C.de pactis.& in cons.xxv.numero 6.Cagn.in dict. l.fin.numero 220.& ibi Iacob.de Sancto Georg.nu. 37.Claudius de Seysello in l.licet.C.de pact.Castillo in l.lxix.Tauri.& ibi Pala.Ruui.numero 10.Ioan. Paponis in glo.ad consuetudines Borboniæ,§.ccx. Fran.à Ripa lib.iij. Respons.cap.xiiij. eandem opinionem tenet Bald.in consi lxxij. libr.j. Dec.in ccxxv.numero.3.Paris.in consi.lxxij.numero.15.volu. j.& in consi.xxvi.numero 59.& 60. volum.ij. Ratio etiam est: quia talis donatio est contra legem prohibitiuam:vt patet in d.l.lxix. Tauri.ibi, ninguno pueda hazer donacion.& quicquid fit contra legem prohibitiuam,est ipso iure nullum:vt notatur in l.non dubium.C.de legibus.& in capitu. j.de rescriptis. lib.vj.tenet Barto.in l.pretor ait.ff.de noui operis nuntiatio. Abb.in capi.in nomine Domini. de testibus. eandem opinionem quòd iuramento nō firmetur,tenet Zasius in d.l.stipulatio hoc modo concepta. numero 52. & dicit esse magis veram & communem Aymon Crauet.in consilio cxxxix. volumin.j.numero 9.eandem opinionē,vbi respondit ad adducta pro contraria parte, tenet Marianus Socin.Iunior in consil.xliiij.numero 35.volumin.ij. Montal.in dic.l.vij.titu.xij.lib.iij.fori. versicu.item quòd suprà dico.

Contrariam tamen opinionem tenet Fort. Garcia in trac.de vltimo fine,illatione xx.numero 349.vbi firmat non esse contra bonos mores naturales tolli testandi libertatem, & ideo valere donationem omnium bonorum:non solùm præsentium, verùm etiam futurorum, quandocunque firmata est iuramento. eandem opinionem tenet sibimet contrarius Corn.in consi.cclij.nume.6.lib.iij.Dec.in cōs. cccccclv.numero 12.idem Decius in l.pactum dotali.numero 2. C.de pactis. vbi dicit hanc opinionem esse veriorem: eādem etiam opinionem tenet Cæpola in cons.8.nume.6.in cōsiliis ciuilibus.Marian. Socin.Iun.in cons.lxv.numer.49.eandem opinionem mouet idem Soc.Iun. vbi non se audet firmare.in cons.143.numer.47.lib.1.

Allegant doct. pro hac opinione dictum Baldi, in l. cùm Archimedôram.numer.12.vt in possessionem legatorum,vbi tenet quòd per statutum potest tolli hæc libera testandi facultas: ergo per iuramentum.Sed illud dictum Bald.reprehendit Alexan.in dict.l.stipulatio hoc modo concep.ff.de verborum oblig. numer.7.& respondit ad dictum Bald.idem Alex.in l.pactum quod dotali.in 2. oppositione.C. de collat.quem sequitur Dec.in d.cons.225.num.4. & sic j.opinio est magis vera & communis, quòd talis donatio iuramento non firmetur. Ratio est, cùm tale iuramentum præsumatur factum in fraudem legis prohibentis donationem omnium bonorum fieri:& cùm tale iuramentum sit in fraudem, seruandum non:est pro quo facit ratio text.in l.qui testamento, & ibi Bar.ff.de probatio.

Est tamen verum quod Paul.de Castr.in cons.lxxv. vol.2. tenet.quòd donatio omnium bonorum præsentium & futurorum post mortem facta cum iuramento de non reuocando, valet: quia per illud verbum,post mortem, dicitur donatio causa mortis: secùs si illa verba apposita non fuissent: nam tunc non valet prædicta donatio, vt suprà dictum est, quod dictū Pau.de Cast.sequitur Alex.in l.stipulatio hoc modo.num.19.ff.de verb.obl.Maria.Socin. Iun.in cons.44.nu.35.vol.2. vbi allegat Corn.in au then.sacramenta puberum.C. si aduersus venditio. vbi dicit: quòd in practica seruatur, quòd talis donatio non confirmetur iuramento.eandem opinionem sequitur Bar.Soc.in cons.cxxx. numer.7.& in cons.cxxxvij.numer.1. volum.1.Afl.decis.338.nu.6. Io.Crot.in rep.rub.ff.de leg.1.Bald.in cons.8.volu. 3.Aym.Crauet.in cons.139.num.10.

Secùs tamen esset, si non tolleretur facultas testandi, vt in casu nostræ ampliationis: quia tunc bene firmaretur iuramento,prout in simili notabiliter concludit Bartol.in l.si quis pro eo. numer.17.ff.de fideiussor.vbi tenet,quòd licet donatio inter virum, & vxorem de iure Ciuili non valeat l.1.ff.de dona. inter virum & vxorem, & in l.3.in §.sciendum.eodem titu.& in l.prima.C.de donat. ante nuptias.tamen bene firmatur iuramento,& valet. ita tenet idem Barto.in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falcid. Gulielm.de Cuneo,& ibi Alb.in l.sed & si possessori.in §.item si iurauero. ff.de iureiurand. Federic. de Senis in cons.cxl.num.3. Bald.in repet.l. j.versic. venio ad secūdum. ff. de iureiur. Panor.in c. cùm contingat.num.30. eodem titu.& ibi Imol.numer. 85.& Doct.idem Pano.in c.fin.num.9.de donatio. inter virum, & vxorem.& in cons.xcv.num.1.vol.2. vbi dicit hanc esse communem opinionem. eandem dicit etiam communem Dec.in l.pacta quæ contra.num.6.C.de pactis.& in consil.cclxxx.nu.2. & in cons.ccxl.num.1.Alex.in cons.viij.& in consil. clvij.volum.2. Roma.in cons.xliiij.Paul.de Cast.in cons.xlix.volum. 2.& in d.l. pacta quæ contra.Fran. Aret.in consil.iij.& in cons.lxxiiij.verb.in cons.lix. libr.j. Cornæ.in cons.xlj.num.6.lib.3. vbi dicit ita communiter teneri.& in cons.cxviij.num.1.vol.1.& cons.iij.num.13. vol.2.Cæpola in cautela cxxij. Io. de Imol.in l.si quis inquilinos.in §.fin. ff. de lega.1. Ant.Corset. in repe. Rub.de iureiur.in xxv. priui-

legio. Ange. in l. penultim. in §. mulier. ff. solut. matrimon. Bald. in l. j. in lectura antiqua ff. de donat. inter virum & vxor. Raphael Fulgo. in consi. cxcix. per totum. Maria. Socin. Iunior in consil. xliiij. numero 6. libro ij. Rubeus Alexandrinus in consilio xxv. numero 5. & in consilio cxxx. numero 6. Parisius in consilio lxxxvj. numero 19. & 46. 47. 48. volumine iij. Pala. Ruui. in repetit. Rubri. de donatio. §. lj. numero 1. Hanc opinionem dicit esse communem Syluanus in consilio xl. numero 20. Cagnolus in repetitio. l. fina. numero 36. C. de pact. Gome. in §. quædam. numero 19. Institut. de actio. Francisc. à Ripa in libro iij. interpretationum, capitul. vj. numero 3. & in capitul. xvij. numero 1. Stephanus Aufreri. ad Capell. Tolosa. decisio. ccclxj. Catellianus Cotta verbo donatio. el v. Bouer. in tractatu de virtute, & viribus iuramenti: numero 38. Iason in l. pacta quæ contra. numero quinto. C. de pactis. Ruinus in consilio cxxxvij. numero secundo. & numero septimo. volumine quarto. Boërius in decisione xcij. numero sexto. Roderius Xuarez in l. j. titu. de las aras. libro sexto. fori, in tertia quæstion. Guido Papa in consilio cciiij. numero tertio. Cæpola in consilio octauo in ciuilibus. præpositus in dicto capitulo. final. de donatio. inter virum & vxor. Fortunius Gracia in dict. tract. de vltimo fine: illa. xx. numero 349. Iacobin. de Sancto Georgio in l. profectitia. in §. si pater. numero 4. de iure dotium. & in l. iuris gentium. in §. si paciscar. in ij. lectura, numero 4. ff. de pactis. Eandem dicit magis communem Bertrandus in consilio ccxv. numero 4. & in consilio cccj. numero secundo. idem, vbi dicit, quòd in iudicando & consulendo ab ea non est recedendum tãquam magis communi, in consilio cccxxvij. numero 4. volumine j. primæ impressionis. Eandem opinion. tenet Bald. Nouell. in tract. de dote, priuilegio xxj. Claud. de Seysel. in l. si diuortio. numero 11. ff. de verborum obligat. Hanc dicit communem And. Alci. in capitul. cùm contingat. numero 204. de iureiur. quamuis ipse in numer. 198. contrarium teneat.

Pro qua opinio. facit hæc ratio: nam donatio inter virum, & vxorem constante matrimonio, & donatio inter patrem, & filium qui est in potestate, æquiparantur: vt in l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum & vxor. Sed donat. inter patrem, & filium, qui est in potestate, quamuis sit prohibita à lege ciuili bene firmatur iuramẽto: secundum Bal. in l. fi. in fine. C. de vsuc. pro donatio. Barto. in l. Titia. la ij. in §. Imperator. ff. de l. ij. & ita communiter concludũt Doct. Canonistæ in d. cap. cùm contingat. de iur. iur. Legistæ in l. frater à fratre. ff. de condict. indebiti. & in l. pacta quæ contra. C. de pactis. vbi Ias. nume. 6. Paul. de Castr. in consi. cccxlv. volu. j. Ruui. in d. §. lj. numer. 6. & in l. xvij. Taur. num. 49. Ferdinandus Loazes in rep. l. filiusfamiliàs. in §. diui. nume. 65. ff. de leg. j. Roderic. Xuarez in l. ix. titu. xj. in §. nota secũdò. libro j. Fori. Aym. Crau. in cõsilio xix. nume. 1. volum. j. Marc. Ant. Boueria in dicto tract. de virtute & virib. iuramenti. numero 39. Francis. à Ripa in tractat. interpretationum, libro iij. cap. vj. nume. 8. Alciat. in ca. cùm contingat. numer. 207. de iureiur. Ruinus in consi. xcvj. numero 5. vol. v. Pau. Parisius in cõsi. lxix. nu. 128. vol. iij. Capicius in decis. lvj. nume. 2. Eandem opinionem dicit esse communem Dec. in consi. ccxvj. nu. 2. & cõsi. ccxxxix. nu. 1. idem in cõs. dclxxxviij. & in l. si donatione. nu. 33. C. de coll. eandẽ dicit etiam esse cõmunem Gratus in consi. lxiij. nu. 23. vol. ij. Dilec. de arte testandi. titu. iij. cautel. ij.

Secundò pro hac opinio. pondero text. in dic. l. 1. ff. de don. inter. vir. & vxor. vbi ille tex. non dicit, quòd illa donatio est contra bonos mores: sed dicit quòd moribus, & sic consuetudine prohibita est: ergo cõtrariis moribus, & sic consuetudine prohibita est: ergo contrariis moribus posset permitti generaliter: prout simili inductione vtatur. Bald. & Alexã. in l. moribus. ff. de vulgari, & pupill. Ange. & Imol. in l. captatorias. ff. de hæredib. institu. & in l. more. ff. de acquirend. hæred. Alexand. in l. captatorias. C. de milit. testament. si ergo per consuetudinem potest generaliter permitti, ita per casum iuratum in casu particulari. arguendo à pacto iurato ad statutum, vt per Barto. in l. fi. C. de pactis. Ange. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Bald. in repet. l. j. C. de sacrosanctis ecclesiis.

Contrariam opinionem quòd imo talis donatio non firmetur iuramento, tenet Bartol. sibimet contrarius in l. 1. per illum tex. ff. de donatio. inter virum & vxorem. quem sequuntur ibi Bald. Salic. & Raphaël Fulgo. idem Bar. in l. cùm quis decedens. in §. Titia. nume. 2. ff. de legat. 3. eandem opinionem tenet Bal. in l. si quis inquilinos. in §. 1. ff. de legat. 1. & in l. cùm multæ. num. 5. C. de donationibus ante nuptias. & in consi. xxix. volum. 1. idem Bald. in repet. l. 2. C. de rescindenda venditione. & in l. 1. C. de inofficio. donatio, & in cap. cùm contingat. numero 28. de iureiurand. Angel. in l. si quis pro eo. numer. 2. ff. de fideiussori. Henricus Bohic in capi. fin. de donatio. inter virum & vxorem. Cardi. in clemẽt. 1. in §. porrò. nume. 10. de iureiurand. Curt. Senior in consi. lxvj. numer. 3. Philip. Corn. in consi. ccxxiij. num. 4. volumin. 3. Cinus in l. 1. numer. 14. de sacrosanct. ecclesi. Salic. in l. 2. in v. quæs. C. de rescind. vẽditio. Io. Andr. in additio. ad Spec. in titu. de dote post diuortium. restituen. in fin. Bartholomæ. Soci. in cõsil. lxv. numer. 12. volumi. 1. & dicit Cæpola in d. cautela cxxij. quòd Ioan. de Ferrar. & Raine. de Perusio, & Raine. de Monte idem consuluerũt: & Anto. de Canario in disputatione sua incip. Maritus. Et hanc opinionem dicit magis sibi placere. Alciat. in d. cap. cùm contingat. num. 98. & eam communiorem esse tenet Chassanæ. in consuetud. Burg. in tit. des droitz & conuen. de mariage. Rubric. 4. §. 7. numero 27. vbi pro hac opinio. adducit plura fundamenta, & dicit quòd Doct. tenentes istam partem sunt maioris auctoritatis quàm qui tenent aliam. eandem opinionem remittendo se ad locum suprà dictum tenet Idem Chassanæ. in consilio 2. nume. 5.

Est tamen verum quòd multi ex Doct. per Chassanæũ relatis loquuntur in casu diuerso: nam Bart. in d. §. Titia. & Cinus in dict. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & Ioan. And. in d. additio. ad Spec. & Socin. in d. consi. 65. & sic ferè omnes Doct. non propriè loquuntur in vera donatione, sed in confessione dotis receptæ: vt si maritus in testamento vel in quocunque contractu confessus est se debere vxori suæ mille, quæ confitetur ab ea recepisse, & sic iurat: tunc talis donatio non firmatur iuramento, & ita propriè loquitur Bar. in d. §. Titia. & in dicta l. Aurelius. in §. fi. ff. de liberatione legata: & sic ferè omnes Doc. per Chassanæ. & Alciat. allegati. Et ratio quare isto casu talis donatio non valet, est: nam tale iuramentum interponitur super eo quod est de præterito: & talis

& talis confessio etiam iurata præsumitur facta in fraudem legis prohibentis donationem inter virum & vxorem, quæ ratio sumitur ex l. qui testamentum.& ibi Barto.ff. de probatio.illud tamen quod Barto.in dict.l.si quis pro eo.& Canonistæ in dict.cap.cùm contingat.volunt, habet locum quãdo iuramentum interponitur super eo quod est de futuro: quia maritus donat vxori,& iurat de non contraueniendo in tempore futuro, quo casu habemus regulam,vt suprà est probatum, quòd iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ,semper est seruandum:vt in dicto cap. cùm contingat.& hanc distinctionem ponit Ioann.de Imo.ibi in decimo mẽbro. Iacobi.de sancto Georgio in dict. l.qui testamẽtum numero 3.quam distinctionem tanquam veram & esse extra terminos contentionis, quæ est inter scribentes in vera donatione,tenet Socin.in l.j.num.98.ff.solut.matrim. vbi testatur se ita pluries consuluisse, & consultum vidisse per doctissimos viros: quod esse verissimum testatur Curt.Iunior in consi.xcv.volum.2.numer. Dec.in dict.consi.ccij.numero 3.

Ad quod non obstat etiam quod Bartol.in dict.l.j.ff. de donatio.inter virum, & vxorem, contrarium teneat,vt refert Chassanæ.in loco suprà allegat. quia Barto.remittit se ad opinionem quam tenuit in d. l.si quis pro eo. vbi tenuit opinionem communem. Et ita etiam Bart.ponderauit Abbas in consi. xcv. ex quo patet quòd Bart.in d.l.j.non est contrarius, vt prima facie videbatur: & dato quòd esset, satis est nobis quòd opinio,quam tenet, in dict.l.si quis pro eo.& in dicta l. Seius Augerius. sit magis vera & communiter approbata: vt ex suprà dictis patet.

Amplia tertiò, vt ex tali donation.cũ censeatur contractus à iure improbatus, dominium vllo modo non transferatur, argumento eorum quæ tradit Barto. in l.j.in §.si vir.ff.de acquirend.possess.& ita in expressis terminis tenet Paul.de Castr.in consil. ccxliiij.numero 4.versi.super quinto & sexto quæsito.volumine 2.& ibi subdit quòd possessio ex tali contractu quæsita nõ censeatur licita: quem sequitur Franc.Purp.in l.fin.num.241.C.de pactis.

Amplia quartò, procedere etiam si quis donaret hæreditatem suam: quia idem esset dicere quod dono omnia bona mea præsentia & futura. Nam hæreditas est nomen iuris, & semper recipit augmentũ: vt in l.item veniunt.in §.fructus.ff. de petitione hæreditat.& ita tenet Barto.in dict.l.fin. num.4. C.de pactis.cum quo omnes communiter ibi transeunt, exceptis Iaso.& Lancel.Dec.ibi. Quia exponi debet,hæreditatem,id est, bona:si de præsentibus intelligitur: per notata per Bartol.in l.quæsitum.per illũ text.in §.si mihi seruus.ff.de leg.j.quem sequitur ibi Dec.& Purp.num.245.sed communis videtur esse cum Barto. imò quòd non valeat.Ita enim tenẽt Cin.Bald.& Alexand. in apostillis ad Bar.in d.§.si mihi seruus.Iaso.in l.licet.num.15.C.de pact. & ibi Claud.de Seysel.Nisi ex aliis coniecturis appareat de mente donationis hæreditatem,vt intellexerit de bonis præsentibus: vt dicit Iaso.in dict.l.licet.quam opinionem Barto.sequitur Cagn.in repet.l.fin.num.224.C.de pact.Soci. Iun.consi.cxliij. num.22.volum.1.maximè cùm hæreditas sit successio in vniuersum ius: quòd & in dubio à proprietate verborum recedere non debemus, vt in l.non aliter. ff. de leg.iij.quæ distinctio hodie necessaria non videtur: imò opinio Barto.distinctè procedit per l.lxix.Tauri.

Quintò Amplia, vt suprà dicta donatio in totũ vitietur,tam in præsentibus,quàm in futuris:& ita ne in præsentibus tantùm vel futuris solùm valeat:ita tenet Bald.in d.l.fin.& quamuis Barto.ibi numer.16. relinquat indecisum, tamẽ eius opinio se inclinat in hanc partem. Eandem opinionem tenent Ang. Ioan.de Imo.& Alexã.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.numer.21.Moderni in l.1.in §.sed mihi.ff. de verborum obliga. & hanc opinionem dicit esse communem, & ab ea non esse recedendum.Franc. Purp.in d.l.fi.numero 247.contra quam limitationem est tex.in d.l.lxix.Tauri.

Amplia sextò, vt etiã procedat si donatio facta sit ob causam præstandorum alimentorum donanti à donatario.ita concludit Aretin.in consi.54. numero 2. quem sequitur Franc.Purp.in dict.l.fin.numer.250. vbi illum dictum declarat.

Limita primò, vltra Socin. vbi suprà, non habere locum quando donatio fit ob causam dotis: quia tunc ob matrimonij fauorem firma & omnimodo valida dicitur:ita tenet Nic Boer.in decis. cccliij.num. 10.& ante eum Oldrad.in consi.v. Ioann. Papon.in gl.ad consuetud. Borboniæ,in §.ccx.Pro qua opinione facit: nam sicut donatio omnium bonorum valet quandocunque fit ecclesiæ vel monasterio, vt tenet Barto in d.l.fin.C.de pactis. quem sequuntur ibi doct.præcipuè Dec.num.31. Cagnolus.numer. 203.& eam dicit esse communem Franc.Purpu.ibi. numer.242.eam dicit etiam communem Fely.in d. cap.in præsentia.numer.5 de probat. hanc opinionem tenet Pala.Ruui.in d.l.lxix. Tauri.numer.9.& ibi Didacus de Castillo, Socin.in d.regu.cviij.fallen.iiij.quod etiam habet locum quando talis donatio facta est pio loco,secundum Bald.in l.iubemus.C.de socrosanc.ecclesi. quem sequitur Castillo in d.l.lxix.Tauri.& cùm dos dicatur causa pia,vt est tex.in cap.1.in §.donare. qualiter fundum olim poterat alienari in vsibus feudor. quod latissimè tradit Eperardus in suis locis legalibus, loco xxv. idem dicendum erit in causa dotis.

Limita secundo, quando dominium bonorum non sit translatum in donatarium: quia qui habet dominium potest testari, dato quòd bona alteri restituenda sint:vt est glo.in authent.si qua mulier.C.de sacrosanct.ecclesi. Hanc opinionem tenet Ange.in consi.clxxix. numer.5.quem sequitur Alex.in l.stipulatio hoc modo concepta.nume.19.And.Tiraq. vbi refert alios quàm plures Doct.in tract.de iure constituti. in 1. parte,numer.74.

Quæ limitatio non videtur tuta, secundum Decium in dicta l.finali.numero 34. C.de pactis. quia ratio prædicta non videtur effectualis: quia paria sunt quòd quis non habeat bona, vel habeat: sed talia quòd propter illa quis probabiliter non sit eius hæreditatem aditurus:quia parificantur non testari, & testari si ex testamento hæreditas non adeatur: vt in l.1.ff.de iniusto, rupto.modò ex talis dominio rerũ quis non inuitabitur ad adeundum, si donatario restituendum est. Eandem opinionem impugnat Abbas in consi. centesimosecundo, libro secundo. idem Decius in consilio trigesimo,numero tertio. Franciscus Purpuratus in dicta l.final.numero ducentesimo quinquagesimosexto. Eandem opinionem etiam non esse tenendam firmat ibi Cagnolus,numero 217.Claudius de Seysello in dicta l.stipulatio hoc modo.numero 29.vbi licet sit verum

quòd quandocunque donator aliquid reseruauit, de quo possit disponere, valeat prædicta donatio: vt concludũt Doctores in dicta l. fina. C. de pactis. & in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. sed quando illud quod sibi reseruaret, esset valde modicum, prout est in casu nostræ ampliationis, prædicta donatio non valeret. ita cõcludit Claudius de Seysello in dict. l. stipulatio hoc modo, numero 29.

Sex limitationes ad hanc regulam ponit Dec. in dict. l. fin. numero 30. C. de pact. & ibi Cagn. numer. 201. cum sequẽtib. ponit septem limitationes. Sed quia in effectu sunt similes eisdem quas posuit Socin. in d. reg. cviij. eas ob id omitto. Duenas reg. 219.

¶Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, regulariter non valet * B. Socin.

Additio.

* Non valet. Limita etiam hanc regulam vt per Feli. in capitu. præsentia. vers. in text. ibi vidi vniuer. de probatio. & quare non valeat vide Corn. in consi. 9. incip. quanquam. in litera P. in 2. parte.

Primò fallit, vbicũque aliquis donasset omnia sua bona mobilia, & immobilia, præsentia & futura: nam illa dictio, immobilia, facit quòd iura & actiones non includuntur. l. cùm tutorum. ff. de pecul. propterea valebit, quia poterit de illis testari. ita not. tenuit Bald. consulendo in consilio quod incip. Naphydus.

Secundò fallit, vbicunque quis donasset omnia bona sua præsentia, & futura vbicunque existentia: nam tunc propter illa verba existentia, non venirent iura & actiones, quæ non dicũtur esse in loco, ex quo sunt incorporalia: vt l. Caius. in princip. de leg. 2. & ita consulendo tenuit Bald. in consilio quod incipit, super primo idem, si dixisset quicquid Perusij habeo, per dicta iura, pro quo facit textus in l. fin. C. de donat. & ita tenuit Bald. in l. 1. ff. de statu hominum.

Tertiò fallit, vbi quis donasset omnia sua bona præsentia, & futura reseruato sibi vsufructu. vt nota. Mod. in l. fi. C. de pac.

Quartò fallit, vbicunque talis donatio esset in fauorem ecclesiæ. vt tenuit Bald. in l. si qua mulier. C. de sacrosanc. ecclesi. vbi dicit esse casum in l. iubemus. in princip. C. eod. titu. pro qua facit tex. in authent. de non alie. in §. minus. & ita etiam tenuit Abba. in capitul. cùm dilectus. de suc. ab intest. licet Angel. teneat contrarium in disputatione incip. in refulgenti palatio. & in l. pactum. C. de pac.

Quintò fallit, quando donatio facta esset per maritum vxori, vel per Patrem filio in potestate, & esset morte confirmata, iuxta l. donatio. C. de don. & in l. Papinianus. ff. eod. titu. nam tunc cùm habeat vim relicti, detrahitur Falcidia, vt in l. donatio. C. ad l. Fal. & not. gloss. 3. in authent. ex testamento. C. de colla. neque repugnat aliqua ex rationibus, quæ suadet donationem, de qua in proposito, non valere. ita consulendo tenuit Cyn. in consilio quod incip. quicquid dicant, & est de mente doc. in dic. l. fin. C. de pac.

Sextò fallit, dicta regula vbicunque quis non donasset expressè omnia bona sua præsentia, & futura, sed donasset maximam summam excedentem valorem patrimonij, putà mille millia ducatorum: nã licet non sufficiant præsentia & futura ad hanc donationem implendam, tamen valet, quia tunc præsumitur in futurum lucrari. l. fin. §. deficit. C. arbit. tute. & ideò propterea toleratur dicta donatio. vt tenuit Fulg. in d. l. fin. C. de pact. pro qua facit quod singulariter tenuit Azo. Rubric. eodem titulo. B. Socin. reg. 145.

¶Donatio propter nuptias inæqualis dotis, & pacta de lucro dotis, vel donationis inæqualia non valent, cùm æqualia esse debeant, vt habetur in auth. de æqual. do. in princip. & in l. ex morte. cum auth. ibi posita. C. de pact. con. Institu. de do. in §. est & aliud. & in capitu. donatio extrà, de donationibus inter virum & vxorem.

Primò fallit, quando huiusmodi donationes fierent ante quàm contrahatur matrimonium per verba de præsenti: quia tunc tales donationes, etiam inæquales, bene valerent. & est ratio. Quia pacta inæqualia sunt prohibita constante matrimonio, quia sapiunt donationem, quæ est prohibita, ne mutuo amore se spolient: l. j. ff. de do. inter vir. & vxor. quæ ratio cessat ante matrimonium contractum. Et ista est doctrina Innoc. in d. capit. dona. quam sequitur ibi Ant. de Butr. & Ange. facit magnum festum in d. l. ex morte. B. Socin. reg. 143.

¶Donatio, quæ indistinctè prohibetur inter virum & vxorem, habet locum nedum in matrimonio vero, sed etiam in putatiuo l. 3. §. videamus. ff. de don. inter vir. & vxor. l. si ex voluntate. C. eod. doct. cap. fin. extra eod. etiam si iudex eam confirmet. l. obligationes. ff. de act. & oblig. hoc idem etiam si diu seorsum habitauerint, doct. Rubric. C. de dona. inter vir. & vxor. hoc idem ampliatur inter sponsos. Alex. consilio 142. numero 12. libro 5. l. pe. ff. de don. inter vir. & vxor. Medic. re. 2.

¶Dotare qui compellitur ex dispositione legis indefinitè vniuersaliter intelligi debet vt cogatur dotare toties quoties dos fuit amissa dũmodo amissa non fuerit culpa dotatæ. l. fin. C. de dot. promiss. auth. sed quamuis. C. de rei vxor. act. Docto. comm. l. si cùm dotem. §. 1. ff. solut. matrimo. Bal. auth. quod locum. C. de collat. item dos, quæ dari debet beneficio ecclesiastico, intelligi debet de quolibet siue cum cura, siue sine cura. not. ca. placuit. cum gloss. 1. quæst. 2. gloss. capitu. piæ mentis. ver. collata. 16. q. 7. Abb. cap. cùm sicut. de consecr. ecclesi. Lambert. in tracta. de iur. patr. 1. p. lib. 1. artic. 10. num. 1. dixi suprà ver. benefic. Medic. reg. 2.

¶Donatio quemadmodum prohibita est inter patrẽ, & filium, ita & econtrà. l. donationes. C. de dona. inter vir. & vxor. idem est in donatione facta inter virum & vxorem, Bapt. in tract. de correla. num. 72. Cephal. consi. 109. numer. 17. Ruin consi. 33. numero 11. volumin. 1. Medic. reg. 9.

¶Donatio reuocari non potest ab vno propter ingratitudinem alterius, ideo ingratitudo patris contra donatorem non nocet filio donatario. not. Doct. com. l. 1. C. ne filius pro patre. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. poss. contra tab. l. si quis filium. l. si quis suo. ff. de inoffic. test. Guid. consi. 176. item ingratitudo filij non nocet patri donatario. Ioann. And. in addi. ad Spe. in tit. de feu. §. nunc videamus, nisi pater haberet vsumfructum bonorum donatorum, quo in casu resoluto iure filij, resoluitur ius patris, ita interminis respondit Ripa l. fi. quæst. 53. numer. 176. & q. 42. num. 146. C. de reuoc. don. vbi cõcludit, quod donans alteri rem donatam, si fuerit ingratus primo donatori, reuocatur donatio in præiudicium secundi donatarij, quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptatoris. leg. lex vectigalis. ff.

lis.ff.de pigno.leg.3.ff. quibus modis pigno.vel hypoth.sol.l.si ex duobus.ff.de in diem adiec.similiter ingratitudo prælati non nocet ecclesiæ.in donatione ei facta.c.delictum. de reg.iur.6.Abb.c.verũ.de cond.apposit.Doct.comm.capitulo fina.de donat. Specul.in titulo,de dona.§.1.versicu.quod si.Fel.ca. ecclesia Sanctæ Mariæ.colum.39.de const.Old.consil.278.Doct.com.vbi Abb.c.1.de dolo.Ripa in terminis l.fina. quæstio.52. nume.173.C.de reuoc.dõ. item donatio facta mulieri non reuocatur ob delictum mariti, neque econtrà ita in terminis. Ripa d. l.fin.q.51.numer.169.C.de reuoc.don.similiter nota.quòd hæredes donatarij, non possunt agere ad reuocationem donationis ob ingratit. commissam contra defunctum,Ripa d.l.fin.q.63.& seq.nu.209. & nume.211. C.de reuoc.dona.ita nec etiam econtrà.l.his solis.C.de reuoc.dona.§.non autem.instit. de perp.& tempor.act.not.l. iniuriarum.ff.de iniuriis. Medic.reg.8.

¶ DONATIONIS reuocatio soluitur morte, non enim hæres donantis potest agere de ingratitudine contra donatarium, qua ipse commisit aduersus donantem.Fulgos.cons.213.DD.Com.ca.fin.de don.Bero.consi.49.num.16.volum.3.& his solis.C. de reuoc.don.l.fi. C.eod.titu.Ber.consi.98.num.4. volumin.1. Fallit quando constat de voluntate defuncti,qui voluerit reuocare Guid.decisi.214.num. 2.Ripa l.fi.q.63.nume. 209.C.de reuoc.don.§.non autem.Instit.de perpet.& tempor.act.Dixi ego in tract.de reg.iur.reg.8.ampl.75.in fine,& super conclu.5. Item hæres reuocare nõ potest donationem ex beneficio l.si vnquam.C.de reuoc.don.vt ibi Tiraq.in versic.susceperit.nume. 202.tunc enim præsumitur donationem tacitè voluisse ratam manere. Host.in Summa, de don.§.qualiter.sunt enim huiusmodi reuocationes personales, nec ad hæredes quidem extendi possunt,l.si pater.C.de inoffic.test. ca.fin.de don.Baldus l.1.C.de inoffi.test.Sali.l.si totas.C.de inoffi.testam. Corn.consi.234. volu.2.Itẽ nota quod ingratitudo prælati non nocet successori in rebus sibi donatis intuitu ecclesiæ, sed sibi ipsi tantum. Quint. Mand. in tractat.de ingratitudine. capi.117. Iacobus Menoch.in 9.rem recuper. poss. num.121.Ripa l.fin.num.175.C.de reuocand.donat. Et de conclus.prædicta intellige, si donans potuerit reuocare,& non fecit.c.1.§.item. vbi Baldus titul.quibus mod.feud.amit.Ioann.cap.fin.de donat. cum glo.versi.placuit.& in addit.ad Specu.titu.de feudo.§.fin. Idem est de ingratitudine vasalli erga dominum, DD.Con.dict.l.fin.C.de reuoc.donat. Aluar. cap.1.§.porrò.tit.quæ fuerit prima causa beneficij amitt. Salic.l. omnimodo. C.de adulteriis. DD.Com.l.rei iudicatæ.ff.solut.matri.Alex.consi. 189.volu.6.Aret.consi.14.Ruin.consi.159.volum.1. Curt.in tractat.feud. q.penult.4.p.Comensis consi. 164.col.3.Ruin.d. consi.159.consi.155.num.20.volu. 1.Baldus l.imperialem.§.insuper.col.fin.tit.de prohib.feud.alien.Paul.consi. 46.colum.2. volu.2.Idẽ est in causa adulterij dissimulati, de quo hæredes mariti conqueri non possunt aduersus vxorem ad lucrandam dotem,vt dixi super conc. 5. conc. Baldus consi.303.volu.3.Signoral. consi.50.Cardin.ca. plerunque.q.2.de don.inter vir.& vxor. Sali.l.fi.C. de adulter.Baldus l.libertatem.C.de adulter. Item no.quod si quis suo testamento legauerit quicquam pro maritanda puella, si ea viuente testatore maritetur,extinguitur legatum.Paul.consi.214.volum.1. Doct.l.Lucius.la 1.ff.de leg.2. si tamen postea testator non mutauerit testamentum, debebitur ei legatum ab hæredib.not.l.si mater.C.de inoffi.testamen.Tiraq.d.l.si vnquam.vers.susceperit. numero 219.C.de reuoc. don.& vide quæ dicam infer.versi. feudum.& in versi.ingratitudo.Medic.trac.2.part.

¶ DONATIO vltra 500.aureos, regulariter non valet sine insinuatione.l.sancimus.C.de donation.

Ampliat etsi donatio fieret duobus. dict. l. sancimus. iuncta authen.ibi.

Amplia etiam si esset apposita clausula, vt tot essent donationes, quod ducatorum centenaria. Alberic. Ros.l.illud.C.de sacrosanct.ecclesi.

Fallit quando talis donatio esset minùs, deductis expensis, ducatorum quingentorum,vt voluit Bartol. in l.quoties.ff.ad leg.fal.sequitur.Felinus in capit. ad nostram.de iureiurand.

Fallit in relictis ad pias causas,secundum Abb.& Moder.in cap.relatum.el.j.de testam.

Fallit quando donatio licet facta vni esset facta diuersis temporibus. Albe.in d.l.illud.

Fallit in magistro militum, qui spolia potest suo arbitrio donare militibus, vt est gloss.in l.penultim.C. de donatio.

Fallit, quando interuenit iuramentum, secundum Io. And.in addit.Spec.in tit.de fide instrument.

Fallit, quando quis donat pro redemptione domus ruptæ.gloss.in d.l.pen.

Fallit in donatione Imperiali secundum omnes doctores in d.l.penultim.

Fallit in donatione propter nuptias vsque ad quantitatem dotis. docto.in d.l.pen.

Fallit in donatione causa mortis. Docto.in d.l.penultima. S.Ianu.reg.69.

¶ DONATOR potest reuocare grauamen in præiudicium tertij:& ideo si aliquis donauit fundum alicui, vt post eius mortem esset talis ecclesiæ, donator in præiudicium ecclesiæ posset remittere ipsi donatario tale pactum. Quam regulam, & opinionem tenet Barto.in l.qui Romæ,in §.Flauius Hermes in num.1.ff.de verb.obli.idem Bar.in l.si quis. ff.de seruis exportan.Ioan.de Imo.in capit.potuit, num.68.de locato.Alex.in dicto §. Flauius.num.8. Roman in l.sed & si hac.in §.prostituta.numer.3.ff. de in ius vocando. Hanc opinionem Bart.dicit esse communem Bartholomæus Soci.in consi. cxv.numer.12.lib.4.eandem opinionem dicit etiam communem Iaso.in l.fin.nu.5.ff.de pact.idem Iason vbi dicit eam communem,& tenendam in d.l.qui Romæ.in §.Flauius.nu.14. & 16.& ibi Socin.numer.16.

Hanc regulam limitat tribus modis Iaso.in d.§. Flauius.num.17.& 2.limitat. Iaso.ibi comprobat plenè Cornæus consilio 50.nu.14. volumin.1. Parisius consil.lxxvij.nume.15.volum.1. Maria. Soci.Iunior in consil.cxviij.numer.13.volum. 2.Hanc etiam regulam, vbi tenet opinionem Bar.& eam examinat, ponit And.ab Exea in libro pactorum, nu.141.cum seq.vbi vsque ad numerum 186.limitat eam octo modis. Eandem regulam limitat sex modis Zasius in dict.§.Flauius. numero 7. Hanc regulam remittendo se ad Iaso.in dict.§. Flauius ponit Bernard. de Luc.in regu.ccxij.

Est tamen notandum, quòd licet opinio Bartoli sit communis, vt ex supradictis patet: contraria opinio magis communis & verior mihi videtur, per tex.in l.quoties.C.de do.quæ sub modo. cùm iam actio vtilis quæsita esset ecclesiæ: & quia cum do-

natio fuit iam perfecta, nō potest ex interuallo recipere cōditionem, vt in l. perfecta donatio. C. eo. titu. facit tex. in l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & hanc opinionem contra Barto. per supradicta fundamenta tenet Paul. Castr. in l. si insulam. in §. fi. ff. solut. mat. idem Paul. in l. si pecuniam, in prin. & ibi Rom. ff. de cond. da. causa. idem post doct. per eum relatos in l. si cùm venderet. ff. de pig. actione. Eandem opinionem cōtra Bar. vbi adducit plura fundamenta, & dicit esse communem opinionem contra eum, tenet Roderic. Xuares in repet. l. quoniam in prioribus. in viij. q. numer. 1. cum seq. vbi pro hac opinione contra Barto. allegat tex. in l. vij. titu. iiij. par. v. idem Roder. Xuares in allegat. xix. Didacus libr. 1. Variarum Resolutionum. in capi. xiij. num. 7. Pala. Ruu. in repet. Rubr. de donationibus. §. liiij. in fine. Gulielmus Benedictus in repet. ca. Rainutius. in verb. si absque liberis. el 2. nu. 23. P. Duen. reg. 206.

¶ Dotare non cogitur filia matrem suam, licet econtrà mater filiam cogatur dotare. Bald. leg. 3. C. de præscri. longi tempor. not. leg. cognouimus. C. de hæretic. le. 1. vbi doc. C. de iur. dotiū. Medi. re. 9.

¶ Dos & matrimonium.

Quòd dos à patre profecta, ad patrem redire debeat: & proprium sit filiæ patrimonium.

ff. de neg. gest. l. quod in vxore.
C. solut. matrim. l. dos à patre.
C. de rei vxor. act. l. rem. in præsenti. l. & hor. §. sileat. §. moneat.
ff. ad Maced. l. filiusfamil.
ff. de minor. l. denique. §. sed vnum.
ff. de euict. l. pater filiæ.
ff. de iur. dot. l. iure quamuis promit.
ff. de pact. dotal. l. si pater leg. si inter. §. cùm inter.
ff. solut. matrim. l. 2. & 3. §. post mortem.
ff. de solut. l. qui hominem. §. singulariter.
ff. ad municip. l. Lucius. §. idem respondit.
ff. de coll. do. l. quod licet. & iuxta fin. l. 2. §. vltimo. l. si pater.
C. de bon. quæ lib. l. constitu.
C. de pact. conuent. l. 3.
C. de iur. dot. l. & si dotem.
ff. de diuor. l. si filia eman.
In Instit. quib. nō est permis. fac. tes. §. ex hoc.
ff. ad l. Falci. l. pater filiam.
ff. de leg. 1. l. vxorem. §. testa. §. pater.
ff. de colla. bonorum. l. filium.

Contra.

C. de iur. dot. l. cùm quidam dotes.
C. de colla. bon. l. bon. l. teneri.
C. de constante matrim. l. 1.
C. de contrah. & committ. stip. l. vt inter ab.
C. de bon. præscrip. l. si depor.
ff. de iur. dot. l. si mater.
ff. de colla. bono. l. filium eman.
ff. de iur. dot. l. quamuis.
ff. de coll. bonor. vltim.
ff. solut. matrim. l. post dotem datam.
ff. de mino. l. denique. §. sed vt.
ff. de pact. dot. l. inter. §. si pater filiæ.

Quòd dos à patre, &c.) Malè subiungitur in Rubrica, & est proprium patrimonium, &c. Nec dicitur redire ad patrem, vel filiæ patrimonium. Imò quia nititur ex pacto tacito vel expressè: habet enim parens tacitam stipulationis actionem, vt C. de rei vxor. act. l. rem in præsenti. §. accedit. Super hac autem quæstionē, quæ nō est quęstio, sed stulta inquisitio, certum debet esse cuilibet, ad patrem dotem redire debere, etiam filiis extantibus: vt in vltimis argumentis in hac Rubri. positis probatur. nec dico argum. imò legibus expressis. vt ff. de iur. dot. l. iure succursum. Nec obstat, quod dicūt, modò habeat nepotes loco filiæ: quia prius & filiam & nepotes habebat, modò nepotes tantùm habet. Sic ergo & filiæ & pecuniæ damnum sentiret: quod contra legem illam esset. Item dicit expresè, quod est in C. de rei vxo. act. §. sileat. Item probatur hoc, quia lex dicit, pactum de retinenda dote à marito factū, validum esse, siue liberi interueniant, siue non. vt ff. de pact. dot. l. si pater dotem. in princip. Certum est ergo, quòd sine pacto retineri nō poterit: alioquin non validum, sed superuacuum diceretur pactum. vt ff. manda. l. 2. Leges inductæ in contraria Rubric. nihil faciunt ad rhombum: malè enim & falsò positæ sunt leges in sequenti Rubric. Primò facultatum, &c. Melius enim ad hoc possunt induci leges in hac Rubric. positæ, faciunt ad illam Rubric. Respondeo igitur legi, quæ est. ff. de min. l. denique. §. si verum. quia quòd dicit, dotem filiæ esse patrimonium, subaudi, quasi vt dicit C. de rei vxo. act. l. rem in præsenti. §. accedit, & hæc. si enim proprium omnino esset patrimonium, deueniret ad filios eius: & ita tollitur alia oppositio, quæ est in Instit. de hære. qual. & differ. §. sui. Verum est enim, liberos primò vacari, si tractetur de successione. Sed pater non nititur aduocare dotem, vt hæres: imò ex pacto tacito vel expresso, vt dictum est. Item non obstat, quod legitur ff. ad Treb. l. filia. & ad l. Falci. l. pater. Id enim concedo, vt patre mortuo, dos omnino pertineat ad filiam eius exhæredatam, & tanquam æs alienum, vt C. de rei vxo. act. l. videamus igitur. & in hoc casu loquitur ad l. Falci. pater. l. ex aut. de collatione etiam minus tangit quæstionem: quia ibi non dicitur quòd maritus possit retinere, vel quòd liberi ex nepote nati essent. Aliæ leges ibidem positæ, nō faciunt ad quæstionem. His ergo reprobatis, dicam cum lege, dotem esse restituendam: quia lex ipsa dat ei ex nudo pacto actionem: aut si hoc verum non est, iniquè reprobaretur simplex pactum patris, in continenti factum. vt C. de iur. dot. l. auia. Hoc secundum B. sed M. contrà. Nos sentimus cum B. & lege, sed taceamus amodò: quia nostra sententia abiit in desuetudinem. Martini autem sententia roborata est, & obtinet hodie. Azo, Rub. 34.

Pro modo facultatum sumptus faciendo in dote, & funere, atque aliis.

C. de dot. promiss. l. vltim. §. vltim.
C. comm. de leg. Auth. res.
C. de coll. dot. l. vltim.
C. de iudic. l. nullus.
ff. de iur. dot. l. si verò generaliter.
ff. de leg. 3. l. si filiæ.
ff. vbi pup. edu. deb. l. 3.

Pro modo facultatum, &c.) Hæc est nota: & leges sub ea positæ, malè sunt assignatæ, vt suprà proximè dixi in illa Rubric. Quos dos.

Vt filia possit in dote institui hæres.

ff. de collat. dot. l. vltim. §. 1.
C. de sacrosanct. Eccle. Auth. ingressi.
ff. de mino. l. denique.
ff. ad Trebe. l. à filia mulier. §. cùm proponas.
ff. ad l. Falcid. l. pater filiam.

ff. de

ff.de procur.l.filius.
ff. de hær.instit.l.quædam.
ff.de colla.dot.l.filiam.
ff.de rei vend.l.emptor.§.1.
ff.de solut.l.qui hominem.
C.de pac.conuen.l.si conuen.
C.de rei vx.act.l.rē in præsenti.§.sed quāuis.
ff.de leg.2.l.Titia.
ff.fam.ercisc.l.Pomp.ex parte.§.cùm in testamento.

Contra.

C.de codicil.l.pactum. Auth.ex testamēto.
C.solut.mat.l.dos.
C.de rei vx.act.l.rem in præsenti. §. videamus.

Vt filia possit institui,&c.) Verum est filiam posse institui in dote,vt in contraria rubrica cōtinetur. Cū enim ipsa conferat,& ex testamento,& ab intestato, vt C.de collat.Authentic. ex testam. cur non institui in testamento, & in eadem possit? Nec obstat quod in hac Rubrica continetur,quia dotem exigere sine volūtate filię nō potest,vt ff.de leg.2.l.Titia. §.qui in inuita.ff.de solu.l.qui hominem.§.si genus, & quod minuit substantiam dotis,vt C.rem in præsenti.Authentic. sed quamuis. nam & quartam habet necesse relinquere.& tamen in quarta potest instituere filiam,quinimò habet necesse, vt in authentic.cùm de appell. cog.§. aliud verò. quam habet tunc ex authoritate legis, si instituatur, habebit ex institutione,vel possit talis adhiberi medela,vt instituatur saltem in modica summa,& postmodum cōputabit sibi in dotē in Falc.vt C.rem in præsenti.§. videamus.Et ita vtitur ciuitas Bononiæ.Az.rub.34.

Nota quòd affinitas non est inter sponsum & sponsam.
Contrà,ff.de cond.caus.dat.l.quod seruus.
Azo rub.34.

Nota quòd affinitas per matrimonialem tantùm copulam, non per fornicariam constituitur.
ff. de grad. cognat.l.4.
ff.de concubinis.
ff.de ritu nupt.l.adoptiuus.§.seruiles.

Quis fundus dotalis soluto matrimonio sit,vel quasi,si nondum corporaliter redeat ad mulierem.
C.de fund.l.1.& 2.

Quòd non sit.
ff. solut. matr.l.diuisio.

Quis fundus,&c.)Hoc nō debuit sub dubio poni, quia leges in Rubrica positæ id declarant euidenter. Hoc tamen intellige ad inhibendam alienationem non vt faceret suos fructus, vt facit constante matrimonio, imò diuiduntur pro portione anni.ff. soluto matrimon.l.de diuisione. vt in contraria Rubrica dicitur.

Adiectio.

Videtur contrà esse in C.de iure dot.l.in rebus. §.omnis.sed ibi de fundo, qui præscribi non posset,nisi triginta annorum præscriptione,quia contra legem esset.vt C.de agric.& cens. quemadmodū de rebus aliis,vel hypotheca quam habet in bonis mariti. Causa. Azo rub.34.

An maritus rei dotalis sit dominus.
C.de iur.dot.l.3.de his si prædium.
ff.solut.matr.l.si is,neg.gest.§.instit.
ff.pro dot.l.1.
In Instit.quib.aliena.non.l.1.in prin.

Quòd non sit dominus.
C.de iur.dot.l.penult.
ff.solut.mat.l.constante.l.si Titia.in fine.
ff.qui satisd.cog.l. de die.§.quidam.

Quòd maritus rei dotalis sit dominus, &c.) Quidam de plano concedunt mulierem de iure naturali dominam,maritum verò de iure ciuili dominū, vt C. de iur.dot.l. in rebus.quod ideo falsum est,quia lex dicit iure naturali trāsferri dominium in maritum. vt in Institut. de rerum diuis. §. per traditionem. Quis ergo audet dicere, mulierem eodem iure remansisse dominam.Hoc enim est impossibile, quia duo in solidum domini esse non possunt,vt ff.commod.si vt certo loco. §. vltimo. & de castr. pecul. l.hæreditatem. §. pater. quòd ergo dicit rei veritas non delata,intelligendum est,quantum ad commoditatem & sustentationem, ipsa enim inde alitur, & gubernatur,sicut impropriè dicitur aliàs, quòd dotem possidet ad alimonias. vt C.qui pot. in pignor.l.vltima. quæ tamen consumpta est, iam sunt decem anni,putà,quia erat in pecunia, qualiter ergo possidet eam?Respondeo modo prædicto, sic & impropriè valde dicitur in ea obligatio reuera esse, quo ad commodum & incommodum,quam tamen constat alienam,vt ff.ad Vell.l.aliquando.Similiter respondeo ad l.quæ est.ff.solut.matrimon.l. si constantè.§.maritus.Dicam igitur maritum esse dominum,non vxorem,vt C.de rei vendi.dotem.& ff.solut.matrimon.l.seruus do.præterea maritus dotem vsucapit.vt ff.de vsucap. pro dote.l.1.

Adiectio.

Sed & viuente patre filij domini rerum paternarum esse dicuntur.vt ff.de lib.& posthum.

Quòd res dotales sint in bonis mariti.
ff.de iur.dot.l.dotis.§.qui ius.

Ex inutili matrimonio nihil assequi.
ff.rer.amot.l.si certi.in prin.l.si concubin.
ff.ad municip.l.pen.in fin.
ff.de cond.& demonst.l.hæc conditio.
ff.de oper.lib.l.si patronus.
ff.de bo.pos.l.vnde vir & vxor.in prin.
ff.pro dote. l.2.in fin.
ff.de vsufr. leg.l.vxori ma.
ff.adult.l.si vxori.§.diuus.
C.de cond.ob caus.l.8.
C.de incest.nupt.l.qui contrà.

Ex inutili matrimonio,&c.) Hæc Rubrica exposita in Institut.de nupt.§.si aduersus ea. Contingit tamen quandoque contrà,vt ff.de ritu nup.l.qui in prouincia.§.1. Item statuit Alexander Papa III. vt si bona fide sit contractum,filij pro legitimis ex benignitate habeantur.vt in ex.qui fil.sint leg. l.cùm interlo. veterem.

Fundus dotalis potest alienari.
ff.de iur.fund.dot.l.dotale.§.vlt.
ff.de iur.dot.l.vlt.
ff.sol.matrim.l.diuortio.l.si fundum.

Fundus dotalis, &c.) Regulare est vt fundus dotalis non possit alienari. Fallit autem vel quia expedit mulieri.vt ff.de iur.dot.l.dote ita constante. & l.vltim.vel quia fit ex necessitate,vel cum vniuersitate. vt ff.de fund.dot.l.1.vel quia causa præcessit constitutionem dotis.vt ff.de fund.dotali.l.si fundum.Azo rub.34.

In quibus casibus dos constante matrimonio exigitur.

C. de repud. l. 1.
C. de iur. dot. l. vbi.
ff. solut. matr. l. si constante.

In quibus, &c.) Hæc sunt specialia, vt ex legibus apparet. Azo rub. 34.

Quòd res minoris pro dote non obligetur.
C. de leg. tut. l. vltima.

¶Dos, l. 86. in ambiguis. Riisvvich.

¶Dos, extraneus dotans mulierem si stipulatus fuerit eam dotem sibi reddi soluto matrimonio facto diuortio statim ita committitur ea stipulatio, vt neque redintegrato matrimonio actio ex stipulatu quæsita interdicat, atque etiam ita vt stipulator non cogatur iterum eam dotem constituere. gloss. l. stipulatio. & l. dotem. ff. de iur. dot. per l. item. §. fin. ff. locati. Med. reg. 4.

Dos. Mulier iurauit non alienare dotem, nisi authorizante iudice, postea iudice non authorizante consentit & iurauit, non contrauenire: an talis dispositio debeat seruari? Respon. quòd primæ geminatæ standum est, videlicet respectu sui ipsius, & respectu iudicis. Host. cap. cùm contingat. de iur. iur. capitu. eam te. c. intellecto. eodem titu. glos. capit. licet. de iur. iur. 6. per quod dictum limitatur Authen. sacramenta puberum. ca. si aduers. vend. Imo. l. si æstimatis. ff. sol. matr. l. cùm vir. ff. de vsucap. Bal. l. duobus. §. item. ff. de iur. iuran. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. l. is cui. ff. de verb. oligatio. Specu. in tit. de emptio. Med. reg. 3.

Dos, pactum inter fratres, vt dos soluatur ex bonis omnibus intelligitur, vt semel tantùm dotetur, nisi aliter expressè actum fuerit. Fulgos. l. si socius. ff. pro socio. Lucas de Penna. l. si quis decurio. column. 2. C. de decur, lib. 10. Anch. consilio 404. Ias. l. in duobus. §. si ei. ff. de iur. iur. l. diuortio. §. quod in anno. ff. sol. matr. l. inter stipulantem. §. sacra. ff. de verbor. oblig. idem Ias. cons. 26. vol. 2. Med. reg. 4.

¶Dos consistens in mobilibus statim, soluto matrimonio restituitur: immobilium verò post annum fit restitutio. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio.

Fallit quando hæredes mariti essent diuites, & possunt soluere, vt sunt campsores, quia tunc si volunt soluere ante annum, non tenentur talem dilationem expectare secundum Iasonem in §. fuerat. Institut. de actio. versicul. ad id autem, &c. dixi in Consuetud. Neapolitana, vbi dos de iure dotium. S. Ianuar. reg. 71.

¶Dos dari non debet viduis pauperibus, si testator dixerit dari debere talia bona mulieribus dotandis, quia de primis nuptiis interpretatio fieri debet. Bal. in proœm. decretal. col. 4. Card. Florent. consil. 49. Card. Alexan. in rub. de rest. spo. colum. 6. Claudius l. mulier. §. cũ proponeretur. col. 1. ff. ad Trebel. Garonda in rubr. de sec. nup. col. 2. Medic. reg. 3.

Dos data à patre secundum quod data fuit ab antecessore si non constiterit antecessorem nullam constituisse dotem, an dicetur dotata? resp. quòd cum relatio ad proxima non habeat locum, videndum erit quam dotem alter antecessor constituerit, alioquin indotata erit nisi statutũ loci aliter disponat. not. Bald. Nouell. in tract. de dote, in 6. parte, priuileg. 10. Iaso. l. admonendi. numer. 42. ff. de iur. iur. in termin. huius reg. Med. reg. 10.

Dos data à fratre, qui sororem dotare compellitur, si casu soror dotem perdat, non tenebitur amplius frater ipsam dotare, quia statutum de vna vice tantum intelligitur. Bal. l. fin. C. de dot. promis. Ias. l. in duobus. §. si ei. colum. 2. ff. de iur. iur. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. mat. Feli. c. 2. col. 3. de treug. & pace, si frater tenebitur dotare ex dispositione hominis, distingue, vt per Alexand. l. si cum dotem. §. 1. col. 2. ff. sol. mat. Soc. cons. 5. col. 2. vol. 4. Medic. reg. 4.

Dos debetur ecclesiæ, vel pio loco de necessitate in limine fundationis. glos. capitulo placuit, 1. quæstio. 2. c. nemo. de consecr. distinct. 1. glos. c. piæ. 16. quæstio. 7. Abb. cap. cùm sicut, de consecr. eccles. & altar. Lambert. in terminis in tract. de iur. patr. p. 1. lib. 1. artic. x. quæst. 5. nume. 1. capit. sine exceptione. 12. q. 1. cap. nulli. de reb. eccles. non alienan. quæ dos pro forma est etiam perpetua ad hoc vt fundatori competat ius patronatus. Lamber. d. loco 1. p. lib. 2. arti. 2. quæst. 5. numer. 3. ita nouissimè disponitur in concil. Trid. sess. 14. c. 17. in tit. de iure patr. vbi de hoc verba expressa sunt. Med. reg. 7.

Dos & donatio propter nuptias correlatiua dicuntur, vnde pactum super dote censetur factum, & super donatione propter nuptias. Bal. l. fin. C. de donatio. ante nupt. Affli. decis. 209. nume. 4. Boer. dec. 23. nu. 7. Ronchegallus. l. eandem. num. 55. ff. de duob. reis. Boer. Decl. 48. num. 3. Med. reg. 9.

¶Dos filiæ concessa, excedens legitimam filiorum dotantis, quandiu durat matrimonium, non potest à marito reuocari, respectu eius quod excedit: quia illam habet titulo oneroso. Hanc regulam cum sex ampliationibus, & quatuor restrictionibus, scripsit Didacus de Segura in repet. §. cum filiæ. l. cohæredi. ff. de vulgar. & pupil. & sic fortè dictis limitationibus poterit declarari opinio Io. Lupi in repetit. c. per vestras. vers. mortuo. vbi tenet, quòd in cancellaria regia fuit contrariũ iudicatum. B. Dias reg. 215.

¶Dos de necessitate debetur ecclesiæ vel pio loco sufficiens & perpetua, & tradi debet in limine fundationis, vel acquisitionis iuris patronatus. Hanc regulam probat tex. in capitul. placuit. & ibi gloss. 1. quæst. secunda. & in can. nemo. de consecra. distinctione prima. glos. in can. piæ mentis. in verbo, collata. xvj. quæstion. vij. & in capitu. cùm sicut. & ibi Abbas de consecr. eccles. vel altaris. & ita expressè tenet Lambertinus in tractat. iuris patronatus. in 1. parte, 1. libr. in x. artic. v. quæst. principalis. numero 1. cum sequentibus, & quod dos ecclesiæ debeat esse perpetua. probat text. in canon. sine exceptione. xij. quæstio. 2. & in capit. nulli. de rebus ecclesiæ non alien. ita tenet Lambertinus in dict. tractat. in prima parte, 1. libro, in 2. artic. v. quæstion. principalis, numero tertio, & in articu. v. numero 1. & quod debeat tradi in limine fundationis, probat text. in d. capitu. nemo. & firmat Lambertinus in dict. artic. x. & per totam illam quæst. notabiliter tractat materiam huius regulæ.

Hanc regulam cum viginti ampliationibus, & sex limitationibus ponit Cæsar Lambertinus in dict. tractatu in prima parte, 1. libro in xxij. artic. v. quæstio. principalis. folio 46. colum. iiij. numero 3. vsque ad finem. P. Duen. 225.

¶Dos minima dicitur etiam dos, quia cùm ipsa sit ius vniuersale in vno nummo constitui potest, vnde statutum excludens dotatam non succedere procedit etiam in dotata in exigua dote. Bald. capitulo, si proponente. de rescr. idem authen. res quæ. C. com. de leg. glos. l. si quis priore. ff. ad Treb. Barb. consil. 74. lib. 3. & cons. 40. lib. 1. Medic. reg. 5.

¶Dos non comprehenditur sub generali dispositione. Bartol. l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell. Crotus

tus, Alexand. Ias. Soc. Iun. l. filiusfamiliàs. §. diui. nu. 149. ff. de leg. 1. doct. com. l. 1. ff. sol. matr. Ias. l. quod dicitur. num. 5. ff. de verb. oblig. Med. reg. 1.

Dos nõ minuitur propter expensas paruas. l. omninò. l. quod dicitur. ff. de impens. in rebus dot. fac. Item not. quòd dotis appellatione non venit parua dos. Barto. auth. præterea. capitu. vnde vi. & vxor. Sal. & Rom. l. diuortio. ff. solu. matr. parum enim & nihil æquiparantur. leg. quamuis. ff. de cond. & dem. Bal. auth. quod locum. C. de collat. Mars. in praxi crimi. §. & quia. numero 8. idem sing. 276. Barba. consilio 74. volum. 4. Ias. l. si is qui pro emptore. colum. 2. ff. de vsucap. vnde authentica loquens de muliere indotata habet locum in habente paruam dotem. doctor. comm. in d. authe. præterea. Cyn. & Bal. l. licet. C. de iur. dot. Alexand. consilio. 12. lib. 7. Corn. cons. 249. libr. 3. Barb. consil. 74. libr. 4. Socin. consil. 121. colum. 7. libr. 4. potest tamen esse in vno nummo, quia est ius vniuersale actum ad aug. & ad diminu. Medic. reg. 5.

Dos nulla dicitur sine matrimonio. le. 3. ff. de iur. dot. Doct. com. rubr. & l. 1. ff. sol. matr. tamen econtrà valebit matrimonium sine dote, licet soluto matrimonio non dicatur amplius dos, sed patrimonium mulieris, sed si pereat fundum dotale, an extinguatur dos? resp. distinguendo an dos fuit æstimata, aut nõ primo casu dos perit periculo mariti, qui tenetur ad æstimationem, nam est fundata in genere quodã quod perire non potest. Doct. com. l. incendium. C. si cert. pet. si non fuerit æstimata, sed tantùm datum sit prædium vel domus in dotem, tunc periculo vxoris perit, nisi maritus vel eius hæredes fuerint in mora, vel in culpa, vel nisi aliter inter eos fuerit conuentum. l. æstimatæ. ff. sol. matr. l. quod si. ff. de iur. dot. l. si inter. C. eodem. item not. quòd si mulier fuerit morosa in petenda dote, si casu perierit, perit eius periculo. l. si mora. l. si semel. ff. sol. matr. idem maritus promittens socero non petere dotem, extinguitur pactum post mortem soceri, ideo ab eius hæredibus petere poterit. not. l. si marito. §. 1. sol. matri. Alexand. l. 1. colum. 11. ff. eodem. Rom. consilio 417. vbi ponit quod deficiente causa obligationis finitur obligatio. Med. reg. 6.

¶ Dotis causa dicitur præcipua omni tempore, omni loco, & omni respectu. l. in ambiguis. ff. de iure dot.

Fallit in 3. casibus quos no. Socin. in l. 1. ff. sol. mat. numero 64.

Dotis instrumẽtum præsumitur anterius factum. Bar. in l. 1. ff. sol. matr.

Fallit vt per Iaso. in d. l. 1. fallit vt per Dec. in l. in ambiguis. ff. de reg. iu. Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in aliis quatuor, vt per Marian. Socin. Iun. in d. l. 1. ff. sol. matr. num. 44. & sequen. Fallit in 4. casibus, vt per Bart. Socin. in d. l. 1. nnmero 1. & sequen. fallit in 5. casibus, vt per Ripam in dicta l. 1. numero 5.

In dote lucranda non consideratur consuetudo loci mulieris, sed statutum loci ipsius mariti. hanc esse communem opinionem testatur Crot. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. num. 164.

Fallit in 6. casibus, vt per Crot. in d. l. omnes populi. numero 165. Ampliatur & limitatur per Baptist. à Villa. conclusio. 95. in litera D. & conclusio. 16. in litera M.

Dos putatiua habet priuilegia dotis veræ. communis est opinio in Rubr. ff. solut. matr.

Fallit in 6. casib. quos not. Franc. Nico. in d. Rubr. ff. solut. matr. num. 131. & seq.

Dos vera & propria dicitur quando contractum est matrimonium validè, & durat matrimonium. Doc. in d. Rub. ff. solut. matr.

Ampliatur & limitatur per Vincent. Saluio. in Rub. ff. sol. mat. num. 107.

Dotalis res maximè immobilis non potest alienari. l. 1. & per totum tit. C. de fundo dotal.

Fallit in 20. casibus, quos not. Bal. de Bartolinis in repet. Rub. ff. solut. matr. num. 26. & seq.

Priuilegium dotis circa ius antelationis, non habet locum in dote solùm confessata. Docto. in d. l. 1. ff. sol. matrim.

Fallit in 8. casibus, vt per Bald. de Barto. in d. l. 1. Fallit vt per Baptist. à Villa. conclusio. 178. in litera D. Fallit in 8. casibus, quos not. Socin. in l. dotis. ff. solut. matr. num. 87.

Priuilegium legis, assiduis. C. qui pot i o. in pig

Fallit in 9. casibus, quos not. Socin. in tractat. fallent. reg. 90.

Fallit in 17. casibus, quos not. Bald. de Bart. in d. l. 7. numero 140.

Priuilegium concessum actioni de dote, non competit extraneis hæredibus. Doct. in d. l. 1.

Fallit vt per Crot. in d. l. num. 67.

Mulieri dotem repetenti non potest opponi compensatio, hanc esse magis communem opinionem tradit Bald. de Bartol. in d. l. 1.

Fallit in 6. casibus, vt per eundem ibi. num. 230.

Speciale est fauore mulieris soluto matrimonio illicò in eam transit dominium rei dotalis iuris ministerio sine alia traditione, l. in rebus. C. de iure dot.

Fallit in 16. casibus, quos no. Bald. de Barto. in d. l. 7. nu. 277. & seq.

Speciale est in muliere vt non teneatur ad obseruantiam pacti, per quod ipsa mulier in totum, vel in partem remaneret indotata, vel aliter dotis conditio efficeretur deterior. l. secund. & l. de die. ff. de pact. dotal.

Fallit in 10. casibus, quos no. Bald. de Barto. in d. l. 1. numero 414.

Dotem filiæ pater darẽ tenetur. l. fin. C. de dotis pro.

Fallit in 3. casibus, quos no. Crot. in d. l. 1. numer. 73. fallit in 5. casibus, vt per Soc. reg. 287. fallit vt per Viui. in suis conclus. ver. pater. & regula procedet etiam post matrimonium contractum. fallit vt per Socin. in d. l. 1. num. 229.

Fallit vt per Viuium ver. pater. Ampliatur procedere etiam in matre, vt per Viuium in ver. mater diues. videas §. in conclus. quæ incipit pater.

Auus dotem nepti dare tenetur, no. doct. in d. l. 1. ff. solu. matr.

Fallit in 2. casibus, vt per Crot. in d. l. 1. numero 80. fallit in 2. casibus, quos not. Iaso. in l. auus neptis. ff. de pact. num. 1.

Pater in dubio dotando videtur de suo dotare, & non de bonis filiæ. hanc esse communem opinionem testatur Thomas Parp. in d. l. 1. num. 16.

Fallit vt per eundem in d. l. 1. numero 16. Fallit in 2. casibus, vt per Socin. in d. l. 1. numero 181. Ampliatur & limitatur per Ripam in d. l. 1. nu. 87. Ampliatur in 3. casibus & limitatur 4. casibus, vt per Maria. Socin. iunio. in d. l. prima. ff. solut. matrimo. numero 164.

Maritus si constãte matrimonio dotem mulieri restituat, non liberatur. no. glos. in l. 2. ff. solu. matrimon.

Fallit

Fallit in 9.casibus, vt per Tho.Parpal.in d. l. 2.nu. 49. Fallit in 8.casib.vt per Alexand.in d.l. 2.nu.8.

Constante matrimonio dos repeti non potest. hanc dicit esse communem opinionem Fanus in tract.de pignor.& hypoth.par.8.memb.1.num.1.

Ampliatur in 3. casib. vt per Baptist.à Villalob.in suis conclus.167.in litera D.Fallit in multis casib.quos not. Crot.in l.2.ff.solu.matri.num.38.Fallit in multis casibus quos not. Viuius in suis conclus. in ver. mulier non potest.

Fallit in 4.casibus,vt per Socin.in l.solut.matrim.ff.solut.matrimon.nume.8.& si soluit constante matrimonio non liberatur.

Fallit in 3.casibus,vt per Rip.in d.l.soluto matrim.numero 28.

Causa dotis dicitur esse pia,no.in l. 1. ff.solut. matrim.

Fallit in 2.casibus,vt per Crot.in l.2.ff.sol.matr.numero 95.

Titulus dotis ex parte mariti cui dos ipsa traditur, est onerosus,& non lucratiuus. ampliatur in 3. casibus, & limitatur in 2. in l.si constante.ff.solu.matrim.numero 126.

Confessio de dote recepta facta constante matrimonio censetur facta in fraudem legis.& nō valet, hāc dicit esse communem opinionē Ias. in cons. 32.col. 3.Bello.consil.47.Boer.dec.330.

Ampliatur & limitatur in 2.casibus per Baptist. à Villa.in suis conclus.in litera D. conclu.173. fallit in 3. casibus,vt per Crot.in l.si constante.ff.solut. matr. numero 147.

Maritus in dote habet beneficium, ne teneatur in effectu vltra quàm potest,deducto ne egeat.l. maritū. ff.sol.mat.

Fallit in 5.casib.quos no.Ias. in l. quod nomine. ff.de cond.indeb.numer.1.Fallit in 9.casibus, vt per Soc. reg.257.fallit in 23.casibus, secundum Alexan.in d. l.maritum, videas eundem in l. etiam filios. §. licet in dotalibus.ff.sol.matr.nume.9.vbi ponit limitationem,& eam sublimitat in 4.casib.

Soluto matrimonio, & dote restituta non appellatur amplius dos.Doct.in Rub.ff.sol.matr.

Fallit in 3.casibus,vt per Ias.in d.rub.num.10.

Dos filiæ concessa excedens legitimam filiorum dotātis,quandiu durat matrimonium,non potest à marito reuocari respectu eius quod excedit, quare illam habet titulo oneroso.

Ampliatur in 6.casibus, & limitatur in 4. à Didaco in l.4.cohæredi.§. cùm filiæ.de vulgar.& pupill.

Dotem sicut perdit mulier propter adulteriū, ita per luxuriosum osculum vel tactum māmillarum.Bald. in c.tuo.de procu. Fel.in c.præterea.de test.

Fallit in 4.casib.quos not.cap.in repe.Rub.de iud.col. 4.num.23.

Fallit in 4.casibus,in quibus mulier propter adulteriū non perdit dotem,quos not. Viuius in suis conclus. in versi.vxor perdit dotem.

Pater potest cogi obligare se, & sua bona pro restitutione dotis mulieris, cum qua filius est matrimoniū contracturus, vbi aliàs non posset commodè cum alia,vel illa contrahere in loco vbi non est obseruantia,quòd pater teneatur ad constituendam donationem propter nuptias. Bartol. in l.si cùm dotem. §. transgrediamur.ff.soluto matr.vbi Paul.de Cast. & Alexand.

Fallit in 6.casib.vt per Bald.nouel.in tractat. de dote, fol.16.col.4.ver.infertur ex prædictis.

Fundus datus filiæ spurię in dotem post eius mortem reuertitur ad patrem,vel ad hæredes eius.Bald. in l. eam quam.C.de fideicom.facit text. in l.1.vbi Bart. C.de natu.liber.

Fallit in 4.casibus,vt per Bermon.in tract. de pub.cōcubi.numero 60.Pala.Ruui.limitat in 4. casibus, in repet.c.per vestras.§.24.incipiente in constituenda tamen dote.

Mulier propter adulterium amittit dotem.ca. plerunque,vbi Abb.& docto.de donat.inter virum & vxorem,& communis est,licet criminaliter nō agatur. Alex.cons.184.num.8.volum.6.

Ampliatur in multis casibus,& limitatur in 5.à Lancil. in tract.de offi.præto.in causis criminalib. in. titul. de adult.numer.23.& seq.Ampliatur & limitatur in 2.casibus.per Carerium in §.circa quartum. in praxi crimin.num.253.

Ampliatur & limitatur in 4.casibus,vt per Viuium in suis conclusio.versic. vxor perdit dotem,vbi multa videas de hoc.

Dos repeti potest quocunque modo matrimonium fuerit dissolutū.l.2.ff.solu.mat.sentit gl.in l.1.ff. eo.

Fallit in 2.casibus,vt per Alexand.in d.l.2.num.2.fallit in 3.casibus,vt per Maria.Soc.Iunio.in rub.ff.sol. matr.num.112.

Pater tenetur dotare filiam.l.filiā. C. de dotis promis.

Ampliatur in 5.casibus,per Bapti.à Villa. conclus.182. in litera D.Fallit in 5.casibus,quos not.Soc.reg.281. Fallit in 3.casibus,quos not.Crot.in l.1.ff. solut. matrim.num.73.

Maritus constante matrimonio ex causa donationis dotem vxori constituere non potest. l.si constante. ff.de donat.ante nuptias.

Fallit in 6.casibus,quos not.Socin.reg.256.

Repeti potest dos propter inopiam mariti. l. si constāte.ff.solut. matrim.

Fallit,vt not.Franc.Turz.conclusio.20. & 21.

Mulier in dote ex suo consensu non potest facere suā conditionem deteriorem. l. de die.& l.Attilicinus, ff.de pac.dotalib.

Fallit vt not.Franc.Turz.conclusion.167. numer.2.

Si quis filiæ mille legauit,si matrimonium cōtraxerit si verò religionem ingredietur, centum, si ingreditur potest mille petere.

Fallit vt per Viuium in suis conclu.in ver.filiæ.fol.27.

Dos competens dicitur inclusiuè vsque ad legitimam. est communis opinio secundum Dec.consil.276. & consil.89.

Fallit in 4.casibus,quos not.Math. in suis communib. conclus.in ver.legitima.

Dos data filiæ & eidem pleno iure quæsita transmittitur ad eius liberos, velut hæredes, nec eis in legitimam ab auo debitam imputatur,est communis opinio secundum Alexan.in cons.24.volumine 1.

Fallit vt per Matth.in titu.legitima.in ver.dos data.

Dos profectitia est communis patris & filiæ in potestate constitutæ.l.2.§.quòd si in patris. & l. sequen. ff. solu.matr.

Fallit in 2.casibus, vt per Ripam in d. §.quòd si in patris.nume.2.

Dos data mulieri potest repeti propter ingratitudinē ipsius mulieris.

Fallit in 3.casibus, secundum Ripam in l. generaliter. de reuoc.donatio.

Maritus si confiteatur se recepisse dotem,potest opponere exceptionem non numeratæ dotis.

Fallit in 6.casibus,quos no.Felin.in c.si cautio.de fide instru. num.63. Don.Fin.lib.1.

DOTIS causa inter plura priuilegia, quia habet, illud est quod aliis creditoribus præferatur, licet contractus precedens tempore aliam tacitam hypothecã habeat, secus tamen si expressam. l. assiduis. C. qui po. in pign. habeant.

Primò fallit si dos est tantum confessa. vt est glos. in dicta l. assiduis. C. qui po. in pignor. habeant. in verbo, data. & de dictis priuilegiis plenè. ff. soluto matrimonio. in l. j. Sed super hoc passu. d. gloss. non aduertendo quòd sunt tria quæ possunt esse rationes, nam potest considerari prima ratio, videlicet præsumptæ simulationis, quia præsumitur ex eo, quia confessio est facta inter personas prohibitas. l. qui testium. ff. de probationibus. l. si fortè. ff. de castren. peculio. l. si dona. C. de collat. cum similibus. Ratio secunda est, quia dict. l. assiduis. exorbitat à regula communi, & ius strictè intelligit, in quo casu non sequitur dotem verè traditam. Ratio tertia est, quã posuit Baldus in l. cùm aliquis. C. de iure deli. quia priuilegium prelationis datur actione ex stipulatu, & non est indultum condictioni ex lege, per quam condictionem petitur dos confessata, quam rationem refert & sequitur Cardin. & Pet. de Ancharan. in capitulo, ex literis, extrà, de pignor. His ergo rationibus sic præmissis & in medium adductis, possunt confidentius inferri illationes, vt gloss. in dict. l. assiduis. vbi vide.

Primò limita, hoc non procedere si esset tali exceptioni nullitatis dotis renunciatum, vel essent transacta tempora ad opponendum, de quibus in authentic. quod locum, sed caue quia tantùm habet locum dict. l. assiduis. non autem dicta gloss. & hoc voluit Bartol. & alij doctor. in dict. l. & Angel. in d. l. glos. & in l. si quis. C. de bon præscr. ideo creditores pro suo interesse possunt opponere, quod dos non fuit soluta ipsi marito. Idem voluit Ioan. de Imola in d. capitu. ex literis. & regula damnum. de reg. iur. in 6. & quia in rebus dubiis fauetur doti. l. in ambiguis. de reg. iur. & not. in capitul. fin. extrà, de re iu. licet Ioan. de Imo. dicat hoc procedere quando alter creditor prætenderet solam confessionem, & alter hic non. & bene dicit, licet prima facie videatur contra id quod est dictum de non numer. pecun. per l. dolo. §. diuersum. ff. de no. cùm si. tamen procedit etiã fauore dotis per illam l. in ambiguis. & hoc casu si rectè considerat, non habet locum aliqua ex dictis rationibus, quia cessat præsumpta simulatio, & cessat ratio ex ordinatione. item cessat ratio Bald. in dict. l. cùm aliquis. quia censetur dos verè tradita, & omnis effectus priuilegiatus debet subesse, & hæc est prima limit.

Secunda limitatio est ad glos. prædictam dict. l. assiduis. quia si vir est longè ignobilis, licèt confiteatur dotem, tamen habet priuilegium prælationis secundum Bald. in l. si voluntatis. C. de do. promiss. & illum tex. habetis in l. creditor. §. j. & not. in l. si stipulatus fuero sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verborum obligationibus, dummodò non fiat simul confessio vt ibi per eum, quia dos habetur pro tradita, nec potest opponi exceptioni ante numerationem dotis, quod no. secundum Bar. & Bald. in l. 1. C. de don. ante nupt. & procedit hæc secunda limitatio similiter quia nulla ex dictis quatuor rationibus impedienti bus subest.

Tertia limitatio est, quia illa gloss. habet locum quando confessio dotis fit à marito spe futuræ numerationis, quia tunc verum est quòd dos non est re ipsa tradita, sed si confessio fuit tradita animo donandi. quod præsumitur quando fit inter pares, secus quando confertur in tempus matrimonij propter causam dotis, quia tunc viro præmoriente confirmatur donatio, quia videtur tradita mulieri à viro sub sponsalibus. l. licet. §. 1. de iure do. & l. singularia. ff. si cert. peta. coniuncta l. Papinianus. de donation. inter virum & vxorem. & isto casu non habet locum dict. glos. in l. assiduis. imò mulier haberet ex causa dotis in hac donatione priuilegiũ prælationis per illum text. ad hoc facit l. ab Anastasio. ibi re ipsa tradiderit. C. mand. & ibi text. dicit, quòd quando est confessio facta causa donationis in totum habetur & sortitur vim & effectum sicut pro pretio vero interueniente.

Quarta limitatio est, nisi ex aliis coniecturis appareat de vera numeratione dotis, vt quia vir exhibuit alimenta vxori tanquam debita, secundum Baldum in rubric. de priuil. dot. C. alleg. l. cùm de in rem verso. ff. de vsur. & l. vltim. C. de non numer. pecunia. quia coniecturæ habentur pro aliquibus probationibus. tene menti.

Quinta limitatio est, nisi statutum diceret, quòd instrumentum confessionis dotis habeat vim rei iudicatæ, nam ex hoc sequitur, quod ab initio habetur pro veritate. l. j. ff. de re iudic. & l. res iudicata. ff. de regul. iur. secundum Bald. in dict. rubr. & hoc ipse voluit in l. final. C. de spons. & idem consuluit Azo. consilio quod incipit, statu ciuitatis nostræ. Flor. cauetur. & est in lib. 4. consilio lvij. in ordine meorum.

Sexta limitatio est, nisi alij creditores simili modo nominantur ex confessione, quia tunc cæteris paribus mulier præfertur respectu confessionis dotis per l. assiduis. præalleg. iuncta l. in ambiguis. de iure dot. & l. in ambiguis. de regul. iuris. sed hoc intelligo, nisi alius creditor vtatur confessione viri lapsu temporis dati ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ. vt l. si ex cautionibus. eodem titulo. potest enim esse quod incurrat ratio in tali debito, sicut in dote iuxta d. authentic. quod locum. & idem si vsus sit in casu, quo non posset opponi excep. non numeratæ pecuniæ.

Septima limitatio est in dict. gloss. in l. assiduis & colligi potest ex verbis do. Paul. de Castr. in 1. ff. soluto matri. videlicet quando alij creditores erant priores tempore tantùm non habentes expressam hypothecam, & maritus confessus fuit dotem ante contractum matrimonium, quia tunc non præsumitur facta in fraudem creditorum confessio, vt tenet Cy. in authen. sed iam necesse. C. de do. ante nupt. secundum ipsum, sed hoc videtur dubium, quia talis confessio confert effectum suum in tempus prohibitum. videlicet matrimonij. l. quod sponsæ. eodem titu. ideo videntur subesse rationes impeditiuæ de quibus suprà dixi.

Octaua limitatio est, quando fuit facta confessio constãte matrimonio, tamen promissio dotis facta fuit prius: nam tunc non præsumitur facta in fraudem, nec habet locum exceptio non nume. dotis, vt est casus in l. vltim. §. 1. C. de non numerata pecunia. & not. glos. in l. fin. de do. cau. & expressè Ioann. Andr. in addi. Specu. de don. inter vir. & vxo. in §. 1. quod etiam tenet Pau. de Castren. in l. 1. ff. solut. matri. vbi etiam dicit idem, quod suprà dictum est, quando transierunt tempora concessa per illam authentic. quod locũ. quod potest etiã procedere in alio casu, videlicet

videlicet, quando creditores contraxissent cum marito post confessionem factam de dote recuperanda, quia tanquam sua confessione effectus contraxit cum aliis personis. not. in l. præses. C. de pigno. Sed aduerte quia licet hoc sit verum, tamen quod suprà dictum est, quod tetigit Bartol. in dict. l. j. ff. soluto matrimonio, procedit in aliis terminis, videlicet quando alius creditor priùs contraxit ante confessionem mariti.

Nona limitatio d. glos. in l. assiduis. est, quia procedit quando priores creditores concurrunt cum ipsa muliere, alias ipsa mulier potiretur suo priuilegio prælationis. quod etiam voluit Ludo. de Rom. in dicta l. j. per text. in l. si cui. C. de non numera. pecun. & in l. si quis primus. C. de bo. proscri. extra dictas limitat. habet locum glos. prædi. in d. l. assiduis. quæ loquitur de dote confessata, & nota prædicta, quia nullus tradit ita perfectè. B. Socin. re. 147.

¶DOTIS promissio mulieri facta, in primis tantùm nuptiis intelligitur, nec durat obligatio si secundò nubat. l. dotis promissio. §. fin. ff. de iur. dot. l. licet. l. stipulationem. ff. eo. Bart. l. inter. §. fi. ff. de pact. l. boues. §. hoc sermone. de verbor. signific. Felin. c. 2. de treuga & pace. conc. simil. Iaso. l. diuortio. §. quod in anno. numer. 5. ff. solu. matr. Euer. in loco à vi. numeri, nu. 3. Alexand. consi. 16. numer. 9. vol. 4. Innocen. capi. gaudemus, de diuor. Ioan. Andr. cap. 1. de reb. eccl. nō alie. 6. Bald. c. inter. de rescr. Med. re. 4.

¶DOTIS promissio regulariter habet in se tacitam condtionem, si nuptiæ sequantur. est text. in l. dotis promissio. & l. promittendo. cùm simili. de iure dotium. Ias. in l. item quia. de pact.

Amplia, & in tantum est verum, quod ista exceptio potest opponi, quòd matrimonium non est sequutum quòd si stat statutum, quod contra instrumentum manu publici notarij scriptū nulla exceptio admittatur, bene poterit admitti talis exceptio contra instrumentum dotale, quod matrimonium non est sequutum. Modern. Paul. de Castro, & Angel. in l. secunda. §. creditum. ff. si certum petatur.

Fallit ex parte mulieris, quia talis conditio nunquam intelligitur, putà, si maritus mittat Bertæ centúm, hoc quando constat mittentem voluisse donare, secundum Bart. in l. qui se debere. ff. de condictio. ob causam.

Fallit in legato dotis, quia magis ratione vltimæ volūtatis secundum Iasonem in d. l. item quia. per text. in l. in testamentis. ff. de regul. iur. & glos. in l. Titio. §. Titio genero. in verbo, peti. ff. de condict. & dem. vbi doct. S. Ianua. reg. 72.

¶DOTIS receptæ geminata confessio tollit exceptionem non nume. pec. Ioan. Andr. in add. ad Specu. in titu. de dona. inter virum & vxo. glo. l. in contractibus. c. de non nume. pec. Fel. cap. si cautio. in vltim. colum. ff. de fide instru. per glo. l. 2. de excusat. tutotorum. Med. reg. 3.

¶DOTEM non perdit pater ob delictum filiæ, vnde ea mortua absque liberis ei reddetur. dot. l. dos à patre. de iur. dot. Ripa l. fi. quæstio. 51. numer. 169. C. de reuoc. donat. Cin. & Bald. l. si dotem. C. de iure dot. leg. 2. §. sed vtrum. vbi Barto. ff. solut. matrimo. Ang. §. est quoque. authen. de nuptiis. Bart. authen. econtrà. C. de repudiis. Ampl. vt si mulier habeat filios primi mariti non applicabitur dos secūdo viro licet commiserit adulterium. glos. j. cap. j. vt lite nō cont. Bald. l. hac edictali. col. 2. C. de sec. nuptiis. Cremensis sing. 86. Boer. in addi. ad Din. cap. non debet. numer. 5. de regul. iur. 6. sed an sententia lata contra vxorem in re dotali noceat viro, vide in terminis Alexand. l. sæpe. numer. 87. ff. de re iudicata, vbi latè pro ista reg. Medic. reg. 8.

¶DOTEM sicut perdit mulier propter adulterium, ita per luxuriosum osculum, vel tactum mamillarū. ita tenet Bald. in c. tuæ. de procurat. motus per text. in c. 1. §. 1. quib. mod. feu. amitt. in vsib. feud. quē sequitur Felin. in capit. præterea. de testibus, & vide Ioan. de Neui. in sua sylua nuptiali.

Limita quatuor modis, vt nouissimè per Ioann. Franc. de Ripa in repetitione rubric. de iudi. quem vide in præcedenti, quia pulchrè corroborat ipsam principalem regulam, & sic prædictam conclusionem Ba. & quia lectura sua non erit tibi fortè facilis, in summa referre eos libuit.

Primò fallit quando charitatiuè amicitiæ causa deoscularetur extraneum virum, sed hæc restrictio est impertinens, cùm non comprehendebatur sub regula, quæ loquitur in luxurioso osculo.

Secundò fallit, in locis, vbi est contraria consuetudo.

Tertiò fallit in clericis deosculantibus aliorum vxores, quòd tamen reprobat, & rectè, quia fundamentum suum erat gloss. in can. absit. vndecima quæstio. prima, quòd non sufficit, maximè, quia postquam columbina illa simplicitas à piissimo redemptore nostro, in suo Euangelio suasa in pluribus defuit sacerdotibus, vulgus (sui natura præceps ac temerarius iudex) de similib. actib. non nisi sinistrè iudicat.

Quartò limita quando maritus pari modo deoscularetur alienas vxores, quia tunc compensantur delicta. B. Dias reg. 216.

¶DOTALIS res, maximè immobilis, non potest alienari. Institut. quibus alien. licet. in princip. & in l. si prædium. C. de iure dotium, & per totum. ff. de fundo dotali.

Limita istam regulam viginti modis, vt per Bal. noue. in tract. de dote. B. Dias. reg. 217.

¶DVBITANS & ignorans æquiparantur, vt est tex. in l. manifestissimè. §. sinautem nescius. C. de furt. & in l. fina. C. de condict. indeb. vbi Bart. & Bald. facit text. in l. 2. in princip. ff. quis ordo in bonor. possess. serue. & in l. 3. §. is qui noscit. ff. de libe. ho. exhib.

Limita dupliciter vt per Ias. in l. quandiu. C. qui admitti. quem vide quia aliqua cumulat in proposito regulæ. B. Dias reg. 228.

¶DVBITANS & ignorans æquiparantur. l. manifestissimè. §. sinautem nescius. C. de furt. l. fi. C. de cōd. indeb. & ibi Bar. & Bal.

Fallit in 2. casibus, vt per Ias. in l. quandiu. C. qui admi.

In dubiis & obscuris quod minimum est sequimur. l. semper in obscuris. ff. de reg. iur.

Ampliatur in 3. casibus, & limitatur in 6. per Dec. in d. l. semper in obscuris.

Negatio rem dubiam facit. l. C. de procu. fallit in 3. casibus, vt per Socin. reg. 275. fallit in 4. casibus, vt per Ias. in d. l. 1. fallit in 4. casibus, vt per Felin. in cap. coram. de off. deleg. numer. 8. & in c. si clericus laicum de foro compet. vbi limitat in 5. casibus. fallit in 6. casibus secundum Feli. in c. super eod. de testibus cog. numero 5.

Dubitans de quæstione indubitabili non est semper reprehendendus, sed benignè audiendus. fallit in 2. casibus secundum Felin. in capi. si quæstio. de simo. Don. Fina lib. 4.

¶DVBIVM. l. 57. semper in dubiis. l. 9. semper in obscuris. l. 153. §. in re du. l. 95. in bo. 36. semper in stip. l. 200. quo

200.quoties nihil.153.capienda.l.82.quæ dubitationis causa.l.42.§.in re, ob.l.21.quoties dubia.67.quoties idem.vide Obscurum.Riisvvich.

Verbis edicti seruire melius est in re dubia.ff.lib.14.ti.1.l.1.§.sed sciente.

Actio danda est, quæ re vera non competit, vt veritas inquiratur.Si quis cau.l.si cum iudicio.

Actum dubium in meliorem partem accipiendum. de fur.l. cùm creditor.

In dubiis id semper agendum est vt res bona fide cõtracta quam tutissimo loco sit.Paul.de reb.dub. l.vbi est verb.in fi.de verb.oblig.l. quoties in stip.Reg. 68.quoties idem sermo. Reg. in contrahenda. Alc. in tractatu de præsumpt.præsumptione.57.§.qui abortionis.33.34.3.reg.Vide Interpretatio.Riisvvic.

¶ Dubium.Quædam dubia ex pòst facto certificari. In Aut.de testib.§.si verò dicam.Azo, rub.104.

¶ Dubia.Cai. † lib.iij. De leg.ad edic.vrb. Lex lvj. lex lvij.

Semper in dubiis benigniora præferenda sunt.

Additio. † al.Caius lib.2.de testa.

L.proximè.in ver.sed in re dubia. de his quæ in test. delent. Viuiennus.

¶ Duo. Vide Possessor. Actor.

Insolidum si duo tenentur, quilibet primo cõuenitur, Authentic.de duob.re.sti.de dol.l.arbitrio.§.de eo. Si mensor fal.l.2.§.1.Broc.

Sufficit alterum fieri, vbi duo exiguntur.de diuor. l.si in princ.Inst.de hære.§.si plures.Excipe, si ab vno incipias. Ad exhi.l.tigni.§.fi.de iu.de.l.potuit. Broc.3. rub.42.

Quæstiones duę vbi proponantur, si vni responsum sit, in alia contrariũ intelligitur.Inst. de inuti.sti. §.quoties.C.de sac.Ecc. Authen.quas acc.de pig.ac. l.si pignus.Broc.4.rub.42.

Duorum ad idem suffragium alterum est superfluum. de bon.poss.contra ta.l.3.§.si quis ex liberti. de ver. oblig.l.qui his.

Duo non possunt vnam rem possidere. de acq.re.do.l. 3.§.econtrariò.Com.l.si vt certo.§.si duobus.5. Contra, vti poss.l.si duo.iuncta l.clam.§.qui ad nundinas. De acquir. posses.

Vicem duorum nemo subire potest.l.si plures.cùm ibi alleg.Contra de adop.l.si consul.

Duæ propositiones vniuersales contrariæ non possunt simul esse veræ, sed bene falsæ.de reb.dub. l.si is qui reo.C.de ver.ob.l.1.de fidei.l.Græcè.vide Extraord.

Duplex.Vide Causa. Duplex obligatio eodem iure & respectu non admittitur. De verb.oblig. Riisch.

¶ Durantia.Reg.86.§.1. Riisvvich.



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Quintus.



Ecclesia agens contra Ecclesiam possessorio recuperandæ, dicens ab ecclesia se fuisse spoliatum possessione, sententia lata contra eum non præiudicat alteri, qui prætendit ecclesiã sibi esse subiectam.Innoc.& omnes.cap. quamuis.de sentent.& re iud. Alexand.in terminis huius reg.l.sæpe.numer. 104.ff.de re iud.conc.simi. Innoc.c. super literis.de rescrip. l.proscriptione. C. si contra ius, vel vtil.publ. Medic.reg.8.

¶ Consecrata non dicitur amplius Ecclesia, vel quid aliud simile, vt Calix, si in totum frangantur, ac destruantur.cap.Ecclesiæ. de consec. dist.1. dummodo destruatur ab habente auctoritatem. Brun. tract.de inter.& dimin.numer.42.concl.6.gloss.authen.preterea.C.de sacr.sanct.Eccle.cap. de fabric. de consecra.dist.1.secùs si casu destruatur, præsertim Ecclesia. Medic.reg.6.

¶ Ecclesia fungitur iure minoris, vt est text.in c. auditis, de restitut.in integr.& probat etiam text.in cap.1.eo.tit.& l.fin.tit.fin.part.vj.& ex hac æquiparatione sumitur modus arguendi de minore ad ecclesiam, Euerar.in topicis iuris.

Prima est, quam ex illo argumento infert Salicet. in l. properandum.§.fi.de iudiciis, videlicet, quòd dispositio illius text. habeat locum in ecclesia sicut in minore:ex quo venit singularis effectus, quod sicut minor aduersus lapsum instantiæ restituitur in subsidium, hoc est curatoribus suis ad lites, non existentibus soluendo, vel hæredibus eorum, idem erit in ecclesia:& vide Alexan.ibi qui refert & sequitur Salic.& dicit idem tenere Paul.& Card.in clem.1.de integ.restitut.& Hostiens.in summa, & vide Bald.in tract.de præscript.iiij.part.principali, versicul.sextò quæro.vbi cõclusiuè dicit, quòd termini, siue præscriptiones iudiciales indistinctè currunt contra ecclesiam minorem:& vide eundem in d. tract. in vj. part.princip.vers.prędicta conclusio.

Secunda similitudo Nicol.vbi suprà est, quòd nũquam fideiussori ecclesiæ competit restitutio, sicut non competit fideiussori minoris: quod certè sic indistinctè non placet, quia imò in hoc aliter videtur dicendum, & sic quòd non fiat in fideiussore ecclesiæ illa distinctio, quæ fit in fideiussore minoris, videlicet, quòd quando minor fuit læsus sui facilitate, tũc non competit fideiussori beneficium restitutionis, secus quando fuit læsus aduersarij dolo, quia tunc competit, vt probat text.in l.ij.C.de fideiuss.minor. & in l.3.titu.xij.part.v.quia cum ecclesia non possit dici læsa facilitate sui, quia non datur illa facilitas in suis administratoribus, quæ datur in minore, sed datur læsio dolo aduersarij: tunc ad instar minoris, concedenda esset restitutio fideiussori ecclesię, quãdo verò ecclesia lęderetur re ipsa, aliter esse dicendum, quia deceptio facta re ipsa, & facta dolo aduersarij, differunt: vt poteris videre per Anto. Burg.in c.cum dilecti.de empt.& vend.vbi ponit duas differentias inter vtranque deceptionem.

Tertia similitudo, siue effectus ex hac regula surgens est, quòd sicut minor potest restitui aduersus conditionem non impletam, etiam in pręiudicium tertij, cui in defectum conditionis erat ius quęsitum, vt in l.3.§.& si hęres. ff. de min.& sic & ecclesia potest:quod tenet Bal.in l.pupillorum. C.de repud.hęred.& refert pro singulari Roman.in singul.xciij.& Nicol.vbi suprà.imò latius extendit Roma.ibi.quia dicit, hoc procedere, etiam si talis tertius esset ecclesia, vel alius locus pius, ego tamen de ista extensione Romani semper dubitaui, & legẽdo contrarium tenui aliquibus rationibus. Primò quia priuilegiatus contra priuilegiatũ non gaudet priuilegio suo, nisi quando certat de damno vitando, vt est text.in l.verũ.§.fi.ff.de mino.vbi Bart.sed certum est quòd

ecclesia negligendo adimplere conditionem, non dicitur pati damnum, quia illud ius cõditionale nõ erat sibi quæsitum ante conditionem impletam, iux ta l. vnicam. §. si autem sub conditione. C. de caduc. tollend. cum aliis. & not. Paul. post Bald. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demonstrationib. Vnde prælatus potest præiudicare ecclesiæ, in non adimplendo conditionem, cùm non præiudicet in iure quęsito, sed quærendo: & voluit Abb. in cap. breui. de iureiurand. post alios, & in cap. verum. de condit. appo. quod sequitur Felin. in cap. verum. de foro com peten. sicut etiam in simili dicimus, quòd prælatus potest præiudicare ecclesiæ repudiando legatum factum ecclesiæ, quia præiudicat in iure non quæsito, vt notat Abb. post Federi. de Senis in capit. primo, de restit. in integ. & Felin. in capit. quæ in ecclesiarum. de constit. versic. & ista consideratio. & in cap. contingit. lo 1. de senten. excomm. Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter virum, & vxorem. & sic videtur, quòd non possit restitui contra aliam ecclesiam cui iam fuit res quæsita, ob negligentiam eius, quia verius alia ecclesia diceretur certare de damno, & sic de iure sibi iam quæsito purè & simpliciter, data negligentia primæ ecclesiæ, & ecclesia quæ peteret restitutionẽ, diceretur certare de lucro amisso captando, & licet ecclesia posset restitui contra lucrum amissum, vt tenet gloss. in cap. auditis. de restitutio. in integr. illud tamen per supradicta non procedit contra aliam ecclesiam pariter priuilegiatam, & quæ, vt dictum est, certat de damno, quia certat de lucro eradicato, quod amittere, est damnum, iuxta gloss. notab. in l. 1. §. si quis propter. ff. de itinere actúque priuat. per quem ita dicit communiter teneri Ias. in l. reprehendenda. in fi. C. de condit. instit.

Secundò contra Roman. vrget, quia licet monasterium excludat substitutum, datum filio decedenti sine liberis, vt in capit. in præsentia. de probat. non tamen excludit quando talis substitutus esset aliud monasteriũ, vel pius locus, vt probat text. in §. sed & hoc præsenti. in authen. de sanct. epis. collat. ix. & voluit gloss. in dict. capit. in præsentia. in gloss. final. & sic illa fictio, quòd monasterium habeatur loco filij, cessat tunc: quia ex hoc præiudicaretur alteri monasterio, sic ergo cessare debet fictio in casu nostro, in præiudicium alterius ecclesiæ, quæ non potest nisi interuenire, si restitutio conceditur ecclesiæ negligenti, quia aut conditio non potest iterum adimpleri, & restitutio non procederet, nisi habendo conditionem pro impleta, quod esse nõ potest sine fictione, vt notat Cuman. in l. vter ex fratribus. ff. de condit. instit. & refert Ias. in l. prima. C. de instit. & substit. Aut restitutio debet dari ad implendam de nouo conditionem, & adhuc videtur inesse aliqua fictio, cùm paria sunt non implere conditionem, vel implere non in tempore à testatore statuto, vt probatur in l. hæc conditio, & in l. si iam facta erant. ff. de cond. & demonst. alias tres similitudines vide per Nicol. vbi s.

Septima similitudo inter minorem & ecclesiam est, vltra traditas à prædicto doctore, quam ponit Mathesilla. sing. clvj. videlicet, quòd si ecclesia facit contractum nullum, & sic sine solennitate, habet electionem, an velit stare ei, vel rescindere, sicut minor: pro ecclesia allegat gloss. in capit. 1. ne sede vacante, quę est in verbo, sede vacante. post medium. quam vltra eum dicit singul. Ias. in l. cum hi. §. eã transactionem. ff. de transact. in versi. limita. & in l. non ideo minus. C. de procurat. & stante hac similitudine crederem insuper dicendum, quòd sicut tunc ille qui contraxit cum minore, potest agere contra eum vt declaret an velit stare contractu, vel non, ne res sit in pendenti: vt in l. Iulianus, §. si quis colludente. ff. de act. empt. & vend. sic poterit agere ille, qui taliter contraxit cum ecclesia.

Octaua similitudo est, quæ traditur à Ludouico Rom. singul. ccclvj. per dictum Ioan. Andr. in capitu. cum venissent. de institut. ponderando text. ibi dum dicit: per nos ipsos. videlicet, quòd iudex ex officio suo potest ecclesiæ vel minori, beneficium restitutionis impartiri sine partis petitione: quod tamen dicit solum procedere in Papa. cum tex. ille loquitur in eo.

Nona similitudo est, quòd prælatus vel procurator vendens res ecclesiæ, vel minoris non potest habere fidem de pretio. Ita notat Bartol. in l. si procurator. §. fin. ff. de iure fisci. Alexand. in additio. & refert idem tenere Abb. in cap. 2. de precario. & voluit etiã idem Bartolus in l. à diuo Pio. ff. de re iudica. §. sed si emptor.

Decima similitudo est, quòd minor & ecclesia patiuntur secundum decretum. not. Bald. in authentic. ei qui iurat. C. de bonis author. iudicis possi. referendo Innocent.

Vndecimam collige ex Socin. in regul. ccxcvij. in prima & secunda fallentia.

Duodecima est, quæ à me describitur in regula, hæres qui adiuit. infrà posita in 3. limit.

Decimatertia similitudo potest dari videlicet, quòd sicut titulus non excusat à percipiendis quando res possessa est minoris, vt est gl. singul. in l. patri pro filio. §. si pecuniam. versicu. item ex diuerso. ff. de minorib. in verbo, fructus. quam refert Crem. singul. dxxvij. Rom. singul. 134. idem fit quando res possessa esset ecclesiæ.

Decimaquarta similitudo, est quòd prælatus ecclesiæ æquiparatur tutori vel curatori minorum, vt probat text. in §. final. in authentic. de eccles. titul. collation. ix. quem ad hoc allegat. glo. in capit. auditis de restitutio. in integr. quam ibi commendat Abb. & tenet Ange. consilio ccxlv. quia omne datum. probat text. & ibi gloss. in capit. qui ea, tertia quæstione secunda, quæ arguit de remotione suspecti tutoris vel curatoris ad remotionem prælati. Faciunt etiam gloss. notabiles, in capit. ex literis. de pignor. & in cap. similiter. xvj. quæst. prima, quas commendat Mathesi. sing. xliiij. & quod notat Abb. in capit. contingit, de transactionibus, & in capit. ex præsentium. de pignor. & Archid. in capitu. quicunque. xij. quæstion. secunda. ex quibus ego aliàs inferebam, quòd sicut tutor tenetur quando debitores minoris non fuerunt ab eo cõuenti, & fuerunt effecti minus idonei, sic & tenetur prælatus vel eius hæres in casu simili.

Limita primò hanc regulam, dictis exemplis sic ornatam, quia licet præscriptiones non currant contra minorem, vt in l. fina. C. in quibus causis restitut. in integr. non est necessa. (& tu Hispane habes bonam l. in vj. parti. titu. xix. in l. ix.) de quo latè per Baldum in tract. de præscript. in vj. & vltima parte principali, & versicu. vigesimus tertius casus. tamen currunt contra ecclesiam, vt patet in titul. de præscript. Hãc differentiam ponit Abb. in alleg. cap. 1. de restitu. in integ.

Secundò fallit, quia licet minor, quando petit restitutionem,

tionem, debet agere in foro aduersarij, l. 2. quæ est singul. ad hoc. C. vbi, & apud quos. tamen ecclesia potest illam petere coram proprio iudice: tenet Innocen. in capit. cùm sit generale, de foro competenti, quod dicit singulare ibi Felinus, & sequitur etiam hoc, & commendat Abb. in dict. ca. primo de in integ. restit. & in c. constitutus. eodem titu. & in cap. penultim. in 1. not. de rebus ecclesiæ. in ca. cum causa. de re iudi. post Anton. qui hoc voluit colligere ex tex. ibi, & sequitur Roman. in singul. cxij. & Socin. in cons. xviij. in 2. volum. incipien. prosequendo ordinem dictarum quæstionum.

Tertiò fallit, quia licet sententia lata contra minorem indefensum, qui habebat tutorem vel curatorem, est nulla, l. cum & minores. C. si aduersus rem iudicat. & in l. contra pupillum. ff. de re iudicat. & in l. acta. §. final. eodem titul. tamen sententia lata contra ecclesiam indefensam, & habentem prælatum, tenet & valet. Text. est in capit. prout. & in cap. fin. de dolo, & contu. & in c. tum ex literis. de in integr. restit. per quæ iura tenet istam differentiam Mathesi. in sing. xliiij.

Quartò fallit, quòd licet iuramentum excludat beneficium restitutionis in minore, vt in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. tamen secùs est quia in ecclesia, quia licet eius prælatus iuret, potest restitui. Gloss. est singul. capit. 1. de restitu. in integ. in vj. quam commendat Abb. in cap. 1. eod. titu. & in cap. peruenit. de iureiurand. Roman. consilio ccxxiij. incip. circa primum dubium. tenet etiam Felin. cap. cum sit generale. de foro compe. vbi de hoc se remittit, tenet etiam Ias. allegando d. glo. in dict. authen. sacramenta puberum. imò generalius, & singulariter dicit Bald. in l. generaliter, in princip. C. de reb. credit. quòd nullum iuramentum operatur, quòd ecclesia non gaudeat iure minorum.

Quintò fallit, quòd licet minor non possit alienare res immobiles steriles sine decreto, tamen ecclesia potest eas alienare sine solennitate: vt per Iaso. qui assignat rationem differentiæ. l. mandata. ff. de offic. eius cui man. est iurisdict.

Sextò fallit, quia ecclesia non constituit suos debitores in mora sine interpellatione: vt concludit esse hoc regulare Anton. de Burgos, capit. fin. de empt. & vend. periura de quibus ibi per eum, licet minor re ipsa, & sine interpellatione constituat eos: l. in minorum. C. in quibus causis restit. in integr. non est necess. licet aliud dixerit secundum eum Alexand. in l. quod te. ff. si certum petat. post Ioan. de Imol. in cap. breui, de iureiurand. vbi æquiparat in hoc minorem, & ecclesiam.

Septimò fallit, quia licet leges præcipiant interponi decretum in alienationibus rerum minorum. l. lex, quæ tutores. C. de administrat. tutorum. nunquam tamen ipsæ leges nec canones dicunt necessarium decretum in alienationibus rerum ecclesiæ. Hanc differentiam ponit Innocent. in cap. fin. circa princ. de reb. eccles. qui text. est primus eiusdem tit. in vj. & tenet gloss. Ioann. Andræ. ibi in verbo, tractatus. in fin. quod etiam tenet Abb. in capitul. secundo. de transact. versicu. 2. not. contra Innoc. ibi, qui tenet contrarium, imo quòd requiratur decretum: vnum tamen semper not. quòd per statutum, & sic per consuetudinem potest induci, quòd res immobiles minoris possint alienari sine decreto. Ita notat Angel. ex gloss. ibi, in l. diuturna. ff. de legibus. quod dicit raro inueniri alibi Ias. l. de quibus. ff. de legib.

Octauò fallit regula prædicta, quia minori currit tempus petendæ restitutionis, principio xxvj. anni, & sic cùm factus est maior: ecclesiæ verò semper currit, à tempore læsionis. Hanc differentiam scripsit gloss. in clement. 1. de restit. in integr. in verb. à tempore. quam refert Baldus in tract. de præscrip. vers. fallit in ecclesia.

Nonò fallit, vt potest colligi ex l. partitæ, alleg. j. regu. restitutio in integ. viij. fallentia. dum per illam l. datur ibi ecclesiæ, Regi, & populo, in certo casu beneficium restitut. vsque ad xxx. annos. quod minori nõ est concessum.

Decimò fallit, in alio casu, quē apertè colliges ex nona etiam fallen. d. reg. restitutio. proximè alleg.

Vndecimò fallit, quia licet in minore fiat in aliquibus casibus differentia magna, quòd sit læsus facilitate sua, vel dolo aduersarij: hæc tamen cessat in ecclesia in qua non datur (vt suprà diximus) læsio sua facilitate, casus autem prædicti sunt sequentes.

Primus, de quo suprà in 2. similitudine facta est mentio, videlicet de fideiussio. minoris. l. 2. C. de fideius. minorum.

Secundus, quia licet minori probanti læsionem vnico teste, deferatur in iuramentum, vt tenet gloss. l. prima. C. vbi & apud quos. illud est verum, quando petitur restitutio de læsione recepta facilitate minoris, secùs, si dolo aduersarij, quia tunc non defertur iuramentum. Ita tenet Bald. in dict. l. 1. quasi ad fin. per gloss. not. in l. 3. §. 1. ff. de min. ex quo venit vnum notabile in proposito, quòd nunquam ecclesię in restitutione petita per eam defertur iuramentum, cùm id solum concedatur minori læso ob sui facilitatem, quæ non cadit in ecclesiæ administratoribus: probatur hoc in cap. primo, de resti. in integ. suprà alleg. ibi manifestè apparet, præmissa illa communi theorica, quòd vbi lex requirit manifestam probationem, non habet locum iuramenti delatio, de qua per Ias. l. ait prætor. ff. de re iud. & illum tex. ad hoc considerat Abb. in cap. cùm ex literis. de in integr. restitut. pro Innocen. ibi, qui voluit, quòd ad probandam læsionem, requiritur plena probatio in causa restitutionis, licet alij tenuerint, quòd semiplena sufficiat, considerat etiam ad hoc Abb. text. in c. ex literis. de restitutio. in integrum. qui hoc probat per locum ab speciali.

Tertius est, qui describitur à Baldo in l. vna. C. de reput. quę fiunt in iudic. in iij. oppositione. vbi dicit, quòd quando minor restituitur, quia læsus ob sui facilitatem, tũc procedit dicta lex vna videlicet quòd aduersario restituatur ius pristinum, quod habebat contra minorem, secus si restituatur dolo aduersarij, pro quo allegat textum in l. qui res. §. huic applicatur. ff. de sol. qui probat, quòd quando fuit minor læsus dolo aduersarij, dando rem maioris pretij in solutum pro paruo debito, si restituitur, nõ tenetur soluere debitũ creditori, & recuperat rem, & sic aduersario non restituitur pristina actio pro debito: quem text. dicit ibi singularem & non alibi Paul. de Castr. & eum allegat pro singulari Alexan. in l. 1. §. nuntiatio. in fin. verbis. ff. de noui oper. nuntia. vbi dicit generaliter per eum, quòd restitutio concessa minori, nunquam prodest eius aduersario in aliquo, si læsio minoris à dolo aduersarij processit: ista tamen generalitas Bald. & Alexand. sumpta occasione d. §. salua eorum auctoritate, semper mihi displicuit: cùm enim dict. §. puniat solum creditorem minoris, qui dolo habuit in solutum ab eo, rem

solutum ab eo, rem maioris pretij pro debito, & non reperiamus decipiĕtem minorem in aliis, simili pœna punitum, non video, qua ratione priuabitur pristino iure concessa minori restitutione, cùm regula sit quòd aduersarius minoris restituatur, restituto minore, vt in d. l. vna. C. de reputa. quæ fiunt in iudic. maximè, cùm possumus dare specialitatis rationem, quare in dicto §. sic decipiens punitur, videlicet quia minor celebrabat contractum dationis in solutum, qui censetur necessarius: & sic in quo dolus est culpabilior, quod patet, quia datio in solutum est alienatio necessaria, not. Alexand. consilio lij. in volumine j. viso themate. versicu. quarto quia constat. vbi dicit, quòd appellatione alienationis, non venit datio in solutum tanquam coacta, & non voluntaria alienatio. Refert Hippol. in l. 1. §. præterea. ff. de quæstion. faciunt etiam duæ differentiæ, inter venditionem & dationem in solutum, notatæ per Felin. in capitul. fin. de accusa. facit etiam, quia lex magis subuenit facienti actum ex necessitate, quàm ex voluntate, vt in l. qui fideiussor. §. si necessario. ff. qui satisda. cogant. & in l. dictum. §. si compromisero. ibi: nulla necessitate. ff. de euict. & not. Iason. qui subiungit exempla in l. admonendi. in lectura. ff. de iureiurand. & possent alia plura referri in quibus differunt actus voluntate, & necessitate gesti. Facit etiam, quòd pactum legis commissoriæ, appositum ex interuallo, prodest creditori, non autem quando apponitur in ipsa obligatione pignoris, vt not. in l. Titius. ff. de pign. actio. & in l. 2. C. de pact. pign. vbi Bartol. & in l. quamuis. aliàs incip. Callipodius. ff. de solut. & per Abb. in capitu. significante. de pignorib. & per Aretin. in l. si ita quis. §. Seia cauit. ff. de verborum obligatio. & hoc nulla alia ratione, nisi quia debitor necessitate ductus, videtur apponere pactum, quando apponit in ipsa obligatione, quæ necessitas non inest, quando ex interuallo consentit tali pacto. Præterea magis in specie facit, quòd dicta generalitas non possit sic sumi ex dicto §. huic applicatur, quia si ratio illius §. specialis non esset, eodem modo videretur dicendum, quod idem esset in emptore, qui circunscripsit minorem, ad vendendum fundum, vt eo restituto, ipse non restitueretur ad pretium, cùm datio in solutum, assimiletur emptioni, vt in l. libera. C. de sentent. & interlo. omni iud. maximè cùm æqualiter noceat minori, dolo vendere rem maioris pretij pro quantitate minori, quàm dare illam in solutum, pro debito minori: imò & vna consideratione magis nocet talis emptio, quàm datio in solutum, quia in prima fortè perditurus minor recipit pretium, in alia saltem liberatur à debito, sed hoc est falsum: quia contrarium disponitur in l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minorib. Nec obstat si aliquis dicat, in dicto §. restitutio, non constat quòd minor dolo aduersarij vendidit, quia imò apparet, ponderando verbum ibi, circunscriptus, quòd loquendo in minore, intelligitur siue facilitate sui, siue dolo aduersarij, vt not. Bald. in l. fin. C. de in integr. restitu. mino. non ergo videtur posse dici, quòd ex eo quòd text. in dicto §. huic. puniat in illo casu in amissione sui iuris, circũuenientem minorem, fiat dicta generalis conclusio de qua suprà maximè, quia qualiscunque dolus inesset in contrahente cum minore, non esset iustus titulus, quo posset sibi minor retinere ius pristinum, debitum aduersario, quo minus diceretur locupletari cum aliena iactura, quod iura etiam in minoribus abhorrent.

Sed si vera est generalitas Bald. & Alexand. de qua suprà, retenta æquiparatione huius regulæ, posset inferri vnum notabile, quod idem esset in ecclesia, videlicet, quòd concessa sibi restitutio ob dolum aduersarij, non prodesset aduersario, vt restituatur sibi ius pristinum, quod ad præsens non examino: in hoc enim regularum compendio non articulorum examinatoris, sed fidelis, & vtilis recitatoris, palmam prosequor.

Quartus etiam casus est, quem ponit Fulg. in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiurand. l. exceptiones. la 2. ff. de exceptio. videlicet, quòd quando minor læditur sui facultate, non possit agere, nisi prius petita restitutione, secus si dolo aduersarij, quia tunc ea non petita, potest agere. l. excipere. vide tamen Alexand. in dicto §. si minor, qui tenet contrarium, & aliter intelligit dictam l. exceptiones.

Quintus casus est, quòd quando minor iurauit, non prohibibetur petere restitutionem, nisi ex vno capite, scilicet ex sui facilitate: sed ratione doli aduersarij, potest illam petere, non obstante iuramento. Ita Bald. in l. 1. in fin. C. si aduersus vendi. per gloss. ibi, quam ad hoc notat, quod etiam sequitur Iason in authentic. sacramenta puberum. codem titu. collat. vij.

Per quæ ornatam habes regulam hanc. B. Dias. re. 219.

¶ Eccclesia fundata, cõstructa, & dotata, post fundationem, constructionem, seu etiam post consecrationẽ, non potest acquiri in ea ius patronatus: quia cum sit libera, non potest recipere seruitutes. Hanc regulam ponit gloss. in can. piæ mentis. in gloss. 1. circa medium. in versi. si quis autem post consecrationem. xvj. quæstio. 6. quam glos. sequuntur ibi docto. & Innocen. in rubrica, numero 2. de iure patronatus. vbi dicit dantem aliquid ecclesiæ, post consecrationem eius non dici patronum: sed benefactorem. quem sequitur Ioan. Andr. in capit. 1. de iure patronatus libro 6. Cardi. in rubrica de iure patronatus. quæstio. vj. consilio lxxxij. Archidia. in capitu. filiis. xvj. quæstio. 7. Abb. in cap. quoniam. numer. 9. & in consilio 151. numer. 2. & latissimè in consi. lix. numero 3. volum. 2. Ange. in summa, in verbo, ius patronatus. §. 4. Felin. in capit. cùm venerabilis. numer. 37. ad medium. de exceptioni. & ita expressè concludit Lambertin. per plura, in tracta. iuris patrona. in 1. libro, quæstio. 6. primæ partis principalis, numero 1. cum sequen. Hanc regulam ampliat tripliciter, & limitat tribus modis, vbi has ampliationes & limitationes sublimitat & declarat Cæsar Lambertinus in tracta. iuris patronat. in 1. parte 1. lib. in 8. artic. 6. quæst. principalis. nu. 4. per totum. P. Dias. reg. 229.

¶ Edere non cogitur inuitus rationes, vel instrumẽta, sed tertius apud quem reperiuntur. Hanc regulam probat gloss. in l. in fraudem. in §. nec instrumenta. in verbo, edi. ff. de iure fisci. quam pro notabili allegat Ange. de Perusio in l. 1. in §. editiones. ff. de edendo. eandem glos. sequitur Abb. in capit. primo, nume. 22. de probatio. vbi reprehendit Anton. de Butrio qui contrarium tenuit per rationes, quas ibi Abb. adducit: quam glos. sequitur Ias. in l. prætor ait. in prin. nu. 9. ff. de edendo, secundum illam gloss. consuluit Alexand. in cons. 58. nu. 4. volu. 1. Felin. in d. c. 1. num. 14. de probatio.

Hanc regulam limitat septem modis Decius in dicto

cap.1.de probatio.à nu.273.vsque ad num.281.P.Duen.reg.230.

¶ Ecclesia habet priuilegium, vt pro quocunque crimine ab ea quis extrahi non possit. Hanc regulam probat text.in capitu. definiuit. cum aliis. xvij. quæstio.4.in capitu.reos.23. quæstio.5. in capitu.inter alia. de immuni.eccles. De iure regio est text.in l.2.titu.11.parte 5.circa quam regulam vide Ioan.de Visquis in repet.dict. capitulo.defini. quæ posita est per modum tractatus,in 2.volu.tractat. diuersorum docto.Didacum in libr.2. Variarum resolutionum, capitu 10.Ioan.Ign.in l.3.numero 4. cum aliis. ff.ad Syllania.Petrum Rebuffum in gloss.ad constitu. Regias Galliæ,in 2.parte,in tractat.de immunit. ecclesiarum,per totũ,Boer.in decisione 109.Guliel.Maine.in regula,Nemo de domo,ff.de regu.iur.Ias.in l. plerique.ff.de in ius voc.

Hanc regulam ampliat quinque & viginti modis Remigius de Gonny.in tract.de immuni.eccles.limitat eam 39.modis.

Et circa hanc regulam vltra Aluarum Pelargum in lib. primo de planctu ecclesiæ,artic.lxvj.cum sequenti. vide viij.priuilegia ecclesiarum per Catel.Cot.verbo,ecclesia.Et viginti priuilegia ponit Guliel.Luueranus in Arbore iurisdictionum,nu.15. Et trigintaseptem priuilegia ecclesiarum,& dotium,cum xxx. illationibus,ponit Lãbertinus in tract. iuris patronat.in articu.viij. v,q.principalis lib.1.à numer.1.vsque ad numer.final. quæ xxxvij.priuilegia ante eum posuit Paulus de Citadinis in tracta.iuris patronat. in 3.parte.quæstio. 12. secundæ causæ, per totam. P.Duen.reg.228.

¶ Ecclesiam interdictam, vel excommunicatã regulariter quis intrare non debet. Clement. grauis. versi.nisi expleat.de sent.excom.

Fallit in intrando ecclesiam causa audiendi verbũ Dei c.responso.de senten.excom.

Fallit,quando intrauit causa orandi,quando diuina nõ cantantur.d.Anto.in c.responso. S.Ianu.

¶ Ecclesia non patitur minorem præscriptionem quàm xl.annorum. Colligitur ista regula negatiua ex text.in authentic.quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesiis:& in c.de quarta.& in c.ad aures. & in c.illud.de præscr.

Et ponit eam text.in l.xxvj. tit.xxix.part.3.

Primò fallit,in rebus immobilibus ecclesiæ quæ triennio præscribuntur, secundum communem opinionem quam approbat l.part.s.alleg.

Secundò fallit, in præscriptione quadriennali. l. bene à Zenone,quàm secundum ius ciuile patitur: sed de iure canonico contrarium est, quia illa lex non habet locum contra ecclesiam, cuius rem fiscus vendidit.

Tertiò fallit, in omnibus præscriptionibus annalibus vel semestribus,vel temporalibus: vt sunt regulariter actiones prætoriæ pœnales, quantò minoris, & redhibitoria,& similes.

Quartò fallit, respectu quasi dominij, & publicianæ, quia præscribitur contra ecclesiã communi tẽpore.

Quintò fallit, quando ecclesia assumeret fundamẽtum ex aliquo statuto,in quo esset prẽfixum certum tempus, quia tunc potest obiici ecclesiæ exceptiò præscriptionis illius statuti:& iura & doctores, quæ has restrictiones probant,vide per Bal.in tract. præscr. in 5. parte principali. B.Dias.reg.222.

¶ Ecclesia non polluitur ob extractionem modici sanguinis.Abb.c.proposuisti.de consecr. Ecclesi. & Altar.quia verbum effundo,significat abundantiam. gl.c.cum illorum.§.quod si. ver.sanguis.de consec. Eccl.6. Medic.reg.5.

¶ Ecclesia omnis,excepta Romana, patitur præscriptionem xl.annorum, tam de iure ciuili,vt in authentic. quas actiones.C.de sacrosanct.eccles.quàm de iure canonico, vt in c.de quarta.& in c.ad aures. & in c.istud.de præscr.

Amplia istam regulam sex modis,& limita dupliciter, vt per Bald.in tracta.de præscriptio.in v.parte prin. Dias reg.220.

¶ Ecclesia Romana patitur præscriptionem centum annorum: probat text. in c.ad audientiam.de præscript.& in authen.vt ecclesia Rom.in prin.&in auth.quas actiones.C. de sacrosanct.eccles. Bald. in l.2.C.de seruit.& aqua.

Amplia quadrupliciter, & limita sex modis,vt per Feli.in d.c.ad audientiam.de quarum vna meminit Ias. in auth.quas actiones.num.7. B.Dias 221.

¶ Ecclesia penitus destructa perdit iura,ac etiam priuilegia.gl.c.2.de nou.oper.nunc. Alexan. l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.obl.not.Doc.com. l.si grege.de leg.1.Alex.consi.42.vol.1.Fel.c.cùm dilectus, de rescr.item desinit esse sacra. c.Ecclesiis.c. de fabrica. de consecr.di.1. Med.reg.6.

¶ Ecclesia, quæ breui tempore consecrari debet gaudet priuilegio Ecclesiæ consecratæ, quia quod debet de proximo fieri habetur pro facto.l.pe. ff.de mil.test.Bart.l.1.§.sed si.ff.ad Sylla. Abb.c.Ecclesia. not.3.de immunit.eccl.c.inter.eod.titu.c.ad hæc.de relig.dom.Ias.l.admonendi.lect.1.nu.57.

¶ Consecratae Ecclesiæ priuilegio Basilica gaudet quæ paruo temporis spacio,seu de proximo cõsecrari debet.Abb.c.Ecclesia.not.3.de Immu.Eccl. Doct.com.c.inter alia.eo.tit.ad hæc.de relig.dom. Ias.l.admonendi.1.lect.num.57.ff.de iur.iur.per reg. proximè accingendus habetur pro accincto.l.quamuis.C.ad l.Iul.de adult. Med.reg.5.

¶ Ecclesiae parochiali debetur quarta portio canonica,non solùm de candelis, & aliis funeralibus, sed de omnibus bonis cuiuscunque qualitatis sint, relictis ecclesiæ sepulturæ,pro anima defuncti. not. Abba.ex text. ibi in c.relatum. in secundo not.de sepult.& in cap.in nostra eod.tit.

Limita in quindecim casibus, descriptis à Syluest. in sua summa,in verbo,canonica portio.versiculo, nonò quæritur. B.Dias reg.223.

¶ Ecclesiae res absque solennitate regulariter alienari non possunt,* authentic.hoc ius porrectum. C.de sacrosanct.eccles.& in capitu.1.extrà de rebus ecclesiæ non alienand.& in clemen.1. eodem titul. cum simili.

Additio.

* Non possunt.In quibus autem rebus solennitas requiratur,vide eundem Barth. Socin.in consilio 253. incip.visis, ver. prima defensio.vsque ad verb. præterea, & ij.in ij.part. & quæ solennitates requirantur, & exigantur ad talis alienationis validitatem, vide per dom.Maria.Socin.eiusdem Barto. genitorem in cons.xv,inci.visis,quasi per totum.& in cons. xxix.incip.viso quodam instrumento. vers. verùm prædictis.cum seq.& vers.3. principaliter.in 1.parte. & dom.Alexand.de Imol.in consilio xvij. in 4.parte.& quid in alienatione rerum aliorum piorum locorum,vide per eum in consilio 4.1.part. & quid in

alienatione rerum hospitalium.vide per eum in consilio 4.in 3.part.Corne.in cons.ccxliij.per totum.in 2.part.& vide ad materiam quæ habentur per Bald. in cons.ccccxxv.in 1.part. Bene Vad.

Primò fallit, quando alienatur res ecclesiæ ad tempus, vt habetur per glo.& doct.in c.1.de reb.ecclesi. non alie. lib.vj.

Secundò fallit, quando alienantur res, quæ seruando seruari non possunt:quia tunc sine aliqua solennitate alienari possunt:vt tenuit gl.12. q.2. in summa.& in c.2.de reb.eccl.non alien.lib.6.

Tertiò fallit, quando alienantur res ex necessitate *, vt in ecclesiis, quæ non possunt proprium retinere, vt in ecclesiis prędicatorum eremitarum:quia tunc sine causa & licentia superioris non seruata solennitate possunt alienari:vt voluit Gul.de Cug. & Bald. in auth. hoc ius porrectum. C.de sacrosanct.eccles. de quo etiam habetur in c.1.de statu monach.B.Socin.reg.168.

* Addit. Ex necessitate. Quæ autem dicatur alienatio necessaria,& quæ voluntaria,vide Alexand.de Imol.in cons.lv. Ben.Vad.

Quartò fallit, quando alienantur res, quas ecclesia minus iustè detinet,vt videtur velle Bald. in authen. si qua mulier.C.de sacrosan. eccles. & habetur per Io. Andr.in c.nulli liceat.de reb.eccl.non alien.& not. in c.eum,qui de præbend.

Quintò limitatur, quando alienantur res paruæ & parui commodi: quia tunc per prælatum sine congregatione capituli poterunt alienari, vt est text. not. xiij.q.ij.ferula.de quo per Ioan.Andr.in regula, qui habet.in merc.& not.Angel.in titu.de aliena.& emphyt.in §.nec etiam.in fi.

Sextò fallit, quando alienantur res,quæ nondum censentur esse in bonis ecclesiæ, vt sunt illæ, quæ pręscribuntur, vt not.in capit.fin.de rescrip.vel illa quę nondum sunt incorporatæ, vt sunt res ecclesiæ legatæ nondum traditæ, quas prælatus sine licentia superioris repudiare potest,etiam si sint res immobiles,vt consuluit Fede.de Senis consilio xcviij.per l.si sponsus.§.1.ff.de donat.inter vir.& vxo. ad quod facit quod not.Ioan.Andræ.in cap.cum apostolica. de is quæ fiũt à præl.quod etiam videtur tenere Lapus in allegatio.xxvj.circa fin.vbi dixit, quòd prælatus potest repudiare legatum,seu hæreditatem sibi relictam etiam sine licentia superioris:licet contrarium tenuit Pet. de Anchar.in d.cap.1.de reb.eccle. non alie.per l.magis puto.§.2.ff.de reb.eo.& per alias rationes de quibus ibi per eum. & idem tenuit Ioan.Andr.Cal.in cap.cùm contingit.de senten.excom.vbi plus tenuit,quòd prelatus sine licentia sui capituli,& sine aliis solennitatibus non potest repudiare legatum nec hæreditatem, sicut nec alienare: de qua tamen materia habetur per Bald. in l. si pupillorum.ff.de re.eorum. & in authentic.si qua mulier.C. de sacrosan.eccles.& per Oldr.in consilio ix. & in l.legatum.ff.de leg.1.& in d. ca.magis puto. §. fundum.ff.de re.eor.& per Cano.in cap.tua nos.de reb.eccles.non alie. B.Socin.reg.168.

¶ Ecclesiam ligat statutum laicorum, quando de modico præiudicio agitur.Feder.sen.cons.85.col.fi. Dom.c. fi.de immun.Eccle. Cardi.c.perpendimus. 10.quæst.de sentent. excom. Dec.c. Ecclesia Sanctæ Mariæ.colum.26.versic.1. de const. item not.quod licet Ecclesia cathedralis,vel alia non possit sine cõsensu episcopi statuta facere, potest tamen minima statuere.Inn.c.cum accessissent. de cond.idem c. requisisti,de testam.Abb.consi.7.col.2.lib.2. Medic. reg.5.

Ecclesiam non debere exigere pœnam pecuniariam.

Pro.

1.q.1.c.nullus episcopus.
16.q.6.c.cognou.& c.illud.
83.dist.c.si quis episcop.
Ext.de pœn.c.licet.& c.senten.
Ext.de simon.c.nemo.

Contra.

Ext.de raptor.c.in archiepiscop.
17.q.4.c.quisquis.
16.q.1.statuimus.
12.q.2.c.cum deuotissima.
1.q.1.c.quicquid.

Solvtio.

Si pœna pecuniaria sit taxata in iure, eam potest infligere prælatus quilibet, qui cognouit de causa eius qui deliquit, cùm fuerit conuictus, vel in iure confessus.ext.de offi.deleg.c.de causis.Si verò non sit taxata in iure, tunc non infligit eam secundum quosdam:vel si alia pœna taxata sit quàm pecuniaria. Verius tamen est,si alia pœna sit taxata,vel nulla, quòd possit inferre pœnã pecuniariam: nisi videat melius posse corrigi delinquentem per illam pœnã, quàm per aliã. Nam si in corrigendo, siue ignoscendo hoc solnm fiat,bene agitur,vt vita hominum corrigatur, 23.q.1.c.prodest.In d.autem decret.licet. inferebant iudices pœnam pecuniariam, vt sibi retinerẽt eam: quod non debet fieri.Imò pœna talis debet fisco applicari,vel in fabricam maioris ecclesiæ expendi.C. de modo mulct.l.mulctar. Damas.reg.129.

¶ Edere actori instrumentum,vel libellos reus regulariter non tenetur.text.est in c.1. *extra de proba.& l.qui accusare.C.de eden.& per doct. in l.1,§.1. & 2.ff.eod.tit. B.Solin.reg.149.

Additio.

* Capit.1.Vbi vide Feli.circa.fi.in vers.vlt.not.cũ pluri.sequenti. Bened.Vad.

Primò fallit, quando ipse reus erat eius vsufructuarius cum tunc teneatur edere.l.1.ff. de eden.ad hoc.glo. in d.c.1.extra de probat.saltem quatenus est vsufructuarius.ad hoc c.contingit,extrà,de fide inst.&c.in personam.de priuileg.in 6.secundum Nicol.

Secundò fallit, quando ipse actor peteret à reo instrumenta vel libros edi, non ad fundandã vel probandam intentionem,sed coadiuuandam, vt si actor petat à reo ex causa venditionis, & producat instrumentum,adeo quòd non sit dubium de ipsa venditione sed de confinibus, & dicit reum habere instrumentum: cum tunc ipse reus teneatur edere instrumentum,etiam si sit instrumentum proprium: ad hoc l. cum concubinam.§.qui ita.& l. ex prædiis.§.edẽda. & communiter tenetur per Moder.in c.1.de proba.

Tertiò fallit, quando ipse actor peteret instrumenta edi ad probandam suam replicationem, vt est si legatarius petat suum legatum ab hærede, qui excipit quòd hæreditas soluendo non est: contra quem actor replicat quòd imò est soluendo, vt apparet in inuentario: nam sicut actor edere reo ad replicationem fundandam & probandam, ita & reus ad replicationem suam fundandam actori edere tenetur, cum replicatio sit quædam exceptio.l. 2. ff. de excep.& ita communiter tenetur in d.l.1. & per no. in dict.c.

in dict.c.j.de probat.

Quartò fallit in fisco, cui qualitercunque agat, tenetur reus edere propria instrumenta ad eius intentionem probandam, seu fundandam.l.Senatus censuit.ff.de eden.& in l.in fraudem.§.ex his bonis.&l.sequ.ff. de iur.fisci. quod procedit in causa ciuili, in causa criminali aliud est:quia non cogitur:cum valde durum esset in causa criminali exigere probationem de domo rei,ad hoc tex.in d.l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci.secundum lec. quam approbat ibi Bart. circa quæ vide in d.l.in fraudem.§.neque.

Quintò fallit, in causa matrimoniali, in qua reus cogitur edere ipsi actori instrumentum proprium sicut & fisco: vt voluit Ioan. And.in d.c.j.de prob.remittens ad no.per eum in addit. Spec.in titu.de instru.edi.§.videdum.verb. ex præmissis.in fi. vbi hoc dicit fuisse disputando determinatum: nam si speciale est in fisco, fortius in causa matrimoniali, in qua sunt multa specialia, & maximè propter periculum animæ,quod est no.secundum Nic.in d.c.j.

Sextò fallit in ecclesia, cui similiter qualitercunque agat, cogetur ipse reus edere etiã proprium instrumentum sicut & fisco: cum sit magis priuilegiata ecclesia, quàm fiscus, ad hoc not.extra de iud.cap.venerabilis.& in c.fi.& c.j. extrà, de rest.in integ.secũdum Nicol.qui post Anto. dicit idem esse in hospitalibus,& aliis fauorabilibus, sicut dotibus, alimentis,legatis,& legat.ad pias causas, saltem vbi nõ adest copia probationum.

Septimò fallit, quando peteretur à reo edi instrumentum proprium ipsius actoris apud ipsum reum existens: nam tunc sine dubio tenetur edere & exhibere,cum ab eo possit vendicari, & contra eum agi ad exhibẽdũ.l.j.& iij.§.fi.ff.ad exhib.& l.fi.C.ad exhib.

Octauò fallit, quando talia instrumenta vel libri rationum essent communes ipsi actori & reo ratione proprietatis, vt quia ambo sunt hæredes illius cuius erant, vel eis fuerunt pariter donata à leg. vel pecunia communi empta, vel alio modo acquisita, ita quòd ad proprietatem sint communes: & tunc ipse reus tenetur edere.l.sequitur.ff.famil.ercisc. & nota.extrà,de fide instrum.C.perpetuus. & ita communiter tenetur.

Nonò fallit, quando talia instrumenta vel libri rationum essent communes non respectu proprietatis, sed ex natura negotij:vt quia præcesserit aliquis cõtractus vel quasi,cuius ratione sunt conferentes, vt putà si sint confecti à tutore,curatore, vel procuratore constituto:cum ipse teneatur tales libros & instrumenta edere.l.quædam.ff.de edend.

Decimò fallit, quando talia instrumenta essent communia propter materiam in eis cõtẽtam,vt instrumentum emptionis venditionis: nam si reperiantur apud partem tenetur ea edere si sint originalia:vt capit. quoniam. extrà de probat. & dicto capitu.perpetuus. secus si non sint originalia, sed extracta seu exemplata, & propriis pecuniis redempta,cum talia ipse regulariter non teneatur exhibere,vt suprà patet.

Vndecimò fallit in eo, qui ratione publici officij instrumenta seu libros confecisset, vt tabellio, vel argentarius de publico electus, cum talis cogatur edere cuilibet prætendenti vtilitatem.l. prætor ait, ff. de edend. & l. argentarius, secundum Imol.in dict. cap.j.de probat. quod etiam ibidem voluit Ioann. And. imò & plus est, quia si aliquis non sit electus ex publico ad officium, sed exerceat publicè aliquam artem, & ex consuetudine in publico libros conficiat,tenebitur edere ipsos libros; cum ratione consuetudinis videatur hoc mandatum. & hoc voluit Iac.Butrig.in l.j.& Bart.in d.l.quædam. ff.de edend. quorum dicta procedere possunt secũdum do. Nicol.in d.c.j.extrà,de probat.ad hoc l.si quis ex argentariis.§.pertinere.ff.de edendo.

Duodecimò fallit in vsurario, qui tenetur edere libros suarum rationum. vt est text. expressus in clement.de vsur.vbi gloss. tenet quòd procedat etiam si non publicè exercuit vsuras. vt voluit Flor.in d. c. j.de probat.& cõmuniter tenetur ad hoc quod not. in l.j.C.de edend. vbi de hoc Bar.

Decimotertiò fallit quando ille, à quo petitur editio, deputatus esset ad custodiendum instrumenta publica: cum talis teneatur exhibere cuicunque prætendenti interesse, etiam contra ipsum custodem. extrà, de præscrip. capitu. ad audientiam. C, de fide instrum.auth.ad hæc. secùs autem si esset deputatus ad custodiendum instrumenta priuata, id est eius principis. vt est casus in cap.j. de probatio.coniuncta glo.j. secundum Imo. sed certè hoc non probatur ibi, cum non peteretur à custode sed à principe: nec ipse custos teneretur instrumenta edere contra ipsum principem vel fiscum, etiam si sint libri imperiales vel fiscales:nisi in defectũ probationis,vt voluit Ioan.Andr.in c.j.extrà,de probat.post Imo.in l. iij.ff.de edendo.

Quartodecimò fallit, quando fuisset magna causa, secundum Innocen.in d.capit.j. prout est secundum Anton. ibidem, quando debitor fortè perdidisset instrumentum suum: & originale tabellionis esset deperditum casu vel incendio: cum tunc iudex ex officio suo cogere possit ad edendum instrumentum per eum redactum,ne veritas pereat.argumen. l.ij.C. de eden.& xxx. quæst.v.iudicantem.secũdum Imo.in d.c.1. quod etiam est de mente Innocent. & Ioan. Andr.& no.ad hoc Domi. de Rota in decisio. ccxx.quæ incipit, item licet pars. vbi etiam videntur velle quòd sufficiat actorem probare se nõ posse aliunde habere instrumentum.argum.l. licet thesaurus.ff.ad exhib.tutiùs tamen esset tenere dictum Inno.quia aliàs posset concludi dispositio huius c.1. de proba.& similium contra c.commissum.§.porrò. de electio.in vj.secundum Inno. in d.c.1. vbi latiùs vide per eum. B.Soc.re.144.

¶ Edere instrumentum ante litem contestatam tenetur actor si in libello de eo mentionem faciat* c. 1.& ibi per doctores,extrà de probationibus.B.Soc. reg.150.

Additio.

* Faciat.Adde Federic.de Senis in consi.cxj. B.Vad.

Primò fallit, quando non teneat illud instrumentum in præsenti, nec de facili haberi potest: cum tunc possit ad vlteriora procedi,licet non exhibeatur. vt voluit Ioan.Andr.post Inno.in d.c.j.& ita transeũt communiter doctores ibi, quod clariùs voluit Lap. in allegatio.x.& Dom.de Rota.in decis.32.quæ incipit,item si in libello.vbi plenius de hoc.

Secundò fallit, quando de tali instrumento ipse reus verisimiliter esset informatus; vt est si legatarius petat ab hærede legatum prout continetur in tali instrumento per manum notarij cõfecto:cum tunc eidem hæredi non debeat edi,cum verisimiliter copia sit apud ipsum heredem.vt d.l.3.

Tertiò fallit, quando ipse actor in ipso libello faceret mentionem de aliquo instrumento, non tamen li-

mitatiuè, prout etiam si diceret, quòd talis vendidit sibi talem rem tanto pretio, & quòd de hoc rogatus talis notarius: cùm tunc non teneatur edere ante lit. contest. vt suprà per Moder. vel dicat, quòd talis vendidit sibi talem rem tanto pretio, & quòd de hoc publicum instrumentum manu talis notarij apparet: cùm tunc non teneatur edere, ex quo ipse reus potest deliberare absque eo quod videat instrumētum, & hoc voluit Bar. in d.l.2. per illum tex. & Imo. in d.c.j. vbi latiùs per docto. sed imò ipse actor tenetur edere instrumentum, si sit tale, quòd verisimile sit ipsum reum de eo informatum non esse, vt quia dicitur fuisse confectum cum eius prædecessore. ad hoc d.l.2. & hoc fuit fortè de mente Innocent. in c.j. de probat. secundum Nicol. B. Socin. reg. 150.

¶ Editae semel rationes amplius edi non debent. l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de edendo. conc. Spe. in tit. de instru. edit. §. postremo. Doct. com. l. quædam. §. nihil. ff. de edend. l. fi. ff. de tabul. exhib. l. fin. C. de bon. auth. iud. poss. Bald. l. ne casu. not. 4. C. de discu. libr. 10. Med. reg. 3.

¶ Editio alterius instrumenti non potest fieri in eius præiudicium, ideo legatario debet cedere notarius particulam legati tantum, non autem totum testamentum, Aretin. l. fina. C. de prec. imper. offer. Medic. reg. 8.

¶ Editio fieri non debet per reum actori ad intentionem fundandam, secundum Doc. com. l. j. C. de edendo. Deci. capitulo primo, numero 13. vbi August. Ber. numero 46. de probat. Ias. leg. prætor. nu. 9. ff. de edendo. est enim hoc contra iuris formam. Fel. d.c.j. nu. 14. & Abb. num. 22. Alex. consi. 58. num. 4. volum. j. l. in fraudem. §. nec instrumenta. ff. de iur. fisci. Med. reg. 7.

¶ Editio instrumenti facienda est vbicunque instrumentum habet pacta correlatiua gl. & Flo. l. fi. C. de edendo. Bart. in termin. tract. de correlat. nu. 114. Medic. reg. 6.

¶ Editio quādo in casibus debet fieri, sufficit, quòd fiat in illa tantum parte, quæ est necesse parti, & non de toto: casus est, quemadmo. testam. aperian. iuncto c. personæ, de priuileg. in vj. cum simili.

Fallit quando petitur editio à persona publica ratione interesse: quia debet fieri plena: Barto. in dict. §. editionis.

Fallit in actis iudiciariis, quorum editio debet vtrique parti integraliter fieri, & exhiberi. Innoc. in c. j. de probat. vbi d. Abbas. per tex. in c. quoniam cōtra, eod. tit.

Fallit in instrumento tutelæ emancipationis, & similium. Bald. in l. versicu. extra quæritur. de edend. per Innoc. in d. c. j.

Fallit in instrumento minorum, & ecclesiarum quod est edendum totum, cum die, & consule, cum iudicis decreto, & hoc quando in ipso instrumento esset insertum decretum, aliàs secùs est si non est insertum ipsum decretum. Bald. in d.c.j.

Fallit in instrumentis procurationum & protestationum. Bal. in d.c.j. & Bar. in l. exemplo. ff. de edend.

Fallit in instrumento, quod est cōmune respectu proprietatis. Bar. in d.l. exemplo.

Fallit in instrumentis, quæ sunt propriè petentium. l. fin. C. de eden. & l. dissolutæ. C. de condi. ex lege.

Fallit quando petens vult opponere de falso. d. §. editiones.

Fallit quando iudex vult totum instrumentum videre. c. personæ. de priuileg. num. 6.

Fallit quando creditor non potest se informare nisi, viso toto instrumento. Bart. d. §. editiones.

Fallit in priuilegiis. Bar. d. §. editiones.

Fallit quando contra instrumentum edendum non admittitur contraria probatio. Bal. in d.l. 2. §. idē. S. Ian. reg. 75.

¶ Editio relati fieri debet, nisi referatur à principe, vel ab eo, qui disponendi potestatem habet, vel nisi referens contineat in se formam perfectæ dispositionis, alioquin nulla reddetur actio. Doct. comm. authen. si quis in aliquo. C. de edendo. l. admonendi. vbi Ias. j. & ij. lectura. nu. 40. ff. de iur. iur. Aret. consi. 75. Paris consi. 39. nu. 5. volum. 3. consi. 80. nu. 5. volu. 2. August. Ber. consi. 20. nu. 9. volum. 3. consi. 93. nu. 51. volum. 2. Med. reg. 10.

¶ Editio scripturarum à notario peti non potest ab eo, cui aliàs facta fuit. l. Prætor ait. §. Prætor ait. ff. de edend.

Fallit quādo fieret, parte citata, & decreto iudicis interueniente. d. Ias. in d. §. Prætor ait.

Fallit quando extaret casus, putà quia amisi editionem primam: nam eo casu si millies perderetur, millies reassumetur copia. d. Ia. in d. §. Prætor ait.

Fallit quando instrumentum esset præsentatum in actis, in iudicio, Ang. & omnes in d. §. Prætor ait.

Fallit in testamentis & aliis vltimis voluntatibus, de quibus plures possunt copiæ fieri, vt optimè probat Paul. de Castr. & alij in d. §. Prætor ait. Ian. 76.

¶ Edictum iuris patronatus est prohibitorium, vt omnes ex fundatione, constructione, & datione acquirere possint ius patronatus qui non sunt specificè à iure prohibi. Quam regulam probat tex. & ibi Ioan. Andr. Cardi. & Doct. per eum in capitu. nobis de iure patronat. & ita concludit Lambertinus in tractat. iuris patronat. in j. part. j. libr. in vj. q. principali, in princip. numero 1. & in eadem quæst. viij. artic. 2. nu. 33.

Hanc regulam ampliat nouis modis, & limitat tripliciter Lambert. in dict. tract. in j. parte j. libri, arti. xv. vij. q. principali. nu. 10. versic. ex omnibus. P. Duen. reg. 231.

Reus non tenetur edere actori, l. j. C. de edendo, l. qui accusare, C. eod.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in multis, per Purp. in d.l.j. num. 4. Fallit in 3. casib. vt per Baptist. à Villa. concl. 16. in litera E. Fallit in 5. casib. vt per Alex. in d.l.j. numer. 8. Fallit in 4. casib. vt per Soci. in l. & quæ à diuo, C. de edendo. Fallit in 18. casibus secundum Alex. in l. ea quæ, C. de edendo, num. 6.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d.l.j. num. 7. vbi sublimitat. Fallit in 14. casib. vt per Socin. reg. 112. Fallit vt per Mars. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. nu. 19. Fallit vt per Dec. in l. & quæ à diuo, vbi etiam Ias. limitat in 3. casib. nu. 2. Fallit etiam, quare reus tenetur edere fisco. Fallit hoc in 4. casib. vt per Io. Bolog. in l. fi. C. de edendo, nu. 36. & 37.

Vsurarius cogitur edere, no. Doct. in l. j. C. de edendo. Ampliatur in 7. casib. & limitatur in 3. casib. per Purpur. in d.l.j. nu. 19. Ampliatur in 3. casib. vt per Goza ibi. nu. 10.

Editio quæ petitur ad fundandam intentionem agentis, lata sententia peti non potest, cum tunc iudicis officium mercenarium extinguitur, leg. 4. C. de posit.

Fallit in 3. casib. secundum Purpur. in l. j. C. de edend. num. 34.

Acta

Acta,& iudici,& partibus edenda sunt,siue ciuilia,siue criminalia,lege is apud quem,C.de edendo.

Ampliatur & limitatur in multis casibus, vt per Purp. in d.l. is apud quem,nu.64.Ampliatur in 4.casib. & limitatur in 6.à Io.Bolog.in dict.l.2.numer. 22.Fallit in 15.casib. secundum Iaſ.in dict.l.is apud quem, nu.5.

Fallit in 6.casib.vt per Pet.Duen.reg. 5.

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in 6. per Dec.in d.l. is apud quem.

Contumaci reuerso edenda sunt acta facta eo per contumaciam absente cum termino opponendi. Bartol.& communiter dd.in l.is apud quem, capitu.de edendo.

Fallit in 3.casib.vt per Purp.in d.l.nu.57.

Sicut acta edi debent, ita etiam scripturæ extantes in archiuis publicis.Feli.in c.ad audientiam, de pręſ.Iaso.in l.is apud quem,C. de edendo.

Fallit in 5.casib. quos no.Purp.in d.l.is apud quem.

Actor non solùm tenetur edere reo rationes priuatas, ad fundandam suam exceptionem, sed etiam instrumenta propria: hanc esse communem opinionem attestatur Franc.Curt.in l.à diuo pio, C.de edendo.

Fallit in 2.casib.vt per Franc.Curt.in d.l.num.3. fallit in 2.casib.vt per Iason. in d.l. fallit in 4. casib.vt per Purp.in d.l.nu.8.Feli.in c.1. de probat. fallit in 5.casib.vt per Dec.in d.l.à diuo,nu.5.

Quis non tenetur edere instrumentum, de quo in libello mentionem fecit,si debet esse ita penes reum, sicut penes actorem, cap.1. & ibi per doct.extra de probat.

Fallit in 4.casibus quos not. Iaso. in l. si legatum. ff. de edendo, numero 2. fallit in 2. casib. vt per Socin. reg.113.

Reus tenetur edere fisco, l.2.§.Pius, ff.de iure fi.l.nec quisque,ff.de edendo.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur à Iason. l.nec quicquam,ff.de edendo. Fallit in 4.casib. vt per Io. Bolog.in l.fin.C.de edendo, numer.37. sed acta criminalia non debent edi fisco, ab eo, de cuius crimine agitur.

Fallit in 2. casib.vt per Pet.Duen.regul.4. videas Battand.in praxi crim.reg.11.

Quando editio actorum ciuilium,& criminalium, ab aduersario postulatur, regulariter quis non tenetur edere acta contra se ipsum, contra quem criminaliter agitur:hanc esse communem opinionem attestatur Purp.in d.l.is apud quem, vbi limitat in 2. casib.nu.15.

Ille, cui notarius semel dedit instrumentum in forma publica, non potest petere, quod iterum à notario edatur,nisi cum causa,& cum licentia iudicis, & sic parte citata,de cuius præiudicio tractari potest. Fallit in 2.casib.vt per Iaſ.in l.prætor ait. §.prætor ait, ff.de edendo,nu.6.

Edere non cogitur inuitus rationes, vel instrumenta, sed tertius,apud quem reperiuntur gl. in l. in fraudem,§.nec instrumenta,ff.de iure fisc.

Fallit in 7.casib.vt per Dec. in capitu.j.de probation, nu.273.

Non possum petere editionem instrumenti, vel rationum ab eo inuito, qui non scripsit me mandante, no.Doct.in l.quæ à diuo,C.de edendo.

Fallit in 6.casi.vt per Soci.in d.l.in fi.Fallit in 9.casib. vt per Feli.in c.ex epistolæ,de probat. nu.23.

Mercatores,& artifices nostri temporis tenentur edere libros in iudicio,no. doc.in l.j.C.de edendo.

Fallit in 4. casib.vt per Feli.in c.ex epistolæ verbis,de proba.nu.24.

Si in libello actoris fit mentio de aliquo priuilegio, vel scriptura,super quibus fundatur intentio sua,cōpelli potest,vt ante omnia exhibeat,vt detur reo de casio deliberandi.fallit in 4.casib.secundum Feli.in d.c.ex epistolæ,num.44.

In his casib. in quibus necessaria est editio, non oportet edere totam copiā instrumenti,sed sufficit edere partem quæ est causa petitæ editionis. Fallit in multis casib.vt per Fel.in d.c.ex epistolæ,nume.52.

Editio fieri debet in omni causa,l.j. C.de edendo.Fallit in 3.casibus vt per Ioan.Bolog.in dict.l.1. numero 73.

De iure canonico nemo compellitur edere actionem. fallit vt per Damaſ.reg.65. Don.Fina,libr.3.

Edictum,actio. Vlpian.libr.j.ad edict. Lex cij. a

Additio. a alias cilj.

Qui vetante prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur.Eius est actionem denegare, qui possit & dare.

L.aduersus.de arbitr.contrà l.non solùm.§.fin. de iniur. Viuiennus.

¶ Edictum de præsentandis dicitur permissum vt quilibet admitti possit, dummodò in ecclesia, vel locis piis sit clericus, in aliis locis iuxta qualitatem eorum.Probatur hæc regula per totum, de iure patronat.& xij. q.vij. ita tenet Lambertinus in tracta. iuris patronat.in 1.part.ij.libri,in vij.quæstio.principali. Hanc regulam ampliat vndecim modis, & limitat quinque modis, vbi multipliciter restringit has ampliationes & limita. Lambet.in d.tract.in 1. parte 2.libri,artic.xviij. vij. quæstio. principali,nu. 7.versic.ex omnibus dictis. P.Duen.re.232.

¶ Edicta, Rationes. L.103. Vlpianus libro 1.ad edictum.

Qui vetante Prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur.§.Eius est actionem denegare,qui possit & dare.

Sim.l.qui non facit, de receptis, l. aduersus. 29. Vetante.Vt de iurisdict.l.si quis id, 1.respon.& §.si,dum,de in ius voc.l.4.§.1.de dam.infect.l.4.§.duas, ne quis eum,l.2.§.fina.de eo per quem.l.3.Ratio, C. de legibus.l.non dubium.Exc.de op.no.nuncia. l.si opus.

§.Eius est.Iunge l.71. nemo potest gladij.38.nemo qui condem.101 Omnia ad fin. quod Prętori olim cōpetebat,arg.Com.l.1. Riisvvich.

¶ Effectus.L.191. Paulus libro decimosexto breuis edicti.

Cuius effectus omnibus prodest,eius & partes ad a omnes pertinent.

Additio. a alias vniuersos.

Ex titu.de reb.au.iu. poſſ.Effectus. Hoc est,perfectio alicuius rei, secundum Oldend. de origin. iur. l.2.§.originem:nam quod iuris est totius ad totum, idem est partis ad partem,de rei vend.l.quæ de tota,76.de acquiren.hæredi.l.81.si seruus, vbi Tertyll. Nihil enim interest de vniuerso quæratur,quod capere non possit,an de portione. Exc.Indiuidua,falsam demonstrationem,& vbi lex expressè distinguit inter partem & totum,secundum Dec.de seruitutib. rust. l. per fundum. de cond. & dem.demonstratio falsa,17.de euict.l.si dictum,§.insti. C.de ven.rei sis. l.j. Partes.Conciliatio l.qui sine.de cōd. sine caul.per fundum,de ser. rustic. præd.l.exercitationem. §.pro

§.pro parte, de verb. oblig. Riisvvich. parati.

¶ EFFECTVS. l. 191. cuius effectus, vide verba. Causa, Voluntas, Idem. Riisvvich.

Impedimentum non generat, quod non sortitur effectum. de iure pa. c. quod autem. De ap. c. constitutus. C. de his qui not. infa. l. quid.

Quod quisque iu. l. 1. in fin.

Effectus in consequentiam prodeuntes, non sunt attendendi. de au. tu. l. 1.

Potior est qui rem ad effectum perducit. C. de vet. iu. enuc. l. j. C. de op. pub. l. fin. Qui po. in pign. l. potior. de pecu. l. si verò. Broc. 2. rub. 82. Riisvvich.

¶ EFFECTVS quando excogitatus est vt debeat adimpleri non sufficit res semel tantùm gesta, vt procedat indefinita oratio, sed iterum atque iterum vniuersaliter iterari potest. Inno. c. in literis. de offi. de leg. Bar. l. 2. §. 1. ff. de opt. leg. Doc. com. l. serui electione. ff. de leg. j. Bal. l. post aditam. C. de impube. l. Barbarius. ff. de offi. procon. l. si vt proponis. C. quomodo, & quando iudex. Anch. c. cùm in multis. de re scr. 6. Ale. l. iudex. ff. de re iud. Med. re. 2.

¶ EFFECTVM semper ampliant verba geminata. l. balista. ff. ad Treb. Bal. fructus. C. de act. emp. capi. eam te. de rescr. gl. & Sal. l. cùm pater. ff de pact. dota. Ias. l. nominatim. num. 8. ff. de lib. & posth. Ripa Rub. de verbor. oblig. num. 30. Decis. Pedem. 39. num. 16. Rui. consi. 218. vol. j. col. pen. Paris. consi. 6. nume. 12. volum. j. Socin. Iun. l. centurio. num. 300. ff. de vulg. Med. reg. 3.

¶ ÆDIFICIVM fieri non potest in præiudicium tertij videlicet vt lumen tollat, atque seruitutem constituat, neque in damnum viæ publicæ. l. j. §. quis in suo. ff. ne quid in loco publico. Corn. consi. 282. volum. 2. Bart. & Bald. l. cum talis. §. cum autem. C. de seruit. leg. si quando. ff. de seruit. vend. Bartol. l. quominus. q. 7. ff. de flumin. Cepolla in tit. de seruit. vrb. præd. c 39. Ang. l. pen. C. de aqua plu. arc. item qui in alterius solo ædificat perdit ædificium. Docto. leg. si intra. ff. de seru. vrba. præd. Petr. in tract. de societ. 6. p. quæst. 6. Medic. reg. 8.

¶ ELIGERE qui habent, debent idoneiorem eligere: nec sufficit idoneum eligere. Quam regulam probat tex. in capit. licet ergo. in princi. viij. quæstio. j. cùm concordantiis allegatis ibi in gloss. in verbo, qui prestantior.

Hanc regulam cum vnica ampliatione, & vnica limitatione, & plures restrictiones ad illam ampliationẽ & limitationẽ, vbi eius materia notabiliter tractat, ponit Lamb. trac. iuris patronat. in prima parte 2. libri, in 3. articu. x. quæ. principalis. nume. 23. P. Duen. reg. 226.

¶ ELIGENS semel non potest amplius eligere. Hanc regulam probat tex in l. serui electione. in princip. ff. de leg. j. in l. apud Aufidium. ff. de optione legata. in l. si is, qui. ff. de procurato. in regu. quod semel. de reg. iuris, libr. vj. cum aliis. Circa quam regulam vltra doc. in supradictis locis, vide Ioan. Paponi. in gl. ad consuetud. Borbonias. §. ccccl xxx. Paul. Parisi. in consi. lxxxj. nu. 14 lib. 1.

Hanc regulam cum sex ampliationibus, & quatuor limitationibus ponit Franc. de Ripa in d. l. serui electione. à nu. 1. vsque ad nu. 17. P. Duen. re. 235.

¶ ELIGENDI facultas in alternatiuis, in vita stipulantis est personalis, & cohæret personæ, donec viuit: & ideo in eius vita per stipulatorem non potest alij cedi. tex. est in l. si stipulatus fuerim, in princip. vbi Bartol. & Iason ponunt rationem. ff. de verborum obligation.

Limita tripliciter, vt per Iaso. in d. l. si stipulatus fuerim. B. Dias. reg. 224.

¶ ELIGENDI facultas in alternatiuis, mortuo ante electionem stipulatore, trãsit ad eius hæredes: text. est vbi notat. in l. si stipulatus fuerim. ff. de verborum oblig. & ibi Iaso. nume. 3. allegat alia iura: & optimè declarat hanc regulam.

Limita eam tripliciter, vt per eundem Iaso. in d. l. si stipulatus fuerim. B. Dias. reg. 225.

Eligendi facultas soluitur morte, Bar. l. si seruus. num. 1. ff. de verbor. obligat. l. si quis arbitratu. eo. tit. l. fin. C. de contrah. emp. quod dictum intelligitur, quando talis facultas competit iure alterius, secus quãdo iure proprio habetur, tunc enim ad successores & ad hæredes extenditur, l. illud. ff. de opt. leg. l. fi. C. com. de leg. §. optionis. Instit. de legat. Barto. l. si stipulatus fuerim. num. 5. ff. de verbor. oblig. Medic. tract. 2. part.

Eligendi potestas alicui indefinitè concessa intelligi debet vniuersaliter, vt sortiatur suum effectũ. doct. c. ea, quæ. c. si compromissarius. de electi. 6. docto. c. j. de re iudic. nam si semel quis elegerit, non sufficit si talis electio suum non sortiatur effectum, regulariter tamen eligens semel non potest amplius eligere doct. com. l. serui electione. vbi Ripa nu. 6. ff. de le. j. l. apud. ff. de empt. leg. l. si his. ff. de procurat. doct. c. quod semel. de reg. iur. 6. Paris. consi. 81. nu. 14. lib. 1. item si indefinitè dicatur, quod quis eligi debeat in quem consenserit maior pars totius capituli. ita in terminis. Abb. ad istam reg. c. in Genesi. num. 1. de elect. Med. reg. 2.

Electoris crimen non nocet electo, neque econtrà, nisi essent notoria crimina, ante electionem. glo. cap. quamuis. vbi Abb. num. 22. de senten. & re iudi. cóc. c. tantis. 81. dist. c. hæc quippe. 3. q. 6. gl. c. dilectus. il 2. de simon. Inn. c. dudum. de elect. Med. re. 8.

¶ ELECTVS in dignitatem aliquam non meretur honores illius dignitatis ante suam coronationem, c. Cum literis. de restitu Cano. pleniùs in capitu. eam te, de rescriptis. ad quod facit dictum Bal. in l. si nõdum. post princ. C. de fur. quòd ciuitas interficiens electum in episcopum tantum, non autem consecratum non incidit in pœnam capitu. tua nos. xxv. quæstio. 2. cum simili relatis per Felin. in dicto capitulo eam te.

Fallit in Papa, qui ante coronationem dicitur Papa. cle. quia nonnulli. de elect.

Fallit in electo viua voce ab ipso Pontifice. Feli. capit. meminimus. de accusat.

Fallit in Abbate, qui ante benedictionem dicitur Abbas. Oldra. cons. xiiij.

Fallit in magistratibus temporalibus putà Cõsulibus. Bart. l. j. §. diuus. ff. de var. & extraord. cognit. S. Ian. reg. 78.

¶ ELECTO præiudicabit sententia lata contra eligẽtem de potestate eligen. Innocent. capitul. dudum. cum glo. versicu. partibus. de elect. sext. Docto. communi. capitul. quamuis. de sentent. & re iudic. Bald. & Salic. leg. 2. C. quibus res iudic. non noceat, secus si propter aliquod crimen fuerit condemnatus. Alexand. leg. sæpe. numero 54. ff. de re iudicat. Medic. reg. 8.

Electa industria personæ, non dicitur in paruis negotiis, nisi exprimatur, etiam si mandatum fuerit, vt negotium personaliter exequatur. Innocent. cap. fin. de offi. deleg. Ioann. Anan. & Abb. capit. fina. de

dol.& contum. vide Felin.d.c.fi.de offi.deleg.conc. simil.Alex.Rub.ff.solu.mat.nu.3.Ripa.in tract.de peste.p.3. nu,301.Rom.sing.332. Med.re.5.

¶ ELECTA vbi est industria personæ, cũ persona extinguitur officium,& per consequens ius, actio, & obligatio.l.inter artifices. ff.de solut.Bartol.l.veteris.C.de contr.& comm.stip. Ias.l.si sic.ff.de verbo. oblig.Corn.consi.243.volum.3.Alex.consi.106.vol. 3.vbi enim est electa industria personæ, non potest per substitutum fieri: fallit nisi hæres artificis esset eiusdem conditionis,Duen.reg.178.lim.2. Bartol.l. j.C.de præp.agent.libr.12. Rom.l.j.ff.de in ius voc. ca.is cui.de offic.dele.6.l.nemo. ff.de duob.reis.Ro. sing.670.Fel.cap.quoniam.§.is autem.num.5.de of. deleg. Emphyteusis nulla est re extincta,in qua fuit constituta,Doc.com.l.1.C.de iur.emphyt.vt si prædium impetu fluminis fuisset sublatum in totum, fallit in domo,qua destructa non finitur emphy.sed propter solum quod remanet durat adhuc. Innoc. c.potuit.col.19.locati.§.adeo.inst.co.l.2.ff.de vsuf. Med.reg.6.

¶ ELECTIO alicui concessa alicuius beneficij, si semel vnum beneficium elegerit consumpta est electio,nec poterit aliud allegare.gl.cap.gratia.versic. eligas.de rescr.6.cap.fi. eod. tit.c.1.de postu.præl.6. Doct.com.d.c.gratia.Anchar.consi.214 Rom.cõsi. 329. Medic.reg.3.

¶ ELECTIO alternatiua.Bonifa. Reg.lxx.

In alternatiuis debitoris est electio: & sufficit alterum adimpleri.

L.plerunque in fin.ff.de iur.dot.l.non vtique.in princ. de eo quod cert.loc. Viuiennus.

¶ ELECTIO contra iuris formam nulla est.cap.quia propter.de elect.vbi Doct.com.Guliel.in tractat.de elect.c.19.gl.cap.notatis. §.j.de elect.Boer.in termi. Dec.1.nu.28 Host.in tit.de elec.num.14 Doct.com, c.j.de reg.iur.6. Medic.reg.7.

¶ ELECTIO cùm disponitur fieri à l. intelligitur de primo actu.Ioan.c.cum expediat.col.2.de elec.6. l. eum qui.ff.de verbor.signif.l.Boues.§.hoc sermone. ff.eo.Fel.cap.2.de treug.& pace.l.eum qui. de verb. oblig.l.fideicommissa.§.si quis decem.ff.de legat.3. Iaso.l. diuortio.§.quod si.ff.solu.matr. Euer.in loco à vi num. Med.reg.3.

¶ ELECTIO debitoris est in alternatiuis. Hanc regulã probat text.in l.plerunque.in §.pen.ff.de iure dotium.& in l.si ita relictum.ff.de lega.2. & in l.pe.C. de condictio.indeb.in ca. referente. de præb.in reg. in alternatiuis.de regulis iur. lib.vj. De iure Regio probatur in l.xxiiij.titu. xj. parte v. Circa quam regulam & eius materiam vide Dinum in dicta regula,In alternatiuis.& ibi Additio.

Hanc regulam limitat Anton. Negusan.de Fano, vno modo in tracta.de pignoribus in 1. membro v. partis principalis: numero 5.& 6. Eandem regulam limitat duobus modis Iacobinus de Sancto Georgio in d.l.plerunque. in §. si res. ff. de iure dotium. Aliis duobus modis limitat Catellia. verbo, alternatiuarum electio.

Hanc etiam regulam limitat quinque modis Feli. vbi tractat eius materiam,in cap.inter cæteras.nu.4. de rescriptis. Eandem regulam cum duabus ampliationibus,& quinque limitationibus ponit Euerar.loco xlix.Hanc item regulam cum sex limitationibus ponit Martinus Sanctius Vascoletus in trac. indiuiduorum:in 3.cerula,nu.50. P.Duen.re.235.

¶ ELECTIO geminata magis tenet,& valet. Bald. in tractat.schismatis.colu.19. not.l.cùm scimus. C. de agric.& censi.li.xj.l.si mulier.C.ad Velle.Med.re.3.

¶ ELECTIO opponi non potest in præiudicium tertij absque citatione certi contradictoris, alias fiet per edi.in valuis Eccle.glo.& doc.comm. cap.fi.de de elec.6. Med.reg.8.

¶ ELECTIO prima intelligitur cùm facultas alicui eligendi locũ futuri concilij, vel cuiuslibet alterius negocij cõceditur. Abb.in tract.concilij Basil. col. 18.Fel.c.2.ver.facultas.de treuga & pace.Med.re.3.

¶ ELECTIO sola non tribuit ius electo. Hanc regulam probat tex. in l. Publius.ff.de cõditio.& demonstratio.& in l.bene à Zenone. C. de quadrien. præscript.tex.no.in l. ex eo tempore.& ibi gl. quæ allegat plures concordantes in l.verbo electi.ff.de mil. testa.Abb.& Doct.in c.postquã.de electio.no.Paul. Parisi.in consi.19.nu.16.cum aliis,vol.4.

Limita primò, non procedere in electione facta per Principem: quo casu statim administrare potest: vt in l.j.in prin.ff.ad l.Iul.de ambitu.& in Auth.de collatori.in §.ad hæc iubemus.

Secundò fallit, quando superior habet necesse confirmare.in l.si quos spontaneos. C.de decurio. libr.10. quia nihil videtur dare: vt in l.vnum ex familia. in §. si de Falcidia.ff.de leg.2.aliàs secus:in d.l.ex eo.& in l.j. C.de confirman.tut.& in Auth.matri,& auiæ.C. quando mulier offi.tute.fun.potest.

Tertiò fallit,per inuestituram, vel proximam cinguli acceptionem: nam hæc est quędam confirmatio.l.fi. ff.de milit.testam.

Quartò limita procedere in consulatu, vel maioribus dignitatibus: secus in minoribus: vt in §. filiusfamiliàs.Instit. quibus modis ius patriæ potestat. solui. & in l.fin.C.de decurio.lib.x.in Authen.de armis.in §.illud.& in Authen.sed episcopalis dignitas. C.de episc.& cler.notatur.in l.fi.C.de consulibus,lib.xij. Episcopus autem, & spiritalis dignitas non potest confirmari ante consecrationem: vt in cap. qualiter post obitum.de electio.& in Extrauagãti Bonifac j Octaui,incipienti,Iniunctæ.§.præsenti itaque, sub tit.de electio.in Extrauaganti communi.

Quintò limita, non procedere in casu c.nihil.de elec. duobus scilicet concurrentibus: concordantia electionis, videlicet,nemine discrepante: & quòd sint vltra Italiam,tamen Papæ subiectæ.

Fallit in 8.casib.quos not.Dias reg.278. Fallit vt no. Soc.141.fallit in 4. casib. vt per Dec.in d.l. ex conuentione.

Emptor denuncians venditori,non tenetur dare copiam libelli ipsi venditori.no.in l.nō solùm.§.morte.ff.de no.op.nunc.

Fallit in 3.casib.quos not.Anton.Rub.in d.§.morte.n. 73.ver.secunda fit conclusio.

Emptori non sufficit denunciare venditori litem esse motam super re vendita,nisi incitet eum vt liti assistat, hanc esse communem opinionem attestatur Anto.Rub.in d.§.morte.

Fallit in 9.casib.vt per Anto. Rub.ibi.num.73.& seq.

Venditori scienti litem esse motam, debet emptor denunciare, aliàs non habet regressum de euictione, quare vltra scientiam,& certificationem requiritur incitatio.hanc esse communem attestatur Horma. Dec.in d.§.morte.

Fallit in 3.casib.vt per eundem.vbi suprà,nu.26.

Emptio rei suæ,siue à sciente, siue ab ignorante facta non valet.l.siue rei.ff.de contrahend.emp.l.cùm res & l.si mater.C.eod.

Fallit in 7.casibus,quos no.Ripa in repet.l.si aliquam rem.ff.de acquir.possess.Fallit in 3.casib.vt per Dec. in l.neque pignus.ff.de reg.iur.num.5.

Emptionis & venditionis appellatione comprehenditur omnis contractus,per quem dominium transfertur.l.statu liberi. §.quamuis.ff. de statu lib. Bal.in l. 2.de vsuca.pro empto. Bar.in l.alio.ff.de alimen. & ciba.lega.

Fallit in 4. casib.quos not. Ant.de Burgos,in Rub.de emptio.& ven.col.fi. Fallit in 5.casib. vt per Fab. de Monte,in tract.emp.in q.2.num.11.& sequ.

Emptor,& si in causa obtineat,potest expensas litis recuperare à venditore.Bar.in l.venditores.ff. de verbor.oblig.vbi Ias. attestatur hanc esse communem opinionem,num.2.

Fallit in 2.casib.vt per Ias.in d.l. venditores.col.3.

Emptor primus vel donatarius,cui factum fuit constitutum præfertur secundo,cui postea realis traditio fuit facta re empta,vel donata duobus successiuè,diuersis temporibus.Bald.in Rub.de contra.empt. in quæst.16.Ias.in l.quoties. C. de rei vend.Ferrat. in cautel.48.

Fallit in 7.casibus,quos not.Dec.in l.contractus. ff. de regu.iur.

Fallit in 9.casib.vt per Socin.Regu.118. Ampliatur in 12.casib.& limitatur in 19.ab Anto. Gabri. lib.3.de empt.& vendit.conclu.2.fallit in 12.casib.vt per Ias. in d.l.quoties.

Fallit in multis casib.vt per Mars.sing.82.

Officiales siue illi qui funguntur munere publico,non possunt emere res illorum, seu bona cuius & quorum administrant.l.si in emptione. §.fin. ff. de contrah.emp.

Fallit in multis casib.quos not.Pet.Duen.reg.31.

Emens à fisco rem alienam, vt fisci statim est securus, & ille qui prætendit habere ius in illa re,debet mouere actionem contra fiscũ,aliàs non auditur.l. bene à Zenone,& l.2. C.de quad. præs. §. fi. Inst. de vsuca.

Fallit in 5.casib.vt per Felin.in cap.quæ in ecclesia.de const.num.35.Iaso.in authen quas actiones. num.3. C.de sacrosanct.eccl.Fallit in 9.casibus,vt per Corset.in reperto.ad Alb.in verb.l.bene à Zenone. Fallit in 13.casib.quos not.Pet.Duen.reg.231. Fallit in 8.casib.vt per Socin.reg.342. Ampliatur in 4.casi.& limitatur in 19.ab Anto.Gab.lib.5.de acqui.posses. conclus. 2.Fallit in 1.casib.vt per Mart.Laud.in tractat.de prin.§.11.incip.notandus est.Fallit in 11. cas. quos not.Balbus in tract.de præscrip.in 2.par.5.partis principalis.col.pen.

Emptor non tenetur stare colono.l.emptorem. C. locati.

Ampliatur in 3.casibus,& limitatur in 11. à Pet.Duen. reg.240.Fallit in 5.casib.vt per Socin.reg.387. fallit in 14.casib.vt per Alexan.in l.si filiofami. §.si vir in quinquennium.ff.sol.matrim.

Emptor in causa euictionis,venditori denunciare tenetur vt liti assistat, ad hoc vt teneatur de euictione.Barto.in l.renunciatio.ff.de adult.l.non solùm. ff.sol.matrin.l.empt.C.de euictio. §.non est. C.quę res pignor. oblig. poss.l. non solùm. §.morte.ff. de oper.no.nunciatio.

Fallit in 6.casib.vt per Soci.reg.117.Fallit in 6.casibus, secundum Barba.in ca.fin.num.4.de empt. & vend. Fallit in 6.casib.secundum Rip.in cap. cùm M.Ferrariensis.num.166.de constit.Fallit in 8.casib. quos no.Rip.in.l.2.§.voluntate.nu.17.ff.solu.matr.Fallit in 9.casib.quos not.Anton.Rub.in d.§.morte.num. 682.Fallit in 8.casib.secundum Anton.Burg.in c.fi. de emp.& vend.num.6.

Emptor qui percepit fructus rei emptæ,tenetur advsuras precij non soluti.l.curabit.vbi Bar.& Doc.C.de ac.emp.l.fructus.C.eo.

Ampliatur & limitatur in 5.casib.per Cagn. in rep.d. l.curabit.num.35.

Emptor vel causam habens à fisco, vel principe, non potest post quadriennium molestari.l. bene à Zenone.C.de quadri.præs.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 20. à Por.libro 2. regu.42.

Emere vel vendere nemo cogitur. l. nec emere. C.de iu.delib.

Fallit in 58.casibus,quos no.Socin.in tract.fal.reg.435. Fallit in 19.casibus quos no.Benedict. Capra in suo tract.regul. 87.fallit in 8.casibus, vt per Ias.in. d.l. nec emere.

Emptio & venditio,vbi mentio precij vel æstimationis fit,semper præsumitur.glo.in l.fin. C.de præd.de cu.lib.10.& in l.illicitas.

Res empta per alium eius nomine de pecunia mea ementis est,& non mea. l.si vt proponis. C.de probat.l.ex ea.C.de rei vend.

Fallit in 6.casib.quos no.Soc.in tract. fal.reg.345.

Res tanti valet quanti vendi potest.l.1.§.si hæres. ff.ad Trebel.not.in l. precia rerum.ff.ad l.Falcid.l.si quis vxori.§.fi.de furt.l.penulti.ff.de reb. eorum.

Fallit in 4.casib.vt per Soc. reg.345.

Ecclesia non potest indirectè inhabilitari ad emendũ à laicis.

Fallit in 3.casib.vt per Felin. in cap.Eccle.S.Mariæ, de const.num.114. Don.Fina,lib.1.

¶Emptorum duorum ille potior est cui primò possessio tradita fuit.l. quoties.C.de rei ven.& in l.siue. §.si duobus.& ibi gl.magna.in prin.ff.de pub.in rē. act.& in l.si ea res. §.neque.de actio.emptio.

Primò fallit nisi primus emptor esset priuilegiatus,vt ecclesia in quam dominium transit absque traditione.l.fin. C.de sacrosanctis ecclesiis. glo.ponit in d. §.si duobus.& Iun.in c.continebatur.de is quæ fiũt à prælato sine cons.capit.

Secundò fallit nisi dominus constituisset se precario nomine possidere vice temporis primi.l. quædam mulier.ff.de re vend. & not.glo.in l.ab emptore. ff. de pact.& no.Bald.in rub.de emp.& vend.cxv.q. & Old.in consilio cxvj.

Tertiò fallit nisi dominus se instrumento obligasset, & omnia bona sua,&c. vt dicit Bal. in Rubr.C.de reuo. is,quæ in fraud.credi.alie.sunt,ex quo sequitur, quòd cùm in alienationibus hodie fiant huiusmodi obligationes,vt plurimum per venditorem,non habebit locum.d.l.quoties.

Quartò fallit nisi ille,cui primo fuit res vendita & tradita,rem mala fide emisset,vt per Bald.in d.rubr.C. de reuo.is,quæ in fraud. creditorum.

Quintò fallit,si primus emptor rem emisset titulo lucratiuo,secus autem,si titulo oneroso.seundum Bal. in d.Rubrica.

Sextò fallit in beneficialibus, in quibus attenditur interpretatio,de qua per Bald.in d.l.quoties.

Septimò fallit,quia si duobus esset facta traditio,& dubitaretur cui primò sit facta, pręsumitur quòd priùs fuerit primo ementi tradita.ita Bal.in l.siue autem. §.si duobus.ff.de public.in rem actio.

Octauò fallit quando venditor esset ecclesiastica persona,cùm in ecclesiasticis personis siue ecclesiis,reprobata sit deceptio, vt in d.c. continebatur. & per Bal.in rep.auth.similiter.C.ad leg.Falcid.

Nonò fallit in hypotheca,quia transfertur dominium: licet non sua sequatur traditio. l. prior.§.1. quibus mod.pig.vel hypo. sol. Sed quid in donationibus, quando duobus res eædem donatæ fuerunt, quis sit potior? vide Bald.in rubr. de contrahend. empt. in xv.q.& Barto.in consi.suo,quòd incipit, Lucius, & vide in l.quoties.C.de rei vendic. in fi. & quid in locatione eiusdem rei pluribus facta, vide magnam gloss. in l.operibus.ff.loc. & per Dominos de Rota i.. de-

in decisio.368. Sed cui in dubio præsumatur primò tradita,& quando, vide Baldum in d.l.siue.§.si duobus.de Publiciana in rem act. B. Soc.reg.155.

¶Emptor, etiamsi in causa obtineat, potest expensas litis recuperare à venditore, nisi ab aduersario, qui sibi mouit litem super re empta, recuperasset. Barto.in l.venditores.contra glo.ibi in verbo, agnituros.in fin.ff. de verborum obliga.& cum Bart. est magis communis opinio secundum Ias.ibi nume.2. vbi confirmat hanc regulam.

Limita dupliciter, vt per Iaso.in d.l.venditores. B. Dias reg.228.

¶Emptor licet non habeat regressum de euictione quando fit compromissum.l.si dictum.§.si compromisero.ff.de euict.tamen si dicatur quocunque modo vel quacunque de causa euincatur, quod vult teneri de euictione, tunc etiam si per compromissum euincatur venditor tenebitur de euictione, nam talia verba id operari dicuntur.doc.d.l.Balista. Rom. sing.13.c.fi.vbi doc.de emp.& vend. Euer. in loco à vi geminationis.n.14.per d.l.cũ scimus. Med.re.2.

¶Emptor 199.§.pen.

Emptor non potest auctoritate sua propria possessionem rei emptæ ingredi.de acq. pos.l. si ex stipul. C. eod.tit.l.2.l.nec.

Emptio rei suæ non valet.de contrahen.emp.l.si in emptione.§.rei suæ.

De emptione fructuum tractant latè doct.in l.cotem. §.qui maximos.de publi.

In emptis & venditis potius id quod actũ, quàm quod dictum sit, sequendum est. ait l. sed Celsus. §. 2. de con.empt.

Nec emptio nec venditio sine re qua veneat, potest intelligi. ait l.nec d.tit. Vide precium.

In emptionibus & venditionibus consensum debere intercedere palam est. ait l.seq. Riisvvich.

¶Emptor in causa euictionis venditori denunciare tenetur vt liti assistat, ad hoc vt teneatur de euictione. Hanc regulam ponit Bartolus in l. denunciasse.in §. quid tamen.ff.de adulter.& in l.non solùm. ff.solut.matrimonio.& in l.empti. C.de euict. & in l.nomen.C.quæ res pign. oblig.possint.& in l. non solùm.in §.morte.ff.de noui operis nunciatio. & in l. 2.in §.voluntatem.ff.soluto matrimo. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Felin.in ca. cùm opinionem tenent Ioan. And. Anto.de But. Petrus de Ancha. Card. Abbas,& Antonius Burgos in cap. fin.de emptio. & venditione. Rom.& doctor.in d.l. 2.in §.voluntatem. ff.solut. matri.vbi Alexan. dicit hanc esse communem in numero 12.idem Alexander in consilio 24.numero quinto.volumin.4.Cornæus in consilio cclv.num.4. volum 3. vbi dicit hãc etiam esse communem opinionem. Hanc etiam M.Ferrariensis.nu.65.de constit.eandem dicit communem etiam Anton.Rubeus in repet.l.non solùm in §.morte.nume.682.ff.de noui oper.nuntia.& ibi Claudius de Seysello.nume.95.Ias.num.39.eandem opinionem dicit etiam esse communem Iaso.in d.l. 2. in §.voluntatem.nume.26.ff.soluto matrimonio. Antonius de Burgos in dicto cap.finali, num.4. pro qua opinione vltra iura allegata per Rom.in dic. §. morte. & per Anton. de Burgos, vbi suprà, & per Barb.in d. cap.fin.numero 4.de emptione & vendi. & hanc etiam dicit communem Petrus de Rauenna in Alphabeto aureo. in verbo, vendere. & pro ea est tex.de iure regio in l.xxxij. titulo v. parte v. vbi prædicta l.dicit, quod talis denunciatio fieri debet ante testium publicationem.& in l.7.& ibi glo. in verbo, se lo dixere.tit.x.libro 3. fori. licet contrarium teneat glos.quæ communiter reprobatur in l. empto.in verb.vel fideiussorem.C.de euictionibus. quam glos.sequitur ibi Cynus & Dynus in regul. eum qui certus.de regulis iuris, libro 6.Imola in dicto §.morte.& in cap. cùm M. Ferrariensis de constitutio.& in cap. fin.numero 3.de emptio.& vendi. Quam opinionem veriorem esse dicit Andr.Barb. ibi, numero 4.

Hanc regulam limitat 7. modis Socin. in regul.cxvij. Hanc etiam regulam cum sex limitationibus ponit Andræas Barb.in d.c.fi.num. 4.de emp.& vend. Eandem regulam cum aliis sex limitationibus ponit Franciscus de Ripa in dicto cap.cùm M. Ferrariensis nume.166.de constit. Eandem regulam cum octo limitationibus ponit idem Ripa in l.2.in §. voluntatem.à num.17. vsque ad numer.28.ff.sol. matr. Hanc etiam regulam vbi eam examinat,& notabiliter ponit, tradit Antonius Rubeus cum nouem limitationibus in repet.l.non solùm. §.morte.à nu.682. vsque ad num. 736. ff.de noui operis nunciatione. Hanc etiam regulam cũ octo limitationibus ponit Burg.in d.c.finali, de empt.& vend.à num. 6. vsque ad numerum 13. P.Duen.re.241.

¶Emptor non tenetur stare colono. Quam regulam probat text.in l.emptorem.C. locati.de iure regio est text.in l.xix. titu.viij.parte v.Hanc regulam cum quinque limitationibus ponit Socin. in regul. cccclxxxvij.

Amplia primò procedere in legatario, vt in l.qui fundũ.& in l.si merces.in §.1.ff.locati.& in l. nihil. in §. fructus.ff. de vsufructu,& quemadmodum.& ibi docto.& glo.in d.l.qui fundum.in gl.1.& in d. l.emptorem.& ita ita tenet Montal.in gl. d.l.xix.

Amplia secundò in tantum procedere, quòd emptor cùm non teneatur stare colono, possit eum propria auctoritate expellere: ita probat glos. quam ibi sequuntur doct.in d.l.emptorem. C. locati. quam opinionem tenet Afflict. in capitulo primo, in princip.numero 73.de pace iuramen.firmanda in vsibus feudorum.

Amplia tertiò habere locum in prælato, vel rectore ecclesiæ, nam si locauerint res ecclesiæ, nomine tamen proprio & ad propriam vtilitatem, huic locationi successor stare non tenetur: imò finitur locatio morte locantis, vt est glos.notabilis communiter approbata, secundum Abbatem & Ananiam ibi, in cap.querelam.in glossa, in verbo, terminum.in fine. ne præla.vices suas. Hanc opinionem tenet Romanus in l.cum filiofamiliàs.in §.si vir in quinquennium.numero 22. ff. soluto matrimonio. & ibi Alexand. numero 22.& in cons.clx.volumin.6.& Angel.in dicta l.emptorem. num.3. Ancha.in cons.16. Paul.de Castr.in cons. 2.nume.3.libro 1.Rota in decis.ccxxxij.in nouis.versic.sed iuxta præmissam conclusionem secundum impressionem antiquam, & secundum nouam in decis.1.in titu.de locato.Soc.in cons.xxxij.numero 6.volu. 1.& hanc dicit esse communem opinionem idem Socin.in cons.xxxiiij. numero 4.lib.3. Eandem opinionem tenet Didacus libro 2. Variarum resolutio.ca.xv.numero 6.quæ opinio approbatur de iure Regio per tex.in l.9.tit.17. parte 1.

Limita primò non habere locum in successore vniuersali, qualis est hæres vniuersalis: nam iste tenetur stare colono, & locationi sui prædecessoris, vt in l.

in l.viam veritatis. C. locati. & in l.hæredi.& in l. ex qua persona.ff.de regulis iuris. De iure Regio probatur in l. vij. titu.xvij.libro tertio Fori. & in l. secunda.titul. 8.par. 5.Ratio est, nam successor vniuersalis repræsentat personam defuncti, & ad eum transeũt omnes obligationes actiuæ & passiuæ pro parte ꝓ qua est hæres.vt in l.cùm à matre.C. de rei vendicatione.glos.in l.secunda.ff. de præto. stipul. & est tex. in Authen. de iureiurand.à morien.præst. in principio,collatio.v.sed singularem successorem non sequitur obligatio personalis,vt in l. 1. §.si hæres percepto fundo.ff.ad Trebellian.& ita est de mẽte Bartol. in l.si tertius.in §.si quis priùs.ff.de aqua pluuia arcen.

Limita secundò quandocunque conductio facta fuerit ad longum tempus, vt in l.prima.in §. quòd autem.ff.de superficie glo.quam ibi docto. sequuntur in d.l.emptorem.Guido Pap.in decis.cccclxxx.numero 3.Steph.Aufre. in decisio. Capellæ Tolosanæ ccccxx.Barto.d.§.si vir in quinquennium.& ibi Roman.numero 31.& Alexand.numero 2.& 24.& 25. Ioann. de Imol. numero 8. Doctor.de Couarru. in lib.2.Varia.resol.cap.xv.numero secundo. Ang. de Peru.in d.l.emptorem.numero 2. versic. item prædicta vera.C.loca. Pyrrhus Englebermæus in Rubric.l.contractus. versicul.adde circa hunc contractum.ff.de reg.iur.Imol.& ibi docto. in ca. propter sterilitatem.de locato.Rot. in decis. dccclxj. in antiquis secundum impressionem antiquam, & secundum nouam in titu. de locato.in decisione prima. Ioann.de Imol.in l.nihil.in § .fructus. in principio. ff.de lega.1.Montal.in gloss. dictæ l.7.in fine.tit.17. libro tertio Fori.And. Tiraquel.in tractat.de vtroque retractu.in tit. de retractu .Lignagier. in gloss. 14.numero 82.notabil.Angel.de Perus. in consilio secundo,numero duodecimo. Pro qua opinione est text.de iure regio.in l.19.in fine. titu.8.par.5. vbi ꝓbatur quòd colonus seu inquilinus ad vitam vel in perpetuum,à successore expelli non potest. Quod etiam dicendum est in locatione facta ad non modicum tempus,scilicet ad decem annos. argu. text. in l. vltima.C.de præscri.longi tempor.& in l. fi. ff. si ager vect.vel emphyt.petatur. vbi est gloss. quod locatio decem annorum dicitur ad longum tempus,ita tenet Alexand.in dicto §. si vir in quinquennium.numero 2.facit quod suprà dixi in reg. 40. in 12.ampliatione.

Tertiò fallit in locatione facta à tutore: nam pupillus, finita tutela,tenetur stare colono.vt in l.si tutelæ. ff. de administrat.tutorum. ita tenet Salice.in dicta l. emptorem.C.locat.& ibi Alberi.Socin.in cons. 32. numero 8.volumin.primo.Rom.in dicto §.si vir in quinquennium. numero 17. Alexand. in consil.clx. numer.3.lib.6.Mar.Mantua in consilio cxv. num.9. Aufr.in add.ad decisiones Capellæ Tolos.deci.420.

Quartò fallit si conuentum esset inter singularem successorem & locatorem, vt ipse singularis successor teneatur stare colono.vt in l.emptori.in §.locati.& in l.si merces.in §.primo.ff.locati. De iure regio ꝓbatur in dict.l.xix.titul. 8.par.5.ita tenet Guido Papa in decisione cccclxxx.numero 4.Romanus in dicto §.si vir in quinquenium.numero 3. & ibi Io. de Imola numero 8.in fine.De iure regio est tex. in l. 2.in fi.tit.8.par.5.

Quintò limita in locatione facta à marito dum res dotales administrabat: nam soluto matrimonio vxor tenetur ei stare. Hanc opinionem tenet Angel. de Peru.in d.l.emptorem. C.locati.num.2.Bal.& Ang. in l.filiusfamiliàs.in §.si vir in quinquennium.ff.soluto matrim.idem in l.1. C.de iure fisci.lib.x. & in l.iubemus nulli.C. de sacrosanctis ecclesiis.Pro qua opinione facit,nã cùm transactio quæ fit in mulierẽ solu.matrimonio sit necessaria & non voluntaria,ergo tenetur stare colono præcisè,vt est gloss.notabilis.in l.diuortio.in princi.in glo.magna.& ibi Alex. ff.soluto matrimon. Facit etiam pro hac opinione, nam sicut tutor qui locauit rem pupilli, finita tutela,pupillus tenetur stare colono,vt suprà dixi in tertia limitatione,ita eodem modo vxor cùm maritus res dotales locauit vt legitimus administrator rerum & vxoris.Eandem opinionem tenet Ioann. de Imo.in d.ca.fin.numer. 9. ne præla. vices suas. facit etiam pro hac opinione quod not.Alex.in d.§.si vir in quinquennium.nu .1.

Contrariam tamen opinionem per textum in §. si vir in quinquennium.tenet Bar.ibi,nu.1.in fin. vbi dicit quòd mulier præcisè non tenetur stare,sed causatiuè,quia tenetur de cautione,quam præstat marito vel eius hæredi,ad quam præstandam tenetur ex eo quia ea non præstita, maritus vel eius hęres condemnatus colono expulso nullam actionem haberet contra mulierem,& ideo ipsa,vt suprà dixi,tenetur cauere marito vel hæredi de indemnitate,ne ipse damnum consequatur ex iis, quæ matrimonio constante,vt legitimus administrator gessit, colono tamen non datur exceptio, nec retentio. & iste est proprius & verus intellectus illius tex.vltra Bar. ibi secundum Din.& Iac.de Arenis. in d. §. si vir in quinquennium.quos refert Salic. in l. qui fundum. num.1.ff.locati.Eandem opinio.tenet Cinus & ibi Salic.in d.l.emptorem.& ibi Alber.num.1.Ioan.de Imo.in d.§.si vir in quinquennium.nũ.8. & ibi Raphael Cuma.& Pau. de Cast.& Ludo.Rom.num.5. Alber. in l.diuortio.in prin.num.11.ff.solu. mat. Io. Campezius in tract. de dote.q.23.Aufreri.in decisione Capel.Tolosanæ ccccxx.Eandem opinionem dicit esse communem Moder.Paris.in consuet.Pari.§. 30.q.22.num.90.eandem dicit communem Didac. in lib.2.Variarum resolut.c.xv.nu.5. pro qua opin. est gl.in l.2.§.si.in glo. fi.ff.de dote prælega. Alex.tamen in d.§.si vir in quinquenniũ.nu.1.in fi.primam opinionem intelligit, quòd vxor teneatur præcisè, & possit præcisè cogi stare locationi mariti, vbi locatio facta fuerit per maritum ad modicum tẽpus, scilicet ad annum, cùm talis locatio rectè, & bona fide facta sit.Eandem opinionem,licet de Alexand. mentionem non faciat,sequitur Moder. Paris. in d. q.22.num.92.

Sextò limita non procedere quandocunque successor vel emptor non haberet plenum ius in re, vt in l. in venditione.in §.si quis fructus.ff.de bonis auct.iud. possi.vbi hoc tenet Zasius. nu.4.eandem opinionẽ tenet Bar.in d.§.si vir in quinquẽniũ.nu.1. Ang. in d.l.emptorem.nu.2.idem Bar.in d.l. in venditione. in §.1.quam opinionem tenet Alexa.in d.§. si vir in quinquẽniũ.nu.6.& ibi Io.de Im.nu.8.Rom.nu.10. vbi dicit quòd licet ibi in casu illius tex.in singularem successorẽ transferatur, non transfertur pleno iure.Eãdẽ opinionẽ tenet Guid.Pap.in d.dec.480. Montal.in d.l.7.ti.17.lib.3.Fori.Hanc opinio.dicit cõmuniter teneri Ias.in l.diuortio.in prin. nu.33.solu.matr.eandem opi. tenet Pyrrhus in repet.l.cõtractus.ver.adde circa hunc contractum.ff.de reg. iur.

Limita septimò quando omnia bona locantis sunt obli-

obligata & hypothecata pro obseruatione contractus. ita tenet Bart. in d.l. emptorem. num.2. Quem sequuntur ibi Bald. & Salic. eandem opinionem tenet idem Barto. in l.prima. in §.quod autem. ff. de superficie. idem in l.qui fundũ. ff.loc. & ibi Paul. de Castro & Salic. num.3. idem Bartol. in dicto §. si vir in quinquennium. numer. 2. quem sequitur ibi Pau. de Castr. & Ioann. de Imol. numero 8. Rom. numero 13. Alexan. numero 3. Rota in decisione dccclxj. in antiquis, secundum antiquam impressionem, & secundum nouam in decisio. j. in titu. de locat. Guido Pap. in decisione cccclxxx. Aufre. in decis. Capelle Tolos. ccccxx. Abbas in cap. querelam. & ibi Anania numer. 9. ne præla. vices suas. Imol. Aret. & Alexand. numero quinto. in l.qui absenti. in §.1. ff. de acquirend. hæredit. quam opinionem sentit gl. in l. nihil. in 6. fin. in glo. fin. ff. de legatis 1. pro qua est tex. in l. si creditor. in §. vltim. ff. de distr. pignor. tex. in l. lxvij. in fin. titu. v. par. v. & in lege ij. in fine. tit. octauo. par. x. Hanc etiam opinionem tenet Montal. in gloss. legis decimænonæ, titulo octauo, par. quinta. & in gloss. leg. septimæ. titul. xvij. libro tertio Fori. Ange. in consilio secundo, numero duodecimo, & in consilio cclxv. numero sexto. Guido Pap. in sing. dccxix. & in consilio cxxix. numero secundo. Hippolit. in singul. cccxxj. Alexand. in consilio cxviij. numero 20. volum. v. Corsetus in sing. in verbo, pactũ si propter obseruantiam. Steph. Bertran. in consilio cxliij. numero duodecimo, volum. 1. primæ impressionis. Andr. Barba. in consilio xxxvj. numero 22. volum. 2. Ferdinand. Loazes in repeti. l. filiusfamiliàs. in §. diui. numero 441. ff. de leg. 1. Fabianus de Monte Speret. in tract. de empt. & vend. in xxij. quæst. 4. q. principalis. numer. 36. Iason in l. quoties. nu. 29. C. de rei vendicatione.

In quo notandum est, quòd supradicta limitatio procedit non solùm quando hypotheca est specialis, verùm etiam quando est generalis. licet Io. de Imol. teneat contrarium in l. qui absenti. in §. si quis possessionem. num.3. & ibi Rom. nu. 3. ff. de acquirend. possessione. Petrus Rebuffus in gloss. ad constit. Regias Galliæ, in 2. parte, in tract. de constit. redituum glos. xiiij. numero 10. & expressiùs hoc tenet Alexa. in dicto §. si vir in quinquennium. numero 4. in fin. Ias. in repe. l. filiusfamiliàs. in §. diui. in prima lectu. numero 92. ff. de leg. 1. Roder. Xuares in l. post rem iudicatam. in 1. limitatione. num. 8. ff. de re iudicata. Sed nihilominus, vt suprà dixi, nõ requiritur, quòd hypotheca sit specialis: sed sufficit generalem esse.

Hanc opinionem tenet Paulus Castren. in l. nihil. in §. vltimo. ff. de leg. j. Eandem tenent Barto. & Salic. in d.l. emptorem. vbi Barto. expressè loquitur dando consilium conductori de obligatione omnium bonorum, & sic de generali obligatione: ita expressè tenet idem Bartol. in d.l. qui fundum. ff. locati. & in dict. §. si vir in quinquenniũ. & in d.l. 1. in §. quòd autem. ff. de superficie. Paul. de Castr. in l. merces. in §. primo. ff. locati. & per eundem expressè in l. si ita quis. in §. ea lege. ff. de verb. oblig. vbi Iaso. Ang. Aret. in §. finali. numero 5. Institu. de locat. Ange. de Peru. in consil. ccxlv. numer. 6. Cornæus in consi. 6. numer. 3. volumi. quarto. Soci. in con. xc. numero 1. volu. quarto. Hanc opinionem dicit esse communem Ferdinand. Loazes in repet. l. filiusfamiliàs. in §. diui. numer. 441. ff. de lega. 1. eandem etiam dicit communem Antonius de Fano in tractat. de pignoribus. in 2. parte princ. in princip. numero 6. Eandem etiam dicit esse communem opinionem, vbi notabiliter hoc declarat Hieronymus Gratus, in consilio xcv. numero 12. volum. 1. Dida. lib. secũdo Variarum resolutionum. c. xv. num. 13. quam opinionem tenet Moder. Parisien. in consuetud. Pari. §. 30. quæst. 23. numer. 93. Gozadinus in consilio 24. numero 9. eam dicit communẽ esse Ioan. de Amicis. vbi notabiliter hoc declarat in consilio cxiij. numero 7. vbi multum miratur de Imola & Rom. qui tenuerunt contrariam opinionem, pro qua est text. in l. si creditor. in §. fi. ff. de distract. pign. qui tex. loquitur generaliter de hypotheca, nec distinguit an sit generalis vel specialis: ergo generaliter debet intelligi, vt in l. de pretio. ff. de publicia. in rem, cũ similibus, & ita illum tex. declarat Hieronymus Gratus, vbi adducit alia quàm plura in proposito, in dicto consil. xcv. numero 13. & sic licet Ioann. de Imol. & suprà dicti doctor. dicant requiri hypothecam specialem vt suprà dixi: idem dicendum est in generali hypotheca.

Octauò fallit in fisco, vt in l. finali. in fi. ff. de iure fisci. Ratio est ne aliàs fiscus ad interesse teneatur, ita tenet Guido Pap. dicta decisione cccclxxx. quam opinionem tenet glo in l. emptorem. in verbo, colono. & ibi Bald. C. locati. Io. de Imo. in d. §. si vir in quinquennium. nu. 8. in fine. & ibi Roma. num. 12. Alexand. nume. 5. Montal. in gloss. legis xvij. titulo xvij. lib. 3. fori. Barto. per tex. ibi, in l. cognouimus. & ibi glo. num. 1. C. de mancipiis & colonis patrim. libro xj. eandem opinionem tenet Iason in l. diuortio. in princ. num. 36. ff. solut. matrimon. Curtius Senior in cons. x. numero 1. Ferd. Loazes in repet. l. filiusfamiliàs. in §. diui. num. 441. in medio. Afflict. in ca. 1. numer. 31. de fratribus de nouo beneficio inuestitis. in vsibus feudorum.

Nonò limita in fundo ecclesiæ vendito. Nam emptor tenetur stare colono: & non habet locum dicta l. emptorem, etiam in casu, quo venditio sit efficax. ita concludit Bartol. in d.l. cognouimus. numero 2. Quam opinionem sequitur Ludo. Roman. in d. §. si vir in quinquennium. num. 13. Cuius ratio est quia valet argumentum de fisco ad ecclesiam, vt in l. fin. C. de sacrosanct. eccle. Hanc opinionem expressè tenet Gratus in dicto consilio xcv. nu. 23. licet contrarium teneat Alex. in d. §. si vir in quinquennium. n. 5. quẽ sequitur Curtius Senior in consilio x. num. 2. vbi tenent quòd licet de ciuitate ad ecclesiam valeat argumentum, non tamen de fisco ad ecclesiam, quia l. fin. tantùm loquitur de ciuitate, in quo Alex. errauit, nam licet l. fin. loquatur in ciuitate tantùm, tamen idem est in fisco, nam de fisco ad ecclesiã valet argumentum secundum communem opinionem, de qua per gl. in l. si procurator. ff. de iure fisci. & ibi glo. fin. gl. in capitulo, quid ergo. 23. q. 4. gl. & ibi Abb. & alij doctores in c. auditis. in verbo, ecclesia. de in integr. restitut. Panormitanus in capitu. secundo, de precario. Barto. in l. à diuo Pio. in §. sed si emptor. ff. de re iudic. Paulus in l. velamento. C. de postulan. Euerardus loco vigesimosexto.

Decimò limita & intellige hanc regulam, quòd iam emptor non teneatur stare colono, tamen locator tenetur conductori ad interesse. l. qui fundum. & in l. si merces. in §. primo. ff. locati. ita tenet Alexander in dicto §. si vir in quinquennium. & ibi Ioan. de Imola num. 8. Augustinus Beroius in q. xcvij. nu. 1. Pau. de Cast. per tex. ibi in l. in lege. §. si colonus. & in l. qui in insulã. ff. loc. Hieronymus Gratus

Gratus in d. consilio xcv. n. 30. vol. 1.

Vndecimò fallit in vsurario, nam non tenetur stare colono. l. si habitatio. in §. si vsus fundi. ff. de vsu. & habita. ita tenet Alexan. in dicto §. si vir in quinquennium. numer. 10. & Ludouic. Roma. ibi nume. 13. vbi dicit illum tex. esse singular. ad hoc. & alia quamplura circa hanc regulam vide per doctores in locis suprà allegatis. P. Duen. re. 240.

¶EMPTOR pro forma tenetur in causa euictionis venditori denunciare, ad hoc vt ipse teneatur de euictione. Barto. l. empti. C. de euict. Doc. com. cap. fin. de emptio. & vend. Alexand. dicit hanc com. esse leg. 2. §. voluntate. num. 5. ff. soluto matrimonio. cons. 24. nume. 5. volum. 4. Corn. cons. 255. nu. 4. vol. 3. Fel. cap. cum M. num. 65. de const. rub. leg. non solùm. §. morte. numer. 682. ff. sol. mat. Ias. l. 2. voluntate. numer. 26. §. sol. matr. Barbat. cap. fin. nume. 4. de emptio. & vend. Med. reg. 6.

¶EMPTOR primus vel donatarius cui factum fuit cõstitutum præfertur secundo, cui postea realis traditio fuit facta, re empta vel donata duobus successiuè diuersis temporibus. tenet Ioann. Andr. in additio. ad Specu. in tit. de empt. & vendit. §. sciendum. versicu. quòd si res tradita. in addit. incipien. hic dubitatur, referendo Gulielm. de Cuneo, & sequitur Bald. in rubric. C. de contrahend. emptio. in q. 16. & Anto. in cap. cùm venissent. de restitut. spol. & tenet Alexand. in consi. relatis. per Thom. Ferrat. in cautela 48. & sequitur hoc etiam Ias. in l. quoties. C. de rei vend. in versicu. quintò principaliter limita. vbi plures refert hoc sequentes.

Limita septem modis, vt per Dec. in regula contractus de reg. iur. B. Dias re. 229.

¶EMPTOR, qui percepit fructus rei emptæ, tenetur ad vsuras precij non soluti. Hanc regu. probat text. & ibi Bald. Salic. & doct. in l. curabit. C. de actionibus empt. & in l. fructus. eodem tit. Facit etiam tex. in l. Iulianus. in §. ex vendito. ff. de actio. empt. gloss. magna. in cap. conquestus. de vsur. Circa quam regulam vide Socin. in consilio lxxxviij. numero 7. volum. 4. Iaso. in l. de diuisione. numer. 12. & ibi doct. ff. solu. matrimonio. Fabianum de monte Sperel. in tract. de emptione & venditione. in v. quæstio. principali. num. 45.

Hanc regulam cum quinque ampliationibus, & quinque limitationibus ponit Cagnolus in repet. d. l. curabit. à nume. 33. vsque ad numer 53. C. de actionibus empti. P. Duen. re. 244.

¶EMPTOR regulariter agit de euictione contra venditorem, re euicta, vt in. l emptor fundi. C. de euict. & in cap. finali, de emptione & venditio. & in l. si in venditione. ff. de euict. & in l. non dubitatur. C. eodem tit. De iure regio text. in l. 7. titu. 10. libr. 2. fori. & in l. 32. ti. 5. par. 5. Circa hanc reg. vide Affl. in c. 1. numer. 1. cum aliis, si de feudo vasallus ab aliquo fuerit interpellatus. in vsibus feud. & in cap. 1. nume. 22. de controuersia inter vasallum, & alium, etiam in vsibus feudorum.

Hanc regulam cum quatuor limit. ponit Soci. in regula ccccxxxviij. Eandem regulam cum 3. limi. ponit tex. in d. ca. fi. de empt. & vendit. & vij. casus in quibus hæc regula non habet locum. ponit text. de iure regio in l. xxxvij. titu. v. parte v. & ibi Montaluus ponit xj. casus in quibus fallit hæc regula. Quindecim casus in quibus etiam hæc regula non habet locum ponit idem Montal. in l. 7. titu. 10. lib. 3. fori. in gl. fi.

Hanc etiam regulam cum 42. limita. ponit Affli. in c. 1. in §. rursus, si fideles. num. 15. cum sequen. vsque ad nu. 63. quibus modis feudum amittatur. in vsibus feudorum. P. Duen. re. 252.

¶EMPTORIS & venditoris, seu emptionis & venditionis idem ius statui debet. leg. 1. C. de cupressis. libro xj. l. fin. ff. de accepti. l. fin. C. de ind. vid. tol. Bal. capitulo vnico. tit. qualiter dominus propric. priu. doct. rubri. C. de reb. cred. Bald. in tracta. de priuil. doct. p. 7. priuileg. 1. nume. 15. Barto. cons. 124. Affl. deci. 209. num. 2. Boer. deci. 23. num. 7. Cra. cons. 91. nu. 1 Tiraq. in tract. Lignagier. §. 31. glo. 1. nu. 4. Ronchegallus. l. eandem. nume. 55. ff. de duob. reis. Dec. Pedem. 140. du. 2. Med. re. 9.

¶EMPTORI non fit præiudicium per venditorem, cùm ipse agit absque eius consensu de proprietate rei, nam cùm dominium sit translatum in emptorẽ. venditor nullum ius habet. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. gl. Bar. & Alex. l. sæpe. ff. de re iud. fallit hoc tamen nisi emptor pateretur eũ agere. Abb. c. quamuis. nu. 12. de sent. & re iud. Med. reg. 8.

¶EMPTORI non sufficit denuntiare venditori litem fuisse motam, nisi ei ostendat libellum in forma publica. Hanc regulam ponit Barto. in l. non solùm. in §. morte. numero 51. ff. de noui operis nuntia. idem Bart. in l. empti. C. de euictio. Ang. & Io. de Imo. in l. in executione. in §. in solidum. ff. de verbo. obliga. Card. not. per text. ibi, quem ad hoc extollit vsque ad sydera, in Clemen. causam. in versiculo, idem quoque, in fin. de elect. Eandem opinionem tenent Bal. & Salicet. in d. l. emptio. C. de euictionibus. Ant. de Burgos. in c. fi. de emptio. & vendi. num. 2. in medio. & ibi Barb. num. 5. Felin. in cap. cùm M. Ferrariensis num. 63. de constitutionibus. vbi Feli. & Mod. dicũt eam communem opinionem, eandem opinionem tenet Alex. in l. nõ solùm. §. morte. ff. de noui oper. nun. eandem opin. dicit communem etiam Rubeus Alexandrinus in repet. dicti §. morte. nu. 674. & ibi Claudius de Seysello. num. 93. Ias. num. 38. licet contrariam opinionem teneat Ludouicus Romanus in d. §. morte. numero 12. per glos. in d. Clemen. causam. in fi. in glo. fi. & per alia debilia fundamenta, de quibus ibi per eum, sed de opinione Romani non est curandum, secundum Rubeum & alios doctores suprà allegat. quia est contra casum d. Clementinæ, in d. vers. fina.

Hanc regulam limita primò procedere, quòd emptor tenetur dare copiam libelli ipsi venditori, vt procedat si illam petat venditor, aliàs secus, vt est gloss. not. in d. Clemen. causam. in versic. si petita. de elect. quam glo. sequitur, & not. ad hoc Feli. in dict. cap. cùm M. Ferrariensis. nume. 63. Claudius de Seysello etiam allegat ad hoc gloss. illam, in dict. §. morte. num. 94.

Secundò limita, vt hæc opinio procedat de iure, secus autem de consuetudine. ita not. tenet Ang. de Perusio in l. emptor. num. 2. & in l. empti. C. de euictionibus. veritas autem istius limitationis pendet ex eo quod Barto. not. in rep. l. de quibus. num. 21. ff. de legibus. vbi tenet quod creditur Docto. asserenti aliquam esse consuetudinem, quam opi. dicit communem Decius in consi. dcxcj. num. 12. Sed contra Bar. tenet ibi Ias. nu. 89. in dicta lege de quibus. Hippolytus in cons. 82. num. 41.

Tertiò limita, vbi venditor esset literatus, sed vbi esset illiteratus, tunc non sufficeret vt ei legeretur libellus, nisi ei tenor declaretur. argument. eorum quæ scribentes communiter dicũt in l. 1. ff. de verborum

obl'ig.

oblig. in quo videtur quòd sufficiat dicere emptori, quòd sit sibi motalis & oblatus libellus, vt constat in actis talis iudicij. argu. text. in l. Herennius. §. j. ibi, Autori. laudauerat. ff. de euictionibus. Nam ex quo venditor tenetur ad defendẽdum, debet inuestigare, vt in capitu. ab excommunicato. de rescri. & sic vbicunque denuntiatio facta fuerit iudicis auctoritate: ita Rubeus in dicto §. morte. numer. 676. P. Duen. reg. 243.

¶ Emptori præiudicat sententia lata contra venditorem, ideo contra ipsum mandatur ipsa executioni, quando. s. ipse passus est causam agi, & non contradixerit, præcipuè etiam cum venditor conuentus fuit rei vendicatione. Bartolus. l. sæpe. quæstio. 2. vbi Alex. in termin. huius reg. nume. 105. com. dicit. ff. de re iud. Anto. c. pen. eo. ti. & Doct. c. proposuit, de cõcess. præb. Gulielm. in l. de die. §. quidam. ff. qui satisf. cog. gl. & Imol. cap. quamuis. de sent. & re iud. Petr. & Cyn. l. doce. C. de rei vend. gl. l. ex partis. ff. famil. hercisc. l. iam tamen. §. in hac. ff. iud. solui. Docto. l. etiam. C. mandati. Bal. consi. 173. vol. 5. Alex. d. l. sæpe. nu. 86. Medic. reg. 8.

¶ Emptio nulla ob non solutum residuum pretium dicitur etiam si in vnico nummo quis deficiat, quando in contractu pactum appositum fuit, vt nisi solutio non fuerit facta tali die res dicatur inepta. l. 1. & seq ff. de lege commissoria. gl. l. res bona. ff. de contr. emp. l. fistulas. §. qui fundum. l. cum fundus. ff. de cõdi. & dem. l. etiam. ff. de solu. l. tutor. §. Lucius. C. de distract. pig. l. quandiu. C. eod. l. cum adeo. col. 2. de resc. Medic. reg. 8.

¶ Emptio nulla est sine pretio, & consensu. §. j. instit. de emp. & ven. conc. ampl. proxima. l. facit cum precario. ff. de precar. Dec. consi. 466. nume. 4. Cephal. cons. 219. nu. 3. Crau. cons. 230. nu. 7. Port. consi. 161. nu. 20. consil. 200. nu. 6. Gratus cons. 127. nu. 15. volu 1. Paris cons. 61. nu. 15. volu. 3. Barto. consi. 364. num. 2. volu. 2. Med. reg. 7.

¶ Emptio nulla est re perempta ante traditionem, seu ante perfectionem contractus, no. Doct. l. j. ff. de per. & com. rei vend. non enim potest æstimari bonitas loci, qui non est. l. si seruum. §. j. ff. de act. em. conci. simili. Dec. consi. 583. nu. 9. Med. reg. 6.

¶ Emptio rei suæ, siue à sciente, siue ab ignorante facta, non valet: vt in l. suæ rei. ff. de contrahen. empt. & in l. cum res. & in l. si mater. C. eo. tit.

Limita septem modis, vt per Ripam in repet. l. si aliquam rem. ff. de acq. pos. B. Dias. reg. 226.

¶ Emptio seu venditio imaginaria dicitur si pro vno nummo fuerit facta de re magni pretij. glossa §. precij. §. præterea. inst. quibus modis ius patro. pot. sol. per l. si quis conduxerit. ff. locati, vbi si quis conduxerit domum vel prædium vno nummo, conductio nulla est, quia hoc ad instar donationis dicitur. Cagnol. l. imaginaria. nu. 12. ff. de reg. iur. not. tamen quod emptio inepta nõ redditur ob minimam causam. l. res bona. ff. de contra. emp. Anto. in tra. de minim. nu. 20. Med. reg. 5.

Emptionis contractus rescissio soluitur morte emptoris, vel venditoris, non hæredes vti possunt remedio. l. 2. C. de rescind. vend. & hoc quando à principio sciebant rem esse illius valoris: item si testator apposuerit precium, illúdque taxauerit, tunc hæres non potest agere remedio d. l. 2. secus si testator simpliciter rem vendi iubeat. no. l. Imperator. §. si centum. ff. de leg. 2. l. si fideiussor. §. meminisse. l. si cui. §. fi. ff. de leg. 1. Cremen. Rubric. C. de resc. vend. num. 28. vbi Pinellus p. 2. num. 19. Tiraq. in tract. de vtroque retractu, in titu. de retr. Lignagier. in fine, numer. 19. Ratio primi dicti est, quia ex quo venditor, vel emptor sciuerunt verum valorem rei, decepti dici non possunt. Scienti enim & consentienti non fit fraus, neque iniuria. cap. scienti. de regu. iur. 6. l. 2. §. vsque. ff. de iniuriis. huius autem opinionis sunt DD. omnes, d. l. 2. in princ. C. de resc. vend. Bar. num. 14. Bald. q. 4. num. 7. Salic. q. 7. num. 11. Paul. nu. 7. Fulgos. num. 11. Paul. l. maioribus. C. com. vtr. iud. Crem. d. l. 2. num. 86. Cagnol. num. 124. Pinellus p. 1. num. 10. Azo in summa, C. de resc. vend. num. 1. Didac. lib. 2. resol. cap. 4. nu. 2. Afflic. tract. feud. lib. 3. num. 36. Boer. Decis. 142. num. 3. Rom. consi. 475. numer. 4 Alex. consi. 42. num. 5. volum. 1. consi. 127. vol. 2. consi. 48. num. 4. volum. 4. Dec. consi. 583. colum. 1. Socin. Iun. consi. 73. volum. 2. Paris consi. 128. nu. 36. volum. 1. Lanfred. consil. feud. 23. Hiero. consi. 127. Barbat. consi. 21. colum. 3. volum. 4. Aug. Ber. capitu. cum dilecti. num. 23. de emp. & vend. Tiraq. tract. de vtroque retr. titu. de retr. Lignagier. §. 1. gloss. 18. numero 18. Medic. tr. 2. p.

¶ Emptionis contractus rescinditur propter excessus vnius nũmi vltra dimidiam iusti precij: ideo debet suppleri totum verum, atque iustũ pretium. Bald. capit. cùm causam. colum. 1. de test. l. 2. quæ. 12. C. de rescin. vend. Anton. cap. cum dilecti. de empt. & vend. idem cap. cum causam. eod. titu. & est com. opin. in hoc casu sufficere quemlibet minimum excessum. glo. 1. cap. cum causam. de testi. Saly. & Paul. d. l. 2. Cepolla in tract. de simul. contr. column. 4. de communi attestatur Tiraq. vel in tract. de iudic. in reb. exig. nõ fer. fall. 51. Arius Pinellus l. 2. p. 1. c. 2. nu. 4. C. de resc. vendit. Med. reg. 5.

¶ Emptionis, & venditionis appellatione comprehenditur omnis contractus per quem dominium transfertur. Hanc regulam probat tex. in l. statu liberi à cæteris. in §. Quintus. & ibi glo. in verbo, emptionis. ff. de statu liberis. facit etiam text. in l. sicut. in §. venditionis. & in §. sed si promiserit. ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca solui. tex. in l. sed quod ad eas. in §. quod emptione. ff. de pig. & in c. primo. de cõtentione inter domi. & empto. in Vsibus feudorum. & in l. sequitur. §. de illo. iuncta glo. in verb. ff. de vsucapio. & in l. secunda. in §. eam rem. ff. quæ res pigno. oblig. poss. tex. in l. finali. C. de rebus alienis non alienandis. & in l. si vsumfructũ. in §. in summa. ff. de libera. causa. & hoc tenet glo. & ibi Cinus in l. secunda. C. de vsucapione pro empto. & in dict. §. venditionis. idem Cinus in l. secunda. C. de iure emphy. vbi allegat text. in l. secunda. in secundo responso. ff. de dote præleg. & in l. si ego, in §. interdũ. ff. de Publiciana. Circa quam regulam vide Iason. in l. iuris gentium. in princip. numero 7. de pact. Parisium in consilio lxxxij. numer. 8. cum aliis, volumine tertio.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bernard. de Duco in reg. ccxxvij. & in regula dcclxxiiij. referendo ad Antonium Burgos in Rubri. nu. 19. vsque ad finẽ, de emptio. & venditio.

Hanc regulam cum quinque limitationib. ponit Fabianus de Monte in tractat. de emptio. & vend. in secunda quæst. princ. à numero 1. vsque ad nu. 11. & à num. 11. vsque ad finem notabiliter tractat materiam huius regulæ. P. Duen. re. 229.

¶ Emptionis, & venditionis appellatione comprehenditur omnis contractus, per quem transfer-

tur dominium. Text. est no. in l. statuliberi. §. quamuis. ff. de statuliber. Bald. in l. 2. C. de vsucap. pro emptor. vide Bart. in l. alio. ff. de alimen. & cib. leg. probat. tex. in cap. 1. de conten. inter domi. & empt. in vsib. feud.

Limita quatuor modis, vt per egregium doctorem nostrum Hispanum, Anton. de Burgos (qui etiam apud Italos magni momenti fuit) in Rubr. de emp. & venditio. B. Dias. reg. 227.

¶ EMPTIONIS, & venditionis appellatione indefinitè comprehenditur omnis contractus per quem dominium transfertur, vt gl. statu liberi. §. quintus. versi. emptionis. ff. de statu liber. l. sicut. §. venditionis. ff. quibus modis pig. vel hypot. solu. l. sed quod. §. quod emptione. ff. de pignor. cap. primo, de cont. inter Domin. & emp. gloss. l. sequitur. §. de illo. ff. de vsucapion. l. 2. §. eam rem. ff. de vsucap. l. si vsumfructum. §. in summa. ff. de liber. causa. gl. & Cyn. l. 2. C. de vsuca. pro emptore. Ias. l. iuris gentium. nu. 7. ff. de pactis, Paris. cons. 82. nu. 8. vol. 3. Medic. reg. 2.

¶ EPISCOPVS in adulterio regulariter non dispensat nisi sibi aliàs à iure permissum reperiatur, secundum omnes in capit. ac si clerici. in §. de adulteriis. de iudic.

Fallit in conuicto per inquisitionem. d. Abba. in capi. qualiter, & quando. 2. de accusa. Aretin. in d. §. de adulteriis, per tex. in cap. inquisitionis, de accusa.

Fallit quando canon puniens delictum dictaret super delicto posse impersonaliter dispensari, nam isto casu bene poterit episcopus dispensare, est glo. in c. in quibusdam. de pœni.

Fallit, quando occurreret aliqua causa inopinata: quia tunc episcopus bene poterit dispensare ab adulterio, suprà secundum dom. de Rota. decis. v. incip. idē in religioso. titu. de iur. patr. S. Ianu.

Episcopus de adulterio, & aliis minoribus criminibus, nisi prohibeatur, semper dispensat. c. at si clerici. §. de adulterio. de iud. in authen.

Fallit quando canon imponit pœnam ipso iure, Arch. c. licet canon. de elect. in vj.

Fallit quando verba canonis tollerent actualiter dispensationem, putà, dictat canon, clericus conuictus de adulterio, vel minoribus criminibus sit perpetuò beneficio priuatus: hoc enim casu non potest Episcopus dispensare, gl. in capitu. cupientes. in §. cæterùm in verbo perpetuò, de electi. in sexto.

Fallit, quando propter dispensationem dubitaretur de scandalo. Abba. in capit. qualiter & quando, el 2. de accusatio.

Fallit, quando canon imponitur certam legem episcopo, secundum Ioan. And. in c. j. de supple. negligen. Præla. in vj. vbi Geminia.

Fallit quando esset canon concilij nihil de dispensatione dicens: nam episcopus non dispensat contra concilium: secundum gl. in c. cùm dilecti, in verbo, ætate. de electio. S. Ianu. reg. 80.

¶ EPISCOPVS aliquem excommunicans in statutis suis si absolutionem sibi non reseruauit, alter quàm ipse vel inferior absoluere potest. Hanc regulam ponunt Ioann. Andr. Imo. & Panorm. in capitul. graue. in fine, de præben. per text. in capitu. nuper, de sententia excommunicatio. vbi hoc tenet Henricus Bohic in vltima distinctione: & Abba. in v. notabili. Felin. versic. nota text. optimum. Panorm. in capitul. Pastoralis. in §. præterea. numero 1. de officio ordi. & ibi Fel. nu. 9. in 1. fallentia. & in capit. prudentiæ. in §. finali. num. 19. in prima fallentia, de officio delegati. Petrus de Palude in iiij. sententiarum, distin. viij. quæst. v. artic. 1. Ange. de Clauasio in summa, in verbo, absolutio. el 1. ver. absolutio ab excommunicatione statutorum. Facit quod scribit Archidiacon. in summa, 17. dist. in finalibus verbis: & ibi Geminia. & Præpo. dicentes, quòd à sententiis latis per concilia prouincialia possunt suffraganei absoluere, quod etiam tenet Collectarius in capitu. graue. numero 12. de præben. & non solùm absoluere possunt ipsi suffraganei, sed etiam sacerdotes sui, ita tenet Præpo. Alex. per illum text. in capitu. si quis autem. in 2. notabili. 18. distinct. vbi ponit aliquos casus in quibus non procedit. Facit etiã pro hac conclusione tex. in capitu. suffraganeis. de institutio. & ibi Panorm. in vltimo notabili. notat Io. de Imo. in dict. capitu. graue. numero 16. Ratio huius regulæ est: quia statuta episcopi interpretantur secundum ius commune: vt tenet Abba. in capit. causam quæ. num. 6. de rescrip. post Bar. in l. 1. ff. ad l. Falcid. idem Panorm. in capitu. ex parte. el iij. numero 3. de verbor. signifi. Deci. in dict. capit. causam quæ. numero 22. de rescrip. Sed ius commune disponit, quòd quando conditor sibi non reseruat absolutionem, videtur aliis concedere: d. cap. nuper. & sic eam interpretationem debent pati statuta episcopi: cùm prædictũm capit. nuper. non dinstinguat. Hanc rationem assignat Dominicus de Sancto Gemi. in summa 17. dist. in fin. verbis.

Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat sex modis Henricus Bothæus in tract. de synodo episcopi: artic. v. in vnica conclusione, quam ibi facit, à nu. 1. vsque ad fin. P. Duen. reg. 252.

¶ EPISCOPVS conferens beneficium absenti, non poterit id alteri conferre etiam ante absentis acceptationem, licet absenti possit assignare terminum competentem, intra quem acceptet, quo elapso, nisi acceptauerit, alteri id liberè poterit conferre, quia variare non potest. Doct. comm. capitul. quod semel placuit. de reg. iur. 6. l. apud Iulianum. ff. de opt. leg. l. serui. ff. de leg. 1. capitu. nulli. de elect. 6. gloss. & Doct. l. dotem. ff. solut. matrim. Ioan. And. & Abba. capitu. publicato. de elect. Bald. l. de die. ff. qui satis. cog. Din. capitu. mutare. de reg. iur. 6. Bald. consi. 34. volum. 3. Alex. l. si ex toto. §. fin. ff. de leg. 1. Abba. consi. 9. volum. 2. Rebuff. l. præcepi. numer. 7. C. de Can. largit. lib. 10. Din. d. cap. quod semel. nu. 11. de reg. iur. 6. simile. l. cum quærebatur. l. de quæst. Med. reg. 4.

¶ EPISCOPVS debet prouidere ecclesiis, quæ subsunt plebibus, vel aliis inferioribus ecclesiis spectantibus ad ipsum. Innoc. in c. cùm venerabilis. de exceptionibus.

Amplia primò etiamsi aliquis Episcopus construeret ecclesiam de nouo in aliena diœcesi, quia reseruatur sibi sola præsentatio, vt probatur per tex. sing. in canone primo. 16. quæst. v. & not. in c. significasti. de iure patronatus.

Amplia secundò, etiam si fundator ecclesiæ ordinaret, ꝙ institutio ipsius non spectaret ad episcopum, sed ad inferiorem: vt per Innoc. in c. in Lateranensi. circa fin. de præbendis.

Primò fallit in ecclesiis: quæ sunt de titulis cardinaliũ: quia in illis cardinalis, etiam non episcopus, vtitur pleno iure episcopali, ita not. per Ioann. Mona. in c. 2. de maior. & obed. in 6. & ibi Dom. & Imol. in cle. ne Roma. de elect. & est tex. in c. ais quæ. de maior. & obed. & ibi latè per Felinum.

Secun-

Secundò fallit nisi plebs, vel alia ecclesia inferior haberet ius instituẽdi ex causa speciali, vel priuilegio, vel præscriptione: vt per Domin. in summa. 21. distinct.

Tertiò fallit quando ecclesiæ sunt sitæ in parochia alterius ecclesiæ, & ita limitat Dominicus in d. summa. xxj. distinct.

Quartò fallit in ecclesiis collegiatis secularibus: nam institutio, vel confirmatio in præbendis spectat ad episcopum, sed electio spectat ad prælatum & capitulum illius ecclesiæ: vt per Federicum in consil. 34. incipiente, quæritur ad quem. B. Socin. reg. 156.

¶ Episcopvs dispensat de adulterio, & minoribus criminibus, nisi prohibeatur à canone: capitulo, at si clerici & ibi doct. de iudiciis.

Primò fallit quando Canon. imponit pœnam ipso iure: vt per Archid. in cap. licet canon. de electio. in 6. Ratio est, quia sicut non potest dispensare post sententiam à se latam super pœna, & in c. ideo. 2. quæst. 7. & in l. diui fratres. ff. de pœn. tanto minùs poterit dispensare quando est imposita pœna ipso iure à canone.

Secundò fallit nisi verba canonis tollant actualiter dispensationem, quando diceret quòd clericus conuictus de adulterio, vel minoribus criminibus perpetuò sit priuatus: quia tunc non posset episcopus dispensare: vt est gloss. in capitu. cupientes. §. cæterùm. de elec. in 6. quàm dicit sing. Car. in clem. 2. de vita & honest. cleric.

Tertiò fallit, nisi ex dispensatione dubitaretur de scandalo: vt per Abb. in cap. qualiter. el secundo. de accusa. de quo etiam vide per Ser. in titu. de lega. §. j. versi. nunc de episcoporum. B. Soc. reg. 157.

¶ Episcopvs doctor præfertur episcopo non doctori: item episcopus interuenire potest in collegio, tanquam episcopus & tanquam canonicus. Bal. l. & si prætor. ff. de offic. eius. Doctor. l. j. ff. eodem. Medic. reg. 2.

¶ Episcopvs existens extra suam diœcesin, non potest cognoscere de causa sibi commissa, non facta mentione de mora alibi quàm in sua diœcesi per eum facta. Abba. in capitu. nonnulli. de rescript. per tex. vbi idem Abb. in capit. fin. de rerum perm. in cap. fin. circa princ. de iudic. & in capitu. olim. de except. Cardin. in clem. fin. quæsti. 2. de sentent. excommunica.

Limita dupliciter vt per Felin. in d. c. nonnulli.

Primò, nisi de consensu partium procederet, & nõ traheret reum vltra diætam.

Secundò limita, nisi cõstaret Papam scire, quòd is cui scribit, alibi moratur, secund. Dom. in ca. statutum. §. cum verò. de rescriptis. libr. 6. & infert ad episcopum Fesulanum morantem continuè Florentiæ ex priuilegio, vt ibi per eum. B. Dias reg. 289.

¶ Episcopvs habet prouidere ecclesiis, quæ subsunt plebibus, vel aliis ecclesiis inferioribus, secundum Innocen. in capitu. cùm venerabilis. de excep. per tex. in c. omnes. 16. quæst. 7.

Amplia, etiam si alienus episcopus cõstruxerit ecclesiam de nouo in ista diœcesi, quia tunc reseruabitur sibi sola præsentatio, vt est tex. vnicus in capit. 1. 16. quæstion. v. facit tex. in capitu. significasti, cum materia sua de iure patrona.

Amplia, etiam si fundator ecclesiæ ordinaret, quòd institutio ipsius non spectaret ad episcopum, sed ad inferiorem, secundum Innocent. in capitu. Lateranensis, in fin. de præbend. dom. Abbat. in capitu. requisisti, de testament.

Fallit in ecclesiis, quæ sunt de titulis Cardinaliũ, quia in illis Cardinalis etiam non Episcopus vtitur pleno iure, secundum Ioan. Monach. in c. 1. de maio. & obed. in 6. Gemin. in Summa, vigesima distinctione. S. Ianu. reg. 83.

¶ Episcopvs quam habet auctoritatem, non Episcopis concedere non potest. Abba. in cap. accedentibus. de exces. prælat.

Fallit in is, quæ spectant ad ipsius Episcopi dignitatem: nam potest concedere, sicut & cognoscere de causa matrimoniali, iniungere publicam pœnitentiam, & iudicare de clericis, & similia. & 16. quæst. 2. cap. visis.

Fallit in concernentibus iurisdictionem, secundum Panorm. in d. cap. accedentibus, post Ioann. Andr. & Cal. ibi, regula tenet in his tantum quæ vt ordinare, crismare, & consecrare, & similia: nota in cap. quamuis. 68. dist. & in c. aqua, de consecra. eccle. vel altari. insignia solus Papa concedit vt mitram: & c. vt arg. c. apostolicæ. de priui. in 6. S. Ianu. re. 84.

¶ Episcopvs habens auctoritatẽ nominandi vnũ canonicum in sua creatione, si vnum nominauerit qui acceptauerit non poterit amplius nominare. Rot. Dec. 31. Doct. l. apud. ff. de opt. leg. Docto. com. cap. gratia. de rescrip. 6. simile Ias. consi. 36. volumi. 3. Alex. consi. 16. num. 9. volum. 4. Ioan. Andr. cap. pluralis, de reg. iur. 6. Felin. c. 2. de treuga, & pace. Med. reg. 3.

¶ Episcopvs in quibus casibus dispensare possit. Vltra Innocen. in capi. dilectus filius. de tempo. ordi. vide cxij. casus, quos ponit Aluarus Pelargus in libro primo, de planctu ecclesiæ. artic. 50. & ibi in fine in versiculo, prohibetur. ponit casus in quibus episcopus dispensare non potest. Et cxxxvj. casus, in quibus episcopus potest dispensare, ponit Bertachinus in tract. de episcopo, in 2. parte. 4. libri. nume. 107. Et clxiij. casus in quibus episcopus dispensare potest ponit Spe. in tit. de dispensatione. in §. nunc de episcoporum. à num. 1. vsque ad num. 22. & ibi etiam vsque ad finem casus à nu. 25. in quibus episcopus dispensare non potest. P. Duen. re. 247.

¶ Episcopvs in sua synodo potest facere statuta. Hanc regulam probat tex. in c. quod super his. de maiorita. & obedientia. & in capit. ex ore. §. porrò. de priuilegiis. & in capitu. licet. de officio ordin. & in capitu. 2. & ibi glo. in verbo, statuto. & omnes doctores de constitutionibus. libro 6. & in capit. nullus 3. quæst. 4. & gloss. fin. in summa, xviij. distinct. & gl. fin. in cap. j. & Archidiaconus & docto. de consecratione, distinctione 3. Host. in Summa, in tit. de constitu. §. quis possit. Henricus in cap. à nobis. el j. numero 2. de sentent. excommunicationis. idem Henricus in capitu. fin. de feriis. & ibi Abba. numero 5. Bald. in capitu. fina. de officio delegati. Hosti. & ibi omnes doctores in capi. fi. de officio Archipresbyteri. Richardus de Media villa in 4. Sententiarum. dist. 37. art. 9. quæstion. 2. in fin. Sanctus Antonius in summa. 1. parte, titul. xvij. capitu. vnico. §. 13. Bertachinus in tract. de episcopo, in secunda parte. 4. libri, quæstio xv. numero 28. Albericus in l. formam. numero 1. C. de officio præfect. prætorio Orientis, & in tract. statut. in prima parte. q. 3. Ioann. Fabr. in §. sed quod principi. nu. 2. Institu. de iure natura. & ibi Christophorus, Angel. Aretin. in §. ius autem ciuile. numero 5. eodem titulo. Bartol. in repe. l. omnes populi, numero 8. ff. de iustitia & iure. & in l. j.

in principio, numero 1. ff. quod quisque iuris Franc. de Ripa in libro 1. responsorum, capitul. 2. numero 29. Calcaneus, vbi allegat alias gl. in consilio 7. numero 29. Fran. Purpuratus in l. imperium. num. 130. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Iaso. in d. l. omnes populi. in prima lectura, numero 30. & in secunda lectur. nu. 11.

Hanc regulam amplia & limita septem modis vt per Henricum Bothæum in tract. de Synodo Episcopi, in 3. parte, à numer. 103. vsque ad numerum finalem. Et circa hanc regulam vide plura de potestate episcopi per Aluarum Pelargum in suo lib. de planctu ecclesiæ, libro 2. art. 21. P. Duen. reg. 245.

¶ Episcopvs inuestiuit quendam nobilem de fundo decimali omnium redditum, inter quos nominauit fœnum, secundum quod sui antecessores soliti erant recipere, si eius antecessores non habuerint, debebitur nihilominus inuestitura, si eius forma concedendi interuenerit. Paul. consil. 322. idem l. admonendi. colum. 5. quem refert Iaso. in termin. huius reg. nu. 38. ff. de iur. iur. conc. simil. Paul. l. pen. C. de insti. & substi. Angel. & Ias. d. l. admonendi. nu. 39. vbi ponit exemp. in emph. Med. reg. 10.

¶ Episcopvs non potest apponere generale interdictum in sua diœcesi contra subditos suos denegantes ei charitatiuum subsidium: dato quòd possit eos excommunicare. Hanc regulam ponit Bartholomæus de Belencinis in tractatu de charitatiuo subsidio. q. xxv. numer. 1. pro quo est tex. in Extrauaganti Bonifacij octaui: incipienti, prouidè attendentes, in titu. de sententia excommuni. in communibus, vbi dicit quòd idem est in collectore Papæ exigente decimam beneficiorum: quia pro nullo pecuniario commodo potest apponi generale interdictum. ita tenet Ioann. Andr. Philip. Franc. & alij doct. in capitu. præsenti. de sentent. excommun. lib. 6. Ioan. Calder. in tract. de interdicto. in j. part. nu. 17.

Limita primò, non habere locum in interdicto speciali: scilicet in certa ecclesia, nam episcopus potest illud apponere propter denegatum subsidium: quia Extrauagans prædicta non habet locum in speciali interdicto, sed in generali. ita Ioann. And. Domini. & alij Doct. in c. præsenti. de sententia excomm. libro 6. Calde. vbi suprà: Fel. in capitul. sanè el 2. numer. 3. de offi. deleg. Stephanus Aufrerius in tract. de potestate ecclesi. super laicos. numero 8. vers. decimò potest episcop. Bartholomæus de Belencinis in d. tract. q. xxxv. num. 2.

Limita secundò, nisi subditi denegantes soluere subsidium, prius fuissent propter hoc ab episcopo excommunicati. quoniam si perseuerent in contumacia, non obstante excommunicatione, episcopus poterit apponere generale interdictum. Nec obstat dicta Extrauagans, quæ loquitur, quando directè, & immediatè apponitur generale interdictum pro commodo pecuniario: hoc autem casu apponitur potiùs propter contumaciam: & solutio subsidij non est causa immediata: sed mediata & remota. ita notabiliter concludit Io. Calderinus in consi. 8. incipienti, episcopus interdicit ecclesi. in tit. de sent. excommu. vbi dicit hoc esse verissimum, & ita debere intelligi dictam Extrauagantem. Quam opinionem sequitur Bartholomæus de Belencinis in d. q. xxv. nu. 4. Remigius de Gonny in trac. de charitatiuo subsidio. q. 12. P. Duen. reg. 253.

¶ Episcopvs non potest de ecclesiis patronatis & earum bonis disponere aliter quàm se habet status ipsarum ecclesiarum, sine consensu patroni. Quæ regula probatur per gloss. in capitul. nobis. in §. cæterùm. in verbo, in capella. vers. sed his non obstantibus. de iure patronat. allegata. ad hoc gloss. text. in capitu. monasterium. & canon. sequenti. 16. qu. 7. vbi dicitur, episcopum non posse auferre ecclesiam à dispositione patroni, & sic, eo inuito, collegiata non potest fieri, sicut eo inuito non potest ei auferre directè ius præsentandi: vt in capit. decernimus. 15. q. 7. & in capitu. l. cùm dilectus. de iure patro. & ita Lambertinus in tract. iuris patronat. in 6. q. principali. 3. libri, nu. 2.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limitat vno modo Lambertinus in d. tract. in 10. arti. 6. q. principali. 3. libri: nu. 1. P. Duen. reg. 254.

¶ Episcopvs non potest facere statuta contra ius canonicum. Quam regulam probat tex. in c. institutionis. 25. quæst. 2. & in capitul. licet. ibi, quod regulare fuit. de officio ordin. & in capit. quod super his. de maior. & obedient. in capitulo, cùm inferior. eodem titul. facit text. in l. formam. C. de offic. præfecti prætoris, & in l. hæc necessaria. C. de nouo. C. cōpon. in l. ille à quo. in §. tempestiuum. ff. ad Trebellian. in l. nam & magistratus. & ff. de arbit. notat Hostien. in capitul. fin. in fine, de offic. Archi. quem ibi sequitur Cardin. Ioann. Andr. & Anton. de Butrio, Henricus Bohic in capitu. à nobis. el. 1. num. 3. de sententia excommunica. Abba. in capit. cùm dilectus. nume. 10. de consuetud. & in capit. quod super his de maiorita. & obedient. & ibi Felin. nume. 2. ad quem se remittit Christoph. Iacob. in libr. suo de concilio, articul. 2. libro 2. Cald. in consi. v. in tit. de constitutionibus. Cardin. in Clemen. 1. in §. fi. de rebus ecclesiæ non alien. Alberi. in 1. parte statutorum. quæst. 6. & in l. formam. C. de offi. præfec. præt. Iaso. in l. omnes populi. in 2. lectura, nu. 11. ff. de iust. & iur. Paul. Parisius in consil. 27. numero 59. libro 2. Barba. in consil. 21. versicu. sed his non obstantibus. volum. 3. Iacobi. de Sancto Georgio. in l. j. in lectura, numero 5. ff. quod quisque iuris. Alexand. vbi dicit ita communiter teneri, in di. l. j. ff. quod quisque iuris. idem in consi. cvj. numero 2. libro 2. Ioan. Fabr. in §. sed quod princip. Institu. de iure naturali. Ang. Aret. in §. ius ciuile. Inst. eod. tit.

Hanc regulam cum 8. limitationibus, ponit Felinus in capitu. quod super his. de maiorita. & obedient. numero 2. cum sequent. Eandem regulam, vbi assignat 8. rationes ad eam cum 6. ampliationibus, & 8. limitationibus, & cum 25. illationibus. ponit Henricus Bothæus in tract. de synodo episcopi. in 8. conclusione 1. artic. à numero 36. vsque ad nu. 90.

¶ Episcopvs non potest facere statuta in præiudicium aliorum inferiorum. Hanc regul. probat text. in capitu. vestra. de locat. vbi probatur non valere statutum episcopi per quod prohibet locationem decimarū fieri in sua diœcesi. & ibi omnes doct. ponunt hanc conclusionem, præcipuè Abba. num. 2. & 6. post gloss. in capitul. 2. in 1. notabili, de institut. & in c. fi. de feriis. nu. 5. & in c. cum dilectus. de consuetu. nu. 10. Arch. in c. j. de consecrat. distinct. 3. nu. 9. & ibi Card. de Turre Cremata. Henricus Bohic in c. à nobis. el 1. nu. 3. de sententia excommunicat. Dominicus & ibi Card. Alexandrinus nu. 3. in summa. 17. dist. Rom. in consi. 428. nu. 3. Phil. Franc. c. fin. § fin. de appel. libr. 6. Ioan. de Imo. in capitu. cùm ecclesiarum. num. 26. Fel. in cap. quòd super his. nu. 7. in fin.

in fin.de maiorita.& obedient.Ioan.Faber in §. sed quod princ.Institu.de iure naturali. Bartholomæus Socin.in consi.cclxxij.nu. 8. vers.confirmantur præmissa.volu.2.

Hanc regulam cum vnica ampliatione, & quatuor limitationibus,ponit,vbi etiam assignat rationem huius regulæ Henricus Bothæus in tract.de synodo episcopi,in art. j.concl.v.nu.19. Duen.re.249.

¶ Episcopus potest condere statuta, ita concludit Barto.in l.omnes populi. ff.de iust.& iure. quod latius prosequitur ibi Bal.quos vide.

Limita, dum tamen non statuat contra ius: per text.in cap.quod super his.de maior.& obed.& in capit. vt animarum. de constit. in 6. per quæ iura ita limitat Iaso.dict.l.omnes populi.in 1.lectur. ff. de iustitia & iure.

Sublimita,nisi episcopus ex causa euidenti, & necessaria statueret contra ius, quia tunc posset. Ita tenet Bald.in d.l.omnes populi. per tex.sing.in l.si hominem.ff.mandat.de qua limitatione exclamat Abb.in pluribus locis,vt refert Ias. & ponit latius idem Ias. in d.l.omnes.in 2.lect.Quam conclusionem Bal.dicit famosam:idem Iason.l.non solum.§.morte.ff.de noui oper.nun.in l.1.C.de prec.imper.offer.Feli.in capitul. 1. de constitu. vbi plura quæ licent ex magna causa,& necessaria,quæ aliàs non licerent.Et vide Henric.Bothæum in tract.de synod.episc.par.3. nu.49.viij.conclusio.Card.cccxxiiij.2.tomo trac.vbi tripliciter sublimitat. B.Dias.reg.288.

¶ Episcopus potest dispensare contra statuta synodalia. Hanc regulam ponit Innocent.in capitu.cùm ad monasterium.numero 4. de statu monach. & ibi Cardi.in v.quæst.Lapus & Ioan.Andr.quem sequuntur Geminia.& Philip.Franc.in capitu.licet canon. de electione.libro 6.in capitu.vt animarum.in §.statutum.de elect.libro 6.Ioann.Andr.Cardin. Zabarella in capitu. dilectus.de tempor.ordin. idem Cardin.in repet.capitu. perpendimus. de sententia excommun.Ioann.Andr.in regul. cui licet. & in regula,qui tacet.de regulis iuris, libro sexto. Collectarius in capitul.cùm omnes.numero 3.de constitut. Anton. de Butrio in capitu. quæ in ecclesiarum. & ibi Ioan.de Imo.num. 25.de constitu.Panorm.in c. at si clerici.in §.de adulteriis.num.10.de iudic.& ita dicit communiter teneri ibi Felin.numer.6.Philip. Dec.ibi numero 98.Iason.in l.j.in §.fuit quæsitum. numero 6.ff.ad Trebell.Nicol.Millæus in Repertorio, verbo, dispensare. versiculo, dispensare potest contra propriam.Et hanc opinionem dicit esse communem Anton.de Rosellis, in tract.de concilio: in dubitatione,an in simplici beneficio,quod habet ecclesiam parochialem annexam, episcopus possit in eo dispensare.numero 20. Mouentur supradicti doctor.quia dispensatio facilius permittitur quàm cōstitutio tollatur. nam legatus non potest contra canones statuere: tamen dispensare potest.ita notanter concludit Anton. de Butrio per gloss. fin. ibi in Clement.2.de rescrip.quem refert, & sequitur ibi, Ioan.de Imol.prout refert Philipp. Deci. in §.de adulteriis.nu.100. sed episcopus potest tollere statutum suum,secundum supradictos doctor.ergo à fortiori dispensare poterit.Hāc opinionem dicit communem Petrus Rauennas in Compendio Iuris canonici,in titu.de iudic. versiculo, sed solet dubitari:eandem opinionem dicit etiam communem Philip. Franc.in regula, cui licet. numero 4. de regulis iuris libro 6.Lancelotus Galiaula in repet.l.Centurio.versicu.breuiter responde. ff.de vulg. Licet contrariam opinionem teneat Archidiacon. in c.licet canon.de elect.lib.6.nu.2.& 3.Innocent. sibi contrarius in capit. dilectus filius.num.5.de tempo. ordin.Card.Zabar.sibi etiam contrarius in consilio cxxx. numero 4.Mouentur prædicti doct.per Rubr. ff.quod quisque iuris,& per capitum omnes. de constitu.

Hanc regulam ponit Bernar. de Luco in regula ccxlij. vbi limitat eam duobus modis. Eandem regulam limitat dupliciter Dec.in dicto §.de adulteriis. numero 103. & aliis duobus modis Rom. in consilio cccxxv.numero 10. Eandem item regulam cum sex ampliat. & duabus limitatio. vbi notabil. eam examinat,ponit Henricus Bothæus in tract.de synodo episcopi, artic.4.num.1.cum sequentibus. P.Duen. reg.246.

¶ Episcopus potest dispensare contra suam constitutionem,& eam tollere.notat Ioan.And.in regula, in generali.in Mercuriali,& in regula, cui licet, de reg.iur.in 6.

Limita dupliciter, vt per Summam Rosellam in verbo,excommunicatio.lo 7.§.14 & per Syluest.in eodem verbo,lo 1.in vers.sciendum est tertio.

Primò, nisi constitutio transierit in priuilegium, vel contractum.

Secundò nisi sit iurata,vt ibi per eos. B. Dias.reg.262.

¶ Episcopus potest facere edictum, vt ostendant omnes titulum suorū beneficiorum, sub pœna priuationis ipsorum,& valebit talis pœna, ita Doct.in c.ordinarij,de offi.ordi.in 6.Fel.in c.licet Heli. vers. v.concl.de simonia.

Limita primò,nisi essent beneficia simplicia, vel quis non retineret ea contra ius, quia in talibus etiam generalia edicta nihil operantur. Ita tenet Ancharanus in consi.56.incipiente, duplici ratione. Quia regula intelligitur de retinentibus beneficia per dispensationem,& sequitur Felinus vt s.

Secundò limita, nisi non comparens haberet iustā causam credendi, quòd Episcopus non intellexisset de eo,putà, quia aliàs fecerat sibi fidem de dispensatione, ita eleganter consuluit Cardinalis consilio 36. incipiente,licet in Curia Rom.ponti.quod cōmendat vbi suprà Felin. B. Dias reg.286.

¶ Episcopus potest dispensare, vel absoluere à iuramento simpliciter aut aliquo casu quando iuramentum non est manifestè licitum, & vtile, sed dubium est, an sit licitum, vel illicitum, profuturum, vel nociturum, istam regulam probant iura in cap. constitutis.de testi.& in capi.si verò.el 1.& in capit. verum,& in capit.cum quidam.de iureiur. per quæ iura eam tradidit Felin.in cap.2.de spons.vbi refert Doctor.eam tenentes.

Limita istam regulam dupliciter, vt per Felin. vbi suprà,quam prius tripliciter declarat.

Primò declarat, vt procedat etiam quando iuramentum potest seruari sine interitu salutis eternę, continet tamen turpitudinem ex parte recipietis illud, quia tunc nō est necesse,vt iurans adimpleat prius, vel quòd compellat recipientem, ad relaxationem, sed potest directè petere absolutionem.

Secundò declara,vt procedat quando est perniciosum exemplo, quia tunc potest, & debet per episcopum relaxari.

Tertiò declara procedere etiam si esset licitum, potest tamen episcopus per viam permutationis,licet non totalis relaxationis dispensare.

Limita primò, si esset probabile dubium an esset concedenda absolutio vel non, quia illam eo casu non potest inferior à Papa etiam legatus concedere, ita Doct. relati per Felin. in d. capit. 2. numero 22. Contrarium tamen dicit tenere Specul. Abba. Anton. & Dom. in variis locis, eo quia etiam episcopus potest interpretari, an iuramentum sit licitum vel non, & an concedenda sit absolutio vel ne. Demum verò idem Feli. dicit, quòd in hoc puncto valde quotidiano non est firmanda sententia propter discrepantiam talium Doctorum, & secunda opinio videtur sibi communior, sed prima tutior. Asserit tamen sibi videri quòd saltem legatus posset interpretari iuramentum, quod dicit notandum.

Secundò limita, dummodo in relaxatione à iuramento citetur pars cui aliquid est iuratum, aliàs relaxatio non valet, ita Ioann. Andr. Ancha. & alij, quos allegat Felinus vbi suprà. eandem conclusionem refert tenere Panormit. Ancha. Zabarel. Barb. Alex. & Ias. in variis locis. Gulielm. Bened. in repet. capitul. Rainutius. de testa. in verbo, duas habens filias. numero 299. in prima parte repetit. vbi etiam allegat Guido. Papæ, quæst. cxj. & Prac. Pap. in libello iuramenti quod præstatur à parte partis qui idem dicũt. Contrarium tamen refert tenuisse Paul. de Castro in consilio ccxvj. sed concordat prædictas opiniones per consilium Oldrad. cxx. vbi dicitur, quòd si petatur iuramentum relaxari, vt per hoc obligatio quæ contracta est tollatur, & instrumentum cãcelletur, ac si iuratum non fuisset, partis vocatio est necessaria, sinautem petatur solum ad habilitandam personam, vt iuramento non obstante possit dolum vel fraudem vel metum detegere ipsius contractus, tunc cum de grandi non agatur præiudicio ipsius creditoris, non est necessaria partis vocatio, cum sibi remaneat adhuc facultas defendendi contractum, hæc Oldr. Cuius consilium dietim practicatur apud Gallos. Sed si bene ponderentur verba Pauli de Castro in dicto consilio idem sentit quod Oldrad. secundum prædictum Gulielm. Qui addit, quòd fortè vbi notoriè constaret, iuramentum continere turpitudinem in se ex parte recipientis, ita quòd illi seu creditori nulla competeret in contrarium exceptio, non esset necessaria partis citatio ad relaxandum iuramentum, secundum Panormi. in capit. j. de iureiur. de quo vide Guid. Pap. quæst. 140. & 225. cum duabus sequentibus, & quæst. Capellę 62. B. Dias. reg. 241.

¶ Episcopvs pro minima causa excommunicare non debet. capitu. episcopi. 10. q. 3. similiter pro minimo quis non debet à communione suspendi. cap. nullus. 11. q. 1. gloss. capitu. vir 33. q. 4. conc. glos. fin. in procem. decretal. Henri. capit. & fi. de simon. Doc. c. de appellationibus, de appel. Medic. reg. 5.

¶ Episcopvs regulariter dispensare non potest. Arch. in c. non consideret. 50. distinct. per c. nullus. de tempor. ord.

Fallit quando esset spes de futura scientia, & literatura, secundum Innoc. in c. cùm in cunctis. de electio. per doc. in c. illiteratos. 36. distin.

Fallit quando eligendus, esset persona valde virtuosa, & sancta: quia propter suam sanctitatem (licet sit idiota) bene potest Episcopus dispensare: nam est vulgaris regula, quòd propter bonam vitam hominis receditur à dispositione iuris, vt per Felinum, in capitulo super iis, de accusat. & in capitulo decernimus. versicul. tertio mouetur, de Iudæ. vide text. in capitulo graue. de præben. & dixi Institu. de suspect. tut. §. fi. vbi multa commoda virtutũ, & incommoda vitij cumulaui. S. Ian. reg. 79.

¶ Episcopvs seu eius vicarius ad instantiam cuiuscunque petentis potest concedere monitorias generales contra detinentes res suas, vt nisi restituant intra certum tempus sint excommunicati, ita tenet gloss. vbi Barto. & Bald. Ange. Albe. & alij in l. inciuile. C. de furtis. Rota in decis. ccccxliiij. in nouis. in decisione incipien. extra Rotam, tenet Bald. in c. si sacerdos. de offic. ordin. Aret. in cap. nouit. de iud. in antiq.

Amplia istam regulam quinque modis, & aliis quinque restringe, vt per Neuiz. in sylua pag. 170. Et quia materia est quotidiana, referam prædictas limitationes.

Primò limita, vt non possint concedi tales literæ excommunicato.

Secundò, quando sciretur quis rem subtraxerit, vel quando esset notus aduersarius, quia tunc debet agi contra eum via ordinaria coram competenti iudice, & hoc iure vtuntur multi in Gallia.

Tertiò limita, vt non procedant tales literæ pro re leui, vt pro gallina.

Quartò limita, si illæ monitoriæ essent infamatoriæ alicuius personæ, putà qui cognouerit talẽ mulierẽ, debeat illud propalare.

Quintò, si ille qui habet rem, pro qua literæ promulgantur compareat, dicendo quòd ipse tenet illam, sed non cum peccato, & quòd paratus est super illa in iudicio respondere coram competenti iudice, ad quem petit se remitti.

Sextò fallit, quando is, ad cuius instantiam conceduntur monitoriæ, priùs pactum fecit cum parte, quòd etiam si faceret publicare tales monitorias: quòd nec ipse, nec scientes per hoc teneantur propalare. Istam limitationem tradit idem Neuiza. vbi suprà.

Septimò limita, quando debens implere, hoc facere non possit, quia tales literæ non arctant ad impossibilia: hanc etiam ponit idem, vbi s.

Episcopus, vide j. in verbo, prouisio. lo j. & in verbo. visitare. B. Dias. reg. 243.

¶ Episcopvs statuendo potest adiuuare ius commune: scilicet apponendo pœnam vbi ius non imponit: vel aggrauando pœnam à iure impositam: vt in capitul. innotuit, & ibi Anto. de Butrio & Panormita. de eo qui furt. ord. susc. & in capitu. 2. in §. statutum. de constit. libro 6. glo. in Clemen. ne Romani. in verbo, tolli. de elect. quam omnes docto. ibi sequuntur, ita tenet Panormita. in capit. cùm dilectus. numero 10. de consuetud. & in capitul. cùm consuetudinis. numer. 5. eodem titu. & in cap. nemine. numero 6. de offic. legati, & in cap. licet nume. 2. de officio ordinarij, & in c. ex frequentibus. numer. 5. de institutio. & in cap. à nobis. el. 1. in 1. notab. vbi bonus tex. de senten. excomm. Hostien. Ioan. Andr. Card. & Anton. de Butrio in d. c. fina. de officio Archipresbyteri. Anchar. in c. 1. quæst. xj. de constit. in repet. & in consilio 425. incipienti, viso & diligenter. Bald. in Rubr. de constitu. vbi dicit hoc ideò esse, quia episcopus habet merum imperium. idem Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in l. programmata. C. comminatio. vel epist. Imol. in cap. ex tuæ. de cleric. non resid. Hostien. in ca. ex parte. el 3. de verborum significat. Paul. Castrens. in l. non est nouum. ff. de legib. Gemin. & Præp. in summa xviij. distinct.

distinct.& in capit.mancipia.in princip.54.distinct. Ioan.Faber.in §.sed quod principi.Insti. de iure naturali.Angel.in §.ius ciuile.Instit.eodem titu.Rom. in consi.428.numer.7.Alexand.in consil. 55.nu.15. volum.4.Felin.vbi plura allegat,in capitu.quod super his.numer.9.de maior. & obedient. Rochus de Curte in tract. de consuetudine,nu. 278. Ratio huius regulæ est:quia pœnã apponere statutis,dependet à iurisdictione,ita tenet Abb.in capit.quæ in ecclesiarum.numer. 6.in fine.de constit.& ibi Dec.nu. 37.Felin.in c.irrefragabili.in §.cæterùm.vers.limita tertio.de officio ord.sed episcopus habet iurisdictionem:imò merum imperium: vt in capit.si quis episcopus,quæstio.7.& ibi gloss.1.text. in cap.de persona.xj.quæst.1.notant doctor.in capitu. cùm contingat.de foro competenti.Bald.& doct. vbi Iaso.num. 18.in l.imperium.ff.de iurisd.omnium iud.

Hanc regulam ponit Henricus Bothæus in tracta. de synodo episcopi,in j.articu.conclusione xiij. à numero 106.vsque ad numerum 135.cum octo ampliationibus,& iiij.limitat.& à numero 15.vsque ad numerum 236.infert xlvj.illationes ex supradicta regula. P.Duen.reg. 251.

¶ EPISCOPVS, vel legatus non possunt dispensare contra Concilium. Hanc regulam probat gloss.in capitu. dilectus. el 1.de præbend. in verbo, cùm se facultas.gloss.& ibi Docto.in capitu.cùm dilectus, in verbo,in ætate, de elect. & in Clement. in verbo,eligatur.de electio.& in capitu.dilectus.de tempor.ord.& ibi Innocen.in capit.1. & in capitu.1. de filiis presbyter. Ioannem de Ana. in capit. cùm in diœcesi.de vsuris. Archidiac.in capi.sicut xv.distin. & in summa lvj.distinctio.& in capi.virgines.xxvij. quæstio.1.latè Ioan.Andr.in capitu.1. super gloss.in verbo,concessum.de supplend.neglig. prælat. Specul.in titul.de dispensatione. in §. nunc. de episcoporum. numero 27. Ludouic. Roman. in consilio cccxxv. numero 7. Anton. & doctor. Canonistæ in capitu. at si clerici. §. de adulteriis. & ibi Felin. numero 5. de iudic. & Dec. numero 37. Henricus Bothæus in tracta.de synodo episcopi.articu.1.conclu. 3.numero 6.

Limita primò, nisi de mandato Papæ expresso, & speciali: quia tunc valeret eius dispensatio vel constitutio, etiam si esset contra concilium, Pro quo facit quod notabiliter tradit Antonius de Butrio in capit. penultimo. de filiis presbyterorum. libro vj. vbi dicit,quòd illud, quod legatus de latere ex speciali commissione Papæ facit,non tam factum legati quàm Papæ dicitur: secùs si ex generali. Pro qua opinione est gloss.in capit. literis. in gloss.2. in fine, de rescriptis.facit text. in c. si apostolicæ. de præb. lib.lib.6. quodita tenent docto. in cap. quod translationem. de officio legati.

Limita secundò non habere locum, quandocunque adesset magna causa, scilicet necessitatis, vel vtilitatis. ita tenet Abb. in dicto §. de adulteriis. numero 9. Lambertinus in tracta. iuris patr. in prima parte 2. libr. in xix. articu. viij. quæstio. principalis. numero 2. idem Abb. in capitu. cum dilectus. de electione. allegat ad hoc decisio Rotæ cclv. sed est in nouis, secundum impressionem antiquam: & secundum nouam decisio. v. in titul. de iure patron. allegat etiam text.in cap.tali.& in capit.exigunt 1. quæstio. 7.& in capitu.exposuisti.de præbend. idem tenet idem Abb. in cap.dilectus. & in capite.fin.de filiis presbyt.& ibi cæteri doctor.qui dicunt, quòd licet aliàs episcopus non dispenset quòd filius sacerdotis succedat in ecclesia paterna, & illud est verum,nisi vbi subesset necessitas,vel vtilitas ecclesiæ. Eandem limitationem posuit Bald. in l.omnes populi. ff. de iustitia & iure. vbi dicit quòd episcopus ex magna causa potest dispensare contra canones.quam etiam limitationem ponit Nic. Miles in Repertorio suo:in verbo,dispensare potest episcopus.vbi allegat supradictam decisionem ad quam se remittit ad cognoscendum quæ sint magnæ causæ. Eandem limitationem ponit Spec.in titu.de dispensationibus.in §.nunc de episcoporum.numero 30.in fin. Catellianus,verb.episcopus.Roma.in dicto consilio cccxxv.Felin. capit.1.in 7. fallentia. de constit. Hanc etiam limitationem ponit Roman. in singula. ccclxxxv. Iaso.in l.nemo potest. numero 8.in 2.lect. ff.de leg.1.text.in l.si hominem.ff.mandati. Quam limitationem intelligo veram, vbi de facili superior consuli non possit:aliàs secùs, per l.diui fratres.ff.de pœnis.& per l.Diuus Pius Claudio.ff. de falsis. facit quod notat Innocent.in capitul. venerabilem.de elect.Bald.in l.non dubium.C.de legibus.pro qua opinione est text.in capitulo 1. de clerico ęgrotante. libro 6. vbi ratione distantiæ locorum conceditur episcopo indigenti coadiutorem sibi assumere vnũ, vel duos de consensu & consilio sui capituli, vel maioris partis, absque hoc quòd veniat ad sedem apostolicam:ad quam aliàs venire tenetur : vt ibi dicit text. ad idem est etiam text. in capitulo primo, sede vacante. libro 6.vbi si episcopus esset in remotis, non expectatur eius consilium : quod aliàs requiritur & expectatur. Et hanc limitationem cum supradicto intellectu sentit Aretin.in dicto §.de adulteris.numero 20.allegat ad hoc text.in capitu.nihil, de electión.quod notant docto. in capitulo licet ex suspecto. de foro competen.Catellianus Cotta hoc tenet in Memoralibus iur. in verbo, episcopus. el primo.

Contra quam limitationem facit quod notant Ioann. Andr.& Petrus de Anchara.in capitu.1.de ætate, & qualitate. libro 6. & ibi Domin. de sancto Gemin. qui impugnantes Archidia.ibi,& in ca.licet canon. de elect. libro 6. volunt quòd episcopus etiam ex magna necessaria, & vtili causa, & etiam cum causæ cognitione non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curati propter Concilium generale.capit.cùm in cunctis. in §. inferiora. de elect.cum qua opinione transit Philipp.Franc.in dicto capitu. 1.de ætate,& qualitate.& licet pro opinione Archidiaconi multa possent adduci, quæ ipse ponit in dicto capit.licet canon.& cum eo sit Hostien.in capitu.cùm dilectus.de elect.tamen contra Archidiaco.est communis opinio secundum Dom. de sancto Gemin. in dicto capitu.licet canon.numero 7.in finalibus verbis.Eandem opinionem contra Archidiac.tenet Ioan.Monachus in cap. cupientes. in numero 124.de election.libro 6.& hanc opinionem tenent communiter docto.in dicto capit. cùm dilectus. de elect. quæ opinio apertè destruit hanc limitationem. In quo est notandum, quòd in casu Ioan. Andr. & aliorum doctor. contra Archidiaco. non conceditur dispensatio, etiam ex magna necessaria,& vtili causa : quia concilium generale prohibet episcopis & ponit contrà facientes : vt patet in dicto cap.cùm in cũctis.in §.clerici.de elect.& in l.xxvj.titu.v.parte 1.& ideo hæc opinio non conuenit huic limitationi, quæ est quando concilium vel

permittit dispensare, vel quando loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo dispensationem, nec imponẽdo aliquam pœnam: quia vbi imponit pœnam, restringitur dicta limitatio.

Tertiò limita, nisi canon concilij esset canon pœnitẽtialis: quia cùm pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt in ca. Deus qui, & in cap. quæsitum. de pœnit. & remis. in c. mensuram. & ibi gl. de pœnit. distin. j. & in c. tẽpora. xxvj. quæst. vij. glo. in c. sunt plures. de pœniten. distinct. iij. poterit episcopus in tali canone dispensare: vt in can. quem pœnitet. de pœniten. distinct. j. gloss. & doct. in d. §. de adulteriis. ex quo notabiliter gl. in d. c. tempora plenitudinis. in glos. j. & in d. c. latorem. in glos. fin. xxxvj. quæst. ij. dicunt, quòd episcopus ex causa potest deminuere pœnitentiam quam induxit Papa. Quam opinionem sequitur in sing. cccclіiij. Hippolyt. in sing. clxxxij. Iason in l. omnes populi, in j. lectura, numero fin. & in ij. lectura, num. 13. ff. de iust. & iure, quod tamen intelligo verum, nisi casus de se esset reseruatus Papæ: per notata in cap. quod translationem. de offic. deleg. & in dicto §. de adulteriis. & qui sint isti casus pœnitentiales reseruati Papæ, habetur in c. ij. de Pœnit. & remis. lib. vj. & per Host. in Summa, in titul. de pœnit. & remissio. in §. ij.

Quartò limita, non habere locum in casu posito per Felin. in c. j. nu. 5. de spons. gl. in Cle. j. in verbo, eligatur. de elect.

Restringe tamen has limitationes, nisi canon concilij pœnam indiceret, quæ non possit imponi, nisi per Papam. Exemplum in depositione episcopi: vt in c. quamuis. & in cano. multum. & in c. dudum. iij. q. vj. nam sicut solus Papa potest deponere: ita videtur conueniens quod solus Papa possit dispensare. ita tenet Hostien. & ibi Ant. de Butrio, vbi hoc declarat, in capit. ij. de bigamis. Aret. in d. §. de adulteriis. numero 14. Quod videtur verum. quod quis non potest imponere pœnam ex defectu potestatis: secùs, si ex priuilegio personæ: quia tunc videbitur quòd possit dispensare ob cessantem rationem, ita Antõn. de Butrio vbi suprà: quia tali casu, qui non potest condemnare, potest absoluere: vt est text. Bart. & Bald. in l. fin. C. vbi senato. vel claris. ne illud quod inductum est in fauorem, retorqueatur in odium: ita tenet Decius in d. §. de adulteriis. numero trigesimonono.

Restringe secundò, nisi essemus in casibus tantùm Papæ reseruatis: iuxta notata in cap. quòd translationem. de offic. delegat. & in cap. sicut venire. de excessibus prælat. ita tenet Specul. in tit. de dispensatione. in §. nunc breuiter. quia in his se non intromittit alius inferior nisi ex speciali commissione Papæ, vt in d. c. quod translationem. P. Duen. re. 248.

¶Episcopvs, vel pontifex nõ dicitur, quis ante consecrationem: Abb. post Ioan. And. & alios per text. ibi, in cap. eam te. de rescr. text. est in c. tam literis. de testib. quod Felin. confirmat in d. c. eam te. Amplia quadrupliciter, & limita quinque modis, vt per eum ibi.

Primò etiam si fiat mentio de promotis.

Secundò etiam si fiat mentio de Pontifice.

Tertiò, etiam si illi sint, quibus hodie prouidet Papa pronuntiando eos Episcopos.

Quartò extende ad Rectorem studij, qui non dicitur Rector ante cõfirmationem, sed tantũ Electus. Quę tamen ampliatio non pertinet ad propositũ regulæ

Limita primò d. regulam dummodò subiecta materia concernat exercitium, vel decorem ordinis Episcopalis, secùs si simpliciter cõcerneret Iurisdictionem, quia tunc materia de Episcopo verificatur in cõfirmato, Felin. vbi suprà, qui ex hoc aliqua infert, & hanc limitationem confirmat.

Secundò limita in Papa, qui etiam ante coronationem est Episcopus, & Seruus seruorum Dei, nec appellatur Electus: sed Papa: Extrauagan. Quia nonnulli. sub titulo, de sententia excommunicat. inter communes.

Tertiò limita in Abbate, qui etiam ante benedictionẽ appellatur Abbas. Oldr. consi. 14. Ioan. Andr. Ant. & Card. in cap. inter monasterium. de re iudic. licet Host. contrarium teneat, & Archid. dubitet in locis per Felin. vbi suprà relatis, qui ponit quo ad hanc materiam rationem differentię inter Episcopum, & Abbatem.

Quartò limita, nisi fortè electus episcopus esset ante Abbas, quia potest aliqua ordinis exercere, quæ alius non posset: licet appelletur Electus. Et idem videretur de Episcopo ad alium Episcopatum trãslato, quòd possit ea quæ sunt ordinis, & veniat appellatione Episcopi post confirmationem. & Fel. plus ibi dicit, quòd fortè Archiepiscopus translatus posset ea, quæ sunt ordinis, ratione consecrationis quæ non reiteratur, licet non dicatur Archiepiscopus ante nouam paleationem. Relinquit verò ex postfacto cogitandum.

Quintò limitatur in Magistratibus quibusdam supremis temporalibus, videlicet consulatus, & huiusmodi, sed ista limitatio omnino impertinens est. B. Dias re. 234.

¶Episcopo debetur quarta pars de legatis factis ecclesiis, & de decimis & de his quæ obueniunt funeris occasione, vt not. Abb. in c. requisiti. de test.

Limita nouem modis, vt per Syluestrum in sua Summa in verbo, canonica portio. in §. iij.

Primò, quando relinquitur aliquid pro ornamentis ecclesiæ, seu vestibus, vt sericum pro platina, vel aliud ornamentum pro altari. Doctores in c. fin. de testam. Ex quo sequitur secund. Syluestrum, vbi suprà quòd si legatur aliquid vt fiat chorus, pictura, calix, vel huiusmodi, nam tunc non debetur quarta. Et idem intelligit, de omni eo quod venit in vsum diuini cultus in ecclesia, quod vsu ipso non consumitur. Imò etsi consumatur, immediatè tamẽ in honorem Dei, vide per eum exempla.

Secundò quando pro ornamentis redimendis, ornandis, seu reputandis. Innocen. in d. c. fin. & idem intelligit Sylu. quando legatur pro extruendo sepulchro.

Tertiò, quando legatur pro fabrica ecclesiæ reparatione indigente, & portio pro fabrica non habetur, & si habetur non sufficit, quòd si Ecclesia non indiget fabrica, tunc soluetur episcopo ex tali legato quarta.

Quartò limita, quando legatur pro luminaribus, vt oleum pro lampade, vel certè & huiusmodi.

Quintò limita, quando legatur pro anniuersario annuatim.

Sextò limita, quando legatur ad perpetuum cultũ diuinum, puta, vt annuatim fiat alicuius Sãcti festum, vel dicatur officium in vna Capella.

Septimò limita in obligationibus, de quibus non debetur quarta, vt olim.

Octauò limita in donatione in vita, de qua etiam non debetur quarta. B. Dias reg. 287.

Episcopo

¶ Episcopo pertinet prouisio ecclesiarum, quæ sub sunt plebibus, vel aliis ecclesiis inferioribus. Notat Innocen. in capitu. cùm venerabilis. de exceptionibus. & vide Butrig. in capit. fin. de cauſ. poſ. Nicol. Mil. in repertorio, verbo Epiſcopus. qui aſſerunt, quod Epiſcopus fundat intentum ſuum de iure communi in ſubiectione omnium eccleſiarum ſitarum in ſua diœceſi. facit text. in cap. Omnes baſilicæ. xvj. quæſtio. vij.

Amplia dupliciter, & limita quinque modis, vt per Felinum in dicto c. cum venerabilis.

Primò etiam ſi alienus Epiſcopus conſtruat eccleſiam de nouo in alia diœceſi: quia illi Epiſcopo ædificanti ſola reſeruatur præſentatio, text. vnicus ſecūdum Felin. vbi s. in c. 1. xvj. q. v.

Secundò amplia, etiam ſi fundator eccleſiæ ordinaret quòd inſtitutio ipſius ad epiſcopum non ſpectaret, ſed an inferiorem, & etiam ſi irritaret teſtator omnem diſpoſitionem ſuam, ſi eccleſia non gubernaretur, vt ipſe ordinauit. Item etiam ſi mandaret in pœnam, quòd reditus illi eccleſiæ deputati conuerterentur in alios pios vſus. Intellige tamen prædicta, niſi diſponens id ageret conſentiente Epiſcopo. Quo iniuſtè recuſante conſenſum præſtare, agi poteſt coram ſuperiore vt compellatur, quem ſi præſtat, non poteſt eius ſucceſſor reuocare, cum de iuris quæſiti eccleſiæ præiudicio non agatur. Hæc ex Innocen. Abb. Siculo, Barto. & Rotæ deciſione colligit Felin. vbi ſuprà.

Limita primò hanc regulam, in eccleſiis, quæ ſunt de titulis Cardinalium, quia in illis Cardinalis etiam non epiſcopus vtitur pleno iure epiſcopali.

Secundò limita, niſi plebs, vel inferior Eccleſia haberet ex iure ſpeciali inſtituendi ius, vt ex priuilegio, vel præſcriptione.

Tertiò limita, in beneficiis ſubiectis eccleſiis regularibus collegiatis, in quibus ad præſentationem monachorum Epiſcopus inſtituit.

Quartò limita, quando eccleſiæ ſunt ſitæ in parochia alterius eccleſiæ. Ioannes Andreas, Archidiaconus, & Lapus poſt Innocentium in variis locis relati per Felinum, vbi ſuprà. Qui tamen intelligit hoc procedere, quando eccleſia illa in cuius parochia eſt, vel ſunt ſitæ aliæ eccleſiæ maximè eſt patrona, vt in caſu capitu. tertij, de eccleſiis ædificandis. vt dicunt Abbas, Cardinalis & Federicus, poſt Innocentium in locis per eum relatis. Secùs autem ſi ſimpliciter eccleſia ſita fuerit in parochia alterius, quia tūc erit locus regulæ, & ad Epiſcopum pertinebit inſtitutio.

Quintò limita, in eccleſiis collegiatis ſecularibus, in quibus licet inſtitutio, vel confirmatio in beneficiis eis ſubiectis ſpectet ad epiſcopum, electio tamen & præſentatio ſpectat ad prælatum, & capitulum illius eccleſiæ, niſi eccleſia collegiata dotauerit illa beneficia, vel niſi ſint in corpore eccleſiæ cōſtructa, vel in fundo proprietatis eiuſdem, iſtis enim tribus, vel aliquo eorum concurrentibus totalis prouiſio ſpectat ad prælatum cum capitulo, non autem ad epiſcopum. Ita Butrius poſt Calder. & Paul. in c. cum Eccleſia Vulterana. de electione. Felinus tamē vbi ſuprà conſiderans contrarietates doctorū quos ibi refert, dicit fortè verius eſſe (quicquid prædicti doctores dicant) quòd etiam in tribus caſibus, per quos ſolùm videtur acquiſitum ius patronatus, præſentatio ſpectat ad rectorem inferiorem, inſtitutio verò ad Epiſcopum, pro quo ipſe allegat aliqua, quæ poteris per eum videre. B. Dias reg. 240.

¶ Episcopalis dignitas liberat filium à patria poteſtate. vt eſt text. in §. illud. in Authentic. Conſtit. quæ. de dignita. & in Authen tic. ſed hodie. C. de Epiſcopis & clericis. eſt gloſſ. in l. prima. in fin. ff. ad Macedon. Notat Barto. in l. ſi maritus. C. de patria poteſtate.

Limita dupliciter vt per Iaſ. in l. patre furioſo. ff. de is, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

Primò, inquam, vt intelligatur d. regula, quatenus patria poteſtas eſt contra eum, ſed quatenus eſt ſibi fauor durat filius in poteſtate patris, ita Barto. in l. itē in poteſtate. eod. tit. vbi infert ad pulchram quæſt. & ſequitur eum Iaſon, vbi ſuprà.

Secundò limita in filiis eiuſdem epiſcopi, qui non liberantur ab eius poteſtate, ita Bald. in l. fin. §. neceſſitate. C. de bonis, quæ liberis. atque ideo Epiſcopus debet habere vſumfructū in bonis aduentitiis filiorum, ſicut ſi eſſet Laicus, quod nō legit alibi Iaſ. vbi ſuprà. Contrarium tamen videtur tenere Bartol. in d. l. item in poteſtate, & dicit eſſe tex. in d. auth. ſed hodie epiſcopalis dignitas, ad finem. B. Dias re. 235.

¶ Epistola habens ſigillum authenticum, plenè probat. Ita Bart. in l. nuda ratio. ff. de donat.

Limita dupliciter, vt per Rom. in d. l. nuda ratio. vt refert Iaſ. in l. admonendi. in repetit. ff. de iureiur.

Primò intellige regulam, quando talis epiſtola fuit acceptata per eum ad quem deſtinatur, ſecùs ſi expreſſè contradixiſſet, quia tunc non probaret.

Secūdò limita, ſi iam mortuus eſſet mittens, ante, quàm epiſtola perueniret quò mittebatur: & regula procedit, quando, viuo adhuc mittēte, peruenit. B. Dias reg. 244.

¶ Epistola, ſeu apocha priuata, non facit probationem, l. inſtrumenta. & l. exemplo, C. de probat. Cano. in c. 2. de fid. inſtru.

Fallit in 10. caſibus quot not. Iaſo. in l. admonendi. ff. de iureiur.

Epiſtola habens ſigillum Authenticum plenè probat, Bar. in l. nuda ratio, ff. de donat.

Fallit, vt per Roma. in d. l. nuda, & Iaſ. in l. admonendi, in repet. ff. de iureiur. col. 61. Don. Fina, lib. 1.

¶ Error iuris vel ignorantia non prodeſt, vel non excuſat.

C. de præſcr. 30. anno. l. ſicut.
C. de iur. & fac. ig. l. ſi emācipato. l. error. l. cum quis. C. qui pet. tut. l. vlt.
ff. quibus mod. vſufr. amit. l. is, qui.
ff. fam. hercis. l. qui hæres erat.
Inſt. de vſuc. §. error autem falſæ.
ff. mandat. l. ſi fundum.
ff. de vſuc. l. nunquam. §. ſi ſeruus. & §. ſi defunctus.
ff. pro empt. l. 2. §. procur. & §. Celſus.
ff. ſi quis teſt. lib. eſ. §. pen.
ff. ad l. Corn. de falſ. l. diuus. Azo, rub. 4.

Error iuris ſeu ignorantia nemini obeſt.

In Decret. diſ. 4. 5. retulerunt.
C. de ſucceſſ. edict. l. 2.
In Decret. diſ. 33. c. presbyter.
ff. de neg. geſt. l. ſi fideiuſſor.
ff. de inoff. teſt. l. pactum filij. & l. vlt.
ff. de pet. hæred. l. ſed ſi. §. de eo.
ff. fam. hercis. l. quia erat hæres.
ff. de adminiſt. tut. l. 4.
ff. de iud. l. 2.

ff. de leg.

ff.de leg.3.l.si in re.
ff.de aqua quot.& æstiu.l.quotidia.§.si hæc.
ff.de fideiuss.l. si seruus.
ff.ad municipal.l.libertus.§.error.
ff.de iur.fisci.l.ex quibusdam.§.vlt.

Error iuris,&c.] Hanc Rubricellam cum eius contraria, plenè exposui suprà eodem in illa Rubrica, Ignorantia excusat.ab illo loco secundum has diuisiones, &c.vsque illuc:facti autem,&c.& notaui. ff. quibus mod.vsufruct.amit.d.l.is qui.& famil.ercisc.in d.l. qui hæres.& Institu.de vsucap. §. error autem falsæ. & ff. de iure fisci.l.ex quibusdam. §.vltimo.Azo,rubr.4.

Error facti aut nocet,aut non excusat.
C.de fideiuss.l.1.
ff.fam.hercisc.l.cum putarem.
ff.ad l.Aquil.l.scientia.§.si meum.
ff.mand.l.seruum Titij.
ff.de iniur.l.eum qui.§.si iniuria.
ff.de vsur.l.cum de in rem verso.
ff.quod vi aut clàm.l.antiqui.§.si quis dũ.Azo, rub.4.

Error facti prodest,vel non obest.
C.de iur.& fact.igno.l.non iccirco.
C.de pact.l.si certis annis. Infrà de rept.ignorantia.
C.de lib.caus.l.parentes.
C.si minor se maior.dix.l.vlt.
C.de rei vend.l.res tua.
C.ad l.Falcid.l.error.
C.cond.indeb.l.1.§.vlt.
C.locat.l.approbationem.
C.plus valere quod agitur,&c.l.vlt.
C. de long.temp.præscrip.l.nec petentem.
C.vnde vi.l.inuasor.
ff.de iurisd.om.iud.l.si per errorem.
ff.si quis caut.l.sed & si.§.vlt.
ff.de inoff.test.l.mater decedens,
ff. de rei vend.l.inter off.
ff.de pub.in rem.l.si ego.§.interdum.
ff.de exerc.act.l.2.§.si is qui.
ff.depositi.l.qui rem suam.
ff.de redhib.l.quod qui sic.§.apud Labeonem.
ff.de contrah.empt.l.etsi contrà.§.suæ rei.
ff.de euict.l.emptor.§ 1.
ff.de probat.l.quidam quasi.
ff.de pub.l.interdictum.§.diui.
ff.de acquir.rer.dom.l.si procurator meus.
ff. de vsucap.l.nunquam §.vlt.iusto.

Error facti aut nocet,aut non excusat,&c.]Regula est, facti ignorantiam probabilem prodesse, vt in contraria Rubrica continetur: vt super eo in illa Rubri. ignorantia excusat,in fin. Videntur tamen hinc contraria quædam hîc signata,quæ facilè solui possunt. Quod legitur C.de fideicommiss.l.1. fauore alimentorum & vltimæ voluntatis. quod legitur ff.de vsur. l.cum de in rem verso.non obstat: quia solutione facta per errorem non obligatur, sed præsumitur ex antecedenti causa debitum:dixi super eodem quod ab initio. Item non obstat quod legitur.ff.fam.herciscun. l.cum putarem. quia illud est propter autoritatem rei iudicatæ,vt ibi continetur.Item non obstat quod legitur.ff.mand.l. seruum Titij.quia &ibi non obstat, quo minus habeat æstimationem, licet rem vendicare nón posset. Vel ideo est, quia vendidit tanquam dominus, non tanquam procurator, vnde obligatur non petere.ff.loca.l.si quis fundum. §.1.Item nõ obstat quod legitur.ff.quod vi aut clàm. ff.aut qui.§.si quis dum.de iniur.l.eum qui.nam nõ propter errorem,sed propter delictum, quod in animo gerebat aduersus quemcunque. Item ad l.Aquiliam.l.scientiam.non ex errore,sed ex damno data obligatur Aquilia, in qua venit culpa,etiam leuissima.vt ff.ad l.Aquil.l.in lege. Azo,rub.4.

¶ Error.L.[a]93.Scæuola libr.quinto Responsorum.
[b] Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset,nihil nocere,quo minus & reus & fideiussor [c] tenetur.

Addit. a al.l.92. b al.si fortè. c al.tenetur. Fortè ex l.4.de manumiss. test.nam hic erratum videtur,inquit Georgius Viuiennus. Librarius. Est librorum contractuum,pactionúmque scriptor inquit Hotoman.de operis libe.l.6.§.2. ff.de vsufru.l. nam & si quid, §.1. Horum munus priuatum fuisse antiquitùs probat Faber. ex Cicerone pro lege Agraria, & ad Q. Fratrem libro secundo, & ex Sueton.in Claudio capit. 35. De quibus Horat.in arte poëtica.

Vt scriptor si peccat idem librarius vsque.
Quamuis est monitus,venia caret:& Citharædus.
Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Idem in cæteris contractibus,C.plus va.l.1. Exc.de vsuf.leg.l.si alij.In naturalibus de statu.ho.l.Impp.Item in vltimis voluntatibus, C. de leg.l.qui quartũ, de hæredibus instit.l. quoties,§.1.C.de testa.l.errore.Et denique in libello supplicatorio, C.de errore aduoc.l.2. C. de fal.l.nec exemplum. Ratio, de off. præsi.l.illicitas,§. Veritas rerum erroribus non vitiatur, inquit Vlpianus. De Notariis hîc latè tractat Hieron.Cagnol. Riisvvich.paratit.

Error.l.17.§.fin.53.cuius per er.l. nihil consensui.
Annotaui ad l.75.non debet alteri.
Error facit.l.10.l.secun.de sup.lega.vide Vsucapio.Factum.
His qui nesciunt ius suum, eligentes ídque putant sibi competere,non amittunt.l.19.de in.test.
Falsæ causæ error ratione boni finis non defenditur. C.de vsuc.pro do.
Nominis error nihil nocet, cùm de corpore constat, de contrah.emp.l.in venditionibus.§.planè.C.de testa.l.si in nomine. Riisvvich.

¶ Error elicitus ex actis,non reddit sentẽtiam nullam, ideo non impedit transitum in rem iudicatam. Glossa,Abb.& alij in c.inter cæteras.de re iudi. vbi Feli.post Abb. qui plures allegat, & ab aliis hãc conclusionem defendit.
Limita,& declara hanc regulam nouem modis, vt per Fel.vbi s̃.vbi copiosè loquitur. B. Dias reg.246.

¶ Error in materia,in contractib.bonæfidei, vitiat contractum. tex.est in l.si sterilis.§.quamuis,ff.de actio.empt.& l.cum ab eo.§.fi.ff.de cont.empt.
Limita dupliciter,vt per Ias.in l.si id quod aurum.ff.de verbo.oblig. B.Dias reg.247.

¶ Error in nomine appellatiuo generali vitiat*, etiam si de corpore constet.l.si quis in fundi vocabulo.& ibi per glo.in ver. vocab.de leg.j.B.Soc.re.159.

Additio.

* Vitiat.Vide Franc.Aret.in d.l.si quis.de leg.j.
Ratio, quare error id nomine appellatiuo, seu designatiuo personæ singularis siue rei vitiat dispositionem,& in proprio nomine cognomine vel agnomine:secùs,si dicitur esse, quia in nomine appellatiuo generali error generaliter supponitur contra suppositionem hominis, sed nomen proprium designat

signat propriam substantiam cuiusque rei: vt d.l.si quis in fundi.ideo eius corruptio vitiat formam substantialem,& quod est in intellectu non potest percipi sensu:vnde intolerabilis error vitiat, quia conceptum mentis non exprimit,secundum Bald.in d. l.si in nomine:sed in primo errore in nomine appellatiuo singularis personæ vel rei non consistit substantia rei, sed demõstratio rei,quæ potest pluribus modis haberi.vt l.qui habebat.ff.de reb. dub.& not. in l.quoties,de hæred.instit.

Limita primò vt nõ procedat post conclusum in causa: tunc enim non poterit impedire sententiam, ita concludit Bald. per tex. ibi in l. quamuis. numero 2. ad l. Iul. de adult. Quam opinionem Bald. sequitur Alex. in d. l. licet. & ibi doctor. moderni præcipuè Iacobinus numer. 6. Mouetur Bal. vt suprà dixi, per illum tex. vbi dicitur quòd facta conclusione in causa criminaliter intentata non potest opponi hæc exceptio, Tu non potes esse procurator, imò deueniẽdum est ad sententiam. Eandem opinionem Bal. sequitur Catellianus verbo, falsi procuratoris. Eandem opinionem tenet Dec. in dicto capitulo, quoniam contra. numer. 230. de probat. vbi allegat pro hac opinione dictum Card. in Cle. 1. in 1. oppositione. de excep. vbi tenet quod exceptio excommunicationis non potest opponi post conclusum in causa. ita etiam tenet Felin. in capitulo, cùm dilectus. nume. 4. de fide instrum. allegat etiam Dec. pro ista opinione text. in capitu. cùm dilectus. de fide instrument. vbi post conclusum in causa nihil opponi potest, & supradictam limitationem reperio quòd ante Bal. licet nullus doctorum ex eis mentionem faciat, per tex. in d. l. quamuis. C. de adult. tenuerunt Domini de Rota in decisione clj. In nouis secundũ impressionem antiquam, & secundum nouam in decisione x. in titulo de procuratoribus.

Contrariam tamen opinionem tenet Iaso. in d. l. licet. nume. 2. C. de procuratoribus. Mouetur tali fundamento, quia talis exceptio opposita post litis contestationem reddit eam nullam, vt est glos. in dicta l. licet. Eodem igitur modo reddit nullam conclusionem. Secundò & fortiùs mouetur, quia talis exceptio potest opponi etiam post latam sententiam & reddit eam nullam. vt in capit. in nostra. de procur. per Barto. & doct. in l. 1. C. de iuris & facti iguoran. si ergo potest opponi post sententiam, ita & post cõclusionem in causa, & reddet nullam conclusionẽ, si post eam opponatur. Parificantur enim esse latam sententiam vel conclusum in causa, vt per Bar. in l. si mater. in §. eandem. in fin. ff. de exceptione rei iudi. Pro qua opinione faciunt ea quæ adducit Ioan. de Imo. in capitu. exceptionem. numer. 8. versicu. item fallit tertiò. de exceptio. & ibi Felin. nume. 28. Eandem opinionem videtur tenere Barb. in Cle. 1. vers. tertiò nisi superuenisset de nouo. de exception. & hanc opinionem Iaso. per supradicta fundamenta tenet Parisius in dict. capi. quoniam contra. numero 199. & in capitu. exceptionem, numer. 45. de excep. Eandem exceptionem tenet expressè Franc. Niconicius in repet. capitul. quoniam contra. in quæsti. fina. nu. 43. vbi pro illo dicto Iaso. allegat quamplura fundamenta, & respondet ad fundamẽta Decij quæ adducit contra Iaso. & pro opinione Iaso. est text. de iure regio in l. 7. titul. x. libr. 2. fori. in versicu. mas despues del iuyzio finado.

Limita secundò, quando nunquam fuit oppositum, secus si facta aliquando oppositione pronuntiatum fuit procuratorem vel mandatum legitimum esse, quia tunc vlterius opponi non potest, ita concludit Abb. post Inno. in ca. quoniam contra. numero 37. de proba. argum. tex. in l. fin. C. si ex falsis instrume. facit glos. in capitu. licet causam, in verbo, opponi. de probat. Hanc limitationem sequitur Decius, vbi eam declarat in dict. capitul. quoniam contra. num. 232. Franc. Niconicius ibi in q. fin. numer. 47. Iaso. in d. l. licet. num. 8. C. de procura.

Limita tertiò, vt non procedat quando procurator cauit de rato ad petitionem aduersarij, & non obstante tali cautione, aduersarius tenuit iudicium, neque vult persequi, tunc enim si agitur de re in cuius possessionem procurator mittatur, non poterit ei ampliùs opponi. & ita intelligitur text. in l. inter quos. in §. qui alieno. aliàs est. §. fin. ff. de damno infecto. ita tenet Abba. per illum tex. qui bene eum intelligit in d. cap. quoniam contra. num. 37. quem sequitur Iaso. in l. licet. numer. 8. C. de procu. Franc. Niconi. in dic. c. quoniam contra. q. fi. num. 46. Non enim est verum quod per solam cautionem rati excludatur exceptio procuratoria, sed necesse est vt concurrat contumacia aduersarij, vt in dicto §. alieno.

Limita quartò quando instrumentnm procuratoris fuisset in iudicium productum & tacitè approbatum, secundum Bar. in d. l. licet. & ideò Paul. de Castr. ibi dicit, quòd cauti aduocati quando producitur in iudicium instrumentum procurationis debẽt illi contradicere. Circa quam limitationem vide Iaso. in d. l. licet. numer. 8. versi. 3. fallit.

Et circa hanc regulam & eius rationem, scilicet, quòd exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retrò nullum, est notandum, quia quotidie contingere potest, an iudex ex officio suo, ne in vanum laboret & faciat iudicium frustratorium, possit compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel ad cauendum de rato si dubitatur de mandato. gloss. tenet quod sic, in capitu. 1. in verbo, absentia. in fin. de elect. lib. vj. aliàs autem poterit eum repellere à limine iudicij, etiamsi non opponatur. quam gloss. sequitur Bald. in d. l. licet. C. de procur. & in l. exceptionem. C. de procu. & in Authen. offeratur. C. de litis contest. & in l. vnic. C. quæ desunt aduoc. Ang. in l. Pomponius. in §. ratihabitio. ff. de procurat. Panor. in cap. causam quæ. el 1. de iudic. num. 3. in cap. ecclesia. el 1. vt lit. pen. & in capi. 1. & in cap. nulli. de appel. Anton. de Butr. & ibi And. Barb. in cap. cùm M. de constit. Pau. Castren. & ibi Lud. Rom. in d. §. alieno. Sali. in d. l. licet. de proc. & ibi Alex. Pro qua opinione est tex. in d. c. causam quæ. de iudi. in fine. ibi, ne litem sopitã valeat suscitare, illã etiam gl. sequitur Dominicus de sanct. Gem. ibi, vbi dicit ꝙ in his quæ redderẽt iudiciũ retrò nullum iudex ex officio suo potest supplere. Pro qua opin. facit gl. in c. cupientes. in §. cæterùm. versic. vel si personas. in gl. in verbo, contumacia. de electionibus. lib. vj.

Contra quam gl. est tex. expressus secundũ lecturã Bar. ibi, in d. l. inter quos. in §. alien. ver. ꝙ si ei nõ cauebitur, vbi tenet ꝙ iudex ex offic. nõ potest opponere cõtra inhabilitatem personæ cõparẽtis in iudicio & ideò Io. de Im. in d. §. alieno. nu. 9. reprobat illã gl. illã etiã gl. reprobat idẽ Io. de Im. in c. cũ in iure perit. de of. de. Rõ est, quia iudex nõ debet impartiri offi-

cium suum non postulatum. vt in l. 4. in §. hoc autẽ iudicium. ff. de damno infec. & quia in casu d. glos. iudicium non erit frustratorium, cùm exequutio possit fieri contra falsum procuratorẽ. vt in l. Plautius. ff. de procur. & in l. si se non obtulit. ff. de re iudic. glos. in d. l. licet. in glo. fin. & in l. si expressim. in verbo, præscriptione. ff. de appella. & illam glos. in verbo, absentia. in d. cap. 1. de appel. dicit communiter reprobari. Felin. in dict. capitul. causam quæ. numer. 1. de iudic.

Sed his non obstantibus & aliis quæ contra illam glo. allegantur, dico quòd illa gl. est vera & magis communiter approbata. & non obstat illa ratio quòd iudicium non erit illusorium: ex quo procurator tenetur: quia nihilominus militat ratio illius text. in dicto capitulo, causam quæ. scilicet ne lis sopita valeat suscitari. Nam hoc modo non imponitur finis litibus, sed potius occasio litigandi præstatur. Præterea non est omnino verum quòd quando litigatur exequutio habeat effectum cõtra procuratorem, quia poterit habere iustam causam litigandi, vt non teneatur, vt notatur in d. l. Plautius. Vnde quia iudicium poterit esse illusorium, militare videtur ratio illius glo. & vltra suprà dict. doct. illam gloss. sequitur expressè Dec. in d. ca. causam quæ. nume. 11. vbi in num. 13. dicit illam glo. esse magis communiter reprobatam. Eam sequitur Rom. in consil. lxvij. numero 5. Franc. à Ripa in d. l. 4. in §. hoc autem iudicium. numer. 49. ff. de damno infec. & in iudicando & consulendo dicit non esse recedendum ab opinione illius glo. cùm sit magis communiter approbata. Iacobinus de Sancto Georg. in d. l. licet. nu. 9. C. de procura. Et circa hanc regulam exceptiones quæ opponi possunt contra procuratorem, vide per Specu. in titu. de procuratore. §. ratione. numer. 17. cum sequen. P. Duen. reg. 264.

¶ Exceptio inuentarij non confecti impedit litem contestari. Hanc regulam probat text. in l. fin. in §. donec. C. de iure delibe. & ibi Bart. Quam opinionem per illum text. tenet vltra Bartol. ibi Paul. Castren. Alexan. Iason Cornæus & alij qui ibi scripserunt. Alexan. in addit. ad Barto. in l. vir bonus. ff. iudic. solui. De iure regio probatur in l. 7. titu. 6. parte 6. & in l. xiij. titul. 9. parte 7.

Limita primò non procedere in hærede conuento vt restituat vsuras quando defunctus iussit eas restitui vel cauit secundum formam textus in capitulo, quamuis. de vsuris. lib. 6. nam tunc propter periculum animæ quæ cunctis rebus præferenda est, non debet differri, vt in l. sancimus. C. de sacrosanct. ecclesi. in ca. cùm infirmitas. de pœniten. & remissio. & hanc limitationem ponunt doctores in dicto §. donec. præcipuè Iacobinus de Sancto Geor. num. 2. Philip. Corn. num. 1. Xuarez in l. post rem iudicatam. in 1. extensione. num. 6. ff. de re iudic.

Limita secundò, vt non procedat quoties hæres inquietaret alios ex causa hæreditatis, nam tunc potest reconueniri ab conuento ab eo. argum. tex. in l. 2. in §. sed & si agant. ff. de iud. & in Auth. consequenter. C. de sententiis: nisi illos conueniret hæres necessitate compulsus: putà, quia debitores hæreditarij cũ pecunia fugiebant vbi fecit eos capi: vel domus vicini minabatur ruinam super domum hæreditariã, vnde petit cautionem damni infecti, vt in l. 2. in §. sed etsi agant. ff. de iudic. ita tenet Angel. in d. §. sed si agant. nume. 3. idem Ang. vbi dicit ita vidisse de facto practicari & iudicari in l. 1. in §. hæc stipulatio. nume. 16. versi. tertiò fallit. ff. si cui plus quàm per l. falcid. quem sequitur ibi Io. de Imo. num. 10. Corn. in d. §. donec. numer. 2. Xuarez, vbi suprà, numero 8.

Limita tertiò vt non procedat quoties petitur aliquid ab hærede pro impensa funeris, tunc non opponit de inuentario. ita Ange. in d. l. j. in §. hæc stipulatio. num. 16. quem sequitur Philip. Corn. in dicto §. donec. num. 2. & ibi Iacobinus de sanct. Geor. num. 1.

Quartò fallit quando conueniretur hæres pro legatis piis non requirentibus dilationem, scilicet alimentorum pauperum qui interim fame pereunt. ita tenet Ang. in d. §. hæc stipulatio. num. 16. versic. secundò fallit. quod dictum sequitur ibi Ioann. de Imo. numer. 10. vbi dicit se ita vidisse practicari. Eãdem opinionem tenet Corn. in dict. §. donec. nu. 2. Iacob. de Sancto Georg. nume. 1. Barto. de Chassanæo in consuetud. Burg. in titul. des successions. Regula 7. § xiiij. num. 9.

Quintò limita quoties conuenitur hæres rei vendicatione: quia tunc conuenitur vt quilibet possessor, non vt hæres. vt in l. de eo. in §. penultim. ff. ad exhiben. ita tenet Odofredus, Gulielm. de Cugno. Bal. Sali. & Paul. de Castr. & ibi Corn. nume. 1. Iacob. de Sancto Georg. num. 1. Angel. in d. §. hæc stipulatio. nume. 16. & ibi Io. de Imo. num. 10. Rodericus Xuarez in loco supra allegato. num. 7. P. Duen. reg. 267.

¶ Exceptio incompetentis fori semper potest opponi, etiamsi dicatur, quod non posset agi de nullitate. Glos. est singularis in clem. de sequestr. poss. & fruct. in gl. fin. quam ibi dicit se nescire alibi Card. & illam glos. sequitur Abb. in cap. ex parte. el 2. de officio delegati. pro qua vide Felin. in cap. pastoralis. de except. Ias. in l. hac consultissima. C. qui testament. fac. pos. Hippo. in sing. x. in ord. incip. Tu scis quòd except.

Amplia primò etiamsi dicatur quòd nulla species nullitatis admittatur, secund. Petrum de Anchar. consilio cclxxj. incip. de titulis criminum.

Secundò amplia, etiamsi partes iurassent non dicere de nullitate sententiæ vel laudi, quia de prædicta nullitate dicere possunt. no. Philip. in ca. dilecto. de appel. in quæstio. 50. & in quæst. lij. referendo Ang. in consi. & ponit has ampliat. Fel. d. Rub. de foro cõpeten. quas latiùs prosequitur idem Felin. dict. cap. pastoralis.

Limita quadrupliciter, vt per Felin. in dict. Rub. de foro compet. quarum limitationum tres vltimas latiùs prosequitur in d. cap. pastoralis. vbi eam optimè examinat & intelligit. B. Bias. reg. 251.

¶ Exceptio legitima si contra testem opponatur, licet per iudicem statim recipienda sit, tamen eius probatio in tempus disputationis, scilicet, post testium ad probandum inductorum publicationem, differenda est. cap. ex parte. & ibi glo. de testib. & in auth. si verò testis productus dicatur. C. de test.

Primò fallit hæc regula in casibus, de quibus per Canonistas in d. cap. ex parte. Et primò quando contra ipsum testem opponeretur aliquid, quod est odiosum ex causa criminali, cùm tunc statim est probanda. vt in d. authent. si dicatur. C. de testibus.

Secundò fallit, quando esset præsumptio contra ipsum opponentem, & faceret ad differendũ negotiũ: cùm tũc sit examinanda & probãda ante ipsam testiũ publicationem. vt extrà de prob. cap. licet. & hoc etiam voluit gl. in d. c. ex par. hos duos casus excipiendo.

Tertiò fallit, quando opponeretur contra ipsum testem quod esset seruus, & ipse diceret se liberum

cum

cum hoc similiter statim sit examinandum & probandum. vt in d.auth. si verò testis productus dicatur, & not. per glos. in capitu. cùm causam extrà, de testibus, vbi hos tres casus enumerat.

Quartò fallit quando opponeretur contra ipsum testem, putà quod esset excommunicatus, cùm hoc statim sit examinandum propter periculum. d. cap. decernimus. de sentent. excommu. in vj. secundum Io. And. in d.c. ex parte. de quo etiam per Spe. in titu. de teste. §. j. versicul. sed nunquid si dicatur, cum duobus sequentib. vbi de his.

Quintò fallit quando periculum esset in mora, vt voluit Specu. in d. versicu. sed nunquid si dicatur. in §. j. de teste.

Sextò fallit quando testis venit examinandus cum tormentis, cùm tunc omnes exceptiones contra eum oppositæ sunt examinandæ. vt ff. de testibus. l. 1. §. si quis. & ibi per Bartol.

Septimò fallit quando opponens offerret se incontinenti probaturum, cùm tunc statim admittendus esset, vt voluit Imo. in d.c. ex parte.

Octauò fallit quando iudicis arbitrio exquiritur, cùm tunc statim illud examinari & probari possit, vt voluit Ioan. Andr. in dicto capitul. ex parte. B. Soci. reg. 70.

¶Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium competit ei, qui in instrumento publico vel apocha confessus est se recepisse pecuniam, lege, si ex cautione, vbi gloss. magistra, & habetur toto titu C. de non numerata pecunia. & toto titulo de literarum obligat. Institu.

Amplia hanc regulã sex extensionibus & limita quinque limitationibus. vt per Ias. in l. qui pecuniam. ff. si certum peta. B. Dias. reg. 257.

¶Exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi intra biennium, etiam si quis confiteatur se recepisse pecuniam quam non recepit. Hanc regulam posui in reg. cxxj. cum vj. ampliationibus. & 7. limitationibus, vltra quas in præsenti addam aliquas ampliationes & limitationes. Ratio autem huius regulæ est, quia debitores necessitate obstricti de facili confitentur spe futuræ numerationis mutuum. ideò huic facilitati succurritur per non numeratæ pecuniæ exceptionem, ne illicita fiat extorsio. l. illicitas. ff. de offic. præsid. & quia est contra ius gentium quòd quis repetat quod non dedit, & quod cum iactura aliena quis locupletetur, vt in l. cũ amplius. in §. is natura debet. ff. de reg. iur. in l. bona fides. ff. depositi. Bald. in l. 1. C. de non numer. pecunia.

Verùm vltra ampliationes positas in reg. cxxj. amplia primò siue confiteatur in scriptis, siue sine scriptis. ita tenet Barto. quem sequuntur alij doct. ita tenet Barto. in l. si ex cautione. nume. 3. de non numerata pecunia. C. facit text. in l. non figura. ff. de actio. & obliga. ibi placuit non minus valere quod scriptura quàm quod vocibus lingua figuratis significaretur: facit etiam tex. in l. pactũ quod bona fid. C. de pact.

Amplia 2. siue confiteatur in instrumento publico siue in scriptura priuata. gloss. & doct. in d. l. si ex cautione. contra Pet. de Bellapertica qui tenuit ibi contrariam opinio.

Amplia tertiò habere locum etiam si debitor dedisset pignus, quia pignus dedit vt pecuniam reciperet, quam si non recipit, non tenet pignus. l. 1. C. de non numerata pecunia. ita Iaso. vltra Bald. ibi in l. qui pecuniam. numero 2. in fin. versicul. v. amplia. ff. si certum petatur.

Quartò amplia procedere etiamsi renuntiasset exceptioni non numeratæ pecuniæ. gloss. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia. quam glo. sequuntur ibi Cin. Barto. Bald. & Salic. Bald. in Margarita, in verbo, renuntiatio. Felin. in capitul. si diligenti. in v. corollario. limita primò de foro cõpeten. eãdẽ ampliatio. sequitur Aufre. ad decisiones Capellæ Tolosanæ. q. ccclxxiiij. Alexand. in consi. clxxix. numer. 2. volumi. 2. Corn. in consi. 3. numero 4. libro 1. Hippol. in sing. ccxxij. Petrus de Vnzola in practica artis notariatus, in titu. de exceptione non numeratæ pecuniæ. num. 4. quam opinio. sequitur etiam Ias. in §. fuerat. nume. 79. Institu. de actio. idem Ias. in l. 4. in §. quæsitum. nume. 22. ff. si quis cautio. Abba. & Ioan. de Imol. in d.c. si cautio. Ang. Aretin. in §. 1. numer. 36. Institu. de exceptio. & ita tenere omnes Doct. dicit idem Ias. in l. qui pecuniam. numero 2. ff. si certum petatur.

Contrariam tamen opin. tenet glo. in d. l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia. in verbo, probare. in fine. versicul. alij vt Azo. vbi dicit ibi glos. quod prædicta renuntiatio præiudicat renuntianti. Cuius opinionem sequitur Cardin. in c. fin. de solutio. numer. 9. in fin. quæ opinio Azonis, quam glos. ibi refert, approbatur hodie de iure Regio per text. in l. 9. in fin. titu. 1. par. v. & ita per illam l. sic practicari tenet Rode. Xuarez in l. post rem iudicatam. nume. 26. ff. de re iudicata.

Quintò amplia etiamsi confiteatur maiorem summã pecuniæ recepisse quàm receperit, nam in parte non recepta exceptio ista competeret per text. in l. minorem. & ibi gloss. 2. quæ hoc declarat, & Salice. notabiliter. C. de non numerata pecunia.

Amplia sextò non solùm in pecunia strictè accepta, vt est in nummis, verùm etiam in omni re quã quis confitetur recepisse, & non recepit, pecuniæ enim verbum largissimè accipitur per tex. in l. fin. C. de constitu. pecu. & in l. pecuniæ. ff. de verborum signi. & in cap. totum. 1. q. 3. & hoc expressè tenet Azo in summa. C. de non numerata pecunia. in princip. Alberic. & alij in l. generaliter. in princip. eod. titu. per tex. in l. in contractibus. in princ. in §. sed quoniam C. de non numera. pecun. vbi de deposito loquitur tex. Bart. & alij in l. talis scriptura. ff. de leg. 1.

Amplia vij. habere locum etiam stante l. 4. titu. 8. libro tertio. Ord. quæ prohibet quòd contra instrumentum publicum non possit opponi exceptio nisi solutionis & simulationis, & aliæ de quibus ibi, nam adhuc probè poterit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quia illa confessio facta in instrumento dicitur esse quædam simulatio. ita tenet Bartol. in l. 3. numer. 2. C. de postulan. & ibi Bald. & alij docto. idem Bal. in l. pecuniæ. C. de solut. Ias. in l. qui pecuniam. num. 2. vers. 4. amplia. ff. si certum petatur.

Octauò amplia etiamsi is qui confiteretur dedisset fideiussorem. vt est text. in l. tam mandatori. C. de nõ numer. pec. & ibi doct. quia quando reus est tutus ratione obligationis natæ vel non natæ inefficaciter, tum eodẽ modo est tutus fideiussor sicut principalis. vt in l. si testamento. in §. fi. & in l. si quis pro eo. in §. si munus. ff. de fideiussor.

Nonò amplia habere locum in marito qui confessus fuerit recepisse dotem ab vxore, vel à socero, seu ab alio spe futuræ numerationis, vt possit exceptionem non numeratæ dotis opponere. l. 1. & per totum. C. de dote cauta non numer. & in dicta l. ix. titul. v. par. v. Chassanæ. vbi hoc not. ponit in consuetu.

suet. Burgund. in titu. des droits. Rubric. 4. §. 7. nu. 1. Ludouic. Gozadi. notab. in consi. xlij. numer. 1.

Amplia x. procedere in hærede qui intra biennium poterit hanc excep. opponere, vt in l. si intra, & ibi latè doct. C. de non numer. pecun. & idem in omnibus illis quorum interest quocunque modo, siue conueniantur vt possessores bonorum, siue ipsi contra alios possidentes actionem moueant, vt in l. sicut. C. de non nume. pecu. Ange. in §. idem iuris. nu. 8. Instit. de excep. Debet tamen ex persona rei opponere, non ex persona propria, quia debitori, & non opponenti debebat pecunia numerari, secundum Ange. vbi suprà.

Amplia xj. etiam si schedula facta fuerit per verba præsentis tẽporis, vt promitto restituere xx. aureos ad annum quos recipio, ita probat glos. in l. si ex cautione. in glo. 1. C. de non nume. pecu. Azo & Docto. in princip. Institu. de literarum obligat. quam opinionem vidisse seruari testatur Alberic. in dict. l. si ex cautione. numer. 1.

Amplia 12. habere locum in casu l. sub specie. C. de postu. vt si promisi alicui dare centum ex aliqua causa quam non adimpleuit, potero excipere vel expedire ad cancellandum etiam si in instrumento confessus fui me recepisse ex causa mutui.

Vltra limitationes positas in prædicta regula cxxj. limita primò quando in instrumento inuentarij hoc quis confiteretur: quia tunc non posset excipere nõ esse numeratum quod aliquis inuentario conscribi passus est. vt in l. fin. C. arbi. tute. Nec poterit postea contra scriptum in inuentario probare contrarium. secundum Afflict. decisione cccxxiiij. numero 14. cum aliis.

Limita secundò non habere locum post biennium, vt l. in contractibus. C. de non numerata pecun. & in princip. Institu. de literarum oblig. De quo dicam infrà in sequenti regula.

Limita tertiò in tutore qui confitetur se habuisse, & recepisse pecuniam pupilli, nam tunc ante bienniũ non potest huiusmodi exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, vt est glos. in l. singularia. ff. si certum petatur. in glos. 1. & ibi Ias. & Docto. Ludouic. Roma. in l. sub specie. num. 8. ff. de postulan. Quod intelligo quando tutor caperet pecuniam palàm & bona fide. vt in l. non existimo. ff. de administratio. tutorum. alioquin incideret in pœnam, vt ibi dicit glo. & in l. actione. & in l. si tutor. ff. de tutelis & rationibus distrahendis.

Quartò fallit quando quis promisit dare causa transactionis pecuniam non debitam, tunc non iuuatur hac exceptione, quia subest causa, vtpote quia à lite disceditur, vt in l. si transactionis. C. de nõ numerata pecunia.

Quintò limita non habere locum in deposito, vt in l. in contractibus. in §. sed quoniam. versi. itaque sancimus. C. de non numerata pecunia.

Sextò fallit in administratoribus vectigalium, quos vulgò receptores appellant, vt in l. securitatibus. C. de apochis publi. lib. x. & ibi doctor.

Septimò limita quandocunque mulier confessa fuit se recepisse pecuniam vt pro mutuo intercederet, & hoc quando illa confessio est facta in istrnumento publico, tribus testib. subsignato. l. antiquæ. versic. sed siquidem. C. ad Velleian.

Octauò limita, non habere locum in quæstionibus ærarij publici, quos thesaurarios vulgus vocat, quoniã si tales confiteantar se tributa regia recepisse, non habent receptionem non numeratæ pecuniæ, nec pariter in pretio rerum fisci venditarum, vt l. omnes. in §. fin. C. de quadr. præs. glo. in l. in contractibus. in §. sed quoniam. in verb. penitus. C. de non nume. pecun.

Nonò limita non habere locum in campsoribus & mercatoribus propter publicam fidem: vt est gloss. nota. in Authen. de fideiussoribus. in §. agnoscant. in verb. argentariorum, & ita per illam tenet expressè Ias. vbi dicit, quod ita à præceptoribus suis audiuit. in l. qui pecuniam. numer. 6. ff. si cert. petat.

Quam limitationem intelligo veram, quandocunque iste campsor vult opponere prædictam exceptionem ex persona sua, quia tunc non potest: secus si vellet opponere exceptionem pro eo pro quo intercesserit: quia tunc bene poterit. ita illam glo. intelligit Bald. in l. frustra. C. de non numer. pecun. & Ias. in d. num. 6. Idem Ias. in l. singularia. numer. 39. ff. eo titu. & in l. cùm quis. nu. 18. C. de iur. & fac. igno. & in l. prætor ait. numer. 3. ff. de edendo, & in repetit. l. si constante. nume. 204. ff. solut. matrim. Hippo. de Marsi. in repet. Rubric. de fideius. num. 8. Gulielm. Main. in l. in omnibus. nu. 12. ff. de reg. iur. vbi etiam per gl. limitant beneficium. Auth. presente. C. de fideiu. vt non procedat in campsorib. & mercatorib.

Decimò fallit quandocunque talis confessio facta esset in iudicio, quia si quis in iudicio confiteatur se recepisse mutuo, non haberet prædictam exceptionem, vt est glo. iuncto tex. in l. vnica. in glos. 2. C. de confessis, & ibi per illam gloss. expressè tenet hoc Sali. in 3. oppositione. Circa quam limitationem vide Iaso. in dicta l. qui pecuniam. numer. 7. ff. si certũ petatur. P. Duen. reg. 260.

¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ non competit post biennium. Hanc regulam probat tex. in l. in cõtractibus. in princip. de non numer. pecun. & in §. 1. Instit. de literarum oblig. De iure regio probatur in l. 9. titu. 1. parte quinta, & circa hanc regulam vide Henric. Bothæum in tract. de synodo episcopi. conclusione nona. numer. 93.

Hanc regulam amplia tribus modis, & limita sex modis, vt per Felin. in cap. si cautio. à numero 57. vsque ad numer. 67. de fide instrument.

Amplia primò procedere quòd etiam si debitor vellet post biennium assumere in se onus probandi pecuniã non fuisse numeratam, non auditur. ita concludit Io. de Imo. in cap. si cautio. nume. 24. de fide instrum. & in cap. fin. de solut. Hanc ampliationem ponit Felin. in d. cap. si cautio. numero 60. pro qua opinione est text. in d. l. in contractibus. in verb. nullo modo. & in l. si intra. in verb. omni modo, & in l. asseueratio. in ver. penitus euanescat. eo. titul. & ita ãte eum tenet Bal. in l. sub specie. C. de postu. idem Sali. in l. si nõ singuli. C. si cer. pe. & in tantũ est hoc verũ quod dicit ibi tex. in d. l. in contractib. in §. de illo. quòd creditor post biennium non tenetur respondere positionib. debitoris, & sic videtur sublata omnis facultas probandi, per quem text. ita tenet Feli. in d. c. si cautio. nu. 61. nec etiam iusiurandũ deferre licet: quia cũ ipse creditor habet fundatam intentionẽ suã, licitè potest iuramentũ recusare, vt est tex. in ca. 2. de probat. & ita notabiliter tenet Rod. Xuarez in l. post rẽ iudicatã. in §. sed pulchrũ dubiũ est. n. 2. ff. de re iud. Ias. in l. 3. in §. 1. n. 8. ff. de iureiu.

Limita primò nõ habere locum in clericis, & in aliis ecclesiasticis personis, quia perpetuò possunt huiusmodi exceptionem opponere, ita expresse tenet Host

Host.in capitu.si cautio.de fide instrumen.& in capitu.fin.de solut.Anton.de But.& Ioan.de Imol. in d.capitu.si cautio. quos sequitur Bald. in Auth. hoc ius porrectum.C.de sacrosanct.ecclesi.& in l.fin.in §.fin.ff.si certum petat.Ange.de Peru.in consil. ccxliiij.Ludo.Rom.in Auth.similiter.nume.44.C.ad l.Falci.& in l.sub specie.numero 8.C. de postulan. Contrariam tamen opin.tenet Anto. de Butr. Cardin.Abba.& Ioan.de Imol.in d.capitu.si cautio. de fide instrum. imò quòd suprà dicta regula habeat locum etiam in clericis,qui etiam post biennium, suprà dictam exceptionem opponere non possint. Pro qua opinione est tex.in dicta l.in cōtractibus. quia ibi tex.non inducit præsumptionem biennalem in odium debitoris: imò includit priuilegium in fauorem ipsius,cùm enim aliàs non audiatur contra propriam,confessionem,vt in d.capitu. si cautio, & in cap.per tuas. de proba.& sic lex illa in contractibus,induxit vt debitor intra biennium possit inducere prædictam exceptionem,ita quòd onus probandi pecuniam fuisse numeratam incumbat creditori. si ergo ecclesia vult vti beneficio illius leg. oportet quòd vtatur cum præfinitione temporis ibi præfixi,& hanc opinion. tenet Fel. tanquam veriorem in dicto capitu.si cautio.numer.57. eandem opinionem tenet Gulielm.Main.in l.cuius per errorem.numero 48. ff. de reg. iur. ex quibus apparet quòd multò minus clerico in patrimonialibus competeret prædicta exceptio post biennium, ita tenet Specu.in titu. de restitu. in integrum. in §. quis autem.versicu.sed nunquid.vbi refert quòd Clemens Papa quartus pronuntiauit contra Treuerensem electum,quod post biennium nō posset cōtra quosdam mercatores opponere hanc exceptionem, & illos mercatores non debere cogi ad respondendū positionibus electi causam illam tangentibus. De qua sententia Clementis meminit Archidiacon.in cap.si quis episcoporum.3.q.6.quos sequuntur Abba.& Anton.de Butr.in d.cap.si cautio.& in d. cap. fin.de solut. Bald.in l. cùm quis. C. de iuris & facti igno. & vbi Ias.nu. 17. idem Ias. in l.qui pecuniam. numero 8.ff.si certum petat. & si dicant quòd sententia illa Clem. non possit procedere in alio casu, quàm in campsoribus & mercatoribus:cùm in Curia eorum non competat exceptio non numeratæ pecuniæ propter publicam fidem,vt est glo. in Authent.de fideiussoribus. in §.agnoscant. in verb. argentariorum. collat.1.Respondeo ad illam gl.prout suprà declaraui in regu.160.in nona limitatione.

¶Limita secundò non procedere de iure Canonico, nā de æquitate canonica exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi post biennium.ita tenet Din. in regu.locupletari. de reg.iur.libro 6.quem sequitur Ludo.Roma.in l.si diuortio.ff.de verbor. oblig. numer. 6.versicu.aut sumus extra tempora.Ang.de Perus.in consi.clvj.incipienti,Domina Angelina:& istam dicit communem opinionem Ioan. de Imol. in capitulo fina. numero trigesimo secundò, de solut.Salicetus in dicta lege,in contractibus. in principio.eandem opinionem dicit esse communē Felin.in dicto capitu.si cautio.numer.61.de fide instr. Hippol. de Marsil. in singul. ccccclxiij. eandem opinionem tenet Ludouic. Roman.in consilio xliiij. numero 2.Oldendorp.in tract.de iure singulari. capitul.de priuilegiis piarum causarum. priuileg. 18. numero 14.eandem tenet Decius in reg. iur. 1. naturæ.num.4.& ibi Additionator.ff.de reg.iur. Sed licet supradicti Docto. dicant prædictam esse communem opinionem : contraria tamen sententia Cōmunior & magis vera mihi videtur: imò quod non solùm de iure ciuili, verùm etiam de iure Canonico post biennium nō competat illa exceptio. ita concludit Specu.in titul.de restitu.in integ. §. 1. num.25.Archidiaconus in canon. si quis episcopū. 3.q.6.Bald.in l.cùm quis.numero 22.C.de iur.& facti igno.& ibi Iason numer.18.idem Ias.in l.qui pecuniam.numer.7. ff.si cert. peta. Quam opinionem Iaso.sequitur Hippoly. de Marsil.sibi contrarius, in singu.cclxxij.in finalibus verbis.versicul. an autem. Ludoui.Bologninus in l.1.in secundis interpretationibus. C.de conditione ob turpem caus. Sanctus Anton.Archiepisc. Flor.in Summa. in titul.de regu. iur.in dicta regula,locupletari. Pro quo facit quia quandocunque aliquid est clarè decisum de iure ciuili,nec reperitur immutatum de iure Canonico,statur iuri ciuili,etiam in foro Canonico, vt in capi.1.& 2.de noui oper.nun.gloss.in capi.per venerabilem.qui filij sint legi.& in capitu.licet ex suspecto.de foro compet.& ita concludit Abb. in capit. fin. num.16.& ibi Anton.de Butr.numer.6.de solutionibus. P.Duen.reg.261.

¶Exceptio non numeratæ pecuniæ dotis opponi non potest per eum, qui ex interuallo temporis bis confessus est se recepisse pecuniam, vel dotem, nisi velit in se assumere onus probandi.Abb. Feli.& omnes.c.si cautio.de fide instrum.Ioann.Andræ.in addi.ad Specu.in titu.de dona.inter virum & vxor. Bald.l.cùm fidem.C.de non nume.pecu. Euer.in loco à vi gemin.numer.3. Med.reg.2.

¶Exceptio non numeratæ pecuniæ, potest obiici intra biennium.Tex.in l.in contractibus. C.de non numerata pecunia.

Fallit septem modis,vt per Fel. in cap.si cautio.nu.51. de fide instrumentorum. B.Dias reg.249.

¶Exceptio nulla est, vbi nulla reperitur actio, quia ipsa est actionis exclusio. l.si instituta.l. pater filium.l.si quis.ff.de inoffic.test.l. Gallus.§.in omnibus.l.inter cæteras.de liber.& post. l.2.§. si mater. ff.ad Treb.l.si post.§.si liberi.ff.de bon.pos.sec.tab. dixi ego in meo tract.de defin.par.2.defin.36.num. 1.simile dicimus exceptionem esse debere de reg. dixi suprà in procem.numer.31. Med.reg.10.

¶Exceptio nullitatis, quæ potest incōtinēti probari, etiam per probationes extrinsecas, impedit executionem sententiæ. Doctrina est Barto. quem sequuntur ibi omnes in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.cuius rationem ponit ibi Ias.

Limita hanc conclusionem tribus notandis modis, vt per Ias.vbi suprà.vbi Zasi. B. Dias reg. 254.

¶Exceptio nullitatis, quæ requirit altiorem indaginem,non impedit executionem sententiæ.Bar. in d.§.cōdemnatū. facit c.sciscitata. de integr. rest.

Limita hanc conclusionem tripliciter,vt per Iason.ibi cui Zasi.addit tres,vide per eum. B.Dias.reg.255.

¶Exceptio nullitatis contra tres sententias conformes latas opponi non potest, vt in clem. vt calumniis. de senten.& re iudic.

Primò fallit,quando illa nullitas excusaretur ex defectu iurisdictionis,vt not.Bal.in l.1.C.qui pro sua iuris.qui se fundat per gl.in clem.1.de sec. pos. & fruc.

Secundò fallit si de illa nullitate cōstaret ex actis productis coram iudice,nam tunc haberet locum dict. clem.& ita consuluit Oldr.in consilio suo cvj. & ad hoc facit gl.sing.in l.1.§.penu.de tabulis exhibēdis.

Tertiò

Tertiò fallit quando nullitas deriuat ex dispositione iuris naturalis, vt consuluit Oldr. consi. 112. & consi. 150. vbi omnino vide. B. Socin. reg. 162.

¶ Exceptio nullitatis regulariter sententiæ * executionem non impedit. Innocen. in cap. cùm in iure. de offi. deleg. quem sequi videtur Ioan. Andræ. in Spec. in §. fin. titu. de execu. senten. ver. 16. & Barto. distinguemus. in l. 4. §. condemnatum. de re iudic.

Additio.

* Sententiæ. Vide Lanfr. in capitul. quoniam contra de probation. in versicu. exceptiones. in versicu. sed est aduertendum.

Primò fallit si incontinenti probari potest, quia tunc talis exceptio nullitatis executionem impedit, vt per Barto. in d. §. condemnatum, & hæc doctrina fuit Guid. de Suza in l. 1. C. de iur. & facti ignor. hoc etiam videtur tenere Ioann. Andr. in addit. Specul. in titu. de execu. senten. §. fin. & Specu. in titu. de lite contest. in §. quando. versicu. quid de causa nullitatis. & de libelli concep. §. nunc videndum. versic. 23. idem sequitur Bar. in l. si feriatis. ff. de feriis. idẽ voluit in l. 1. C. ne lice. ter. prouoc. in vna eadémque causa & adde no. in capitu. 1. de ordin. cognitio. & Raph. in d. §. condemnatum.

Secundò fallit si sententia esset irretractabilis, quia tũc potest opponi exceptio nullitatis, vt dicit Ange. in dicto §. condemnatum, & Bal. in d. l. 1. C. de in integrum restitu. postul. & Bald. in l. 3. §. si seruus. de acquir. hæred. Sed vide ad hoc Paulum de Leaza & Pet. de Anch. in cle. 1. de iure iudic. pro quo facit dictum Innocen. in ca. pastoralis, de re iudicata. Tertiò fallit, si aliter iudex incompetens esset, vt est gl. de sequest. poss. in clem 1. & fin. & Bald. in l. 1. C. si à non compet. iud. vbi dicit quòd incompetentia iudicis quinque modis consideratur, vt per glos. in clem. prima. de re iudicata, quia tunc sententia de nullitate redargui potest. per Bart. loco allegato. in versicu. deinde nota.

Quartò fallit si arguitur nullitas ex falsis probationibus adductis contra absentem ex iusta & probabili causa, vt l. si prætor. §. Marcellus. de iudic. & sequitur Bald. in l. 1. C. si ex falsis instru. de quo etiam in l. diuus. de re iud. ff. & sequitur Cyn. in l. 1. C. de fal. facit l. in fraudem. de iure fisci. & sequitur Ange. in d. §. Marcellus. & in d. §. condemnatum.

Quintò fallit si sententia est lata contra contumacem verè vel fictè secundum intellectum Bald. in dic. l. si prætor. §. Marcellus. de iudiciis.

Sextò fallit, si sententia est nulla propter omissam formam legis vel statuti secundum Gulielm. de Cu. & ad hoc vide Spec. in titu. de execu. sentent. §. fi. vers. xvj. & videtur sequi. quæst. 15. & vide Io. And. in addit. Specu. in d. versicu. 16. & Bald. in l. 1. C. ne liceat in vna eadémque causa, &c.

Septimò fallit propter defectum personæ, vt quia dicitur quòd procurator non habet vniuersale mandatum. l. licet. C. de procurat. l. 3. §. fin. ff. rem ratam haberi, & hoc sequitur Barto. in d. §. condemnatum. & in l. 3. §. fi. eod. tit. idem sequitur Ange. in d. §. condemnatum. limitando tamen hoc.

Octauò fallit si instrumentum dicitur nullum ex defectu iurium, de quibus iuribus non est cogitatum. Bald. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos.

Nonò fallit si talis exceptio esset euidens & notoria, vt est casus secundum vnum intellectum & secundum Bald. in l. fin. C. si ex fal. instrumentis.

Decimò fallit quando sententia est nulla ratione processus. l. acta. in fin. & l. pupilli. ff. de re iudi.

Vndecimò fallit quando esset sententia nulla propter inhabilitatem causatam à iudice. l. quidam consulebant. ff. de re iudicata.

Duodecimò fallit, si omissa esset citatio, vel litis contest. vt per Barto. in dic. §. condemnatum. probatur hoc in l. si prætor. §. Marcellus. à contrario sensu de iudic. de hac materia, scilicet exceptionis nullitatis vide plenè per Barto. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Poteris tamen prædictas fallentias pluribus modis sublimitare, de quibus infrà.

Primò quando concederetur nullitas per viam principalis petitionis, secus si per exceptionem, vt suprà, nam non impeditur executio secundum Inn. in cap. cùm in iure peritus. de offic. deleg. & in Specu. de libel. ob. §. nunc dicendum. vers. peto, & probatur in l. fin. C. de ord. cogni. & secundum Dom. de Rota, conclusione clxxxj. & Bal. in authentica, quæ supplicatio. C. de precibus Imperatori offerendis.

Secundò vbi nullitas concederetur per viam exceptionis requirentis altiorem indaginem: de hoc Bartol. & Gulielm. de Cu. in l. suum. C. de iur. & facti ignoran. & per Io. Andr. loco allegato.

Tertiò quando sententia nulla esset in secundo iudicio confirmata. per capit. 1. & 2. de confirmatione vtili vel inutili. nota. Ang. in d. §. condemnatum.

Quartò quãdo latæ essent tres sententiæ conformes. vt in clem. prima, de re iudicata.

Quintò quando apparet, vel præsumitur de calumnia, l. fin. C. de ord. cognit. & de hoc vide per Innocent. in capitu. 2. de confirmatione vtili vel inutili.

Sextò quando nullitas deducitur causa differendæ solutionis. l. 3. C. de fal.

Septimò quando esset nulla ex defectu iurisdictionis confirmatæ, quia tunc non poterit exceptio nullitatis opposita impedire executionem ipsius sententiæ, secundum Imo. de eo, qui or. susce. capi. innotuit, & in capitu. si quis litigiosè. de confir. vtili vel inutili, licet videatur gloss. contraria. in cle. 1. de sequest. pos. & fruct. de quorum intellectu vide Ang. in §. do. de Rota. concl. ccxxxiij. & ccxlvij. B. Socin. reg. 163.

¶ Exceptio omnis peremptoria quæ non venit ad impugnandam sententiam, sed ad moderandum, seu limitandum executionem, potest opponi post sententiam. tex. in l. Nesennius. ff. de re iudi. & l. si fideiussor. ff. de fideiussoribus. §. idem respondit. & l. ex diuerso. §. fin. ff. solut. matrimon. per quæ iura firmat hanc regulam Bar. in l. 1. C. de iu. & facti ignor. quem ibi commendat Ias. versic. successiuè nota. ex qua regula infert ibi Iaso. quinque conclusiones, quas vide.

Limita primò nisi iudex statuisset terminum reo ad opponendas exceptiones peremptorias, dilatorias vel anomalas, quia tunc post sententiam prædictæ exceptiones, de quibus loquitur regula, opponi nõ possent. ita tenet Bald. l. ab executione. C. quorum appellatio non recip. sequitur Alex. d. l. ex diuerso. §. si in iudicio, vbi dicit singulare illud dictum Bal. de except.

Secundò limita, nisi talis exceptio esset ante sententiam opposita, & per iudicem reprobata, quia ex quo iudex semel reprobauit, diceretur postea opponi contra sententiam. ita limitat Barto. d. l. ex diuerso. §. fina. & ibi Alexand. per glos. notabilem. d. l. Nesennius. §. fi. gl. fi. & ita tenet Iaso. licet Alexan. non referat. B. Dias reg. 250.

¶ Exceptio

¶ Exceptio omnis quæcunque sit opponi potest paulo post litem contestatam. Innoc.& Arch.capit. pia de except.6.Anton.c.cum dilectus. col.3.de ordin.cog.Rom.l.si mulier.ff.sol.matr.Felin.cap.exceptionem.de exceptio. quia quæ in continenti fiunt censentur inesse,& de modico tempore nõ curatur. l.lecta.vbi Doc.com.ff.si cer.pet. Med.re.5.

¶ Exceptio peremptoria si opponitur contra executorem post sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam nulla est, quia contra formam iuris esset, no. l.2.C.sent.resci.non posse.l.post rem.ff.de re iudic. c.cum olim. il 2.de priuileg.l.si maritus. §.præscriptiones.ff.de adulter.l.minor.ff.de minor.Paris.c.exceptionem.nume. 33.de exceptionibus.Nicon. cap. quoniam contra.numer.102. de probat. Socin. Iun. cons.45.numer.8 volum.1.Zanettinus in tract.diffe. iuris Canonic.& ciuil. differ.185.num. 261.Odofr. tract.iud.numer. 52. item dilatoria exceptione post litem contestatam opponi non potest,cap.inter. de sent.& re iud.l.fin.C.de except.l. ita. C.de procura. Ruin.cons.71.num.3.volum.5. Paris. c. exceptionẽ. num.4.de excep.Felin.c.insinuante.num.1.de legat. Felin. c.exceptionem.nu.11.de except.Alex.leg.ita. num.6.C.de procura. Rom.leg.si mulier.num.21.ff. sol.mat. Med.reg.7.

¶ Exceptio peremptoria ante lit. contest.ad impediendum nec proponi,nec probari potest.l.præscriptionem.de excep.& l.peremptorias. C.sent.rescindi non poss.c.1.de lit.contest.in 6.

Primò fallit in exceptione lit.finitæ.vt not. in d. capit. primo.de litis contest.vbi pleniùs de hoc.

Secundò fallit,si talis exceptio dilatoria sit notoria, * quia tunc potest:vt no.in d.c.j.per Io. And. & Arch. in c. 2.extrà de filiis presbyterorum. B.Soc.re.168.

Additio.

* Notoria.Adde Lud.Rom.in consilio cccclxvj. Bened.Vad.

Tertiò fallit * quando excipiens se offerret incontinenti probaturum:vt not.Ioan.And.in addit.Specu. in tit.de dila.in §.dicto.versicu.sed an reus. & extrà, de rescript.capit.super literis.vbi pleniùs de his, de quibus etiam vide glos.Instit.de except. §. appellatur. B.Soc.

Additio.

* Tertiò fallit.Adde Franc. Aretinum in consilio 73. Bened.Vad.

Quartò fallit in casibus de quibus per doc.in c.1.extrà, de ord.cogn. B.Soc.re.168.

¶ Exceptio peremptoria nõ potest opponi cõtra executorẽ post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam.Hanc regulam probat tex.in l.2.C. sententiam rescindi non poss.&in l.post rem iudicatam.ff. de re iudic.in c.cũ olim.el 2.de priuileg. in l.si maritus.in §.præscriptiones.ff.de adulte.& in ca. suscitata. de restit.in integ.& in l.minor vigintiquinque annis,si omissa allegatione.ff.de mino. De iure Regio probatur in l.iiij.titu.viij.libro iij.ordin. Circa quam regulam vide Paris.in c. exceptionem. nu. 33. de exceptionibus.Franc.Niconiciũ in repe. c. quoniam contra.in 3.notabili,num.102.& in glo.in verbo,dilationes.de proba.num.183.Maria.Soc. Iunior in cons. xlv.nu.8.& 17.volu.1. Hiero. Zaneticum in tract.differentiarum iuris Canonici & Ciuilis: differentia clxxxv.num.262.Odofr.in tract.iudiciorum: nu.52.Io.Bernar.in reg.ccl.Melchiorem Kling.in c. intelligimus.nu.1.cum aliis.de ord.cog. Lanfr.Balbum in decis.13.

Hanc regulam limita nouem modis,vt per Spec. in ti. de except.in §.d.nu.13. P.Duen.re.262.

¶ Exceptio ex pacto nudo de iure ciuili oritur.Hãc regulam probat tex.in l.iurisgentium.in §.sed cùm nulla.versicu.igitur nulla.ff.de pact.& in l.1. in §.id quod natura.ff.ad l.Falcidiam , & ita tenet Bald. in cons.98.incipienti,mulier maritum duxit,ad finem. vol.2.Soc.in l.in princ.ff.solut.matrimo.Quæ exceptio non dicitur præcisè cogere,sed causatiuè:vt est glos.in l.2.in verbo,suspectum. ff.solut.matrimo.& ibi Claudius de Seysello.num.35.& pro hac regula facit: quia multa possunt haberi per retentionẽ quę non possunt obtineri per actionem. gloss.est notab. in l si cum filio.in princ.& ibi text.ff.de compensat. Paul.de Leazar.in c.finem litibus.versi circa finem. de dolo,& contuma.& licet soleat dici,quòd cui damus actionem,multò fortiùs exceptionem : vt in l. vendicantem.cum l.sequenti. ff.de euictio.non tamen idem dici potest è contrario , quòd cui damus exceptionem,multò fortius actionem: quia dicta regula non procedit in casu contrario , vt in l.si in area.in §.finali. de condi.indebi.& in l.sicut,in §.1. ff. quibus modis pig.vel hypot.sol. iuncta l.si hæres pecuniam.ff.ad Trebel.& ita expressè tenet Io.Crot.in repet.l.si constante.ff.solut.matrim.Pro hoc autem est gl.in l.1.§.eum qui.in verb.non animo.ff. de constit.pecunia.

Amplia primò, vt non solùm pactum nudum expressum producat exceptionem , sed etiam tacitum , in l. 2.C. de pact.& ita tenet Corne.in cons.xxxiij.nu. 26 volum.2.

Amplia secundò,vt procedat etiam si sit pactum de vsuris soluendis, vt in l.per retentionem.C.de vsuris. & in l. 2.& ibi Odofred.& Ioan.de Platea.C.de fiscalibus vsuris.lib.x.

Amplia tertiò, vt procedat quantumcunque illud pactum sit nudissimum,ita tenet Angel.in l.si cùm te. ff.de pactis.quem sequitur ibi Iaco. de sancto Georgio nu.5.

Quartò amplia,etiam si pactum fieret ad finem agendi, in casu posito per Ioan. Baptistam de Caccialu. in tract.de pactis.in 6.q.numer. 39. versiculo septimò scias.

Quintò amplia , vt non solùm tale pactum pariat exceptionem principali paciscenti , sed etiam singulari successori : quia ius excipiendi transit in singularem successorem,vt notat Barto.in l.si tertius. in §.si quis priùs.nu.6.& 7. ff. de aqua pluu. arcen.tex.in l. in hoc iudicio.in prin.ff.commu.diuidun. Socin. in cons.121.nu.16.vol.1.

Amplia sextò,vt procedat quòd etiam ille qui detinet rẽ sibi naturaliter debitam,sit tutus in foro conscientiæ,ita tenet Abb.& ante eum Anto. de Butr.in c.1. num.19.de in integrum resti.Ripa in c.1.nu.89. ver. tertius casus. de iudi.facit quod s.dixi in reg.88.in 5. limitatione.

Limita primo , vt non procedat in casu quem ponit Philip.Dec.num.13 post gl.ibi,in l.in bonæ fidei.C. de pactis.vbi dicit, ꝙ pactum factum ex interuallo ad agendum , si non producit actionem non valet etiam ad excipiendum. quam opinionem tenet Ange.in consi.lxxvij.num. 2.in fin.versicu.secundò, quia dicta petitio. Sed veritas est in contrarium secundum Alexand.per Salicetum in dicta l. in bonæ fidei.per textum alleg in dicta gloss.scilicet text. in lege, pacta conuenta . ff. de contrahenda emptio. versicu.sed conclusio quidem. quem textum ibi ex-

presſè ad hoc notat Fulgoſ. Et quod veritas in contrarium ſit, tenet Decius in d. l. bonæ fidei. num.13. Eandem opinionem tenet ibi Iaſon: Socinus in tertio notabili, Riminaldus, & Lancelotus, Decius & Iacob. de Sancto Georgio numero 23. vbi hoc notabiliter declarat. Eandem opinionem, vbi etiam declarat dictum Ange. in d. conſ. tenet ibi Franciſc. Purpur. nu.21. Eandem etiam opinionem reprobando ſuprà d. gloſ. in d. l. in bonæ fidei. tenet Iaſon in l. traditionib. nu.2. ff. de pactis.

Limita ſecundò, vt non procedat hæc regula in caſu l. iuris gẽtium. in §. ſi vt maleficium. ff. de pact. vbi gl. vnica ibi hoc expreſſè notat.

Limita tertiò, vt non procedat in pacto nudo compromiſſi, ex quo ſecundum communem opinionem Legiſtarum non oritur actio nec exceptio: vt not. Panor. in c. per tuas. nu.8. de arbitris.

Quartò limita, vt non procedat in caſu l. iuris gentium. in §. ſi ante aditam. ff. de pact. vbi Iacobi. de ſancto Georg. in 1. lectura, num.2. & in 2. lectura. nu.1. dicit eſſe caſum, in quo pactum non producit exceptionẽ pacti, ſed bene producit exceptionem doli.

Quintò fallit, quando res eſſet habita cum vitio: quia tunc recipienti obſtaret replicatio doli: cùm exceptio ſit fundata ſuper æquitate, contraria æquitate eliditur. arg. tex. in l. qui æquitate. ff. de doli except. & quæ ſit ratio quare exceptio ſit fundata ſuper æquitate, ponit Lancelotus Galiaula in Rubric. ff. de verb. oblig. concl.18.

Limita ſextò, vt non procedat in contractu innominato: nam licet contractus innominatus dicatur pactũ nudum, tamen non producit exceptionem, ita tenet Soc. in Rub. ff. de verb. oblig. nu.10.

Limita ſeptimò in caſu quem ponit Ang. Are. in §. alteri, num.7. verſi. ſed mihi inſurgit dubium. Inſtitut. de inutili ſtipulat. ſcilicet id, quod dicitur naturalẽ obligationem valere ad retentionem, intelligi quando debeat ſibi ſolui: vt in l. quod in diem. in §.1. ff. de compenſationib. P. Duen. re.265.

¶ Exceptio taciti pacti de non petendo inducitur ex receptione partis debiti, facta ab vno ex plurib. in ſolidum obligatis. Hanc regulam probat tex. in l. ſi creditores. C. de pact. Rationem huius regulæ dubitandi & decidendi ponit gl. in d. l. ſi creditores. & ibi Bal. & Salyc.

Hanc regulam ampliat tribus modis, & limitat decem modis Franciſ. Purpura in d. l. ſi creditores. à num. 1. vſque ad num. fi. & ſeptem ampliatio. & quinque limitat. ad ſupradictam regulam, vbi eam declarat & ponit etiam eius rationem, tradit Petrus Stella Aurelianenſis in diſputatione quam fecit ſuper text. in d. l. ſi creditores. ſcilicet, an & quando creditor ab vno ex correis partem eius recipiens, an videatur tacitè debitum diuiſiſſe, in 1. concluſione, quam ibi facit per totam, P. Duen. re.266.

¶ Exceptio, & venditio vbi mentio pretij fit, ibi ſemper præſumitur. gloſ. eſt in l. fin. C. de præd. decur. lib. x. & in l. illicitas. ff. de officio præſi. & l. apud Celſum. §. fi. ff. de dol. excep. l. ſi inter virum. ff. de iure dot. & l. ſi cum dotem. eod. ti.

Primò fallit, vbicunque hoc non ageretur in contractu vbi agitur vt dominium transferatur: quia tunc æſtimatio non facit emptionem, ſed operatur vt periculum rei tranſeat in recipientem. de quo per Gul. in l. ſi vt certo loco. §.1. ff. de pact. & elegantiſſimè vltra alios per Bar. in l. ſi paſcenda. C. de pact. & in l. ſi cum dotem. & in l. quoties. & in l. ſi inter. ff. de iure dotium. Socin. reg.161.

¶ Exceptio regulariter non interrumpit præſcriptionem, ſecũdum gl. in c.2. de ord. cog. vbi per do. Abb. & Bal. in marga. in verb. præſcr. verſ.1.

Fallit in exceptione compenſationis, quia illa bene interrumpit, ſecundum Bald. in l. cum notiſſimi. §. omnino. de præſcrip. xxx. an. Bar. in l. omnes actiones. ff. de reg. iur. S. Ian. re.88.

¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ regulariter opponi poteſt intra biennium quantumcunque quis confeſſus ſit recepiſſe ſe mutuo pecuniam. C. de nõ num. pec. per totum.

Amplia, etiam ſi interueniſſet iuramentum in ipſa cõfeſſione: quia præcedente abſolutione, bene poteſt excipi, ſecundum Bald. in l. final. C. de non nume. pecunia.

Amplia, etiam ſi confeſſio mutui fieret in iudicio apud acta: quia adhuc ipſi debitori ſubuenitur beneficio talis excep. ſecundum Bal. inſtit. de liter. obligat.

Amplia, etiam ſi campſor, qui promiſit ſoluere pro cõfitente debitum, vellet opponere talem exceptionẽ. Salic. in l. fruſtra. C. de non. nu. pec.

Fallit, ſi quis confiteretur ſe habuiſſe ſpe futuræ numerationis. Barto. l. ſi ex cautione. C. de non nume. pecunia.

Fallit, quando per publicum inſtrumentum non autem per propriam ſcripturã pars, vel ipſe notarius teſtificaret, ibid.

Fallit in confeſſione mutui facta in vltima voluntate. Bald. in l.1. C. de falſ. cauſ. adiec. leg.

Fallit quando confeſſio eſſet geminata. Abb. in cap. ſi cautio. de fid. inſtr.

Fallit quando ex interuallo debiti confeſſati debitor ſoluat partem debiti confeſſati: quia videtur agnoſcere fidem cautionis & non auditur, opponens dictam exceptionem, vt probat text. in l. cùm fidem. C. de non numer. pecunia, niſi debitor fuiſſet antequam ſoluiſſet proteſtatus de exceptione non numeratæ pecuniæ opponenda, ſecundum Bald. in d. l. cũ fidem. S. Ian. reg.89.

¶ Exceptio ſpoliationis in qualibet cauſa opponi poteſt. cap. fin. extrà de ord. cogni. & c. frequens, de reſti. ſpol. in ſexto.

Primò fallit, quãdo illud, de quo agitur, eſt notorium, cum tunc opponi non poſſit de ſpoliatione: vt voluit Ioan. Andr. poſt Innoc. in capitu. propoſuit. extrà, de appel. & d. cap. frequens. de reſtitut. ſpolia. in 6. Specu. in titul. de pact. §.2. poſt princip. quod eſt not. ſecundum Nicol. in d. ca. cum dilectus. pro quo facit quod not. C. de compen. l. fin. & extrà, depoſi. c. bona fides.

Secundò fallit, quando agitur ad obſeruantiam iuramenti: cum in hac cauſa opponi nõ poſſit, vt voluit Io. Andr. poſt Imo. per id, quod habetur extrà, de iureiur. c. & ſi Chriſtus, quod verum eſt, niſi ſpoliatio fuiſſet facta poſt iuramẽtum præſtitũ: vt voluit Imo. in d. c. cum dilectus. per id quod habetur extrà, de iureiu. c. quemadmodum. & ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi. & habetur per Nico. in præal. cap. cùm dilectus. Sed alia tamen ratione euitat iſte periurium ex quo impeditur per factum ipſius, quominus ſoluat. arg. l. ſi. ff. de ſtat. li. pro quo facit quod no. per Bart. in l. amplius. ff. rem ratam haberi. Tutius eſt tamen ſoluere, niſi talis propter talem ſpoliationem efficiatur omnino inops ad ſoluendum argu. c. ſignificante, extrà, de pign. c. breui, extrà, de iureiur.

Tertiò fallit, quando agitur de re nõ patiente dilationem

nem propter periculum: vt est si cõqueritur aliquis de eo, qui impediat eum ne faciat filium baptizare, mortuum sepelire, vel parietem minantem ruinam reficere: in istis enim casibus cum periculum in mora sit, opponi non potest in iudicio exceptio spoliationis. arg. 6. di. baptizari. 8. q. 4. nonne. cap. fin. & ff. de noui oper. nunc. l. de pupillo. §. si quis. & mos est, quòd aliud sit, si agatur de iniuria iam irrogata: cum subsit tũc periculum: vt dicit Nico. in d. c. cum dilectus. de ord. cognit. quem ibi communiter doc. sequuntur. quod locum habet in similibus casibus, arg. eorum, quæ habentur in l. fin. ff. de condic. inde. secundum Nico. in d. c. cum dilectus. circa quę vide quæ no. in Spe. de pet. & pos. §. 1. vers. quod si debitor. & versi. seq. vbi de his.

Quartò fallit, quando ageretur interdicto vti possidetis, ne impediretur quis in sua possessione, ne offendantur inquilini, vel putatores vinearum: cùm tunc opponi non possit exceptio spoliationis: quia ad iudicem spectat futuras lites impedire & prouidere ne quis sua possessione priuetur, vel turbetur: esto quod aliud sit, si agatur ad pœnam putà intra annum ad æstimationem possessionis turbatæ. ff. vti possid. l. pen. & l. 1. §. fin. cum tunc opponi possit. sed Imo. in d. ca. cùm dilectus. de ordin. cognit. & c. fin. eod. tit. & c. veniens. extrà, de rescr. tenet contrariũ, quòd exceptio spoliationis indistinctè opponi possit contra agentem interdicto vti poss. quod verum est, quando periculum non esset in mora: aliàs procederet dictum secundum Inn. in d. c. cùm dilectus: vt voluit Io. And. in addit. Spec. in tit. de pet. & pos. §. 1. vers. sed nunquid attentanti. do. Ant. Io. de Imo. in d. c. cùm dilectus. & hic quãdo spoliatio, & turbatio respiciunt diuersas res: aliter sic cadunt super eadem re: tunc indistinctè obstat ad hoc quod habetur in l. 1. ff. vti possid. & extrà, de probat. c. licet causam. secundum Inn. in d. c. cum dilectus.

Quintò fallit, quando imploratur officium iudicis, quod non dirigitur specialiter contra aliquam personam, vt si petatur electio cõfirmari. extrà de causa pos. c. cum ecclesia, nam cum opponens exceptionem ipsam voluntariè veniat, tũc opponi nõ potest. extrà, de excep. ca. cum inter. secun. Inn. & Io. Andr. in d. c. cũ dilectus. quod verum, nisi talis opponẽs veniat præstito interesse ecclesiæ: cum tunc opponere possit, per id quod habetur extrà, de excep. c. dilecti. secund. Ant. & Nic. in d. c. cum dilectus. quod videtur etiam velle ibidem Nic. dicens, quòd implorato iudicis officio, si aliquis stimulatur & pro suo interesse veniat, poterit hanc exceptionem opponere: cũ necessitetur ad hoc, vt euitet præiudicium, ad hoc quod no. in c. pia. extrà, de excep. in 6.

Sextò fallit, quando opponeretur aduersus excipientem cõtra electionem: cum contra eum opponi nõ possit de spoliatione, cum ipse propriè non agat, sed excipiat: licet largo modo agere dici possit. l. 1 ff. de excep. secun. Inn. & Io. And. in d. c. cum dilectus, sed hoc non videtur procedere cum opponens electioni voluntariè veniat pro suo interesse, & sic necessario non videtur per eum opponi posse: per id quod hebetur, extrà, de elect. c. super eo. saluo casu. c. frequens. in fi. de rest. spol. in 6. secundum dom. Nic. in c. cum dilectus. de ordin. cogn.

Septimò fallit in causa matrimoniali, in qua talis exceptio non potest opponi, secun. Inn. in d. c. cum dilectus. quod intellige, vt not. in Specu. de causa pos. & propr. §. 1. versicu. quid si ago. & per Host. in summa. de rest. spo. §. quando. vers. sed quid. vt locum habeat non solùm si agatur petitorio: sed etiã si agatur possessorio pro ipsa causa: duntamen opponatur de exceptione ipsius possessionis matrimonialis: quia tunc admittetur exceptio rerum priuatarum. extrà, de rest. spol. c. ex conquestione, quod est not. vt d. c. frequens. de rest. spol. in sexto.

Octauò fallit: quando opponeretur contra agentem super ecclesiasticis: cum tunc non opponatur de spoliatione, & non admittatur si opponatur de exceptione rerum spoliatarum: vt habetur in d. ca. frequens. quod procedit etiam si agatur possessorio pro re spirituali: vt patet no. in d. c. frequens. talis enim causa dici potest quasi spiritualis: vt not. extrà, de iura. calum. c. litera. secundum dom. Nic. in d. c. cum dilectus. de ord. cogn. circa quæ vide no. in d. cap. frequens. & per Lap. in allegat. 61. vbi tractatur de his. B. Soc. re. 16.

¶ Exceptio superueniens post litem contestatam potest opponi post, & idem operatur ac si fuisset opposita ante litem contestatam. l. secunda. & ibi doct. C. de consortibus eiusdem lit. & c. insinuante. de offic. deleg.

Primò fallit, nisi talis exceptio superuenerit ex facto aduersarij, vt probatur in l. 2. numerum. & ibi per Bar. ff. de excus. tut.

Secundò fallit, nisi talis exceptio opponatur ante, quàm fiat alius actus: aliàs primus actus, qui fieret, haberet vim litis contest. c. insinuante. & ibi Bal. de offic. deleg.

Tertiò fallit, nisi opponeretur post conclusionem in causa: vt per Abb. in c. cùm dilectus. de ordine cogn. B. Soc. re. 160.

¶ Exceptiones aliquæ si statuto admittantur, & aliquæ expressè prohibentur opponi contra instrumentum, aliæ etiam rationabiles prohibitæ videntur, adeò quod opponi non possunt, cum verbis statuti, licet duris, inhærendum sit. l. prospexit. ff. qui & à quibus. gloss. & docto. in cap. item cum quis. de restit. spol.

Primò fallit, * quando poterit opponi exceptio concernens inhabilitatem agentis, vt est exceptio excommunicationis, vel banni: cùm illa non opponatur contra instrumentum, sed contra personam, argu. l. siue. ff. de inoff. test. secundum Bald. in l. 1. §. denique. ff. quod vi, aut clàm. & Imol. in d. c. item cùm quis. B. Socin. re. 172.

Additio.

* Primò fallit. Adde idem tenentem Maria. Soc. eiusdem Barth. genitorem in cons. xlj. in cap. antequàm. vers. 52. respondetur in 2. parte. Bened. Vad.

Secundò fallit, quando poterit opponi exceptio omissa in alia parte statuti: vt voluit Barto. in l. 1. §. denique. ff. quod vi, aut clam. Bal. in l. ita. C. de adul. quod procedit etiam si aliud per statutum disponeretur, vt voluit Bal. in l. 1. C. de cond. indebit. arg. l. nam & posteriores. ff. de legib.

Tertiò fallit, quando poterit opponi exceptio simulationis, quando ipsa exceptio probatur præsumptione iur. C. de don. ante nuptias. authent. sed iam necesse. & voluit Bald. in l. 1. C. plus valere quod agitur, dicens idem esse, si simulatio sit probanda dum modò opponatur exceptio simulationis: vt quia dicatur, quòd rogatus fuit simulare & testes simulatè adhibiti fuerunt: cum tunc opponi possit quantuncunque veniat aliter probandũ, cum tale instrumentum non sit verè instrumentum: vt quia defi-

ciat in eo solennitas instrumentorum. in authentico, de tabellioni. §.nos autem. Si verò opponatur contractui, & opponi non poterit, si veniat probandum aliter quàm præsumptione iuris & de iure: cum non faciat tunc desinere instrumentum. vt voluit Bald. in d.l.1. secundum Nic. qui hoc idem tenet in d.cap. item cum quis. licet dicat Bar. in d.§. denique. ea opponi non posse: cum eius dictum procedat, vt s.

Quartò fallit, quia poterit opponi, quòd illud instrumentum non est publicum vel guarentigiatum: nam tunc talis exceptio tollit qualitatem illam suam, super qua statutum se fundat, & non venit contra statutum: & ideo poterit opponi. vt voluit Baldus in d.§. denique. & Bald. in d.l. fin. de falsis. pro quo facit quod not. in d.l. diuus. ff. de testa. milit. & cle. vnica. de causa posses. & prop. secundum Ioannē & Nic. in d.c. item cum quis.

Quintò fallit, quia poterit opponi, quòd tale instrumentum est nullum: cum exceptio nullitatis non videatur exclusa, vt voluit Ioannes Andr. in additione Specu. in tit. de senten. §. autem. pro quo facit quod habetur in l.4. §. condemnatum. ff. de re iudic. imò & si per statutum tollatur expressè exceptio nullitatis, vt quia dicit de nullitate dici non possit: nihilominus poterit opponi de nullitate, proueniē te ex defectu iurisdictionis vel potestatis, & hoc, nisi aliud expressè disponatur lege: vt voluit glo. in sing. in d.clem. vnic. secund. Innoc. in d.c. item cum quis. ad hoc quod not. Bar. in l.1. C. si ex nox. cau. agat. vide ibi in dicta clem. de re iudi.

Sextò fallit, quando poterit opponi exceptio rationabilis, quando ex ratione scripta in statuto opponeretur per statutum, si nolit remouere nisi friuolas exceptiones: vt voluit Bart. in l. prima. C. si quis alteri vel sibi: si verò ex ratione scripto non appareat, & tunc licet exceptio rationabilis teneat, nihilominus opponi non poterit, obstante dicto statuto, sed bene poterit officium iudicis implorari: arg. l. planè. ff. de pet. hęred. vide latiùs per doc. in d.c. item cum quis. extrà de rest. spol.

¶ Exceptiones dilatoriæ non sunt proponendæ post litem cōtest. Abb. in cap. exceptionem. de excep. & in c.1. de ord. cognit. & ista reg. adeò procedit, quòd si iudex vellet procedere simul super dilatoria, & super principali, processus erit nullus, vel saltem poterit appellari propter repugnantiam. c. exhibita. de iud. & Feli. latè.

Primò fallit in exceptione excommunicationis: vt est tex. in d.cap. exceptionem. & ibi per doc. ampliatur prædicta regula pluribus modis.

Secundò fallit, nisi pars fuisset impedita, vel supplantata per iudicem, ita quod non potuisset opponere exceptiones dilatorias ante lit. contest. vt in glos. 3. in c. ex conquestione. de restit. spolia. quam Baldus dicit singularem.

Tertiò fallit, quando exceptio dilatoria habet causam successiuam, ex qua quotidie oritur ius excipiendi, vt per Imo. in d. c. excep. & ibi per Philippum Francum in c. ex parte. el 1. de appel.

Quartò fallit, nisi iudex reseruaret parti dilatorias exceptiones: quia tunc opponi poterunt etiam post litem contestatam, per c. ad dissoluendum. de despō. impub.

Quintò fallit, nisi sit tertius comparens pro suo interesse: quia poterit dilatoriam opponere non obstante litis contestatione: vt per Ang. in l. si quis libertatem. ff. de peti. hæred. & per Pet. de Ancha. in consil. 329. inci. ad dubia.

Sextò fallit etiam in ecclesia, & in minore, qui restituū tur ad dilatoriam omissam: vt not. per Specu. in tit. de resti. in integr. §. qui aut. versi. illud quoque. in fin. de quo tamen vide primò Innoc. in c. coram. in fi. de rest. in integ.

Septimò fallit in dilatoria reddente iudicium retrò nullum: vt per Abb. in c. exceptionem. de excep.

Octauò fallit, nisi dilatoria opponatur incontinenti post litem contestatam: vt per gl. sing. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procurat. & per Inn. in c. pastoralis. de except.

Nonò fallit, nisi pars tacitè consentiat, quòd opponatur & discutiatur, vt per Abb. in c. cùm contingat. de offi. deleg. & per Felin. in c. inter monasterium. in fine de re iudicata.

Vltimò fallit in dilatoria, quæ superuenit post lit. contest. vt probatur in cap. pastoralis. & in c. insinuante. de offic. deleg. limita tamen vt ibi per Feli. B. Soci. re. 171.

¶ Exceptiones personales fideiussoribus & mādatoribus, etiam inuito domino competunt. l. & hære. §. vltim. ff. de pac. lege, & si decesserit. ff. qui satisd. cogantur.

Primò fallit, vbi fideiussor intercessisset animo donandi: quia tunc exceptio non cōpetit fideiussori, quia non esset habiturus regressum contra principalem debitorem, non probatur in l.1. ff. de pac. adde l. si remunerandi. §. his. ff. mand.

Secundò fallit, vbi ista competebant propter mutationem status ipsius principalis lege, defensiones. de except.

Tertiò fallit, vbi competeret exceptio ex rescripto principis: quia tunc non competit fideiussori. l. quoties. C. de precibus Imper. offerendis, quod est verum de directo, vt lege, in omnibus. ff. de regulis iuris. & de exceptio. l. exceptionis. sed per indirectū poterit opponere, putà quia dicit, conueniatur primò principalis, & principalis habet priuilegiū quod non conueniatur vsque ad decem annos, & sic nec ipse fideiussor. facit l. cum filius. ff. de verborum obligation.

Quartò fallit, vbi conceditur priuilegium de iure speciali: putà, quia maritus non debet conueniri vltra quàm facere possit quia tunc non transit ad fideiussorem, vt habetur in l. fideiussor. ff. de re iudic. & in lege, verum. §.1. ff. pro socio. Si autem esset concessum inspecta æquitate naturali, vt in Velleiano, vel odio creditoris, tunc secùs esset, vt in lege, simpliciter. §. aliena. ff. ad Velleianum.

Quintò fallit, vbi ex conuentione partium est concessum priuilegium vni personæ tantùm, lege finali. ff. de pactis. & in lege, cum stipulatus essem. §. fi. de fideiuss. B. Soc. re. 173.

¶ Exceptionibus à statuto sublatis, intelligitur non solum de friuolis, sed etiam de legitimis. Hanc regulam ponunt, & firmant Imol. Ant. & doct. in c. ex parte. de off. dele.

Limita eam xx. modis, vt per Fel. ibi. B. Dias. re. 253.

¶ Excipiens regulariter non fatetur, text. in c. exceptionem, de reg. iur. in 6. probat tex. in c. cum venerabilis. de exceptionibus.

Fallit, quando exceptio non probatur: quia tunc resoluitur in vim confessionis, gloss. in verb. contestatio, in fin. in §. suscepto. in authentic. de exhiben. re. quam glos. approbat Bald. in cap. de testibus. de testi. &

sti.& in l.2.quando fiscus vel priua.

Fallit quando exceptio de necessitate fundaret animũ actoris,vt si excipiens dicat sum librarius per talem exceptionem,secundum Bald. in l.prima, de confes.

Fallit quando contra excipiẽtem est præsumptio:quia dicit me defendendo occidi, quia defensione etiam non probata habetur pro confesso, vt l.Aurelius. §. idem quæsiit.ff.de libera. lega. Bald. in l.vnic. C.de confes.d. Abb.in c.bonæ.la 2.in fin.de postula. præla.& in c.cum venissent,per glo.auream ibi. de institutio.

Fallit quando aduersarius fundaret se in verbis explicitis exceptionis.Abb.in d.c.cum venerabilis. d.Alexan.in l.decem.de verb.oblig.

Fallit in opponente exceptionem compensationis, quia videtur fateri debitum, secundum Bald. in l. cum Papinianus.in fin.ff. C.de sent.videtur obstare: quia qui compensat,soluere videtur, vt optimè probat text.in l.si constat.C.de compensa.cum excipiẽs contra homicidij querelam accusationem,vel inquisitionem, dicens occidi,defensione non probata regulariter habetur pro confesso.

Fallit quando dixi nego occidisse,& si fortè occisus apparet,occidi ad mei defensionem. Bald.l.si quidem, de excep.c.pastoralis.de excep.

Fallit,quoad pœnam,&c. dic vt per Abb. in c. auditis. de præscr. B.Soc.reg.92.

¶ Excessiva non comprehendit generalis dispositio,Bal.cõs.372.vol.3.Crau.cons.3.nu.19.Med.reg.1.

¶ Excommunicari nõ debet quis ob alterius delictum.glo.c. duo.96.di.c.episcopi.11.q.3.c.possunt. 5.q.2.c.aud.11. q.3.c.tãta.86.dist.Host.in tit.de sent. excom.§.quibus.nu.7. Med.re.8.

¶ Excommunicari quisquam non debet pro modico delicto,aut debito.Roman.sing.3.addentes ad Alex.rubr.ff.sol.mat.nu.3.conc.simil.Ber.c.1.nume. 79.de rest.in integr.Ripa in tract.de peste.p 3.num. 301.Decis.Neapol.129.nu.15.Præposit.c.Moyses.7. dist. Med.re.5.

¶ Excommunicari debent non venientes ad Synodum Episcopi.Hanc regulam probat tex.in c.si. 18.disti.& in c.quod superis.de maiorit.& obedien. ibi, per censurã possunt etiam suspendi, vel interdici:quia appellatione ecclesiasticæ censuræ comprehenditur excommunicatio,suspensio, & interdictũ: vt in c.quærenti.de verborum signific. quem tex. vltra Io.Bern.in practica , c.122. notabiliter declarat Bermondus in tractatu de publicis concubinariis. nu.1.cum aliis.

Amplia primò,hoc procedere etiam licet veniant, sed non in tempore competenti:hoc est in termino assignato,per text.in cap.placuit. & in cap. si episcopus.18.dist. vterque Card.notant , si tamen veniant synodo iam cœpta,non debent puniri : quia ex quo veniunt præsumuntur fuisse impediti.argum.tex.in l. diuus.ff.de in integrum restitutione.ita tenet Geminia.in d.c.si episcopus.

Amplia secundò, procedere non solùm si non veniant, sed etiam si veniant,& illicentiati recedant:vt in ca. si quis autem.18. distin.& in ca.rursus. 11.quæst.3. in c.1.de iudic.ita tenent Inn.& Panor.in c.consuluit. de offic.deleg.vbi dicunt, quòd si canonicus sit vocatus ad electionem, & die præfixa non fiat electio, sed differatur , si posteà recedat, præsentes eo non citato ad electionem vlterius poterunt procedere. faciunt notata per Barto.num.10.& ibi Alex.nume. 24.in l.si finita. in §. Iulianus. ff. de damno infecto. vbi dicit,quòd veniens ad iudicium & non stans vsque ad discessum iudicis,non dicitur venisse,nisi licentiatus abeat. Facit etiam : nam laici non debent exire è Missa ante benedictionem: vt in ca. missas.de consec.distin. j. nec clerici ex horis ante Benedicamus Domino:vt notat Card.in clemen.j.nota.viij. de celebrat.Missarum. à simili ergo ad synodum venientes,& recedentes ante generalem licentiã,quæ fit in benedictione episcopi,dum dicit, Vt possitis illæsi ad propria redire , non censentur venisse , & ideo possunt excommunicari , interdici , vel suspendi.

Limita primò, quando debentes venire essent contumaces,& ter citati, seu moniti : alias non deberent excommunicari,interdici,vel suspendi: vt in c.sacr. de sent.excomm.c.reprehensibilis. de appel.in cap. constitutionem.de senten.excomm. lib.6.ita tenet Card.& ibi Præp.in c.si quis episcoporum.8.distin. Monitio tamen vna si fuerit facta in synodo , habet vim trinæ monitionis:vt est glos.notab.in ca.si episcopus.in verbo,præceptione.xviij. dist.quam glossam sequitur Abb.in c.ex literis.num. 8.de consti.& in c.cùm nobis.num.10.de elect.& in c.cùm causa. num.8.de offic.deleg.Fel.in cap.quoniam frequenter.in §.porrò.numer.22.vers.aduerte tamen,vt lite non contestata.& in c.cùm sit Romana.num.20. de appel.Franc.à Rip.in ca.1.num.82. de iud.Ratio est, quia in actibus extraiudicialibus regulariter non requiritur peremptoria citatio, sed sufficit vnica : vt notatur in d. locis.& notat Barto. in l.si tempora.C. de fide instru.& iure hastæ fiscã.lib.x. & in Extraua. ad reprimendum.in verbo,in termino.quomodo in crimine læsæ maiest.procedatur:& in clemen.j.in §. propter.in verbo,requisierit.de hæret. Felin.in c.ex literis.num.8. de const.Rom.in sing.424. Alexa.de Imo.in l.contumacia.in 8.fallen.ff.de re iud.doct.in l.de pupillo.in §.si quis ipsi prætori. ff.de noui openuntiatio. Hippol. in l.de vnoquoque.nu.168. ff. de re iud. P.Duen.re.271.

¶ Excommunicandi decretum soluitur morte, dixi super conclusio.30.Item excommunicatio soluitur morte, vnde excommunicatis multis ciuibus, mortuis illis, filij eorum non sunt excommunicati secundum Comm.opinio.Bald.l.si grege. §.fin.ff.de leg.1.Bart.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verbo. oblig. Innoc.c.grauem.de sent.exc.Abb.c. aduersus. eod.tit.Fel.c.responso.num. 4.eod.tit. Quia excommunicatio fertur in animam delinquentis , decis.1. in Antiq.de sent.excom.& decis.15.eod.titu. Didac. lib.2.var.resol.c.8. nu.9.Ampl.etiam si sit hęres,Rota decis.338.in Antiq.Vnde ante executionem mandati ad excommunicandum , mortuus non est excommunicatus, Mars.l.fina.num.40. ff.de quæst.gl. c.mulieres.de sent.excom. Inane enim est decretũ, quod in mortuum profertur.l.si decesserit.ff.qui satisd.cog.l.1.§.cum triplici. C.de cad.tol.l.quo loco. §.si iam mortuo.ff.de hæred.inst.dixi super.concl. 30.Item not. quod excõmunicatus dicitur mortuus ciuiliter,Rayn.l.omnes populi.nu.4.ff.de iust. & iure dixi superiùs in 1. p. nu.98. Med.trac.2.par.

¶ Excommunicatus. Qui excommunicatus celebrauerit: debet triennio pœnitere.

Et per 2.4.& 6.fer.à vino & carnibus abstinere.11.q.3. de his. De pœna verò degradati celebrantis habetur dist.l.accedens. Viuien.re.13.dir.

¶ Excommunicatus etiam maiori excommunicatione regulariter testari potest *. tenet Bartol.in

l.si quæramus.in fine.ff. de testamen.& Petr. de Anchar.in capit.pia. de except.in 6. & Iacob.de Bel.in authentic. de sanc.episc.§.omnis.& Io.de Imol.in c. decernimus.de iudic.& Feder.de Sen. in cons.lxxij. & in consilio liij.& Bal.in d.l.si quæramus.& in l. 1. C.de sacr.sanct.eccles.& Cardin. Zaba. in capitulo, perpendimus.de sententia excommunicationis. B. Socin.re.176.

ADDITIO.

* Potest. Vide Felin.in capitulo.cum voluntate. post princip.versic. extra glos.tangit hoc Imo.de senten. excommu.& in capit.ad probandum.de re iudica.in versic.de gestis. B.Vad.ibid.

Primò fallit, nisi quis fuisset excommunicatus ob crimẽ hæresis, & in ea excommunicatione stetisset per annum: quia tunc talis excommunicatus nullo modo poterit testari: vt est casus in authent.credentes. C.de hæreticis.& tenet Bartolus in lege, is cui. §.si quis ob crimen.ff.de testamentis.

Secundò fallit, nisi quis esset excommunicatus propter vsuras:quia erat vsurarius: nam tunc talis excommunicatus non poterit testari, etiam ad pias causas, ita quod talia relicta non habeant priuilegium, quod datur relictis ad pias causas,de quibus in authentic.si qua mulier. C. ad legem Falcidiam. nisi præstita cautione.de qua in capitulo,quanquam de vsuris.in 6.ita tenuit Bartol.in l.1. C. de sacrosanct. eccl. siis. quia constat ipsum in peccato mortali esse mortuum: & ideo relicta per eum ad pias causas non sunt recipienda, nec ea relicta admittit ecclesia.vt in capitul.in omnibus.de vsuris.vnde non potest pio loco relinquere,cum relinquẽs non sit in vnitate ecclesiæ: nec tale testamentum valet, nisi præstita cautione. de quo per Bald. in leg. executorem. de except. rei iudic. Sed contrarium consulendo tenuit Anton.de Butrio in consilio incipiente. in nomine Patris,&c.ad primum dubium. & Innoc.in capit.consideres.de sentent.excommunicat. libro 6. vbi tenet quòd licet excommunicatus prohibeatur testari, pro anima sua, tamen tale testamentum valet, quod etiam videtur tenere Bal. qui in hoc fuit sibiipsi contrarius in dicto capitul. consideres.de sentent.excommunic. & dicta lege 1. de sacrosanctis ecclesiis. vbi dicit quòd valet tale relictum, & gaudet priuilegio relictorum ad pias causas: cùm tale priuilegium detur non ratione relinquentis, sed ratione eius cui relinquitur, & allegat ad hoc textum in lege, si non lex. ff. de hæredib.instituend.de materia vltra prædicta habetur per Abb.in rubr.de testamen.& per Innoc.in capit. quia ingredientibus. eodem titulo, & per glos. in clementina 1.in verbo,manifest.de sepultu.Bald.in lege,hac consultissima. C. de testib. vbi dicit quòd non valet statutum quòd vsurarius possit liberè testari.& habetur per Ioan. Andr.in clement. peccatum.de reg.iur.libro 6.in mercuria. & per Feder. de Sen. in suo consi. & vltimo habetur per Fulgos. in lege,cunctos populos. C.de summa Trinit.& fide Cathol.Bald.in lege 1.C.de constit.pec. per Specul.in titu.de instr.edit.in §.compendiosè.in versic. xj.per Bald.in repet.legis primæ.C.de sacro.eccles. per Imol.in capit.pleriquе.de immu. eccles.per gl. Petr.de Ancharan. & per Paul.de Leaza. in clementina secunda de vsuris.& de aliis concordantibus.B. Socin.re.176.

¶ EXCOMMVNICATVS fatetur quis petens absolutionem,vel condemnatus nisi ad cautelam faciat se absolui: non enim esse potest absolutio, vbi nulla præcessit condemnatio,gl.c.venerabilem,ver.postulauit.de elec.Ioan.And.c.cum dilectus.de ord.cogn. glos.l.decem.vbi Barto.& Ias.& Alex.numer.1.ff.de verbor.oblig.Doct.com.l.manumissiones.ff.de iust. & iur.§.seruus.vbi Ang.de capit.dimin.l.Titio.ff.de cond.& dem.l.Iuli.ff.de repudiis.c.ad dissoluendũ. de despons.impub.c.quod verò.32.q.2.c.de infidel. de consan.& af.Ias.l.si quis ma.nume.11. C.de trans. Dec.cons.278.nu.6.dec.15. num.2.in ti.de Proc.in antiquior.l.cum dotem.de ver.obl.Dec.cons.14.nu. 3.de rescr.in antiq.Pe.in tract.de testam.c.4. nu.1. Iacob.Menochius in tract.de recuper.poss.Remed. 13.num.33.Cephal.cons.93.numer.9.cons.248.num. 15.Decis.Pedem.120.nu.7.Ias.l.non erit.§.si neque. nu.6.ff.de iur.iur.Roland.in tract. de lucr.dot.q.93. nu.5. Med.re.6.

¶ EXCOMMVNICATVS non potest in iudicio principaliter agere.Hanc regulam probat text.in capit. intelleximus.de iud.in c.post cessionem.de probat. in cap.decernimus.de senten.excomm.lib.6.De iure regio probatur in l.iiij.titul.x.libro ij. fori.& in l. clxxvj.styli.Circa quam regulam vltra doc.in suprà dictis locis vide Nepotem à Monte Albano in trac. exceptionum,art.6.per totum. Ioan.de Ligniano in tract.de censura ecclesiastica.num.26.& 27. Paul. Parisium in c.cùm inter.& in c.fin.num. 2.de excepti. Hieron.Gigantem in tract. de pensionibus. q.xiiij. Chassan.in consuet.Burgund.tit.Des iustices.Rub. 1.§.6.num.15.Io.de Selua in tract. de beneficio.in 3. parte,q.4.Ludouic.Gome.in cap.1.nu.16. de rescri. lib.6.

Hanc regulam cum quatuor limitationibus ponit Soci.in reg.cxxxij.

Hanc item cum quatuordecim limitationibus ponit Felin.in d.cap.intelleximus,à numer. 7.vsque ad finem.Eandem cum xxij.limitationibus ponit Montaluus in d.l. iiij.titu.x.libr.2.fori.in gloss.in verbo, demandar. ex quibus quindecim ante eum posuit, Dominicus de sancto Gemin.in cap.1. de rescript. libro 6. Et circa hanc regulam vide lxj. pœnas excommunicationis, per Petr.Rebuf.in glo. Concordatorum,in Rubric. de excommunicatis non vitandis. P.Duen.re.268.

¶ EXCOMMVNICATVS non potest in iudicio principaliter agere cum indefinitè dicatur, intelligas vniuersaliter de omni excommunicatione, c.intelligimus.de iudiciis.c.post cessionem. de probat.ca. decernimus.de sent.excomm.6.Ioannes in tracta.de censura eccl.nu.26.Paris.c.cum inter.c.fi.nu.2.de except. Hieron.in tract.de pension.q.4.Gom.c.1.nu. 16.de rescr.6. Med.re.2.

Excommunicatus non potest esse testis.ca. veniens.2. de testib.

Amplia, etiam si diceret excommunicationem nullã. d.c.veniens.

Fallit in instrumentis, & aliis obligationibus.Innocen. in c.pia.de excep. in 6.Inno. in c.nihil.in fi. de elec. Cardi.in c.perpendimus.de sent. exc.

Fallit in casibus,in quibus admittitur infamis,arg.tex. in c.tanta,de simoni.cum sua materia.

Fallit quando adhibitus vt testis reputaretur non excommunicatus,secundum Bald.in l.1.versicu.quæro quid.de infame,&c.C.de testa.

Fallit in excommunicato excommunicatione mi noris:

nori: quia illa non repellit à testimonio nisi à receptione sacramentorum. capi. si celebret. de celebra. missa. dato quòd excommunicatus minori excommunicatione dicatur esse in peccato mortali, vt probat tex. in cap. sacris. quod met. caus. nam peccatum mortale non semper repellit testem, secúdum Abb. in c. inquisitionis. §. 3. de accusa. vide gloss. magnam in c. decernimus. de senten. excommun. in 6. S. Ian. reg. 94.

¶ Excommunicatus non potest esse arbiter. Quam regulam firmat Ioan. And. in regula, dolo. de reg. iur. lib. 6. & ante eum hoc tenuit Spec. in ti. de arbitris. in §. differ. num. 10. Hosti. in ca. cùm dilectus. de arbitris. Hanc opinionem tenet glo. & ibi Odof. & doct. in l. Pædius. in verbo, ignominiosus. vbi assignat rationem. ff. de receptis arbi. allegat. text. pro ista opin. in cap. ad probandum. de re iudic. Eãdem opinionem tenet Panor. ibi num. 2. & in c. veritatis. num. 32. de dolo & contu. & in c. Quintauallis. num. 27. de iur. iur. Domin. de Sancto Gemi. in ca. decernimus. num. 7. de sent. excomm. Dec. in c. intelleximus. in 1. notab. de iudiciis. Hanc opinionem dicit esse veram Ang. Aret. in §. pe. nu. 19. Insti. de except. Lanfranc. de Oriano in tractat. de arbitris. in 2. parte principali. numer. 20. Hanc opinionem dicit esse communem Ioan. Bapt. de sancto Blasio in tract. de arbitris. in 6. parte 4. libri. nume. 1. Eandem opinionem tenet Ioan. de Imo. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Eandem opinionem dicit etiam esse communem Alexand. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obliga. Ioan. de Imo. in c. Quintauallis. nu. 41. de iureiur. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 4. nu. 3.

Limita primò, quoties arbiter excommunicatus eligitur per alios excommunicatos: nam tunc inter excommunicatos potest esse arbiter: argum. text. in l. quoniam. C. de hæret. c. pagani. §. in hoc. & cap. sequent. 2. q. 7. ita expressè tenet Specul. vbi suprà: & ibi Ioan. And. in additio. quod tamen non puto procedere in arbitrio iuris: vt in electo ex forma statuti, per rationem, quã ponit Ang. in q. incipienti, duo inuicem: vbi dicit quòd quotiescunque arbitro cohæret iurisdictio, vt est in arbitro iuris & in arbitro qui eligitur ex forma statuti inter cõsortes: tum excommunicatus non est capax talis arbitrij, ex quo non est capax iurisdictionis: & quod isti arbitri statutarij habeant iurisdictionem quemadmodum & iudices, vltra Ange. in d. disputatione: ita tenet Franc. Aret. in l. nemo potest. nume. 4. vers. dubitatur. ff. de leg. j. & ibi no. Cro. Io. de Imol. in cap. Quintauallis. nu. 4. de iureiur.

Limita secundò, quando communiter pro non excommunicato habebatur: nam communis opinio prævalet veritati: ita expressè tenet Specul. in titul. de sentent. in §. quoniam. numer. 4. Baptista de sancto Blasio in tract. de arbit. cap. 6. 4. libri, numero 1. facit text. in l. Barbarius Phil. ff. de offic. præt. & quod ibi notat Ias. numer. 6. De iure regio facit text. in l. 4. in fin. titu. 4. part. 3. & in l. 3. tit. 15. libr. 2. ord. quod not. Tiraquel. in legib. connubia lib. glos. 6. num. 141. cum sequenti. & hanc opinionem tenet Abb. in cap. veritatis. supà alleg Federic. de Senis in cons. cxxxvij. numer. 1. in fine. Felin. in cap. ad probandum. nu. 3. de re iudicata.

Tertiò limita, vt non procedat in excommunicato non publicè: nam talis intra annum potest esse arbiter: post annum verò non, arg. tex. in auth. credẽtes, C. de hære. vbi excõmunicatus ob id quòd fauorem præstiterit hæreticis, intra annum potest pœnitere: post annum verò priuatur omni commodo officij, & non potest esse testis. ita tenet Io. Bapt. de sancto Blasio in d. tract. de arbit. lib. 4. c. 6. nu. 1. Io. de Imo. vbi hoc notabiliter declarat in d. c. Quintauallis. nu. 41. Et circa hanc reg. exceptiones alias quæ contra arbitrum possunt opponi, ponit Spec. in tit. de arbitro & arbit. §. excipitur. nu. 1. P. Duen. re. 269.

¶ Excommunicatus non potest petere restitutionem in integrum. Hanc regulam ponit Abb. in c. significauerunt. de except. Quem sequitur ibi Fel. nu. 11. Io. de Imo. nu. 6. Pet. de Anch. nu. 5. & ibi Pau. Parisius notabiliter numer. 44. idem Abb. quem sequuntur ibi doct. in c. cùm inter. nume. 19. eod. titu. de excep. reiecta opinione Dominorum de Rota in decisione 453. in nouis, secundum impressionem antiquam: & secundum nouam, in deci. vij. in tit. de except. vbi Domini de Rota pro vtraque parte multa fundamenta adducunt.

Limita primò, vt non procedat quandocunque vertitur periculum animæ. ita tenet Hosti. in d. c. significauerunt, & ibi Petrus de Ancha. nu. 5. Io. de Imol. num. 6. Felin. nume. 11. Abb. numer. 22. & sic omnes docto. Eandem opin. tenet etiam Ant. de Butr. & ibi Abb. in cap. cùm inter. num. 19. de excep. & ibi Feli. numer. 26. quam opinonem tenent Domini de Rota in dicta decis. 7. vbi ponunt exemplum in causis beneficialibus, & in causa matrimoniali: cùm non transeat in rem iudicatam: vt in cap. lator. & in cap. tenor. & in cap. consanguinei. de re iudic. vt notatur in cap. iurauit. in cap. quoniam. contra. in gloss. fi. de probat. Pro qua opinione facit: nam licet allegando quis turpitudinem suam non audiatur, vt in l. si creditoribus. in fine. C. de seruo pign. dat. manumis. cũ aliis: notat Felin. in d. c. lator. Ias. in l. alias. nume. 17. ff. de iureiur. tamen vbicunque vertitur periculum animæ, bene auditur, gloss. est secundum Abb. ibi in c. inter dilectos. in verbo, turpitudinem. de donat. & est similis gloss. in cap. 3. loco. in verb. præcognitã. de præsumpt. & Io. de Imo. in d. c. significauerunt. num. 10. dicit quòd quandocunque vertitur periculum animæ, non solum conceditur actio. quem sequitur Feli. in d. c. cùm inter. nu. 26. Paris. in d. c. significauerunt. nu. 47. de excep.

Limita secundò, procedere quandocunque quis velit restitui ex capite tantùm: quia excommunicatus est ratione fauoris personæ: secus si ex alio capite esset impedimentum propter quod vellet restitui: quia tunc concedenda est: ita expressè tenet Abb. in d. cap. cùm inter. nume. 19. de exceptionibus. quem sequitur ibi Felinus numero 19. & ibi etiam Philipp. Deci. faciunt quæ notant Abb. & Philip. Franc. in cap. ex ratione. de appellatio. Eandem opinionem sequitur Paul. Paris. in d. cap. significauerunt. nu. 44.

Limita tertiò, vt procedat, quando restitutio in integrum peteretur principaliter: secùs autem, si incidenter: quia tunc deberet concedi excommunicato, quando illam petit ad effectum appellationis interponendæ, & prosequendæ. Nam cùm excommunicato concedatur appellatio, etiam concedi debent antecedentia ad illam, argum. notatorum in l. ratio. ff. de sponsa. & ita expressè tenent dom. de Rota in d. decisio. vij. & est de mente gloss. in cap. in nomine domini. in verbo, audientia, xxiij. distinctio tamen communiter doctor. tenent

contrarium, volentes, quòd etiam incidenter peti non possit, ex quo est illi imputandum quare non appellauit. ita tenet Abb. & Fel. in d. cap. significauerunt. idem Abb. & Fel. in d. cap. cùm inter. Eandem opinionem, vidi eã notabiliter declarat, tenet Paul. Paris. in d. c. significauerunt. nu. 45. vbi eam dicit cõmunem. P. Duen. re. 270.

¶ EXCOMMVNICATVS potest facere testamentum. Hanc opinionem tenuit Inn. in c. cùm voluntate. de sent. excomm. Archid. in c. pia de excep. libr. 6. Cuius ratio est: quia omnes qui de iure expressè non prohibentur, possunt testari: vt in l. si quæramus. ff. de test. & in §. fin. Insti. quibus non est permis. face. testa. & in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. sed excommunicatus non reperitur prohibitus à iure: ergo potest testari. Hanc opinionem tenet Ioan. Andr. in c. decernimus. de sentent. excom. Fed. de Senis in consil. lxxiiij. Bart. in l. si quæramus. ff. de testa. nu. 3. Bald. in l. fi. C. si à non competen. iud. Abb. in c. veritatis. de dolo, & contu. num. 32. & in c. pastoralis. in §. verum. de appel. nu. 19. & in Rub. de testa. nu. 11. Ioan. de Imol. in cap. 2. de testam. Io. de Selua. in tract. de beneficio, in iij. part. q. iiij. num. 4. Andr. ab Exea in libro pactorum. num. 526. Guliel. Benedict. in repe. c. Rain. in verbo, mortuo itaque testatore. el 1. num. 288. de testa. Io. Garronis in l. 1. num. 32. C. de secundis nuptiis. Ang. trac. de testam. in prin. nu. 31. Iacob. de sancto Georg. in l. quid deportantur. nu. 4. C. de hæred. instituen. & hanc opinionem dicit esse communem Fel. in c. ad probandum. nu. 1. de re iudi. & in c. cùm voluntate. in fi. de sent. excom. Phil. Franc. in rub. de testam. lib. 6. num. 32. Barb. in c. quia ingredientibus. nu. 17. de testam. Aret. in d. l. si quæramus. Dilec. de arte testandi. tit. 1. caut. x. pro quorum opinione est glo. fi. in cap. pastoralis. in §. verum. de appel. vbi dicit, quòd excommunicatus æquiparatur relegato, ex quo retinet dominium, & administrationem rerum suarum, & potest contrahere: vt notatur in d. c. veritatis, de dolo & cont. & in d. c. cum voluntate. de sent. excom. sed relegatus potest facere testamentum: vt in l. relegatorum. §. j. & sequenti. ff. de interdictis, & releg.

Licet contrarium teneat gloss. in capit. decernimus. in verbo, & testificando. de sentent. excommunicatio. libr. vj. cùm equiparetur deportato ex genere pœnę: nam aqua, & igne interdicitur excommunicatis, secundum glo. in §. minor. in verbo, interdictum. Institut. de capitis deminu. Quam gloss. in d. §. minor. vltra doct. ibi, declarat Ludouic. Gome. in princip. nume. 40. Instit. de actio. Fort. Garcia in l. Gallus. in §. & quid si tantùm. numer. 17. ff. de lib. & posthum. & quæ sit pœna aquæ, & ignis, & qua ratione fuit instituta, vide gl. in l. Seia. in verbo, aqua. ff. de donatio. inter virum & vxorem. quam sequitur & declarat Marius Salmonius in dicta l. Gallus. in §. & quid si tantum. numer. 20. ff. de libe. & posthum. Io. Corasius in l. naturaliter. in §. nihil commune. numer. 18. ff. de acquir. poss. & opinionem glo. in d. c. decernimus, scilicet, quòd excommunicatus testari non potest, tenet Hosti. in c. pia de exceptio. lib. 6. Io. Monach. in c. quanquam. de vsuris. eod. lib. Archidia. in d. c. decernimus. & illam gl. dicit esse singularem Iacob. de sancto Georgio, vbi simpliciter cum ea transit, in l. in pecuniariis. num. 3. C. de procurato.

Amplia primò, etiam si sit notoriè excommunicatus. ita tenet Ioan. Andr. in d. ca. decernimus. in Nouella, Federic. de Senis in d. consilio lxxj. Barto. in d. l. si quæramus. ff. de testamen. Philip. Franc. in d. Rubri. de testam. lib. 6. num. 32. Felin. in c. ad probandum. num. 1. de re iudic. Io. de Selua. in d. tract. de beneficio. in 3. parte, q. 4. nu. 4. Socin. in reg. 133. vbi allegat alios doct.

Amplia secundò, testari inter liberos, etiam si sit condemnatus de crimine hæresis. vt in l. iiij. titul. xxvj. part. vij.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Soc. in regul. cxxxiij.

Vltra eum autem limita primò, nisi quis fuisset anathematizatus seu solenniter excommunicatus: vt in cap. debent 21. quæst. 3. quia talis testari non potest. ita tenet Bald. in l. fin. numero septimo. C. si à non competente iudice. Ratio est: quia talis anathematizatus videtur incedere in suspicionem hæresis. ita concludit Philipp. Franc. in d. Rubr. de testam. lib. 6. numero 31. allegando Bald. & quis propriè dicatur anathema, ponit text. in can. Engeltrudam. 3. quæst. 4. quem text. declarat notabiliter Marcus de Mantua in lib. v. obseruationum, obseruatione 50. vltra glo. & ibi illa fit cum solennitate, de qua in can. debent. & in cap. cùm aliquis. 11. q. 3. & in cap. cùm nõ ab homine. de iudic. & vnde dicatur anathema, est glos. in Extrauag. excommunicamus. in verbo, anathematizamus. de senten. excomm. in communibus. quam gl. sequitur Fel. in c. à nobis. num. 7. de excep. & quid sit anathema, vltra illam glos. ponit Host. in c. fi. de clerico excomm. ministran. & ibi Abb. idem Abb. in cap. cùm contingat. de foro compet. Feli. in Rub. nu. 3. de sent. excom.

Limita secũdò, nisi quis esset excommunicatus ob id, ꝙ percussit Cardinalem, vel auxilium, vel consilium dedit vt id fieret, vt in c. fęlicis. in prin. de pœnis. libro 6. P. Duen. re. 272.

¶ EXCOMMVNICATVS permanens per annum in excõmunicatione regulariter priuatur omnibus beneficiis si quæ fortè habet. c. rursus. 11. q. 3. cũ simil.

Fallit quando esset excommunicatus pro causa ciuili: quia tunc etiam si staret per mille annos in ipsa excommunicatione, non incidit in pœnam. d. ca. rursus. & simili, secundum Innocen. in ca. bonæ. de æta. & quali. Anto. de But. in c. 1. de iudi. per glo. in c. cùm contumacia. de hæreti. in 6. regula tenet in criminalibus, quod tu, regnicola, signa ad limitationem capituli regni nostri parthenopæi, incipiente si quis in excommunicatione, & c.

Excommunicatus petens absolutionem debet regulariter absolui in omni casu. glo. in cap. qua fronte. in verb. cautione. de appel.

Fallit quando agitur de recuperanda possessione ratione contumaciæ. c. 1. de seq. pos. & fruct.

Fallit in excommunicatione lata ob contumaciam nõ parendo iuri, maximè quando occurrit cõtradictio aduersarij ne absoluatur: quia tunc pignus vel fideiussor requiritur. tex. in d. cap. qua fronte. iuncta l. si mandato. ff. manda.

Fallit quando probabile est, quòd iurans non seruaret iuramentum: quia tunc requiritur idonea cautio, arg. c. literas. de rest. spolia. facit c. clericos. de cohabi. cleri. & mulie. vbi bonus tex.

Fallit quando quis est excommunicatus pro manifesta offensa, vel contumacia: quia non debet absolui nisi priùs satisfaciat, & hoc casu non sufficit etiam offerre pignora, vel fideiussorem. cap. ex parte, el 1. de verb. sign. c. venerabilibus. de sent. excom. c. 1. de iudic. S. Ian. re. 95.

¶ Ex-

¶ Excommvnicatvs post absolutionem restituitur ad iura lapsu temporis perdita: notat Abb. in c. I. de præscr. & concludunt Doct. in c. cum inter priorem. de excep.

Limita tripliciter, vt per Felin. in d. c. cum inter.

Primò, nisi fuisset negligens in petenda absolutione ab excommunicatione iusta.

Secundò, dummodò tempus fuerit præfixum à iure, secùs si ab homine. Declara vt per eum.

Tertiò, nisi excommunicati non intersit lapsum fuisse tempus, putà quia non fuisset exequutus testamentum intra annum: quod est notandũ. B. Dias re. 258.

¶ Excommvnicatvs pro manifesta offensa, non est absoluendus, etiam si velit satisdare de satisfaciẽdo, nisi actualiter satisfaciat. text. in c. ex parte. de verb. sign.

Limita quinque modis, vt per Ioan. Franc. de Ripa. in c. I. de iud. versi. in eandem gl. & per Felin. in c. cùm contingat. de off. del.

Primò, nisi in articulo mortis.

Secundò, si satisfactio exigit longum tractum, vt quia fuit excommunicatus, qui non fecisset construi ecclesiam.

Tertiò, si impossibilis esset satisfactio.

Quartò, quando fuit excommunicatus pro manifesta iniuria illata soli Deo.

Quintò, nisi satisfactio esset talis, quæ non conueniret excommunicato: vt quia non fecit se ad ordines promoueri. B. Dias. re. 260.

¶ Excommvnicatvs non est vir communicans vxori suæ excommunicatæ, ita è contra, Innocen. capitulo cum desideres. de sentent. excom. vers. communicauerit, per rationem huius reg. Dec. rubr. ff. si certum pet. num. 12. Brun. in cons. inserto. in tract. ext. Masc. numero II. Iaso. l. transigere. numero II. ff. de transaction. leg. quod dicitur. numero 39. ff. de re iud. Socin. rubric. ff. de acquirend. possessio. num. 93. Med. re. 9.

¶ Excommvnicatvs regulariter agere non potest, capitulo, intelleximus*. de iudic. B. Socin.

Additio.

* Intelleximus. Vbi vide Felin. qui hãc reg. per 14. declarationes expedit. B. Vad.

Primò fallit, quando reus est contentus vt agat: quia tunc non debet eum repellere: nam si excommunicatus diffamaret me, quòd essem debitor suus, possum facere quod iudex præfigat sibi terminum, vt agat contra me, & probet me debitorem suum: vt vt per Host. in c. exceptionem. de exceptionib.

Secundò fallit, quando debitor excommunicatus esset suspectus, quia tunc posset agere, vt no. Abb. in cap. cum inter. de exceptionibus.

Tertiò fallit, quando excommunicatus potest cedere actiones suas alteri non excommunicato contra debitorem suum, vt est gloss. in c. I. de iure patronatus libro 6.

Quartò fallit, *quia potest implorare officium iudicis. facit quod notat. in l. I. §. 4. ff. quod vi, aut clam. & in l. I. C. de iur. & facti ignor. B. Soc. re. 175.

Additio.

* Fallit. Huic fallent. adde Felin. in capit. cùm inter. de except. vbi etiam ponit, an audiatur, si actio sit tempore peritura. & vide eum in capitu. si aliquando. post princ. versicu. 2. quærit. circa princ. vers. ibi, item in materia. de senten. excomm. vbi ponit an habilitari videatur vt agere possit, si Papa det sibi iudicem. B. Vad.

¶ Excommvnicatvs regulariter non compensat, secundum omnes, in dict. capitu. cùm inter. Ratio, quia excommunicatus non potest esse in iudicio, at qui compẽsat est necesse quod sit in iudicio. ergo, &c.

Fallit, quando excommunicatus opponeret compensationem, & pro parte actoris non replicaretur, domine, tu non potes compensare: quia es excommunicatus, nam tunc bene admittitur, sicut etiam admittitur excommunicatus in agendo, parte non opponente, secundum Bal. in c. intelleximus. de iudi. & Archidia. in sum. 4. q. I. vide plura similia, quòd ad regulam, quòd multa permittuntur, parte nõ opponente, quæ aliàs non permitterentur, per Ias. plenissimè, in l. si arrogator. ff. de iis, qui sunt sui vel alieni iuri. S. Ian. re. 98.

¶ Excommvnicatvs spoliatus non restituitur. Gloss. in c. I. verbo, ad audientiam. in fin. 23. distinct. glo. singul. verbo, canonicum. in c. ex insinuatione. de procurat. secundum Imol. in l. is, qui reus. ff. de publ. iud. & alias gloss. allegat Felin. vbi similis est in c. dilectus. de rescr.

Limita sex modis, vt ibidem per eum. B. Dias re. 261.

¶ Excommvnicatvs, vel suspensus iniustè, seu nulliter debet recuperare fructus. c. super causa. secunda quæst. v. & ibi Dominicus & Spec. in titul. de fruct. & inter. §. fi. in fi.

Primò fallit, nisi taliter excommunicatus vel suspensus eligeretur extrà territorium suspendentis, vel administraret in beneficio, quod habet alibi: vt per Cardin. in clement. vt hi qui. de ætate & qualitate: secùs in suspenso ab officio: quia vbique operabitur illa suspensio, vt per Imo. in clem. 2. de vita & honest. cler.

Secundò fallit, nisi esset suspensus ab officio, & beneficio simul: vt per glos. in canone, presbyterum. vigesimaoctaua distinct. B. Soc. reg. 174.

¶ Excommvnicatvs vbi offensa dubia est præstita, cautione est absoluendus. Probat hanc regulam textus in ca. ex parte. el 2. de verbor. sign. & in c. cum desideres. de sent. excomm. & in c. solet. eod. ti. lib. 6.

Limita dupliciter, vt per Felin. in c. cùm contingat. de off. dele. nu. 5. B. Dias re. 259.

¶ Excommvnicatvm ab vno regulariter, alius nõ absoluit. tex. est in c. pastoralis. §. prætereà. de offic. ord. qui ad hoc quotidie allegatur secundum Abb. ibi. Facit text. in c. cum ab ecclesiarum. eodem ti. & in ti. & in c. I. de treu. & pace. cum aliis, quæ allegat Fel. in d. §. prætereà. in prin.

Limita hanc regulam sex modis, vt per eum ibi, vbi primam ampliat vno modo, & limitat alio. Quas limitationes (quia materia quotidiana est) in summa libet referre.

Primò fallit dicta regula in excommunicatione lata per constitutionem hominis. Ioann. Andr. Abb. & Imol. de præb. ca. graue. per c. nuper. de sentent. excommunica. æquiparando constitutionem inferiorum canoni Papæ. Idem Abb. in d. c. nuper. & alij relati per Felin. vbi suprà.

Secundò fallit in delegato Papæ, quia data negligentia, vel iniusta denegatione illius qui excommunicauit, poterit ipse absoluere quantum ad effectum, vt possit agitari causa sibi commissa. c. prudentiam. §. 6. & §. fi. de offi. deleg. & rationem assignat ibi Abb. in §. fi. in fine post alios, vbi vide.

Tertiò fallit, in eo, qui succedit excommunicatori in ipsa

in ipsa causa:& intelligunt doct.idem si non succederet in honore,sed in onere:pro quibus vide Doct. post Lap.de off.deleg.cum pluribus,in fi.in 6.

Quartò fallit in articulo mortis,vt est tex.& de rapt.c. in literis.cum glo.& de spons.non est,cum concord.

Quintò fallit in Papa, qui absoluit excommunicatum ab alio,etiam à consilio. Lud. Rom. consil.cccliiij. circa propositam:post principium, inducit pro singul.glo.fin.in c.ad reprimendam.eod.tit.dum dicit ordinarium posse absoluere excõmunicatum à plebano subdito suo.

Sextò fallit,in absolutione,quæ fit testi, pro ferendo testimonio,iuxta c.veniens el 2. de testib.quia potest fieri à iudice causa cognita.Oldrad.consil.278. licet quantum.versi.super 3.& de veritate,& declaratione vide Fel.vbi s. B.Dias.re.262.

¶ Excommunicatum habere personam standi in iudicio.

Pro.

Ext.de iudic.c.intelleximus.
Ext.de condi.appo.c.cùm sit proprium.
Ext.de senten.excom.c.si verè.
11.q.3.c.si episcopus.& c.seruetur.

Contra.

Ext.de of.ord.c.quæsitum.
Ext.de hæret.c.vergentis.
Ext.de sent.excom.c.per tuas.
11.q.3.c.cum excommunicato.

Solutio.

Excommunicatus in agendo non habet personã standi in iudicio,d.c.per tuas.& ext.de excep.c.cum inter.præterquam in duobus casibus, scil.cet quando dicit se esse excommunicatum post appellationem, vel quando error intolerabilis est expressus in sententia,d.c.per tuas. In respondendo autẽ habet personam standi in iudicio,quia conueniri potest:&respondebit per procuratorem,si habeat.d.c.intelleximus,vel in propria persona,si non habeat procuratorem,ne de suo dolo commodum reportet. d.cap. si verè. Damas.reg.110.

¶ Excommunicatio. Quòd excommunicati post absolutionem omnia iura, quæ amiserant per excommunicationem, recuperant per absolutionem.

Pro.

6.q.1.c.illi qui.
3.q.c.beatus.
15.q.6.c.nos sanctorum.
Ext.de hæret.c.sicut ait.
Ext.de testib.c.veniens.
Ext.de elect.c.quia diligentia.
Ext.de reg.iur.c.omnis res.

Contra.

2.q.3.§.hinc colligitur.& §.notandum.
25.dist.c.primum.
Ext.de hæret.c.vergentis.

Solutio.

Excommunicatus recuperat iura sibi competentia cùm absoluitur, nisi publicatio bonorum facta fuerit post excommunicationem,d.cap. vergentis. Sed licet recuperet iura,statum pristinæ personæ amittit,nec promouebitur: quia excommunicatio infertur pro contumacia,11.quæst.3.certum. Sed & contumacia in veteri lege morte mulctabatur, 11.q.3.c. absit.Hodie à promotione repellit.54. dist.c. multos.in fin. Item, nulla pœna maior est in ecclesia, quàm excommunicatio.24.q.3.c.corripiantur: ergo pro maximo delicto est infligenda.24.q.c.non afferamus.Ideo cùm constat illum fuisse excommunicatum,constat eum fuisse criminosum:ergo nõ est recipiendus ad ordines, vel ad accusationes. 6.q.1.ca. qui crimen. Attamen contrarium est verum. d.c.veniens,nisi qualitas criminis, pro quo fuit excommunicatus,inducat contrarium. Damas.re.10.

¶ Excommunicatio.Abbas regulariter non potest absoluere Monachos ab excõmunicationibus inductis à iure,Clemen.1.de priui. Panor.in c. Monachi,de sent.excom.

Fallit in 3.casib.vt per Dias.reg.1.

Excommunicatus post absolutionem restituitur ad iura lapsu temporis perdita.Abb.in c.primo. de præscript.

Fallit in 3.casib.vt per Felin. in c.cum inter priorem, de excep.colum.9.

Excommunicatus vbi offensa dubia est, præstita cautione est absoluendus,c.ex parte,el 2.de verb.oblig. c.cum desideres.de sent.excom.

Fallit in 2.casib.quos not.Felin.in c.cum contingat,de offi.deleg.nu.5.

Excommunicatus pro manifesta offensa non est absoluendus,etsi velit satisdare de satisfaciendo nisi actualiter satisfaciat, capit.ex parte, de verborum significat.

Fallit in 5.casib.vt per Ripam in c.1.de iud.Felin.in ca. cum contingat,de offi.delegati.

Excommunicatus spoliatus non restituitur,glo.in c.1. dist.23.gl.in c.ex insinuatione.de procu.

Fallit in 6.casib.vt per Felin.in cap.dilectus, de res. numero 11.

Excommunicatum ab vno regulariter alius non absoluit,c.pastoralis,§.præterea,de off.ord.

Fallit in 6.casib.vt per Felin.in d.§.præterea.

Excommunicatio potest fieri particulariter per sententiam contra subditum extra territorium, Fel.in c.cum sit Romana.de appel.vbi limitat.

Fallit in 4.casib.vt per Felin.in c.licet ratione.de foro comp.nu.52.

Excommunicatio monitione non præmissa fieri non potest.c.sacro.de sent.excom.

Fallit in 5.casib.vt per Felin.in d.c.col.2.

Clericum percutiens est excommunicatus, & non nisi à Romano Pontifice debet absolui, cap.si quis suadente,17.q.4.c.1.& c.non dubium,& c.ex tenore,de sent.excom.

Ampliatur in 11.casib.& limitatur in 3.à P.Due.re.99.

Participans cum excommunicato non peccat mortaliter,Doc.in d.c. si quis suadente.

Fallit in 6.casibus,vt per Bened.Capr.in suo tract.con cl.81.

Excommunicatus agere non potest, c.intelleximus,de iud.

Fallit in 4.casib.vt per Soc.reg.132.

Excommunicatus etiam maiori excommunicatione regulariter testari potest,Bar.in l.si quæramus,in fi. de testam.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.133.

Gesta ab occulto excommunicato, & tollerato, siue ab eo, qui communi opinione pro non excommunicato habetur, tenent & valent, l. Barbarius, ff.de offic.prætor Cano.in cap.veritatis,de dolo & contum.

Fallit in 3.casib.vt per Soc.reg.166.

Sacrilegi omnes sunt excommunicandi, non autem ipso iure excommunicati,gl.in c.conquestus, extra de fo-

de foro compet.

Fallit in 8.casib.vt per Soc.reg.350.

Omissio monitionis non reddit excommunicationem nullam,sed iniustam.Fallit in 4.casib.vt per Fel.in c. cùm sit Romana,de appel.nu.19.

Si quis iniuriat Clericum est excommunicatus, ca.super,de sent.exc.

Fallit in 8.casib. secundum Feli.in d.c.nu.12.

Excommunicatio non potest fieri sine monitione,c.sacro de sent. excom.

Fallit in 6.casib.vt per Fel.in d.c.nu.4.Don.Fin.lib.4.

¶ Excommunicatio potest ferri particulariter per sententiam contra subditum extra territorium. Regula est quam tradit Phil. c.cùm sit Romana : de appel.per text.ibi,& in c.tuæ. de cleri. non residen. quem sequitur Fel.in c.fi.de foro comp.

Limita tripliciter,vt per Fel.vbi s. B.Dias. re.264.

¶ Excommunicatio, monitione non præmissa ferri non potest.tex in c.sacro.de sent.exc.in antiq.

Limita quinque modis,vt per Felin.ibi.

Excussio,vide s.in verbo creditores. B.Dias.re.265.

¶ Excommunicationis sententiam posse ferri sub conditione.

Pro.

5.q.1.c.quidam.
63.dist.c.Salonitanæ.
17.q.4.c.si quis suadente.
Ext.de appel.c.præterea.
Ext. de matri.contrac.cont.interdic.eccl. ex literis.

Contra.

2.q.6 c.biduum.
Ext.de reg.iur.c.actus legitimi.

Solvtio.

Sententia definitiua non debet ferri sub conditione, lata autem tenet,d.c.biduum.Sed sententia excommunicationis referri potest, quia in multis differt ab aliis sententiis, & per appellationem reuelatur, ext.de appel. c.pastoralis.Item siue iusta sit,siue iniusta,tenet,9.q.3.c.1. Damas.reg.114.

¶ Excommunicationem non inducit præceptũ factum à iudice sub pœna excommunicationis, licet contraueniatur,sed requiritur noua excom.gl.in c.relatum.de iure pat.& in c.2.de matr.contrac.contra interd.eccles.cum aliis quatuor, quas commendat Fel.in c.sicut tuis.de simo.

Limita tripliciter,vt per eundem Felin. ibi. B.Dias. reg.263.

¶ Excusari nemo debet de ignorantia formæ.l.fi. C.de testam. Tiraq.in tract.de retr.conu.§.4.glo.6. numero 32.gloss.leg.ambiguitas.C.de testamen.Doctor.leg.iuris ignorantia. C.qui admitti. capitulo ignorantia.vbi Din.numer.3. & Boer.de regu.iur.6. Executione sententiæ nulla fit omissa forma. Afflictus Decis.396.numero 11.vt si fieret durante tempore appellationis, gloss.leg. vnica. §. nouarij. ff.nihil nou.appel.pend.Franc.capit.non solum.nu.7.de appel. Med reg.7.

¶ Excvsatio. Ad sui excusationem nemo potest allegare suam nimiam credulitatem : hanc regulam cum 4.limitationibus ponit Soci.in l. æquissimum. ff.de eo per quem factum erit. Don.Fina,lib.5.

¶ Excvsatio. Consuetudinem excusare à peccato.

Pro.

Ext.de test. c.ad hæc.
Ext.de iudic.c.nouit ille.
Ext.de diuor.c.gaudemus.
Ext.de tempo.ord.c.sanè.& c.cùm secundum.
Ext.de caus.pos.& prop.c.cum ecclesia.
Ext.de his quæ fiu.à præla.c.ea noscitur.
32.q.4.c.obiiciuntur.

Contra.

32.q.7.c.flagitia.
8.dist. c.consuetudo.
Ext.de simo.c.non satis.& c.cùm in ecclesiæ.
Ext.de reg. iur.c.quotiens.
Ext.de consuet.c.cùm inter.
Ext.de probat.c.sicut consuetudo.
Ext.de præben.c.cùm non ignores.
Ext.de sent.& re iud.c.cùm causa.

Solvtio.

In his quæ sunt iuris naturalis, ac diuini, consuetudo non excusat. d.c. non satis. ad hoc facit quod dicit Augustinus: Malè adinuentæ consuetudines tempore non confirmantur, sed magis sordescunt. authen. vt nulli iud.§.nulli verò. Si verò consuetudo inducatur contra ius positiuum, tunc si inducatur contra ius inductum in fauorem vtentium consuetudine, præiudicabit iuri:nec deliquerit, qui illã sequetur: quia vnicuique licitum est renũciare iuri suo, quod pro se est introductum. ext.de renunc. c.quidam. Si verò in fauorem aliorum,non poterit præualere iuri,nisi sit præscripta.d.c.cùm in ecclesiæ. etiamsi in fauorem ecclesiæ sit introducta. ext. de consuetud. c.vlt.& Ext.de præscr. c. de quarta. Damas.re.16.

¶ Excvssio antequam ad fideiussorem deueniatur,prius contra principalem debitorem fieri requiritur,Authen.præsente,C.de fideiu.Auth.hoc si debitor,C. de pigno.

Fallit in 12.casib.vt per Soc.reg.234.Fallit in 23.casib. quos not.Pet.Duen.reg.336.Ampliatur in 27.casib. & limitatur in 52.ab Ant.Gab.li.3.de fideius.concl. 1.Don.Fina,lib.3.

¶ Excvssio antequam ad fideiussorem, vel possessorem deueniatur , prius contra principalem debitorem fieri requiritur*.in authentic.præsente.C.de fideiussor.& in authent.hoc si debitor.C.de pignor. B.Socin.reg.272.

Additio.

* Requiritur.Vid. Ias.Inst.de act.§.item si quis postu. nu.67.vbi in apost.quibus adde Corn.in cons. cix.incip.viso.in prin.in litera A.& B. in 1.parte.

Primò fallit,quando fideiussor interponeret iuramentum soluendo pecuniam creditori : tunc enim vt iuramentum aliquid operetur , non potest fideiussor opponere quòd prius debeat fieri excussio in bonis principalis debitoris:hoc singulariter probat tex.in c.ex rescrip.& ibi no.de iureiur.

Secundò fallit,si debitor pendente iudicio , cum creditore alienat rem hypothecatã : quia tunc hoc cãsu etiã absque alia excussione & ordine poterit creditor agere hypothecaria contra emptorem ipsius rei possessorem,vt in l.distractis.& in auth.hoc ita. C.de pign. quod est intelligendum secundum gl.& Bar.in d.auth.hoc si debitor.

Tertiò fallit, vbicunque debitor principalis esset absens:quia tunc aliquo pacto non posset excussio fieri contra possessorem bonorum suorum , vt voluit gl.in d.auth.hoc si debitor.

Quartò fallit, quando debitor se constituit, & obligauit precario nomine creditoris sui possidere, per

per text.in l.fin.C. de acquir.poss.& ibi not. Angel. quod intelligit Baldus, quando ageretur condictione ex illa lege: secùs autem, si ageretur hypothecaria, vt ipse not.in lege 1. C. de reuocandis is quæ in fraudem creditorum.

Quintò fallit, quando esset certum, & indubitatū principalem non esse soluendo, vt est gloss. not. in l. filiusfamiliàs.si certum petatur: & in l. decem. ff. de verborum obligationibus. quam notabiliter nota, sufficit enim, quòd adsit tempore litis contest. contentio possess. vnde si posteà, pendente iudicio, principalis soluendo efficiatur non redditur iudicium nullum, nec est amplius necessaria excussio: vt not. Paul. de Castro in dicta lege finali. post Angel. Bald. in l. peremptorias.C. senten. rescin. non posse. Et est ratio, quia quando negatiua est vera tempore probationis non potest posteà probari contrarium, vt dicit Bald.in l.qui hypothec.C.si vend. pignori. agatur.& facit text.in lege, litis contestatæ, ff.de negot. gestis.& est glos.in l.illicitas.in fin.de officio præsi. & in l.nisi hoc actū. ff. de pactis. licet Ludouicus de Roma.in l. stipulatio. ff. de noui operis nuntiat. teneat contrarium, de quo vide ibi per eum: nam abundè omnia discutit.

Sextò fallit, quando conuentus hypothecaria non opponit de excussione non facta, quia procedit iudicium ex quo est conuentus: vt not. gloss. Bartolus & Rapha.in l.si mancipium.ff.de euict.& Barr.& Paul. de Castr.in d.l.finali.Item etiam tenet Iacob.Butr. in quodam suo tractatu quem fecit in materia excussionum, & Angel.in Auth.de fideiuss.in §.sed neque quid.colla.1.& Bald.in l.cum testamento.C.de manumis.testa.tamen hoc casu ipse agens non poterit agere seu opponere, nisi in dubio ille probet principalem debitorem non esse soluendo. & ita notat Bald. & Barto.in l.secunda.C.de sent.& plenè Paul. de Castr.in dict.l.decem. de verborum obligation. & in d.l.finali.& probat glo. singul.in d.l.nisi.de pactis. Si autem fuit oppositum excussionem non factam, & ea non obstante iudex processit ad vlteriora, iudicium erit nullum: quia non est in iudicis potestate quod vigore legis permissum non videtur. in l.1.§.penul.ff.de pœn. Sed si fuit admissa, & replicauit agens, quod non esset necessaria, etiam si iudex nullo alio declarato processit in causa, valet processus: quia videtur illam exceptionem excepisse propter replicationem. ita no. Paul. de Castr. in d.l.finali.eod.tit.

Septimò fallit, dicta regula quando creditor agit contra commodatarium vel depositarium rei sibi hypothecæ, vt est gloss.& ibi hoc notat Angel.in dicto §.sed neque. sequitur Bald. in dicta authent. hoc si debitor.

Octauò fallit, quando bona debitoris sunt extra territorium, ita quòd de facili creditor illa consequi nō potest. Secùs autem si de facili habere posset. l. præsenti.§. nunc autem.C.de is qui ad ecclesi.confu.& no. Ang.in d.§.neque.

Nonò fallit, quando debitor habet bona in aliquo fortilicio, & propter eius potestatem non possunt capi, per glos.in l.2.ff.qui satisdare cogant. & notat Angelus in d.§. sed neque.& in d. l. 2. vbi etiam notat Paulus de Castr.& Bar.

Decimò fallit: quando debitor est adeò rixosus, quòd difficulter potest ipsum conuenire: quia idoneus dicitur, & habetur non tantum ex facultatibus, sed etiam ex fide, & conueniendi facilitate. vt in l.si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum. ff.de verbor. obligat.in §.fin.quod tenet Ang.& Raph.& Ioan.de Imol.in d.l.2.pro quo est text. in l.si conuenerit. in §.fin. ff.pro soc.

Vndecimò fallit, quando excussio fuit semel facta per vnum ex creditoribus: quia si alter vellet agere, nō est opus noua excussione: cum sententia faciat notorium non esse soluendo: vt l.emptorem.ff.de action. emp. Ita tenet Iac.de Are.& Ang. in d.authen.hoc si debitor. qui idem dicit si debitor pendente iudicio cum creditore alienauit rem hypothecatam, vt tunc non requiratur excussio. pro quo facit lex 1. & 2.ibi posita.& l.fi.de pignoribus.

Vltimò fallit, quando ex forma statuti potest procedi, vt fiat solennitate omissa. vt notat Bald. in l. mancipium.§.1.de euic.& per glo.ibi.pro quo facit tex.in gloss.in authen.de fideius.in §.argentariorum. quam allegat Ang. Aret.in §.si quis in fraudem.Insti.de action. B.Soc.re.177.

¶ EXECVTOR mixtus, super exceptionibus non iudicat.gl.est in c.pastoralis.§.quia verò.de offic. deleg. vbi Doct.

Limita dupliciter hanc conclusionem, vt per Felinum ibi. B.Dias.re.268.

¶ EXECVTOR mixtus datus, scilicet nō cognito, nec discusso negotio executionis, fortè à statuto in auxilium iurisdictionis habet cognitionem exceptionum, non decisionem.tex.secundum Abba.in capit. de cæterò. de re iudic.tex.iuncta glos.in cap. dicenti.§.& si non cognitio.xxv. quæst. 2. domi.in c.sicut, 2.quæst.1.

Limita dupliciter, vt per Feli.in d.c.de cætero. B.Dias re.271.

¶ EXECVTOR mixtus super exceptionibus non iudicat, gloss. in cap. pastoralis, §.quare verò. de offic. delegat.

Fallit in 2.casibus, vt per Felin. in d.§.quare verò, col. 5.tamen in cap. de cætero.de sent.dicit, quòd executor mixtus, id est, datus non cognito, nec discusso prius negotio executionis fortè à statuto in auxilium iurisdictionis habet cognitionem exceptionum, & ibi limitat in 3.casib.

Executor testamentarius non potest suum officium alteri cōmittere, Bar.in l.nulli licere, C. de epis.& cle.

Fallit vt not.Bald.in d.l.nulli.& Alex. in l.1.colu.3. ff. de leg.2.

Executor ad lites merus, id est, datus post liquidatam materiam executionis vt nuntius datus ad possessionem tradendam nullam exceptionem audit. l. si tu proponis,& l.executorem.C.de execu.rei iud.

Fallit in 5.casibus, quos no.Fel. in ca.de cætero, colum. 2.de re iud.& in c.pastoralis, de off.delegat. §.quare verò, nu.5.

Executor nudi ministerij non habet iurisdictionem, nec cohertionem, c.fi.§.fi.de off.deleg. c.pastoralis, §.quare verò, eo. tit.

Fallit in 4.casib.vt per Feli.in cap.ex literis, de off.deleg.col.fi.

Executor ad beneficia non tenetur assumere partes iudicis si non vult. Fallit in 6.casib.vt per Fel.in c.dudum, de præsum.nu.19. Don.Fina, lib.3.

¶ EXECVTOR ad beneficia non tenetur assumere partes iudicis regulariter, si non vult. Innocent. & ibi omnes. in d.cap. dudum. per text. in l.non quicquid. ff.de iudic.

Amplia

Amplia, etiam si executor ex abundanti citet, & quædam agat quæ ad iustificationem sui officij tendát, quia per hoc non facit se mixtum. Cardina. consil. lxxvij. Reuerende pater, & domine, &c. & Anchar. in consi, ccxxj. arg. c. bone. de electio. vide Bald. in l. neque natales. C. de probat.

Amplia etiam si Papa diceret, vel scriberet dicendo, si cóstiterit de collatione, & reseruatione, moneas, inhibeas, declares vt petitur, & iustitiá facias, quia per hoc non tenetur iudicialiter procedere. Anch. consi. ccxcviij. efficacib.

Fallit, quando in literis esset adposita clausula, vocatis vocandis: quia tenetur citare, iudicialiter procedere. cap. dudum. præalleg. per capitu. exhibita, de iudic.

Fallit, quando comparet is, qui aliquod præiudicium prætendit. Innocen. & Hosti. cap. proposuit. de concess. præbend.

Fallit, quoad aliqualem cognitionem, quia licet non agatur de præiudicio tertij, non tamen tenetur vocare partes, nec cognitionem iudicialem adhibere: tamen si nulla cognitione præmissa, etiam extra iudicialiter procedat executor ad prouisionem, prouisio erit nulla propter defectum formæ mandati, per quam videtur delegans voluisse aliqualem cognitionem procedere ante prouisionem, & ideo si nulla præcessit ipso iure vitiatur quod agitur, vel forma non obseruatur. Imo. in d. cap. dudum. quod intellige vt per Fel. ibi in d. c. dudum. in versi. Secunda conclusio, &c. S. Ianu. reg. 51.

¶ Execvtor ad lites merus, id est datus post liquidatam materiam executionis, vt nuntius datus ad possessionem tradendam, nullam exceptionem audit. text. est in lege, si vt proponis. & in l. executoré. C. de executio. rei iudic.

Limita in quinque casibus, collectis per Feli. in ca. de cæterò. de re iudic. B. Dias re. 270.

¶ Execvtor nudi ministerij, nó habet iurisdictionem, nec cohercitionem. capitulo final. §. fi. de offi. delegat. capitulo pastoralis. §. quia verò. eodem titulo.

Limita quatuor modis, vt per Felinum in capitul. ex literis. de officio delegat. Bernard. Dias re. 272.

¶ Execvtor ad pias causas, si ferè totum rei precium recepit rei venditæ, & de vno nummo habeat fidem, non transfert dominium. Bald. l. inciuile. C. de rei vindic. quia non potest dominium transferre donec totum precium receperit, licet cótractus valeat. Bald. leg. cum vendente. C. vbi causæ fiscales argumen. leg. quandiu. C. de distr. pig. Medi. re. 5.

¶ Execvtor quilibet esse potest, cùm omnia vnicuique concessa intelligantur, quæ prohibita non sunt. l. necnó, §. quod eis, ff. ex quibus causis.

Fallit in 12. casib. quos not. Bene. Capra in suo tra. executorum, in 2. membro.

Executor merus, & nudus, agere non potest contra hæredes, licet bene recipere possit, & distribuere, l. Lucius, §. Mæuia, ff. ad Treb.

Fallit in 4. casib. quo not. Benedict. Capra in d. tract. in 6. memb. nu. 12.

Omnes executores agere, & conueniri debent, argu. l. 2. ff. de adm. tuto.

Fallit in 6. casi. quos not. Benedic. Capra in d. tract. in 6. memb. nu. 180.

Executorum officium durat per annum, gl. in c. si hæres iussu, de testa.

Fallit in 6 casib. quos not. Benedict. Capra in d. tract. in 7. membro. Don. Fina. lib. 2.

¶ Execvtor testamenti non potest præiudicare hæredibus, ideo debet satisdare, de distribuédis bonis ad vsum destinatum, & de reddenda ratione, Barto. l. si ex duob. ff. de leg. 2. l. diuus. ff. si cui plus. l. quia. ff. de leg. 1. l. lib. §. largius. ff. de alim. leg. Barto. l. solent. ff. eo. Bald. leg. fin. C. de his, quæ sub modo. Medic. reg. 8.

¶ Execvtor testamenti, si pater est, poterit soluere de illis creditis, quæ aliàs non posset, quando testator mandauit soluere aliqua per modum relationis, & relatio ad alia minimè referri posset. Iaso. in terminis huius reg. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 64. ff. de verb. obligat. no. l. cùm stipulatus. ff. eo. tit. Bal. l. acceptam. q. 6. C. de vsuris. Bald. cons. 13. volumine 5. Paris. cons. 9 nu. 17. volu. 4. cons. 39. nume. 5. volu. 3. Medic. re. 10.

¶ Execvtor testamentarius non potest suum officium alteri committere: notat Bartol. in l. nulli licere. Cod. de episcop. & cleric. versicu. Sed nunquid episcopus. not. Ioan. Andr. in nouella, in cap. fin. de testa. in vj.

Limita in exequutore legato, vt est iudex vel episcopus. Ita firmat Bald. d. l. nulli. d. versicul. quod dicit perpetuò notandum. Alexand. in l. j. ff. de leg. ij. B. Dias re. 269.

¶ Execvtoris testamenti officium soluitur morte, Din. l. alimen. ff. de alimé. & cibar. leg. nisi dictú esset quod ad hæredes transeat, Doct. l. à filio. ff. eo. glo. c. fin. de testamen. 6. Bart. l. tutela. ff. de tutelis. Baldus l. 2. §. sed & si. colum. 3. Cod. com. de leg. l. id quod. quæsti. 8. l. 1. C. si quis rem minor. l. cuius. ff. de cur. fur. Ampl. vt executio commissa hæredi, non transeat ad hæredes hæredis. Fallit, nisi sit datus sub nomine dignitatis, nam tunc transit ad eius successorem, l. à filio. ff. de alimen. & cib. leg. Medic. tract. 2. & par.

¶ Execvtio si fit super re, super qua cognitio præcessit, & lata est sententia, tunc non impeditur executio, sed tertio se opponente cauetur de indemnitate, l. is à quo fundus, & l. seq. ff. de pet hæred.

Fallit in 2. casib. secundum Iaso. in l. à diuo Pio, §. super rebus. ff. de re iud. numer. 17. Ampliatur & limitatur in 2. casib. per Pet. Duen. reg. 274. & per Diaz. reg. 166. Fallit in multis casib. secundum Feli. in cap. veniens. de test. nu. 10.

Iudex alterius territorij non potest mittere executioni sententiam ab alia iudice latam, nisi ad literas, & requisitionem illius iudicis, qui sententiam tulit, l. properandum. §. si autem, C. de iud.

Fallit in 2. casib. vt per Iaso. in d. §. si autem, numer. 21. Fallit in 4. casib. secundum Felin. in cap. postulasti, de foro compet. num. 21.

Executionem sententiæ impedit exceptio nullitatis, quæ potest incontinenti probari. Barto. quem sequuntur omnes in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi.

Fallit in 3. casib. vt per Iaso. & Zas. in dict. §. Fallit in 7. casib. vt per Alexand. in d. §. numer. 5. & sequ. vbi pónit aliam regulam, & limitat in sex casibus, in quibus licet exceptio requirat altiorem indaginem. impedit executionem sententiæ. exceptio nullitatis, quæ requirit altiorem indaginem non impedit excutionem sententiæ. Barto. in dict. §. condénatum, facit text. in cap. sciscitata, de in integ. rest.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in d. §. col. 4. vbi etiam Zasi. ponit 3. fallentias.

Executio non poteſt fieri pro debito vniuerſitatis contra vnum inſolidum. Bar. in l. ſi ſe non obtulit. ff. de re iud.

Fallit in 5. caſib. ſecundum Ripam, in d. §. column. 6. numer. 34.

Actus nulli executioni mandatur, licet nullus remaneat, no. in cap. dilecto. de appelat. vbi Præpoſitus limit. in 4. caſib. nu. 85.

Executio ſententiæ fieri non debet durante tempore dato ad appellandum, gloſſ. in l. vnica, vt appellatio. pendente, gloſ. in cap. non ſolùm. de appellatio. lib. 6.

Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 7. à Felin. Fran. in d. ca. non ſolùm. numer. 7. fallit in 17. caſib. vt per Specul. in titu. de execut. ſententiæ, §. poſtremò. numer. 1.

Executio contra omnes, & in omnibus rebus poteſt regulariter fieri, niſi expreſſè reperiatur prohibitũ, per regulam l. ab ea, ff. de probat. & in l. mutus. §. cũ quæritur. ff. de procu.

Fallit in 14. caſib. quos not. Pet. Duen. reg. 275.

Executio poteſt fieri contra fideiuſſorem pendente lite contra reum, Bald. in l. fi. nu. 2. ff. de fideiu. gl. in l. creditor. ff. mand.

Fallit in 4. caſib. quos no. Pet. Duen reg. 276.

Executio poteſt fieri in hæredem, mortuo teſtatore, l. vnica. C. vi act. ab hæred.

Ampliatur in 5. caſib. & limitatur in 8. à Pet. Duen reg. 277.

Exequitur ſententiam ſuam prætor, no. in Cle. 1. de ſequeſtratio. poſ.

Fallit in 3. caſib. quos no. Lancil. in trac. de pręto. in ti. de executio. num. 2.

In omni executione per iudicem citari debet pars cũ termino congruo, etiam quando in eadem ſpecie facienda eſt executio, vt voluit Cy. Imol. Alexand. & Iaſo. in l. à diuo Pio. §. in venditione. num. 9. ff. de re iud.

Fallit in 3. caſib. quos no. Lancil. in tract. de præto. in titu. de execu. nu. 3. Fallit in multis caſib. ſecundum Fel. in c. vt ratione. de appellat. num. 8.

Executio cõtra omnes, & in omnibus fieri poteſt, Maranta in Specu. au. in vlti. parte, vltimo actu iudicij, numer. 28.

Ampliatur in 5. caſib. & limitatur in 47. per Lancil. in tract. de prætore, in tit. de execut. ſenten. nu. 13.

Executio ſententiæ impeditur ex nullitate notoria reſultante ex actis, etiam ſi tres conformes eſſent ſententiæ, Salicet. in leg. 1. C. ne liceat tertio.

Fallit in 2. caſib. quos not. Port. libr. 1. ſuarum conclu. reg. 32.

Executio ſententiæ ſtatim facienda eſt poſt tres conformes quacunque nullitatis exceptione non obſtante. cle. 1. de re iud.

Ampliatur in 8. caſib. & limitatur in 19. à Port. libr. 4. reg. 25.

Executio eſt nulla, ſi ordo excedatur in ead. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.

Fallit vt per Port. in l. 5. reg. 11.

Sententia contra tertium poſſeſſorem non mandatur executioni, Bald. in l. 1. C. quorum legato.

Fallit vt per Soci. reg. 135.

Executio ſẽtẽtiæ criminalis impeditur in 8. caſibus, quos enumerat Blanc. in praxi crimi. fol. 154. multos alios caſus enumerat Marſ. in praxi crimi. in §. opportunè. nu. 1.

Executio rei iudicatæ non põt fieri in bobus, aratris, cæteríſque inſtrumentis ruſticorũ. l. executores. C. quæ res pig.

Fallit in multis caſib. quos no. Viuius in ſuis concluſ. in ver. executio.

Executio ſententiæ ſpectat ad iudicem appellationis, not. in l. à Diuo Pio. ff. de re iud.

Fallit in 3. caſibus ſecundum Alexand. in d. l. nu. 20.

Nomẽ debitoris mei poteſt capi pro executione ſententiæ, not. in d. l. à Diuo Pio. §. ſi quoque.

Fallit in 3. caſib. vt per Alexand. in d. §. nu. 2. Don. Fin. lib. 3.

¶ Execvtio contra omnes, & in omnibus rebus poteſt regulariter fieri, niſi expreſè reperiatur prohibitum. Hanc regulã probat regula iuris: quæ habet quòd in iure omnia cenſentur permiſſa niſi reperiantur prohibita, vt in l. necnon. in §. quod eis. & ibi gloſſ. ff. ex quibus cauſis maior. textus in l. ab ea. ff. de probationi. & in l. mutus. in §. cùm quæritur. ff. de procurat. cum aliis ſimilibus allegatis in gloſſ.

Limita primò non procedere in veſtibus, lecto, & aliis ſimilibus ad vſum neceſſarium reputatis: nam in iſtis non fit executio: quia iſta minimè tranſeũt in hypothecam, ſecundum Barto. Bald. & Doctores, in l. j. Cod. quæ res pignori obliga. poſſunt, text. in l. quinta. titul. decimotertio. part. 5. Pro quo facit: quia veſtes etiam cedenti bonis ſunt relinquendæ ſecundum Bart. & Doctor. in l. penult. ff. de ceſſione bonorum. quia etiam damnatis ad mortem non auferuntur veſtes. l. diuus. ff. de bonis damna. Ita tenet Ioan. Faber, & ibi Iaſon numero 26. in §. fin. Inſtitu. de actio. Quod tamen intelligo verum, quando aliud debitor haberet: ſed quando aliud non haberet debitor, poſſunt capi etiam ſupellectilia, & lectus, & veſtes: debent tamen ſolùm relinqui veſtes quibus cooperiatur, pro qua opinione eſt gloſſ. in verbo, aratorium. in l. exequutores. C. quæ res pignori oblig. poſſunt. quam gloſſ. ſequitur Lud. Gome. in §. item Seruiana. numero 37. de action. Inſtitu. faciunt, quæ dicam in ſequentibus limitationibus.

Limita ſecundò, non procedere in bobus aratoris, & inſtrumentis ad agriculturam deputatis, vt eſt tex. in l. executores. & in authenti. agricultores. C. quæ res pignori oblig. poſſunt. ita tenet Iaſon in l. j. nume. 1. ff. de feriis. Ludouic. Gomez. in §. item Seruiana. nume. 30. inſtit. de actio. Pro qua eſt Regia l. iiij. tit. xiij. part. v. titul. xix. lib. iij. fori. & l. vij. & viij. tit. duodecimo. li. v. ordina. Quod etiam verum intelligo, vt ſuprà dixi, & infrà dicam, aliis bonis non exiſtentibus.

Limita tertiò, non procedere in militibus: nam executio non poteſt fieri in armis, nec in equis ipſorum, vt eſt gloſ. in l. Nepos Proculo. in verbo, dignitate. ff. de verb. ſigni. quam ſequitur Iaſ. in §. item Seruiana. nu. 66. inſti. de actio. De iure Regio probatur in l. v. tit. xiij. part. v. & in l. ix. tit. xij. lib. v. ordin. & in l. xij. tit. j. & in l. iij. tit. ij. li. iiij. ord. Quod etiã habet locum, etiam ſi iſte talis non ſit miles: ſi tamen militat & habet equum & arma, talia etiam non poſſunt capi: vt in d. l. xij. ti. j. lib. iiij. ord. & in pragma. lvij. verſic. Otroſi defendemos. in volum. prag. & in prag. vltim. de Madrid. Anno Domini 1534. Quod tamen locum habet etiam pro debitis fiſcalibus, vt in dicta pragmat. xliiij. vbi hoc intelligit quandocũque miles habet alia bona: ſecùs ſi alia bona nõ habet, pro qua opinione eſt etiam textus in l. ſtipendia. C.

dia.C.de execu.rei iud.&ibi Cinus.

Limita quartò, non habere locum in stipendiis militū:vt in l.stipendia.C.de execu. rei iudic.& ibi doc. & in l.commodis.& ibi Doct.ff.de re iudic.

Quintò fallit in scholaribus: nam in libris scholarium non potest fieri executio:vt est glos.not.in l.nepos Proculo.in verb.dignitate.ff.de verb.signifi.quam gl.sequitur Iaso.in l.si non sortem.in §.si centum.ff. de cōdit.indeb.& istam opinionem tenet.Montal. in d.l.v.tit.xiij.part.v.Eandē etiam gl.sequitur Ias. in §.fi.nu.6.Instit.de actio. Rebuf.in tract.de priui.schola.priuil.xix.Ratio illius gl.est:quia in generali obligatione nunquam comprehenduntur instrumenta & res,per quas vtilitati publicæ consulitur,pro qua opinione est text. in l.obligatione.cum seq.ff.de pig.quem tex.declarat notabiliter Negusantius in tractatu pig.in secund.parte,membro ij. nume.36.cum seq. Quam limitationem intelligo veram vt suprà dixi, quando alia bona reperiuntur:secùs si alia bona non reperiuntur: ita Gomes. in §.item Seruiana. numer.30. Institu.de actio.per gloss.in d.l. executores. licet idem Petrus Rebuffus contrarium teneat in tra. de priuilegiis scholarium, priuilegio cxiij.

Sextò limita non procedere contra tertium non nominatum in iudicio: quia contra eum non potest fieri executio.ita Bald.in consilio cxlix.volum.iij. facit etiam quod notat Bald.& ibi Ioan.de Imol.in l.si binę ff.de iniusto,rupto.idem Bald.in l.si pro te. in fi.C.de dotis promis.vbi tradunt,quòd is qui nō reperitur in instrumento,non potest ex illo prætendere executionem, nec actiuè nec passiuè: quamuis ex eo interesse prætendat, facit etiam text.cum sua materia in l.à diuo Pio.in §.si super rebus.ff.de re iudic.facit quod tenet Iaso in l.iuris gentium.in §. prætor ait.numer.9.ff.de pact.vbi dicit,quòd stante statuto quòd instrumenta publica statim debeant executioni mandari, & contra ea nulla possit opponi exceptio, vt est text.in l.quar.titu.viij.li.iij.ordina.debet intelligi quando agitur contra illum cum quo factum fuit instrumentum:secùs si tertiū possessorem, quam opinionem ante eum tenuit Ange.in l.si vnus.in §.ante omnia.ff.de pact.Ioann.de Imol.in clemen.j.num.vndecimo,de re iudic. Eandem opinionem tenet idem Iaso.in l.certi condictio.in §.quoniam.numer.decim.ff.si certum petatur,idem Iaso.in l.si vnus.in §.ante omnia.nume.4. ff.de pact.& in l.Imperatores.in prin.numer.2.ff.de transactio.In quo notandum est,quòd quandocunque in instrumento est pactum de capiendo, & constitutum precarij, potest fieri executio contra tertium possessorem,etiam non citatum, & etiam negotio non liquidato,ita notabiliter concludit Fran. Aret.in consi.xxj.num.6.vers.his tamē non obstantibus.Bart. Soc.in cons.lxxxij.num. 8.vol.iij.Ludouic.Gozadin.in consi.xviij.nu.15.& in cons.xliij.n. 3.& 11.& nu.15.in fi.& in cons.xcv.nu.9.Guido Pap. in decisi.ccclvj.Albe. Brunus in cōsi.xciij.n.8.Alex. in cons.lxxxv.nu.5.vol.vj.Bar.in repet.l.creditores. nu.25.C.de pignor.& ibi Salyc.versi.quæro octauò. Bald.in consi.58.vol.v. Imo.in c.potuit. versi.nota etiam quando emphyteuta.de locato.Pau.de Cast. in consil.x.numer.4.versicu.ex his etiam dico.li.j. Tiraquell.in tracta.de iure constituti.in j.parte.numero 42.

Limita septimò, non procedere in peculio profectitio filij:nam pro delicto, vel debito patris non potest fieri executio in dicto peculio quāuis profectitio.ita Bart.in l.iij.in §.sed vtrum.nu.4.versi.venio ad quartam partem.ff.de minor. & ibi Bal.idē Bal. in l.pen.C.qui bonis cede.possunt. similiter & pro delicto filij non potest fieri executio in peculio aduentitio,etiam super proprietate quæ est tota filij, ita expresse tenet Barto. in l.si finita.in §.si de vectigalibus.nume.12.ff.de damno infecto.quem sequitur ibi Ioan.de Imol.& ibi Alexā.nu.44.dicit communiter Doct.ita tenere.Io.Bern.in pract.c.cxxiiij. Pro quo facit, nam pro delicto filij non potest fieri executio etiam in peculio castrensi,vt est text.in l.ij.C.de bon.proscrip.quod est liberum ipsius filij: ergo multo minus in aduentitio, in quo minus habet iuris. Hanc opin.tenet Bald.in l.iij.§.si filius.ff. quod quisque iur. & an ex delicto patris publicentur fructus aduētitiorum qui ex patris. Bart.in d.§. sed vtrum. num.5.hoc relinquit cogitādum. Quam quæstionē examinat Alex.in d.§.si de vectigalibus, nu.50.Circa quam q.vide Boerium in deci.vij. Rode. Xuarez in post rem iudicatam.ff.de re iudicata.nume.primo.

Limita octauò,non procedere in bonis tutoris,in quibus non fit executio,quando fuit condemnatus pro pupillo,tutorio nomine: sed fit in bonis pupilli.textus est, & ibi Bald.& doct.in l.j.Cod.quādo fiscus, vel priuatus. Bart.in l.ij.ff.de administrat.tutorum. Quod tamen non procedit, quando executio fieret pro condemnatione expensarum: nam si tutor non habuit iustam causam litigandi, & propterea fuit condemnatus in expensis, fit executio contra eum, & non cōtra pupillum. textus est in l.non est ignotum.ff.de administratione tutorum.Barto. in l.edita.Cod.de edendo. & in l.qui solidum,in §. etiam.ff.de leg.ij.& in l. iiij.in principio.ff.de re iudicata.

Nonò limita in bonis singulorum ciuium pro debito vniuersitatis.ita tenet Bal.in l.etiam.nu.25.C.de executione rei iudica. Circa quod vide etiam Bart.& doct. in l.si se non obtulit.in §.actor.ff.de re iud.circa quam limitationem vide Bernar.de Luco in reg. cclxvij.

Decimò limita non procedere in bonis monasterij, vt in illis non fiat executio pro debito monachi. quod intellige, nisi essent bona quæsita monasterio per medium ipsius monachi: ipse autem monachus non debet pro debito carcerari. ita tenet Bal. in authen.causa quæ.nu.3.in fi.versi. Quartò considerandum est.C.de episcopis & clericis.

Limita vndecimò non procedere in fructibus præbendæ,seu beneficij ecclesiastici: quia in eis non fit executio pro condemnatione clerici, dummodo habeat alia bona,sed si alia bona non habet,potest fieri executio in dictis bonis, ita tenet Barto. & ibi Alexand.num.2.in l. commodis.ff.de re iudi.& ibi Vincen.de Herculanis. nu.3.idem Bar.in l.à Diuo Pio.in §.in venditione.versic.exequuntur.in fine.ff. de re iudicata.glo. Bart.& Doct.in l. stipēdia.C.de executio.rei iud.Abb.& Doct.in cap.peruenit.de fideiusso.& in cap.j.de appellatio. De iure regio probatur in l. vigesimatertia & quadragesimaquinta. tit.vj.partita.j.

Duodecimò limita non habere locum in fructibus feudi in quibus non fit executio nisi in subsidium: scilicet aliis bonis non existentibus, ita tenet Angel in l.pro hærede.in §.si quis.ff.de acquirend.hæred.Bart.& ibi Ioan.de Imol.in l.si finita. in §.si de

vectigalibus.ff.de damno infecto. Alexan.in l.commodis.numer.2.ff.de re iudic. & ibi.Vincet.de Herculanis nu.4. Afflict.decisione xxvj.

Decimotertiò limita, vt pro debito vniuersitatis non possit fieri executio in viis publicis, & theatris,& similibus, quæ sunt ad vsum ciuiũ,& ipsius vniuersitatis:sed compellitur potiùs vniuersitas imponere collectam. ita tenet Ioan.And.in additio.ad Specul.in titulo de executione sententiæ.in §.sequitur.versic. quid si vniuersitas.Bartol.in l.si se non obtulit.in §. actor.ff.de re iudicata. & in l.j.in §.quibus.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine. Angel.in d.l.commodis.ff.de re iudicata.& ibi Ioan.de Imol.numero 3.Alexand.numero 4.Vincent.de Herculanis numero 4.in fine.

Decimoquartò limita, vt non fiat executio in bonis mariti pro debito vxoris, & econtrà l.j.& ij. C.ne vxor pro marito. Quod tamẽ non habet locũ quandocunque mulier mortuo marito, suscepit tutelam filiorum,& transit ad secunda vota,non redditis rationibus,& non petito tutore,potest pro debito tutelari fieri executio,etiam in bonis secundi mariti: quæ censetur ad hoc ipso iure obligata. tex.est in l. si mater.C.in quibus casibus pignus, vel hypotheca tacitè contrahitur. P.Duen.reg.75.

¶Execvtio potest fieri contra fideiussorem,pendente lite contra reum.Hanc regulam ponit Bald. in l.fin.numero 2. C.de fideiusso.per glos.quam dicit esse notabilem in l.creditor.in verbo,possem.ff. mandati. pro qua opinione facit notabiles verbum eiusdem Bald.in cap.contingit. numero 20.de dolo & contu.vbi dicit quòd captura rei non liberat fideiussorem:sed nihilominus fideiussor capi potest,allegat.tex.in l.heredes à debitore. in §.quòd si seruus. ff.de fideiussoribus.& ibi Bartol. idem Bartol.& doct.in l.creditor.la ij.ff.si certum petatur. & illud dictum Bald.sequitur Hippol.de Mars.in l.vnius.in §.Custodię.numero31.ff.de quæstio.& in repetitio. Rub.ff.de fideiussoribus.n.380.& in sing.cccxcviij. & Bald.in dicto capitulo,contingit. Allegat rationem sui dicti.

Limita primò quando per primam executionem esset plenè satisfactũ creditori:ita tenet Ang.in l.qui restituere.nume.5.versic.in gloss.in fine.ff.de rei vẽd. quia aliàs simplex electio vnius executiui remedij non præcludit viam aliis.facit text.in l.à quo fundus.ff.de damno infecto.& aliis allegatis per Angelum ibi.

Secundò fallit, quando consuetudo,vel stylus Curiæ esset in contrarium:is enim tunc esset seruandus: vt in c.ex literis.& in c.fi.de consuetud.

Limita tertiò,quando conuentio esset in contrarium: nam tunc pacta seu conuentiones seruari debent:vt in l.iuris gentium.in §.prætor ait.ff.de pactis.

Quartò fallit,quando quis ageret ad rescissionem contractus,seu obligatorij instrumenti:tunc enim,pendente cancellationis iudicio non fiet executio. ita concludit Bertrand.in consi. xliij. incipienti etiam si verum sit.in j.volum.2. impressionis. quod dictũ non videtur verum per text.in l.ij.C.ad leg. Cor.de falsis vbi si allegatur instrumentum falsum esse,cõdemnabitur debitor interim pendente quæstione falsi:ita etiam pendente cancellatione.Hodie tamẽ de iure regio habet locum illud dictum Bertrandi vsque ad decem dies:nam & si contractus habẽs paratam executionem allegatur falsus, debet talis exceptio probari, vel aliqua iusta intra decem dies.l. v.tit.viij.libro iij.ordi.qui decem dies enumerãtur à die oppositionis.vt in l.9.in leg.de Madrid.& in l. lxiiij.Tauri. P.Duen. reg.276.

¶Execvtio offensi adeò releuat inquisitum,& omnia alia debilitat indicia, vt ex eis torqueri,nec cõdemnari possit,nisi crimine manifestè & cõcludenter liquidato.Bald.& Iason in l.1.§.fin.C.commun. de legat.Aret.in d.consi.xcv.versic. fortifico.vol.ij. allegan.tex.in l.Paulus.§.j.de bo.libert.Felin.in ca. j.circa.fin.de præsumpt. Hippolyt.in cõsil.lxj.post reddita. & in singul. vigesimosecundo. confessio. Thomas de Neapol.in voto xxiiij.incip.in causa Nicol.& in sing.lv.nota bene. M.Chærianus.

¶Execvtio non potest fieri pro debito vniuersitatis contra vnum insolidum, sed solùm pro rata:notat Bart.in l.si se non obtulit.ff.de re iud.

Limita tripliciter vt per Ripam ibi. Bernard. Dias reg.267.

¶Execvtio quãdo fit super re,super qua cognitio præcessit, & sententia est lata non impeditur à tertio se opponente: sed illi cauetur de indemnitate. Hanc regulã probat tex. in l.is à quo.& in l.sequen. ff.de rei vend.in l.cùm idem.ff.de peti.hæred.& ita per illa iura concludit Bart. notabiliter in l.à diuo Pio.in §.si super rebus. numero 2.ff.de re iudi.& in d.l.cùm idem.ff.de petit. hæred.idem Bartol.in l.si alienã rem.ff.de solu.& in l.ita tamen.in §.quoties. numero 2.ff.ad Trebel.Inn.in c.cùm super.de re iudic.nu.4.& ibi Fel.nu.11.& in c.veniens.el ij.n.7.de testib.Ias.in d.§.si super rebus.nu.17.& ibi Alex.nu. 24.Vincent.de Herculan.nu.32.

Hanc regulam ponit Ioan. Bernad.cum duabus limitationibus in re.cclxvj.

Amplia primò habere locum in beneficialibus,vt videlicet tertius se opponens executioni sententiæ latæ super beneficio,non impediat executionem præstita cautione victo de eum defendendo contra tertium.ita tenet Inno.in d.c.super de re iudi.idem Innoc.Io.And.& Doct.in c.j.de cõcessio.preben.lib. vj.Fel.in d.c.veniens.n.7.vers. tertia cõclusio de testib.Ias.in d.§.si super rebus.nume.17.Matth.de Afflictis in cap.si duo homines.numero 33.de pace tenenda & eius viola.in vsibus feudorum. & in capit. imperialem.in §.præterea inter duo.numero 67.de prohibita feudi aliena.per Federic.in vsibus feudorum.

Amplia secundò habere locum in feudis:ita concludit And.de Isernia in c.j.de vasallo qui contra cõstitutio.Lotharij,in vsibus feudorum. Quem sequitur Mattheus de Afflictis in d.c. imperialem.n.67.& in d.c.si duo homines.nu.33.

Limita primò vltra Bernard.vbi interuenisset scientia ipsius tertij:quoniam si sciuisset & pro suo interesse non comparuisset,non audiretur etiam data cautione,per text.in cap.quamuis.cum sua materia,de re iudicata.& in l.sæpe.ff.eodem.titul.ita tenet Antonius de Butrio, Panormitanus,& Felin.in dict.cap. veniens el ij.de testib.numero 10.versicu.secũdò fallit,ita tenet Alex.vbi dicit quòd ita communiter tenẽt Docto.in dicto §.si super rebus.numero.24.eãdem opinionem tenet Io.de Imol.in l.à sentẽtia.in princ.ff. de appell.

Limita secundò,quando victus possideret: quia tunc impediet tertius executionem præstita cautione: secùs tamen, si ille tertius se opponens possideret: quia

quia audiendus esset & impediret executionem, per ea quæ habentur in d.cap. cum super.& in d.§. si super rebus.& in l.ob maritorũ.C.ne vx.pro marit.& in l.final.C.si per vim vel alio modo.& ita loquitur textus in dicta l.is à quo, scilicet quando nõ tertius, sed victus possidebat. Hanc limitationem posuit Ioan. de Imol.in l. à sententia.ff.de appellationib.quem sequitur Alexand.in dicto §.si super rebus.numer.26. versic.tamen potest is. Alia circa hanc regulam vide per Doct.in locis suprà allegatis. P.Duen.re.274.

¶EXECVTIO potest fieri in hæredem, mortuo testatore. Hanc regulam probat text.in l.vnica. C.vt actiones ab hæredi.& contra hæred. vbi probatur quòd omnes actiones actiuæ, & passiuæ incipiunt ab hærede & contra heredem, facit etiam l. j.& per totum.C.de hæredit.actio.facit etiam tex. in l.si seruus.in §.qui margaritam.ff.de leg.j.facit etiã tex. in l.prima in principio.ff. ad l. Trebellianũ.& in l. hæredem. ff.de regulis iuris. tex.in authen.de iureiur.à moriente præstito. & in l.hæres.ff.de vsucapi. vbi hæres & defunctus censentur esse vna & eadem persona.facit etiam ad hoc: nam hæres succedit defuncto cum sua causa, suisque vitiis.l.vitia.C.de acquirenda possessio.& in l.Pomponius.ff. eod.titul. item pro opinione huius Regulæ est text.in l. item miles.in §. final.ff.de re iudicata. vbi executio sententiæ transit ad hæredem.text.& ibi Bart.in l.ex contractu.ff.de re iudic.& hanc opinionem tenet Roderic. Xuarez in repetitione l.post rem iudicatam. in prima extensione, numer.1.ff.de re iudic.per text. & ibi Bartol.in l.postulante.ff.ad Trebellia vbi probatur quòd ad id, ad quod poterat compelli defunctus potest etiam compelli eius hæres. Hanc etiam opinionem tenet Iaso.vltra doct. quos ibi Xuarez allegat in §.fuerat.nume.60. Institu.de actio.& ibi Ludouic. Gomesi.numero 35.Pro qua opinione est tex.de iure regio, rectè intellectus in l.13.titu.9.parte vij.

Amplia primò habere locum, etiamsi iste hæres fuisset minor, nam nihilominus potest fieri executio in bonis: quæ peruenerunt ad eum ex defuncto, per text.in l.pupillus. iuncta gloss.in §.sed & si creditor.ff.de auctor. tutor.& in l.j.Cod. quando decre. opus non est.

Amplia secundò habere locum, etiam si statutum dicat, quòd debitor possit carcerari, vt etiam hæres eius tunc capi possit & carcerari, ita expressè tenet Bar.in d.l.postulãte.in fi.principij.ff.ad Trebellia. quia debitor est.l.debitor.ff.de verbo.signi.& illud dictum Bart.vltra Ioã.de Imol.& doct.ibi sequitur Iaso.in l.si cui legetur:in §.fi.in iij.not.& in l.diuortio.in §.interdum, nume.6.ff.solut.mat. Gomezius in §.fuerat.nume.35.Institu.de actio.Iacob.de Sancto Georg.in l.j.num.18.ff.si cert.pet.Chassa.in cõsuetu.Burgund.in titu.des censes. Rubr.xj.§.vj.numero 1.cum sequentibus Abba.in consi. lxxxvj.nume.4.lib.ij.Dec.in consi.dxxxvj.nume.2. Quod tamen non habet locum, quando debitor obligauit personam, & bona sua: nam ratione huius obligationis non poterit capi hæres, licet debitor potuisset.ita tenet Bar.in l.si decesserit.num.1.ff.qui satisd. cogan.quem sequitur ibi Ias. num.13.& in num.14. assignat rationem in hoc.

Amplia tertiò, vt talis executio non solùm possit fieri per creditorem, verum etiam per cessionarium & hoc dummodo fiat ex persona credentis quòd cessionarius dicere tenetur, licet fiat ad vtilitatem cessionarij.vt in l.seruo.in §.fi.ff.ad Trebellianum.Ange.& Imol.in l.ille à quo.in §.vtrũ.eodem tit. Bar. in l.in prouinciali.ff.de noui operis nuntiatio.& sic cùm cessionarius dicatur creditor, illi executio fiet.ita tenet Bald.in j.l.in fi. C.de actio.& oblig.& in l.per diuersas.in x.quæstio. Cod. mandati.Ias.in dicto §.fuerat.numer.62. Hippolytus de Marsiliis vbi plura allegat in singul.xxvj.vbi dicit post.Bald. in d.l. post diuersas. quòd prius nonstãte debet de cessione & prius debet debitor citari: quem sequitur Nicolaus Boerius, decisione x.numer. primo. Imbertus in Institutionibus Forensibus Galliæ: libro primo, capitul.iiij. Rodericus Xuarez in l.post rem iudicatã. in septima ampliatione, ti.de re iudi.

Amplia quartò, vt etiam contra fiscum, & fisci successorem fieri possit: vel in eum cui fiscus bona dedit. vt in l.j.Cod.de hæredi.vel actione vẽd.& in l.eum, qui bona ff.de iure fisci.& ita tenet Iason in consil. lxxxviij.in præsenti.vol.iij.quia fiscus non vult, nec intẽdi iuris tertij.prę iudicare.l.2.in §.si quis à principe.ff.ne quid in loco publico.& princeps concedendo bona, obligationes concedere videtur. in l. princeps bona.ff.de verb.sign.

Amplia quintò procedere vt non solùm executio possit fieri ad petitionem creditoris, verũ etiam ad petitionẽ hæredis ipsius creditoris.Ratio est quam suprà dixi in principio regulæ, scilicet quòd actiones actiuæ, & passiuæ transeunt in hæredẽ: vt in d.l.vnica.C.vt action.ab hæredi.& contra hæred. & in l.j. in principi.ff.ad Trebell.tex.& ibi Bal.in l.j. Cod. quorum legat.& in dicta l.seruus.in §.qui margaritam.ff.de leg.1.& ita tenet Bal.in l.vnica.in §.videamus.ad finem.C.de rei vxo.actio. Io.Andr.in additio.ad Specula.in tit.de cessione actionum. Quod tamen intelligo verum, dum tamen petens executionem probet se hæredem.ita, tenet Bald.in l. per diuersas.in x.quæst.C.manda.Ang.in l.Creditores. C.de pignorib. quos sequitur Roder.Xuarez in dicta l.rem iudicatam.in d.1.executione.num.11.ff.de re iudic.Boerius in decisione 1.numer.6. vbi dicit, quòd prædictus hæres potest procedere in executione, cum censeatur eadem persona cum defuncto: & postea tenebitur docere, an sit hæres vniuersalis vel particularis: aliàs diceretur malè processum, cùm nullum haberet ius in ipso debito.& ita ibi dicit fuisse iudicatum Arestum: quod ante eum consuluit Paulus de Castro in consi.91.nu.3.versic. 3.dicitur.lib.1. & ita tenet ipse Xuarez in hærede debitoris, in d.extensione 1.nume.3. Quod puto verũ, quandocunque pars aduersa hoc peteret: aliàs non oportet probare se hæredem: vt in l.4.§.hoc autem iudicium.& ibi Bar.& Franc. de Ripa.ff.de damno infecto.

Primò fallit, intra tempus conficiendi inuentarium, id est intra tres menses: nam tunc executio in hæredem fieri nõ potest.l.final.in §.donec.& in §.& si præfatam. Cod.de iure deliberandi. & ibi doctor. Bal.in l.ait prætor.in §.si quis.ff.de procurator.Rodericus Xuarez in dicta extensione 1. nume.5.Iason in §.fuerat.nume.61. Institut.de actionib. Boerius in dicta decisione x.numero 3. Chassanæus in consuetudinib.Burgundiæ, in titu.Des successions. Rubri.septima.§.14.numero nono. De iure regio probatur in l.7. titul.6.part.vj.& in l.xiij.titul.ix. part. 7.facit quod suprà dixi in reg. ducentesimasexagesimaseptima.

Limita secundò in successore singulari, id est in possidente aliqua bona, contra quem non fiet executio.vt in l.si debitori. & ibi Barto.C.si aduersus creditorem præscriptio opponatur.glo.in l.ea lege.C. de condictio.ob caus.in gl.magna, in fine.Iaso.in l. quædam.in §.nihil interest.nu.7.ff.de edendo.& in l.ait prætor.la ij.nu.10.ff.de iureiur.& in l.si vnus.in §.ante omnia.num.5.ff.pact.& in l.1.§.si hæres. nu.4.ff.ad Trebellianum.

Limita tertiò, non procedere contra tenentem bona. Ratio est: quia obligatio personalis non sequitur successorem singularem, nec fundi possessorem, dicta l.ea lege.Cod.de condictione ob causam,vt pomum.de seruit. tit.gene.& in l.4.in §. opus.ff.de aliena.iud.mutan.causa fact.& in l.venditor.in principio.ff. communia præd.ita consuluit Ias.in consil.lxxxviij.in præsenti.vol.3.Soc.in reg.cxxxv. Xuarez,vbi hoc declarat, in d. l. post rem iudicatam. n. 1.cum sequent.

Ex quo infero declarationem Bartol.in l. controuersia.numero.7.ff.de transactio. vbi tenet,quòd possessor bonorum hæreditatis potest conueniri à creditoribus:pro qua opinione est text. in l.filiusfamiliàs.in §.si seruus.ff.de petitio.hæred.& gloss.in l.1. in verbo, poterit. C.de fideicommissa. hære.petitione.vt non procedat quòd via executiua conueniri possint, per ea quæ dixit Rode. Xuarez,vbi suprà.

Quartò limita, vt non habeat locum contra hæredes defuncti, nec contra eius vxorem,affines, vel coniunctas personas: vt instrumentum contra eos non possit executioni mandari intra nouem dies à tempore mortis defuncti.tex.& ibi Bar.qui ibi eum expressè ad hoc summat,in authentic. vt cùm de appellatione cognoscitur.in §.hæc autem. qu ē sequitur Rodericus Xuarez in dicta l.post rem iudicatā, in ix.limitatione.

Quintò limita,non habere locum contra tertium possessorem,in quem non potest executio fieri. ita Ias. in l.si vnus.in §.ante omnia.nu.4.ff.de pact.argumēto text.in l.1.ff.si certum petatur.& in l.iuris gentium.in §. prætor ait.nume.9.ff.de pac.& in l. certi conditio.in §. quoniam. nu.9. ff.si certum petatur. Roderic. Xuarez,vbi plura allegat in repetit.dictæ l.post rem iudicatam,num.3.& facit tex.in l.si vnus. in §.āte omnia.ff.de.pact.gl.in l.si creditor.ff. mād. & vide notabiliter Chassanæum in consuetud.Burgundiæ,in titulo Des successions. Rubri.vij. §.xiij. nume.15.

Limita sextò non habere locum in hærede conuentionali,qui fit in contractu matrimonij, seu societatis,seu pacti:in quem de iure non fiet executio:iuxta tex.in l.licet. C.de pact.quia talis institutio habet vim donationis:vt est gl. in dicta l.licet.& ideò in eam potest fieri executio: quia hæres propriè nō est,nec iure hæreditario succedit, ita tenet Masuerius in sua pract.in Rubric.de executione,in §. item quæ dicta sunt. vbi dicit intelligendum de hærede ex testamento,non de conuentionali.

Expressum dicitur quod specialiter exprimitur, l.hæredes autem,ff.de vulg.

Fallit in 2.casib.secundũ Ripam in d.l.hæredes,nu.67.

Expressio vnius est exclusio alterius. l.cùm prætor , in prin.ff.de iudic.l.si seruus.§.non dixit.ff.de acqu.hære.l.maritus,vbi DD.C.de procur. l.quæsitum,§.idẽ respondit.ff.de fundo instruct.

Fallit in 2.casibus,vt per Mari. Socin.Iun.in l.Gallus. §.quid si tantum.ff.de lib.& posth.nu.45.

Fallit in 8.casib.vt per Beninca.in §.actionum, de act. nu.16. Don.Fina,lib.5.

¶ Expressvm vbi aliquid requiritur simpliciter,sufficit quòd tantum colligitur ex mente, & identitate rationis:probat tex.iuncta gl.ibi in l.prætor.in prin. ff.de oper.noui nuntiat.& in cap.cùm olim.de censi.in fin.

Limita quadrupliciter istam regulam , vt per Iaso.d.l. prætor.vbi eam descripsit:& vide eundem Iaso.in l. 1.ff.de vulg.& pupil.vbi easdem limitationes ponit B.Dias.reg.275.

¶ Expressa. Expressa prosunt , nõ expressa nocent. In Auth.de hęr.& fal.§.si verò. Azo,rub.104.

Expressa. leg.156.expressa nocent.Vide leg.78. Actus. Riisvvich.

Expressum facit cessare tacitum.De vulgar. l.cùm ex filio.§.1.

Par est virtus taciti &expressi.Si certum petatur.l.cùm quid.4.

Ad annullandum actũ idem operatur tacita legis prohibitio,quod expressa. Abba. in capitu. dilectis. de preben.

Potentior est dispositio expressa, quàm tacita. C. de im pub. l. precibus. Riisvvich.

Multa tacitè conceduntur, quæ expressè fieri prohibentur. de iura. calum. c. cæterùm. C. eo. tit. l. 2. §. sed quia veremur. ff. De reg. iur. l. actus. De hær. Instit. l. illa institutio. iuncta l. si quis Sempronium. de pact. l. 28. si vnus. §. illud. Riisvvich.

Tacitum non differtur, licet expressum differatur. ff. lib. 26. tit. 2. l. 32. Riisvvich.

Tacitum non vitiatur expresso vitiato. De leg. 1. l. 49. §. Iulianus. Al. l. si fideiussor. quib. mod. pig. solui. l. 1. §. 1. Et hoc vbi non subest eadem ratio. Alexand. de ope. nou. nun. l. hoc edict. §. nunciato. Contrà de serui. rustic. præ. l. item. §. qui habet. in fi. de donatione inter vir. & vxor. l. si sponsus. §. qui maritus.

Tacitũ plus valet, quàm expressum. Reg. 78. actus leg. de hær. insti. l. si quis Sempronium.

Frustra exprimitur, quod tacitè subintelligitur. de hæred. instit. l. Cornel. 67. de cond. inst. l. verba. C. de fideiuss. l. non rectè. de leg. 3. l. 11. §. si filio.

Quotiens aliquo sub alio tacitè continetur, si illud specialiter exprimatur, non dicitur ampliùs contineri. de verbo. obl. l. doli. de pœn. l. sancio. de vulg. l. cohæredi. §. qui patrem.

Prorogato expresso tacitum non differtur, de testa. tu. l. quæro §. fin.

Dicitur etiam expressum quod verbis generalibus exprimitur. de vulg. l. Lucius. & Barto. in l. 1. l. Centur. eod. tit.

Iuramentum habet vim expressi. Bald. in l. 1.

Tacitus intellectus ad incongrua non porrigitur. de mun. l. vt gradatim. §. sed etsi. Man. l. creditor. §. fin. Smorol. cons. 98. in fi.

Non necessaria expressio, licet incepta, actum non vitiat. C. de rei vxo. ac. in prin.

Conditionis extrinsecæ expressio actum non suspendit. de verb. obl. l. si decem.

Præsumitur quis voluisse quod exprimit, & econtrà. de excu. tut. l. sed & hæc nimium. l. seq.

De sup. leg. l. Labeo. §. Sed de his.

Sæpè credimus defunctum aliquid voluisse, & non rogasse. de don. l. 5. §. si quis rogatus.

Aliud est quid tacitè contineri, aliud verbis exprimi. de leg. 1. l. si ita legatum. §. 1. in fi.

Protestatio tacita à contrario sensu verborum enunciatiuorum sumpta actum sequentem tollit. de leg. 2. l. fin. in princip. & ibi Bartol. Dd. ad leg. Ita stipu. de verb. oblig.

In tacitis non cadit repetitio. de verb. obl. l. Titia. §. idẽ respon. iuncta l. ita stipulatus. Riisvvich.

¶ Expressio eius, quod tacitè inest per modũ dispositionis, nihil operatur. Hãc regulam probat tex. in l. hæc verba. ff. de leg. 1. in l. si arrogatos. ff. de adop. l. vnum ex familia. in §. 1. ff. de legat. 2. & in l. quæsitum. in §. fin. ff. de distract. pign. in l. non rectè. C. de fideiuss. in l. Titiam. ff. ad l. Falcid. in l. si in diem. ff. de cond. & demonst.

Circa quam regulam vltra Doct. in supradictis locis vide Paris. in cons. xxx. nu. 13. volu. 4. Brunum in tract. de augmento, in 4. q. princi. nu. 3. & 13. Maria. Socin. Iun. in cons. clxxvij. nu. 22. vol. 2. & in consi. cxxviij. nu. 224. volu. 1.

Hanc regulam limitat vno modo remittendo se ad Alexand. ibi Gulielm. Pontanus in dicta l. hæc verba. nume. 3. Eandem regulam limitat quatuor modis Ripa in d. l. hæc verba. numero 35. Hanc itidem regulam cum quinque limitationib. ponit Pyrrhus Englebermæus in reg. expressa. de reg. iur. ff. P. Duereg. 285.

¶ Extare vt aliquid dicatur sufficit modicum tempus extitisse. l. domum. ff. de contr. empt. l. insulæ. ff. de vsufr. conc. simil. l. si quis eum. §. si quis suo. ff. de inoff. test. glo. l. si ex pluribus. §. fin. ff. de solut. Bald. l. fin. col. 4. C. de edict. diui Adr. tollendo. l. cum proponas. C de interd. matr. l. imperator. ff. de stat. homin. l. 3. ff. de verbo. sign. l. ergo. §. si ex dic. ff. de fidei com. libert. Bal. c. per tuas. colum. 1. de probat. l. cũ sponsus. §. fi. ff. de public. in rem act. vbi sed etiam is qui momẽto possedit rectè hac actione experietur. Med. reg. 5.

¶ Extensio: Priuilegia, rescripta, & alia consimilia ad ea tantùm extenduntur, de quibus cogitatum est, de pact. l. tres fratres. De transf. l. cum Aquiliana. Tractatur in leg. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & post. Riisvvich.

¶ Extensio, etiam à maioritate rationis, non est licita in legibus correctoriis. Hanc regulam probat tex. & ibi glo. in authent. quas actiones. C. de sacrosanct. ecclesi. & ibi habetur. per Barto. Bald. & Doc. tex. in l. illam. & ibi hoc notant Paul. Castrens. Alexand. & Docto. C. de collat. in l. præcipimus. in fine. & ibi Barto. C. de appellatio. & in l. sancimus. C. de testament. in capitul. cùm expediat. de electionibus. lib. vj. text. in l. si verò. in §. de viro. secundum communem intellectum. ff. soluto matrimo. text. melior de iure in authent. de administrantibus officia in sacris appell. in §. illud tamen. & ibi gl. in verbo, quoniam. Circa quam regulam vide Marian. Socin. Iun. in consi. xvj. numero 4. & in consi. xxx. numero 26. volumine 1. Syluanum in consilio xlij. numero 12. Grammaticum in decisione lxxxij. numero 13. Paris. in consilio lxix. numero 175. volumine 3. cum sequen. & in consilio lxxxiij. numero 12. eodem volumin. & Aymonem Crauet. in tractat. de antiquitate temporis: in 4. part. numero 108. cum sequentibus. Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in verbo, libertis. numero 37. C de reuocand. donat. Bellon. in lib. 4. supputationum cap. xix. num. 8.

Hanc regulam cum sex limitationibus ponit Ioan. Bernar. in reg. cclxxvj. remittendo se ad Iaso. in d. auth. quas actiones. nu. 21.

Hanc eandem limitat duodecim modis Euerardus, loco xxv. versi. secundo casu, quando maioritas rationis. Eandem item ampliat vno modo, & limitat decem modis, Ripa in l. si constante. nu. 57. ff. sol. matr. P. Duen. reg. 286.

¶ Extensio non est licita in legibus correctoriis, etiam ex maioritate rationis. text. & vbi communiter Doctores in authentic. quas actiones. C. de sacrosanct. ecclesi. no. Barto. in l. præcipimus. §. fin. C. de appellatio. quem pro ista regula refert Iason in dicta authent. quas actiones. versicu. sit ergo firma regula. Sed Bartol. ibi, non loquitur de maioritate, sed de identitate rationis. Allegat etiam idem Iaso. gloss. in l. tam is. ff. de donat. causa mort. §. 1. & est tex. quem dicit meliorem, de iure, cum gloss. in authen. de administr. offic. in sacris appel. & vide eundem Iaso. in l. de quibus. ff. de leg. vbi allegat gloss. quem dicit communiter approbari in dict. authen. quas actiones.

Limita istam communem sententiam sex modis, vt per Iasonem in dict. authen. quas actiones. B. Dias. reg. 76.

¶ Extensio non fit de vno casu ad alium, vbi agi-

tur de præiudicio tertij. Bartol. l. illud. C. de sacrosanct. ecclesi. nota. Doct. leg. non possunt. ff. de legibus. l. à Titio. ff. de verborum obligat. l. quæ verò. ff. de legibus. Aretin. l. moribus. colum. 8. ff. de vulgar. & in termin. huius reg. Cardin. clem. 1. quæst. 22. de vsuris. dixi ego in tract. de leg. & statu. p. 3. quæst. 18. Medic. reg. 8.

¶ EXTENSIO non fuit in pœnalibus ob identitatem rationis, etiam si sit eadem ratio, & omnimoda similitudo. Hanc regulam probat tex. in regu. in pœnis. & in regu. odia, cum ibi notatis per Doctor. de regulis iur. libro 6. in l. cùm quidam. ff. de liberis & posthum. in l. si præses. & interpretatione. ff. de pœnis. in capitul. pœnæ. de pœnitent. distinctio. prima. quod notat gloss. in §. ita mista. Institutio. de actio. Hanc regulam per suprà dicta ponit Angel. Aretinus in §. ius ciuile. numero 23. Institut. de actio. Decius in l. si quis id quod. numero 47. ff. de iurisdictio. omnium iudic. & circa hanc regulam vide Ioann. de Imol. numero 24. in leg. si verò. §. de viro. ff. soluto matrim.

Hanc regulam amplia, vt procedat quando constitutio pœnalis contineret odium irrationabile, prout in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. quòd filij puniantur ex parentum delictis: & ideò lex illa loquens in filiis non extenditur ad filias: vt in dict. l. quisquis. in §. ad filias, & ita tenet Barto. in l. 1. ff. de verborum significa. Ang. in l. quinque. C. de seruit. fug. Iason in l. si quis id quod num. 16. de iurisdictione omnium iudic.

Hanc regulam limitat viij. modis Dec. in regu. factum cuiusque. in §. in pœnalibus. numero 10. ff. de regulis iuris. Eandem regulam examinat, & respondet ad tex. qui huic regu. videtur contrariare in capitu. 1. in §. porrò. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in vsibus feudor. ponit Aymo Crauet. in trac. de antiquitate temporis. in 4. parte, nume. 146. cum sequentibus. in versicu. videamus modò de aliquibus limitationibus. à num. 1. vsque ad nu. 37. limitat eam tredecim.

Eandem item regulam, vbi etiam respondet ad suprà dictum tex. ponit cum xiiij. limitationibus Euerar. loco xxxv, versicul. 2. casu, quando agitur de mera pœna. vt quia est pœna respectu recipientis. Eandem, vbi limitat eam sedecim modis, ponit Dominicus in cap. 1. numero 9. de temporibus ordinand. libro vj. quem refert Iason, vbi addit alias sex limitationes, & sic sunt vigintiduæ, in leg. cùm quidam. numero 24. ff. de liberis & posthumis. P. Duen. reg. 287.

¶ EXTENSIO non fit in odiosis, l. cum quidam, ff. de liber. & posth.

Fallit in 21. casib. quos no. Ias. in d. l. cum quidam fallit in multis casib. vt not. Viuius in versicu. in odiosis. fallit in 8. casib. vt per Rip. in l. si constante, ff. soluto matrimon. numero 58. Videas pulchram distinctionem per Maria. Socin. Iuniorem in l. Gallus, §. & quid si tantùm, ff. de liberis & posthumis. numero 47. & 48.

Extensionis multas conclusiones videas infrà in lib. 2. in titu. disposit.

Statutum loquens in vno casu, non extẽditur ad alium casum decisum à iure communi etiam quod sit similis & militet eadem ratio, quia casus omissus decisus remanet in dispositione iuris communis, si cum dotem in fin. ff. solut. matr. l. si verò, §. de viro, ff. eod. l. quod verò, ff. de legibus.

Fallit in multis, vt per Io. Bolog. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. nu. 232.

Extensio licita est ex rationis identitate in materia exorbitanti & limitatoria. hanc regulam cum 3. fallentiis ponit Io. Crot. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, numero 183. fallit in 4. casib. vt per Rip. in l. si constante, nume. 84. ff. solut. matrimonio. fallit vt per Ioannem Bolog. in dict. leg. omnes populi, numero 235.

Contrariam regulam cum tribus limitationibus ponit Crot. in leg. secund. ff. solut. matrim. nume. 58. & d. l. si constante. num. 86. vbi Iaso. limitat in iiij. casib. num. 72.

Extensio non fit in correctoriis. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimon. l. fin. & Auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccles.

Fallit in 6. casib. vt per Iaso. in d. auth. quas actiones, nume. 2. videas Pet. Duen. reg. 288.

Fallit in 12. casib. secundum Nicola. Euand. in locis legalib. loco 25. Ampliatur in vno casu, & limitatur in 10. per Rip. in d. l. si constante, numero 57. fallit in 6. casibus, vt per Andr. Gab. in trac. extensio. numer. 136. qui trac. est in 1. volum. tract. fallit in 8. casib. vt per Ioan. Bolog. in l. omnes populi. ff. de iust, & iure, nu. 233.

Extensio non habet locum, si casus omissus nõ sit idem cum casu expresso. hanc regulam cum 3. limitationibus ponit Ruinus in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. numer. 30. versicu. si verò casus omissus.

In materia indifferenti vel præter ius fit extensio ad casum fictum. hanc regulam cum 3. limitationibus ponit Ruin. in dict. §. & quid si tantum, numero 92. contrariam regulam ponit Ioann. Bolog. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur, nume. 239. vbi limitat in 5. casib.

Extensio non fit in pœnalibus ob identitatem rationis etiam si sit eadem ratio, & omnimoda similitudo, capitu. in pœnis, & capitu. odia. de regul. iur. in 6. l. cum quidam, ff. de liber. & posthum. capitul. pœnæ de pœni. dist. 1.

Fallit in octo casibus secundum Deci. in l. si factum cuiusque, §. in pœnalibus, ff. de regulis iuris. fallit in 13. casib. secundum Crauet. in tract. de antiqu. temp. in 4. parte. fol. 125. numero 146. fallit in 14. casib. secundum Nicol. Euandrum in locis legalib. loco 33. fallit in 16. casib. secundum Domi. in capitu. 1. numero 9. de tempo. ord. libro 6. fallit in 22. casib. secũdum Iaso. in dict. leg. cum quidam, numero 24. ff. de libe. & posthum.

Extensio de casu ad casum non prohibetur, etsi in casu extenso sit maior ratio. Gom. in capitulo statutũ, numero 39. de res. in 6. dicit hanc communem opinionem.

Ampliatur in 2. casibus & limitatur in 4. per Baptist. à Villa. conclu. 150. in litera E.

Statutum correctorium extenditur ad casus comprehensos lato sumpto vocabulo. not. docto. in l. maximum vitium, C. de lib. præte. Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 5. à Ioan. Bolog. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, nu. 226. & seq. Don. Fina, lib. 5.

¶ EXTENSIO de vno casu ad alium per identitatem rationis regulariter in iure est permissa, vt probatur in l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. adigere. §. quamuis. de iure patronat. capit. cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. cum simil.

Ampliа quò ad casum etiam exceptum à regula, vt est. x.

est tex.no.in d.c.cùm dilecta.quem tex. Abba.ibi famosum reputauit,& in capit.cùm omnes.de consti. & in cap.pastoralis.de rescrip. & in c.quemadmodum.de iureiurand.

Amplia etiam in statutis, vt latiùs tradit Rom. in l.si verò.§.de viro.ff.solut.matr.post Cyn. in l.quicunque.C.de seruis fugit.

Fallit in actibus odiosis, in quibus non fit extensio de similibus ad similia,secundum Bald.in l.fi.C.de in-interdict.matrim.

Fallit quando esset casus contra rationem naturalem: vt in l.quisquis.C.ad l. Iul.maiest. quia tunc non fit extensio,secundum Bald.in c.1.in titu. an agnat. vel cognat.

Fallit quando ratio condentis legem non est alia, nisi quia sic placuit principi: quia tunc non fit extensio. Bald.l. 3.C.de iure dot.

Fallit in priuilegiis concernentibus personam,vel res. Bald.in l.si quis seruo.C.de furt.

Fallit in materia restringibili.no.in l.1.C.de patrib.qui fil. distrax. S.Ian.reg.13.

¶ Exteriora indicant interiora secreta. de præsump.ex studiis.Inst.de re. di.§.pauonum.C.de fur. l.inciuile. de ædi.ed.l.si tamen.§.2.C.de testa.l.non codicillum. de tut.& cur.l.hi qui.C.de offic. præsi. l. obseruandum.de adop.l.emancipare. Riisvvich.

¶ Extrahi de domo sua inuitus quis non debet. Hanc regulam probat tex.in l.nemo de domo.ff.de regulis iur. in l.plerique.cum tribus sequentibus.ff. de in ius vocand.cum aliis.Circa quam regulam vltra Doct.in suprà dictis locis vide Marcum de Mantua in obseruatione lxiij. libro sexto. Parid.de Puteo in tract.syndicatus:in verbo,captus illicitè, numero 4. Chassanęus in consuetudin. Burgund. titu. Des iustices.Rub.1. §.1.numer.7. Hippoly. de Marsil.in singul.clxxxix. & in sing.ccxxv.Iason in l.vinũ. num.4.ff.si certum peta.in l.2.in §.sed excipiuntur. nu.11.ff. de feriis.& quæ suprà dixi in regula clxxv.in 3.limitat.

Hanc regulam cum nouem ampliationib.& decem limitationibus ponit Pyrrhus Englebermæus in regula,nemo de domo,à principio vsque ad finem. ff. de regulis iuris.Eãdem regulam ampliat duodecim modis, & limitat quatuordecim modis Iaso.in d. l. plerique.à num.3.vsque ad nu.30.ff.de in ius vocando. P.Duen.reg.288.

¶ Extraneo non imputatur factum inter coniunctas personas, item neque extraneus potest offerre solutionem pro debito emphyte.vel vasalli in præiudicium domini:non enim creditor cogitur ab altero recipere, sicuti aliud pro alio inuito creditore solui non potest.doc. com.l.2.ff.si certum pet.Bald. l.acceptam.nu.25.C.de vsuris.fallit si se obtulerit soluere pro alio debitore conuento. doc.l.tale. §.post. ff.de pact. Medic.reg.8.

¶ Extraordinarium: Non est inconueniens, quod duo remedia extraordinaria concedantur circa idem.Si certum petat.l. cùm filiusfamil. cùm ibi not. Riisvvich.

¶ Extraordinaria non comprehendit dispositio generalis.l.Seio.§.medico.ff.de Annuis lega.l.Sẽpronio. ff. de vsufruc.leg.l.qui saltum. ff.de leg.3.l. si fundus.ff.eo.l.id vestimẽtum. ff.de pec.l.Seiæ,§.prædia.ff.de fund.instr.l.auibus. ff.de leg.3. Med.re.1.

¶ Extrema generalia declarant media. de lega.1. l. si seruus plurium.De iurisd.l.idem cum eodem,vbi moderni,& de lib.& post.l.3. Riisvvich.

REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Sextus.

F



Faber potest cõpelli, ne malleet prope scholas publicas. Hanc regulam ponit Bar.in l.1.nu.30.ff.solut.matr.& ibi Iason,nu.45.Ripa, nu.127. Roman.nume.31. Zasius,numer.39. Gulielm.Ponta.nu. 87.& Thom.Parpal.numer. 44.& cæteri Doct.Pro qua opinione est tex.in l.ædificia.ff.de operib.publicis.facit etiam tex. in cap. præcipimus.xvij. quæst. 2. ita expressè tenet Specul. in titu.de feriis.in §.sequitur. numero 4. Hanc opinionem tenet gloss. fin.in fin. in l.vnica. C. de studiis liberalibus vrbis Romæ.libro xj.& ibi Plat.numero 5.& ibi Lucas de Penna,& Bartol. in §.ita vt. numero 2. & notat Pyrrhus Englebermæus, vbi hoc no. examinat. & allegat alia iura quamplura ad hoc.idem Ioann.de Platea.in l.cùm filios numer. 1. versic.hinc est.C.qui ætate se excusant.libro x. Doctores,præcipuè Ioann.de Imo.in capitul. vestra. de locat.Vincentius de Herculanis,in l.in executione. numer.168.ff.de verborum obligationi.Cæpola, in tract.de seruitutib. vrbanorum prædiorum.capitul. xliij. numer.3. Abba.in c.1.numer.24.de iudic.& ibi Felin numer.16.idem Abba.in capitu. bonæ.el 1.numer.11.de postulatione prælatorum. Deci. in l.1.numero 72.ff.de offic.eius. & in capitul.1. numero 86. de probationibus.Ioann. de Amicis, in consil. ciij. numer.9.Ioan. Montolonius in Promptuario Iuris, in verbo,Faber.Ias.in l.1.§.sed excipiuntur. nu.2.ff. de feriis.& circa hanc regu.vide posita suprà in reg. ccxiij.in 2.limitat.

Hanc regulam amplia quinque modis, & limita vno modo,vt per Franc.de Rip.in l.1.à numer.131. vsque ad nume.139.solut.matri. Eandem regulam cum aliis quinque ampliationib.& vnica limitatione ponit Petr.Rebuf.in tract. de priuileg. scholar. priuil. 3.ex quibus ampliationib.duæ differunt ab ampliationibus Francisci de Ripa. P.Duen.reg. 239.

¶ Facies hominis non debet signari.Hanc regulam probat text.in l. si quis in metallum. C.de pœnis.& ibi Docto.De iure regio probatur in l.vj.titu. xxxj. par.7.Et quid veniat appellatione faciei, vltra Ange.in d.l. si quis in metallum.vide Aretinum in tracta.maleficiorum.in verbo, in facie. numero 1.Bar. in l.stigmata.C.de fabricensib.libr.11. Corset.in fin. in verbo,testis.incipien. dictum testis asserentis. & hanc opinionem tenet Paris de Puteo in tractat.de re milit.in c.incipient. duo in singulari certamine. numero 4. Placentin. in tract.de accusat.in titul.vij. nu.31.

Limita primò,non habere locum in clerico,qui falsauit sigillum Principis aut alicuius Regis: nam talis clericus deponi debet,& sibi character imprimi, & in exilium mitti:tex.est notabilis,& ibi gloss.fin. & Doctores in capitu. ad audientiam de crimine falsi.quod etiam habetur de iure Regul.in l.lx.titul.vj.

par.1.& in l.2.& in l.vj.tit.xij.lib.4.fori.& hanc opinionem per suprà dictum textum tenet Francisc.de Pauinis, in tract.de visitatione: in prima parte, quęst. 6. numero 30. Laici autem falsantes sigillũ qua pœna debeant puniri, ponit tex.in d.l.vj.titul.xij.libro 4.fori.& in l.vj. titulo vij. parte vij.vbi leges prædictæ dicunt, quòd tales debent mori, qui falsificauerunt literas, priuilegium, vel Bullam Papæ, vel Regis: licet de iure Canonico aliter erat dispositum, per tex.in c. ad falsariorum. de crimine falsi. Circa quod vide Ioann.Bernard.in practica, c.cviij.Matth. de Afflict.notab.in decis.xxj. & cccciiij. Hodie tamen falsificans sigillum Principis, archiepiscopi, seu aliorum prælatorum, punitur amissione medietatis bonorum: vt in l.3.titulo vj. libro viij. ordin. De falsificante literas aliorum inferiorum est text. & ibi gloss.in verbo, sigilla.in cap.cùm olim.el 2.de offic.deleg.& in capit.ad falsariorum.in verbo, legitimas. de crimine falsi. Circa quas, vltra Ioann. Bernard.& Matthæ. de Afflic.vbi suprà, vide Ioan. Fabr.& ibi Docto.in §.item lex Cornelia. Instit.de publicis iudic.Iaso.in §.pœnales.num.32.Institu.de actio.Boer.in decis.lxxxij.Grammatic. in decis. xxvij.numer. 9.cum sequentib.Afflict.in constit.Neapol.lib.3.Rubric.xxxix.numer.1.cum aliis.Chassan. in consuetud.Burgund.in titu. Des iustices.Rubr.1. in principio.numero 52.Porrò in foro conscientię, qua pœna debeat puniri, ponit Martinus Nauarrus in canon.sacerdos.num.10.cùm aliis, de pœniten.distinct.vj.

Limita secundò, non habere locum in casu l.4. titulo xxviij. part. 7. vbi quandocunque ciuis vel rusticus Deo, vel eius genitrici maledixerit.si nihil habet in bonis, pro prima & secunda vice ferro candente ad signum Crucis signatur in labiis.

Et ibi supradicta l.4.cum tribus antecedentibus ponunt pœnam blasphemantium: quæ leges approbantur per l.1.titu.8.libro 8.ordin. quæ omnes corriguntur hodie per tex.in l.2.titul.8.libro 8. ordin. quæ omnes etiam corriguntur per pragm.1.in volumine Pragma.& per Pragma.lxxij.Toletanum, Anni 1525.& per Pragma.lxix.de Madrid, Anni 1528. Et quis propriè dicatur blasphemare, vide Socin.in consi.102.numer.5.volumin.1. Io.de Plat.in §.cõsequens.Institu. de suspectis tuto.& circa suprà dictas leges Regni quæ loquũtur de blasphemia.vide Gerar.de Petra sancta in sing.lxxxiij. Anton.de Burg. in capitu.2.numero 6.de emp.& vendi. Iaso.in l.iij. in §.iurari.numer.9.& in l.si duo patroni.in §.fi.numer.1.ff.de iureiur.Lud.Montal.in tractat.de reprobatione sententiæ Pilati, in primo dubio, numero 1. cum aliis. Ioann.Bernard.in practica, in capitu.ciij. Chassan.in consuetud.Burgund.in tit. Des iustices. in princ.Rubric.1.numero 59.Nicol. Bello.in cõsi. lxix. numero 5. Marcum de Mantua notabiliter in apophthegma. cvj. & in obseruatione lxxxvj. libro 9.Iacobus Septimacensis in lib.Institutionum catholicarum.c.8.quod facit ad declarationem text. in c. statuimus. de maledicis.

Limita tertiò, non procedere in illo, qui viuente prima vxore cum alia contraxerit: nam iste talis debet signari in fronte: vt in l.3.titu.1. libro 5.ordin. & in l.6.titu.15.lib.8.ordin. per quas leges corrigitur tex.in l.16.titu.17.par.7.De iure verò Ciui. ille qui matrimonium bis contraxit, pœna infamiæ debebat puniri: vt in leg.eum qui duas.C.de adult.& ille qui duas vxores accepit, quasi non rectè sentiat de sacramentis, est hæreticus censendus.ita concludũt Dominic.& Philip.Franc. in ca.accusatus.in §.sanè. de hæret.lib.6.quos sequitur Pala. Ruuius in repet. cap. per vestras.17.numer.25.Gundisaluus de Villadiego in tract.contra hæreticam prauitatem, quęst. 9. & in foro conscientiæ iste talis debet graui pœna puniri.De qua materia & quam pœnam debeat pati qui binas nuptias contraxit, tam iure Canonico, quàm Ciuili, quia non est præsentis speculationis, remitto me ad ea, quæ notabiliter tradit Ang.Aretin.in tract.maleficiorum, in verbo, che me ay adulterato la mia dona.num.65.Pala.Ruu.in repet. Rubric.de donat.§.lx.num.6.Alex. in consi.clxv.vol.7. Ioan.Montolonius in Promptuario iuris: in ver.dulcis.Neuiz.in Sylua nuptiali, in lib.4.num.44.

Et vltra suprà dictam pœnam contrahens nuptias, incidit in crimen aleuosiæ, de iure Regio.vt in l.6.tit. 7.& in l.8.titu.18.libro 8.ordi. Quam limitationem intelligo veram secundum ea, quæ dixi suprà in reg. cl.in 2.limitatione.

Est tamen notandum circa hanc limitationem quòd in Pragma.lxxix.de Segouia, Anni 1532. fuit petitũ, vt pœna suprà dictarum legum ordin.attenta qualitate delicti pœna, qua leuis erat augeretur. & ibi simpliciter responsum fuit, quòd supradictæ leges exequantur: posteà autem fuit idem petitum in Curiis de Valladoli. petitione cv.Anni 1548.in qua fuit statutum quòd supradictæ leges ordin. custodiantur.& vltra fuit declaratum quòd pœna l.xvj. Partitæ suprà allegat. quæ loquebatur de relegatione quinquennij contra illum, quis bis contraxit, debeat intelligi vt per quinquennium ad triremes, & galeras mittatur, & suprà d.l.Partitæ quæ anteà, vt suprà dixi, erat correcta per suprà dictas leges ordin. hodie approbata & declarata est per suprà dictam Pragm. cv.de Valladolid.Et ita vltra suprà dictã pœnam de qua in suprà dictis legib.ord.illi, qui binas nuptias contraxerunt, puniri debent pœna de qua in suprà d.Pragm.cv.de Valladol.vt ibi clarè constat.P.Du. reg.290.

¶ Faber potest expelli, ne malleet propè scholas publicas, hanc opinionẽ tenent multi, quos refert Petr.Duen.reg. 289.

Ampliatur in 5.casib.& limitatur in vno à Rip.in l.1.ff. solut.matri.nu.131.& à Petro Rub. in tract.de priuile.schola. Don.Fina, lib.5.

¶ Facere quicunque indefinitè alicui promiserit vniuersaliter debet intelligi, videlicet omnem omnino causam faciendi, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.l.verbum facere. ff. de verborũ significa.vbi gloss.&.Alc.conc.l.licet. l. faciendi. ff. eod.& l.facere oportere, eod.tit. l.1.ff.quod met.causa.l.extat. de verb.signifi.l.de curatore.ff.de curatore bonorum. Med.reg.2.

¶ Facere quod mihi prodest, & sibi non nocet, si contractus de iure præcessit, quis cogi potest: secùs autem si lucrari aut damnum euitare volo.l. in creditore.ff. de euict.doc.in gl.l.2.ff.sol.mat.& in l. fin.ff. de vsu & hab.& l.nec creditoris. C.de nouat.

Primò fallit fauore vltimæ voluntatis. l. quia poterat. ff.ad Treb.& etiam fallit in dote.d.l. 2.Secundò autem casu aut ad finem reformandi quod primo erat, & tunc cogor.l. chirographis.cũ gl. ff.de admi.tu.& l.2. §.idem Varus. ff.de aqua pluu. arc. aut de nouo faciam, & non cogor, vt putà vult quòd vendam sibi viam ad fundum, cum aliunde ire non possit. l. binas.ff.de serui.rust.præd.

Sec-

Secundò fallit fauore religionis, sumptuum funerum: & hoc est arg. an vasallus ad petitionem domini cogatur alteri promittere fidelitatem: vt per Bartol. & Imolam in dicta l.ij. vnde hæc attēdenda sunt, quin nedum in vltima voluntate & in dote, sed etiam in his & in aliis casibus compellatur quis vendere rem suam seu ius suum transferre. B.Socin.re.285.

¶ FACERE. Paulus libro xiij.ad edictum. Lex cxxj. al. clxiij.

Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea [a] quæ non facit: [b] at qui facit, quod facere nō debet, non videtur facere id, quod facere iussus est.

ADDIT. a quia in P. florent. b & ibid.

Vt si patronum non exhibeat egentem: videtur facere aduersus ea quæ facere iubetur. Viuien.

¶ FACERE, & Expectare. Cum quis in ea causa sit, vt aliquid faciat, id ab aliis non expectet.

ff. de eden.l.si quis.§.cùm prætor.
C. de Episcopis.l.cùm clericis.
In Aut. de sacros. Eccl.col.1.
In Instit. de excus.tut.§. minores.
C. de vet.iur.enucl.l.1.§.cùm hæc.

CONTRA.

ff. naut.cau.stab.l.& ipse.§.1.

Cùm quis, &c.] Hæc Rubr. patitur exceptionem in casu, scilicet quando casus fortuitus allegatur, vt ff. de eden.l.si quis ex.§.vlt. Patitur contra in altero, vt in casu contrariæ Rubr. Sed illud est propter publicam vtilitatem, scilicet puniendi maleficia: & quia ex necessitate plerunque interponuntur tales cōtractus. vt ff.naut.cap.l.1.§.1.& ff.depos.l.1. §.1. Azo,ru.69.

¶ FACERE. Qui potest facere vt possit iam posse facere, intelligitur facere.

In Decret.distinct.83.error.
ff. de ædil.edict.& redh.l.quis sit.§.idem ait.
ff. ex quibus caus.maior. l. sed & si prætorem. §.ait prætor.
ff. de reg.iur.l.qui potest facere.

Qui potest facere vt possit, &c.] Hîc distingue, an facilè possim vt possim, an nō, in primo casu videor posse facere: in secundo non. vt ff. quib.ex caus.ma.l.sed & si.§.ait prætor.& tit.de bon.liber. l. qui cum natu maior.§.sed si minor. Hoc generale probatur. ff. de reg.iur.l.qui potest facere. Azo,rub.11.

¶ FACERE. Quod quisque per alium facit, perinde est ac si ipse fecisset.

ff. de neg.gest.l. Nam & Seruius.§.vlt.
ff. quarum rer.actio non datur.l. prima.§.antepenult.
ff. ne vis fiat ei qui in poss.l.1. §.domini vel patris.
ff. de iurisd.omn.iud.l. si quis id quod.in fi.
ff. quod vi aut clàm.l.aut qui. §.pen.
ff. ne quis eum qui in ius voc.l.si per alium.
ff. de calum.l.quinetiam si quis.
ff. de eo per quem factum.l.1.
ff. de pign.l.si inter.
ff. mand.l.vlt.
ff. ad l.Aq.l.liber homo 2.respon.contrà.
ff. de administ.tut.l.ita autem.§.gessisse.
ff. de col.bon.l. dedit.
ff. de itin.actúque priuat. l.1.§.1.
ff. de vi & vi arm.l.1.§.deiecisse.
C. de vsur.l.eos.in fine.
ff. de administ.rer.ad ciuita.per l.1.§.1.
ff. de adop.per mortem.§.méque contra.
C. de his qui veniam ætatis imp.l.2.contra.
C. de iur.emphyt.l.3.
C. de asser. tollend.l.1.
25.d.§.præcipimus.
ff. de contrah.empt.l.quod sæpe. §.si quis amico.contrà.
ff. famil. ercisc.l.si familiæ.

Quod quis per alium facit, &c. & ecōtrà.] Non est contra hoc quod legitur ff. ad l. Aquiliā.l. liber homo. Tenetur enim qui fecit, & nihilominus qui iussit. ff. quod vi, aut clàm.l.aut qui aliter.§.si quid.& de iniuriis: non solum.§.si mandato meo.& §.Proculus. Itē non obstat quod legitur. ff. de contrahend. empt. l. quod sæpe.§.si quis amico. quia dicit quòd non vendidit, subaudi, absens. Videtur enim vendidisse præsens per procuratorem suum: vt in hoc toto generali continetur.

ADIECTIO.

Vel distingue, an sint quæ demandari possunt, vel non: vt infrà de se suísque rebus. Rubrica quod meo. vel solue iuxta legem, quæ est de caducis tollendis. l. 1. §.ne autem. Azo,rub. 10.

Quod quis per se iussus est facere, per alium non potest explicare.

ff. de adopt.l. post mortem.§.neque.

Quod ego solus facere non possum, alij faciendum solus mandare possum.

C. de procur.l.non eo minus.
C. de thesaur.l.1.§.in alienis.

Quod ego solus, &c.] Malè inducitur ad hanc Rubricam, quod legitur in C. de procur. non eo minus. quia & ibi si solus minor egisset, & si pro eo lata esset sententia, teneret, per rationē eiusdem legis, melius inducitur lex pen.eiusdē tit.& dicetur esse speciale, contra superius generale. Azo,rub.10.

¶ FACERE. Qui non facit quod facere debet, intelligitur facere quod non debet.

ff. de ędil.edict.l.quid sit.§.idem ait, si seruus. & §.vltim.
ff. de re mil.l.non omnes. §.vlt.
ff. quæ in fraud.cred.l.4.& 5.
ff. de reg.iur.l. qui non facit.

Hoc quidē est de iuris intellectu vel fictione, nō de veritate: non enim sicut qui facit quod non debet facere: tenetur de facto: vt in fructuario, qui propter omissa non tenetur Aquil. licet teneatur propter facta, vt ff. de vsufr.l. si vsusfructus.§.de præteritis. Idē etiam assignatur per Yrnerium, siue (vt alij) Guarnarum. ff. de dolo.l. eleganter. ff. si quadrupes paup. fe. dic.l.1.§.sed si instigatu. idémque assignari potest in domino sciente, & non prohibente: si enim ipse dominus faceret, teneretur ex suo delicto: sed cum seruus delinquit, eo sciente, tenetur propter serui malitiam: hinc est, quòd & delictum serui caput sequitur, vt ff. de noxali act. l.2. §.is qui. & in l.delictis.§. cum dominus. Et ita differentia est, faciat quis, an omittit facere quod facere debet. Azo,rub.10.

Non facere, facere est.

In Instit. de nupt.§.si vxor tua.

Quod solitum est fieri, semper fieri creditur.

In Decret.dist.75 dilectionis.
C. de prob.l.matrem.l.siue possidetis.
C. de don. inter vir.& vx.l.etiam.
ff. de re mil.l.non omnis.§.à barbaris.
ff. de accus.l.si cui crimen.§.idem.
ff. de lib.hom.exhib.l. quod & lex.§.hoc interdictum.

Sup. Rubrica. Quod quis solet facere, &c. nec est dis-

ferentia, nisi quia illud in specie, hoc in genere loquitur.

Quòd solitum est fieri, &c.] Ex his quæ plerumque inter homines contingunt, sumuntur in iure præsumptiones: quibus standum est, donec probetur contrarium. vt C. de don. inter vir. & vxor. l. etiam. Similiter sumitur cõiectura ex eo quod olim fuit: vt in sequenti Rubrica continetur: scilicet vt præsumatur esse modò, nisi in cõtrarium probetur: vt C. de probat. l. siue possidetis. Hoc autem fallit in ætate: nec enim sequitur, heri fuit minor, ergo hodie præsumitur esse. vt C. de in integrum restitu. l. si minorem. & hoc est ideo: quia solo cursu tẽporis mutatur id quod olim fuit, scilicet quia minor fuit: sed modò est maior. Quid in possessione, nunquid præsumitur hodie possidere, quia olim possedit? argu. est quòd sic. C. de pign. act. l. si creditor. Io. tamẽ dicit, aliud esse in possessione quàm in dominio: quia plerunque facilius amittitur possessio quàm dominium. vt ff. de acquir. poss. l. si quis in. §. differentiæ. nec ob. prædic. l. de pign. act. l. si creditori. quia ibi creditor ex contractu erat obligatus ad restituendum. Vnde nisi allegeṫ iustam causam amissionis, damnatur. sed vbi quis contendat se olim possedisse, non præsumitur ideo hodie possidere in alterius præiudicium, vt puta si præscribat: sed in suum fortè. vt C. ad exhib. l. non ignorabilis.

ADIECTIO.

Imò dicendum, vt diximus ff. de except. rei iud. l. si rem. Causa.

¶ FACERE, & Consentire. Facientes & consentiẽtes pari pœna plectuntur.

PRO.

2. q. 1. c. votum.
17. q. 4. c. omnes.
11. q. 3. c. qui consentit.
3. q. 4. consanguineorum.
83. dist. c. 1. 2. & 3.
Ext. de simon. c. non satis.

CONTRA.

Ext. de cleric. excom. c. lator.
Ext. de homic. c. sicut dignum.
86. dist. c. tanta.
1. q. 1. c. quicquid.
24. q. 3. c. qui aliorum.
D. de furt. l. is qui opem.

SOLVTIO.

Est consensus cooperationis: hic talis punitur æqualiter cum faciente, vt in Rubrica dicitur. Est & consensus negligentiæ, & talis consensus minus punitur quàm faciens, d. capitulo quicquid. Et cõsensus authoritatis, vbi quis præstat authoritatem illi qui per se committere non potuit, d. capitulo qui aliorum. Damas. reg. 121.

¶ FACERE. Magis ex consequentia primi facti videor facere, quàm ratum habere.

31. q. 1. c. 1.
ff. de min. l. denique. §. scio.
ff. de do. inter. vir. & vxor. l. si donatæ. §. si sponsus. C. ad Vell. l. si mulier.

Magis ex consequentia, &c.) Hoc locum habet, cum factum quantum ad obligationem, semel est consummatum, postea autẽ quis illud exequitur: nec enim executionis tempus est inspiciendum, vt ob hoc videatur aliquis habere ratum, sed contractæ obligationis. Azo, rub. 10.

¶ FACERE. Bonifac. Reg. lxxij.

Qui facit per aliũ, est perinde ac si faciat per seipsum. Adde l. ita. §. gessisse. vers. quòd si quis. ff. de administra. tutor. Viuien.

Factum. l. 132. factum. l. 11. id quod nostrũ. l. 401. omnibus. l. 164. Qui non facit. l. 199. inuitus.

Non inspicitur factum, sed causa faciendi. de furt. l. verum.

Non quid factum sit, sed quid fieri debeat, inspiciendũ est. de elect. c. cùm causa. dist. 93. ca. legitimus. in fin. de præs. l. sed licet.

Non præsumuntur facta, nisi probentur. C. de col. l. si emancipati. de capt. l. 12. §. factæ. de publicia. l. quæcunque. §. pen. de rescr. c. super literis.

Appellatione facti etiam non factum continetur. Inst. de emp. §. si vxor. De inoff. test. in fi.

Habetur pro facto, quod proximè futurũ est. De milit. test. l. pen.

Interpretatio facti plerunque etiam doctissimos fallit. Neratius de iu. & fact. ign. l. 2.

Facta infecta esse non possunt. d. §. factæ. C. de legib. l. non dubium. de min. l. quod si minor. §. restitutio. Auth. de æqua. do. §. quæ igitur prius.

Infirmari iure ciuili res facti non potest. De acqui. possess. l. 1. §. si vir.

Nemo ad factum præcisè obligatur. de verb. ob. l. stipulationes non diuidũtur. Ver. Celsus. Instit. de inuti. sti. §. alteri. Excipiuntur vltimæ volũtates: de leg. 3. l. 11. §. fi. Annotaui plura ad reg. 75.

Multa facta tenent, quę ab initio fieri prohibentur. Notaui ad reg. 86. §. 1.

Quædam vitiant iam facta, quæ non impediunt facienda. De arb. l. non distinguimus. in versi. ferre debet. vbi gl.

Dirimentia facta multò magis dirimunt facienda. de verb. ob. l. inter. §. sacram. 83.

Naturæ factum æquo animo ferendum est. De aq. plu. l. in sum. §. apud.

Nõ sufficit factum, nisi perduret. de in rem ver. l. si pro parte. §. versum.

Non sufficiunt verba, vbi opus est facto. De re mil. l. nõ omnes. §. fi. de pec. l. peculium. vide Tempus. Olim. Solitum.

Contra leges factum nullius est momenti. C. de legib. l. non dubium.

Contra factum proprium nemini venire conceditur. de ad op. l. post mortẽ. C. de rei ven. l. cùm à matre. & ibi no. 12. quæst. 2. c. monemus. Arg. reg. 76. vide Broc. rub. 10.

Ad rescindendum aliquod factum non potest quis suã vel quasi suam turpitudinem allegare. C. si ser. pig. l. si creditoribus. C. de tran. l. transactione.

Non transeunt ad alios, quæ facti sunt. C. de cadu. toll. §. non autem. De statuli. l. statuliberi. §. si quis non dare. §. fin. de cond. & dem. l. qui hæredi. in princ. de sol. l. inter artifices.

Reg. vj. Qui facit per alium, perinde est ac si faciat per seipsum. Neg. gest. l. nam & Seruius. §. fi. Quar. re. ac. non d. l. 1. §. antepe. Ne vis fiat. l. 1. §. si domini vel patris. Plura vide in Broc. Azo. rub. 3.

Quod quis per se facere iussus est, per alium non potest explicare. De adopt. l. post mortem. §. neque.

Non facere, facere est. Inst. de nupt. §. si vxor tua.

Propter id quod modò accidit, anteriora modò demõstrãtur. C. de nupt. l. si quis alumnam. C. de adul. l. si quis adulterij. 33. quæst. 1. c. 1. dist. 18. c. peruenit. Vide Brocar. rub. 10. Contra 1. q. 1. c. principatus. De admi. re. ad ci. per. l. 2.

Quo

Quod solus facere non possum, alij faciendum solus mandare possum. C. de proc.l. non eo minus.C.de thesau.l.1.§.in alienis.

Quod quis ex suo facto sentit, sibi & non aliis debet imputare.fa.her.l.inter cohæredes.§. quod ex facto.

Facere dicitur, qui cùm possit non prohibet. De iure pa.l.adigere.in prin.cum gl.

Quid à quoquam sit factum non requiritur, sed an factum sit.C.de inst.& sub.l.3.si ma.ita fu.al. l.fin. de iud.l.prætor.12.de iureiur.l.1. §.dato.§.duobus.in fi. de calum.l.1.§.2.de pecu. l.summa.§.siue.vide Broc. Azo.

Per seruum domino non acquiruntur ea, quæ facti sunt. Institu.de stipu.ser. §. seruo.de cond. & de. l. quod hæredi.de euict. l.quod minor.§.si seruus.vide Brocard.

Non videtur esse factum, quod non est legitimè factũ. C.de his qui ve.æta.impe.l.etiam omnes. de pac. l. Imperator.§.1.de re iud.l.si se non obtulit.§.cõdem natum. Ad Vel.l.quãuis.§.1.vide Brocar.19. §.2.ru. 10.§.4.& 5.

Iure quod fieri non potest non intelligitur posse fieri. de cond.inst. l.filius.2.q.1.c.1.

Rectè quod factum est superueniẽte delicto, vel facto non vitiatur.30.quæstio.prima,capitu.ad limina.C. de interdictis.l.3.C.de admi. tu.l. sancimus creatione.de reg.iu.l.30.quod inuito.C.de decu. l. infamia. vide Brocard.

Quod fieri necesse nõ est si factũ fuerit tenet. C.quod me.cau.l.si cum te.C.de fideiusso.l.filius fam.fa.her. l.qui hæres erat.Brocard.rub.10. C.de episc.l.si quis in conscribendo.

Sufficit esse factum, quamuis non sicut voluit, factum sit.de don.l.si tibi dederim.de acquiren.poss.l.fundi vendi. vide Broc.rub.10.

Vitiosè factum per subsequentia purgatur. de vsuca.l. non solum,Brocard.vlti.rub.53.

Consensus pro facto accipitur. Authen.de Eccle.tit. §. si quis tantum.

Animus & euentus ex facto & nõ facto probatur.Inst. de rerum di.§.pauonum.§.fin.C.de episc. aud.si clericus. dist.18.c.peruenit.C.de iu.de.l. cùm debitum. vide 1.Broc.rub.10.

Facti quæstio in arbitrio iudicantis est. De iudic. l. 79.§.iudicibus.De testibus.l.3.vsque ad §.commo.l. 21.§.fi.

Plura facta vnum intelliguntur propter continuationem.Ad legem Aquil.l.vnde. §.fin. Brocard.vltim. rub.99.

Alterius factum ex quo quis lucrum sentit, culpare non debet.de iu. do.l.cùm in fraudem. Solut.matrimo.l.sed etsi.Si quis omis. caus.test. l.sed non solet. Vide Brocard.Azo.

Alius onerari non debet ex alieno facto. De proc. l.in causæ.§.1.27.

Facere hoc quisque videtur, quod dolo fecit, quò minùs possit.Pro soc.l.verùm.§.tempus.

Contrà voluntatem factũ facienti non imputatur. De mun.l.cura.ver.nec si per vim.

Potiora sunt facta verbis.De ope.no.nun.l. de pupillo. §.meminisse.

Procuratum factum non prodest. De leg. 1.l.si seruus legatus.

In continenti quæ fiunt inesse videntur.Si certum pet. l.lecta.versi.si dicebam. De pact.l. septimo.§.quinimò.

Reg.vj.Factum legitimè retractari non debet,licet casus postea eueniat,quo nõn potuit inchoari:Nisi ad casum actui contrarium perueniat. De fideiuss.l. Varanius.§.Sed cum 2. Aliud in actu imperfecto. De his quæ pro non script. l. si in metallum. §. pro non scripto.Vide no.reg.166.

In proprio facto error non præsumitur, nisi probetur. Ebur.valens.Ad Treb.l.hæres.§.fin. C. de rescin.vẽ. l.quisquis. De acquiren.hæred.l.etsi sua.Notaui regul.aliam in l. 86.§.1.

Casus superueniens facti ius non tollit.Vide in d.§.1.

In alieni facti ignorantia tolerabilis error est. Nerat. pro suo.l.fi.in fi.

Alieni facti ignorantia excusat.De reg.iu.in vj.capitu, ignorantia.de inoff.test. l.nihil. §.si cùm filius. Pro suo.l.fin.

Alienum factum nemo promittere potest. de verbor. oblig.l.stipulatio ista. §.alteri.l.inter. De fideiuss. l. sicut reus.

Quod legitimè factum est,pœnam non meretur. Alexand.C.de adul.l.nemo dam.l.Gracchus. de verbor. obli.l.qui seruum. vide Procuratũ,Delictum,Error, Riisvvich.

¶ FACTVM. In his quæ sunt communia pluribus, vt singulis factum plurium, etiam si erunt mille non præiudicat aliis.l.per fundum.ff.de seru.rust.præd. l. fin.ff. commu. prædio.capitu.quando omnes tangit. de reg.iu.libro 6.gloss.in capitu.cùm omnes. & ibi Doct.de const.

Fallit in 2.casibus,quos not.Iason. in l. & suum hæredem.§.hodie,de pact.nume.2.fallit in 7.casibus, secundum Fel.in capit.cùm omnes. num.15. de const. & vltra Felin. ampliatur & limitatur à Petro Duen. reg.293.

In his quæ sunt communia pluribus vt vniuersis,& sic in his quæ sunt vniuersitatis collegij, vel ciuitatis quod maior pars facit, præiudicat minori. l. quod minor. ff.ad municip.l.nulli. ff. quod cuiusque vniuersitatis.l.aliud.§.refertur.ff. de reg.iur.cap.1.de his quæ fiunt à maio. part.cap.

Fallit vt per Socin.reg.6.fallit in 14.casibus,vt per Fel. in capitu.cùm omnes,numero 17.de consti.fallit in 5.casibus,vt per Roman.in Rubrica de arbi.numero 51. fallit in 6. casibus, & ampliatur in 5. à Pyrro Engleb.in l.aliud est vẽdere.§. refertur.ff.de regulis iuris.fallit in 10.casibus, vt per Dec.in dicto cap. cùm omnes,numero 25.& in 2.lectura, numero 42. fallit in 16.casibus, vt per Iason. in l. & suum hæredem. §.hoc hodie tamen, numero 8.de pact. Ampliatur in 3.casibus, & limitatur in 20.ab Andr. ab Exea in dicto capit.cùm omnes.numer.155.fallit in 4.casibus,secundum Bened. Cap. in suo tractat. regu. 9. numero 17. hanc regulam esse communem attestatur Franc.Turz.conclusio. 54. vbi limitat. & videas etiam conclusio.55.fallit in 18.casibus, quos not.Lancillot.in tractat.de decu. numero 48. & sequen.

In facto proprio non est tollerabilis ignorantia.l.quanquam,ff.ad Velleia. capitu. ab excommunicato, de resc.l. magnam,in fin. C.de contrah. & commit. stipulatio.

Fallit in 3.casibus,secundum Iaso.in l.si res obligata.ff. de leg.1.nume.35.

In facto alieno est tolerabilis ignorãtia. l.quod vulgo. ff.pro empto.

Fallit in 4.casibus,vt not.Iaso. in l. si res obligata.ff.de leg.1.nu.38.

Facta regulariter videtur etiam indiuidua.l.stipulationes non

nes non diuiduntur.de verb.obl.
Fallit in 2.casib.secundum Iaso.in d.l.stipulationes.nume.29.fallit in 6.casib.vt per Mart.sanct.Vascoleto, in tract.indiuiduorum,in 2.cellula,nu.19.
Facta in dubio non præsumuntur.l.in bello.§.factæ.ff. de capti.l.mancipati.C.de colla.
Fallit in 2.casibus,quos not.Dias.reg.280.
Facere non compellitur quis quod sibi non nocet, & alteri prodest.l.in creditore.ff. de euict.glo.& Doc. in l.2.ff.solut.matr.l.fin.de vsu & habi. l.nec conditores.ff.de noua.
Fallit in 2.casib.vt per Socin.reg.142.fallit in 58. casib. vt per Roman.in l.soluto matrimonio,ff.sol.mat.numero 5.& seq.
Factum vel dictum calore iracundiæ non obligat dicentem vel facientem,lege quicquid calore.ff.de regul.iur.c.si quis iratus.ij.q.iij.leg.3. ff. de diuort.l.si filiam.C.de inoff.test.l.si non conuitij.C.de iniu.lege famosi.ff.ad l.Iul.maiesta.
Ampliatur in 9. casib. & limitatur in quinque à Petro Duen.reg.292.
Fallit in multis casib.vt per Iason.in l.si filiam tuam,C. de inof.test.nu.6.Ampliatur in 4.casib. & limitatur in vno à Dec. in d.leg.quicquid calore.
Factum à principe Laico non potest eius successor irritare,imò tenetur ratũ habere. c.si quis inuestitus, vbi Bal,qui succe.teneantur, in vsib.feud.in c.decessorum.25.q.2.facit tex.in l.si ab eo.C.de liber.caus. l.si ego.§.1.ff.de iure dot.
Fallit in 5.casibus,vt per Pet.Duen.regul.293.contrariam regulam cum suis limitationibus facit Damasi.reg.83.
Factum à maiori parte creditorum præiudicat aliis fauore liberationis.l.& suum hæredem.§.hodie tamẽ. ff.de pact.l.fin.C.qui bo.cede.pos.Fel.in c.cùm omnes,de consti.
Fallit in 7.casibus,vt per Iaso.in d.§. hodie tamen.numero 1.
Factum à maiori parte collegij vel vniuersitatis in prę iudicium singulorum non tenet,nisi omnes consentiant.gl.in l.2.C.quæ sit longa consuetudo. Bart.in proœ.fforum.nu.5.
Ampliatur in vno casu,& limitatur in 4.à Petr.Duen. reg.97.
Sine facto nostro nostrum ad alium transferri non potest.l.id quod nostrum.ff.de regu.iur.vbi Deci. ampliat & limitat.
Factum infectum reddi non potest.l.in bello.§.factæ. ff.de cap.l.si ita quis.ff.de euict.l.1.§.si vir. ff.de acq. posses.§.1.ver.quæ igitur,in Auth. de æqualita. dot. not.Bar.in l.non dubium.C.de legi.facit text.in l.1. C. de rap.virgi.
Fallit vt declarat Dec.in l.verum est.ff.de reg.iur.
Qui facit per alium,per se ipsum facere videtur. Ampliatur in vno casu,vt refert Benincasa in prin. Inst. de act.numer.495.& limitatur Crot. in l. is qui pro empto.ff. de vsucap.& per Cag.& alios in l.is damnum.ff.de reg.iur.
In factis capitularibus, seu collegiatis non sufficit canonicos seu illos de collegio separatim consentire. sed oportet quòd sint tanquam collegium congregati.
Ampliatur in 2.casibus, & limitatur in 6.à Felin. in c. cùm omnes,de const.nu.48.
Facta contra ius pro infectis habentur. c. qui contra, de reg.iur.
Fallit vt per Dyn. in dicto capit. fallit vt per Damas. regul.123.
Ad factum quis compelli non potest. l.si quis ab alio, in fin.ff.de iud.
Fallit in 5.casibus,vt per Alex.in l.stipulationes. ff. de verb.oblig.nu.27.
Facti facultas ad hęredem non transit.not. in l.in stipulatio.ff. de verb.oblig.
Fallit in 2.casibus, vt per Alexand.in d.l.in stipula.numero 6.
Factum alienum promitti non potest.l.stipulatio ista. in prin.& l.quæsitum.ff.de verb.oblig.§.si quis alij. Inst.de verb.oblig.Fallit in 7.casibus,vt per Socin. in tract.fallent.reg.326.
Facta multa tenent,quæ fieri prohibentur. l. patre furioso.ff.de his qui sunt sui,vel alien.iu.
Fallit vt per Damas.reg.109.
Factum non dicitur, quòd non durat factum.fallit vt per Damas.reg. 95.
Illud solum fieri dicitur quod iure fit vt per Damas.re.79.Donat. Fina,lib.5.

¶ FACTVM. Ex facto vel non facto animus & euentus probatur.

In Instit. de rer.diuis.§.pauonum. & vlt,
I.de præsumpt.
C.de episc.aud.l.si clericus.
In Decret.18.d.c.peruenit.
C.de iur.delib.l.cum debitum.
C.de leg.l.cum quæstio.§.sed aliam,
C.de appel.à procons.
ff.ad l.Rhod.de iactu.l.qui leuandæ.
C.de test.l.non codicillum.
ff.de acquir.poss.l.pen.§.species.
In Decret.23.dist.his ergo dis.

Ex facto vel non facto probatur animus & euentus.] Quasi dicerent:per exteriora probãtur interiora: & ex eo quod aliquis facit vel omittit facere vel postea contingit,declaratur quod fuerit & qualiter fuerit factum,vt in legibus,in Rubr.positis continetur. Similiter declarantur interiora per veterem consuetudinem,vt in seq.Rubr.continetur. Az.rub.10.

¶ FACTVM. Ex eo quod quis solet facere, vel facit, præsumitur eum velle alium similiter facere, vel fieri velle.

In Decret.38.priusquam.
C.de episc.aud.l.nemo.
I.e.quod solutum est.
ff.quod cum eo.l.vlt.
ff. de susp.tut. l. quoque contutorem.§. sinautem.
I.de consuet.pet.fam.
ff.de vsur.l. qui semisses.§.vlt.
ff.de pign.act.l. vniuersorum.
ff.de neg.gest.l.si negocia absent.
ff.ad Maced.l.si filius.§.quod dicitur.
ff.de in rẽ vers.l.si pro parte.§.versum. l. quod si quid.§.quoties.in fi.
ff.de reb.eo.qui sub tu.l.1.
ff.de pet.hær.l.eum qui.§.vlt.

Ex eo quod quis solet facere, &c.)Hæc Rubrica suprà exposita est,in illa Rub.Ex facto vel non,&c.proximè præposita. Azo,rub.10.

Ex eo quod fieri solitum est, præsumitur.

ff.de ædil.edict.l.si quis sit fug. §.apud Labeonem.
C.de pig.act.l.pignus.
In Decret.28.dist.de Syracusanæ.
I.de asseueratione.Rubr.secũdum quod cõsue.

Non intelligitur quem posse facere, vel facultatem faciendi habere, nisi cũ commodo suo facere possit.

In Decret. dist. 19. c. cum nec possunt. ff. de nox. act. l. si seruus depos. §. quid est autem.
ff. de neg. gest. l. diuortio. Rubr. 1.
ff. de stat. lib. l. si peculium. §. vlt.

Non intelligitur quem posse, &c.]Hoc est intelligendum, quando aliquis habet beneficium vt condemnetur, in quantum facere potest. vt ff. de re iudicat. l. in condemnatione. vel quando quis promisit se facturum, vel daturum, quando facere poterit. vt ff. de verb. signif. l. nepos proculo. aliàs enim nullo etiam relicto apud debitorem fit condemnatio. vt ff. de re iud. l. sunt qui in id, & ll. sequent. C. qui bonis ced. poss. l. 1. Azo, rub. 10.

Non intelligitur posse fieri, quod de iure fieri non potest.
ff. de cond. instit. l. filius.
In Decret. 2. q. 1. c. 1.
Limita tertiò vltra Fel.in d.c.cùm omnes non habere locum in casu l.multum interest. C. de commu. rerum alien.nam Princeps, vel fiscus qui rem communem cum aliquo habet, inuito socio potest eam alienare, & per illum tex.tenet Abb.in cap.ratio nulla. nu.2.de præbe.Franc.Luc.de Parma in tractat.de fisco & eius priuilegiis.in xxxv.casu. & in xlvij.nu.35. & num.47.Martin.Lauden.in tract.de fisco.quæsti. liij.Afflict.in tract.de iure protomiseos, in princip. legis, in quarto notabili.nu.16.& 17.Dec.in ca.cùm omnes.in ij.lectu..numer.38.de constitutionib. Ias. in l.qui sine.nume.3.ff.de condictione sine cau.Hippolit.in l.1.in §.cùm quidam deponeret.nume.1.ff. de quæstionib. Bartol. in l.fin.C.si contra ius, vel vtili.public.Fel.in cap. quæ in ecclesiarum, num.51.versic.sexta declaratio.de constit. & est similis tex.in l. j.C. de vendit.rerum fiscal. lib.x.& ibi Bartol. Eãdẽ opinionem tenet Decius in consil.ccxxxv. numero 7.quam limitationem infrà latiùs tractabimus in regula incipiente, fiscus. P. Duen.re.295.

¶Factum à maiori parte regulariter ab omnibus factum censetur. tex.glo. & Bart.in l. quod maior. ff. ad municipalem.

Primò fallit in datione coadiutorum, quia in ipsa datione non sufficeret maior pars, sed requirerentur duæ partes ipsius capituli, vt est text.in capit. 1.circa princ. de cleric.ægrot.lib.vj.

Secundò fallit dicta regula in postulatione quæ concurrit cum electione, quia tũc etiam illo casu requiruntur duæ partes, vt est tex.in c.si scriptum.de ele. & tenet glos. in d.c.j.de cler.ægrot.

Tertiò fallit in confirmatione officialis quæ nõ potest fieri à maiori parte, nisi omnes ad quos spectat dicta electio, sint concordes, vt est textus in authen.de defen.ciui.§.finali.& illum text.allegat Angel. pro singulari.in l.iuris gentium.§.fin.ff.de pactis.

Quartò fallit vbicunque maior pars aliquid contrarium faceret de iure communi, quia tunc omnes debent consentire secundum Innocentium in c.humilis.de maior.& obedient.pro quo facit tex.in capit. cùm omnes.de constitution.& ibi hoc tenent Doc. licet Bald.tenuerit contrarium in l.j.C.de auctoritate præstanda.

Quintò fallit vbicunque maior pars vniuersitatis vellet extrahere aliquem de banno, vel aliam gratiam volũtariam facere, quia hoc etiam casu omnes deberent consentire, ita tenent communiter doct. in d. c.cùm omnes.de const.quamuis Abb.Sicu.& Card. ibi teneant contrarium.

Sextò fallit in pluribus creditoribus remittẽtibus partem debiti, quia ista remissio facta à maiori parte, non habet nocere vni fideiussori habẽti fideiussorẽ vel mãdatorem.vt est casus not.in l.si.in §.j.ff.mãd. Aliæ limitationes traduntur per glos.& doct.in d. l. quod maior.& de ista materia quotidiana habetur per Bart.l.omnes populi.in j.q.prin. in vers.iij.quæritur.ff.de iust.& iure. & per glos.& doct.in d.c. cũ omnes.per Bal. in auth.hoc ius porrectũ.C.de sacr. sanct.eccle. & per Bald.& Ang.in l.non ambigitur. ff.de legib.& per Bald.in additio.Specul. in titu.de instrumen.editio.& per Bal.in l.final.in princip. C. commun.de leg.& in l.viduæ. C.de nup. & in leg.id quod pauperib.C. de episcop.& cleric. & per doct. in c.fin.de maior.& obed.& per doctor.in c.quapropter de ætate & qualit.& per omnes Canonist.in c. coram.& c.ingressi.de elect. & singulariter per Pau. & Bart.in leg.Marcellus.ff.de fideiusso.& per glo.in c.cum apostolica.lvj.distin. & in c.j.de iud.in iij.q. & in c.canonic.xviij. distinct.& in c.ij.de noui operis nuntiat. B.Socin.re.186.

¶Factum vel dictum calore iracundię, non obligat dicentem vel facientem.Hæc regula probatur in l. quicquid calore.ff.de reg.iur.in cap.si quis iratus. ij. quæsti.iij. in l. iij.ff.de diuortiis.in l.si filiã.ibi, si nõ inconsulto calore. C.de inoffic.testam.& in l.si nõ conuitij.C. de iniuriis.in l.famosi.in versic.lubricũ linguæ.ff.ad leg.Iul.maiest.in c.quicunque.in §.diuortio.de pœnit. distinct.j.facit tex.in argumen.in l.Gracchus.C.de adulter.& in l.si adulterium cũ incestu.in §.imperatores.ff.de adult.in c.illa præpositorum.xj.quæsti.iiij.in c.sicut.el j.de iureiur.in l.ij. C.ad leg.Iul.maiest.De iure regio probatur in l.16. tit.fin.par.vij.

Circa quam regulam vide Dec.Gul.Mayn.& Cagn.in d.l.quicquid calore, Ias.in l.si duo patroni.in §.fi.n. 1.ff. de iureiur.& in l.si filiã tuam.nu.5.C.de inoffic. testament. Ludouic.Rom.in sing.cccccviij.Hippo. in sing. dcxxvj.& in consil.lxxx.nume.56.vol.ij. Io. de Selua in tract.de iureiur.in 3 par.num.26.Grammat.in voto xix.nume.51.Marcum Antoniũ Baue. in tractat.de virtute & viribus iurament.priuilegio lxxviij.nu.144.

Amplia primò habere locum in iuramento: nam iuramentum factum calore iracundiæ nõ obligat, vt est tex. in c.sicut.el j.de iureiur.& ibi expresse Io.And. & Ant.de Butr.& Panor.in iij.notab.idem Abb. in c.si verò.nu.7.eo.tit.Lud.Rom.in singul.cccccviij. Fel.in d.c.sicut.nu.3.Eandem opin.tenet, vbi eã notabiliter declarat Ioan.de Selua in dicto tract. de iureiur. in 3.par.num.26.

Amplia secundò in voto facto calore iracundiæ, nã tale votum non obligat, vt est glos.not.in c.dudum, in verbo, calore.& ibi Ant.de Butr.& Panorm.de conuersio.coniugat.& est similis glo.in c.sunt qui opes. xvij.q.iiij.in verbo, nõ iudicio.quas gl.sequitur Ias. in d.l.si filiam.numero 4.Ludoui.Rom.in dic.sing. cccccviij.Corset.in reperto. ad Abba.in verbo, iracundia.Philip.Dec.in regu.quicquid calore.nume. 2.vbi dicit quod hoc est verum, quando iracundia esset talis quæ alienationem mentis inducit: aliàs secus: eandem opinionem tenet ibi Hieronymus Cagnol.num.6.

Amplia tertiò habere locum in confessione: nam confessio facta calore iracundiæ, non obligat, vt est gl. in c. ex literis. in verbo, admonita.& ibi Abb.& Docto.de diuort.quam glos.vltra doct.relatos suprà, in regula cxix.in iij.limitatione, qui eam sequuntur, sequitur Ioan.de Selua in tract.de iureiurand.in d.iij. par.num.30.

Amplia quartò habere locum etiam in exhæredatione, nam exhęredatio facta à patre calore iracundiæ non valet, nec tenet. ita probat tex. & ibi glo.Bal. & Sali.in d.l.si filiam.C.de inof.testam.& Ias.num. 4. Hierony.Cagn.in dict.leg. quicquid calore.numer. quinto.

Amplia quintò, procedere in accusatione: nam accusatio facta calore iracundiæ debet per iudicem aboleri

aboleri, vt in l. secunda. C. de abolitionib. ca. si quis iratus. ij. quæst. iij.

Amplia sextò in acceptatione secundi beneficij, nam si facta est calore iracundiæ, non vacat primum, iuxta tex. cap. de multa. de præb. ita tenet Panor. in d. c. de multa. nume. 13. argu. tex. in dict. cap. ex literis de diuor. quem sequitur Iaf. in d. l. filiam tuam. num. 4. Dec. in d. l. quicquid calore. numer. 5. Fel. in c. sicut. el j. nume. 4. de iureiur.

Amplia septimò in sententia calore iracundiæ prolata: nam non debet statim executioni mandari, sed differri debet per triginta dies, etiãsi sententia Principis sit, quandocunque lata est calore iracundiæ. ita probat tex. in cap. cùm ad Thessalonicam. xj. quæst. iij. vbi assignatur ratio, similis est text. de iure ciuili, in l. si vendicari. C. de pœn. De iure regio probatur in l. xxix. & xxx. tit. xviij. par. iij. & est glo. & ibi Fel. nu. 4. in c. iurgantium. nu. 4. de re iudic. & hanc opinio. tenet Ant. Corset. in Reperto. ad Abb. in verbo calore iracundiæ. Ioann. And. & ibi Anania in ca. 3. nume. 2. de accus. Martin. Lauden. in tract. de consiliariis principum. quæstio. vj. Paris de Put. in tract. syndic. in prin. in titu. de excessibus consiliariorum. nume. 11. & in eod. tract. in fi. in ca. incip. mandauit Rex. nu. 2. Thom. Grammat. in voto 22. nu. 13. Iaf. in l. puniri. in finalib. verb. C. si contra ius vel vtili. public. & in l. debitoribus. nu. 15. ff. de re iudi. Ab. in c. cùm olim. nu. 23. de re iudi. Hip. in leg. j. in §. si quis vltrò. num. 52. ff. de quæst. de Neuizanis in sua Sylua nuptiali. lib. j. nume. 91. Hieron. Cagn. in l. quicquid calore. num. 15. ff. de reg. iur. & ibi Gulielmus Mayn. num. 8.

Amplia octauò habere locum in professione facta per iracundiam. ita tenet Ant. de Butri. in c. sicut. el. j. de iureiur. quem sequitur Fel. in d. ca. dilecti. nu. 16. de excep. & in d. c. Matthæus. nu. 2. de simonia.

Amplia nonò procedere in contractu, nam cõtractus celebratus calore iracundiæ non valet. l. iij. ff. de diuor. & in l. licitatio. in princi. ff. de publicanis. ita tenet Roma. in d. sing. ccccc xviij. Corsetus in Repertorio ad Abba. in verbo, iracundia. Quod intellige nisi contractus esset ad pias causas, vt infrà dicam, quæ ampliatio procedere non videtur, vt in l. lxij. titu. vj. part. v.

Limita primò non habere locum in delictis, in quibus quis calore iracundiæ non excusatur. ita probat tex. in l. si non conuitij. C. de iniuriis. & in c. j. & ibi Ab. de is qui filios occider. Ratio est quia si aliter esset, rarò punitioni delictorum esset locus, contra tex. in capitul. vt famæ. de sent entia excommunicationis. cum similibus.

In quo est notãdum, quòd licet sit vera prædicta limitatio, mitiganda tamen est pœna quandocũque iracundia ex iusto dolore prouenit. vt in l. si adulteriũ cum incestu. §. Imperatores. ff. de adulter. & in capi. si quis irascitur. xiij. quæsti. secun. & in l. 1. C. si quis Imperat. maledixe. De iure Regio probatur in dicta l. xvj. titu. finali. parte septima. ita expressè tenet Iaf. in d. l. si filiam. numero 6. & in dicta l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. el ij. Abb. & Felin. in capitulo dilecti filij. nume. 12. de excep. Boerius in cons. j. posito post consuetudines Biturigũ. Philipp. Deci. in regula, quicquid calore. numero 8. Antonius Corsetus in Repertorio Abb. in verbo, calore iracundiæ, & in verbo, iracundia. Ex quo Decius in leg. vt vim. ff. de iustit. & iure. dicit quòd licet prohibitum sit occidere fugientem qui te percussit, quia id potius ad vindictam quàm ad defensionem tendit: tamen si id feceris, de homicidio pœna ordinaria puniri non debes propter iustum dolorem. vt in dicto §. Imperatores. quam opinionem sequitur Hieronymus Cagnol. in dicta l. quicquid calore. numero 10. eandem opinionem tenet Felinus in capitulo significasti. el secundo. de homicidio. Franciscus Aretinus in consilio lxxx. numero 8. Bart. Cæpola in consilio xliij. in consiliis criminalibus. Hippol. de Marsil. in consilio vigesimoquinto. Bauer. in tract. de virtute, & viribus iuramenti. in priuileg. lxxviij. nume. 144. Grammat. in voto xix. nu. 14. cum aliis.

Et circa hanc limitationem notandum etiam est notabile dictum Angeli in dicta l. si non conuitij. Cod. de iniuriis. nume. 6. dicens quod quandocunque aliquis dixit alicui aliquod verbum iniuriosum, si postea pœniteat, probata iracundia proderit sibi ne actione iniuriarum conueniri possit, quandocunque iniuria possit reuocari, secus si iniuria reuocari non possit, & sic intelligit tex. in dicta l. quicquid dictũ. sequitur Lanfran. ab Oriano in tract. confessionum in princ. nume. 2. Tho. Ferrat. in cautela xxxix. in fi. Fel. in cap. dilecti filij. num. 16. de excep. Cagn. in dicta l. quicquid calore. nume. 14. Hippo. de Marsi. vbi dicit se habuisse in practica & obtinuisse, in singul. dcxxvj. & in l. is qui cum telo. C. de sicariis.

Limita secundò in donatione facta ecclesiæ vel piæ causæ calore iracundiæ, quia valet. ita tenet glos. in cap. dudum. in verbo, calore. de conuersio. coniug. per tex. in cap. sunt qui opes. xvij. quæst. iiij. ita expressè tenet Rom. in dict. singu. cccccviiij. Iaf. in d. l. si filia. nume. 6. Alex. in additio. ad Bart. in d. l. quicquid. Fel. in cap. Matthæus. nume. 2. de simon. Quod tamen est verum in eo qui fuisset ali qualiter concitatus, secus si fuisset alienatus à mente propter iracund iam, quia talis contractus non debet seruari. ita tenet Ioan. And. & Docto. in cap. dudum. de conuersio. coniug. Felin. in dicta l. sicut. de iureiurand. in dict. cap. dilecti. nume. 15. in fine. de exceptio. Philip. Decius in dicta l. quicquid calore. nume. 1. & ibi Cagn. numer. 14. Marcus Ant. Bauer. in tract. de virtute & viribus iuramenti, in dicto priuileg. lxxviij. num. 144.

Limita tertiò, procedere nisi iratus post iracundiam perseuerasset in eadem voluntate, vt in d. cap. si quis iratus. 2. quæst. 3. & ita tenet Bart. per illum tex. in d. l. quicquid calore. facit in simili text. in l. licitatio. in princip. ff. de public. & vectiga. ita tenet Iaf. in d. l. si filiam. num. 6. C. de inoff. testam. Hier. Cagn. in d. l. quicquid calore. nu. 22. pro quo facit tex. in d. l. quicquid calore, ibi si perseuerantia apparuerit.

Quartò limita non procedere in sententia excommunicationis, quia licet lata sit per iracundiam, valet. ita probat tex. in ca. si episcopus fortè iracundus. 11. q. 3. & ita per illum tex. tenet Dec. in d. re. quicquid calore.

Quintò fallit in blasphemante, nam etiam si per iracũdiam blasphemet, non remittitur ei pœna. ita expressè concludit Hostien. in summa, in titul. de maledicis. quem sequitur Io. de Selua in tractat. de beneficio. in 3. part. nume. 27. quod dictum limitat Abb. in capitulo 2. de maledicis, nisi esset tanta blasphemia quæ induceret mentis alienationem, sicut de ebrio, & hoc maximè quando procedit iracundia ex iusto furore, secus si dando operam rei illicitæ, putà post amissionem in ludo. Quam opinioné sequitur ibi Ioan. de Ana. nume. 2. eandem opinio. Abb. sequitur

ſequitur Fel. in c. ſicut ex literis. el 1. nu. 1. de iureiur. Iaſ. in l. ſi filiam. nu. 6. C. de inoffi. teſta. Ioan. de Selua in d. tract. de iureiur. in iij. par. num. 27. facit text. in c. inebriauerunt Loth. xv. q. j. quam opi. ſequitur Iaſ. in l. ſi duo patroni. in §. ſi quis iurauerit. el ij. nu. 1. ff. de iureiur.

¶FACTVM non dicitur quod adhuc aliquid remanet ad agendum, etiamſi minimum ſit, ex quo ſequitur de minimis quandoque rationem haberi, præſertim quando eſſemus in re indiuidua, vel in eo quod requiritur pro forma. Doc. comm. leg. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum ſignification. Medic. reg. 5.

¶FACTVM non dicitur quod formam non habet. leg. ſi is qui. §. quædam. ff. ad l. Fal. l. j. §. hęc verba. ff. ne vis fiat ei. Bart. leg. 1. nu. 10. C. de fide inſtr. Alex. conſ. 42. nu. 28. vol. 1. Calcan. conſi. 8. nume. 22. Fel. cap. examinata. nu. 5. de iudi. nec ſufficit plura eſſe obſeruata ſi vnum deficit. Natta conſi. 262. nume. 7. Gram. Dec. 79. nu. 3. Med. reg. 7.

¶FACTVM, Ius. Paul. lib. 5. ad Sabinum. Lex. xxiiij.

Quatenus cuiuſque interſit, in facto, non in iure conſiſtit. al. cuius in P. flor.

Cùm intereſſe alicui præſtatur, vt emptori cui res vendita non ſit tradita, iudex æſtimare debet lucrum vel damnum, lege ſi per ſe nihil æſtimante vel diſponente. Viuiennus.

¶FACTVM per Principem laicum, non poteſt eius ſucceſſor irritare, imò tenetur ratam habere. Hanc regulam probat tex. & ibi Bald. in cap. ſi quis inueſtitus. qui ſucceſſores teneantur. in vſib. feud. & in cap. deceſſorum. xxv. quæſtio. ſecund. notat Archi. in cap. quia ſancta. nume. 5. lxiij. diſtinct. gloſ. in cap. literis. de reſcript. in gloſ. in verbo, cùm factum. facit tex. in l. ſi ab eo. Cod. de liberali cauſ. ibi reſpectu tamen aditæ hæreditatis voluntatem defuncti conſenſu confirmare debuit. & ibi gloſſ. allegat concordantes. facit etiam text. in l. ſi ego. in §. j ff. de iure dot. & in l. quidam cum filio. ff. de verbo. oblig. quem text. allegat Bald. in dict. cap. ſi quis inueſtitus. nume. 6. eandem opin. tenet idem Bald. in cap. j. nume. 3. de natura feudi. in vſib. feud. quem ibi ſequitur Præpoſit. Anania in ca. fi. nu. 14. ne prælat. vices ſuas. Ludouic. Roma. in conſi. lij. numero 3. & in conſi. cxvj. nume. 3. Fel. in cap. j. vbi latè de probat. Neuiz. in conſi. xij. numero 30. inter conſilia Alber. Bru. Ab. & ibi Dec. in c. 1. C. de probat. nu. 25. & 37. Io. Igne. in repet. leg. donationes quas diuus Imperator. nume. 5. & 16. C. de donat. inter vir. & vx. not. Roderic. Xuarez in alleg. x.

Limita primò niſi factum per principem, concernat factum in alterius præiudicium, vt quia ſimpliciter & purè fecit inueſtituram mihi de feudo Titij viuẽtis: nam eius ſucceſſor non tenetur ratam habere talem inueſtituram. ita concludit Bal. in d. c. j. qui ſucceſſores teneantur, quem ſequitur ibi Matth. de Afflict. nu. 44. vbi plura allegat.

Limita ſecundò, niſi ſucceſſor laici qui facit inueſtituram, eſſet fiſcus, qui ſucceſſit propter delictum: tunc enim fiſcus non tenetur ratam habere: ita tenet Bald. in dict. cap. qui ſucceſſores teneantur. allegat pro hoc tex. in l. quoties. in fine. C. de nouatio. fiſcus enim æquiparatur prælato eccleſiæ, & non hæredi, ſecundum Bald. vbi ſuprà. Ratio eſt quia ſuccedit bonis & non perſonæ, ſecundum eundem Bald. in l. ſi conſtante. in §. ſi bona. ff. ſoluto matrimo. & in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupil. notat glo. in l. ij. ff. ſoluto matr. Bald. tamen in d. l. quoties. dat optimam regulam, quando fiſcus habeatur loco hæredis, & quando non. Dicit enim quòd in obligationibus iã contractis habetur loco hæredis. ſed in obligationibus contrahendis ex cauſa de præterito, non habetur loco hæredis.

Limita tertiò, niſi inueſtitus ſub aliqua conditione, pẽdente conditione, commiſerit aliquam culpam propter quam veniret feudo priuandus, tunc adueniente conditione, non tenetur hæres ratam habere inueſtituram factam per ſuum prædeceſſorem, quia inueſtitura ipſa iam fuit extincta propter culpam, & ſic ſicut anteceſſor non tenetur habere ratam ipſam inueſtituram: ita eodem modo eius ſucceſſor, vt ſuprà dixi, patet: nam propter edictum cenſetur mutata perſona inueſtiti: ergo cenſetur mutata ipſa inueſtitura. argumento text. in capi. veniens. & in cap. cùm in tua. de teſtib. & in cap. cùm ſuper. & in cap. fina. de re iudica. Hanc limitationem ponit Matth. de Afflict. in d. ca. j. num. 49. qui ſucceſſores teneantur. facit pro hoc l. viij. titu. lib. 3. fori. & l. ix. tit. ix. ordin.

Quartò fallit niſi ſucceſſor eſſet potius iure ſanguinis, & ſic ex pacto & prouidentia, tunc cùm feudum veniat ad ſucceſſorem ex prouidentia concedentis, prædeceſſor non potuit ſucceſſorem obligare, vt in c. j. an agnatus vel filius. in vſibus feud. quam limitationem ſentit glo. j. in d. ca. ſi quis inueſtitus. qui ſucceſſores teneantur, dum dicit quòd ideò ſucceſſor tenetur confirmare, quia ex qua perſona, &c. & ita tenet ibi Afflic. nu. 51.

Quintò limita non habere locum in donationibus factis à prædeceſſore enormiter regnum lædentibus: nam tunc Rex ſucceſſor poteſt prædictas donationes reuocare. ita tenet Spec. in tit. de inſtrumen. editione in §. nunc autem. in fin. nume. 11. & ibi Bald. in additionib. Quos ſequitur Bertachi. in trac. de epiſcopo, in iiij. parte iiij. lib. quæſt. liiij. nu. 184. vbi dicit quòd non ſolùm ſucceſſor, verùm etiam ipſe Rex donans poteſt hoc reuocare. Pro qua opinione de iure regio eſt tex. in l. iij. & iiij. tit. ix. li. v. ordin. P. Duen. re. 293.

¶FACTVM PROPRIVM, VIS. Paulus lib. lxv. ad edic. Lex clv. al. cxcvij.

¶FACTVM cuique ſuum, non aduerſario ſuo a nocere debet. Non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur & ordinaria actione experitur id pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

ADDITIO.

a deeſt in P. florent.

Veluti ſi reus dolo actoris iudicio non ſiſtat, ipſi actori non reo noceat. Ex tractatu interdictorum & reliqua videbis in reg. inf. non debet. Viuiennus.

¶FACTVM PROPRIVM. L. 198. Paulus libro ſexageſimoquinto ad edictum.

¶FACTVM a cuiq. ſuum, nõ aduerſario nocere debet. §. non videtur vim facere qui ſuo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. §. In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

ADDITIO.

a al. factum ſuum cuique.

Ex tractatu interdictorum, Inſtitu. de iuſt. & iu. §. iuris præcepta. Iunge l. 133. in contrahenda. l. 206. iure naturæ. l. 177. l. 158. non debet alteri. Inſtitut. de ſoc. §. manet. de eo per quem, leg. 1. §. 1. Exempl. de al. iud. l. 1. de petit. hære. l. nec. §. item ſi quis dolo, pro ſoc. l. actione. l. diximus. de adminiſt. tut. l. tutor qui tutelam.

tutelam,quæ conciliat l.interdum. §. qui tutelam, de furt.

§. Non videtur. Iunge ad l.17.culpa caret. 194.nemo dam. 110. nullum crimen. 199.nullus videtur dolo, quod vi,l.7.§. bellissimè.Exem.C.de ac.emp.l.fi.ar. de acqui.pos.l.iustè.contrà de pig.l.3.

§.In pœnalibus. Iunge capit. 49.in pœnis. in 6.sup.l. ea quæ.l.200.l.ad ea.§.in re.l.57.semper in dubiis. l.nunquam acc.173. de pœnis. l. si præses. l. penult. de pœn.distinctio.1.cap.pœnæ.pro soc.l. merito,de vsur. l. interdum.§. qui furē.C.de relig.l. Gracchus de adul.l.quod ait.§.fin.de adul.l.etsi quis. §. Diuus. C.de bon.quæ liber.l.5. de re iudic.l.inter pares, de suspect.l.hæc.§.1. instit.de suspect.§. suspecti.de e-lect.c.statutum.Ratio.ca.odia.in §.de const.cap.ex literis.2.quæst.3. §.notādum. Interpretatióque hęc benigna multis fit modis.distin.50.cap.eos.24. quæstio.1.capit.si quis dederit.33. quæstio. 4.capitu.non oportet.2.de elect.cap.quia propter.d.l.hæc. de suspect.Exc.de sent.exc.cap.penultim.cap. si ciuitas. de his qui notant.infa.l.2.§. exercituum. C.de agri. & censi.l. quemadmodum.& ibi Bart. In pœnis autem fit extensio, quando id proprietas verborum exigit.de testa.l.cum lege. Item quando agitur de remouendo fraudem,de vtilitate publica,vel fauore ecclesiæ.arg.l.1.§.fina.de calum.l.sed Iulianus.§. mutui.ad Mac. C.de agri. & cen. leg.quemadmodum.& ibi Bart. Item si ratio sit expressa,soluto matrimon.l.cùm mulier.& ibi Alexa. & Dom.in dict. cap.si ciuitas.§.1.Latiùs vide Decium. Riisvvichius paratit.

¶Factvm vnum cùm refertur ad aliud regulatur secundum id ad quod refertur.l.asse toto.ff.de hæred. inst.Ripa.l.5.§.si iudex.numero 5.vbi Alexand.numero 2.ff. de re iud.l.in testamento.ff.de cond.& de monst.Paul.l.admonendi.ff. de iur.iur.Grat.consil. 105.num.3.lib.2.Dec.consi.612.Ruin.consi.84.vol. 1.Port. consilio 32.numero 17. Dec.consi.2. numero 18. Paris. consilio 21.nume.39.volumin.3. Ruin.consi.114.nu.16.vol.3.Medic.reg.16.

¶Factvm vnius alteri nocere non debet. l. paterfamiliàs.ff.de hære.inst.Bar.l.si hæredis.§.fi.ff.de leg. 1.l.non debet.ff.de reg.iur.ca.non debet. eod.tit.6. sine culpa enim quis non est puniendus.c. sine culpa.de reg.iur.6.l.aliud.ff. de verb. signi. l.sancimus, C.de pœn.Abb.per hāc reg.c.quamuis.nu. 6. & nu. seq.de sent. & re iud. Med.reg.8.

¶Faber non potest de nouo officinam construere in loco vbi posset impedire doctorem,vel scholarē ne studeat.doc.com.l.j.in fine.ff.sol.mat.doct.c. vestra.de locato,impedimentum tamen arbitrio iudicis relinquitur.Bal.leg.1.de C.mom.pos.doct. auth. habita.C. ne filius ꝓ patre.Parpalia d.l.1.n.44. vbi Alex.n.51.Ripa nu.130.Alc.nu.51.Soci. Iun.nu.272. amp.hoc dictum procedere etiam in profes. Iaso.d. leg.1.n.46.Visitarinnus. n.187.immunitas enim cō cessa legentibus competit etiam aduocatis Barto.l. medicos.C.de profe.& med.li.10.Guid.q.88. Tira. in tract.de nobi.c.29.nu.15.Iac.Menoch.in trac. de arbi.iud.li.2.cent.3.casu.237.numero primo & seq. in terminis. Med.reg.8.

¶Facta in dubio non præsumuntur.text. in l.in bello.§.factæ.ff.de cap.& postlim.reuer.& in l.si emancipati.C.de collat.

Limita quando sunt facta consueta fieri,tenet Bald.in rub.C. de fideiuss.per text.quem reputat valde notabil.l.fi.C. de fideius.idem Bal.in l.incēdiū.C.si cert. peta.quam dicit elegantem limitat.ad hanc reg.Ias. in l.sciendum.circa princ.ff.de verb. obli.

Secundò limita nisi in instrumento sit appositum tale verbum,quod de necessitate inducat illud factū,per tex.in l.sciendū. suprà alleg.& in §.fin. Inst. de fideius. & in §.fi.Inst.de inut.stip. & in l.j.C. de cōtrah. & cōmit.stip.per quæ iura ita limitat Ias.vbi suprà.

Fama,vide infrà,Indicium.

Famuli,vide suprà Delictum,& suprà dominis. B.Dias re.280.

¶Facta regulariter videntur esse indiuidua tex.est in l.stipulationes non diuiduntur.versi.idem puto. ff.de verb. oblig.& ibi notat Bar.gloss.in l.ij .& harum.eod.titul.& in l.4. § .Cato. Cuius rationē assignat & confirmat Ias. in d.l.stipulationes non diuiduntur.

Limita dupliciter vt per eundem Iasonem in d.l.stipulationes. B. Dias re.279.

¶Facta simplicia postquam sunt deducta in obligationem,sunt indiuidua obligatione,solutione, & petitione.Hanc reg.probat tex.in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.& ibi Bar.nu.25.& Pau. Cast.& doct. præcipuè Iaso.numero 28.etiam & ibi Doc.in l.iiij. in §.Cato.ff.de verb. obl.& ibi cōiter Bart. & doct.& in l.in executione.in §.j.eod.tit. gl. ter in l.ij.in §.& harum.ff.eod.tit.& in d.§.Cato.in verbo,diuisionem.

Hanc regulam limitat duobus modis Bern.de Luco in regula cclxxix.remittendo se ad Ias.in d.l.stipulationes non diuiduntur.num.29.

Hanc item limitat sex modis Martinus Sanctius Vascoletus in tract.indiuiduorum,in ij.cerula.à nume. 19.vsque ad nume.22. P.Duen.re.291.

Facies hominis nō debet signari.l.si quis in metallū, C. de pœnis.& ibi Doct.

Fallit in casibus,vt per Pet.Duen. reg.191. Don. Fina lib. 5.

¶Faciliys remittuntur sperata, quàm possessa.de tran.l.8.de leg.1.vtrum.§.si rem.

Faciliùs tollitur speciale quàm commune.de mil.test. l.eius.§.1.

Faciliùs datur exceptio quàm actio. de superf.l.1. §.cui domus. Riisvvichius.

¶Falcidia.Vbi legatarius non possidet, hæres non tenetur imputare in Falcidiam, datum causa conditionis implēdæ.Bar.& cōmuniter DD.in l.in quartam.ff.ad l.Falcid.

Fallit in 3.casib. quos not.Pau.de Monte Pico.in d.l.in quartam.num.35.

Vbi testator nihil reliquit,nec hæres percepit fructus, tamen alienauit aliquas res hæreditarias,illæ res alienatæ imputātur ei in quartā,& in illis habebit quartā suā,casu quo valor earū ascēdat quartam, & casu quo valeret vltra quartā,reuocaretur alienatio,quatenus esset vltra quartā.Bar.cum qua est communis opinio in d.l.in quartam.

Fallit in 2.casib.quos not.Paul. de Monte Pico. in d.l. in quartam.nu.44.

Hæres conficiens inuentarium, Falcidiam detrahere potest.§.si verò nō fecerit.in Aut.de hæred.& Falc.

Fallit in 14.casi.quos not.Bened.de Bened. in suo tra. reg.110.

Falcidia seu quarta de legatis, & fideicōmissis detrahi potest.l.Marcellus.§.Pomponius.ff.ad Trebel.

Fallit in 4.casib.quos not.Socin.regu.332. Fallit in legatis ad pias causas,quare ex his non detrahitur Falcidia.fallit hęc limi.in 3.cas.vt per Alc.in l.lex Falcidia.

dia.§.ad municipij.ff.ad l.Falcid.

Data inter viuos non imputantur in Falcidiã.l. pater filiam.ff.ad legem Falcid.

Fallit in 2.casib.quos no.Ripa in l.in quartam.ff.ad l. Falc.num.37.

Quod iure hæreditario accipitur,in Falcidiam imputatur d.l.in quartam.in princ.

Ampliatur in 5.casib.vt per Ripam in d.l.in quartam, num.64.

Quæ alio iure quàm hæreditario capiũtur, in Falcidiã non imputantur.l.in quartam.in 2.responso.ff.ad l. Falcidiam.

Fallit in 6.casib.quos no.Ripa in d.l.in quartam.n.66.

Fructus imputantur in Falcidiam.l.in fideicommissariam.ff.ad Trebel.

Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Ripam in d.l.in fideicommissariam,numer.48.fallit si fructus sunt percepti ex rebus hæreditariis post mortẽ testatoris,quare in Falcidiam non imputantur. hæc tamen limitatio sublimitatur in 4.casib.vt per Ale. in l.in ratione.ff.ad l.Falc. Don. Fin.lib.2.

¶Falcidia non detrahitur si patrimonium minuitur,adeò vt non habeat locum,etiamsi casu minuatur mortuo testatore, legata tamen integra debentur,nec imputabitur legatariis.l.in ratione.l.in quãtitate.§.1.ff.ad leg.Falcid.dicam infer.in vers.legatum. Med.re.6.

¶Falsitatis suspicio cessare debet pro re parua. l.cùm hi.§.modus.ff.de trãsact.c.& si quæstiones.de simon.Old.cons.162.Alex.cons.7.vol.1.col.2.Dec. c.super literis.col.3.de rescr.Craue.consil.56.nume. 4.non enim subest causa verisimilis, quod quis pro modico voluerit dicere falsum. idem consi.75.num. 16.& nemo præsumitur deierare,vbi ex hoc nullum reportat commodum.l.& eleganter.§. fi.ff.de dolo. Fulgos.consi.173. Med.reg.5.

¶Falsum committitur in 2?.casi.quos refert Campeg.in tract.de testib.concl.436.

Falsum committens de falso punitur,vt in l.1.& per totum titulum.ff.& C.de falsis.

Fallit in vigintivno casib. vt per Campeg. in tractat. de testi.concl.434.fallit vt per Viuium in suis conc. in ver.falsitas.

Qui celat testamentum vel subtrahit, incidit in pœnã falsi,& tenetur publico iudicio legis Corneliæ. fallit vt per Blan.in sua praxi crimin. folio 67. nu. 28. & 32.

Testis deponens falsum punitur pœna falsi.fallit vt per Marsi.in l.pœna legis Corneliæ.ff.de falsis.numero 9. Don.Fina lib.4.

¶Falsum.Quod falsũ est nihil est.de pig.ac.l.elegãter.§.qui reprobas.glo.in l.2.de hæret.

Falsa causa vitiat sententiam.de excu.tu.l.qui testamẽto.§.item quæro.

Falsus rumor non solet obesse.lib.28.titu.5.leg.92.§. qui falsus.

Quod est longè à verisimili,est quædam falsitatis imago.C.de quæstio.l.milites.§.oportet.Bald.in l.1.C. de fer.pig.da. Riisvvich.

¶Falsos testes producens, licet condemnetur de falso, non tamen sequitur de necessitate quod ipsi sint falsi.l.Lucius.ff.de his qui nota.infa.c.cùm dilectus de ordin.cogn.Abb.c.pen.num.25.de senten. & re iud. Med.reg.8.

¶Fama est in causa, vt recedatur à regulis iuris, exemplum,regula generalis est quod quilibet examinari debet antequam doctoretur.hoc fallit quando quis esset bonæ famæ,vt si esset publicè visus legere vel disserere,talis enim absque examine doctorari potest.Ioan.Andr.capit.constituti.il 2.de appellat.Socin.in reg.284.fal.30.Felin.c.at si clerici. col. 2.de iudic. Med.reg.1.

¶Fama etiam probat plenè cùm agitur de re modica.glos.l.vbi adhuc.C.de iur.dot.Bart. l. minore.§. plurium.ff.de quæst.l.admonendi. vbi Iaso.col.8.ff. de iur.iur.Calcan.consi.100.col.pe.Asin.in praxi iudi.§.7.amp.59.num. 12. quia in minimis rebus admittuntur probationes,quæ aliàs minimè admitterentur.Dec.consil.175.Roma.consil.304.Alex.cõs. 87.lib.3. Med.reg.5.

¶Fama in criminalibus non facit indicium ad torturam,ita expressè tenet Bar.in l.milites.C. de quæst. & Ant.de Butrio,& ibi docto.in c.veniens.el primero,de testibus.Quam opinionem sequuntur doct.in regula præcedenti.in iiij.limitatione relati. De iure regio probatur in l.iij.tit.xxx.par.vij.

Hanc regulam ponit Bernard.de Luco cum duabus limitationibus,remittendo se ad Hippoli.in l.de minore.in §.plurimum. nu. 27.ff.de quæstionibus. in regula cccxxiij.

Limita primò,quandocunque fama est vehemens, ita concludit Bar. in consi.cxc.eandem opinionem sequitur Bald.in cap.1.in §.iniuria, de pace iuram.firman.in vsibus feu.Fel.in d.c.veniens.numero 15. de testibus.Augu.Ariminensis in addit.ad Angel. in d. tract. maleficiorum, in verbo, quòd fama publica. nu.42.Thom.Grammaticus in cons.lvij.numer.16. in criminalibus opinionem hanc sequitur Hippolit.de Marsi.in d.§.plurimum.numero 28.& in l. patre vel marito.nume. 59.ff.de quæsti. & in practica criminali.in §.diligenter.numero 20. & in consil.3. numero 6.& in consi.xlix.num.65.& in singu.xcvij. & singu.ccx.Paris.in consi.cliij.numero 22.volum. iiij.Gratus in consi. lvij.numero 2.libr. ij. Afflictis in cap.j.numero 17.de pace iuram.firmanda in vsib. feud. Grammaticus in deci.xxxiiij.numero 5?.& ibi numero 53. dicit quod relinquitur arbitrio iudicis quando fama dicatur vehemens.Hippol.in d.§.plurimum.nu.30.

Limita secundò,quando cum fama adesset dictum officialis denunciãtis cum iuramento, vt suprà dixi in præcedenti reg.in finali limitatione. Eandem opinionem tenet Paris de Puteo in tract.syndicatus, in verbo,an fama,nu.3.pro qua opinione allegat text. in Auth.hodie.C.de repudiis.Afflict.in c.j.in 4.notabili.nu.35.de pace iura.firm.in vsib.feud.

Limita tertiò quando contra illum malefactorem contra quem vox & fama de delicto commisso est, est etiam probatum,illum hominem esse malæ famæ, vitæ & conditionis.ita expressè tenet Albertus Gandinus in tract.maleficiorum,in rubrica,à quo, vel à quibus possit fama incipere, numero 12. quem sequitur Augu. Ariminensis in additionibus ad Ang. in verbo,quod fama publica. numero 44. Pro qua opinione est text.de iure regio in l.iij.tit.xxx. part. vij.pro quo vide Afflict.in d.cap.j.in iiij.notabi.numero 41. de pace iuram.firmã. Hieronymum Zanctinum in tract.differentiarum vtriusque iuris:differentia cix.nu.185.

Quartò fallit,quandocunque cum fama adesset fuga: nã tunc talis infamatus potest torqueri,vt in Auth. de exhibendis reis,in §.si verò.collat.v.& in Authe. de sanctissimis episcopis. in §.si quis autem. collatio.ix.nam tunc iste talis potest torqueri.ita expres se

se per illum text.tenet Afflict.in d.4. notabili. num. 40.Eandem opinionem tenet Bar. in l.fi. ff.de quæstio. Ioan.de Imo.& ibi Feli.nume.6.in cap. nullus. de præsum.vbi hoc declarat.hãc etiam opinionem tenet Gratus in consil.xlviij.numer.8.volu.2.Circa quam limitationem vide tex. de iure regio in l. xiij. titu.29.part.vij.doct.in l.lege Cornelia.ff.ad Syllan.

Quintò fallit,quando fama habuit originem ab honestis personis: nam tunc bene facit indicium ad torturam.ita sentit Bald.in c.j. in §.item si Vasallus.de controuersia inuestitu.in vsibus.feud. Salicet. in l.ea quidem.C.de accusa.facit tex.in c.qualiter & quando.el ij. de accusat.& in l. miles.in §.mulier.& quod ibi notat Bartol.ff. de adulte.Paris de Puteo in trac. syndicatus,in verbo, an fama.num.1. hanc opinionẽ tenet Hippol.in d.§.plurimum.nume.30.& in sing. xcvij.& in con.3.nu.5.& in consilio xxxj.nu.5.Fran. Aretinus in d.c.veniens.num.35.& ibi Fel.num.17. Parisius in consil.cliij.num.12.vol.ij.facit etiam tex. in c.cùm in iuuentute. de purgatione canonica. P. Duen.reg.301.

¶ Fama in criminalibus non facit semiplenam probationem. Hanc regulam probat gloss.in capitulo veniens.el j.in verb.illorum.de testibus,& ita per illam glos.tenet Bal.& Ioan.de Imol.ibi,Anton.But. numero 10.& Abb. numero 8.Felin.numero 12.Deci.numero 25. & ibi cæteri doctor. Bald. & doct. in capitu.de appellationibus.Barto.in l.de minore, in §.plurimum,numero 30.ff.de quæstio.& ibi Hippoly.numero 55.vbi allegat quàm plures doctor. eandem opinionem tenet Iason.in repet.l.admonendi, nu.250.ff.de iureiurando. Aymon Crauetta in consilio xlj.numer.6. Barth. Cæpol.in cons.xxxiij.num. 5.in consiliis criminalibus.Iacobi.de sancto Georg. in l.3.§.eiusdem.num. 10.ff.de testibus.Saly.& doct. in l.ea quidem.C.de accusatio.& hanc dicit esse cõmunem opinionem Blanchus in tract.de indiciis,& tortura,nu.313.

Ratio huius regulæ est,quia in criminalibus,probationes debent esse luce meridiana clariores, l. sciant cuncti.C.de probationibus.canonizata, in capitu. sciant cuncti.ij.quæstio.8. quibus concordat Regia l.12.titu.xiiij.parte iij.ita concludunt omnes supradicti doctor.& circa hanc reg.vide Deci.in consilio cccexxix. numero 9. & in consilio clxxxix. numero 13.Gratum in consilio cxxxvj.numero 2.volum.j.Afflict.in capitu.1.notabili 4.numero 15. de pace iuramento firmanda,in vsibus feudorum. Ioan.de Amicis in consilio lx.nu.12.Parisium in cons.cliij.nu.12. cum aliis.vol.4.

Amplia primò, etiam si agatur de crimine ciuiliter, quia idem erit quod in criminalibus, ita concludit Antonius de Butrio in dict.c.veniens.numero 10.& ibi Abb. numero 9.allegant text.in capitu.tam literis.de testibus. vbi dicunt probari, quòd fama cum vno teste non probat,& ita illum text.notat ibi Bal. numero 1.in 2.notab.Ioan. de Anania in consil.lix. numero 3.Felin.in d.c.veniens.numero 12.Ias. in d. l.admonendi,numero 250.quam ampliationem reprehendit Deci.in d.c.veniens.el j. nu. 28. Eandem ampliationem ante Decium reprehendit ibi Ioan. de Imola nu.8.quem sequitur Iac.de sancto Georg. in d.§.eiusdem, nu.11. Ratio in qua se fundat Io. de Imo.est,quia quando agitur de crimine ciuiliter,nõ requiruntur ita strictæ probationes sicut quando agitur criminaliter.

Amplia secundò, vt habeat locum in causa ciuili famosa,& ardua:quia æquiparatur criminali.ita tenet Bal. in d.c.veniens,el 1.numero 7.de testibus allegat tex. in l.propter litem. ff. de excusationibus tutorum, quem sequitur Dec.numero 39. & ideo in matrimonio dissoluendo,quia grauis causa reputatur,nõ sufficit fama cum vno teste:vt concludit Alex. in consilio cxliij.num. 4.volum.2.quem sequitur Hippol. in d. §.plurimum.nume.56.allegat nota. per glos.& docto.in c.mulieri.de iureiur.facit tex.& ibi notata per Antonium in c.1. de consanguinit. & affinitate. Eandem opi.sequitur Ias.in d.l.admonendi,nu.252. ff.de iureiur.

Amplia tertiò,habere locum in omnibus casibus, in quibus non defertur iuramentum in probationis defectum : nam in talibus fama cum vno teste non probat,ita tenet Bald.in c.1.nume.3.de appel. quem sequitur Dec.in d.c.veniens. num.31.de testibus.Et casus , in quibus iuramentum non defertur in supplementum probationis , ponit Iason in repetit. l. admonendi,numer.294.Hippolytus in lege, maritus.ff.de quæst.

Amplia quartò , etiam si agatur de probanda excommunicatione:vt quis à iudicio repellatur, ita conclu dit Anto.de Butrio.in d.c.veniens,numer.10. & ibi Feli.nu.12.facit quod suprà dixi in reg. ccxcix.in xv. limitatione.

Amplia quintò, etiam si de hoc esset statutum episcopi, quòd per vnum testem de veritate,& tres de fama conuincatur quis de vsura.ita concludit Federicus de Senis in consilio xvij.per totum: quem sequitur Petrus de Ancha.in repe.c. 1.versi.accedat, quò suprà,de constit. quos sequitur Feli.in d. veniens,nume.12.

Limita primò , quando esset facta plus quã semiplena probatio,ita tenet Bald.in l.si quis.in §.1.ff.de edendo.nume.4 quem sequitur Aret.in d.c.veniẽs, num. 23.eandem opinionem tenet Ioan.And. in additionibus ad Spec.in tit.de probat.in §.fi.vers.xiij. ad finem additionis, pro qua opinione ibi Aret. allegat tex. quem dicit esse singularem secundum vltimum intellectum gl.in c.prǽtereà, de testibus:vbi si testes deponunt super adulterio de auditu, quia testes audiuerunt adulteros commisceri, tunc vna probatio iuncta cum fama & aliis legitimis adminiculis, probat crimen.Facit etiam text. in l.j.§.iidem Cornelio,in fine.& ibi Bar. ff.de quæstio. vbi ex vno teste de veritate coniunctis argumentis fit plena probatio.facit etiam gl. & ibi Dominicus in c. j. in verbo, manifestos.de vsuris,lib.vj.Eandem opinionem sequitur Feli.in d.c.veniens,numero 13.de testibus.Iacobinus in d.l.iij.in §.eiusdem,numero 13.ff.de testibus.Dec. in consi.ciij.numero 12. Grammaticus in decis.xlij. numer.12.Dec.in d.c. veniens, nu. 32.vbi dicit,quòd hoc totum est in arbitrio iudicis,attenta qualitate formæ,& præsumptione quæ esset vltra semiplenam probationem.

Limita secundò,vt non procedat quantum ad inducẽdam purgationem:vt in c.presbyter si à plebe.ij. q. v.ita tenet Felinus.in d. c.veniens , nu.4. Iacobinus de sancto Georgio in lege iij.in §.eiusdem.nu.12. ff. de testibus.

Limita tertiò, vt non procedat quantum ad inquirendum:vt in c.qualiter & quando, el secundo,de accusatio.ita tenet Felinus per illum text.in d.c. veniẽs, numero 14. de testibus. Iacobinus in præallegato §. eiusd.nu.12.

Quartò fallit , quo ad deueniendum ad torturam. ista

est glo.no.&communiter approbata, quæ hoc clarè videtur probare, in l. qui sine accusatoribus. in verbo, suspicionibus. ff. de quæstio.

Contrariam tamen opinionem, imò quòd fama non faciat indicium ad torturam contra aliquem, tenet Ioan. Andr. in additionibus ad Specu. in tit. de probationibus. in §. videndum. in additione ad num. 19. incipienti, sciant. in fine. idem titu. de notorio crimine, in §. fama est, super versiculo, casus. ad finem additionis. Quem refert, & sequitur Ant. de Butrio in c. iij. loco, nu. 19. de probat. Ange. in tractat. maleficiorum, in verbo, quòd fama publica, num. 41. Panor. in c. j. num. fi. de purg. cano. & in c. cùm in contemplatione, de regu. iur. Alex. in consi. v. nu. 3. vol. j. & hanc opinionem dicit communem esse Hippo. de Marsi, in sing. xcvij. hanc etiam opinionem tenet Bar. in l. milites. C. de q. & in d. l. de minore. §. plurimum. nu. 31. ff. eo. licet non clarè. Hanc etiam dicit communem Iason in repetit. l. admonendi, num. 251. ff. de iureiur. vbi allegat quamplures doctor. Eandem opinionem dicit esse communem Hippo. in d. §. plurimu m, nu. 27. vbi dicit istam esse magis communem opinionem, & æquiorem. Hanc etiam tenet Paris. consilio cliij. numero 21. volum. 3. idem Hipp. in consilio xv. nu. 12. Eãdem opinionem tenet Ant. Corsetus in Repertorio: in verbo, fama. Paris de Puteo in tract. de syndic. in verbo, an fama. Marcus de Mantua, vbi assignat rationem, in consilio cxlviij. nu. 7. Io. de Amicis in consilio lxxxv. nu. 4. Stephanus Bertrandus in consi. xxxj. num. 2. vol. 3. secundæ impressionis. Et hanc opinionem dicit ita communiter teneri Blancus in tract. de indiciis, & tortura: nu. 113. Iacob. de Sanct. Georg. in l. 3. in §. eiusdem ff. de testib. Quam limitationem intellige, vt dicam in regula infrà proximè sequenti.

Quintò limita non habere locum quando agitur tantum ad finem probandi iurisdictionem illius causæ: nam tũc fama publica in criminalibus facit plenam probationem, ita concludit Dominicus de sancto Geminiano, in c. si iudex laicus, in §. & si notorium, nu. 2. in 1. notabili, de senten. excom. lib. vj. quem sequitur Hippoly. de Marsi. in d. l. de minore. in §. plurimum. nu. 74. ff. de quæst.

Sextò limita nõ procedere quando cum fama esset dictum Syndici qui ita denuntiauit Titium occidisse Caium: quia tunc fama facit semiplenam probationem. ita consuluit Bart. in consilio cxcj. in finalibus verbis. Quam opinionem, licet corruptè eam alleget, sequitur Augu. Ariminensis in addit. ad Angel. in tract. maleficiorum, in verbo, quod fama publica, numer. 43. Eandem opinionem sequitur Gratus in consi. cxxxvj. nu. 17. volu. 1. Hiero. Zanetinus in trac. differentiarum vtriusque iuris: differẽtia cix. nu. 185. P. Duen. reg. 300.

¶ FAMA in actis antiquis regulariter non plenè probat* gloss. in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. & quod habetur in c. tam literis. extrà, eo. tit. Innoc. & d. Nicol. in c. veniens. eo. tit. & per Ioan. And. in c. licet causam. extrà, de proba. Bal. in l. emãcipatus. C. de fid. inst. & in l. cum super, C. de rei vend. B. Socin.

ADIECTIO.

* Non plenè probat. Vide Corn. in consilio cccxiiij. incip. rem arduam. per totum. in 3. parte. & in cõsilio xlviij. incip. præsupponitur. in litera f. & g. in iiij. par. & Ludo. de Ro. in consil. cix. & in consilio xxvj. & Fel. in d. c. veniens.

Primò fallit in casibus expressis in iure: vt voluit Inno. in c. quod per nouale. de verb. signifi.

Secundò fallit in actis notoriis antiquis, prout voluit auth. quas actiones. & ibi gloss. not. C. de sacrosanct. eccle. ad hoc quod not. in c. pe. extrà, de iura. calum.

Tertiò fallit in antiquis iurisdictionibus, de quarum principiis non est memoria, id est in vniuersalibus differentiis regum vel alterius: cum in eis fama probet: vt voluit Bald. in l. proprietatis. C. de probat. & l. conuenticula. C. de episc. & cler. & in l. si arbiter. ff. de probat. & l. hac sententia. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & in l. in summa. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. & in d. c. tam literis. extrà, de testa. & in d. c. veniens. cum si. B. Socin. re. 188.

¶ FAMA cum vno teste in ciuili causa probat, *sed sine teste probationem semiplenam inducit. gloss. in cap. extrà, de appel. & l. 3. §. eiusdem. ff. de testibus, & glo. & doct. in c. veniens. el 1. extrà, de testib. B. Soc. reg. 187.

* Probat. Vide limitat. positas per Feli. in d. c. veniẽs. circa prin. vers. j. cõclusio. extrà. de resti. Lud. Rom. in cons. vij. & Fel. c. cum oporteat. de accus. & adde Bal. in con. cxxiij. in iij par. quod fama debet esse efficax non leuis, & nuda. B. Vad.

Primò fallit hæc regula in nonnullis casibus, quos enumerant Canonistæ in dict. c. veniens. vbi etiam ponunt plenè quando fama probet, & an in criminali causa probet, vbi concluditur quòd non, per nonnulla iura, de quibus ibi per doct. Primò igitur fallit quando ipsa fama non traxisset originem ex aliqua præsumptione verisimili, sed ex quadam vana voce populi: cum tunc non probet plenè, nec semiplenè: cum sit potiùs vana vox populi, quæ exaudienda nõ est. l. decurionum. C. de pœnis, licet aliud quando illa fama traxisset originem ex indiciis, & coniecturis verisimilibus, & apparentibus: cum tũc semiplenam probationem inducat, & in quibusdam aliis, si iudici videbitur: ita quod iudex arbitratur an semiplenam probationem faciat, quod eius arbitrio relinquitur: vt voluit Bar. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæst.

Secundò fallit, quando testes deponentes super ipsa fama, non redderent causam sui dicti: debent enim reddere sufficientem causam, ad hoc vt ipsa fama ita probata operetur, & semiplenam probationem inducat: vt voluit not. Innocent. in c. cum oporteat: de accus. & hoc voluit Bald. in l. proprietatis. C. de prob. quod dic, vt plenè per Cano. in c. cùm causam. extrà, de testib.

Tertiò fallit, quando cum ipsa fama concurrerent ita expressa argumenta & indicia coniecturata, quæ & ipsa plenè probant, vt voluit Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de notorio crimine. §. fama. vers. quod si agente. & not. in l. iudicia. C. de rei vendic.

Quartò fallit in casibus ciuilibus leuibus, seu modici præiudicij: cum in eis fama orta ex verisimili probatione probet nõ solum semiplenè, sed etiam plenè, vt putà, in restitutione dotis, marito vergente ad inopiam ex fama: vt voluit glo. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & not. in l. si constante. ff. sol. matr. & extrà de probat. cap. cum causam. de quo etiam per Bartol. in l. ij. §. si dubitatur. ff. quemadmod. testament. aper.

Quintò fallit, quando esset materia, in qua ipsa fama seu opinio communis tribuat ex eius verbis certum intellectum: cum tunc sufficiat quòd ipsa probetur: vt l. Labeo. ff. de sup. leg. & l. cum de lanionis, §. asinam. ff. de fund. instruct. secundum dom. Ant. in dict. cap.

capitu. veniens. in quo autem differat fama à communi opinione, not. per Ioan. Andr. in addit. Specu. & per Anton. in capit. veniens. extrà, de coha. cleric. & mulier.

Sextò fallit, vbi aduersatur fauor publicus præferens opinionem veritati: vt in casu l. barbarius. ff. de offi. præsid. secundum dom. Nicol. in d. c. veniens.

Septimò fallit, quando ipsa fama emanat super factis antiquis excedentibus memoriam: vt est si excedat metam centum ann. cum tunc plenè probet: vt ff. de prob. l. si arbiter. & vt not. in l. in summa. §. si idē Labeo. ff. de aqua plu. arcend. & Innocen. in capitul. quod per nouale. & capitu. veniens. de verb. signific. B. Soc. reg. 187.

¶ Fama plùs custodienda, quàm oculi. 12. quæst. 1. c. noli. C. de decu. l. infamia.

Præponderat fama emolumento pecuniario. Reg. Si in duobus.

De fama latè tractatur, in l. de minore. §. tormenta. de quæstio. Riisvvich.

¶ Fama relata probari debet: alioquin nihil agetur per allegantem ipsam. Iaso. admonendi. nume. 243. lectura 2. ff. de iur. iur. Socin. consilio 27. col. 4. vol. 4. Med. reg. 10.

¶ Fama semiplenè probat, hanc esse communem opinionem attestatur Franc. Turzan. consilio 57. videas Viuium in suis conclusio. in ver. fama. vbi limitat. fallit in 17. casibus, vt per Lancil. in trac. de prætore, in titu. de testibus, in capitu. dicta testium. numero 54.

Fallit in 9. casibus, per Iacob. Pet. Tholo. in l. admonendi, ff. de iureiurando, num. 252. videas ibi Ioan. Baptist. Caccial. nu. 180. nu. 126. vbi ponit in hac materia 11. conclusiones.

Fallit vt per Fran. Curt. in d. l. fallit in 7. casibus, per Lāfran. de Oriano ibi numer. 26. in quibus fama plenè probat: sicut etiam cum vno teste plenè probat in ciuilibus. fallit in 7. casibus, vt per Soc. reg. 144. Fel. tamen in cap. veniens. de testibus. facit contrariam regulam, & eam limitat in 3. casibus, fallit in 7. casibus, in quibus fama plenè probat, ponit Campeg. in trac. de testibus, reg. 405. & 406. ponit in quibus nō probat.

Fama probat negatiuam, & ea quæ sunt difficilis probationis. hanc regulam cum suis requisitis ponit Fran. Hercula. in tracta. de negatiua. nu. 309.

Fama in factis antiquis regulariter non plenè probat. gl. in l. 3. §. eiusdem, ff. de testam. cap. tam literis, extra eo. tit.

Fallit in 3. casib. vt per Soc. reg. 145.

Fama ad hoc vt faciat indicium quid requiratur, declarat Battand. in praxi crim. reg. 29. vbi limitat contrariam regulam, quòd fama non faciat indicium, facit Marsil. in l. de minore, §. plurium quoque, ff. de quæstio. vbi limitat in 3. casibus, num. 29.

Fama coniungitur cum aliis indiciis, & probationib. ad faciendum plenam probationem. Fallit in 2. casibus vt per Mars. in l. de minore. §. tormēta, de quæst. nu. 86. in quo §. plenissimè de fama tractat.

Famam esse seruandam. Fallit vt per Damas. reg. 91.

Populus superiorem non recognoscēs, saltem de facto potest restituere ad famam eorum ratione, quæ aguntur in suo territorio.

Fallit vt no. Fran. Turz. concl. 18. Don. Fina, lib. 4.

¶ Fama, seu infamia debet præcedere in inquisitione, aliàs inquisitio nō procedit. Hanc regulā probat text. in c. cùm oporteat. & in c. qualiter & quando. el ij. & in c. inquisitionibus. de accusationib. & in c. 1. eod. tit. lib. vj. & in c. licet Hely. de simonia. in cap. Deus omnipotens. in princip. ij. q. j. De iure Regio probatur in l. j. in fi. tit. xvij. par. iij.

Hanc regulam ponit Spe. in tit. de inquisitione. §. j. nu. 5. Bart. in l. congruit. numero 3. ff. de off. præsid. Angel. in repet. l. si vacantia. C. de bonis vacan. libr. x. Bal. & Salic. in l. ea quidem. C. de accusat. Barto. in l. ij. in §. si publico. ff. de adult. Paris de Puteo in trac. syndic. in verb. inquisitio. Dec. in cons. clxx. & in cōsil. clxxv. & in consilio clxxxix. Ludouic. Carerius in pract. criminali. in princ. num. 82. Paul. Paris. in consi. ccij. numero 21. cum sequen. de accusa. Bald. in l. iubemus. C. de probat. gloss. & ibi Bart. in l. ij. in §. si publico. ff. de adult.

Ratio huius regulæ est: quia nemo sine accusatore condemnari debet, vt probat in l. rescriptum. in §. si quis. ff. de mune. & honori. & in c. de manifesta. ij. quæst. j. & ideò requiritur accusator verus si procedit per viam accusationis: si autem proceditur per viam inquisitionis, requiritur accusator saltem fictus: scilicet quòd præcedat infamia, vt suprà dictis iuribus.

Hanc regu. Ang. in d. l. si vacantia. limitat in aliquibus casibus, quos refert Ang. Aretin. in tract. malefic. in verb. hæc est quædam inquisitio. nu. 51. & in verbo, quod fama publica. num. 2. Hippol. in practica, in §. constante. nu. 12.

Ex quibus omnibus ex aliis quæ in variis locis traduntur, amplia primò regulam in tantum procedere, quòd licet testes producti super tali inquisitione probent crimen contentum in ipsa inquisitione, de quo inquisitus non erat infamatus: tamen tales testes illi inquisito non præiudicant: nec ex eorum dictis condemnabitur. ita tenet Spec. in ti. de inquisitione. in §. nunc videndum. nu. 6. & ibi Bald. in additionibus. Pro qua opin. est tex. in c. inquisitionis. in §. tertiæ dubitationis. de accus.

Amplia secundò intantum procedere, quòd non valet statutum superioris quòd possit inquiri de aliquo delicto contra non diffamatum. ita concludit Card. in clement. j. num. 23. de offic. ordin. quem sequitur Hippol. in d. §. constante. nu. 51.

Limita primò, quando inquisitio fit, parte præsente, & non opponente de non præcedente infamia: nam tunc valet & tenet inquisitio. ita probat text. in c. ij. de accusat. libr. vj. & ita per illum text. tenet Hippolyt. in d. §. constante. numer. 20. Angel. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, quòd fama publica. num. 7. Ludouic. Roman. in consil. cx. nu. 1 idem Ange. Aret. in d. tract. malefi. in verb. & hæc est quædam inquisitio. numer. 51. Ias. in l. patre furioso. nu. 27. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. Cæpol. in cons. lx. nu. 2. in consiliis criminalibus.

Limita secundò in inquisitione generali, quæ fit ad inuestigandum facinorosos homines: de qua habetur in l. congruit. ff. de offic. præsid. in c. j. de offi. ordin in cap irrefragabile. eod. titu. in c. excommunicamus. de hæreticis. in c. placuit. x. q. j. ita Innocent. in cap. j. de postula. præla. Abb. in cap. ad nostram. el ij. num. 2. de iureiur. Hippol. in d. §. constante. nu. 20. Abb. in cap. j. numero 6. super glos. j. de offic. ordin. Angel. Aret. vbi suprà, in d. verb. hæc est quædam inquisitio. numero 51. Salic. in l. ea quidem. numer. 30. C. de accusationib. quibus adde Caiet. in ij. quæst. lxix. art. j.

Limita tertiò inquisitione, quæ fit ad publicam vti-

litatem in causa merè ciuili ex pecuniaria. ita tenet Angel.per text.ibi in d.l.si vacantia. facit text.in l.si quis intra.C.de bonis proscript.ita tenet Hippoly. in d.§.constante.nu.20.

Quartò fallit, quandocunque per inquisitionem proceditur ad denuntiationē publici officialis.ita probatur in d.l.ea quidem.C.de accus. in c.1. de officio ordi.in c.1.in §.fi.de offi.custodis.tex.& ibi Bar. in l. diuus Adrianus.ff.de custo.& exhib.reor. Monta.in gloss.xxviij.tit.1.1.part. vij.Bal.& Salic.in d.l. ea quidem. aliàs iudex facit litem suam,secundum Bald.in l.iubemus.vers.2.C.de probat.

Quintò fallit, quando iudex inquirit ex necessitate officij.ita expressè tenet Angel.in dict.trac. maleficiorum,in verb. hæc est quædam inquisitio.numero 51. Angel.de Perusio ante eum in d.l.si vacantia. C.de bonis vacantibus. libro x. Hippol.in d.§.constante. nume.20.Quod tamen intelligo verum,dummodò ex aliqua iusta causa iudex fuerit motus ad inquirendum: scilicet per famam vrgentem.ita Ang. in l.athletas.in §.calumniator.num.6.ff.de iis, qui not. infam.alleg.text.in c.cum oporteat de accusat. pro qua opinione facit quod not. Bartol. in l. cum quidam.in §.quod dicitur.nume.2.ff.de acquir. hæred. vbi per illum text. dicit quòd quando esset publica fama, & aliquis accusauit, vel denuntiauit aliquem de maleficio, non potest puniri pœna proponentis falsas accusationes: iuxta ea quæ suprà dixi in regu. xxvij. quod dicit sæpius fuisse de facto obtentum. Idem voluit Bald.in l.fi.C.si seruus aut libertus. lib. x.quem sequitur Iaso.in l.1.in princip.numer.27.ff. de eo per quem factum erit.ex quo dicto Bar. possumus limitare text. in l. lxxxiij. Tauri. vt non habeat locum quando testis deposuit super delicto de quo erat publica vox & fama, quia tunc testis non debet puniri tanquàm falsum deponens, cum fama excuset eum à dolo: quòd expressius tenet idē Barto.in d.l.athletas.

Sextò fallit quandocunque vertitur periculum animarum: & sic non ad effectum puniendi, sed ad effectum corrigendi pro salute animæ, vt quando episcopus visitat ecclesiam, vel quando vult se informare de vita, & moribus eligendi vel consecrandi, vel alicuius promouendi ad ordines, si est idoneus: quia tunc ex officio inquirit nulla fama præcedente,vt in capit.1. de clericis peregri.& in capit.vnico, vt ecclesiastica benefi.in capit.graue.de præbendis. ita expressè tenet Hostiens.in d.capi.vnico.Abb.in capit.1.num.35.de postul.præla.& in ca. postquàm. numer.4.de electionibus.& in cap.1.nume. 6.de offic.ordina.Spec.in tit.de inquisitione. in §.quando. numer.6. & in §.viso.numer.41.Bald.in consil.ccxx. vol.iij. Facit quod habetur in cap. ad nostram. el ij. de iureiurand.in ca.cùm nobis.& ibi gloss. de elect. in c.1.in §.sanè.de sensibus.lib.6.&istam opinionem tenet Aret.in c.qualiter,& quando.el 2.nu.12.de accusationib.

Limita septimò, quandocunque inquisitio fieret de mandato principis: quia tunc potest fieri, etiam non præcedente fama. ita expressè tenet Bald. in l. nullus.per illum text.numero 1. C.ad legem Iuliam maiestatis. quod ante eum tenuit Innocentius in c. cùm oporteat.de accusationibus. Angel. Aretin.in tractatu maleficiorum, in dict.verb. quod fama publica.num.5.Cæpol.in consil.xvij.numer.48.in consiliis criminalibus. Ludouic. Carerius in practica crimin. princ. super l.obseruare curabis. C. quor. app.non recip. numero 83. Quod tamen intelligo verum, quando inquisitio formatur de mandato seu ex cōscientia Principis, ex motu proprio ipsius Principis: nam tunc non requiritur diffamatio nec fama: secùs, si ad postulationem alterius Princeps hoc mandat.ita probat gloss.in ca.2. in verb. fuerat. de accusatio. lib.vj.& ita expressè per illam gloss.tenet Hippol.in singul.xiiij.idem Hippolyt.in d.§.cōstante.num.21. Augustinus Ariminensis in additionibus ad Ang.in tract. maleficiorum,in dict.verbo, quod fama publica.numero 5.Catellianus Cotta in memoral.in verb.fama. Felin.in cap.cùm oporteat, in iiij.notab.de accusat.& ibi Ioan.de Anania num. 2.vbi pro hac opin.alleg.etiam gloss.in c.ex tenore. de foro competenti.idem tenet Philip.Deci. in dic. cons.clxx.& in cons.clxxxix.Et de iure regio est l.1. tit.xvij.part. 3.

Limita octauò, non procedere quando aliquis denuntiaretur de crimine per aliquem probum virum: quia tunc prædicta denuntiatio est sufficiens, vt inquiratur contra eum super infamia tantum, & non super crimine, sed reperta infamia potest inquiri de crimine.ita tenet Abb.in capitu.licet.numero 4. in vltimo notabili,de accusatio. & ibi Anch. & Felin.num.3.

Limita nonò non habere locum in crimine hæresis: quia proceditur per inquisitionem,nulla præcedente diffamatione.ita probat text. & ibi Card. qui dicit alibi non legisse,in cap.excommunicamus.in §. adiicimus. de hæret. & ita tenet ibi Ioann. de Anania,numero 2. Eandem opinionem tenet Bartol.in extrauaganti,Ad reprimendum. in verb.inquisitionem. quomodo in crimine læsæ maiestat. Cardin. in clement.j.in §.penultim.& in clem.ij. ij. quæstio. de hæreticis. Augustinus Ariminensis in additionibus ad Angel.in tract.maleficiorum, in verbo, hæc est quædam inquisitio.numero 58.Ludouicus Carerius in practica criminali.in tract.de hæreticis, nume.110.

Limita decimò non procedere in inquisitione quæ fit contra officialem in syndicatu: quia potest contra eum inquiri generaliter & specialiter indistinctè, etiam fama non præcedente: & potest inquiri contra eius familiam, officiales, & ministros.ita tenet Paris de Puteo in tract.syndicatus, in verb. proceditur autem in syndicatu. Angel. in l. vacantia. C. de bonis vacantibus. Bald.in l. obseruare.in §. proficisci.numero 7. ff.de officio proconsulis & leg. de iure regio probatur in c.lix.de los Corregidores.cū sequentibus.

Limita vndecimò non procedere in casibus. in quibus præcessit inquisitio generalis, quia potest perueniri,ad specialem sine alia probatione famæ. ita Bart. in d.Extrauaganti,ad reprimendum.in verb.inquisitionem.allegat text.in l.congruit. ff.de offic.præsid.in authen.de collatoribus.in §.iubemus. text. in l.iiij.in §.mandatis.& ibi Barto. ff.ad legem Iul.pecula.idem Bar.in l.ij.in §.si publico.nu.9.ff.de adulteriis.Bal.in l.iubemus.nu.4.C.de probationib.Montal.in gl.l.xxviij.tit.j.par.vij.Et de iure regio probatur in l.j.tit.xvij.par.iij.

Duodecimò limita quando starent contra inquisitum indicia sufficientia: nam licet non constet de fama, potest tamen inquiri ex illis indiciis.ita Bartol.in d. l.congruit. ff. de officio præsid. vbi æquiparat processum inquisitionis cum indiciis, & cum fama publica.Quem sequitur Paris de Puteo.in dict. tracta. syndicatus,

ſyndicatus. in verbo, inquiſitio. Bal. in d. l. iubemus. nu. 4.

Decimotertiò limita non habere locum, vbicunque crimen habet in ſe maximam offenſionem: ſcilicet vbicunque crimen committitur coram iudice, iudex poteſt ſuper illo per inquiſitionem procedere: l. j. C. de calumniatoribus. & in l. nullum. C. de teſtibus. & in l. pen. C. de probat. ita expreſſè tenet Bart. in d. Extrauagan. Ad reprimendum. in verbo, inquiſitionẽ. Montal. in gl. l. xxviij. tit. primo. par. vij. Bar. in l. 2. in §. ſi publico. nu. 10. ff. de adulte.

Decimoquartò fallit propter immanitatem criminis, ſcilicet contra illum, qui facit iniuriam ſacerdotibus, vel miniſtris eccleſiæ tempore cultus diuini: l. ſi quis in hoc genus. & ibi expreſſè Bal. C. de epiſc. & cleric. & ita per illum text. tenet Montal. in l. xxviij. tit. j. par. vij. & ita tenet Bart. in l. ij. in §. ſi publica. nu. 11. ff. de adult.

Decimoquintò fallit in crimine læſæ maieſtatis: vt in dict. extrauagant. Ad reprimendũ. & ibi glo. in verb. per inquiſitionem.

Decimoſextò fallit, quandocunque delictum eſt notorium, & neſcitur quis illud commiſit: nam tunc ſuperior facit inquiſitionem generalem, ita tenet Innoc. in c. bonæ. el j. nu. 7. de elect. Bart. in l. fi. ff. de quæſt. Abb. in c. j. nu. 6. de offi. ord. De iure regio probatur in l. xj. tit. xx. lib. iiij. fori. & in l. x. tit. j. lib. viij. ordin. & l. xxviij. tit. j. part. vij.

Decimoſeptimò limita non habere locum in archiepiſcopis, qui poſſunt viſitare prouinciam, & inquirere de criminibus, etiam ſi non appareat de negligentia ſuffraganeorum: ita probat text. in ca. ſicut olim. de accuſat. vbi Abb. in iij. not. & in nu. 4. hoc expreſſè tenet.

Decimooctauò fallit in regularibus: nam contra regulares poteſt inquiſitio fieri, etiam nulla præcedente infamia. ita expreſſè firmat Ioann. Andr. in d. cap. olim. verſic. vnde & ſine infamia proceditur ad inquiſitionem. de accuſ. allegat text. in c. ſingulis. & in cap. ſequenti. de ſtatu monacho. quod ſequitur Ant. de Butr. ibi, & Card. & Anchar. ſed Ioan. de Imol. in dict. cap. olim. nu. 20. dicit, quòd illa iura loquuntur, quando illa inquiſitio fit per viſitatores, in c. generali. & ſic non concludunt, quòd aliàs poſſit procedere contra regulares fama non præcedente. & ſic concludit Imol. quòd extra caſum d. c. in ſingulis. cum ſequenti. remaneamus in reg. quòd non debeat fieri inquiſitio non præcedente infamia contra regulares, & maximè prælatos: allegat ea, quæ dixi in c. cum oporteat. & in cap. qualiter, & quando. de accuſatio. quod dictum Ioan. de Imol. ſequitur Ioan. de Anania in d. c. olim. num. 14. eandem opinionem ſentit ibi Abb. nu. 2. Corſet. in repertorio ad Abb. in verb. inquiſitio. P. Duen. reg. 283.

¶ Fama reguliter non facit plenam fidem. hanc reg. probat text. in l. iij. in §. eiuſdem. & ibi gloſſ. in verb. confirmat. ff. de teſtibus. eandem regu. probat text. & ibi etiam gloſ. in c. ſi teſtis. in §. ſæpe etiam. & ibi gloſſ. in verb. fama. iiij. q. iij. & in c. illud. in verbo, in hoc, de clerico exc. min.

Circa quam regulam vide Bart. not. in l. de minore. in §. plurimum. nume. 30. ff. de quæſt. & ibi Hippo. numero 36. ponit quotuplex & quid ſit fama: & per quot teſtes probetur, ponit ibi numero 93. Albertum Gandinum in trac. maleficiorum, in rub. à quo vel à quibus poſſit fama incipere. verſ. quid ſit fama. per totum. Felin. & doctor. in cap. veniens: el j. nume. 7. de teſtib. Iaſ. in l. admonendi. nume. 142. ff. de iureiur. Decius in c. 1. numer. 36. de appel. vbi dicit hanc eſſe communem opinio. Corne. in conſi. lj. numer. 1. vol. 1. & in conſ. xlvj. num. 16. vol. iij. Deci. in conſi. ccccxxvij. num. 2. & in conſi. dclij. num. 2. Marcus de Mantua in conſilio lxij. nume. 41. & in conſ. ccxlviij. numer. 7. Ioan. de Amicis in conſ. xxvij. nu. 31. & in conſi. lx. num. 12. Chaſſanæ. in conſuet. Burgund. in tit. des fiefs. rub. iij. §. iiij. num. 4. Maria Socin. Iunior. in conſil. lxxxvj. numero 3. & in conſil. ccxlviij. vol. ij. & in conſil. lxxxix. numer. 18. & nume. 26. volu. 1. Paulus Pariſi. in conſi. lxv. numer. 17. & in conſi. ciij. nume. 166. volu. 1. Ioan. Coraſi. in l. admonendi. numer. 80. vbi dicit ita communiter ſeruari. ff. de iureiur. eandem dicit communem Aret. in d. c. veniens. nu. 12. & hanc opi. regulæ tenet Carol. Rui. not. in conſ. clviij. vol. v. nu. 22.

Limita primò in caſibus à iure expreſſis: ſcilicet vbi communis hominum opinio aliquid poteſt inducere: vt in communi vſu loquendi: vt in c. ex literis. de ſponſalibus. in l. librorum. in §. quid tamen Caſſius. ff. de legat. iij. ita tenet Feli. in c. veniens. el 1. nu. 7. de teſt. Hippol. in l. de minore. §. plurimum. nu. 82. ff. de quæſtionib.

Limita ſecundò vbicunque verſatur fauor publicus præferẽs opinionem veritati: vt in caſu l. Barbarius Philippus. ff. de officio Præto. & in l. ſi arbiter. C. de ſenten. & interlo. & in §. tria. iij. quæſt. vij. ita tenet Abbas in dict. cap. veniens. nu. 8. verſ. quædam ſunt, in quibus. & ibi per Felin. num. 8. Soc. in reg. cxliiij. in vj. fallentia. Hippol. in d. §. plurimum. nu. 8.

Limita tertiò, quando agitur de probanda nobilitate, & virtute. ita expreſſè tenet Bart. in l. prouidendum. per illum text. C. de poſtuland. quem ſequitur Feli. in d. c. veniens. numer. 9. de teſtibus. Decius in cap. 1. numer. 37. de appella. Tiraquel. in tract. de nobilitate. capitu. xxxvij. numer. 84. & in cap. x. num. 8. Iaſon in repet. l. admonendi. nu. 246. ff. de iureiu. Guido Papa in deciſ. cxcvj. & ccclxxxvij. & in conſilio ccxvij. nu. 1.

Limita quartò, in his, quæ de ſui natura probare nequeunt: vt eſt in filiatione: vt in c. per tuas. de prob. & in cap. tranſmiſſæ. qui filij ſint legiti. & in l. filium eum definimus. cũ aliis. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & ita expreſſè tenet Anton. de Butrio in d. capitu. tranſmiſſæ. numer. 10. verſ. quandoque adeſt. idem Anton. in d. c. veniens. el j. numer. 10. de teſti. & ibi Felin. numer. 9. Deci. in d. c. 1. numer. 41 de appel. Quod tamen intelligo verum, quando contra famam non inſtat negatio parẽtum. ita tenet Abb. & Præp. in d. capitu. tranſmiſſæ. Doctor. Couar. vbi hoc declarat, in Epitome iiij. libri, in ij. par. c. viij. §. 3. nu. 9. Circa quam limitationem, quomodo filiatio probatur, vide Pariſ. in conſ. x. vol. ij. per totum.

Quintò limita in cauſis breuioribus, & modici præiudicij. ita tenet Barto. in d. l. de minore. in §. plurimũ. numero 30. verſic. ſi verò iſta fama. ff. de quæſtioni. quem ſequitur ibi Hippolyt. numero 50. & 54. Abb. in d. c. veniens. el 1. numer. 8. circa finem. & ita dicit Bart. vbi ſuprà intelligi debere gloſſ. in l. vbi adhuc. C. de iu. do. in qua ſufficit probare per famam quòd maritus malè vtitur ſubſtantia ſua, ad effectum vt reſtituat dotem: remittit ſe idem Barto. ad ea quæ dixit in repet. in l. ſi conſtante. in 1. 2. & 3. quæſtio. ff. ſol. ma. eandem opin. tenet Anto. de Butr. numer. 10. & ibi Felin. numer. 9 in d. c. veniens. el 1. & ibi Philip. Dec. num. 18. & 40. & in c. 1. num. 37. de Appe. Anto.

Corset.in Repertorio ad Abb.in verb.fama. Iaso.in repeti.l.admonendi.num.246.ff.de iureiur.Socin.in reg.cxliiij.in iiij. fallent.Præpos.Alex. in c.j.nume. 11.de appel.Afflict.in c.j. §.sed quia. numer.41. quæ sit prima cauf.benefic.amittendi. in vsib.feudorum. Cæpol.in l.j.§.sed sciendum.nume.32. ff.de ædilitio edicto.

Limita sextò in impedimento matrimonij, quod probatur per solam famam, probat text. & ibi Abb. per eum in iij.not.in cap.super eo.de consanguin.& affinit.& ibi doctor.Rom.in singul.dcxvij. eandem opinionem tenet Alexan.in addit.ad Bartol. in d. §. plurimum.numero 30.in additione incipient.Vana vox.& Hippolyt.in d.§.plurimum. nume.56. Felin. in d.cap.veniens.nume.9.Decius in c.j.nume.40.de appell.Didac.in Epitome iiij.libri,in ij.part.cap.vj. §.x.nume.29.De iure regio probatur in l.ij.titu.iij. part.iiij.De iure cano.gloss.per illum tex.in c.illud. in verb.in hoc.de clerico excomm.vel deposito ministrante.

Septimò fallit in factis antiquis excedentibus memoriam hominum: quia tunc fama plenam probationem facit,ita probat glos.in l.atqui natura. §. cum me absente.ff.de neg.gest. Innocent. in c. quid per nouale.& in cap. veniens.de verbor.significat. Bald. in authentic.quas actiones. C. de sacrosanct.ecclesi. in l. cùm super.C.de rei ven.in l.in bonæfidei. C. de rebus creditis.Lambertinus in tractatu iuris patronatus,in ij.part.ij.li.in ix. art.x.quæst.j. Tiraquel.in tractat.de primogenitura,in præfatio.numero 130. Ludouicus Gozadinus in consi.viij.numero 47. Afflict.decis.cclxxvij. nume.1.Paulus Parisius in cons. lij.numero 50.vol.iij.& in cons.xxiij.numer.236. volum.j.Gratus in cons.xcv.num.15.volum.ij.Afflict. in cap.j.in iiij.notab.numer. 28. de pace iuramento firmanda. Ioannes Samson in consuetudinib.Turonens.artic.xiij.idem Bald.in l.iiij.C.de probat.in l. non ignorat.C.qui accusare non possunt.Anton.de Butrio in capitu. veniens. numero 19. de verborum significatione.Deci.vbi dicit hanc esse communem opinionem,in cap.j.numero 46.de appel.Felin. numero 9.& 16.in dict.cap.veniens,de testib. vbi allegat tex.in c.cùm causam.de probat. Barto.in l. ij.in §.Labeo.ff.de aqua plu.arcend. Hippolyt. de Marsi. in dict.l. de minore. in §.plurimum.numer.60.ff.de quæstio.& in singul.dv.Ias.in l.prætor ait. §.prætor ait.numer. 25. de edendo. Ruinus in consil.xiij. numer.3.& in cons.cxij.numer.2.& in cons.clj.numer. 2.&3.& in cons.clxxiij.numer.2.vol.iiij. & in cons. 103.numer.16.volu. v.Et dicitur esse tempus de antiquo quando est tempus centum annorum, vel vltra.ita tenet Innocent.in d.c. veniens. Barthol. Socin.in reg.cxliiij.in vij.limit. Corset. in repertorio ad Abb.in verb.fama, eandem opinionem dicit ita cõmuniter teneri Alex.in l.cum aliquis. C. de iure delib.& in cons.ccviij.nu.12.vol.ij. Spec.tenet eandem opinionem in tit.de probation.in §.j.vers. valet etiam. Alex.vbi etiam loquitur de cẽtum annis, in cons.xij.nu.8.vol.iiij.& in cons.lxxiiij.num.6.eo. vol. hanc opinionem dicit etiam communem Deci. in d. c.j.nu.46. de appell. eandem opinionem dicit etiam communem, scilicet quòd requiratur tempus centum annorum, quod est tempus longæuæ vitę hominis:vt in l.fi.C.de sacrosanct.eccle.& in l. an inutiles.ff.de vsufruct.legat.tenet Ias.in repeti.l.admonendi. numero 46. ff. de iureiur. eandem opinionem tenet Ioan.de Imol. & ibi Abb.numer. 8. in d.cap.veniens.el j.de testib. Iacob.de S.Georg.in l. iij.in §.eiusdem.nu. 16.ff.de testib. Francis. Curtius Senior in cons.lxix.nu.5.& in cons.lxxvj.numer.4. Rom.in cons.cix.nume.1. vers. quo ad secundum.ad finem.Deci.in cons.ccccxxvij.numer.2. vbi hanc ac testatur communem, eandem opinionem videtur etiam tenere Alciat.in tract.præsumpt. in ij.regula, præsumptione iij. nume.3. Eandem opinionem tenet Cæpola in tractat. seruitu. vrbanorum prædiorum.c.xix.Ias.in cons.lxxxj. vol. j. & in cons.xxiiij. vol.iij.& in cons.cxlviij.in fine,volu.iiij.eandem dicit communem esse Bertrandus in cons. xlj. numero 8.vol.j.primæ impressionis. Eandem opinionem dicit esse communem, & ita secundum eum consuluisse Ias.in l.cum aliquis. numero 7.C.de iu.deliberand.eandem opinionem tenet Præposit. in c.j. numer.11.de appel.Rui.in cons.lxxxiiij.num. 9. vol.iij. Ioan.Cora.in rep.l.admonendi.nu.83.ff.de iureiur. Moder.in consuet.Parisiensi.§.v.numer.63.eandem opinionem,vbi dicit magis communiter teneri,firmat idem Stepha.Bertrandus in cons.cclxxxiij. nume.4.vol.iij.primæ impressionis. Lofredus, vbi hoc not.examinat,in cons.xliiij.nu.4. pro qua opinione facit quod suprà dixi in reg.xc.in j.limit.

Licet Anto.de Butrio in d.c.veniens. el j. de testibus. numer. 10. dicat tempus longissimum esse spatium quadraginta annorum. Quem sequitur Alex. sibimet contrarius, in cons.iiij.numero 13. vol.ij.quam opinionem tenet etiam Dominic.de S. Geminiano in c.j. de rescriptis. lib.vj. eandem opinionem sibimet contrarius videtur tenere Stephan. Bertrand. in cons.cclx.nu.8.vol.ij.primæ impressionis. Alij etiam dicunt septuaginta annorum, vt Franc. Aret. in cons. xxxvj.numer.6 Sed nihilominus, (vt suprà dixi,)præcedens opinio est vera, & communis. Sed opinionem Anto.saluat Deci.in d.c.1.nu. 47. de appellationibus.

Octauò fallit, quando esset materia in qua ipsa fama, seu opinio communis tribuat ex eius verbis certum intellectum:tunc enim sufficit quòd ipsa probetur: vt in l.Labeo.ff.de supellectili legat. in l.cùm de lanionis.in §.asinam. ff.de fundo instructo instrumentóque legato. ita tenet Anton.de Butri.in d.cap.veniens.nume.10.quem refert Socin.in regul.cxliiij.in v. limit. Abb.in d.c.veniens.nu.8.

Limita nonò in probatione mortis.ita tenet Cin. in l. siquidem.C.solut.matrim.Anton. post alios in cap. in præsentia.de sponsalibus.numer.7.Bart. in l.2.§. si dubitetur.ff.quemadmodum testamenta aperiantur.& est bonus text. in l.non omnes. §. à barbaris. ff.de re milit.& hanc opinionem tenet Felin.per illum tex.in d.c.veniens.numer.8.Barto. in d.l. siquidem.C.solut.matri.& ibi Salic.eandem opinionem tenet Iaso.in l.cum ea quæ.num.7. C.de transact.ad ditionat.Præpos.in dict.cap.1.in num.11.de appella. Hippol.de Marsi.in dict.§.plurimum.numer.79.Iacob.de Sancto Georg.in l.iij.§.eiusdem. nu.9. ff. de testibus.quod tantum intelligo verum, quandocunque aliquis longè fuit absens, & tractatur de eius hæreditate: & sic in his, quæ sunt leuis præiudicij: aliàs autem sola fama non sufficit, sed requiritur alia probatio vltra famam, secundum Abb. & Anton.in dict.capitu.in præsentia.de sponsalibus.Stephanum Anfrerium in additioni.ad decisiones Capellæ Tholosanæ.cccxvj.& in decis.cccxij.glo.& ibi Bartol.& Salicet.in dict.l.si quidem. C.sol. matrim. Corsetus in sing.in verb.mors.Cornæus in consilio

x num.

x.num.7.volumin.1.Alex.in consi.4.num.15.volum. 2.& in consi.cxv.volumin.4.Nic.Boer.not. vbi hoc examinat.in decis.cclxxxviij.per totam. Bartho. de Chassa.in consuetud.Burg.in proœmio.nume.9.Marianus Socin.Iun.in consi. 26.volumin.2.per totum. vbi tractat qualiter mors probetur. De iure regio est tex.in l.14.titu. 14.par.3.

Decimò limita non habere locum, quando agitur remedio cap.redintegranda.3.q.1.ita tenet Anchar.in consil.42.numer.3.vbi dicit,quòd fama publica de possessione facit rem restitui: quam opinionem sequitur Philip.Dec.in dict.cap.1.nume.42.de appellat.Ratio potest esse: quia causa videtur esse leuis præiudicij,cum agatur de sola possessione: vt no.in l.1.C. si de momenta.possess.fue.appella.notat idem Deci.in cap.de appellationibus.de appella. & in d. capitu.veniens.el 1.num.43.de testib. & ibi Feli.nume.16.in fine.

Vndecimò fallit, quando agitur de sufficientia ordinandi, ita tenet Dominicus de Sancto Geminiano post gloss.ibi,in cap. nullus.in fin.34.distinct.quem sequitur Felin.in d.c.veniens.el 1.numer.9.de testibus.Hippolyt.in d.l.de minore.§.plurimum.nu.80. ff.de quæstio.

Duodecimò limita in collatione beneficij, nam pertinentia collationi sufficit probari per reputationem & famam. ita concludunt Domini de Rota in decis.123 secundum impressionem antiquam,& secundum nouam in decis.3.in titu.de probat.quam opi. tenet Dec.in d.c.1.nu.39.de appel.

Decimotertiò fallit in possessione seruitutis, aut libertatis,aut simili:vel in quasi possessione ingenuitatis: ita onus probandi transeat in aduersarium volẽtem dicere contrarium,l.mater.C.ne de statu defunc. ita tenet Barto. in l.de minore.in d.§.plurimum.num. 30.in fin. Bald.in l.2. per illum text. C. si seruus aut libertus.libro x.Iacob. d.S.Georg. firmat etiam hãc opinionem in l. 3.in §.eiusdem.numero 7. de testibus. Tiraquel.in tractatu. de nobilitate, capitulo x. numero 8.Ruin.in consilio cxxvij.volumine 4. numero 10.

Decimoquartò fallit, quãdo à statuto hoc disponitur: vt quia dicat statutum quòd delictũ sola fama probetur:argum.text.in c.cùm dilectus, de fide instru. ita tenet Barto.in d.§.plurimum.nume.31.quem sequitur Deci.in dict.cap.1.nume.48. de appel.Abba. in dict.cap.veniens.el 1.nume.10.de testib.vbi dicit quòd tale statutum quod sit contra ius commune, debet strictè interpretari. quem sequitur ibi Deci. nu.33.

Decimoquintò fallit in probanda excommunicatione: nam excommunicatio per famam probatur. ita tenet Bald.in c.1.per illum text. vers. nota quòd excommunicatio.hic finitur lex, & incipiunt consuetudines regni.in vsibus feudorum. pro qua opinione est.in capitu.illud.& ibi gloss. in verb.in hoc. de clerico excommunicat. ministran. & in capitul. ad hæc.in gl.in verbo,publicè,de postula.præla. Quod tamen intelligo verum,quando non agitur de præiudicio alterius, vel in foro animæ: sed quantùm ad hoc, vt quis repellatur ad agendum tanquam excommunicatus,non sufficit fama, sed debet fieri apertissimis documentis.ita Anto. de Butr. in dict.c. veniens.el primo,nume.10.allegat Specu. in titu.de notorio. in §. fama. Antonius de Butrio & ibi Abbas,num.vndecimo.in capit.prudentiam.in §.sexta. de officio deleg. & ibi Decius,numer.36.idem Deci.in dict.capitulo,ad hæc. nu. quadragesimooctauo.de postula.præla.Iacobi.in dict.l.tertia.in §.eiusdem,numero decimonono.ff.de testib.pro qua opinione est text.in cap.pia.in verbo,apertissimis documentis.de except.lib.6.

Decimosextò limita, quandocunque clericus fuerit infamatus à populo:nam tunc fama probat,& tenetur innocentiam suam purgare.probat text. in cap. presbyte.2.q.v.in cap.cùm desideres. in §.secundæ. de senten.excomm.in capit.1.cùm aliis: de purgat. cano.ita tenet Alex. in additio. ad Bartol. in d.l.de minore.in §.plurimum. num.30. in additione incipienti Vana vox.ff.de quæstio.Deci.in c.prudentiã. in §. sexta,nu.42.de offi.deleg.

Decimoseptimò fallit in probando iudicem esse consuetum incarcerare,vel torquere homines,vel similes violentias inferre appellantibus.vel conquerentibus de eo.ita concludit Barto.in l.de pupillo. in §. si quis ipsi prætori.nume.17. ff.de noui operis nunt. quem sequitur Alexand. in additionibus ad Bartol. in dict.l.de minore.in §.plurimum.nume.30.in additione incipien. Vana vox. Quam opinionem sequitur Felin.in d.cap.veniens.el 1.num.9.in fine.de testibus.idem Felin.in capit.afferte.num.11.de præsumptio.& in cap.de quarta.nume.24.de præscript. & de illo dicto Barto.facit etiam mentionem Alex. in consilio lxvj.numero 9.volumine 3.hanc opinionem tenet Iaso.in repet.l.admonendi,numero 246. ff.de iureiurand.Ruinus in consi.cv.numero 3.volumine 1.

Decimooctauò limita non habere locum in Principe attestante de fama,seu infamia alicuius, quando loquitur assertiuè: secùs,si loquatur narratiuè. Porro dicitur loqui per verba assertiua, quando loquitur hoc modo: quia constat nobis talem esse infamatum,&c. Per verba autem narratiua dicitur loqui,quando dicit, multorum clamor ad nos peruenit quòd talis est infamatus. Hanc limitationem posuit Ioann.Andr.in additionibus ad Specu.in titu.de inquisitione,in §.nunc tractemus. versicu.hoc autem notandum,quem sequitur Abb.in capit.cùm oporteat.in 3.notabi. de accusat. Iacobinus de Sancto Georg.in d.l.3.in §.eiusdem. nu.21. ff.de testib. Iaso.in repet.l.admonendi.numer. 246. in fine.ff.de iureiurando.

Decimononò limita non habere locum,vbi tractatur aliquid circa materiam peccati: nam ad euitandum peccatum,fama plenè probat. ita tenet Abb. in capitu.1.numero 17. de postula.prælat. quem sequitur Præposi.in c.1.nume.11.de appel. Fran.Aret in cons. 13.Hippol.in d.l.de minore, in §. plurimum.nu. 73. ff.de quæstio.

Vigesimò fallit,quando agitur de informatione conscientiæ alicuius: nam tunc fama plenè probat, ita concludit Anton.de Butr.in repet. capit. peruenit. de censibus.allegat Compostellanum in capit. 1. de electio.libro 6.quem sequitur Felin.in d. capit. veniens.nume.9.de testibus.Hippol.de Marsi. in dict. §.plurimum.nu.82.

Vigesimoprimò limita non habere locum in consuetudine: nam consuetudo probatur per famam, ita tenet Cin.in l.2. versicul.2. quæritur.C.quæ sit longa.consuetu.quem refert,& sequitur Alex.in consil. 14.nu.1.volum.v. eandem opinionem sequitur etiã Hippol.in d.l.de minore.in §.plurimum.nu.75.ff.de quæst.

Vigesimosecundò limita non procedere in mala fide

nam mala fides bene probatur per famam.ita Bart. in l.Celsus.nume.18.ff.de vsucap. Cardi.in consi.28. Ange.in l.eum qui.in §.fin.ff.de Publicia. & in cons. clx.numer.5.Aretin.in consi.xv.numero 11.Hippol. in dict.l.de minore,in §.plurimum, numer.76.ff.de quæst.Ludouic.Gozadinus in consi.1.numer.33. Afflict.in c.1.notab.nu.27. de pace iuramento firmanda.in vsibus feudorum. Marianus Socin. Iunior in consi.69.nu.52.volu.1.

Vigesimotertiò limita non procedere in confiniis: nam bene probantur per famam.ita tenet Archidiaco.in c.inter memoratos,num.4.16.quæst. 3. quem sequitur Io.de Imo.in ca.cùm causam, nu.5.de probatio. & ibi Feli.num.9.Hippol. in d.§. plurimum, num.78. pro quo facit quod suprà dixi in 7. limitatione. Eandem opinionem tenet Gratus in consilio xcv.nu.15.vol.2.facit tex.in d.c.cùm causam,de probationibus.

Vigesimoquartò limita non habere locum in ecclesiastico interdicto : nam sola fama facit probationem sufficientem: vt interdictum superioris obseruetur, ita probat gloss.in cap. 1.in verb. publicè.de postul. præla.quam gl.sequitur ibi Abb.nu.17.eandem glo. sequitur Petrus Brixarius Nauarrensis in directorio electionum,in 1.part.c.xx. nu.10. eandem etiam gl. sequitur Deci.vbi eam declarat, in d.c.1.num.48.de postula.prælato. P.Duen.re.299.

¶ Famae restituere potestates inferiorum non possunt.Ita dicit communiter Felin. in ca.cùm T.A.B. de re iud.num.12.in fin.post Abb.ibi.

Limita tripliciter.vt per Fel.vbi s. B.Dias.re.281.

¶ Fama. Famam esse seruandam.

Pro.

12.q.1.cap.nolo.
11.q.3.c.non sunt.
De consec.dist.5.c.iubemus.
Ext.de decimis.c.suggestum.

Contra.

11.q.4.c.cui est illata.& c. sentit.& c.in cũctis. & c.custodi.& c.inter verba.

Solutio.

Si possibile sit alicui conseruare famam suam , & non seruat,crudelis est d.cap.nolo.Si autem homines ita sunt animati ad suspicandum contra aliquem , vt nullo modo à cordibus remouere possint suspicionem,tunc sufficit , si conscientiam puram habet is, cuius fama denigratur.d.c.sentit. Damas.reg.81.

¶ Famis necessitate vrgente pater filium vendere potest,mater autem minimè.docto.l.2. C.de patr.qui fil.distrax.cum similibus. Med.reg.9.

¶ Familiae damnum domino nocet , quando ita per statutum disponitur, quando etiam ipse cauere potuit,& non cauit.Bar.l. prima.§.familiæ.ff.de public.leg.si Titius.ff.de testam.mil.Bald.leg.quæ dotis. C.de iur.dot.Imo. capitulo penultimo de consuetu.vbi vult , quod filius teneatur pro debito patris etiam si non sit hæres.per leg. final. C.de primi pilo,lib.12.Alexan.in termin. huius regul.leg.sæpe. ff.de re iud. Med.reg.8.

¶ Familiae damnum non imputatur Domino regulariter, l.1.& sequ.ff.famil.furt.fec.dicatur.l. si familia.ff.de iurisd.omn.iudic.Barto.l.1. §.familiæ.ff. de vi & vi armã.Anch.c.cùm ad sedẽ.de resti.spol. declara vt dixi super amp.91. Med.reg.8.

¶ Familiarem recipiens aliquem Cardinalis , secundum quod habebat fratrem ipsius , si constiterit nullum fratrem familiarem habuisse, familiaris erit nihilominus , ne reddatur dispositio elusoria.Iaso.in termin.huius reg.l. admonendi.nu.39.ff. de iureiur. Med.reg.10.

¶ Familiaritas.Nulla pestis efficacior,quàm familiaris inimicus.

Pro.

C.de donat.l.lata iam.
Ext.de rescr.c.nihil prodest.
Ext.de hæret.c.cùm ex inimico.
12.q.1. c.certè ego sum.
93. dist.c.si inimicus.
13. q. 2.c.quibus.

Contra.

32.q.4.c.nemo.
26.q.6.c.vlt.
Ext.de remune.c.cùm iampridem.

Solutio.

Prima regula vera est,nec fallit.Nam non est deterior hostis,quàm familiaris inimicus:& nihil erit,neque est asperius, quàm simulatus amor : quia hostis incognitus,si est familiaris, non potest caueri : à manifesto hoste faciliùs cauetur. Vnde dicitur , Iacula præuisa minus feriunt:exorbitantia non tangũt punctum. Damas.reg.53.

¶ Familiaritas.in l. de minore. §. tormenta. de quæstion. Riisvvich.

¶ Famvlvs de mandato domini tenetur præstare operas alteri,quas sibi exhibere tenetur.l. operæ in rerum.ff. de op.lib.l.homines,& l.vxori. §.Serapiũ. ff.de vsufr.lega.

Fallit in 3.casibus,vt per Pet.Duen.reg.304.

Famuli scholarium,& clericorum gaudent priuilegiis ipsorum. Doct.in Authentic. habita. C. ne fil. pro patre.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in vno, à Pont.Rub. in tract.de priui.schola.priuilegio 160.nu.1.

Famulus intra triennium salarium à domino petere debet,aliàs post tres annos non auditur:hanc regulam cum 12.limita. ponit Pet.Duen.reg.306.Don.Fin. libro 5.

¶ Famvlvs de mandato domini tenetur præstare operas alteri,quas sibi exhibere tenetur.Hanc regulã probat textus in l.operæ in rerum.in fin.ff.de operis liber.& in l.homines.& in l.vxori.in §. Serapium.ff. de vsufructu legato.Ratio est:quia is, qui conduxit, alteri potest locare,vt in l.cùm plures. ff. locati. & illa pecunia per famulum acquisita acquiritur domino.l.patronus. & in l. si libertus. la primera. & in l. qui libertinus. ff.de oper.libert.

Primò fallit quando dominus vellet delegare operas turpes,quas ipse dominus non potest exigere, vt in l.hac demum.ff.de operis libert.

Secundò limita,quando extra locum vellet vt famulus seruiret: quia famulus non tenetur si ad illas operas non esset obligatus,vt in lege, vsuras, & ibi doctor. C.de solut.

Tertiò fallit quando dominus his quibus operis iubet exhiberi esset odiosus,vel onerosus,vel rixosus: nam tunc non tenebitur famulus eidem seruire , argumento text.in leg.2. ff. vt in possessio.legator. & in leg.inuitus.ff.de fideicommiss.libertat.in leg.fin.C. de pactis inter emptor. & vendit. quia non debet fieri deterior conditio famuli , vt in lege, generaliter.in fine.ff.de fideicommissariis libertatib.P.Due. reg.304.

¶ Famvlvs intra triẽnium salarium à domino petere debet,aliàs post tres annos non auditur. Quæ regula

gula probatur de iure Regio in pragma.clvij.de Madrid. Anni Domini 1528. vbi dicitur quòd seruitia famulorum per trienniũ pręscribuntur. Circa quam regulam vide quæ dixi in reg.6.& Cornæum in consi.cclxix.& cccxxviij. volum.1.item Didac. in repet. reg.posses.2.part.§.11.nu.2.

Limita primò non procedere, quando impediuntur petere aliquo iusto impedimento: vt c. commissa. de elect.lib.6.in l.fin. C.de adul.in l.si cum ipse.ff.de excusat.tutor.ita tenet Bald.in auth. nisi tricennali. in princip.vers.sed quid dices. C. de bonis matern. vbi dicit quòd hæc limitatio est naturalis: quia vbi non est negligentia,non debet esse pœna. Eandem opinionem tenet Ias.in consi. xxxv.vol.1.facit quod no.Alex.in consi.lxv.nu.5.lib.6.

Secundò fallit quando dominus iurauit soluere: quia iuramentum perpetuat actionem: vt in l.nam & postea,in §.si is,qui temporali,ff.de iureiu.quam opinionem sequitur Iaso.in additio. ad Christophorũ, in §.sed aliquando.in additione ad nume.5. Institut. de vsucapio. vbi dicit quòd hoc sumitur ex notatis per Anton.de Butrio post Hostien. in c.si diligenti. de præscri.ita etiam tenet idem Iaso.in §.de constituta.Institu.de actio.Hanc etiam opinionem per illum text.tenet Bartol.in d. §. si is qui temporali.& ibi Iaso. numer.4.Hippolyt.vbi dicit ita obtinuisse in contingentia facti in singu.cxlj. vbi etiam quàm plures doctor.allegat Felinus in c. fin. numer. 7. de præscriptionibus. Marcus Antonius Baueria in tractatu de virtute & viribus iuramenti:priuilegio 29. numero 42.quam opinionem tenet Cornęus in consi.cccxxviij.numer.22. volum.1. & Roderi. Xuarez, vbi hoc notabiliter examinat, in repet. l. post rem iudicatam.numer.2.in versicu.considera vltimò. ff. de re iud.

Tertiò limita non habere locum, quandocunque famulus peteret debitum competẽs sibi actione reali:ita Bal.in l.penultim.C.quod cum eo.Ias.in princip. instit.de actio.num.101.post Bald.& Areti.ibi, quam limitationem latiùs examinaui in d.reg.6.in 1.limitatione, & ideo si famulus relinqueret vestes apud dominum depositi nomine, eas repetere poterit,etiam post tres annos, non obstante suprà dicta pragma.

Quartò limita si famulus deserat dominum, & statim redeat:tunc nõ videtur recessisse: ideò annus computabitur à die quo nouissimè discedet cum effecto: vt in l.3.ff.de diuortiis. & in l.quicquid calore. vbi hoc notant docto.ff.de reg.iur.

Quintò limita quandocunque talis præscriptio esset per litis contestationem interrupta: quia famulus intra tres annos conuenit dominum, & lis fuit incœpta, tunc perpetuatur actio: vt est tex. & ibi doctores in d.l.nam & posteà.in §.si is qui temporale. & in l.fi.C.de pręscr.30.vel 40.annorum. quod latè tradidi in d.reg.6.in fi.

Limita sextò non procedere in foro conscientiæ: nam si dominus sciat se hoc famulo debere,non est tutus quo ad Deum:cùm sit malæ fidei possessor:vt in ca. vigilanti.in c.fi.de præscrip.cum similibus.ita concludit Cornæus in consi. clxix.num.15. & in consil. cccxxviij.nu.14.& 32. Quam limitationem allegando fratrem Alfonsum à Castro,qui ita eam tenet,posui in d.regu.6.in 2.limitatione.Hanc etiam limitatatem tenet is, qui glossauit consuetudines Cenomanenses,art.xxxv.

Limita septimò si rem aliquam domini famulus habeat:Nam si res ab eo petatur,poterit famulus excipere de salario,etiam post tẽpus: quia quando quis agere in ciuilibus prohibetur,excipere tamen poterit.ita Barto.in l. j.in §.sublata, & ibi Ias.in 2.lectu. ff. ad Trebel.Ratio:quia exceptiones sunt perpetuę vt in l.purè.in §. fin. ff. de doli mali & metus exceptione.gl.in l.sicut,in verbo,persecutione.C.de pręscrip.30.vel 40.annorum.Barto.vbi hoc notabiliter declarat,in l.societatem.in §. arbitrorum.nu.42. ff. pro socio.

Octauò limita non procedere, quando debitor conuenitur coram conseruatore, vel alio iudice ecclesiastico:quia suprà dicta ordinatio nõ astringit hos iudices:vt in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ, & quod ibi notatur,de constitu. notat Bald. in consil. clxxxiiij. volum.5.Cornęus in consi. cccxxviij.volum.1.num. 25.facit tex.& quod ibi notant docto.in c.fin. de rebus eccl.non alien.& quod suprà dixi in reg.135.

Nonò limita, quando debitor confitetur se illam summam debere:nam tunc iudex debet dominum condemnare ratione confessionis, etiam si aliàs fuisset absolutus: quia confessus pro iudicato habetur: vt in l.1.ff.de confessis.facit etiam text.in c.2.de purg. vulg.& in c.quia plerique.de immu.eccle.vbi dicũt quem audiri post sententiam,si pars cõfiteatur eam iniquam.

Decimò limita, quando dominus non exciperet de suprà dicta pragma. nam etiam post tres annos poterit condemnari. l. 4. in §. hoc autem iudicium.ff. de damno infecto.& in l.de pupillo. in §.qui opus. ff.de noui oper.nuntiat.Cuius est ratio, Nam iudex non tenetur impartiri officium non postulatum: vt in d. §. hoc autem iudicium, pro quo facit quod in proposito huius limitationis adducit Ripa, in d. §. hoc autem iudicium.Dec.in l. res iudicata. num.4. ff.de reg.iur.Ias.in l.patre furioso.num.11.cum aliis. ff.de is, qui sunt sui vel alien. iur. Pro qua limitatione facit: nam præscriptio excludit actionem: vt in c.ad aures.& ibi Felin. de præscriptio.probatur etiã in suprà dicta prag.no.Bald. in l.si plenè.ff. de condictio.indebiti.& l.1.C.si aduer.credi.& in l.sicut,vbi glo.C.de præscrip.30.vel xl.annor. & sic cum præscriptio pariat exceptionem, illam debuit pars opponere:aliàs sibi imputet, si iudex eum condemnet post tres annos, quæ exceptio si fuerit omissa in 1. instantia, in causa appellationis allegari potest: vt in l.per hanc. C.de temp.appellat.

Vndecimò limita, non procedere à contrario sensu: nam si dominus accepit famulum, vt eum doceret officium suum si erat artifex: & sic famulus volebat ab eo discere illud officium,& dabat domino decẽ, vel quinque aureos singulo anno:nam si dominus intra tres annos non petat salarium,poterit posteà petere.Quia suprà dicta pragma.debet strictè intelligi in casu in quo loquitur:& lex loquens in debitore,nõ comprehendit creditorem,& econtrà.ita Bar. & alij in l. 1.ff.si cer.pet.Bal.in Rub.C. de reb. cred.

Duodecimò limita, vt etiã post tres annos si famulus non possit recuperare debitũ,possit recuperare rem æquiualentem à domino.ita tenet Pan.post Inn.ibi, nu.8.in c.olim.el primero,de resti.spol.& ita expressè teneo in reg.88.in 5.limitatione:vbi latè.Ratio huius limitationis est:nam calumnia per calumnia repelli potest:vt est gl.in c. cupientes.in verbo,malignantium.de elec.lib.6. quam opinionem vltra docto.allegatos in d.reg.lxxxviij.tenet Affl. in c.1.super gl.1.nu.16.de pace iuram.firm. P.Duen.re.366.

¶ Famvlvs

¶ FAMVLVS si aufugit, eo ipso res amissas per dominum præsumitur subtraxisse. Hanc regulam probat glo. in Authentic. de exhiben. reis. in §. si verò etiam quidam iurent. in gloss. in verbo, factum. facit text. in l. 2. in §. sin autem reus, & in §. si actor. C. de iurament. propt. calum. Ratio est: quia fuga facit quem suspectum & haberi pro confesso: vt in d. §. si verò quidam. notat gloss. in l. impuberibus. in §. præterea. ff. de suspectis tutoribus. Circa quam regulam vide Barto. in l. consiliarios. C. de assessoribus, & do. Lucam de Penna in l. coloni. C. de agricolis & censit. libro 11. vbi plura de materia fugæ Ludo. Roma. in l. lege Cornelia. & ibi Io. Igneum. ff. ad Sylla. Fel. in cap. nullus. de præsump. Ioan. Bernard. in regula xxxiij. Ias. in repet. l. admonendi. num. 167. ff. de iureiur. Hipp. in repetit. Rub. C. de probatio. nume. 259. Corsetum in Repertorio ad Abbatem: in verbo, fuga. Marcum Antonium Blancum in tractatu de indiciis & tortura. nu. 423.

Limita primò procedere quando aufugit ante accusationem: secùs si post: quia tunc licet fugiendo redimeret sanguinem suum: ita tenet Barto. in l. 1. numer. 1. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consci. quem sequitur Matth. Matthesilla. in notabil. cxlvj. Iaso. in repetit. l. admonendi. num. 169. ff. de iureiur. & in l. si is qui. num. 5. C. qui testament. fac. poss. Ludo. Roman. vbi dicit se ita vidisse practicari, in d. l. lege Cornelia. nu. 2. & ibi Ioan. Igneus numer. 17. ff. ad Syll. Hipp. in d. repet. Rubr. C. de probat. numer. 259. Ange. Areti. in tracta. maleficiorum, in verbo, quod fama publica. numer. 46. Hippol. in singu. cxv. & in singu. ccccvij. Montaluus in gl. l. 13. tit. xxix. part. vij.

Limita secundò, nisi ille qui aufugerit sua spontanea voluntate, reuersus est: nam propter ipsam fugam non grauatur eius opinio. ita Barto. in l. quis sit fugitiuus. in §. 1. ff. de ædilitio edicto. per tex. ibi: & ibi Cæpola num. 15. idem Cæpola in l. bouem. in §. qui ad amicum. num. 1. ff. eod. titu. facit tex. in l. 3. ff. de re milit. vbi qui fugit animo reuertendi non patitur pœnam ex fuga. & ita tenet Bald. in l. 1. C. de seruis fugitiuis. facit tex. in l. 3. ff. de diuor. & in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & dictum Bart. vbi suprà sequitur Antoni. Corse. in Repertorio ad Abbatem: in verbo, fug. pro qua limitatione videtur text. in leg. 130. styli.

Tertiò limita procedere, nisi prædictus famulus aufugit propter sæuitiam iudicis, vel domini: nam tunc non habet locum hæc regula. ita tenet Lucas de Penna in d. l. si coloni. C. de agricol. & censit. libro 11. pro qua opinione facit tex. in dict. l. quis sit fugitiuus. in princip. versicu. item ne eum quidem qui à prætore, cui in disciplinam traditus erat fugisset. & in versicu. sicuti nec eum quidem qui cùm dominum animaduerteret. ff. de ædilitio edicto. & ibi Cæpola numer. 6. Ioan. Igneus in d. l. lege Cornelia. num. 55. ff. ad Syllan. Iason in repet. d. l. admonendi. 169. ff. de iureiur.

Quartò limita non habere locum quando quis aufugeret, & iret ad superiorem: quia non dicitur fugere: nam itineris arreptio ad superiorem, loco appellationis habetur, secundum Hostien. in c. vt debitus. de appel. notat Bal. per illum tex. in l. sed & si per prætorem. in §. fin. ff. ex quib. caus. maior.

Quintò fallit quandocunque famulus aufugisset ex aliqua iusta causa. ita probat text. in l. quis sit fugitiuus. in §. apud Labeonem. ff. de ædilitio edicto. & ibi hoc tenet Cæpola. Eãdem opinionem tenet Bal. in l. in bonæ fidei. nume. 7. C. de rebus cred. Ias. in d. repet. l. admonendi. 1.

¶ FAMVLO dicens, ne reuertaris domum nisi sentiã nouum de hac re, si famulus occidat aliquem, tenetur dominus de homicidio, quando dominus priùs recipit aliquam iniuriam.

Hanc regulam ponit Barto. in l. si quis mihi bona. in §. pater Seio. num. 2. per illum tex. de acquir. hæred. & illud d. Bar. vltra docto. ibi sequitur Anchar. in c. ex literis. de excessibus prælat. & ibi Abb. vbi pro hac opinione Bar. allegant illum textum. Eandem opinionem Barto. sequitur Alexan. in consi. cxxvij. nu. 4. & in consi. cxxviij. num. 5. volum. 4. Eandem opinionem sequitur Ripa in l. si ventri. §. finali. numero 4. ff. de priuil. cred. Felin. in c. afferte. numero 13. de præsump. & in capitul. sicut dignum. numero 12. de homicidio. Iacob. de Sancto Georg. in l. 1. numer. 6. C. de seruis fugit. Ange. Aretin. in tract. maleficiorum, in verbo, & Sempronium mandatorem. nume. 42. & ibi Augu. Ariminen. in additionibus. dicit hãc esse communem opinionẽ. Pro qua opinione Bart. facit notabile dictum eiusdem Bar. in l. sed si vnius. in §. seruus. num. 2. ff. de iniur. vbi dicit, quòd quandocunque aliquis interfecit aliquem per alienum hominem, qui de necessitate debet ei obedire, dicitur propriè interficere, allegat ad hoc text. in l. ita autem. in §. gessisse. ff. de administr. tutor. Eandem opinionem tenet idem Barto. in l. 3. in §. si procurator. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. pro qua opinione facit etiam tex. & ibi Abba. numer. 9. & Fel. numer. 9. in c. mulieres. de sentent. excom. quòd dictum Barto. sequitur Hiero. Gratus consi. v. numer. 11. volum. 1. Afflict. in constit. Neapolitan. libr. 1. Rubric. 12. nu. 7.

Amplia primo, procedere etiam si dominus dixisset famulo in aurem certa verba, & ille statim iuit, & occidit hominem: nam præsumitur factum de mandato domini: ita tenet idem Bart. in l. si ventri. in §. fi. nu. 1. ff. de priuilegiis credit. per gl. ibi: quem vltra Ang. ibi sequitur Bal. in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. & in l. 1. C. de seruis fugit. & in c. veritatis. de dolo & cont. Alex. in l. si cùm dotem. in §. si mulier. in 7. notab. ff. solut. matri. Io. de Ana. in consi. 23. Fel. in c. 1. nu. 12. de offi. deleg. Hippoly. in l. j. in §. præter eà. numero 27. ff. de quæstion Hieronym. Gratus in consi. cx.

Amplia secũdò, etiam si famulus extitisset per multos dies quòd non commisisset maleficium: nam si posteà commisit tale delictum, videtur commisisse vigore mandati. ita concludit Inno. in c. ad audientiam. de homi. quem sequitur Fel. in c. sicut dignum nu. 12. de homic. Hanc opin. tenet Bar. in l. non solũ. in §. si mandato. nu. 12. ff. de iniuriis. quem sequitur Ange. Aret. in d. tractat. malefi. in verb. & Sempronium mandatorem, nu. 15.

Amplia tertiò habere locũ, etiã si dominus proferens talia verba famulo expressè inhibuisset ne occideret: nã sequuto delicto tenetur dominus, iuxta text. in c. fi. de homic. lib. 6. & ita per illum tex. hoc tenet Bal. in l. nõ ideo minus. nu. 34. C. de accusa. eandem opinionem tenet Matth. Syluanus, licet de Bald. nullam mentionem faciat, in sing. clxxxviij. in fin. Maria. Soc. in c. ad audientiam. nu. 63. de homicidio.

Hanc regulam cum 6. limit. ponit. Bern. de Luco in reg. ccj. remittendo se ad Ias. in l. 1. à nu. 28. vsque ad nu. 38. C. de seruis fugit. P. Duen. reg. 302.

¶ FAMVLI

¶ Famuli scholarium & clericorum gaudent priuilegio ipsorum. Hanc regulā probat tex. & ibi doct. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & in clericorū famulis probat tex. in l. 1. & 2. C. de episc. & cler. quā opinionem tenet Philipp. Franc. in proœmio vj. in verbo, scholaribus. Iacobus Rebuffus in l. vnica, in §. fi. de collegiatis & nummulariis. libr. xj. Et circa hanc regulam vide Fel. vbi eam declarat, & plura adducit in c. 2. nu. 2. de foro compe. Ias. & ibi doc. vbi hoc etiam examinant in l. scriniarios. C. de milit. testa. Bald. in notab. in d. l. 1. C. de episc. & cler. vbi in suprà dictis locis reperies hanc regulam ampliatam, & limitatam. Et qui propriè dicantur de familia domini, ponit Feli. in c. insinuāte. de off. del. Affl. in constit. Neapo. lib. 1. Rub. xv. num. 19.

Hanc regulam in famulis scholarium cum duabus ampliationibus & vnica limitatione, vbi plura congerit in proposito, ponit Petrus Rebuffus in tracta. de priuile. scholarium, priuilegio clx. à nu. 1. vsque ad finem.

Quæ regula in famulis scholarium est hodie correcta de iure regio, per pragmaticam xxv. in volumine pragmaticarum. P. Duen. reg. 305.

¶ Famulos, vel consanguineos habens in domo, qui essent homines improbi, dominus ex ipsorum delictis tenetur: qui præsumendum est quòd perseuerabunt in delictis suis, vt in regula, semel. de regul. iur. lib. 6. & dominus accipiens eos in domo, præsumitur informatus de eorum conditione, l. fin. in §. seruorum. ff. nau. caup. & stabula.

Hanc regulam ponit Cardin. Zarabella in Clemen. ne in agro. in §. porrò. in 3. notabil. de statu monach. quem sequitur Felin. in capitu. Petrus. numer. 7. de homicid. Deci. in l. 3. numero 8. & ibi Curt. Iun. numero 9. & docto. moder. in capit. 1. de pactis. Alciat. in tracta. præsump. in 3. Reg. præsump. xl. Fran. Zoanettus Bononien. in consi. xxvij. numero 6. pro qua opinione est tex. in capitu. nulli. de accusat. & in l. fi. de abigeis. Et circa hanc reg. vide Iaso. in l. age cùm Gemi. num. 7. C. de transf. Pract. Pap. in forma inquis. in verb. transeat. num. 6.

Tertiò limita, quando restitutio nullum esset adlatura commodum ipsi minori,nisi etiam prodesset ipsi fideiussori:puta, quia essemus in casu in quo minor non posset petere restitutionem aduersus fideiussorem, nam hoc casu restitutio concessa minori transiret ad eius fideiussorem: per notata per Barto.in l. cum filius.in §.1.ff.de verbor.obliga. faciunt notata per Cinum & Bald.in leg.quoties.Cod.de precibus Impera.offer.per Salic.in fin. C. de vsuris rei iudic. ita expressè tenet Iaco.de S.Georg.in d.l. 1.nu.7.C. de fideiussor.minorum.Petrus Rebuff.vbi suprà, numero 9.

Quartò limita,quando fideiussore conuento, qui esset habiturus regressum contra minorẽ debitorẽ principalem, ipse minor compareret vt defensor necessarius pro ipso fideiussore, & peteret restitutionem in integrum: tunc restitutio etiam fideiussori proderit:ita expressè tenet Bart.per illum text. cum gl.in d.l.Stichum,aut Pamphilum.in §.quod vulgò. ff. de solu.& ibi expressè Io.de Imol.sed Paul.de Castr.in d.l.1.C.de fideius.minorum. Raph. Cuma.in dicto §.quod vulgò damnant hanc opinionem, dicentes, ꝙ hoc casu minor non est defensor necessarius:quia ista non est necessaria defensio spectans ad minorẽ: cùm nullo casu habiturus est regressum cõtra eum, cùm semper minor ipse potuerit petiisse restitui aduersus fideiussorem:vt l.j.C.de fideiusso.mino.ergo ipsius minoris non interest capere defensionem pro ipso fideiussore: nec ipse minor hoc casu est dicendus defensor necessarius.& ibi Alexan.in d.l.1.dicit quòd licet dictum Bart.valde singulare,tamen Bar. non considerauit dictum fundamentum in contrarium factum:& quòd eius opinio malè potest sustineri. Quem sequitur Ias.in l.si cum procuratore.numer. 3.ff.de re iud. Et quidem verum quòd quando minor esset defensor necessarius, posset comparere pro fideiussore,& assumere defensionem pro eo: & tunc exceptiones competentes principali, prodessent etiam fideiussori tex.est in l idem quæ.in §.generaliter.ff.mandati.& ita tenet Iacob.in d.l.j.num. 7.C.de fideius.minorum.

Quintò limita, quando fideiussor successit minori principali. Nam tunc ex persona defuncti posset petere restitutionem in integrum. iste est text. & ibi Bart. secundum vnam lecturam, in l.Stichum. in §. quòd vulgò.ff.de solutio.notant doct.in l.debitori. C.de pactis.ita expresè tenet Iacob.de S.Georg.vbi notabiliter declarat illum tex.in d.§. quòd vulgò.in d. l.1.nu.7.C.de fideius.minorum.

Limita sextò, quando fideiussor pro re minoris stipularetur, & fideiuberet: vtpote si minor rem vendat in qua est deceptus:si aliquis fideiuberit pro eo, illi fideiussori succurretur post minoris restitutionem: vt in l. 2.ff.de administrat.tut.l.exceptione quæ personæ.in fin.ff.de exceptio. quia in hoc potest etiam maior decipi,videlicet in rei valore:vt in l.quisquis C.de rescindenda venditione,& ita tenet Petrus Rebuffus vbi suprà,numero quinto. P.Duen.regu.330.

¶ Fideiussor,negans se fideiussisse, si conuincitur de mendacio sibi præiudicat,vt in l.sed hoc ita.in §. 1.ff.de re iudic.vbi dicitur, quòd negans se socium, perdit beneficium ne conueniatur vltrà quàm facere potest:quod competit socio.l.sunt qui. ff.de re iudicata ad quod etiam est text. in l. si vnus. in §.fi.ff. pro socio.& facit etiam pro hac reg.tex.in l.sed si ex part.in §. interdum.ff.quod cum eo. vbi punitur filiusfamiliàs negando se filiumfamiliàs,& mentiendo dixit se patremfamiliàs.Tertiò facit text.in l.hæreditatum.in §.fin.ff.ad leg. Falcid.vbi dicitur quòd hæres negans rem hæreditariam, si conuincatur de mendacio,sibi præiudicat.quem tex.pro singu.allegat Bald.in Repet.suo,in verbo, negatiua. vbi dicit quòd negans similis est subtrahenti:per illum text. & idem dicit Bald.in c.dudum.el 2.nume.8.de elec. Iaso.in §.item si quis in fraudem.Instit.de actio.ex quibus videtur confirmata suprà d. nostra reg. Pro qua opin.est tex.in l.fi.ff.de rei vendica.vbi habetur quòd si quis in veritate possidet aliquam rem, & cõtra eum agatur rei vendicatione ad illam rem,si ipse negat illam possidere & conuincatur de mendacio, quia actor probat ipsum illam possidere:tunc debet talis possessio incontinenti ab eo auferri & in actorem transferri,etiam nihil de iure suo probantem. Circa quam regulam vide suprà in regula cccxxv.& præiudicat sibi iste fideiussor in hoc,quia perdit beneficium excussionis, & beneficium cedendarum. ita tenet Bald.in Authentic. contra qui propriam. Cod.de non num.pecun.vbi allegat bonum text.in leg.si dubitetur.in §.ita demum.ff.de fideiu.vbi hoc tenet Ange.de Perus.& Alexand.& Ias. in leg.j. numero 11.C. de transac.Barto.in l.etiam.§.j. ff. solut. matri.& vlt. & opinionem huius regulæ tenet Hiero.Gratus in consi.lxiij. numer.44. & in cons. cxix. nu.22. vol.1.Fran.Purpuratus.in l.nec pactio. num. 79.C.de trans.Bellon.in §.si plures.nume. 12.Instit. de fideiuss.

Hanc regulam, vbi eam pluribus fundamentis confirmat,ponit Hippo.in repet.Rubr. ff.de fideius. num. 322.& à nume.336.vsque ad nu. 345. limitat eã quatuor modis. P.Duen.re.329.

¶ Fideiussor non possidens immobilia,potest recusari tanquàm non idoneus. Hanc regulam probat text.in l.ij. & in l.sciendum.ff.qui satisdare cog.glo. in Authent.de exhibend. reis. in §.suscepto.in verbo personali.& in l. si quis stipulatus sit Stichum.in §.si quis stipulatus fuerit.ff.de verbor.obligationib. Hanc opinionem tenet Bald.in c.coram. num.8. de officio deleg.Specu.in tit. de satisdationibus.in §.dicto,versic.sed si scholaris. Alexand. in consil.clx.nu. 5.volu.v. & hanc dicit esse communem opinio. Ias. post Bart.ibi in l.sciendum.in prin.nu. 30.ff.qui satisd.cog.

Hãc regulam ampliat vnico modo: & limitat quatuor modis Hippol.in repet.Rubr.ff. de fideius.à nu.226. vsque ad nu.241. P.Duen.re.328.

¶ Fideiussor qui in fideiussione diu stetit, se de ea liberari petere potest. l. Lucius. ff. mand. & in l. si pro ea. §. 2. C. eodem tit.

Primò fallit, quando obligauit se sub conditione: cùm dicta regula procedat quando se purè obligauit, est tex. not. in l. facere poss. in fi. ff. solu. matrimo. secundum Iaco. de Aret. Bar. & Bald. & omnes alios. ideo Bal. dicit, quòd vis est in forma practicandi, & libellandi: quia non procederet libellus, in quo concluderetur quòd diu stetit in fideiussione, sed bene quod diu stetit in obligatione fideiussoria, quia primò casu potest esse fideiussio sub conditione: vt d. l. facere posse. in fine.

Secundus casus patet in dictis iuribus pro regula: nam text. in d. l. Lucius. dicit quòd reus diu in obligatione cessauit, ergo præsupponit quòd erat obligatus. l. si cui. §. cessatum. ff. vt in posses. leg. & in l. si stipulatus. de verb. oblig. & l. lecta. si cert. pet.

Tertiò scias, quòd illa iura secundò alle. non habet locum in procuratore obligante mandato domini: quia tunc non est opus quòd diu stet in obligatione, sed statim potest petere vt liberetur. text. in l. si mandato meo. in prin. ff. mandati.

Quartò fallit dicta regula in obligatio de iudicio sisti: quia ipsa regula procedit in fideiussore contractus, non iudicij, propter executionem paratam. Bart. in l. j. ff. de iudic. sol.

Quintò fallit, quando fideiussor esset absentandus ex necessaria, vel vtili causa, vt causa studij: quia iste talis fideiussor potest statim se liberare, secundum Guliel. in Spec. tit. de fideius. §. specialia. versi. si verò fideiussor. arg. l. si filiusfam. & l. absentia longa. ff. de cura. & l. si longius. in prin. ff. de iudic.

Sextò fallit in promissis animo nouandi: quia tunc videtur liberasse reum, & per consequens soluisse. l. si mandato meo. §. in dubio. ff. mandati. quod etiam voluit. gl. in d. l. si pro ea. sed ista non est propria fallentia sed bona declaratio.

Septimò fallit, si interuenit inimicitia inter fideiussorem, & debitorem, culpa tamen debitoris. ita dicit Ioan. And. in d. §. specialia. in addit. quæ incipit, hic not. quòd vim inesse. arg. l. licet. de arbitris. & Institu. de act. §. minimè. secus, si culpa ipsius fideiussoris: quia nemo potest suo delicto cōditionem suam reddere meliorem. leg. non fraudantur. §. nemo. ff. de regu. iur. cum simil. & capit. secund. extrà, de rescriptis. cum concord. & quia nemo facto concedentis beneficium fraudari debet. leg. in commodato. §. sicut. ff. commodati. & c. j. extrà de conces. præben. & ecclesi. non vacantis. argu. leg. si quis rem. ff. de arbitr. & c. quantò. extrà, de diuortiis. & facit similis tex. in leg. j. §. cum quis. ff. de quæstio. vbi nō potest quis iniuriari testi cōtra se inducto & incidere eius testimonium, de quo per Bald. in leg. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cau. & ad idem leg. cum tabulis. §. j. ff. de his quib. vt indi. quamuis in repellendo tutorem propter inimicitiam, non fiat distinctio cuius culpa interueniat. leg. athletæ. de excusationibus tutorum.

Octauò fallit, quia lex Lucius, & similes, habent locū, quando quis fideiussit: quia statim potest petere se liberari. per gloss. in leg. si videamus. ff. de negotiis gestis, quam notanter allegat Angelus in apostilla manu sua propria in dict. leg. Lucius. vbi subdit idē esse si promisit, non vt fideiussor, quia tantum videtur sibi abesse quantum soluere oportet. per text. & glos. in l. 2. ff. de nego. gest. & tex. in leg. si quis mandato meo. eod. tit. & ista est optima consideratio in ista materia.

Nonò fallit, nam interpretanda sunt dicta iura, videlicet, nisi ipse fideiussor sit obligatus per instrumentum, quod habet paratam executionem ex forma statuti: vt voluit Bartol. in l. fideiussor. ff. de fideiuss. & Bald. in l. certum. ff. fam. erciscun. vbi etiam idem dicit quando quis est obligatus per scripturam mercatorum, quæ ex forma statuti habet executionem paratam, idē voluit in d. l. si pro eo ea. sed in hoc Ange. in d. l. fideiussor. tenet contrarium quia talis obligatio fideiussoris causa guarentigiata, expectat declarationem iudicis pronuntiantis. extrà, eod. capitu. licet. nam lata sententia non restat vltra aliud quærendum quàm quòd fideiussor condemnatus antè quàm soluat possit agere, vt liberetur vel indemnis conseruetur. vt dicta leg. Lucius. & dicta leg. si pro ea. & leg. fideiussor. sed si non esset condemnatus, non posset antè, quàm soluat, agere, nisi diu stetisset in obligatione, dictis iuribus, quia videtur dedisse fideiuss. de soluendo. l. indebitum. ff. de condic. indebit. vnde antè, quàm soluat, non est functus officio suo, nec impleuit. ratio est vt Angel. voluit, & Paul. quia fideiussor, quando fideiussit, à principio sciuit posse incipi ab executione. Item fidem dedit de soluendo, & debitor deciperetur si statim à fideiussore nondum molestato à creditore posset conueniri: quod secus si diu stetisset in obligatione, & hoc intelligitur arbitrio iudicis, vt dicit glo. in dicta gl. in dict. leg. si pro ea. & ibi Bald. pro hoc etiam facit quia licet guarentigia habeatur in sententia statutorum, non est propriè sententia, quod patet vt dicit Paul. de Castr. in dicta leg. fideiussor. §. fina. ff de fideiuss. sed fortiùs patet, quia frustra quæreretur per Bart. in l. non fatetur. ff. de confess. testamen. & in l. error. Cod. de iur. & fact. ignor. & per Bald. in le. ab executione. Cod. quorum appellat. non recip. an sententia, quæ expectatur ferri, ante instrumenta guarentigiata sit exequenda, vt diffinitiua, an verò vt interlocutoria. Et pro Angel. & Paul. facit quod non possit petere se liberari. per leg. si edicto. Cod. de edict. diui Adrian. tollen. & in leg. Titio cū morietur. ff. de vsufr. & leg. idem quoties. de verb. oblig. quæ nota pro pulchra expeditione huius passus, &c. B. Soc. re. 191.

¶ Fideiussor, qui non potest cautionem inuenire, sufficit saltem iuratoriam præstare, secundum Ias. in l. j. in secunda conclusio. &c. ff. qui satisdare coga. & sic obligatus dare fideiussorem liberatur præstando tantum iuratoriam cautionem, si non inueniat fideiussorem.

Fallit quando non posset inuenire in loco iudicij fideiussorem tantum, quia tunc non sufficit cautio iuratoria, quia est remittendus ad locū domicilij. l. fideiussor. §. si necessaria. & l. de die. §. tutor. ff. qui satisd. cog. vbi d. Alex. & alij.

Fallit in causis criminalibus, in quibus, vt in casibus relaxetur carceratus, non sufficit cautio iuratoria. l. si quis reum. ff. de custo. reo.

Fallit in periuro, qui perdit beneficium iuratoriæ cautionis. Bald. in auth. ei, qui iurat. C. de bo. aucto. iud. possid.

Fallit in contumace in non parendo iure, & gl. & Bald. in auth. ei qui iurat, s. alleg.

Fallit in administrandis officiis, Bal. in l. j. C. de vsufr. leg. & in c. coram. de offic. & pot. iud. deleg. & in c. j. de procur. facit text. in l. 2. C. de tuto. & curato. qui non

non satisdet.

Fallit quando iudex dicit, quòd pars (si vult) hoc satisdet, puta ego peto decem à Titio, iudex interponit decretum decem deberi dari mihi, præstita cautione in causa retractationis, certè isto casu intelligitur de fideiussoria, non autem de iuratoria cautione, secundum Bal. in l.2.C.de vsufructu lega.

Fallit quando satisdatio est præstanda pro substantia actus, vt in vsufructuario, iuxta glo. in leg. iiij. & ibi Doct. Cod. de vsufru. tex. est nota. in l. filius. §. diuus. versi. idem princeps. ff. de leg. 1. Paul. de Castr. in l. si constante. §. quoties. & Roma. in le. ij. sol. mat.

Fallit in impeditione, vel reuocatione sequestri. Spec. in titu. de seque. possess. & fruct. §. 1. ver. Sed pone, &c. Abb. post Anton. & Imol. in cap. 2. de seque. poss. & fruct. Alex. in d. l. si fideiuss. eo. tit.

Fallit vbi est consultum alio medio, quàm per iuratoriam cautionem, secundum Bal. & Ang. & Imo. in d. §. diuus. per illum tex. no. Bald. in l. fi. in 2. & 3. no. C. de ord. cog. per illum tex.

Fallit in suspecto de fuga. Ang. & Imol. in l. non facile. ff. si cui. plusquam per l. Falci.

Fallit in procuratore rei alienæ vel simili: quia leges quæ loquuntur de iuratoria cautione loquuntur in causa propria, non in aliena. casus est in l. 1. C. de procura. Bald. in c. 1. de procu. & plenius, in d. c. coram, hæc ex Ia. & aliis in d. l. 1. S. Ian. re. 109.

¶ Fideivssor regulariter ante principalem conueniri non potest. Hanc regulam probat text. in Authen. præsente. Cod. de fideiuss. & in Authent. de fideiuss. in §. si quis igitur. & in. §. non solum. in Auth. hoc si debitor. C. de pign. De iure regio tex. in leg. 9. titul. 12. part. v. & l. ccxxix. styli. Circa quam regulam vltra Bart. & doct. in suprà dictis locis, vide Abba. & doct. in cap. peruenit. de fideiuss. Ias. in §. idem si quis. el 1. num. 67. Insti. de actio. Aufrer. ad Capel. Tolo. decisione cxcvj. Andr. Barb. in leg. stipulationum. la 2. in §. satis acceptio, versi. item gl. ff. de verbo. obliga. Claudium de Seysello in l. decem. nume. 4. ff. de verb. oblig. Petrum de Vnzola in pract. artis notariatus, in Rub. de beneficio competenti fideiussoribus. Oldendor. in tract. de iure singulari, in Rubri. de priuilegiis fideiussorum. Benedictũ de Plumbino, in tract. de discussionibus, nume. 4. Petrum Rauen. in Alphabeto, verbo, fideiussor. Curtium Seniorem in consi. 6. nume. 3. Gratum in consi. lxxxvij. nu. 23. vol. 1. & in consil. 63. nume. 43. volum. 2. Vitalem de Campanis in tracta. clausularum, in clausula fin. Hippo. in repet. rub. ff. de fideiuss. num. 7. cum aliis. & in sing. 2. & sing. ccxx. Paris. in cons. 47. nu. 5. lib. 1. & in cons. cx. eod. vol. Catellia. Cottam in verbo, fideiussor. Corn. in cons. cvj. nume. 7. volu. j. Felin. in cap. accepimus. num. 15. versi. adde quod notat Bart. de fide instrumen. And. Tiraquel. in tract. iuris constituti. in 1. part. num. 53 Bar. & ceteros doctor. in l. si ego. ff. si certum petat. Bald. & Io. de Plat. in l. j. C. de conueniendis fisci debitoribus. lib. x. Anto. Rube. in repeti. l. non solum. §. morte. nu. 507. cum aliis. ff. de noui ope. Boer. in decis. ccj. Guid. Pap. in decis. xciiij. & in decis. dlxx. P. Duen.

Hanc regulam cum duodecim limitationibus ponit Socin. in reg. cxxxiiij. vltra quem amplia, & limita sequentibus modis.

Amplia primò, in tantum procedere, vt in excussione, quæ fit contra principalem ad hoc vt deueniatur contra fideiussores, citari debent ipsi fideiussores, ita tenet Bar. in l. decem. ff. de verbo. oblig. nume. 4. quem sequuntur ibi Doctor. & in leg. nam ita Diuus. ff. de adoptio. & in leg. ne quicquam. in §. vbi decretum. ff. de officio proconsulis. Alexand. in leg. de vnoquoque, in fin. & ibi Hippol. de Marsi. num. 73. ff. de re iudic. & licet Bart. ibi teneat, quòd sufficiat generalis citatio, tamen in hoc contrarium tenent Bald. Ange. & Paulus Castren. per ea quæ habentur in leg. de vnoquoque. ff. de re iudic. & in leg. nam ita diuus. ff. de adoptio. quia vbi agitur de præiudicio certæ personæ, illa nominatim citanda est. Alexand. de Imol. in consilio lxxxvj. numer. 3. & in cons. clvj. numer. 4. volu. secund. & istam esse verissimam opinionem firmat Claudius de Seysello, in dict. leg. decem, nu. 16. de verb. oblig. Ias. in d. §. vbi decretum. nu. 36.

Amplia secundò, procedere in fideiussore indemnitatis: nam fideiussor indemnitatis etiam renuntiet beneficio de fideiussoribus, potest petere priùs excuti principalem. ita expressè tenet Bartol. in leg. j. num. 2. Cod. de conueniendis fisci debitoribus. libro 10. quem sequitur ibi Alexand. in Additionibus. idem Alexan. in consi. xxix. num. 34. volu. 2. Eandem opinionem tenet Ange. & idem Alex. & doct. præcipuè Curt. Iun. nume. 4. in l. si ego. ff. si certum petat. Ant. Rubeus in repe. l. non solùm. §. morte. nume. 508. ff. de noui operis nuntiatio. Chassanæ. in consuet. Burgund. in tit. des censes. rub. 11. §. 5. num. 26. Cornæus in consi. cix. num. 7. volu. j. Catellia. Cotta, in verbo, fideiussor. Hippol. in repetit. rubricæ, nu. 13. ff. de fideiussoribus.

Amplia tertiò, procedere in fideiussore de iudicato soluendo: Nam si conueniatur, & petatur executio contra eum sententiæ latæ contra debitorem principalem, poterit opponere beneficium excussionis dicendo, quòd primò debeat excuti debitor principalis, per tex. in l. fin. C. de vsuris rei iudi. quem sequitur Iacob. de S. Georg. in l. fideiussor. in §. si quis his. nu. 6. & in §. in fideiussorem. numer. 3. ff. qui satisda. cog. & in l. & post rem. in §. fideiussor. in 2. lect. nu. 4. ff. de transact.

Amplia quartò habere locum in fideiussore de iudicio sisti.

Amplia quintò, etiam si creditor habeat pignus: nam priùs debet vendi pignus quàm fideiussor conueniatur. licet gloss. contrarium teneat in Authent. de fideiussoribus. in §. si quis igitur, in verbo, summat. j. vbi dicit quòd creditor potest agere contra fideiussorem, non obstante quòd habeat pignus. Quam gloss. sequitur Dinus, quando incontinenti & de facili vendi non potest: aliàs dicit quòd priùs debet vendi. sequitur etiam Bald. in leg. inter eos. §. creditor, ff. de fideiusso. Anchar. in dict. capitu. peruenit. eod. titu. Cinus in dict. Authen. præsente. sed contra illam gloss. tenet expressè Cardin. in dict. capit. peruenit. de fideiusso. per text. in dict. Authen. præsente. & in corpore vnde sumitur, vbi non potest deueniri ad fideiussorem, quando debitor est præsens nisi priùs, discussis bonis debitoris. & si dicit quòd indistinctè debet vendi pignus, etsi non reperiatur emptor, debet pignus æstimari, & adiudicari creditori in solutum iuxta æstimationem faciendam arbitrio iudicis: per text. in l. fin. Cod. de iure dominij impetrando. Quam opinio. Cardin. dicit ibi Ioannes de Imol. veriorem esse. Eandem opinionem tenet Vitalis de Campanis in tract. clausulam, clausula finali, nume. 2. in fin. Barba. in dicto cap. peruenit. nume. 9.

Limita primò, hanc regulam non habere locum quandocunque principalis cessit bonis, ita tenet Rapha. Cuma. in l. decem. ff. de verb. oblig. hoc etiam tenet Cinus, licet ipsum non alleget, in Authen. hoc si debitor, C. de pignori. Aufrerius Capell. Tolo. decisione cxcvj. Hanc etiam opinionem tenet Claudius de Seysello in d. l. decem, nu. 10. ff. de verb. oblig.

Secundò limita, non procedere in debitore speciei: vt si aliquis deberet putà librum in specie, & illum alienaret in fraudem creditorum: an posset creditor agere reuocatoriam contra eum in quem alienauit, nulla penitus excussione facta: quia quod debetur est species, & in ipsa non est opus excussione. Hoc fuit dictum Bald. in rubr. nu. 2. C. de reuocan. his quę in fraudem credito. alienata sunt. quod dictũ sequitur Ias. vbi dicit alibi scriptum in iure non reperiri. in §. item si quis. el j. numero septuagesimosexto, Instit. de act.

Limita tertiò in campsoribus, & mercatoribus: nam in curia eorum debet procedi & iudicari de bona ęquitate non inspectis iuris apicibus. ita probat text. & ibi glos. & Angelus de Perusio in Authen. de fideiussoribus. in §. fi. & ita in propriis terminis tenet Bar. in l. frustra, C. de non nume. pec. vbi dicit rationem huius esse propter publicam fidem, quam homines habent in promissione campsorum. Quam opinionem tenet idem Bal. in l. fin. C. ad legem Falcid. Decius in l. fi. nu. 23. ff. si cert. pet. Additionator Abb. in cap. peruenit. in additione magna: versi. tu dicas. de fideiuss. Ias. in §. item si quis. el 1. num. 68. Insti. de act. Hipp. in rep. rub. ff. de fideiuss. num. 8. & nu. 358. Francis. Curtius Senior in consil. vj. num. 1. Aufrerius Capel. Tolos. cxcvj. facit quod dixi suprà in reg. clx. in ix. limitatione, & ita seruari tenet Boerius in decisione ccxxj. numer. 15. Guid. Papa in consil. ciij. numero 2.

Quartò limita non procedere de iure Canonico, quia de eo iure non est curandum de apicibus iuris ciuilis: vt est glos. in cap. cum dilecti. in verbo, subtiliter. ad fin. de iudi. Quam limitationem ponit Ias. vbi firmat nunquam in scriptis meminisse se legisse, in d. §. item si quis, el j. nu. 78. Instit. de actionib. vbi dicit, quòd si suprà dicta limitatio vera esset, est multũ notanda, & signanda: attamen ipse non audet eam affirmare. De qua limitatione Iasonis facit mentionem Gratus in consi. lxxxvij. nu. 25. vol. j. Sed contra hãc limitationem videtur tex. in c. peruenit. & ibi gl. j. de fideiussoribus.

Quintò limita, quandocunque fideiussor intercedit animo nouandi: nam tunc non habet beneficium excussionis, gl. est in auth. de fideiussoribus. in §. si quis igitur, in verbo, fideiussorem, colla. j. & ita expressè tenet Bald. in l. Antiquæ. in §. j. C. de Velleian. & in l. in personam. in §. j. ff. de pactis. Alexan. in consilio xxix. nu. 24. lib. 7. Aufrerius dicta decisione cxcvj. Curt. Senior in d. consilio vj. nu. 3. Barba. in l. v. in §. satis acceptio. versic. item fallit, ff. de verborum obliga. Philip. Decius in l. fin. num. 27. ff. si certum petatur. Paulus Paris. in consi. cx. numero 13. volu. j. & nu. 69. cum aliis.

Limita sextò, quando fideiussor renuntiauit suprà dicto beneficio: cùm quilibet possit suo fauori renuntiare: vt in l. penulti. C. de pactis. in l. pactum inter hæredem. ff. eod. tit. & hoc in terminis tenet glos. in verbo accedat. in dicta Authen. de fideiussoribus, in §. si quis igitur, & ita tenet Bald. in dicta Auth. præsente. num. 6. Specul. in titu. de renuntiatione, in §. j. versic. viso de beneficio. Eandem opinionem tenet Hippolyt. in dicta repet. Rubr. ff. de fideiusso. num. 1. Barbat. in cap. peruenit. numer. 5. & numero 6. versicu. tertiò nisi renuntiasset. de fideiussori. & ibi glo. j. Eandem opinionem tenet Cornęus in consi. cix. numero quinto, volu. j. & hanc opinionem tenet (vbi dicit ita communiter seruari) Amedeus de Castello in tractat. de syndicatu. numero 208. Curtius Senior consil. sexto, nume. primo, Gratus in consil. cxxxvj. volum. iiij. num. primo, Bertrandus in consi. ccxliiij. numer. secundo. libro secundo, primæ impressionis. Decius in l. fin. numero 20. ff. si certum petat. Est tamen notãdum quòd sunt aliqui casus in quibus non obstante prędicta renuntiatione habet locum suprà dicta regula, quos ponit Roderic. Xuarez in l. ij. De los emplazamientos. libr. ij. fori. in §. quæritur vlterius. nu. 7.

Limita septimò, nõ procedere in fideiussore fisci. ita tenet Bald. in l. 1. C. de conuenien. fisci debito. lib. x. nume. 17. quem sequitur Petrus de Rauenna in Alphabe. verbo, fideiuss. Alexand. in l. fina. versicu. accedit. & ibi Iaso. numero sexto, ff. si certum petat. idem Iason in l. decem. numer. 33. ff. de verb. obl. & ibi Clau. de Seysello, num. 12. & Zasius, num. 13. Catellia. Cot. verbo, fideiussor. el iij. in contrarium tamen est glo. in l. sententia. in verbo, intercessores, C. de fideiusso. quæ gloss. debet intelligi de principe iusto: secus tamen esset in principe iusto & tyranno: quia tunc procedit suprà dicta limitatio, secundum suprà dictos doct. & illam glo. sequitur Roman. in singu. dcxxxv. Franc. Cremensis in singul. xliiij.

Octauò limita, quando persona principalis potest se defendere aliqua exceptione notoria: vt quia principalis esset clericus, secundum Bar. in l. Marcellus. ff. de fideiussor. & in l. iij. in §. si is, pro quo, ff. quod quisque iuris. Aufrerius ad Capel. Tolos. decis. cxcvj. Abba. in d. c. peruenit. de fideiuss.

Limita nonò, quando causa esset determinanda secundum æquitatem, ita tenet Barba. vbi dicit se ita Bononiæ consuluisse, per dictum Bal. in l. si mancipiũ. ff. de euictio. in apostillis: vbi exceptio excussionis est de apicibus iuris: sed vbicunque causa deciditur secundum æquitatem, non attenduntur ea, quę sunt de apicibus iuris: vt in leg. fideiussor. in §. quædã. ff. mandati. & hoc est quod voluit gl. in c. dilecti. de iudi. Barb. in c. peruenit de fideiussoribus, num. 7. vers. iiij. fallit. Decius in l. fin. nu. 22. ff. si cert. pet. Aufrerius ad decisiones Capel. Tolos. cxcvj. quæ limitatio in effectu videtur esse quod suprà dixi in tertia limitatione.

Decimò limita, quandocunque debitor esset naturaliter obligatus, & sic nõ potest excuti de iure: vt quia fideiussit pro pupillo, furioso, vel prodigo, naturaliter obligatis: vt in d. l. Marcellus. & ibi Bart. ff. de fideius. ita tenet Guliel. de Cugno, & ibi Cinus, nu. 3. in d. Authent. præsente. Montal. in gl. l. ix. tit. xij. parte v. Bal. in l. 1. nu. 14. C. de conuenien. fisci debit. lib. x. Barba. in d. c. peruenit. nu. 7. de fideiuss. Aufrerius in dicta decisione cxcvj. Iaso. in l. fin. nu. 11. ff. si certũ petatur.

Vndecimò limita, quando bona principalis essent apud fideiussorem, vt in leg. si procuratorem, in §. sed ignorantes, ff. mandati. ita tenet Barba. per illũ text. in d. c. peruenit, numer. sexto, Stephanus Aufrerius, vbi ſ.

Duode-

Duodecimò limita, quando principalis postquàm constitutus est in mora, decessit, etiam non facta excussione de hæredibus debitoris, secundum Petrum de Bella Pertica, & gl. Bald. in l. si plures, num. 24. C. de conditio. insertis. secùs si principalis non fuit in mora: quia tūc hæredes prius debent interpellari, secundum Bal. ibi. Quem sequitur Aufrerius in d. decisione cxcvj. in fine.

Decimotertiò limita, quando pater interuenit pro filio: vt est tex. in l. tertia, in §. sed vtrum: vers. proinde. & ibi Bal. ff. de minoribus, & ita per illum tex. tenet Barb. in d. c. peruenit, numer. septimo, de fideiussor. idem Barb. in l. stipulationum, la 2. in §. satis accept. versi. item nisi pater fideiussisset, ff. de verb. obl. Aufrer. in d. decisi. cxcvj. Boerius in decisio. ccxxj. num. 6. & 14. & hanc esse communem opinionem firmat Pyrrhus Englebermæus, in leg. prima, C. de decurionibus, lib. x.

Decimoquartò limita, quando fideiussor negat fideiussisse, quia tunc beneficium excussionis perdit, tex. est notabilis in l. si dubitetur, in §. j. de fideiussor. & ibi Bald. & Ang. Salic. in d. Authent. præsente, Bald. in Auth. contra qui propriam, C. de non nume. pecun. Hanc opinionem tenet Barba. in d. c. peruenit, num. 7. idem in d. l. stipulationum, la secunda, in §. satis acceptio, versic. item est verum, ff. de ver. oblig. Steph. Aufre. in dict. decisio. cxcvj. Iaso. vbi allegat alia quā plura iura, in §. item si quis, el j. num. 79. Instit. de actio. Gratus in consil. lxiij. numero 44. & in consil. cxix. numero 21. vol. 2. Franc. Ozerius in §. si plures, nu. 12. Inst. de fidei. & vide latè suprà in reg. cccxxv. & cccxxix.

Decimoquintò limita, quando omnia bona debitoris sunt publicata: nam tunc fideiussor potest cōueniri, nō facta excussione, ita tenet Bar. in l. si ego, in prin. in finalibus verbis, ff. si cer. pet. quem sequitur ibi Iacobinus, num. 3. versic. tertiò fallit. sed contra hanc limitationem tenet expressè Raphael Cum. in d. l. fi. ff. si cert. pet. per tex. in l. si debitori deportato, ff. de fideiu. scilicet, quia prius debet cōueniri fiscus: quia semper præsumitur idoneus ad soluendum: vt in l. 1. in §. si ad fiscum, ff. vt lega. seu fideicommis. nomin. & in l. 3. §. idem sciendum, ff. si cui plus quàm per l. Falc. Quam opin. Raphaelis Fulgosij sequitur Roman. in d. l. fin. nume. quinto, ff. si cer. pet. vbi dicit se ita consuluisse contra Bart. & ita consuluit in cōsil. 93. numer. 4. Eandem opinionem contra Bar. tenet Andr. Barb. in c. peruenit, numero 7. de fideiussorib. quam opin. Bart. dicit communiter reprobari Frāc. Curt. Iunior in d. l. fin. numero octauo, vbi ipse vult defendere Bar. & contra Bar. tenet Claudius de Seysello, vbi dicit magis veram esse, in d. l. decem, nu. 7. ff. de verb. oblig. & Dec. in d. l. fi. nu. 15. ff. si cert. pet. & ibi Ias. nu. 11.

Decimosextò limita, vt non procedat, quando debitor constituisset se possidere bona sua nomine creditorum: iuxta tex. in l. quòd meo. in princi. ff. de acquir. possess. vel constituit se precario possidere nomine creditorum: iuxta text. in l. interdum, ff. eod. tit. nam tunc ipse debitor bona illa alteri vendiderit, & tradiderit, poterit creditor nulla bonorum discussione facta, tanquam sua possessione priuatus agere contra hunc tertium ad reuocandam illam suam possessionē, nulla facta excussione, per text. in l. fi. C. de acquir. poss. in versi. vel quispiam alius. & ibi gl. in verbo. cuiuscunque rei, & in verbo, generetur. hoc fuit verbum Iacobi Butrigarij in d. l. fi. & ibi Bal. in princ. qui dicit perpetuò menti tenendum. Angel. in lectura Paduana, qui dicit obseruari Bononiæ. idem Iacobus Butrig. in l. exitus. & ibi quoque Bal. Ang. Imol. Raphael Cuma. Roma. & Alex. ff. de acquir. possess. idem Iacob. Butrig. in dicta Authen. hoc si debitor, ad finem. & ibi quoque Florianus, Bartolus in l. nomen, C. quæ res pignor. oblig. possunt. Eandem opinionem tenet Iason in §. item si quis, el 1. nume. 77. Inst. de action. Hanc etiam limitationem posuit Socin. in d. regu. cxxxiiij. in 4. limitatione, & hanc limitationem, vbi allegat quàm plures doctores eam tenentes & eā declarat, posuit Tiraquellus de iure cōstituti, in prima parte: à num. 53. vsque ad nu. 67. Eandem limitationem posuit Decius in l. fin. nu. 28. ff. si cert. pet. Alex. in cons. lxxxvj. nu. 2. & in consil. 88. nu. 2. vol. 6.

Decimoseptimò limita, quandocunque notorium est principalem debitorem non esse soluendo: quia tūc potest conueniri fideiussor nulla excussione facta in debitorem principalem: ita Bar. in leg. fin. in fine. ff. si cert. pet. quod dictum sequitur Bal. in l. 1. circa medium, C. de reuo. his quæ in fraudem credi. alie. sunt. & hoc ante Bar. tenuit glos. in l. decem, in glos. fin. ff. de verb. oblig. & in l. fi. in verbo. sed si cum Seio. ff. si cert. pet. glo. & ibi Angel. de Perusio expressè in l. nisi hoc actum, ff. de pactis. Hanc opinionem tenet Alexand. in dict. l. si ego, ff. si cert. pet. & ibi Iaso. numero 11. Claud. de Seysello, nu. 4. Curtius Senior in cons. sexto, num. 3. Petrus de Rauenna in Alphabeto suo, in verbo, fideiussor. Fel. in c. cum olim, numero 11. versi. sicut etiam dicunt, de re iudic. Andr. Barb. in c. peruenit. nu. 5. de fideius. & in l. v. in §. satis acceptio. versi. & de ista excussione, ff. de verb. obli. Hormanotus Detus in repet. l. hoc edicto, in §. nūtiatio, nume. 130. ff. de noui operis nuntiat. Iaso. in d. §. item si quis, el 1. num. 68. Inst. de actio. Corneus in cōs. 46. num. 13. lib. ij. & in consi. 151. nu. 5. vol. 4. vbi dicit ita communiter teneri, dicit Hippol. in repe. rub. ff. de fideius. numero decimo. Capitius in decisio 54. Gratus in consi. lxxxvij. numero vigesimotertio, vol. 1. & in consi. 63. nu. 43. vol. 2. Socinus in d. regul. 134. in 5. limitatione.

Quod tamen intelligo verum, quandocunque super illo facto notorio fertur sententia: ita tenet Ioan. de Imol. in d. l. decem. vbi dicit, quòd si fideiussor conuentus in iudicio dicat principalem non esse excussum, & replicetur quòd principalis est notoriè impotens: tamen fideiussor grauari non potest nisi super hoc feratur sententia: quod dictum sequitur Feli. in capit. euidentia. de accusat. ita etiam sentit Abba. in capitul. porrò, in 1. notabili, de diuortiis. Claudi. de Seysello in dict. leg. decem, nume. quinto, ff. de verb. oblig. Pro qua opinione est text. notabilis in capit. cùm dilectis, in versic. his igitur. in fin. ibi, cùm nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sententia promulganda, de purgat. cano. & ibi expressè gloss.

Quod tamen intelligendum est, quòd requiratur sententia, non tamen requiritur quòd tunc in scriptis feratur, gloss. est notabilis in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. in §. necessitatem. in verbo, ex nō scripto, & ita per illam glo. tenet Bald. in leg. presbyteri, la 1. C. de episco. & cleri. Archidia. in capitu. quæ Lotharius, numer. 2. 2. quæstio. 1. Dominicus in

c.fin.de re iudic.lib.vj.& ibi Philip.Fran.nu.6.Fel. in d.c.euidentia,in fine,de accusatio.

Decimooctauò limita, quandocunque esset consuetudo in aliquo loco, huic nostræ regulæ contraria,ita probat tex.in l.3.titu.18.libro tertio,fori,per quam l.corrigitur hæc nostra regula: secundum Pala.Ruuios in repet.capit.per vestras,§.18.numero 10.& secundum Rode.Xuarez in l.ij.titu. De los emplazamientos,lib.ij.fori:in §.quæritur vlterius,nu.12.sed suprà d.l.fori debet intelligi:vt suprà dixi, quandocunque de consuetudine seruatur: & sic vbicunque esset vsitata: iuxta text.in l.j.in ll. Tauri.facit quod notat ipsemet Rode. Xuarez in proœmio fori. & sic videtur debere intelligi suprà d.l.fori:& Pala.Ruui. & Rode.Xuarez, vbi s.

Vel alio & secundo modo intelligo suprà dictam l.fori,quandocunque fideiussor, & principalis simul essent obligati:quòd Hispanè dicitur,de mam comũ, & sic fideiussor esset obligatus tanquam principalis, pro quo est text.in l.v.in fin.titul.secund.parte iij.& quod notat Hippol.in repet.rub.ff.de fideiu.nume, 72.cum aliis.

Decimononò limita,nõ habere locum in duobus reis: nam licet insolidum conueniri non possit vnus eorum, nisi hoc sit renuntiatum, in parte tamen possunt:vt in Authent.hoc ita,C.de duobus reis.ita tenet gloss.j.in d.Authent.præsente.De iure regio probatur in l.iiij.tit.xviij.lib.3.fori:& in l.x.titu.xij.par. v,& in l.ij.tit.xiij.lib.tertio,ordi.Circa quam limitationem est notãdum,quòd si plures rei debẽdi constituerunt,& vnus ex his habuit totam vtilitatẽ con tractus,scilicet quòd ad eum peruenit tota pecunia, alij habentur loco fideiussorum, & gaudent beneficio fideiussorum:& possunt excipère, quòd ille, qui vtilitatem totam habuit,priùs cõueniatur:& sic non habet locum suprà dicta limitatio. ita tenet Guliel. de Cugno,in l.sed Iulianus,in §.idem ait si duos,per illum text.cum gl.ff.ad Maced.glos.in Authen.de fideiussoribus,in §.j.collatio. j. Eandem opinionem tenet Bar.in l.in duobus,in §.vbi duo rei, num.15.ff. de duobus reis.Cremensis in singul.xxxviiij.Eandẽ opinionem tenet Alexand.in additio.ad Bartolum, in l.Marcellus,in additione,ad nu.7.ff.de fidei.Florianus in l.nullus,per gl.ibi.ff.de testibus. Rom. in consi.cxiiij.nu.1.Ioan.de Anania in cons.xxxiij.numero 7.vbi hoc declarat Paulus Castrensis,in l.vnde quæritur,ff.de peculio.Hippolyt.in sing.ij. & in repet.Rubr.ff.de fideius.nu.65. & 371. Ias.in l.huiusmodi,ff.de leg.j.nu.2.Pala. Ruui.vbi dicit se ita multoties practicasse.in repet. c.per vestras.in v.notabili: nume.10.ad fin.ver.hinc est etiam. Quod est verum, secundum suprà dictos doc.dum tamen periculo & sumptibus istius conueniatur:quod non solũ in duobus reis, vtrùm etiam in fideiussore & principali locum habet.Nam in casibus, in quibus fideiussor potest conueniri ante principalem,potest ipse fideiussor petere, vt suis sumptibus principalis priùs conueniatur,ita tenet Bartolus in lege,cum in plures,§. vestimenta,ff.loca.& ibi Baldus,idem Bar.in l.vnde quæritur,num.12.ff.commodati. Ioannes de Platea in §.legatariis.Instit.de testa.Additio.Abb.in c.peruenit,de fideiu.ita tenet Pala.Ruu.vbi suprà,& Hippolyt.etiam vbi s.

Vigesimò limita,quando fideiussor fideiussit cum iuramento.: nam tunc non procedit suprà dicta regula: ita tenet Bald.in c.ex rescripto,numer.2.versi.item quia iurauerunt.de iureiur. quem sequitur Barthol. Soci.in d.reg.cxxxiiij.in j.limitatione.Hanc opinionem tenet Anchar.in d.c.ex rescripto.licet de Bald. nullam mentionem faciat,& ibi Abb.per illum tex. Alex.in addit.ad Bart.in l.Marcellus, in additione ad num.7.ff.de fideius.idem Alex. in cons.xxix. nu. 38.lib.vij.Additio.ad Abb.in c.peruenit,de fideius. in additione magna,& ibi etiam nu.6.Eandem opinionem vbi dicit se ita consuluisse,tenet Corset. in tract.de iureiur.in viij.quæst.num.36.Bauer.in trac. de virtute iuramẽti,in prin.nu.23. Rom.in l.j.in §.si quis ita, num.24.ff.de verb.oblig.Gozadinus in consil.xxxij.num.14.Gratus in consil.xxviij.nu.16. vol. j.Catellianus Cotta verbo, fideiussor indemnitatis. Hippolyt.in d.rep.Rubr.ff.de fideiusso.nume. 9.Io. Baptista de sancto Blasio in tract.de arbitris. quæst. lxxix.versi.quinta conclusio. Hanc etiam,tenet Pale. Ruu.in repet.c. per vestras,in §. xij.num.27.cum aliis,fundans se per text.in d.c.ex rescripto. vbi mulier fideiussit, & non expressè renuntiauit beneficio Velleiani: sed quia iurauit, visa fuit illi beneficio renuntiasse:ita eodẽ modo fideiusso, virtute iuramenti videtur renuntiasse beneficio excussionis non factæ:secundum Bal.ibi & alios doct.s. alleg.& hanc opinionem, vbi dicit ita communiter omnes docto.tenere,tenet Ioan. Hannibal in repet.l.si insulam.nu.162.ff.de verb.oblig.Hanc eandem opinionem tenet Cynus in l.si ex cautione,nu.6.C.de non num.pecun. & ita fuit decisum in Curia Tolosana, decis.cxxx.

Contrariam tamen opinionem, quòd imò fideiussor non obstante iuramento habeat beneficium excussionis,tenet Bal.sibimet contrarius,in c.cùm cõtingat,nu.20.versicul.ex hoc sequitur,quòd fideiussor. Quam opinionem Bald. sequitur Barba. licet de eo mentionem non faciat,in consil.xliij. nu.10.volu.ij. Alexand.sibimet contrarius,& ibi Ias.nu.2.Dec.nume.10. & 18.& Iacob.de sancto Geor.nu.3.in l.fi.ff. si cert.pet.Gramma.in consi.clxx. nu.4. in consiliis ciuilibus.Guliel.Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo,testamentum.el iij. nu.29.vers.quartò inducitur. Alciat.in c.cùm contingat.num.174.de iureiur.Fel. in c.ex rescripto.numero 19.eodem tit. Hanc opin. tenet etiam Didac.in repet.c.quamuis pactum. in j. part.§.quæro,num.4.& secundum hanc opinio. fuit decisum in decisione Tolos.cxxxix. Eandem opi. tenet Anto. Francis.ad Abb. in d.c. peruenit.in nu.6. de fideiusso.Fundant se suprà dicti doct.in hoc:quia iuramentum licet validet & corroboret cõtractum & actum super quo interponitur, non tamen tollit iuranti priuilegium, vt non conueniatur non excusso principali,de quo in Auth.præsente,quia cùm lex concedat fideiussori hoc beneficium,de quo in Authen.præsente,C.de fideiusso.iuramentum debet intelligi secundum naturam huius obligationis:argumento text.in l.fi.C.de non num. pecu. & in cap.ex parte tua.de clericis non residen. & per alia fundamenta quæ ipsi doct.vbi suprà tradunt.Eandem opinionem tenet Moder.Paris.in additionibus Alexan. in consil.vigesimononò.in additione ad numer.7.libro 7.

Sed nihilominùs prima opinio videtur mihi magis vera,per suprà dict.tex.in dict.cap.ex rescripto.& per gloss.ibi,in verbo, & vxorem.& hanc opinionem tenet Aufrerius ad Capell.Tolosa.decisio. cxxxix.vbi dicit quòd semper vidit seruari hanc opinionem, & quòd

& quòd litera illius decisionis cxxxix. quæ contrarium tenuit, sit corrupta. Hanc etiam opinionem tenet Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in præfatione, numero 137. & numero 152. licet pro contraria citetur à Dida. vbi suprà. Pro qua opinione facit etiam: nam iuramentum quandocunque in aliquo actu interponitur, habet vim expressi, ita tenet Bal. in l. 1. in 2. q. & ibi Salic. C. commodi. per text. in l. cum pater. in §. filius matrem, ff. de leg. 2. Tiraquel. in legib. connubialibus: in gl. v. nu. 148. & sic quamuis requiratur expressa Renuntiatio Velleiani per mulierē, quando illi renuntiat, l. fin. in §. penu. ff. ad Velleia. tamen mulier, quæ fideiussit, obligatur propter iuramentum licet expressè non renuntiauerit beneficio Velleiani: vt in d. c. ex rescripto, & ibi gloss. ita eodem modo videtur in casu nostro fideiussor per iuramentum renuntiasse beneficio excussionis: & sic quòd possit conueniri non excusso principali, sicut si expressè renuntiasset: vt suprà dixi in sexta limitatione.

Est tamen notandum, quòd suprà dictum iuramentum hodie non potest per tabelliones in cōtractibus apponi: aliàs contractus non valet & tabellio punitur: vt in leg. sexta, titu. j. libr. iij. ordina. Quæ lex procedit, quando contractus aliàs de per se sine iuramento esset validus: secus autem si de per se contractus esset inualidus sine iuramento, nam tunc bene potest apponi: vt in contractu facto per mulierem, vel per minorem: vt in Auth. sacramenta puberum, C. si aduersus vendi. & regia leg. xvj. titu. vndecimo, part. tertia, & ita suprà dictam legem intelligit doctor de Segura, in repet. l. j. in §. si vir vxori, num. 138. cum aliis, ff. de acqu. poss. Pala. Ruuios in repetitione c. per vestras, §. 12. qui est §. fi. nu. 30. de donat. inter virū & vxorem.

Vigesimoprimò fallit in causa appellationis: nam exceptio excussionis non potest opponi. ita Alex. in consi. lxxxiij. incipienti, in caussa. in prin. lib. 6. quem sequitur Dec. qui hoc expressè tenet, in dicta l. si ego, nu. 29. ff. si cer. pet.

Vigesimosecundò limita, quando creditor aliàs esset debitor fideiussoris, & vellet vti cōpensatione: quia hoc casu fideiussor non potest dicere, excutias primò debitorem principalem: sed potest cogi per creditorem ad faciendum secum compensationē absque alia excussione facta cōtra principalem. ita Bal. in l. exceptione, in versi. dicendum est, C. de exactio. quem sequitur Barba. in c. peruenit. de fideiuss. Hippol. in repet. rub. ff. de fideiu. nu. 11.

Vigesimotertiò limita non habere locum quandocunque fideiussor succedit debitori tanquā hæres: quia tūc extincta est obligatio fideiussoria, & tenetur ipse fideiussor vt principalis, & non habet locum beneficium excussionis, ita probat text. in leg. fideiussores, & ibi Ang. & docto. C. de fideiusso. & ita tenet Hippol. in d. Rubr. de fideiusso. nu. 20. P. Duen. re. 335.

¶ Fideiussor si succedit debitori, non cōfunditur fideiussoria actio, no. in l. debitori, C. de pact.

Fallit in 2. casib. quos no. Franc. Curt. in d. l. debitori.

Fideiussor de iudicio sisti tenetur successiuè vsque ad sententiam, l. Græcè, §. & post litem, ff. de fideiu.

Fallit in 2. casib. quos no. Ias. in l. fideiussor. §. in fideiussorem, nu. 7. ff. qui satisd. cog.

Fideiussor de iudicio sisti lata sententia liberatur, d. §. & post litem.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 2. à Ias. in d. l. fideiussor, §. in fideiussorem, nu. 9. Fallit in 6. casib. vt per Soci. in d. §. in fideiussorem.

Fideiussor de iudicio sisti tenetur certam quantitatem promittere loco interesse. Fallit in 3. casib. quos notat. Ias. in dict. §. in fideiussorem, numero decimo, & sequen.

Fideiussor de iudicio sisti, mortuo eo, pro quo promisit, liberatur: hanc regulam ponit Iaso. cum suis limitationibus, in l. si decesserit, ff. qui satisd. cog. nume. 1. & seq.

Fideiussio tantum per stipulationē fieri potest. l. stipulationum, §. satis acceptio, ff. de verb. oblig. l. blanditus. C. de fideiu.

Fallit in 4. casib. vt per Ias. in dict. §. satis acceptio. numero 2.

Fallit in 8. casib. secundum Crot. in l. sciendum, nu. 7. ff. de verb. oblig.

Si reperiatur in scriptura aliquem fideiussisse præsumitur præcedente stipulatione, l. blanditus, Cod. de fideius.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 2. à Ias. in l. sciendum, ff. de verb. obli. Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 3. à Maria. Soc. Iun. in d. l. sciendum, num. 7. & seq. fallit in 2. casib. per Alexan. in d. leg. sciendum, num. 1.

Fideiusio in dote non intercedit, l. 1. & 2. C. ne fideiu. dot. dentur.

Fallit in 3. casib. quos not. Bal. Nouel. in tract. de dote, vers. 21. priuileg. fallit in 10. casib. quos no. Io. Lup. in repet. c. per vestras. de prob. fallit in 5. casib. quos not. Alexan. in l. si constante, §. quoties, ff. solu. matr. nu. 5.

Fideiussor nō possidens immobilia potest recusari, tāquam non idoneus, l. 2. & l. sciendum, ff. qui satis. cogantur, l. si quis stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. hāc dicit esse communem opinionem Iaso. in d. l. sciendum, in princ. nu. 30.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 3. ab Hippol. de Mars. in repet. rub. de fideiuss. nu. 227. sed si possidet immobilia, non potest recusari. Fallit in 10. casib. vt per eundem in dict. Rubri. nu. 245. Fallit in 2. casib. vt per Socin. in l. fideiussor, nu. 3. ff. qui satisd. cogan. & nu. 5.

Fideiussor negans se fideiussisse, & cōuincitur de mendacio, sibi præiudicat, leg. sed hoc ita, §. primo, ff. de re iud.

Fallit in 4. casib. vt per Marsil. in repe. Rub. de fideiuss. nu. 322. & seq. & 336.

Fideiussori minoris non prodest restitutio minori cōcessa, l. 1. & 2. C. de fideiu. mino.

Fallit in 6. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 330.

Fideiussor de iudicio sisti, habet beneficium excussionis, Auth. præsente, C. de fideiu.

Fallit in 3. casib. quos not. Pet. Duen. reg. 331.

Fideiussor habet beneficium Diui Adr. §. si plures, Instit. de fideiu. l. inter fideiussores, & l. si plures, ff. de fideius.

Fallit in 5. casib. quos not. glo. in d. §. si plures, & ibi Bello. latissimè tenet, videas Pet. Duen. re. 334.

Fideiussor ante principalem conueniri non debet, Authe. præsente. C. de fideius.

Fallit in 13. casib. quos not. Petr. Duen. reg. 335. Ampliatur in 25. casibus, & limitatur in 45. à Port. libr. 1. suarum cōcl. reg. 41. Fallit in multis casib. quos not. Dec. in leg. fin. ff. si cert. petat. Fallit in 14. casib. secundum

dum Marsil. in Rub. de fideiu. nu. 8.

Fideiussor non potest agere contra principalem debitorem, vt eum liberet antequam soluat, l. si pro ea, C. mand. leg. Lucius Titius, ff. eod. capit. fin. de fideiussoribus.

Fallit in 4. casib. secundum Socin. re. 148. fallit in 8. casib. quos ponit Matth. de Affl. in const. Neapo. lib. 3. rub. 12. nu. 11. fallit in 13. casib. secundũ Hipp. in rub. de fideiuss. nu. 216.

Fallit in 3. casib. secũdum Cora. in rep. l. frater à fratre, §. quæsitũ, nu. 38. de cõd. indeb. fallit in multis casib. quos not. Alex. in l. facere posse, ff. solut. matr. fallit in 4. casib. vt per Soci. reg. 216.

Fideiussor soluens pro reo, habet contra eum mandati actionem, §. si quid autem, inst. de fideius. l. si fideiussor. C. mand.

Ampliatur in 6. casib. & limitatur in 9. à Petr. Duen. re. 337.

Fideiussor nõ tenetur ex dolo principalis, & ideò contra eum non iuratur in litem.

Fallit in 2. casib. quos no. Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi, nu. 769.

Fideiussio stare non potest sine præcedenti obligatione ciuili, vel naturali.

Fallit in 2. casib. quos not. Soc. in leg. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. nu. 24.

Fideiussio ita demum valet si in instrumẽto fideiussionis fiat mentio obligationis principalis contractæ. no. gl. in l. sciendum, ff. de verb. obli. l. stipulatus sum à reo, §. adhiberi, ff. de fideius.

Fallit in 2. casib. quos not. Bart. Rom. in repe. d. l. sciendum. nu. 66.

Fideiussores non sunt liberati, si debitori tempus soluẽdi fuerit à creditore prorogatum. gl. fi. in l. si cum Hermes, & ibi Bald. & Salicet. C. locat. & est magis communis opinio.

Fallit in quatuor casib. quos not. Port. lib. 3. suarum cõclus. reg. 14.

Fideiussor in duriorem causam, quã principalis se obligare non potest, l. Græcè. §. illud, ff. de fideiuss.

Fallit in 2. casib. quos nota. Socin. in tractat. fallen. reg. 146.

Fideiussor, qui in fideiussione diu stetit, se de ea liberare petere potest, l. Lucius, ff. mand. l. si pro ea, §. fina. C. eo.

Fallit in 9. casib. quos not. Soc. reg. 147.

Fideiussor non tenetur ad augmentum, quod aliquo modo circa obligationem principalem contingit: hanc esse communem opinionem attestatur Marsil. in Rubric. ff. de fideiussor. vbi limitat in quatuor casib. num. 96.

Fideiussoribus est relaxandus carceratus. Fallit in 5. casib. secundum Marsil. in praxi crimi. §. attingam. nu. 1. & 2. Don. Fina, lib. 1.

¶ Fideiussor soluens pro reo, habet contra eum mandati actionem. Hanc regulam probat tex. in §. si quid autem. Insti. de fideiussor. & in l. si fideiussor. C. mandati, & in l. ex mandato. §. j. in l. inter causas. §. is, qui manda. & in c. 2. & 3. de fideiuss. de iure regio probatur in leg. 8. tit. decimooctauo, lib. tertio, fori: & in l. vndecima, & 12. parte 5. circa quam regulã vide vltra doct. in suprà dictis locis doct. in l. semper, ff. de reg. iur. Ludouicum Bologninum in repet rub. nu. 21. ff. si cert. peta. & Antonium de Petrucia in repet. l. 1. nu. 187. ff. de iureiur.

Ratio istius regulæ est: quia fideiussor videtur habere mandatum à reo de soluendo, vt in l. indebitam. ff. de condict. indeb. cum enim reus mãdauerit sibi vel passus est vt fideiubeat, videntur & alia mãdata quæ sequuntur, vt in l. qui procuratorem, ff. de procurat. & gl. in d. l. indebitam.

Amplia primò hanc regulam siue fideiussor spõte soluerit, siue coactus per iudicem, vt in l. idem quoque, §. fideiussores, ff. mandati. etiam si talis solutio coacta esset indebitè facta, ita tenet Bald. in l. venditor. §. solet. per illum text. ff. de hæredi. vel actione vẽdita. vbi dicit, quòd fideiussor iniustè condemnatus qui fecit quicquid potuit, ne condemnaretur, habet actionem contra principalem debitorem, pro quo fideiussit. Nam satis est ei, quòd fuit condemnatus sine dolo suo: & totum istud negotiũ principaliter pertinet ad debitorem, idem firmat Abb. in consl. lx. incipienti, quoniam satis abundè. volum. j. vbi dicit quòd hoc probatur in l. exceptiones, ff. de exceptio. & hanc opinionem tenet ibi Bartol. adducit etiam tex. iuncta glos. in verbo, iudicium. in l. nam & Seruius, ff. de nego. gestis. facit quod not. Hipp. qui hoc tenet, in repet. rub. de fideiu. nu. 186.

Amplia secundò, vt non solùm talis fideiussor habeat actionem contra principalem ad recuperandum debitum principale, verùm etiam ad recuperandum damna, & interesse, ita tenet Abba. in dict. consil. lx. vbi dicit quòd fideiussor potest agere contra mandatorem seu fideiussorem: nedum pro sorte principali, quam pro eo soluit, sed etiam ad damna, & interesse. Pro qua opinione est text. in capit. peruenit. in versicul. alioquin. de fideiussori. & facit quod habetur. in leg. inter causas. in §. impẽdia. & in leg. quę mutuum. in fine, ff. manda. & ita tenet Bald. in l. constitutionibus, C. de vsuris. Hippolyt. vbi hoc declarat, in repet. rubri. ff. de fideiusso. num. 193. de iure regio est text. pro ista opinione in l. vndecima, titu. 18. lib. 3. fori.

Amplia tertiò in tantùm procedere supra dictam regulam, ꝙ si principalis negauerit fideiussorem fideiussisse pro eo de mandato suo, & fideiussor contrarium probauerit, poterit recuperare à principali debitum duplicatum, ita probat tex. in d. l. xj. tit. xviij. lib. iij. fori.

Amplia quartò, adeò procedere quòd sufficit confessio creditoris dicentis sibi satisfactum esse à fideiussore ad hoc, vt ipse fideiussor possit agere contra principalem, ita tenet Bartol. in consil. clx. incipienti, Titius promisit Sempronio eum indemnem conseruare. & ibi Additionator eius. Eandem opinionem tenet Salic. & ibi Paul. de Castro & Ludo. Rum. num. 1. Alex. & Ias. nu. 9. in l. duobus reis. in §. 1. ff. de duobus reis, & ibi Paul. de Cast. dicit, quòd ita consuluit in ciuitate Florentiæ: motus ex fundamentis Bar. in d. suo consilio: & etiam ex eo quod voluit Bart. in l. assiduis, C. qui potiores in pigno. habean. vbi dicit, quòd mulier, quæ solum habet instrumentum confessionis dotis, potest agere contra tertios possessores bonorum, sicut si instrumentum contineret veram numerationem: quamuis glos. ibi teneat contrarium. Et pro hac parte cõsuluit Fran. Tigrinus, vt referunt Alex. & Ias. in d. l. duobus, & refert etiam Alexand. ibi, se pro hac parte bis consuluisse. & ita consuluit in consi. xc. numero tertio, volum. tertio, & in consi. cxxiij. vol. vj. Cæpola in consilio xij. tenet hãc opinionem, in consiliis ciuilibus Decius in l. 2. in §. fi. ff. si cert. peta. & in consi. cccxciij. num. 6. Afflict. decisione xcj. num. 3. & in decisione xciiij. nu. 3. dicit quòd ita communiter tenetur. & in decisi. cl. nu. 35. &

hanc opinionem veriorem, & communiorem esse firmat Hippoly. in repet. Rubr. ff. de fideiuss. n.265. Eandem opinionem tenet Feli. in c. si cautio. nu.89. de fide instr. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu: in tit. de retractu Lignagier: gl. xvj. num. 84. & in ti. de retractu conuentionali, glo.7. nu.17. Alciat. in l. solutionis verb. in fine, ff. de verb. signif. & in l.1. in fi. C. de transact. & hæc est vera, & communis opinio, vt suprà dixi, licet aliter teneat gl. quā ibi sequitur Bar. sibimet contrarius, in d.l. duobus reis. in §. in fideiussore, in verb. solutionis, ff. de iureiur. idem Bar. per illam glo. in l. & per iusiurandum. in §. antep. ff. de accep. & in l. cùm filius. in fin. prin. ff. de verb. oblig. & in l. reos. in v. quæstio. ff. de duobus reis. Rom. in l. prædia ff. de acqu. pos. Raphael Fulgo. in d.l. duobus reis. addi. ad Alex. in d. consil. xc. nu.3. vbi refert Alexan. in aliquibus consiliis tenere hanc secundam opinionem.

Amplia quintò, quòd si prædictus fideiussor est de iudicato soluendo postquàm executio facta est contra eum, & soluit pro principali, ipse etiam viā exequutiuam habet contra principalem: & potest contra eum agere via exequutiua, & impetrare executionē sine processu ordinario, casus est valde singul. in l. fi. in fine, C. de vsuris rei iudi. ibi, quia per medium fideiussorem statim pecunias persoluere compellebatur. & ibi, & ipse reum coercebat ad inuitam solutionem. ita tenent Bar. Bal. & Ang. ibi Bart. & Ang. in l. 1. in fine, ff. iudi. solui. Hippol. in repet. rubric. ff. de fideiuss. num.362. Roderi. Xuarez, vbi hoc, in l.2. titu. de los emplazamientos: libr.2. fori, §. sed pone quæstionem. nu.22.

Amplia sextò vt fideiussor possit soluere de bonis, & substantia ipsius rei, pro quo fideiussit, ita probat text. nota. in l. si procuratorem, in §. si ignorantes, ff. mand. ibi, ex substantia debitoris soluere, & ibi Bar. illum tex. ad hoc notat: & in authen. qua in prouincia. in fine, C. vbi de crimine agi opor. facit etiā tex. in authenti. si captiui. C. de episcop. & cleric. vbi eleganter dicit tex. quòd ille, qui alium redimit, si habeat de suo, ponat de suo: aliàs potest vendere bona redimēdi causa istius captiui: per quem tex. ibi Bal. num.6. dicit & limitat suprà dictam ampliationem esse veram, quando fideiussor non habet vnde soluat: & timet ne ponatur in carcere. Nam tunc potest vendere bona principalis & satisfacere, vt in d. §. si ignorantes. Sed si fideiussor esset soluendo, non potest vendere bona principalis, quod dicit esse notandum ad limitationem text. in d. §. si ignorātes. & ita hanc ampliationem intelligit Roder. Xuarez. in d.l. 2. tit. de los emplazamientos: lib.2. fori. in §. sed pone quæstionem, nu.25. Hippoly. in d. repet. rub. ff. de fideiuss. nu.264.

Limita primò hanc regulam, quandocūque fideiussor pro inuito fideiusserit, vt in l. si remunerandi. in §. si passus, & in l. pro te. ff. manda. de iure regio probatur in l.12. tit.12. partita 5.

Limita secundò, quando quis fideiussit animo donandi, vt in d. §. si passus, ff. manda. Et probatur de iure regio in d.l. xij. tit.12. part. 5. & tunc licet exceptiones & nonnulla commoda competant fideiussori ex persona rei, vt in l. ex persona, ff. de fideiusso. & in l. tā mandatori. C. eod. tit. hoc tamen casu non prodesūt, nisi specialiter aliud esset actum, vt probat tex. qui etiam probat hanc limitationem, & ibi gloss. in l. quod dictum, ff. de pactis, & ita per suprà dict. tex. hanc limitationem posuit Lud. Bol. in rep. rubr. ff. si cert. pet. num.21.

Limita tertiò, quandocunque fideiussor fideiussit in rē suam, vt probat text. in d.l. si remunerādi, in §. si passus. ibi, ad suum negotium gerens. Exemplum: quando quis fideiuberet pro suo procuratore in iudicio, qui posteà fuit cōdemnatus, & pro eò soluit, vt per gl. ibi. Et ratio quare tunc non repetat est, quia sua non interest: nam ipse principalis tenebatur procuratori, si ipse procurator soluisset de suo: ideo non potest habere regressum contra procuratorem, arg. eius quod dicitur in l. vendicantem, C. de euic. de iure regio probatur in l.12. tit.12. parte 5.

Quartò limita, si hoc actum sit vt non agat: puta quia periculo suo fideiussit, vt in leg. si remunerandi, in §. Maurus. versi. Marcellus. ff. manda.

Quintò limita, si quis fideiusserit ad instantiā eius, qui promiserat aliquid contra bonos mores: putà facere furtum, aut aliud damnum dare. Nam tunc licet fideiussio non teneat, l. si à reo. in §. fi. ff. de fideiusso. tamen si soluat non potest repetere, vt in §. illud. In sti. manda. & in l. si remunerandi, in §. rei turpis, ff. e. tit. de iure regio textus, in lege vigesimaquinta, tit. xij. par. v.

Sextò limita, si fideiussor non opposuit exceptionem, quam potuisset opponere: vt in l. si fideiussor, ff. māda. solet tamen fieri distinctio an exceptio sit peremptoria, an dilatoria: vt in d.l. si fideiussor, & §. quedā, & latiùs distinguunt doct. in d.l. si fideiussor. Sal. in l. pro ea. C. manda. Ange. Aret. in §. si quid autem. Inst. de fideius. de iure regio est text. qui probat hanc limitationem, in l. xv. tit.12. parte 5.

Limita septimò si fideiussor non ostendat reum esse liberatum ex sua solutione, vel caueat de eo defendendo si conueniatur, ita probat text. in l. si ex duobus, in §. quoties, ff. de iudic. solut. vbi Barto. dicit illum text. esse notandum. ad hoc Iaso. in additionibus ad Christophorum, in §. si quid autem. Institutio. de fideiussor.

Octauò limita, quandocunque fideiuss. soluit ante diē: nam tunc fideiussor nō potest agere contra principalem nisi adueniēte die. ita probat tex. & ibi Bar. per eum in l. si mandauero tibi, in prin. ff. man. & ita per illum tenet gl. in l. si pro ea. in fi. C. e. tit. de iure regio probatur in l.16. in fi. tit.12. par.5.

Nonò limita, vbicūque fideiussor fideiussit pro aliquo de mandato testatoris: & sic grauat hęredem vt pro aliquo fideiubeat: nā tunc intelligitur voluisse, quòd si hæres soluat tanquam fideiussor, nō possit repetere ab eo pro quo fideiussit, & ita per illum text. in l. tribus hæredibus, ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur. tenet Bald. in l. si pro ea, C. mand. & in l. vnic. §. ne autem, C. de caducis tollen. Ang. in l. si quis mandato, ff. de negot. gest. Lud. Bologninus in repet. rub. num.21. ff. si certum peta. Ias. in l. quod dictum, nu.10. ff. de pactis. & in l. indebitam, nu.1. in j. notab. ff. de cond. indeb. & in l. si res obligata. nu. 21. ff. de leg. j. Frā. de Ripa in l. cùm filiofamiliàs, nu. 14. ff. de leg. j. Roma. in singul. cccxcviij. Didacus de Segura in l. si ex legati causa, num.75. ff. de verb. oblig. Ias. vbi sublimitat hanc limitationem, in l. si fideiussor, nu.6. ff. de leg. j. scilicet vt non procedat, quando fideiussio affert magnum damnum ipsi hæredi, per d. Bal. qui hoc tenet limitādo illum tex. in l. vnica, in §. ne autem. C. de caduc. tollend. & illud dictū Bald. sequitur etiam Tremol. ad practicam de Bonaccursij, in rubr. quibus modis suo nomine. in prin. nu.30. versi. aduerte etiam. P. Duen. re.337.

¶ FIDE

¶Fideiussori præiudicatur per processum factũ contra reum, §.1.§.sed neque. auth. de fideiuss. l. sancimus.§.pe.ff.ad Treb.not.l.fi.ff.si aduers.rem vend. not.l.& condemnatus.ff.de relat.l.si filio.ff.sol. matr. Doc.l.filius.ff.de verb.obl.add.ad Bar.l. 1. C. res inter alios acta.Alex.in term.huius reg.l.sæpè, nu.16. ff.de re iud. Med.re.8.

¶Fideiussori prodest pactum de non petẽdo factum à creditore, vt si postea pactum sit vt à reo peti possit non censetur esse sublata exceptio quæsita fideiussori ex priori illo pacto de non petendo. l. si onus.§.pactus. ff.de pact.l.cũ hærmes.C.locati.leg. nouatione,C.de fideiuss.leg.fin.ff.de pact. Med.re.3.

¶Fideiussorem inducit geminata patientia. l. cũ ostendemus.vbi Doct.§.fi.ff.de fideiussor. Barbatia cons.80.vol.2.per d.l.Balista.ff. ad Treb.cum simil. Med.re.3.

¶Fideiussores habent beneficium epistolæ diui Adriani. Hanc regulã probat tex.in §.si plures. Inst. de fideius.& in l.inter fideiussores, & in l. & plures, ff. de fideius.& in l.fi.C. de consti.pecc. De iure regio probatur in l.4.tit.19.lib.3.fori.& in l. 10. titul. 12.par.5. Circa quam regulam vltra doct. in suprà dictis locis, vide Anton.Nicellum in concord.glossarum,concor.19.nu.177. Marcum Mantua in libr. ix. obseruationum, obseruatione lxxxv. eun. & in apophtheg.88.in nouis.Hippolyt.in rub.ff. de fideiusso. nu.27.28.& 34.Purpuratum in l.si creditores, num. 38,D.de pactis.

Hanc regulam,cum quinque limitationibus ponit glo. in d.§.si plures.in verbo,partes.Inst.de fideius. quas limitationes glos.ponit Nicol.Bellon.in §.si plures, num.9.cum aliis: vbi addit aliam & sextam limitationem,& ampliori stylo eas prosecutus est. P.Duen.reg.334.

¶Fideiussio soluitur morte, vnde hæres fideiussoris de euictione non tenetur, quamuis fideiussor teneatur, August, Ber. c.si quis presbyter, nume.46.de reb.eccl.non alien.Abb.cons.90.col.1. Item fideiussio soluitur morte eius,pro quo quis fideiussit.Mar. in tract.de fideiussor.q.20.nume.155.Item liberatur fideiussor mortuo reo,Bartol.l si decesserit.l.si verò, ff. qui satis.cog.Angel.l.sancimus.C. de fideius.Are. in tractat.malefic.versicul.pro quibus.Quartò,fideiussio facta pro maleficio soluitur morte fideiussoris,ita vt talis fideiussio non transeat ad hæredes: nã quemadmodum morte soluitur crimen, ita & fideiussio,DD.com.l.1.C.ne ex delicto def.l.iudiciorũ. ff.de accusat.gl.& Docto.§.fideiussor.Inst.de fideius sor.Angelus in tracta.malefic.versicul. pro quibus. dixi super conclus.27.Quod dictum verum est, quã do fideiussio simpliciter facta est prò furto,vel alio delicto: secus si facta fuerit pro pœna, vt quia fideiussor promiserit pœnam centũ, licet dicat pro furto,vel alio delicto, tũc pœnalis stipulatio transit ad hæredes, vel contra hæreditatem iacentem,quando sit pura obligatio,vel ad diem.l.ad diem.ff. de verb. obl. secus si sit sub conditione, & nullam subsistentiam incipit habere contra defunctum, quia stiputio pœnalis non committitur contra hæreditatem iacentem,præsertim cum tractatur de magno præiudicio,quod hæreditas habere non potest. l. si seruus.ff.de stip.seru.l.si seruus.ff.de diuer.& tem. præscri.DD.Com.l.cum filius.§.in hac.ff.de verb.obli. leg.etiam.ff.de minoribus Baldus capitul.primo, si vasal.domin.seru.deb.DD.l.2.C.si aduersus vendic. Ang.§.fideiussor.Instit.de fideius.Marsic.d. trac. de fideiussor.quæstio.20.num.161.Quintò, si quis promiserit pro aliquo quicquid posito calculo eum debere apparebit, si debitor nondum declarato debito moriatur,fideiussor liberatur.Pau.l.qui Romæ.§. Augerius.ff.de verbor.obli.vbi etiam Alex.Ias.l.petens.C.de pact.columna quinta,leg.si cum filius. §. penul.ff.de dona.Socin.consil.vigesimoquarto, colum.tertia.vol.3.Sexto modo soluitur fideiussio per solutionem,per translationem instantię,per causam nouam,Instit.quib.mod. toll.obligat. in princip.dixi ego in tract.de compens.pag.2.quæstio.4.num. 1. & in tract.de reg.iur.reg. 4.nume.40.Bertran. cons. 171.num.5.vol.1.Fel.c.de causis.nu.3.de offi. deleg. Medic.tra.2.part.

¶Fideiussio geminata mulieris post biennium excludit exceptionem Velleiani.leg.si mulier.C. ad Velleian.vbi Bal. Amplia procedere etiã si non fuisset certiorata de Velleiano. Authent.si qua mulier. C.eod.Doctor.commun.capitul.ex rescripto de iureiur.Euer.in loco à vi Gemin.numero tertio. Medic.reg.3.

¶Fideiussio nulla est forma iuris non seruata,hoc pacto videlicet sic fide tua esse iubes, quod illi credidi,& ille respondeat fide mea esse iubeo.§. in stipulationibus.Instit.de fideiussor.Host.in summa, eodem,numero quarto,pro forma,igitur est vt requiratur stipulatio.l.Blanditius,C.de fideius.leg.sciendum.cum gl.& Ias.nume.2.ff. de verborum obligatio. Marsil.in rub. de fideius.numero 356. Crot.d.l. sciendum.nu.7. Galiaul.rub.de fideiuss.nu.7. Fort. l.legitimã.nu.45.de pact.Niger.l.1.nu.55.ff.de verbo.obl. Med.re.7.

¶Fides. Bonifac.reg.lxix.

In malis promissis fidem non expedit obseruari.

Quamuis etiam iuramentum interuenerit. l.generaliter.ff.de verborum obligat. l.veluti stipulatio.& l.si plagij.&de fideiussorib.leg.si à reo.§.id quod vulgò. Dyn. in c. non est.tit.eod.hoc.

Viuien.

¶Fides informis,dicitur mortua fides,quando pręsertim sine operibus est,vt inquit, Iac. Apost.docet hoc latissime diuus Tho.2.2.quæstion. qnar.articulo 5. Med.re.7.

¶Fidei præstatio. Bonif.Reg. lxxv.

Frustrà sibi fidem quis postulat ab eo seruari,cui fidem à se præstitam seruare recusat.

Annecte l. cùm. §.illi.ff.eod.de leg.ij.l.cùm pater. §.libertis. Viuien.

¶Fidem fallere graue est.de const.pec.l.1.Vlp.

Inutile est fidem frangere.Dep.l.j.§.ij.

Mala fides impedit præscriptionem.de præscri.c. si diligenti.c.fi.Reg.6. Sine poss.

Frangenti fidem,fidem quoque frangere licet.de inof. test.l.Eum.§.j.de tran.l.qui fidem.C.de pact.l. cùm proponas,21.de iurei.c. peruenit. cùm ibi no.de leg. 2.l. cùm pater,79.§.Libertas. Pro soc.l.si societatis. de pact.leg.diuisionis. Contrà. C. de tran.leg. cùm mota.

Reg. vj. Frustrà fidẽ quis postulat ab eo seruari, cui fidem à se præstitam seruare recusat.capit.69. In malis.

Nihil tam congruum est humanæ fidei, quàm ea quæ placuerunt seruare. Vlp.1.de pact.l.j.

Nihil penes eum residere oportet ex re, in qua fidem fefel-

fefellit,de leg.com.l.fundus.

Hosti seruanda est fides.de legat.l.fin.Cic.lib.1.Offic.

Fides præstita tantam vim habet, quantã iuramentum. Quod met.cau.c.ad aures.de fideiuss.capi.peruenit.in fin.

Iudici est facienda fides. C.de con.ob tur.cau.1.l.1.C. de edi.l.procurator.

Fideiussor. l.43. qui in alterius. III. §. nemo alienare.

Fideiussor censetur consentire contractui,pro quo fideiubet.C.de euict.l.exceptione.Et ibi Bal. Ex qui bus cau.pign.ta.con.l.5.§.1.

Fideiussor in pœnis non tenetur Ad mun.l. Libertus. in fin.vide Exceptio.

Libertates & fideicommissum dari possunt,& quidem largiùs quàm directò, &c.Licin. Reg.lib.5. de fide. li.l.16. Riisvvichius.

¶Fidem frangenti regulariter fides seruari non debet. l.cùm proponas.C.de pact.& l.si conuenerit.ff. pro socio.cap.peruenit.el secundo.de iureiur.& 28. q.secunda,c.infidelis.cum simili.

Primò fallit in conuentione magna: quia non possum frangere fidem frãgenti in eadẽ, donec durat tempus treugæ,secundum Ioan. And.& Anton.in d.ca. peruenit.alleg.in agrum.l.actione.§.diximus.ff. pro socio. vbi tamen non videtur iure probari. & fuit hoc originale dictum Vincen.in c.1.in fi.de treu.& pace.in princip.& ita dicit Archid.in c.illi.xxx.q.1. & dicit hoc seruari in Hispania: & dicunt idem esse in frangente fidem pacis, per dictam l.cùm proponas,& similiter transeunt Ange.& Imo.in l.si ex legati causa.ff.de verborum obliga.Ang.Rap.& Pau. de Cast.in l.si seruum.eo.tit.& dicit ibi Imo. quod istud potiùs procedit ex consuetudine quàm de iure,per regulam dictæ legis,cùm proponas,& dicit, quod allegatur in contrarium,sed non probat.

Secundò fallit post executionem factam in contractibus innominatis:Vnde si vendidi tibi librum, & cum tradidi, vt x.mihi dates, non potero post traditionem libri petere librum: vt in l.ancillæ. C.de rei vendi.& ita dicit Bald.ibi limitari regulam d.l. cum proponas.

Tertiò fallit vbi ille,qui mihi fidem non seruauit,soluit mihi pœnam, quàm per illud incurrit: nam postea teneor sibi seruare fidem: quia solutio pœnæ habetur pro obseruantia cõtractus: cũ pœna succedat loco solutionis rei principaliter debitæ.le.prædia.ff.de actio. emp.l. apud.§. Labeo.el 1.ff.de doli excep.ita not.tenuit Cyn.in l.petẽs.in 2.quæ.C.de pact.& in l.pen.ff.de solut.& procedit regula dict.l. cum proponas. etiam si iuramentum interueniat, vt dic. capit.peruenit.

Quartò fallit in voto castitatis facto per virũ, & vxorem, quia dicitur mutua obligatio, quæ concernit Deum, & ideò licet per alterum non seruetur: tamẽ aliter tenetur seruare, vt est tex.in d.capi.adeò. 23.q.5.& glo.in præalleg. c.placuit.

Quinto fallit,quando esset actum expresè vt alio non seruante fidem, aliter nihilominus seruet, ita tenet Io.Andre.& doct.in dict. capitul. peruenit.& not. istam limitationem, contra quam facit, quia pro hoc videtur dari materia delinquendi: nam dolus videtur remitti, quod est prohibitum à iure.l.quæritur.de pac. dot.& l.si vnus.§.illud.ff.de pact.sed licet pars altera teneatur ad obseruantiam pacti, ipso non obbseruante nihilominus poterit agi contra illum qui contrauenit conuentioni,ad interesse vel ad pœnam, si pœna fuit apposita in contractu.

Sextò fallit, vbicunque nolo tibi seruare fidem circa casum separatum,vel diuersum,vel cõnexum: quia tunc teneor tibi seruare fidem etiam mihi non seruanti. ita limitat Cyn.Sali.& Fulg.in l.cum proponas.pro quo est gloss.in l.si duo.ff.de dolo. & facit text.in l.fi.§.pen.ff.de eo per quem fac.erit.& idem tenet Card.Zab.in dict.c.peruenit,& dicuntur cõnexa quando obligationes sunt respectiuæ, & ita etiam voluit But.& Abba.in cap.peruenit. vbi adhuc inducunt cap. quod adeò.33.quæstio.v.& idem no.Ang.in l.si seruum.ff.de verbo.obligat.

Septimò fallit, quando primò actio fuerit ipso iure sublata: quia tunc ad eam redire non potest. vt l.vt responsum.C.de transa.cum ibi not.in glo. magna. C.de pactis.l. mora.gloss.in l.cum proponas.la secunda.C.eod.titu.

Fidem non seruanti,fides seruanda non est.

Pro.

Ext.de mut.petit.cap.1.
Ext.de iureiur.cap.peruenit.
Ext.de diuor.cap.significasti.
Ext.de adul.c.intelleximus.
Ext.de relic.dom.cap.constitutus.
95.dist.cap.esto subiectus.
32.q.6.cap. nihil iniquius.
C.de transact.cap.si quis maior.

Contra.

23.q.1.capit.noli.
22.q.4.capitu. innocens.
33.q.5.capitu.quod Deo. (rò res.
10.q.2.§. hoc ius porrectum.& §. quod ve-

Solvtio.

Fidem non seruanti non est fides seruanda, si per fidẽ illam taliter præstitam fuerint obligati, quod ab illa obligatione consensu vtriusque possint recedere tacitè vel expresè, vt in contractibus fieri consueuit.Si autem obligatio fuerit talis, quòd etiam cum voluntate eorum qui fidem dederint, dissolui non potest,quamuis alter non seruet fidem, non tamen ideò residuus exoneratur ab obligatione. d. cap.quod Deo. Damas.reg.51.

¶Fidem violanti fidem non seruandam.l.cùm proponas.C.de.l.si conuenerit.ff. pro soc.capit. peruenit,el 2.de iureiurando.ca. infidelis.28. quæstion.2.

Ampliatur in 4.casibus, & limitatur in 4.à Dec.in d. l.cùm proponas.

Fallit in 5.casib.secundum Felin.in capi.peruenit, de iureiurand.numer.7.

Fallit in 7.casib.vt per Soc. reg.149.declaratur à Dyn. in c.frustra,de reg.iur.fallit in 4.casibus, vt per Alexan.in d.l.cùm proponas.fallit vt per Damas.re.61.

Fides data à persona publica est seruanda etiam host. Sali.in l.cùm indulgentia. C.de senten.pas.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 2.à Ias.in l.conuentionum.C. de pact.num.3.

Fides mala non causatur ex denunciatione extraiudiciali.capitu.potest.16.q.3.l. penultim.ff.pro emp.

Fallit in 6.casib. secundum Felin.in capitul.nihil. col. pen.de præscri.

Fides non est seruanda in malis promissis. cap. in malis,de reg. iur.

Fallit vt per Dynum in d.c.in malis.

Fides bona non patitur,vt bis idem exigatur,§.ex huiusmodi.Instit.de duob.reis.l.3.§.fin.ff.de regu.iur.

Ampliatur vt per Dec.in l.bona fides.ff.de reg.iur.limitatur vt per Dynum in c.bona fides. de regu.iur. Donat.Fina,libro 5.

¶Fidelitatis forma non seruata non obligatur vasallus, tot. tit. in Vsib. feu. de forma fidelit. & seq. vbi no. sex debere seruari in dicta forma. Medi. re. 7.

¶Fivnt nonnulla ratione modici preiudicij, multáque permittuntur, quæ aliàs minimè permitterentur, not. Doct. com. leg. scio. ff. de in integ. restit. Dec. auth. prætereà. num. 4. C. vnde vir & vxo. idem l. qui rem. numer. 18. C. de sacr. sanct. Ecclesi. & no. quod Dec. d. auth. prætereà. num. 5. dicit. quod mulier in vno nummo dotata excluditur à statuto, licet agat ad supplementum dotis. Medi. reg. 5.

¶Fieri. Quod naturaliter fieri debet, sufficit, si vel ciuiliter fiat.

In Auth. vt nulli iudi. §. &.
In Aut. vt lic. mat. & au. §. causas.
In Auth. de monach. §. illud quoque. in fine.
In Auth. de nup. §. distrahitur. §. si verò.

Contra.

In Auth. de nup. §. sed &. & §. quapropter.
Azo, Rub. 104.

Sufficit semel.

In Auth. de testib. quia verò. in fin. §. semel.
In Auth. de nup. §. igitur imminente.
In Auth. de exhib. & inter. reo. §. sancimus. §. 1. & reliqui.
In Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. quoniã. in fi.
In Auth. vt null. iu. §. &.

Contra.

In Auth. de Ecclesi. titu. §. sin autem.
In Auth. vt nulli. iu. §. &.
In Auth. vt liceat mat. & aui. §. cùm autem.
In Auth. vt immobil. ant. nup. do.
Azo, Rub. 104.

¶Fieri, vide Esse. Quod est in fieri habetur pro facto. de leg. 3. l. ligni. §. ego. l. cùm vxori. vide inspiciendum. Riisvvichius.

¶Fieri Qvid. Illud solum fieri, quod iure fit.

Pro.

22. q. 2. capi. faciat homo.
Ext. de præb. & dignit. capi. cùm teneamur.
Ext. de iure patro. c. quod autem in fin.
Ext. de iure iurand. capit. veniens. & capitul. quintauallis.
D. de condic. institu. l. si filius.
D. de verb. sign. l. nepos Proculo.
D. de re. iud. l. ne seruus. §. fin.

Contra.

D. de verbor. obl. l. continuus. §. illud.
D. de consti. pecu. l. promissor. §. 1.
Ext. de rest. spol. cap. in literis.
1. q. 1. c. quod quidam.

Solvtio.

Vbi quis habet beneficium ne cõdemnetur, nisi quatenus facere possit, tunc habet locum regula, item cùm promisi generaliter stare mandato alterius, d. cap. quintauallis. Aliter difficultas solutionis ad commodum pertinet promissoris, d. le. continuus. Superior pars regulæ, quæ dicit id tãtùm fieri posse intelligi, quod iure fit, habet locum in his quæ ius desiderant: vt in contrariis productis, & similibus, quæ nisi iure fiant, non tenẽt, C. de leg. & constit. l. non dubium. Secus in his, in quibus desideratur factum. vt in acquisitione possessionis: nam etiã prædo eam acquirit. d. c. in literis. Damas. reg. 69.

¶Fieri. Non debet quis conqueri, si fiat ei vel non fiat, quod aliquando noluit, vel voluit.

ff. de sol. l. non.
ff. de cond. ob caus. l. si pecca.
ff. de fideiuss. l. fideiuss.
ff. de seru. expor. l. quæsitum.
ff. de stat. li. l. si pecul.
ff. de precario. l. cùm precarium.
Quod quisque iur. &c.
Quod pro te, &c.
Non debet quis, &c.

Hæ tres regulæ ad idem tẽdunt, & omnes primæ Rubric. æquitatem sequuntur, nulla subiecta contrarietate. Azo, rub. 69.

¶Fieri & Concedi, fieri vel concedi quæ ex necessitate quadam aliàs prohibentur.

In Aut. de hær. & falc. §. si quis.
In Auth. de restitu. §. nobis. §. si is. §. si autem.
In Auth. de non elig. sec. nup. §. aliud verò.
In Auth. de alie. emphy. §. si verò contra ig. §. hoc etiam.
In Auth. de Epis. in princ. titu.
In Auth. de nup. §. si verò non valde. §. igitur.
In. Auth. vt cler. apud prop.
In Aut. vt nulli iud. in princ. titu.
In Auth. vt diff. iudi. §. si quis verò.

Contra.

In Auth. de alien. emphyteut. §. sancimus.
Azo, rubr. 104.

¶Figvra iudicij vbi seruari non debet potest sententia ferri absentib. partib. Com. consi. 7. volum. 7. num. 7. no. Michael. l. si finita. §. Iuli. ff. de damno infecto: vbi etiam Ludouic. Bologn. nu. 40. Med. re. 8.

¶Filivsfamilias in iudicio sine consensu patris esse non potest, in l. fin. §. necessitate. C. de bonis quę liber.

Primò fallit in casu criminali, per l. inter liberas. §. filiusfamil. ff. de adult. quod Bald. consulendo tenuit etiam verum in crimine pub. secus autem in priuato: vt ipse dicit in suo consilio, quòd incipit, filiusfamiliàs armata manu, &c.

Secundò fallit in causa Spirituali: vt in c. fi. de iu. li. 6.

Tertiò fallit in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, de quo per Bald. in l. fina. §. necessitate. C. de bonis quæ liber.

Quarto fallit, quãdo pater non esset legitimus administrator, Barto. in d. §. necessitate.

Quintò fallit quia potest comparere & litigare coram arbitratore. ita dicit Ioan. And. in titu. de iurisdict. omn. iudic. in §. exceptio. in addit. Specu.

Sextò fallit in beneficialibus, in quibus agit filiusfam. vt integer homo. glo. sing. in cap. 1. de iureiurand. & l. ait prætor. in princ. de mili. testam. ff. quæ beneficialia æquiparantur castrensibus. not. gloss. magna in cap. ex parte. de restitu. spol.

Septimò fallit quando filiusfamil. implorat officium iudicis. glo. in l. 1. C. qui admit.

Octauò fallit in causa reconuentionis, quo casu non requiritur consensus patris. gl. in l. sed & hæ in princip. ff. de procur.

Nonò fallit in causa appellationis, argu. l. ita demum. C. de procur. secundum Bald. in d. §. necessitate.

Decimò fallit si impetret rescriptum. ita volunt Do. de Rota in decis. 183. & ita not. d. And. Sic. in c. fi. extrà de iudi.

Vndecimò fallit in omnib. casibus, in quib. minor potest esse in iudicio sine auctor. tutoris: vt ibi Bald. in addi. Spec. in ti. de act. §. 1. vers. sed nũquid. & in ver. sed nunquã. & no. Ludo. de Rom. in suis singularib.

Duodecimò fallit, quando filiusfamiliàs nomine alieno com-

no compareret, vt est casus in c.generaliter.in 2. responso de proc.in 6.& no.gl.pulchra.in c.fi.de iudi.

Tertiodecimò fallit quando filius comparet in iudicio sine consensu patris & confitetur debitum:& iudex facit præceptũ quòd soluat: nã valet istud pręceptũ, tanquã extra ordinem non in figura iudicij. ita dicit Bal.in c.3.de litis conte.allegat gl.sing.ad hoc in l.fi.§.necessitate.C.de bo.quæ libe. B.So.re. 195.

¶Filiusfamilias licet ex aliquo contractu obligetur, & si non soluat cõueniri & incarcerari possit, vt habetur in l.1.§.sed vtrum.ff.de minor.tamen, si à patre emancipatur, non tenetur nisi inquãtum facere potest, licet prius secus:vt est tex.not.in l.2.ff. quod cũ eo.& in l.sed ex alio.eo.tit.& ibi no.Bal.& idẽ no.Io.de Pla.Inst.de act.in §.sunt pręterea.in fi.

Primò fallit, nisi fuisset obligatus ex delicto.vt l.sed si ex parte.§. quanquam.ff. quod metus causa.& not. glo.in dicta l. secunda.

Secundò fallit, quando per multos casus filiusfamil. contraxisset multa debita: & posteà incontinenti petiisset se emancipari, & sic contraxit dicta debita in fraudem: nam tunc emancipatio sequens ipsum nõ iuuaret.& pro hoc allego tex.in l.1.& quod ibi singulariter no. Bar.ff.si quis test.liber esse ius. fue.vbi dicit quòd de consuetudine est, quòd quando Imperator recipit coronam Romæ, quod liberat præfectum vrbis ab omnibus debitis suis. Et si præfectus, sciens de aduentu imperatoris contraxit multa debita, quòd Imperator non tenetur eum liberare ab illis. Item ad hoc alleg.tex. in l.omnia.in §.cùm ita legatur.aliàs incipit l.cum ita, de leg.2.& in l.contra legem. & quod ibi notatur per doct.ff. de legibus. B.Socin.reg.201.

¶Filiusfamilias non tenetur de mutuo. Hanc regulam probat tex.in l.1.& ibi Doc.ff. ad Macedo. De iure regio ex tex in l.4.titu.1.par.v. circa quam regulam vide Doct.in l.4.§.1.ff.quòd cum eo. Ias.in l.qui cum se.ff.de re iudica. Bald.in l.Macedoniani. C.ad Macedon.in l.si filiusfamiliàs.ff.si certum petat.Gomez. in princip.Institu.de actio.num.47.Alciatum in tracta.præsumptionum, in 1.regula, præsumptione 42.

Hanc regulam limitat quinque modis tex.in l.2.C.ad Maced.eandẽ regulam limitat vndecim modis Petrus de Vnzola, in practica artis notariatus, in §.de filiofamiliàs, & vnde dicatur.à numero 25.vsque ad finem.& ibi à numero 1.vsque ad nu.25.tractat materiam huius regulæ, quas 11.limitationes ante eum posuit glo.in §.illud.in verbo, senatus.Institu.quòd cum eo.

Vltra quas limitationes limita 1. quandocunque filius familiàs recipit pecuniam mutuo ab altero fratre, qui etiam erat in potestate patris.ita probat gloss. in l.frater à fratre.in glo.magna. versicu.item quæro.ff.de condictio. indeb.quæ vult quòd alter frater obligetur naturaliter & ciuiliter.& cum effectu: & sic glo.non vult quòd habeat locum senatusconsultum Macedonianum. Quam glo.ad hoc ponderat Salycetus ibi, Bald.in l.fin.C. quod cum eo.eandem glossam, dicit esse veram & non habere contradicentem in hoc, vbi assignat rationem huius similitudinis, Iason in l.frater à fratre, in prima lectura, numero 36.

Limita secundò non procedere in foro conscientiæ: nam filiusfamiliàs qui vtitur exceptione Macedoniani, vbi verè fuit sibi mutuatum, peccat:ita concludit Inno.in capitu.quia plerique, nume.5.de immunitat.ecclesiæ.quem sequitur, vbi Abbas numero 26.Alexander in addition. ad Bartolum in l.prima, in prima additione.ff.ad Macedonianum.Iaso. in l.si filiusfamiliàs, numero 1. ff.si certum petatur. P.Duen.reg.379.

¶ Filiusfamilias vt à patre se emancipari patiatur, cogi non potest.tex.est in authen.quib.modis na.effi.sui.& in glo.in l.fin.ff.de his, qui sunt sui vel alie.iur.&no. in l.nec auus. C.de emanc ip.lib

Primò fallit vbicunque subesset aliqua causa quia tũc poterit emancipari filius etiam inuitus: vt tenet no. Bar.in l.quidam cùm filium.ff. de verbo.obligatio.

Secundò fallit, vbicunque filius esset rixosus, & pater sæpe solueret condemnationem pro eo, quod facere tenetur ex forma statuti: quia tunc etiam eo inuito, pater ipsum emanciparet. ita tenetur not.in l. virum.ff.de verbor.obliga. B.Socin.reg.202.

¶Filiusfamilias quamuis habeat liberam administrationem, nõ potest donare tex.est, & ibi gl. vbi allegat concordantes in l.contra iuris.in §.si filius.ff.de pact. De iure regio probatur in l.3 titu.4. part.v. Circa quam regulam vide Ias.in l.nemo ex l.num.4.C.qui testam.facere poss.& in l.iusiurãdũ. la 2. in §.procurator.numer.4.ff.de iureiur. Anton. Corsetum in repet.c.grandi.de supplenda negligẽ. prælator.libro 6.Tiraquell.in tract.de nobilitate.c. 37. numero 35.

Hanc regulam limitat sex modis Iason in d.l.contra iuris.in §.si filius.nu.7.ff.de pactis. P.Duen.re.353.

¶Filiusfamilias regulariter testari non potest etiam patre permittente.l.qui in potestate.ff.de testam.Insti.qui.permi.est fa.testa.in princip.

Primò fallit in testamentis ad pias causas, ita tenet Barto.& doc.in repet.l.1. C.de sacrosan.ecclesi.per tex.in c. licet extrà, de sepul.lib.6.& idem tenet Ange.in d.l.qui in potestate.Bald.& Sal.in d.l.senium. C.qui test.face.pos.licet Io.And.in c.si pater.extrà, de test.in nouel. tenuit contrarium.& Fede.de Senis in consi.260.& cons.28.& Io.de Imo.in d.l.qui in potestate.& Fulg.in dic.l.senium. dicentes quod tex.in præallega.capi.licet.de sepul. debet intelligi de donatio. causa mortis. prima tamen opinio est magis communis:licet vtraque sustentabilis.

Secundò limitatur non procedere in bonis ab imperiali maiestate donatis filio, vel filię, quoniam in illis bonis testari poterit.cùm in his bonis inclusum sit tale priuilegium testantium:vt est tex.not.& ibi Bald.qui not.illum tex. in l. cum nulla. C.de bonis quæ liber.& ibi est tex. sing.qui dicit quòd filiusfamiliàs potest testari de illis bonis, tanquam illa bona sint Castrensia vel quasi.

Tertiò fallit in filiis Gallorum, seu Francigenarum quoniam tales filij non sunt in potestate patri: vt est glo.sing.Institut.de pa.po.in glo.in verbo, ciuiũ Roma.quam glo.sequitur Bald.in capit.1.an maritus succedat vxo. in benefi.& Bald.in l.fi. C.qui testa.facere poss.& hanc limitationem posuit Ludouic.Rom.in auth.si mulier.ff.ad l.falcid.& idem tenuit Bal.in titu.de duobus fratribus.à capit.nuest.

Quartò fallit in lucris dotalibus obuentis marito ab vxore præcedente: tunc enim maritus transiens ad secunda vota, illud, quod lucratur, transfert in filios, & illi filij posteà testari de illis poterunt. ita Angel.in §.quoniam autem infirmus.in.authentico, de nuptiis.

Quintò fallit in filiis presbyterorum: in aut.presbyteros.C.de episc.& cler.in l.sacrosanct.C eod.titul.

& glo. iuris canonici. cap. quia ingredientibus. 9. q. 1. & prædicta locum habent non solùm in presbyteris, sed etiam in clericis habentibus tantùm primã tonsuram: istud videtur probari per tex. in capitu. quia nos. extrà de testa. nam vbi permittit clericis, & non distinguit vtrum fuerint in patria potestate, sicut & ille, qui habet primam tonsuram tantùm: vt est glo. ordinaria in cap. cum voluntate. de sentent. excom. & hoc vbi voluit Hosti. & Anton. de Butr. dicit illum tex. habere locũ in omnibus & quibuscunque ordinibus, & sic non tantùm in presbyteris: sed etiam in clericis habentibus tantùm primã tonsuram: quia isti etiam appellantur clerici. & hoc etiam tenet Pet. de Anch. & Io. de Imo. in d. c. quia nos. sed Iac. But. & Barto. in d. l. sacrosan. C. de epis. & cler. videtur dicere, quòd istud solùm procedit in acquisitis ratione officij & dignitatis ecclesiasticæ, sed in aduentitiis acquisitis aliunde, videtur tenere quòd testari non possunt: sed contra eos videtur etiam tex. expressus in d. auth. presbyteros, ibi quoslibet ad rem diuinam venientes, &c. & in dic. l. sacrosan. ibi quæcunque bona, &c. & pro ista opi. facit glo. in d. capitu. quia ingredientibus ix. q. 1. quæ dicit quòd clericus in potestate constitutus potest testari, & loquitur indistinctè, & allegat d. Authent. presbyteros.

Sextò limitatur dicta regula non habere locum quando filius vellet testari pro eius anima, nam tunc potest, modo pater cõsentiat: vt est casus in d. c. licet. §. quamuis. secundum doct. de sepul. in 6. & vide in Spec. in titu. de instru. edi. in §. porrò. in fin. & §. cõpendiose. versicu. 7.

Septimò limitatur non habere locum in peculio castrensi vel quasi: quia in illis potest liberè testari, vt voluit gl. in l. fi. C. qui test. fac. pos. & est gl. in l. fi. C. de inoffi. test. vnde clericus, qui miles esse censetur, vt voluit gl. in l. 1. circa prin. ff. de mili. tes. testari poterit de aduentitiis tanquam castrensibus, vt suprà dictum fuit, & quod suprà dictum est quòd filiusfami. non potest testari, poterit tamen patre permittente, habet locum non solùm in bonis aduentitiis in quibus patri acquiritur vsusfru. sed etiam in his casibus, in quibus non acquiritur patri vsusfructus: vt tenuit gloss. valde no. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. quam glo. communiter sequuntur doc. per tex. in l. pen. C. qui testa. facere possunt. & insti. quibus non permis. est face. testa. in princip. & per tex. in §. Insti. de testa. milit. B. Socin. reg. 196.

¶ Filiofamilias instituto, repudiante hæreditatem, potest pater eam acceptare, etiamsi tali filio esset à testatore datus substitutus. Ista est communis opin. doct. quæ fundatur in glo. expressa in l. fin. §. 1. in verbo, recusare. C. de bon. quæ lib. quam dicit communem Ias. vbi bene circa hoc loquitur in l. 3. C. de hæred. Instit. vbi refert aliquos contrarium tenentes.

Limita, nisi substitutus esset coniunctus testatoris. Istã limitationem tradit Bald. in d. l. 3. post Guli. quam dicit ibi Ias. communiter teneri, licet, dicat quòd in puncto iuris sibi non placet. B. Dias reg. 293.

¶ Filius adoptionis non succedit in feudis. Hanc regulam probat tex. in c. 1. in §. adoptiuus. si de feu. defuncti contentio sit inter domi. & agna. Vasall. & sic patet, quod appellatione filiorum in materia feudali non veniunt filij adoptiui, facit tex. in §. adoptiuis. Instit. de excusatio. tutorum. & in l. si quis ita. in §. 1. ff. de leg. 2. & in l. 2. in princip. ff. ad Syllania. & in l. 2. §. adoptiui. ff. de excus. mune. Nam appellatione filij, in dubio intelligitur de filio legitimo & naturali, secundum Bar. in l. filium eũ definimus. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. & ideò si habens feudum decederet, superstite sibi tantum filio adoptiuo, talis filius non potest succedere in feudo, nec in emphyteusi: vt in l. filio quem pater. C. de liberis præteri. tex. & ibi Bald. in l. fideicommisso, & ibi Bald. ff. de conditio. & demonstr. Circa quam regulam vide Alexan. in consilio x. volumin. v. Deci. in consi. cccxcix. numero tertio, Bartho. Soci. in consilio x. num. 30. inter consilia Brun. Oldendorp. in tract. de successio. ab intesta. numer. 34. Rochum de Curte in tract. iuris patronat. cap. 12. incipienti, ipse vel his, à quo causam habuit. quæst. 34. numero 79. Zasium in tract. feud. in v. part. nume. 48. & in 8. parte. numer. 25. & 90.

Hanc regulam limitat duobus modis Afflict. in capi. 1. in §. adoptiuus, numer. 3. si de feudo defuncti contẽtio sit inter domi. & agna. Vasall. in vsibus feud. P. Duen. reg. 361.

¶ Filius comprehenditur appellatione hæredis in materia feudali, & non extraneus. Hanc regulam probat gloss. in l. etiam filij. ff. soluto matrimonio. & in l. ex facto. in §. fi. ff. ad Trebellian. Quam opinionem sequuntur communiter doctor. secundum Ludouicum Roma. in dicta l. etiam filij. numero 2. idem Roma. in l. pro hærede. in §. si quis tamen. ff. de acquir. hæred. quam opinionem tenet Afflict. in capit. 1. numer. 40. de Vasallo decrepitæ ætatis in vsibus feud. pro qua opinione est tex. in capit. 1. in §. si clientulus. de aliene. feudi. hanc opinionem tenet Iacobinus de Sancto Georg. in tract. feudorum: in verbo, præsentes. numer. 3.

Hanc regulam limitat quinque modis Ludouic. Roma. in dicta l. etiam filij. à numer. 1. vsque ad numer. 8. ff. soluto matrimonio. P. Duen. reg. 359.

¶ Filius contrra patrem in integrũ restitui non potest. Hanc regulam probat tex. in le. cùm apud veteres. C. qui & aduersus quos. & ibi doctor. præcipuè Iacobinus de sancto Georgi. & in le. sed si hac lege. in §. penultim. ff. de in ius vocand. & in l. 1. & in l. parentes. & in l. licet. ff. de obsequiis à lib. & liber. paren. & patron. præstan. & circa hanc regulam vltra doctores, in l. locis suprà dictis vide Ioan. Mauritium in tract. de restitutione in integrum, capitul. ccxxiiij.

Limita primò procedere, quando peteretur restitutio ratione ætatis, secùs si ex alia iusta causa, putà legitimæ absentiæ: quia tunc bene restitueretur cùm non reperiatur iure denegatum: vt in l. necnon. in §. quoties. ff. ex quibus causis maior. & ita expressè tenet Barto. Bald. & Iacobinus num. 1. & cæteri doctores in d. l. cùm apud veteres.

Secundò limita, procedere vbi filius peteret restitutionem officio iudicis nobili: secùs, si via actionis, quia est efficacior: & tunc conceditur ei restitutio contra patrem. ita probat text. in le. si superstite. C. de dolo. & ita tenent Doct. in d. l. cùm apud veteres. & ibi Iacob. numero 1. Petr. Rebuff. in glos. ad constitutiones regias Galliæ. in 2. part. tract. de restitutionibus: artic. 2. glo. 6. numero 2.

Tertiò limita procedere vbi peteret minor restitui contra patrem, & contra factum patris simul: quo casu denegatur ei restitutio: secùs si tantummodo peteret restitutionem aduersus patrem, & non contra factum patris: quia tunc ei non denegatur: vt in l. 2.

l.2.C.si aduer.rem iudic. ita tenet Iacobinus in d. l. cùm apud veteres.numero 1.scilicet si petit restitui aduersus sententiam in fauorem patris latam: quia tunc non impugnat factum patris, sed iudicis: licet aduersus patrem.

Quartò limita procedere si peteret restitutionem cōtra factum patris, sed non aduersus patrem de directo: quia tunc non esset deneganda restitutio filio: vt in l.si in te.C.si aduersus donatio.& ibi Iacobinus de Sancto Georgio, numer.2.& in dicta l.cùm apud veteres.nume.1. P.Duen.reg.357.

¶Filius.l.4.velle.l.94.filiusfam.19.si filius. De hoc tractatur in l.filium definimus. De his qui sunt sui. in l.si vicinus.C.de nupt.

Comitum filij viuente patre dicuntur comites.gloss. sing.c.fin.24.q.1.

Inter filios bona patris æqualiter sunt diuidenda. Philip.C.fam.her.l.inter.

Persona eadem censetur filius cum patre.C.de impu. & al.sub.l.fin.C.de agri.& cen.l.cùm scimus. Inst. de inuti.sti.§.ei verò.

Filius hæres parentum est naturali ratione.

De bon.dam.l.cum ratione. C.de prob.l.siue possidetis.Ad Gal.4.Eze.18.

Filius tacens patri consentire videtur. Solut.mat.l.2.§. voluntatem.

Nec filius nec hæres feret iniquitatem patris.C.de inoffi.test.l.si quis.in fin.De calum.l.in hæredem. de bon.dam.l.fin. Riisvvichius.

¶Filius grauatus fideicommisso non puro, sed in diem vel sub conditione,detrahit duas quartas.Ista est communis opinio doctorum quæ consuetudine approbatur, secundum Ias.qui plura allegat in l.filium quem habentem.C.famil. herciscun. quam approbant iura canonica in cap. Rainutius. & in capi. Rainald.vbi per gloss.& doctores de testam.

Limita tribus modis, vt per Iaso. vbi suprà.& quarum limitationū secundam & tertiā rescripsit idem Ias. in authē.res quæ.C. com.de leg. B.Dias re. 296.

¶Filius hæreditatē vsucapere vel præscribere non potest.l.1.§.filium.ff.pro hærede.& l.nihil.C. eo.ti.

Primò fallit, vbicunque filius venit ex capite agnatorum:& ita possideat.& tenet Bald.in Rubric.extrà, de præscrip. & dicitur ibi hoc non esse tactum ab alio.facit quod singul.not.Bal.in leg.licet.in quarta quæst.in fin. C.de iur.deliberan. B.Soci.reg.197.

¶Filius si hæreditatem adire nolit,legitima priuatur. tenet Barto.post Iacob.de Aretio,in l. Marcellus.in §.quia poterat.ff.ad Trebel. & idē tenēt Cy. Ray.Salic.Bald.& Fulgos.l. hæres instititu.C.de im pub.& aliis substi.& Barto.in leg.pro hærede.& in l. gerit.de acquirend.hæredita.& in l.1.in 4.quæst.de vulgar.& pup.& Bald.in l.1.in versi.quo ad primam quæstio.C.quando non peten.par Angel.in consil. 81.incip.subtiliter.Bald.in cap.Ray.ad fi.de testam. & hæc est communis opinio, licet Ludouic.Roma. tenuerit contrarium in dic.l.prima. C.quando non peten. part.

Primò fallit nisi filio fuerit datus substitutus vulgaris, & filius grauatus est in legitima rerum suarū: quia tūc potest legitimam accipere,& residuum ad substitutum transmittere: vt est casus reputatus singul. in l.si libertus patrono.versicu. quid ergo.ff.de bonis liber.not. Barto.& doctor.in locis prællega. & ita intelligitur quod not.Bar.& in l.quandiu.la 1.ff. de acquir.hæredi.& in l.sancimus.in princip.in 6.q. C.de inoffic.test.& in dict.l.si hæres. dicunt tamen doctor.in locis prælleg. quòd hæc limitatio non procedit,vbi filio esset datus substitutus,sed non esset grauatus legato. bene facit l.si solut. de acquir. hære. sed solùm procedit vbi esset grauatus lega.tamen Angel.in dict.l.si pater.C. de instit.& substit. sub condi.& Bald.in dict.l.vnic. C.quando non peten.non videtur curare, quòd sit grauatus leg.sed satis est si habeat substitutum, per di.l. libertus patrono.& idem tenet Salic.in d. l.quoniam in prioribus,vbi videtur tenere indistinctè,quòd filius abstinens ab hæreditate priuetur legitima , per dict.l. libertus patrono. & l.sub.conditione. §. existere. de bonis libertorum.& per l.suus quoque, & l.sed si filio.de hæred.institu.vbi filius potest institui sub cōditione potestatiua,quam si non impleat, substitutus admittitur,& respondet ad d. l.libertus patron. & idem tenet Pet.de Anchar.in consi.cccij.incipiēte,in Christi nomine ex sola substitutione vulgari, & ita etiam tenet Paul.de Castr.in consil.255.incip. vt sis cautus.

Secundò fallit dicta regula, nisi filius post recusationem hæreditatis mutauerit propositum, & voluerit adire: quia tunc nec legitimam, nec aliquid perdet,l.fi.C.de pet.hæred. ita tenuit Bartol.in dict.§. quia poterat, & hoc est verum in filio in potestate: secùs in emancipato, secundum Ang.in dict.§.quia poterat, quia in eo non habet locum dispositio dic. l.fina. vt ibi Barto. Bald.& communiter omnes, & in l.secunda & tertia. C.de iur.& fact. ignor.& not. Barto.& in l.si quis suus.de iure delibe.hoc tamē dictum Ioan.de Imo.in d.§.quia poterat.singu. limitauit,nisi filius emancipatus esset institutus in legitimam tantùm,quam repudiauit: quia postea etiam semper poterit mutare propositum, per tex.quem ipse ad hoc reputat singular.in l.ita tamen.in d.§. si patronus.ff.ad Trebel.quod est perpetuò notandū ad limitationem dict.l.fin.

Tertiò fallit,dicta conclusio fortè in filio succedente ab intestato: quoniam tunc concedet ratio quòd habeat locum in iure substitutionis & iure hæreditario: quoniam tunc illam habet tanquam quotam bonorum,non tanquam hæreditatem:l. Papinianus in §. quoniam autem quarta . ff. de inoffic. testamen. Bartol.& doctor.in l.ex facto. la grande.ff.de hæred.institu.& l.quoties.eo.tit.& per consequens debet posse capere legitimam, & residuum repudiare: quia cessant rationes prædictæ.ita tenet domi.Abba.in capitu.Rayn.de testam.vbi alleg.l.primam.§. sed ex fundo.ff. de hæred. institu. vnde tu cogita. B.Socin.reg.198.

¶Filius,qui hæreditate patris se abstinuit, prælegata regulariter petere potest.l.apud Iulianum.§. si quis.ff.de doli excep.& in l.filio pater.de legat.1.& in l.cum responso.de legat.

Primò fallit, quando pater diuisisset omnia bona vel maiorem partem inter filios: quia tunc, si se abstinuerit hæreditate patris, non poterit petere prælegata,vt est casus multum notabilis in l.quid ergo.la 2. ff.de leg.1.quem not. B.Socin.reg.199.

¶Filius institutus in primo gradu,in totum,vel in partem licet sit præteritus in secundo, testamentum non rumpitur.Hanc regulam probat tex.& ibi doctor.tenent per eum in l.si posthumos.in §.quod vulgò.ff.de liber.& posthumis.

Hanc regulam vbi assignat rationem, & limitat eam tribus modis,ponit Ias.in d. §.quod vulgò.à nume. 1.vsque ad nume.6. P.Duen.reg.154.

¶Filivs legitimam iure institutionis habere debet, aliàs testamentum quærelare potest, ita communiter tenetur, vt per Barto. in authentic. nouissima. C. de inoffic. testa. & in authentic. vt cùm de appella. cogn. in §. aliud quoque.

Primò fallit in patre testante inter liberos minùs solenniter: quia tunc sufficit si relinquatur quoquo relicti titulo, vt est gloss. singular. in d. authentic. nouissima. C. de inoffic. testament. & est in verb. instituit, & eam sequitur Iacob. Butrig. ibi argument. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & idem Innocent. tenuit in capitu. Raynutius. eodem titul. vbi tamen dicit, quòd tale testamentum non valebit vt testamentum, etiam inter liberos, sed bene valebit vt vltima voluntas inter ipsos liberos tãtùm non quò ad extraneos: quam vltimam voluntatem iudex seruare faciet: vt l. 1. ff. famil. ercisc. Sed Iacob. de Aretio, & Cyn. in prædicta authentic. nouissima. C. de inoffic. testamen. videntur dictam gl. reprehendere: tenentes quod dict. authentic. corrigatur per dict. §. aliud quoque. primam tamen opinionem sequutus etiam fuit Matthæus in suis notabilibus. numer. 14.

Secundò fallit dicta regula in institutione pia secundum Barto. in leg. 1. in 2. quæstion. princip. C. de sacrosanct. ecclesi. per rationem, de qua ibi per eum: & idem tenet Petr. de Anchar. in capit. cùm essent. de testament.

Tertiò fallit in codicillis: vt not. Barto. in leg. filij. ff. famil. ercifcund.

Quartò fallit vbicunque statutum diceret, quòd pater teneatur relinquere filio quintam partem pro legitima: quia tunc sufficeret relinqui quoquo relicti titulo. ita Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. sed Ludoui. in leg. si quis prior. ff. de testamen. dicit quod licet ipse non reperiat aliquem tenentem cõtra Bald. tamen dicit quòd Florentiæ consuluit cõtrarium: & plus non dixit. hanc partem sequutus fuit etiam Alex. Imol. in l. inter cætera. ff. de libe. & posthum. motus ista ratione, quia statutum debet interpretari, vt quanto minus fieri potest corrigat ius naturale: vt probatur in l. 2. C. de nox. & capitul. cùm dilectus. de consuetu. & not Bartol. in l. omnes populi. in 6. quæstion. princip. ff. de iustit. & iure. B. Socin. reg. 196.

Contrariam tamen opinionem tenet Angel.in consil. xvij.num.5.versi.hodie autem. vbi tenet quòd in legitimatione, quæ fit per subsequens matrimonium, non requiritur liberorum consensus, fundet se per tex.in §.sit igitur licentia, & ibi glossa in verbo, fraudare.in authen.quibus mod.natu.effic. leg.colla.vj. quam opinionem tenet etiam Salycet. in disputatione incipienti, Mediolanensis quidam.in secund. dubio, articu. 3.Eandem opinionem tenet Præp.in dicto cap.tanta.quæstio.13.num.23.& in cap. per venerabilem.in §.quod autem.num.17 vel.f.octauus modus.Quam opinionem sequutus fuit Dida. in Epitome de sponsalibus. in secund.part.capit. viij.§.secund.nume.13.Eand.tenet Pala.Ruui.in repet.c.per vestras.in 3.notab.§.xx.nume.17 in fine, versic. item infertur.Montaluus in gl.l.secund. lib.3.fori.& eam videtur tenere Paulus Parisius in consi.xiij.num.36. volu.2.

Sed nihilominus prima opinio videtur mihi magis vera: imò quòd non solùm legitimatione, quæ fit per rescriptum, sed etiam in legitimatione, quæ fit per subsequens matrimonium, requiritur filiorum consensus: vt patet ex tex.in dicto §.generaliter. iuncto text.in §.reliqui igitur. & in §. si quis igitur in dicta authentic. quibus mod. natur. effic. leg. nam suprà Imperator posuit plures modos legitimandi, inter quos est iste per subsequens matrimonium: posteà autem per modum regulæ dicit, & generaliter in omnibus, qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum ius, tunc hoc obtinere volumus, dum & filij hoc ratum habuerint. Nam ponderando illud verbum, prædictos modos, apparet quòd refert se ad modum legitimandi per subsequens matrimonium: quem modum suprà retulerat in dicto §.retulit. & in dicto §. si quis igitur dotalia. relatum enim censetur esse in referente cum omnibus qualitatibus: vt in l.asse toto.ff.de hæred.instituend.& in authentic.si quis in aliquo documento. C.de edēdo. cum aliis.

Nec obstat text.in quo se fundant suprà dicti Doctores in d. §.sit igitur licentia.in verbo, fraudare. quia licet tex.ille innuatur quòd pater possit contrahere matrimonium, & legitimare filios.si filij non occultarent matrem, & per consequens facere eos legitimos ipsos iure: non tamen per hoc tollitur quin ius

legitimationis quæsitum filiis, non possit extingui si filij expressè nolint esse legitimi.

Decimò limita, quòd ad hoc vt talis legitimatio procedat per sequens matrimonium, requiruntur instrumenta dotalia de iure ciuili: alias illi non confectis, filij non legitimantur. ita probat text. in §. finali. & ibi glos. in verbo, instrumentis. inst. de nupt. vbi gloss. allegat alia quàm plura iura quæ hoc probant. Hanc opinionem tenet Bald. in leg. cùm multæ. Cod. de donationibus ante nuptias. & in le. nec. C. de nuptiis. & in l. eam quam. numero 27. C. de fideicommissis. Ange. in l. contrahitur. ff. de pig. Ioan. Brunellus in tractatu de sponsalib. conclusione 2. nume. 14.

Quæ opinio de iure canonico non procedit: quia de iure canonico valet matrimonium, & filij legitimantur sine dotalibus instrumentis: vt est gl. in c. aliter, in verbo, contubernia. xxx. quæstio. v. Abb. in d. cap. tanta. in j. notab. & ibi Doct. vbi dicit, quòd ita cōmuniter tenetur, fundant se doct. per tex. in d. c. tanta, scilicet propter vim & potentiam matrimonij. Matrimonium autem non requirit nisi consensum ad eius perfectionem: ad cuius esse non requiritur instrumentum dotale. Eandem opin. tenet Ange. in §. fin. num. 8. Instit. de nupt. Ias. in consi. clxviij. nu. 7. lib. 4. Dec. in consi. clv. nu. 2. vbi dicit hanc esse cōmunem opinionem, idem Dec. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Hippo. in sing. 250. Afflict. in c. 1. in §. naturales. in v. notabili. num. 27. si de feu. fuer. controuers. inter dom. & agnat. in vsib. feud. Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione. ca. de formali causa legitimationis: nu. 5. quam opinionem dicit Abb. vbi suprà, communiter Legistas tenere. Ange. cons. xxix. numer. 6. tenet suprà dictam opinionem Abb. esse veram quo ad hoc vt filij legitimentur, quia in hoc attenditur ius canonicum: sed ad successionem, in quo attenditur ius ciuile, talis legitimatio sine instrumentorum dotalium confectione, non operatur quo ad bona existentia in terris Imperij. Quam opinionem tenet Bal. in leg. neque, la j. Cod. de nuptiis. & in l. si qua illustris, versic. item. Cod. ad Orficia. Alua. in c. j. in §. naturales, si de feu. fue. controuer. inter dom. & agnat. versicu. quæro, quid, si filius. Cyn. post Iacob. de Arenis in l. & si contra. Cod. de nupt. & in l. fi. C. de interdict. matr. Ang. in authent. de incestis nupt. in §. dubitatum, post glo. ibi, in verbo, confectionem, colla. 2. in l. nuper. C. de natu. lib. eandem opinionem tenet Pręp. in d. cap. tanta. q. 10. nu. 20. versi. descendo ad tertium. Hanc etiam opinionem tenet Syluest. Aldobrandinus in §. fi. nu. 15. Instit. de nupt. Maria. Soc. Iun. in consi. 53. nu. 4. vol. 1. & hanc dicit esse communem Franc. Curt. Iun. in consi. 136. nu. 7. & ab ea in iudicando & consulendo recedendum non esse.

Contrariam tamen opinionem: imò quòd non solum in terris ecclesiæ, verùm etiā in terris Imperij, quo ad successionem filij legitimantur ex subsequenti matrimonio, tenet Alexan. in l. ex facto, in §. si quis rogatus, num. 19. ff. ad Trebel. vbi reprobat opinionem Angel. in d. cons. Ratio est, vt suprà dixi: quia in materia matrimoniali standum est iuri canonico, etiam in terris imperij: vt dicit gloss. in §. 1. Institu. de nupt. & in §. 1. in gloss. 1. Instit. de grad. latè doct. moderni, in leg. priuilegia. Cod. de sacrosanctis ecclesi. & in cap. per venerabilem. qui filij sint legit. text. & ibi Archidiacon. in capit. Euphemium, in §. hinc colligitur, secund. quæstion. iij. Feli. in Rubric. de spon, numero 6. versic. octauò in causa matrimoniali, & ideò communis opinio est, quod nullis confectis instrumentis dotalibus, per subsequens matrimonium filij anteà nati legitimantur: vt in d. capit. tanta. vbi non requiruntur aliqua dotalia, vel nuptialia instrumenta, & generaliter & distinctè loquitur. Hanc opinionem tenet Cynus in d. l. nuper. C. de natur. lib. Io. And. in reg. sine culpa, in Mercurialibus: de regul. iuris lib. vj. Salic. in l. cùm quis, & in authent. si quis habens. C. de natur. liber. Ioann. Faber in §. fi. Inst. de nupt. num. 2. Fel. in c. j. nu. 12. de spōs. Eandem opinionem tenet Ange. in §. fi. nu. 3. Instit. de nupt. vbi dicit, quòd cùm in tali casu attendatur ius Canonicum, hoc debet etiam seruari in terris Imperij. Ias. in lege, sed & quæsitum. ff. de lib. & posthum. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitut. Hanc etiam dicit communem & ab ea in iudicando, & consulendo recedendum non esse Decius in consi. clv. numer. 2. Ruin. in consil. ccxj. in v. lib. 1. hanc etiam opinionem tenet Didac. in Epitome de spons. in 2. parte, cap. 8. §. ij. nu. 8. hāc etiam dicit esse communem Paris. in cōs. 13. nu. 46. cū aliis, lib. 2. Hanc etiam dicit cōmunem Syluanus in cons. 3. nu. 30. cum seq. Guliel. May. in d. l. quoties idem, à nu. 17. vsque ad nu. 22. ff. de reg. iur. eandem opinionem, vbi dicit quòd communiter practicatur, tenet Bartholomæus Fumæus in sua Summa Armilla: in verbo, filius, §. xj.

Limita vndecimò, si mulier illa nō sit in schemate concubinæ domi retentæ: vt in authen. quibus mod. natu. effic. sui. in §. si quis autem defunctus, in authent. de triente & semisse, in §. consideremus, versicul. & hoc dicimus si concubinæ, & ita illa iura ad hoc vltra doct. ibi allegat Ant. de Rosellis in tract. de legitimatione, lib. 1. c. de causa materiali legitimationis. nu. 45. quam opin. dicit communem Francisc. Curt. Iu. in cōsi. cxxxvj. numero 9. Quæ opinio de iure canonico non procedit: imò etiam si mulier nō sit retenta in schemate cōcubinæ, filij anteà nati legitimantur per subsequens matrimonium, de iure canonico contra ius ciuile: ita expressè gloss. in capit. innotuit, de electione, & ibi Compostellanus, Ioan. And. Imol. Panorm. & communiter doct. Goffredus in Summa, de filiis presb. versic. quid si quis: glos. in cap. qualis. xxx. quæstio. v. Abb. in d. c. tanta. num. 12. & in cap. per venerabilem, nu. 31. qui filij sint legit. pro qua opinione est tex. in d. cap. tanta. vbi ad hoc vt filius dicatur naturalis, & legitimetur per subsequens matrimonium, non se fundat super concubinatu, sed indistinctè propter potentiam matrimonij legitimat ante genitos. Nec debemus attendere ad concubinatum: quia expressè damnatus est de iure cano. vt in capit. nemo. xxxij. quæstio. 4. imò de iure ciuili, per tex. in capit. j. de filiis natis ex matrimo. ad Morganicam contract. in vsibus feu. & dicit Hostien. in d. capitu. tanta. quod hodie de iure ciuili omnis coitus est reprobatus, præter vxorium: per tex. authen. de lenonibus, & in authen. scenicas mulieres, & in authentico de incestis nuptiis. & in similibus, in quibus Imperator dicit, quòd est amator castitatis: & quòd in istis spiritualibus vult sequi canonum dispositionem: vt in authe. de ecclesiast. tit. aliàs ex opinione contraria sequeretur, quòd magis faueretur peccato diutino, & continuo, quàm momentaneo: quod non est dicendum: vt in cap. fin. de consuetud. & in cap. cùm haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. & in capitul.

cùm ecclesia, de simo. cum similibus. Et hanc opinionem tenet Bald. in consi. cxxix. volu. ij. & in cõs. 207. lib. 3. Io. Brunellus in tract. de spons. conclusione ij. num. 27. Didac. in Epitome de spons. in secũd. part. c. viij. §. 4. numer. 2. Eandem opinionem tenet Gulielmus Mayn. in d. l. quoties idem, num. 12. ff. de regulis iuris. Præp. in d. c. tanta, num. 6. Aymon. Crauetta, in consi. 166. nu. 8. vol. 1. Nicol. de Vbaldis in tracta. de successio. ab intesta. in 1. parte, nu. 58. Hãc etiam opinionem tenet expressè Syluest. Aldobrandinus in §. fi. num. 11. Inst. de nupt. Ias. in cons. 51. vers. extat ergo ex prædictis vera conclusio. volu. 3. Fran. à Ripa in repet. l. si vnquam. Cod. de reuocand. don. numer. 55. Rodericus Xuarez in leg. 1. tit. 6. lib. 3. fori: Pro qua opinione est text. de iure Regio in d. leg. 9. Tauri.

Duodecimò limita, non procedere quãdocunque matrimonium non est contractum in facie ecclesiæ, nã ad hoc vt filij legitimentur requiritur quòd matrimonium in facie ecclesiæ contractum sit: vt est tex. in authen. quibus modis natu. effician. leg. in §. si verò etiam, & in §. sequenti. & in cap. cùm inhibitio. de clandesti. desponsfacit text. & ibi doct. in cap. ex tenore, qui filij sint legit. & ita expressè tenet per suprà dict. iura Afflict. in cap. 1. in §. naturales, in v. notab. nume. 32. si de feudo fuerit controuers. inter domi. & agnat. Marian. Socin. Iunior in cons. 31. nume. 46. lib. secund. & ibi suprà dict. Doct. ponunt. quando matrimonium dicatur contrahi in facie ecclesiæ. Eandem opinionem tenet Hostien. in Summa, de clandesti. despons. §. fi. vers. secùs puto. & in Summa, qui filij sint leg. §. 2. Ioann. Faber. in §. fi. Instit. de nuptiis. August. Beroius in quæst. 107. nu. j. cùm seq. vbi ponit rationem.

Decimotertiò fallit, quando concubina ex qua filius genitus fuit, erat Saracena, Iudæa, vel aliàs infidelis: nam tunc filius non legitimatur ex subsequenti matrimonio. Ratio est: quia nec tempore cõceptionis, nec natiuitatis poterat inter parentes legitimè contrahi coniugium: vt in can. caue. 27. quæstio. 1. & in c. ius gentium. 1. distinct. tradit hoc Didac. in Epitome de sponsali. in 2. part. c. 6. §. 11. Iacob. Septimancensis in libro Catholicarum institutionum: cap. 11. nume. 7. & sic cùm inter eos non possit contrahi matrimonium, filij non legitimantur. tenet Hostiensis, Io. And. Ant. & Abb. num. fi. Præpositus nume. 11. in d. c. tanta: vbi reprobant opinionem Calderini, qui contrariam tenuit. Hanc etiam opinionem tenet Cifuentes in leg. 12. Tauri: num. 5. Gul. Mayner. in d. l. quoties idem, nu. 10. ff. de reg. iur. Ioan. Brunellus in tract. de sponsalibus, conclusione 2. nu. 28. vbi reprobat Anton. de Rosellis qui contrarium tenuit in d. tract. de legitimatione, lib. 1. cap. de causa materiali legitimationis, nu. 28.

Decimoquartò limita, quòd talis legitimatus ex subsequenti matrimonio. non tollat ius primogenituræ iam nati: stante consuetudine quòd primogenitus succedat in maioratu: vt si aliquis habuit ex aliqua concubina filium naturalem, & posteà duxit vxorem, ex qua suscepit filium legitimum, & naturalem: posteà, mortua vxore, accepit concubinam in vxorem, & sic filius est legitimatus ex subsequẽti matrimonio: iste filius sic legitimatus non excludit à successione maioratus secundo natum legitimum. Hanc opinionem tenet Io. And. vbi eam examinat post Richar. Malum. in regula, sine culpa. De regulis iuris, lib. 6. Quem sequuntur Henricus, Card. & Anchar. num. 12. in d. c. tanta. Ias. in l. quoties, nu. 40. C. de rei vendic. & in l. Gallus. in §. & quid si tãtum, in 1. lect. nu. 89. ff. de liberis & posthum. & ibi Alex. & ibi Lancelotus Galiaula num. 80. Alber. in l. cùm quis. C. de natura. lib. Hanc opinionem dicit communem Cifuentes in l. 40. Tauri: in principio. Eandem dicit esse communẽ Castillo in l. 12. Tauri: nume. 20. & ibi Palatios Ruuios num. 28. Hanc opinionem, vbi eam latissimè examinat, tenet Moder. in consuetu. Paris. in tit. 1. §. 8. glo. 1. quæstio. 6. num. 34. cum sequentibus. Ioan. Cirier in tract. primogenio. quæstion. 14. vbi eam per totam quæstio. examinat. Eandem opinionem, licet dubitanter, tenet Nicolaus Boerius in decisio. 159. num. fin. Marian. Socin. Iunior in consi. 52. num. 7. libr. 1. Albericus in l. cùm quis. Cod. de natural. lib. Francisc. Curtius Senior in consil. 73. numero 29. versi cul. sexto ex capite. Hanc etiam opinionem, vbi adducit octo fundamenta, & ad omnia quæ pro contraria parte adducuntur respondet, tenet Ioann. Brunellus in tract. de sponsalibus, in secund. conclusione, numer. 32. cum aliis. Alexand. in consilio xxv. numer. secund. lib. 1. Andr. Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in verbo susceperit liberos, numer. 6. idem Tiraquell. vbi refert plures alios docto. eam tenentes, & quàm plures tenentes contrariam partem. in tract. de primogenitura quęstion. xxxiiij. per totam. Et pro ista opinione vltra ea, quæ ipse tradit, est tex. expressus in dict. cap. tanta: vbi dicit text. quòd filius est legitimus post matrimonium contractum, ergo præsupponit quòd anteà verè legitimus non erat, & ex matrimonio, est primogenitus censendus, cùm eo tempore quo ipse natus fuit, nullus erat primogenitus, & ita illum textum ad hoc notat And. Alciat. lib. iij. Paradoxorum cap. 14. quem sequitur Syluest. Aldobrandinus in §. fi. nume. 14. Insti. de nupt. Item pro ista opinione facit: nam legitimatio nõ trahitur retrò in præiudiciũ alicuius: vt est text. in auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi. in §. liceat, & in §. & hoc licet, coll. vj. & in l. si mulier diuerterit. ff. sol. mat. & ita cõcludũt docto. in d. §. & quid si tantum. & isti secũdo legitimè nato statim fuit ius quæsitũ probabili spe: vt videre est in cap. quamuis. de rescriptis, lib. 6. igitur in tanto præiudicio non debet fictione iuris legitimatio ista ad natalia deduci. Quæ opinio est tenenda per ista & alia fundamenta quæ adducũt docto. suprà relati: licet multi quos ipsi referunt contrarium teneãt: per text. in l. cùm quis. C. de natura. libe. ibi, gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij. sed text. ille loquitur quando filij sunt ex vna & eadem matre: suprà dicta quæstio, quando sunt ex diuersis matribus, & sic non obstat. P. Duen. reg. 350.

¶ Filivs natus in domo, præsumitur esse mariti. Hanc regulam probat tex. in dicto capitu. per tuas. de probat. & in l. filium eum definimus. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. in l. si vicinis. C. de nuptiis. in l. miles, in §. defuncto. ff. de adult. De iure regio probatur in leg. ix. titu. xiiij. part. xiij. & in l. 7. in fi. titu. 2. part. 4. Circa quam regulam vltra Doctor. in dict. c. per tuas. vide doct. in cap. transmissæ. qui filij sint legitimi. & in capitulo, officij. de pœnitent. & remissio. Palatios Ruuios in repetitione Rubric. de donat. inter virum. §. 60. numer. duodecimo. Ioannem de Neuizan. in Sylua nuptiali, libro primo. numero 85. Alciat. in tract. de præsumptio. reg. 3. præsum. 37. Nicolaus Boerius in decision. cccxcix. Paulus Paris.

in consi.x. numero 1. Marcum de Mantua in repetition.leg.transigere.numer.vigesimoquarto. Cod. de transaction. Albertum Brunum in consil.xv.in consiliis feudalibus.

Amplia primò, etiam si talis mulier soleat aliis commisceri, ita probat text.in dicta leg.miles.in §.defuncto.ff.de adult.& ita per illum text. tenent Abba.& docto.in dicto capit.per tuas.Bald.in rubri.Cod.de probat.& in leg.si matre.C. de suis,& legit.& in le. fin. Cod. de communi seruo manu. Angel.de Peru. in l.septimo mense.ff.de statu.hom. Paul.de Cast.in l.iij.ff.de liber.& posthum.Franc.Cremen. in sing. cxxvj. Palat.Ruu. in dict.repet.Rubric.in d.§.lx.numero 12.Marcus de Mantua in dict. leg. transigere. num.24.Ioan.de Neuiz.in dicta Sylua nuptiali, lib. 1.numer.85.Curt.Iunior in cons.xxvj.Hippolyt. in l. 1.in §.ad quæstionem.numer. 84.ff.de quæst. Angel. de Claua.in summa,in verb. adulterium.§.v. Nicol. Boer.in dicta decis.ccxcix. numer.3.& sic suprà dicta regu.& ampliatio procedit quocunque modo filius concipi potuerit ex marito:vt in dicta leg.ix.titul. 14. par. 3. & sic non refert vtrum mulier fuerit publica meretrix, vel recesserit à viro, si probetur aliquo tempore maritum cum ea habitasse. Ratio est, quia semper in dubio interpretatur fauore filiorum.ita tenet Abba.in dicto capitu.per tuas nume. 1.& in cap.transmissæ.nume.9.qui filij sint legi.& in cap.intelleximus.nume.7.de adul.Paris. in d.consil. x.num. 5.

Amplia secundò, vt procedat, nedũ per viam simplicis præsumptionis, verùmetiam per præsumptionem iuris & de iure, vnde non poterit probari contrariũ, ita Paul.Castren.in consi.cclxxv.volu.1. And.Barb. in consi. 50.nume.volum.secund. vbi referunt se ita consuluisse. Hippol.de Marsi.in dicto §.ad quæstionem.nu.36.

Quam ampliationem And.Alcia.in d.tract. præsump. dicit non esse simpliciter veram, in d.regul. xxxvij. nume. 2.& contra eam expressè tenet Paul. Paris.in d.consi.decimo.numer.42.vbi dicit, quòd ex coniecturis, indiciis, & præsumptionibus potest probari contrarium.

Amplia tertiò, vt procedat etiam in concubina retenta in domo: quia præsumitur filius eius qui eam concubinam retinet: non autem alterius.gloss. est notabilis in capitul. Michael. de filiis presbyt.in verbo, constiterit. Quam gloss. sequuntur Abba. & cæteri Docto.in dicto capitu.per tuas.idem Abba.in capi. transmissæ.qui filij sint legitim. Pala.Ruu.in dicta repet.Rubric.§.lx.numer.13.Nicol.Boerius in dict. decisio.ccxcix.num.secund.quam ampliationem quadrupliciter declarat Andræ. Alciat. in dicta regula xxxvij.num. 3.

Amplia quartò, etiamsi tam mater, quàm maritus negarent, & dicerent natum ex adulterio, vt est glos.in leg.si posthumus.in §.fi.& ibi gloss. & Doct.ff.de liber. & posthum.& in capit. transmissæ.in verbo, indiciis. qui filij sint legit.Pro qua opin.est text.in dicta l. filium eum definimus. & in l.fi.in fi. iuncta gl. ff.de Carb.edicto.& in cap.per tuas. & ibi Abba.nume.4.& Docto.de prob.Alexandr.in leg.nec possessio.Cod.de testam.Andr.Alciat.in d.præsumptione xxxvij.nume.6.Nicol.Boer.in d.decisio. ccxcix.numer.6.Marcus de Mantua in Apophthegma. 100, ex quo reprehenditur quidam filius regis, qui credens dicto matris renuntiauit regno.de quo per docto.in leg.si vicinis.C.de nupt. per Bart.& Iacob.de Arena, in d.l.filium eum definimus. de quo per Ias. in l.Gallus.numer.66.ff.de liberis,& posthumis.per Ioannem de Neuizan.in dicta Sylua nuptiali, lib.1. nume. 86.& hanc ampliationem sequitur Paris.in d. consi.x.nume.14.lib.secund.Quæ ampliatio procedit quandocunque filius non habet conscientiam læsam ex dictis matris: quia nullo modo vult credere matri: secùs autem si filius habet conscientiam læsam ex dictis matris: quia tũc debet credere matri, & omnia bona restituere, aliàs faceret contra conscientiam & ædificaret sibi ad Gehennam, vt in ca. literas.de restit.spoliatorum.ita tenet Hostiẽ. quem sequitur ibi Abba.num.4.in cap.officij. de pœnitentia & remissione.Idem Abba.& Præpo.in capit.veniens. quæst.pen. de eo qui duxit in matrimonium. Alciat.in d.regu.xxvij. num. 6.Iacobinus in l. Imperatores.num.9.ff. de probat. Quod tamen intelligo verum, nisi aliter iste filius viuere possit: quia tunc posset capere vitæ necessitatem: maximè aliis, quibus debetur non existentibus in tanta necessitate. ita tenet Syluestr.in Summa,in verbo.adulterinum. nume.4.in fine.& tunc talis filius debet proponere satisfacere si ad pinguiorem peruenerit fortunam. Verum tamen est, quòd talis filius de bonis consumptis bona fide durante, non tenetur, secund.Hostiensem. Ratio est: quia tunc erat bonę fidei possessor, vt in l.certum. C.de rei vendi.sed tunc dicit Hostien. quòd mulier ista tenetur restituere consumpta per filium putatiuum.

Sed est dubium, an dictus filius post completam præscriptionem debeat facere conscientiam de successione in bonis: si probetur, vel si constet non esse legitimè conceptum, Ang. in summa, in verbo, adulterium.§.6 & ibi Syluest.num.4.in fi.tenet ꝙ nõ.Pro qua opin.est gl.in c.vigilanti.in verbo nouerit,&in c.fi.in glos.fi.de præscript.vbi probant, quòd si post cõpletam præscriptionem superueniat scientia rei alienæ, qui est tutus præscriptione, non tenetur ad restitutionem in foro conscientiæ. similis est glo.in cano.si virgo.in verbo, possidere.xxxiiij. quæstio.2. & in regula possessor in glo.1.de reg.iur.lib.6. & in cap. si res. in gl.1.14.quæstio.6.& in cap.1.in gl.verbo, repellendi.de concessione pręb. hãc opinionem tenet Bal.in d. cap.vigilanti.nume.3 & ibi Abba.nume.6.Felin.nume.11.idem Abba. in cap.fi.nume.37. de præscript.& in cap.quia plerique.num. 25. de immunit. eccles. pro qua opinione est text. in l.1.in §. fi.cum leg.sequenti.ff.de itinere actúque priuat.vbi dicit text. quod nec corrumpi nec commutari potest quod rectè transactum est, superueniente delicto.Et hanc opinionem sequitur Angel. Aret. in §. fi.num.1 Inst.de vsuca.Petrus Rebuff.in tract. de pacificis possessor.nu.8. Alciat.in Rubric.de præscrip. num.13.& in cap.nouit.nume.39.de iudi.& ibi Dec. num.11. Oldendorp.in tract.de vsucapion.in 3. part. nume.4.Angel.de Perus.in repet.l.1.num. 36.C. de iudic.vbi in num.65. dicit hanc esse communem Palat.Ruu.in repet.Rubr.de donat.65.num.28.Chassanæus in consuetu.Burgund.in tit.Des forests.Rubric.13.§.8.nu.24.& hanc opinionem dicit esse communem Ioan.de Imola in capitu. finali. numer. 30. de præscrip. tam Legistarum, quàm Canonistarum. Quæ opinio est etiam communis Theologorum, vt tenet Syluestr.in Summa, in verbo, prescriptio. el 1. num.13.Ang.de Clauasio in Summa, in verbo, præscriptio. §. quadragesimono, vbi dicit ita tenere Scotum in 4.Sententiarum, distinct.xv.Ioan.de Medina

dina in tract.de restitutione. quæstio.18. Conradus in tract.de contractibus,quæst.11.S. Anton.Archiepiscopus Floren.in Summa,in 2.part.titul.primo,cap. decimoquinto, licet contrarium teneant Anton.de Butrio,& alij Docto.quos ipse allegat in capit.fi.de præscript. Quam opinionem sibimet contrarius conatur defendere Alcia.in repet.l. quinque pedũ. nu. 15.C. fi.regund.

Amplia quintò, etiamsi filius natus non assimilaretur marito,sed alicui adultero.argu.text.in l.fi. in §.penult. ff.ad municipal.facit text. in l.quòd si nolit.in §.si mancipia, ff.de ædilitio edicto,& quia istud potuit contingere propter cogitationem mulieris tempore conceptionis,vt per gl.in leg. quærat aliquis. in gloss.fina.ff.de verbor.signific.ita consuluit Paul. de Cast.in dict.consi. cclxxv. Facit quod notant Iaso.& Docto.in leg.Gallus.in fi. princip.ff.de libr.& posthum.

Amplia sextò , etiãsi prædicta mulier fuisset per longũ tempus sterilis cum tali marito,ita tenet Abba in d. c.per tuas.in princip. quem sequitur Alciat.in dicta præsumptione 37. nume. 8.Felin.in dicto capit.per tuas,nu.1.

Limita primò,non procedere quando maritus tempore conceptionis non esset habilis,vel potens ad coeundum propter aliquam infirmitatem,vel aliquod impedimentum. ita probat tex.in d.l. filium eum definimus.in fi.& ita tenet Abb.in d.c. per tuas, nu.3. Nic.Boer.in d.decis. ccxcix.nu.3.Feli.& Doct.in d.c. per tuas.& in d.l.filium eum definimus. & in l.Gallus,in princip.ff.de libe.&posth.Præp.in c.transmissæ.qui filij sint legitimi.Alexand.in consi.lxxviij.numero 7.& 9.vol.7.Pau.Paris.in d.cons.x.num.36.& nu.78.lib.2.

Limita secundò, quandocunque mater adulterabat cũ alio,& filius claudus vel cæcus natus fuerit: nam tũc præsumitur potius ex adulterio quàm ex coniugio conceptus,ita Barba.in cap.in præsentia. nu.98. de prob.Quem sequitur Hippolytus in sing.dxxx.Quę limitatio meritò reprobatur per Didacum,in 4. Decret.in 2.part.c.8.§.3.nu.8.

Limita tertiò, quandocunque maritus esset tanto tempore absens vt verisimiliter potuisset credi attenta natura,filium ex alio genitum, vt in d.l.filiũ eum definimus. & in d.l.ix.tit.14.part.3.

Alias limitationes circa hanc regulam vide per Doct. in locis s̃.allegatis. P. Duen.re.344.

¶ Filivs non potest institui à patre sub conditione casuali,vel mixta,nisi sub contraria exhæredetur: alioquin testamentum est nullum. Hãc regulam probat text.in l.si pater.C.de institut.& substit.ibi,iure testatus non videtur.Facit etiam tex.in l.1.ff. de iniusto rupto.text.in l. Lucius. in verb. nullius esse momenti,ff.de cond.& demon.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bernard.de Luco in regula dccxxvij.remittendo se ad Ias.in dict.l. si pater.

Eandem etiam ampliat quinque modis,& limitat vno & viginti modis Gerardus Albertinus in repet.d.l. si pater.à nu.62.vsque ad numerum 131.C.de institu.& substit.

Circa quam regulam notandum est,quòd hodie corrigitur suprà dicta l. si pater.& talis cõditio reiicitur de medio vsque ad legitimam filij, & valet testamẽtum.ita tenet glos.in dicta l.si pater.in verbo ,erat.& in l.suus quoque.in verbo,constat,ff. de hæredib.instit.Quam opinionem tenet Bart. in dicta l.si pater, numero secũdo,vbi dicit,quòd vsque ad suum tempus omnes Doctores tenuerunt contra suprà dictã gloss.in d.l.si pater.pro qua opinione adducit textũ in l.scimus.in §.cùm autem, C.de inoffic. testamento.quam opinionem glos.& Bartol. dicit esse communem Ias.in dicta l.si pater.num.nono, & ibi Alexand.& Doct.præcipuè Iacob.de S.Georg.numero 13.vbi dicit quòd in quæstione facti obtinuit secundum opin.illius glos.& quòd ita fuit iudicatum per tres sententias.Eandẽ opinionem vbi latissimè eam examinat,& dicit suprà dictam regulam esse correctam per tex.in dicta leg.quoniam in prioribus, C. de inofficioso testamento. tenuit Roderic. Xuarez, vbi plura in hoc adducit,in repet d.l. quoniã in prioribus. versicul. sed ad pleniorem intellectum huius legis,à num.primo,vsque ad finem.& idem Xuarez, in eadem repetit in v.ampliatione,per totã eandem opinionem tenet Francisc.de Ripa in rub.ff.de vulgar.n.157. Bernardus de Luco in d.regula dccxxvij. Montaluus in gl.l.ix.tit.iiij.parte 6.eandem opinionem tenet Guliel.Benedic.in repeti.c.Rainutius.in verbo,deliquit,nu. 28.de testamen. Pro qua opinione videtur tex. de iure regio in l.ix.& 11.tit. quarto, parte sexta, & in l.17.titul.j.parte sexta, in fin.ibi,deuen la hauer libre y quita sin embargo, y sin agrauamiento y sin ninguna condicion. Licet aliqui Doc. quos refert Roderic. Xuarez teneant contrariam opinionem glos.& Bartol.& licet opinionem contrariam dicat esse veriorem Decius in d. l. si pater. nume.14.versi.in fine glossæ.sed ibi etiam dicit opinionem suprà dictam Barto. & glossæ esse cõmunem: quam opinionem sequitur Corasius in Rubric. numer.9.C.de impuberum , & aliis substitutionibus. P.Duen.reg.368.

¶ Filivs non potest vocare in ius sine venia patrem etiam naturalem tantum: tenet glos.in §.pœnales.in verbo, vel parentem,in fine. Institu.de actio.est text. iuncta gl.in l. parentes, ff.de in ius voc. & ita est cõmunis conclusio.

Limita dupliciter regulam suprascriptam,vt per Iaso. in d.§.pœnales.vers. prædicta conclusio gl. B.Dias reg.295.

¶ Filivs non potest vocare patrẽ in ius sine venia. Hanc regulam probat textus in l.finali, C.de in ius vocand.& in leg. parentes,eodem titul.glo.in §.pœnales.in verbo, vel parentem. Institut. de actio. De iure regio probatur in lege tertia, titulo secundo, parte tertia. Circa quam regulam vide Catel. Cottam,verbo,filius.Hanc regulam limitat duobus modis Bernard.de Luco in regul.ccxciij.remittendo se ad Iason.in §.pœnales,numero sexagesimo.Instit.de actionibus.

Amplia primò, procedere in filio naturali.ita probat text.in d.l. parentes, ff.de in ius vocand. & in d.l. 3. tit.2.part.3.

Amplia secundò , procedere etiam in patres siue matres spirituales , scilicet qui eos leuant de sacro fonte.ita tenuit Guliel.de Cugno, Paul.Bald.Angel.& Rom. Alexand.& Iason in l.generaliter , ff.de in ius vocand. Angelus & Fulgo.in l.adoptiuum,per illum text.ff.eod.titul.Philip.Franc.in capit.postremo.de appellat.Angel.& ibi Iasõ.& Gomes.numero vigesimoquarto,in dicto §.pœnales,Institut. de actio. Guliel. Benedict.in repetit.c.Rainutius.in verbo, & vxorem nomine Adelasiam,nu.765.de testa.Eandem opinionem tenet Tiraq.in repet.l.si vnquam.in verbo,susceperit liberos.nu.28.

Amplia tertiò habere locum in filiis in adoptiuis: nam patres in ius non possunt sine venia vocare: vt probat tex. in l. adoptiuum, & ibi docto. ff. de in ius vocand. Ratio est: quia appellatione patris, & filij, comprehenduntur etiam adoptiui. Hanc etiam opinionem tenent doct. contra gloss. ibi, in §. sed ea omnia. Institu. de hæred. quæ ab intestato. Gulielmus Benedictus in repet. cap. Rainutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, numer. 742. Ludouicus Gome. in §. pœnales, num. 24. Instit. de act. Tiraquel. in d. repet. l. si vnquam. in verbo, susceperit libros, numero 21. Syluest. Aldobrandinus in §. sed hodie, nu. 3. Insti. de adoptionib.

Amplia quartò, habere locum in matre: vt in l. 3. in fi. ff. de in ius vocan. & in l. fi. C. eodem tit. & in d. l. 3. tit. 2. par. 3. quod vide per Decium in l. fi. nu. 3. C. de in ius vocand.

Amplia quintò habere locum, etiam si filius sit in dignitate constitutus, vt miles: nam non potest vocare patrem in ius sine venia, ita probat gl. in l. cogi, in verbo, contra obsequium, ff. ad Treb. Angel. in prin. Instit. de patria potestatē. & in §. item inutilis. Insti. de inutil. stipul. Syluest. Aldobrandi. in §. ius autem. numero 21. Institu. de patria potest. Iacob. de sancto Geor. in l. adoptiuum, nu. 8. de in ius voc. Fran. Purpurat in l. fi. nu. 34. in tracta. quem fecit post lecturam illius l. C. de edendo.

Amplia sextò habere locum, si filius implorat officium iudicis, ita probat glo. in d. l. cogi. in §. si pater. in verbo, contra obsequium. ff. ad Treb. & in §. pœnales. in glos. fin. Institut. de actio. ita tenet Dec. in l. fin. in secundo notab. & ibi Aret. C. de edend. & Ias. & Purp. numero 35. idem Ias. in §. pœnales. nu. 87. Institut. de actio. & in l. 1. num. 8. ff. de iurisdictione omn. iud. Syluest. Aldobrand. in §. libertinorum. numer. 20. Insti. de liber. quamuis idem Iaso. dubitet de hoc in l. nec quicquam. in §. vbi decretum. numero 78. de officio proconsulis, & legati.

Amplia septimò, vt non sufficiat petere veniam nisi impetretur, ita probat glossa in l. venia edicti. in glossa prima. C. de in ius vocando. quam glossam sequitur ibi Lancelotus Deci. pro qua opinione est textus in §. finali. Institut. de pœna temerè litigan. in versiculo, postulauerit & impetrauerit. & ideò si iudex denegauerit, erit superior adeundus: per textum cum gloss. in capitul. si religiosus. de election. libro sexto, non tamen preces exiguntur expressæ, sed tacita impetratio sufficit, secundum Ioann. Fabrum in dicto §. pœnales. argumen. text. in leg. libertus, la 2. ff. de in ius vocan. Ludoui. Gomezius in dicto §. pœnales. numero 7.

Amplia octauò, in tantū procedere suprà dictam conclusionem, vt in hoc rusticitati non parcatur. ita tenent Salyc. Aret. & doct. in leg. secunda, C. de in ius vocand. pro qua facit dictum Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugit. versic. & not. vbi dicit quòd in his, quæ sunt contra spem honestatis, non partis rustico. ita etiam tenet Iason. in l. si quis id, quod. ff. de iurisdict. omn. iudic. Quam opinionem sequitur Purpuratus in dicto tract. posito post d. l. fin. C. de edendo, nu. 29.

Amplia nonò, vt huic tali iuri honorifico personæ prædictæ renuntiare non possint. ita concludit Alexan. in l. alia. in §. eleganter. ff. solut. matrimonio. vbi respondit ad textum. in l. quamuis. ff. de in ius vocand. qui obstare videtur Purpurato in suprà dicto tractatu, nu. 34.

Amplia decimò vt pœna sit exigibilis, & processus annulletur. ita concludit Cyuus, Alex. & doct. in d. l. 1. C. de in ius vocand. quam opinionem dicit esse communem Franc. Purp. in d. tract. num. 36. quamuis ibi Purpuratus ipse contrarium teneat.

Amplia vndecimò habere locum in patrono: nam libertus non potest eum vocare in ius sine venia, l. prima, & 2. ff. de in ius vocand. cum aliis. Purpurat. vbi hoc declarat, in d. tract. per totum. & Iaso. in d. §. pœnales, num. 60. Inst. de actionibus. De iure regio est text. in l. 3. tit. 2. par. 3.

Limita primò, non habere locum in filio in potestate: nam talis filius etiam cum venia non potest patrem conuenire, vt est casus in l. fin. C. de in ius vocando. & in l. 3. tit. 2. part. 3.

Limita secundò, quandocunque filius agit tutorio nomine, & sic in causa pupilli: nam tunc potest vocare patrem in ius sine venia. Pro quo facit: nā libertus non potest vocare patronum sine venia, vt in l. adoptiuum. in §. patronum, ff. de in ius vocan. tamen si sit tutor alicuius pupilli, poterit in causa pupilli vocare patronum in ius sine venia. l. quæsitum, ff. de in ius vocan. quia tunc non facit hoc vt filius, sed vt tutor. Et hanc limitationem posuit Syluest. Aldobrandinus in §. dari autem. nu. Insti. qui testamen. tut. dari possunt. & ibi probatur, quòd filiusfamiliàs possit esse tutor: probetur etiā in l. filiusfamiliàs, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

Limitā tertiò, non procedere, quando filius vult intentare actionem criminalem contra patrem: quia etiā impetrata venia non potest. ita determinat glo. in §. pœnales, in verbo, patronum. quam ibi sequitur Gomez, nu. 25. Insti. de actio. de iure regio probatur in l. 3. tit. 2. par. 3.

Quartò limita, quādo filius esset natus ex patre qui habebat duas, vel plures concubinas: tunc filius natus ab vna de illis concubinis bene potest vocare patrē suum in ius sine venia. ita tenet Odofredus in l. quique. §. prætor ait. num. 3. ff. de in ius vocand. Motus: quia tunc non dicitur filius naturalis, sed spurius: vt in authentic. licet. in verb. solo. C. de nat. liberis. quē refert Iason in dicto §. pœnales. numer. 62. vbi reprehendit, & bene, suprà dictam limitationem. Pro qua opinione contra Odofredum est textus in leg. vndecima, Tauri. Facit quòd suprà dixi in regul. cccl. in xj. limitatione.

Quintò limita in casibus, in quibus pater cogitur emācipare filium, de quibus in l. si lenones, C. de episco. audien. ita expressè tenet Petrus de Bellapertica in leg. finali. in princip. C. de in ius vocand. quem sequitur ibi Lancelotus Decius. Quam opinionem ante eos tenuit gloss. fin. & ibi Cynus in d. l. fi. C. de in ius vocand.

Contra quam limitationem tenet expressè Nicol. de Neapol. in §. pœnales. Institut. de actio. quem sequitur Purpurat. in suprà dicto tractat. numero trigesimonono. Eandem opin. tenet expressè Bartho. Cæpola in cautela centesima decimaquinta, nume. tertio, Claudius de Seysello in d. l. fi. numero 1. C. de in ius vocand. & ibi Franc. Curtius Iunior, numero 5. Pro qua opin. est tex. in l. sed si hac. in §. prætor ait. ff. de in ius vocan. vbi licet ex graui iniuria permittatur filio agere cōtra patrem etiam actione famosa, tamen hoc debet causa cognita impetrari à prętore. P. Duen. re. 351.

¶ Filius potest compellere patrem vt sibi ministret sumptus & expensas in studio. Hanc regulam probat

probat text. in lege, de bonis. in §. non solum. ff. de Carboniano edicto. Cuius hæc verba sunt: Non solùm alimenta præstari debent pupillo, sed etiam in studia, & cæteras necessarias impensas debet impendere pro modo facultatum. Et licet non loquatur de patre, tamen tex. & ibi expressè Doct. in patre loquuntur, vt in l. Macedoniani. Cod. ad Macedonian. & ita tenet Vitalis Namansensis, in trac. de collationib. quæst. v. num. 11. in finalib. verbis. Bartholo. Bolognin. in repet. authent. habita. C. ne filius pro patre, nu. 267. Circa quam regulam vide suprà posita in regula cclxx.

Hanc regulam ponit cum quatuor limitationibus Petrus Rebuffus in tractatu de priuilegiis scholarium: in priuilegio liij. à num. 1. vsque ad finem. P. Duen. re. 362.

¶ Filivs patri superstes vno solum momento facit deficere conditionem si sine filiis decesserit. l. si tamen. §. fin. cum glos. ver. simplicem. ff. de edilic. edict. not. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. conc. l. qui duos. §. fi. ff. de reb. dubiis. Bal. c. 1. §. quinetiam. in tit. episcò. vel Abb. refert Ias. l. inter stipulantem. §. sacram. col. 8. ff. de verb. oblig. l. antep. col. 2. C. de insti. subst. Med. re. 5.

¶ Filivs possidens bona parentis præsumitur eius iussu possidere, ita & pater possidens bona filij. l. si filius. C. de pet. hæred. & quemadmodum pater tenetur alere filium, ita etiam & filius patrem inopẽ. Brun. in tract. stat. super fœmin. arti. 14. num. 12. Abba. in procem. Grego. num. 20. Paris consil. 82. num. 33. volum. 3. consi. 2. num. 16. eod. volumine. August. Ber. consi. 140. num. 17. volum. 1. cap. ad nostram. numero 5. de empt. & vend. Soc. consi. 56. nume. 3. volumine 5. Ruin. consilio 33. numero 11. vol. 1. Medi. reg. 4.

¶ Filivs priuatur feudo propter delictum patris. Hanc regulam probat text. in cap. vnico, si vasallus feudo priue. & notatur in c. j. in §. vasallus. si de feudo defun. fuerit contro. ita tenet Bart. in l. eum qui. num. 1. ff. de interdict. & releg. Anchar. & Imol. in c. secund. de feudis. Bald. in consi. cxlix. numer. 6. vol. 3. Bald. Ang. & doct. in l. adoptiuum. in §. fi. ff. de in ius vocand. Afflict. in cap. 1. in §. porrò si dominum. nume. 48. quæ fuit prima causa beneficium amit. in vsibus feu. Bartholomæus Socin. in consil. 4. nume. 27. volum. 3. Decius in consi. ccccclxv. num. 68. Ale. in consi. xxx. nume. 17. volu. 1. And. ab Exea in lib. pactorum, num. 229. Hieron. Gratus vbi allegat alios Doct. hanc opinionem tenentes, in consi. lxxix. nume. 26. volum. 1. Alber. Brunus in consi. 108. num. 33. Zasius in tract. feud. in x. par. Alex. in consi. 40. num. 9. volu. 3. Curtius Iunior in tracta. feud. num. 13. in v. part. Lancelotus Galiaula in repe. l. Gallus. §. & quid si tantum. nume. 6. ff. de liber. & posthu. idem Matt. de Affli. in §. hoc quoque. nu. 53. cum aliis, in vsibus feudorum.

Limita primò non habere locum in transuersalibus: vt est glo. in d. c. vnico, in gl. fi. si vasallus feudo priuet. & ibi Andr. de Isernia, Hostien. in summa: in titu. de feudis. Iacobus Aluarot. in capit. 1. in §. denique. quæ fuit prima causa benefi. amit. in vsibus feudorum. Socin. in d. consi. 3. nume. 27. volum. 3. Alex. in d. consil. xxx. nume. 17. libr. 1. Gratus in d. consi. lxxix. numer. 17. lib. 1.

Limita secundò, quando pater deliquerit circa ipsum contractũ: secùs si alia ratione deliquerit. tenet Ias. post alios per eos allegatos, in l. secũd. nu. 192. C. de iure emphy. Francisc. Curt. Iun. in d. tract. feud. in d. v. par. nu. 13.

Limita tertiò, vt procedat quando pater deliquisset in dominum: secùs si in extraneum: ita tenet Alexan. in consi. 1. nu. 41. volu. v. quem sequitur Andr. ab Exea in libro pactorum. nu. 229. Hanc opinionem expressè tenuit Bar. in d. l. eum qui, nu. 1. ff. de interd. & rele. Curt. Iun. in d. v. parte, nu. 13.

Quartò fallit, quando dominus in vita sua exposuisset querimoniam pro felonia cõmissa: aliàs secùs: quia eius hæres non posset illam exponere. ita tenet Angel. per illum tex. in l. cum apertissimi. in prin. C. de secundis nupt. quem sequitur Andr. ab Exea in dict. lib. pac. nume. 229. pro qua opinione est glo. in capitul. 1. §. porrò, quæ fuit prima causa benefi. amitten. in verbo, assalierit. pro qua opinione allegat text. in argumentum in leg. fi. C. de reuoc. donat. & in l. omnimodo. C. de inofficio. testamen. & in l. nõ tantum. in §. si emancipatum. ff. de bonorum possess. contra tab. & ita tenet Ioan. Andr. & alij Docto. in c. fin. de donat. Hanc etiam opinionem tenet gloss. in d. l. omnimodo. in verbo, non licebit. Cod. de inoffi. testam. vbi allegat etiam alia tria iura in argumentum: vide licet text. in l. Procula. ff. de probat. & in l. 1. in §. fin. ff. ad Syllan. & in l. si pater de inofficios. testament. Alia etiam glos. quæ hanc opinionem tenet, in l. fin. in verbo, instituere. C. de reuoca. dona. & in capitu. 1. in princ. in verbo, concubuerit. quibus modis feu. amittat. & in cap. imperialem. in §. insuper. de prohibita feudi alienatione per Federi. Circa quam limitationem vide notabilitas Matthe. de Afflict. qui eam examinat, in cap. 1. §. porrò qui dominum. à nu. 38. vsque ad nume. 65. quæ sit prima causa benefi. amit. in vsibus feud.

Quintò limita, quando feudum patri pro se, liberis, & descendentibus concessum fuisset: nam tunc quia liberi iure proprio nõ ex patris persona veniunt, delictum patris non nocet. ita tenet Barto. in dict. lege eum qui. ff. de interdictis & relegat. Bal. in lege, lege. C. de legitim. hæredibus. Paul. de Castr. in l. si finita. in §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. Io. de Imol. in cap. fi. de feudis. in vol. Gregor. eandem opinionem tenet Iacob. de S. Georg. in tract. feudorum, in parte, dictíque vasalli. nu. 60. Zasius in tract. feudorum. in x. parte. nu. 98.

Limita sextò, quando patre delinquente, feudum apud auum adhuc erat, quia tunc si pater in vita aui de medio sublatus fuerit, vel per sententiam super offensa declaratus, & futuro succedendi iure priuatus, auo posteà mortuo, patris delictum nepoti qui in locum ipso patre secluso successerat, nõ nocebit. ita tenet Bart. in d. l. eum qui. ff. de interdict. & relegat. num. 2. Bar. in dicto. cap. 1. si vasallus feu. priuet. in vsib. feud. & in lege, emancipatum. ff. de Senator. Vldaric. Zasius in dict. tractatu feudorum, in decima parte: numer. 98. Hanc etiam opinionem tenet Lancelotus Galiaula in repetitione leg. Gallus, in §. & quid si tantùm. numero sexto. ff. de liberis & posthumis.

Limita septimò, non procedere in feudo antiquo: ita Cinus in l. ij. C. de libert. & eorum liber. & in l. secũ. C. de operis libertor. Bart. in l. eum qui. ff. de inter. & relegat. Bald. in cap. j. in princ. de successio. feud. Hanc etiam opinionem tenet Iaco. de S. Georg. in dicto tracta. feud. numero decimoquinto. verbo, & cum pacto. Ratio est: quia in feud. antiqua liberi nõ habent feudum à patre: sed dicuntur illud habere

ex prouidentia antiquorum progenitorum. vnde illud quod lex dedit eis, non debet pater posse eis auferre: pro qua opinione est textus in l. si arrogator. in §. sed an impuberi. in versi. cæterum si fidei eius, ff. de adopt. P. Duen. re. 346.

¶ FILIVS spurius de iure ciuili, nec inter viuos neque in vltima voluntate potest aliquid capere de bonis parentis. Hanc regulam probat tex. in l. 1. & in auth. licet, C. de natu. lib. & in auth. ex complexu, C. de incestis nupt. De iure regio est tex. in l. x. tit. v. lib. tertio, fori, & in l. x. tit. decimotertio, part. 6. Circa quã reg. vide Bar. in l. fi. ff. de his, qui vt indi. & in l. si quis ex bonis, & ibi Doct. ff. de vulg. & pup. Abb. & Doc in cap. cùm haberet. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulter. Dec. in c. in præsentia. num. 105. cum seq. de probatio. Cifuentes. & doct. in leg. ix. & x. Tauri. Pala. Ruui. in rep. c. per vestras. in §. x. Rode. Xuarez in lectu. l. 1. titu. 6. fori. versic. qui autẽ dicantur filij spurij, vsque ad finem lecturæ. Dida. in epitome de sponsalibus: in secunda part. cap. octauo, §. v. & 6. Guliel. Bened. in repet. c. Rain. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decisione quinta, nu. 122. cùm sequen. D. de Segura in repet. leg. cohæred. in §. cùm filiæ. num. 122. ff. de vulg. Angel. de Gâbellionibus in tract. de testam. in gloss. lxxxv. Ioan. Bassanium in consuetudin. Aluerniæ, capit. xij. de successionibus & testamentis, articul. vndecimo, Afflic. decisione xcvj. Chassanæum in consuetud. Burgund. in titul. des successions. Rubr. octauo, §. 3. numero primo, cum aliis. Bermondum in tract. de publicis concubinariis, versicul. impropriè Papa. à numero primo, vsque ad numerum final. Nicol. Boer. in decisione ccxxvij. Nico. de Vbaldis in tractat. de successio. ab intestato: in 1. par. nu. quadragesimoquarto. cũ aliis. Martinum Lauden. in tract. de legitimatione. numero septuagesimosecundo, cum aliis. Ioan. Gualdẽsem in tra. de arte testandi: tit. j. cautela decimaquaata, per totam. Ioan. de Garronibus in repet. leg. 1. nu. 101. cum aliis, C. de secun. nup. Parisi. in consil. 11. numero decimo, libro secundo, Iacob. de Sancto Geor. in l. qui testamentum, num. 5. cum aliis, ff. de probatio. Ioan. Baptistam de Caccialupis in repet. l. si qua illustris, num. 69. cum aliis. C. ad Orficia. Ioan. Corasium in l. hæres institut. numero 5. C. de impuberum & aliis. Barth. Socin. in consil. lxix. volum. 1. Corn. in consi. xxv. & in consi. cccx. volu. 1. & in consi. ccvij. libro tertio, Alex. in consi. lxxiiij. libro 3. & in consil. cl. lib. ij. idem Corn. in consil. ccxxxvj. lib. secundo. Lauren. Calcaneum in consi. 62. Rolandinũ Bononiensem in tractat. de testament. Rubric. decima octaua. Ex quibus omnibus amplia & limita sequẽtibus modis.

Amplia primò, in tantum procedere, quòd non valeat statutum disponens spurios ex testamento, vel alia vltima voluntate posse succedere patri suo: quia statutum præberet occasionem fornicandi, vt in l. conuenire. ff. de pactis dotali. in cap. quemadmodum. de iureiurand. ita tenet Feder. de Senis in consil. cclxv. nu. 1. & in consi. cclxxvij. Aret. in l. cunctos populos. num. 15. & Bald. nu. 13. C. de sum. Trini. idem Aret. in l. testamenti factio, ff. de testa. Ias. in l. ait prætor. in princ. numero 12. ff. de iureiur. Bart. Soc. in cons. xcv. numer. 9. lib. 4. Dec. in c. 2. in 2. lectura. in 2. notabili, de cõstitutio. & hanc dicit communem opinionem Ioan. Bapti. de Caccialupis in repet. l. cunctos populos. nu. 170. C. de summa Trinita. Hanc opinionẽ dicit esse cõmunem Decius in c. in præsentia. nu. 124. de probatio. Eandem dicit communem esse Dilec. in tra. de arte testandi. in tit. 1. cautela 14. nu. 1. Eandẽ dicit esse communem Ferdinandus Loazes in tract. de matrimonio, in 2. dubio. in 2. fundamẽto pro parte negatiua, nu. 7. vbi adducit alios quàm plures doctores dicentes eam communem, idem Loazes in tract. de conuersione Paganorum, nume. 7. versic. ex hac ratione. Boer. in decis. 128. nu. 9. Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius. in prin. num. 39. & hanc opinionem tenet Bermondus in tract. de publicis concubinariis. à nu. 63. vsque ad nu. 55. Pala. Ruuios in l. ix. nu. 6. in ll. Tauri.

Amplia secundò, vt hæc nostra conclusio non solùm procedat de iure ciuili, verùm etiam de iure diuino: vt habetur Gene. 21. c. vbi dictum est Abrahę, Eiice ancillam, & filium: quia non erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ, quod idem attestatur Apostolus ad Galatas, 4. capit. Quod dictum etiam obseruatur de iure canonico: vt in can. non omnis, 32. quæstio, 2. & in capit. dicat aliquis. 32. quæst. quarta, & refert August. in capit. quid est, trigesimaquinta, quæst. 7. vbi dicit quòd ex lege Dei statutum est quòd illi qui ex incestuoso coitu nascuntur, nullo iure parentibus succedant.

Amplia tertiò, quòd si spurio aliquid relinquatur, id à lege legitimis liberis, vel cognatis proximioribus defertur. ita tenet Bald. & ibi Salic. in l. j. per tex. ibi. C. de natur. liberis. Bart. in l. fina. ff. de his, quibus vt indig. Ias. numero 9. in leg. 2. C. de hæred. instituen. Eandem opinionem dicit communem Alexan. in l. hæreditas, C. de his quibus vt indignis, & in cõsilio 74. numero 6. volumi. 3. Eandem opinionem, tenet Bermondus in tract. de publicis concubinariis, numero vigesimoprimo, versicu. ego autem puto contrarium. sed si venientes ab intestato agere noluerint, vel dissimulauerint, vel tacuerint intra duo mẽses, inuadit fiscus tales res. ita probat tex. in leg. prima, in §. quibus tacentibus, C. de natural. liberis. & ita expressè per illum text. tenet Bald. in l. certum, numero decimoseptimo, versicul. sed pone bastardus, C. vnde legi. Bermondus in dicto tractat. de publicis concubinariis, numero septimo. Rolandinus Bononiensis in tractat. de testamentis: Rubrica decimaoctaua, numero primo. Ludouic. de Sardis in tractat. de naturalibus liberis: in fine, versiculo, secundo videndum est, numero primo. Ioann. Garronis in repet. l. primæ, numero centesimoprimo, cum aliis, C. de secund. nupt. & pro ista opinione est tex. in l. x. tit. 13. par. 6.

Amplia quartò, quòd si instituatur spurius, talis institutio est ipso iure nulla: cùm ipso iure sint incapaces: vt in auth. quibus modis naturales effic. sui, in §. fin. & in Auth. ex complexu, C. de incestis nuptiis. & in lege, si spurius, ff. vnde cognati. & in lege, si pater. & ibi glossa, & lege, nec apud, C. de hæredi. instituend.

Amplia quintò, vt tales filij non possint præscribere sibi relictum à patre. ita tenet Bald. in l. id quod pauperibus, C. de episcop. & cleric. & in l. nulla. versic. secundò quæro, C. de rei vendicat. pro qua opinione allegat gloss. notabilem, in leg. nemo, ff. de vsucapione pro legato. vbi probatur, quòd spurius vel alias incapax non potest præscribere tali præscriptione in qua requiritur titulus, prout in vsucapione & præscriptione longi temporis, si voluerit præscribere tanquam sibi relictum ab eo à quo capere non potuit.

Amplia

Eandem opinionem tenet Salicetus in dict.l.nullũ.dicens istud procedere, etiam si iusto errore putasset se esse legitimum:& ita intelligit suprà dictam glos. idem tenet ipse Salicetus in l.prima.C.pro hærede. eandem opinionem tenet Alexand.vbi hoc duobus fundamentis comprobat,in consi.lxxiiij.numero septimo,volu.iij.Bermondus in tract.de publicis concubinariis,numero 16.Cornæus in consi.ccxxxvj. numero quarto,vol.ij. Eandem opinionem tenet Franciscus Balb.in tract.præscriptionum,in iiij.part.iiij. partis principalis.quæstio.decimaoctaua, per totã. & repet.l.Celsus,in prima parte,numer. 9.ff.de vsucapionibus.

Amplia sextò, quòd si pater in testamento mandaret bona sua vel partem distribui inter pauperes vel cõiunctos,vel illis executor viderit distribuenda, non poterit executor eligere spurium,ita tenet Bal. in l. id quod pauperibus,C.de episc.& cler.num.trigesimoquarto,quæst.xxij.Ratio est: quia spurius non venit appellatione coniunctorum, nec executor poterit illa bona distribuere cõtra prohibitionem iuris in personam prohibitam,ne concedatur per indirectũ quod prohibetur directè: & si distribueret spurio,videtur esse relictum à patre, quia factũ exequutoris exequentis voluntatem, iudicatur idem cum facto testatoris:vt in l.vnum ex familia,in §.si de falcidia quæratur,ff.de leg. ij. vbi dicit text.ꝙ electus non dicitur capere ab illo qui eum elegit,sed ab illo cuius iussu electus fuit. Eandẽ opinionem tenet idẽ Bald.in l.ab eo.C.de fideicommissis, & pro ista opinione est text.in l.si is qui.ff.de vulgari. vbi qui non potest capere per se,nec alio mediante:nec etiam videtur datum arbitriũ exequutoris: vt disponat contra ius:vt in l.quanquam,ff.de ritu nupt. & in leg.Lucius. ff.ad municip. & pro ista opinione est text. in dict. leg.prima.C.de natur.liberis.eandem opinionem tenet Cornæus in consi.ccxxxvj.numero decimo,volum.ij.Bermondus in tract.de publicis cõcubinariis,num.octauo, Dilec.in tract. de arte testandi:tit.j.cautela decimaquarta,numer.nono. Guliel. Benedict.in repet.cap.Raynutius,in verbo, & vxorem nomine Adelasiam,in v.decis.nume.220.de testamen.Pala.Ruuios in l.nona,nume.16.Tauri. Alexand.in consil.liiij.numer.j.vol.vij.Calcaneus, consil.lxij.nu.7.

Quam ampliationem declara, vt per Boerium vbi ponit Doctor. tenentes contrarium in decis.cxxvij.numer.14.& 15.

Amplia septimò habere locum econuerso:nam ita eodem modo pater non succedit filio: ita concludit Bald.in authent.licet. C.de naturalibus liberis. quia inter eos nullum ius agnationis vel cognationis reperitur:vt notatur in leg ha. parte.& in l.si spurius. ff.vnde cognati.Hanc opinionem tenet idem Bald. in l.prima,C.de episc.& cler.&ante eum tenuit Azo in Summa,C.de hæredibus instituend.& C.de legi. hæredib. Bart.in l.fin.numero quinto, ff.de his quibus vt indignis.Guliel. Benedictus in rep.c. Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam, deci.5. numero 133.de testa.Ias.in §.pœnales,numer.61.Instit.da actio. vbi pro hoc allegat tex. in d. leg. licet, C.de naturalib. libe. Hanc etiam opinionem tenet Matthesillanus in tract. de successionibus ab intest. in ij.memb.ij.artic.principalis,nu.6.Bermondus in tract.de publicis concubinariis,nu.77.vers. & econuerso notate. vbi hoc notabiliter declarat Alexand. vbi allegat Bar.in aliis locis idem tenentem. in consil.cl.numero sexto, libro secundo. Chassanæus in consuetud.Burgund.in tit.Des successions.Rub.vij. §.j.nu.1.& 2. Caccialup.in rep.l.si qua illustris, nu. 77.C.ad Orfic.

Amplia octauò,quòd tales filij spurij non succedũt parentibus ex parte patris ab intestato. ita probat tex. in d.l.j.in fi.C.de natur.lib.& in leg.spurius,ff.vnde cogn.& ita tenet Cyn.in authen.itaque, C.communia. de succes.& in l.si qua illustris,C.ad Orfic.Ioan. Fab.in §.nouissimè.Institut.eodem titul. Caccial.in repet.d.l.si qua illustris, numero septuagesimonono,& hanc opinionem tenet Ludouic. de Sardis in tracta. de natu.lib.in §.de successione spuriorum, in septima quæst. nume. 12. Cifuentes,in leg.ix.Tauri, numero 4.De iure regio probatur in leg.xij.ti.xiij. parte vj. Quod in filiis clericorũ locum non habet quia nec ab intestato nec ex testamento succedunt parentibus ex parte patris:vt in l.xxij.titu.iij.libr.j. ord.& in l.ij tit.3.lib.v. ordinamenti. quæ leges approbantur etiam per l.ix.Tauri,& ibi hoc tenet Cifuentes,nu.12.

Amplia nonò, habere locum in filio incestuoso : nam filius incestuosus,scilicet,natus ex consanguineo & consanguinea,non succedit parentibus. ita tenet gl. & ibi communiter Doct. in d.l.si qua illustris.C. ad Orficia.in gl.in verbo,cum legitimis.& in §. nouissimè.Instit.ad Orficia.tex.in l.xj.tit.xvij. parte 7.& pro ista opin.est tex.quem ibi notat & intelligit Cifuentes in numero 11.in d.leg.ix.Tauri.Rode.Xuarez in glos. leg.prima,titulo sexto,libro tertio Fori, vers. hæc in successione parentum, & hanc esse communem opinionem tenet Caccialup.in repet. d. l.si qua illustris,nu.96.

Amplia decimò, habere locum in filiis adulterinis : vt est text.quem ibi ad hoc notat Cifuentes,num. 2.in d.l. ix.Tauri.

Amplia vndecimò, adeò procedere ꝙ talis filius non poterit aliquid à patre capere ex lucratiuo contractu aut oneroso, per se neque per interpositam personam:vt in l.j.& ibi gloss.Cynus, Bart.Bal.& Sali. in dict.l.prima,C.de natur.lib.licet contrarium teneat gl.in l.qui testamentum,in glos.secunda, ff. de probatio.quæ in contractu oneroso contrarium dixit.quam sequitur Bald.in leg.si is qui, ff.de vulgari & pupilla.sed illam gloss. reprehendunt ibi Iacobus But.Salicet.& Florianus,nec per hunc modum faciliter fraus fieri possit de contractu ad contractum. Hanc etiam opinionem tenet Dilec.in tract.de arte testandi.titul.1.cautela decimaquarta, numero tertio.Gulielm.Benedictus in repet.cap.Raynutius, in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,in decis.quinta,nu.129.Aret.in l.si is qui ex bonis.nu.6.in fi.ff.de vulgari & pupillari. Eandem opinionem tenet Bermon.vbi eam notabiliter intelligit,in tra.de publicis concubinariis:nu.32.vers. & prædicta conclusio. Iacob.de S.Georg.vbi declarat:& gl.ibi, quæ cõmuniter vt suprà dixi reprobatur,in d. l.qui testamentum,nu.8.cum seq.ff.de prob.

Amplia duodecimò,procedere, vt neque substitui possit per patrẽ quod procedit in substitutione vulgari quia virtute talis substitutiõis nõ potest succedere. Rõ est: quia directè & nõ per interpositã personam per vulgarẽ succeditur patri, cùm sit eius testamentum:vt in prin.Inst. de vulgari. &istud procedit etiã quãdo pater grauasset filium naturalẽ & legitimum

restitu

restituere hæreditatem spurio: quia per istam fidei-commissariam succedere non posset: cùm per illam succedatur in bonis testatoris per mediam personā instituti: vt in l. cohæredi. in §. cùm filiæ, ff. de vulgar. in quibus bonis spurius est incapax. si verò spurius fuerit legitimo filio substitutus pupillariter, tunc eueniēte casu substitutionis admittetur ex expressa pupillari ad bona impuberis tantùm: ad quæ bona spurius est capax, etiā ex dispositione patris: quia licet sit prohibitus succedere patri, non tamen prohibetur succedere fratri: vt est text. in leg. si his quis ex bonis, ff. de vulg. & pupillari, & hanc distinctionē posuit gl. sing. in auth. quibus modis natural. effician. sui, in §. fin. in verbo, participium. collat. septima. Hanc opinionem sequitur Didac. in 4. Decr. in secunda parte, capitul. octauo. §. quinto, numero quarto. Gulielm. Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decis. quinta, numero centesimo vigesimooctauo. Eādem opinionem, vbi eam notabiliter examinat, tenet Bermondus in tract. de publicis concubinariis, num. 17. versi. sed an spurius.

Amplia decimotertiò, quòd si pater cùm non possit aliquid relinquere filio spurio, donauit bona sua ecclesię: & ecclesia posteà donauit spurio, nō valet donatio: quia secunda donatio præsumitur remuneratio: quæ non potest fieri in persona spurij. ita tenet Bal. in leg. eam, quam, numero quadragesimo, C. de fideicōmissis, quem sequitur Pala. Ruuios in repet. Rubr. de donationibus, §. trigesimo, nume. decimoquarto, vbi dicit esse valde notandum, & vidisse in practica. Facit etiam quod notat idem Pala. Ruuios in dicta repetit. Rubric. §. sexagesimoseptimo, numero decimonono, sed Bald. vbi suprà, concludit, quòd si ecclesia instituta vel cui donatum est à patre, posteà donaret spurio intuitu pietatis, & paupertatis, vel expressa causa remunerationis: talis donatio posset sustineri de iure. & ita expressè tenet Alexand. in consilio quinquagesimoquarto, num. 1. volum. vij. Bermondus in tracta. de publicis concubinariis. nu. 10.

Amplia decimoquartò, vt talis filius non succedat in feudum, ita tenet Bald. in consil. ccvij. nume. primo, volum. secundo, pro qua opinione est text. in capitu. primo, in §. naturales, si de feudo defuncti contētio sit inter dominum & agnat. vasalli. Eandem opinionem tenet Ioan. Andr. in c. lator. & in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi, eandem opinionem tenet Pala. Ruuios in repet. cap. per vestras, in §. decimo, num. 4. Aegidius de Bellamera, in decis. dccxlij. sub tit. de donationibus. Bermondus in tract. de publicis concubinariis, num. 6. facit quod suprà dixi in regula cclx.

Limita primò, non procedere quādo filius spurius instituitur sub cōditione, scilicet si legitimabitur: quia tunc bene valet talis institutio. ita tenet Bald. Imol. & Alexan. in l. Gallus. in §. instituens, ff. de liberis & posthumis. idem tenet Albe. de Rosate in l. libertas testamento per illum text. ff. de manumissis testamento, & in leg. quòd conditionis, ff. de dona. causa mort. pro qua opinione est gl. in l. fi. in 6. intellectu, ff. de regul. Catoniana. quam ad hoc allegat Bal. in l. seruus, C. de legat. facit etiam text. in l. in tempus, ff. de hæredibus instituendis, & in l. sicut, & ibi gl. in princip. ff. quib. modis vsusfructus amittatur, & hāc opinionem dicit esse communem Lancelotus Decius in d. §. instituens. & ibi Iaso. num. 5. hanc etiam opinionem dicit esse communem Ioan. Gualdensis in tract. de arte testandi, tit. 1. cautel. 14. n. 15. Eandē opinionem dicit etiam esse communē Catellianus Cotta in verbo, spurius. el iij. eandem opinionem dicit etiam communem Francisc. Curt. Iun. in consil. lxxiiij. num. 3. Lancelotus Galiaula in repet. l. Gallus. in §. & quid si tantum, nu. 4. ff. de lib. & posthu. & pendente conditione legitimationis spurius potest petere bonorum possessionem, ex qua obtinebit administrationem hæreditatis, antequàm legitimetur, vt in l. si quis instituatur hæres, & ibi Bart. & alij Docto. ff. de hæredibus instituendis, idem tenet Bald. in l. fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Dida. in Epitome, de sponsalibus. in 2. part. c. viij. §. 5. nu. 12. Palat. Ruuios in repeti. Rubr. de donationibus. §. xxix. num. 4. Francis. Curt. Iunior in d. cons. lxxxiiij. num. 4. Dilec. vbi refert alios Docto. contrarium tenentes, in tractat. de arte testandi, in dicta cautela xiiij. nu. 15.

Limita secundò, non procedere in nepote: nam nepos legitimus & naturalis ex filio spurio: deficiente pro legitima, potest ab auo hæres institui. ita tenet Bar. numero 3. Imol. & Alexand. Aretinus, & Ias. in leg. Gallus. in §. quid si is, ff. de liberis, & posth. idem Bar. in consil. cxviij. incipiente, Odiosius habens filium, vbi dicit, quod ita fuit iudicatum pro opinione sua. Pano. in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adult. vbi concludit quòd licet pater non possit instituere filium spurium, non tamen prohibetur ab auo. Hanc opinionem dicit esse communem Ias. in l. hæreditas, numer. octauo, C. de his, quibus vt indignis. Alexand. in consil. septuagesimoquarto, numero secundo, lib. tertio, vbi additio dicit hanc esse communem opinionē. & Dec. in consi. cccclxij. numer. 17. & 18. Cornæus in consil. xxv. nu. 10. vol. 1. Dilec. in tract. de arte testandi, tit. j. cautel. decimaquarta, numero duodecimo, eandem opinionem, vbi latissimè eam examinat, tenet Bermondus in tractatu, de publicis concubinariis, numero sexagesimoquinto, versi. apud Legistas difficilior oritur dubitatio, vbi eam ibi mouet. & in numero septuagesimo, eam determinat Boer. in decisio. cxxvij. num. 16. per glo. quam ibi Doct. sequuntur in d. l. fi. C. de natural. liberis. Didacus del Castillo, in l. ix. in glos. in verbo, ex testamento, in legibus Tauri. Gulie. Bened. in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, decis. quinta, num. 131. de testa. Hanc etiam dicit communem Roder. Xuarez in lectu. l. ix. tit. xj. lib. j. Fori. versic. consideratū, & in lectur. l. prima, titul. 6. lib. 3. fori. versi. circa hoc quæritur de pulchra quæstione, licet contrarium videatur tenere Chassanæus in consuet. Burg. in titul. Des fiefz. Rubri. iij. §. 5. numero 70. sed in effectu ibi tenet communem opinionem: quia debet intelligi opinio eius stante prole legitima: prout in effectu concludit Iaso. ad quem se remittit in dicta lege hæreditas.

Quæ limitatio in nepote nato ex filio incestuoso non procedit secundùm Bald. per textum ibi in l. si quis incesti. num. secundo, C. de incestis nupt. quem textum dicit esse vnicum idem Bald. in c. in præsentia, numero trigesimoquinto, de probationibus. Hanc opinionem tenet Corsetus in singul. incipiente, hæres. el iiij. Hippolyt. in sing. cxliij. Alex. in d. §. quòd si his. Quam opinionē dicit esse communem Sali. in d. l. fi.

dict.lege,si quis incesti. hanc etiam tenet Cifuentes in l.ix.num.7.Tauri.Didac.in Epitome,de sponsalibus,in secunda parte,capit.octauo,§.v.num.13. Bermondus in tractatu, de publicis concubinariis, numer.70.versicul.ista conclusio indubitanter procedit. Guliel.Benedictus in repet. c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,decis.5. nume.131. Cornæus in consil.xxv.num.15.volum.primo,Castillo in d.l.ix.Tauri,in verbo,ex testamento. Roderic. Xuarez in lectura l.1.titul.sexto,libr.3.fori. licet contrarium teneat Paul.de Castr. in filio incestuoso, in d.§.quod si his,num.6.ad quem respondit Roderic. Xuarez vbi suprà,& ab opinione Bald.velit recedere Ias.in d.§.quòd si his,num.vigesimoquinto. eandem opinionem. Bald in d.l.si quis incesti.dicit esse communem Martinus Lauden.in tractat. de legitimatione,num.27.

Quod in nepote ex filio clerico locum non habet, sed possunt ab auo institui.ita tenet Bal.in dict. l.si quis incesti.nu.2. versi. quæro nunquid hæc lex. C.de incestis nuptiis.Ratio in qua se fundat est, quia suprà dicti filij clerici non sunt incestuosi, sed spurij & ex stupro nati. Quam opinionem tenet Petrus Cynus, & Salyc. in l.2.C.de episcop. & cleric.Hanc opinionem tenet Abb. in ca.ex tenore.& in c.causam quę. & in c.lator qui filij sint legitimi. Alex.in d. §.quòd si his,nu.9.Rodericus Xuarez in lectura l.ix.titu.xj. libro primo,fori.eãdem opinionem dicit esse communem Corsetus in sing.in verbo,fornicatio. & Cifuentes in l.ix.nume.7. Tauri.pro qua opinione est glos.in cap.per venerabilem,qui filij sint legitimi.in verbo,adulterinis,vbi filios clerico.vocat adulterinos.

Tertiò limita, quandocunque pater aliquid relinquit spurio si ingrediatur monasterium: nã tale legatum bene valet,ita tenet Guliel.de Cugno,& ibi Bal. in nume.3.versic.iuxta hoc quæro.in l.1. C. de sacros. ecclesiis,quem sequitur ibi And.de Beseris in repet. nu.111.Ratio est secundùm Bal. quia sicut per oblationem curiæ filij legitimãtur,vt in auth.quibus modis naturales efficia.sui.in §.si quis igitur.colla.7. ita per oblationem monasterio factam.& illud dictum Bald.sequitur Alex.in addit. ad Bart.in l.cùm quis. C.de natural.liber.& in l.necessariis, num.decimotertio,ff.de acquirenda hæreditate,& ibi Francisc.de Aret.Cifuentes in l.x.numero 15.Tauri. Hippol.in singul.cclxxiij.Iacob. de sancto Georg.in auth.non licet,num.11.C.de lib.præt.

Quartò limita, non procedere de iure canonico: nam de iure canonico filio spurio, adulterino, vel incestuoso,debentur alimenta:vt est tex.in c.cùm haberet.de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.Ratio est,ne filius fame pereat. De iure regio est text.in l.viij.tit.13.par.6.& Abba.in d. c.cùm haberet in vltimo notab.dicit illum tex.non esse alibi ad hoc: & huic iuri canonico statur hodie, etiam de iure ciuili, secundum glos.sequitur ibi Abba. Card.& alij.eandem opinionem tenet Corse.in singul.incip.spurius. & hanc dicit communem opinionem Ias.in consilio xxvj.numer.4.lib.j. Dilec.in tract.de arte testandi,tit.j. cautela 14.num.13. & circa hanc limitationem vide quæ dicam in sequenti regula.

Quintò limita, vt pater teneatur filiam spuriam dotare,cùm dos succedat loco alimentorũ,ita tenet Bar. in d.authen.ex complexu. vbi dicit se ita dixisse, & consuluisse,quòd vsque ad quantitatem sufficiẽtem pro alimentis,pater potest filio spurio relinquere, & eodem modo filiæ spuriæ pro dote sua:cum sine aliqua dote neque potest ali neque nubere. Quod dictum dicit esse menti tenendum Panor.in dict. cap. cùm haberet,numero quinto,idem tenet ipse Bart. in l.si fraudator,in §.qui à socero,ff.quæ in fraudem credit.dicens quòd si clericus dotasset filiã suam spuriã,valeret donatio,neque ab ea posset auferre quatenus ipsa de iure canonico posset capere pro alimẽtis. idem tenet idem Bartol.in lege fina. numer.septimo,ff.de his, quibus vt indignis. Hanc opinionem tenet Roderic.Xuarez in lectura lege prima,titul.sexto,libro tertio,fori.versi.& per dictum c. cùm haberet.Circa quam limitationem vide quæ dicam in regula sequenti.

Sextò fallit,quãdocunque filius esset legitimatus:nam tunc potest institui à patre,ita probat tex.& ibi Ioã. Faber in leg.cùm quis,in fine.C.de naturalib.liber. text.in authent. quibus modis naturales efficiantur sui.in §.nullum.& ita tenet Bald. in capit.de causis, numero trigesimoquarto,de officio deleg.quem sequitur Ias.in authen. si qua mulier,numero 47.C.de sacrosanctis ecclesiis,& in leg.hac consultissima.§. ex imperfecto, C.de testam. Catellianus Cotta,verbo,spurius,el 3.Decius in consilio cclviij.numer.5. eandem opinionem tenet Bermõdus in tract. de publicis concubinariis.numero 39.& num.81. Cifuentes in leg.12.numero secundo,in legibus Tauri.pro qua opinione est text.ibi,inquantum dicit quòd extantibus filiis legitimis & naturalibus,non succedat legitimatus:ergo à contrario,si nõ extant, succedit. Facit quòd suprà dixi in regula lxix. & vltra ibi dicta notandum est quòd iam quòd filius legitimatus succedat in bonis patris,& possit institui à patre,tamen non gaudent nobilitate parentum, sed tenẽtur contribuere,sicut si legitimati non essent,vt in pragmatic.ix. Ann.1544.per quam pragmaticam corrigitur l.ix.in fine.titul.15.part.quarta, & in d.l.xij.in fi. Tauri.

Septimò limita in filiis spuriis Principum: nam Princeps potest eis donare, & filias dotare.ita notabiliter concludit Bal. in consilio ccclvj. numero nono, volumine quinto, facit etiam quod notat idem Bal. in consilio cclxvij.numer.vndecimo,volumine primo. Quem sequitur Boerius in decisione cxxvij.numer.decimoseptimo.Hanc etiam opinionem tenet idem Bald.in capitu.j.numero trigesimo,de constitutio.vbi dicit quòd Princeps de plenitudine potestatis hoc facere potest,licet Barbat.teneat contrariam opinionem in dicto capitu.1.nume.192.de constitutionibus,vbi dicit,quòd Princeps potest dotare filias suas spurias eatenus quatenus sufficiat ad alimenta:per glo.in dicto capitul.cùm haberet. & per alia:de quo ibi per eũ. & hoc modo dicit quod procedit dictum Bal.ibi.& illud dictum Barb. sequitur Chass.in consuet. Burgund.in titu. Des successions, in §.tertio,numer.decimoquarto, sed si hoc esset verum,nullum priuilegium esset in Principe,cùm quilibet priuatus hoc possit facere,etiam si sit clericus, vt suprà dixi in v.limitatione.Pręterea pro doctrina Bald.facit quod suprà dixi in regu.xliij.in quinta limitatione.

Octauò fallit in matre: nam non extantibus descendentibus legitimis & naturalibus, filius naturalis vel spurius succedit matri tam ab intestato, quàm ex te-

ex testamento. ita probat tex. in l. hac parte. & in l. si spurius, ff. vnde cogn. & in leg. j. in §. sed vulgò. ff. ad Tertyl. & in §. nouissimè. Institut. eòd. titu. Probatur etiam de iure regio in l. ix. Tauri. vbi inquit l. quòd extantibus filiis legitimis, & naturalibus, tales filij naturales tantum vel spurij ex dispositione matris sunt capaces quintæ partis bonorum. & ita tenet ibi Cifuentes nu. 1. Quod tamen est verum nisi talis filius esset natus ex damnato & punibili coitu ex parte matris: quia tunc etiam non extantibus filijs legitimis, filius non succedit matri præterquàm in quinta bonorum parte duntaxat, si sibi relinquatur, non aliàs. & ita expressè probat suprà d. l. ix. Tauri. & ibi expressè hoc tenent Cifuentes & Docto. & text. ibi ponit in fine, quando filius dicatur natus ex damnato & punibili coitu. Quod etiam ponit Didac. Epitome de sponsalib. in ij. parte, capit. viij. §. v. numero 15. cum sequ.

Quod tamen procedit præterquàm si talis mater esset per vim stuprata: quo casu talis filius adulterinus nō extantibus legitimis succederet matri. ita tenet Bal. in l. eam quam. numero vigesimoquinto, C. de fidei commis. vbi tenet quòd si tyrannus habuit accessum ad aliquam mulierem per vim, quòd filius inde natus non dicitur spurius. Quam opinionem tenet idē Bald. in l. si qua illustris, numer. 1. C. ad Orficia. quē sequitur Cifuentes in d. l. ix. nume. 2. & Pala. Ruui. nu. 15. Nicol. de Vbald. in tract. de succes. ab intest. in j. part. nu. 45. Pro qua opinione est tex. in c. 1. 2. & 3. & in c. ita ne. xxxij. quæstio, v. & in cap. presbyteros. 50. distinct. & in c. 15. quæst. 6. vbi probant illa iura quòd ea, quæ fiunt cōtra voluntatem facientis, non imputantur ipsi facienti. Probatur etiā per tex. in l. cura. in versic. neque si per vim. ff. de munerib. & hono. facit etiam pro hoc illud quod notat Angel. de Perus. in l. j. in §. remouet, ff. de postula. vbi tenet quòd sponsa violenter cognita ab sponso, potest ingredi monasterium eo inuito, sicut anteà poterat. Quem sequitur Hippolyt. in leg. j. in §. præterea. nu. 12. ff. de quæstionibus.

Nonò limita, vt possit institui hæres per viam fideicōmissi: nam spurius fraude cessante potest institui hæres à patre dummodò grauetur purè alteri restituere suprà dictam hæreditatem. Ratio est: quia cum pater possit, imò debeat hodie spurio relinquere alimenta: vt in iiij. limita. dixi. & hoc debeat seruari in vtroque foro. Est ergo regula, quòd qui aliquid capere potest, licet solidum capere non possit, potest institui hæres, & grauari alteri restituere purè. ita probat tex. in l. cogi. in §. hi qui solidum, ff. ad Trebel. vbi gl. 1. ponit exemplum in filio naturali: sed cū spurius hodie possit aliquid à parentibus capere, & æquiparentur in hoc filio naturali: vt in dicto c. cū haberet. ergo idem est dicendū in filio spurio quod in naturali. ita in specie determinat Ang. & ibi Ioā. de Imo. in leg. in tempus, ff. de hære. instituen. idem Ange. in l. 2. C. eod. tit. Alexan. in d. §. hi, qui solidū. eandem opin. tenet Bermond. in tracta. de publicis concubinar. numero 20. Pala. Ruuios in repet. capit. per vestras, §. x. nume. 12. quod etiam videtur tenere Rode. Xuarez, licet non se bene firmet in allegatione 27. versic. præterea imo. ex quo apparet quòd licet decisio gloss. in l. eam quam. in verbo, coguntur, C. de fideicommis. sit iuridica: tamen Doct. ponentes exemplum ibidem de incapace per totum, scilicet de spurio, errant per inaduertentiam, habentes respectum solum ad ius ciuile, vetans spuriis à parentibus alimenta relinqui. de quo in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. cum similib. & non respicientes seu considerantes ius canonicum: de quo in d. cap. cum haberet. corrigens in hoc ius ciuile cui standum est. & hanc limitat. supradictam intelligo veram, vt suprà dixi, quandocunque constaret in se nullam fraudem continere: aliàs non procederet, secundum Ioan. de Imol. in d. l. in tempus. Alex. in d. §. hi qui solidum. & in d. l. 2. C. de hæred. institu. Cornæus in consil. 217. numero tertio. Didac. in tractat. de arte testandi. titulo primo, cautela decimaquarta, nu. 10.

Decimò limita in fratre: nam frater spurius natus ex eadem matre succedit fratri suo spurio. ita probat text. in l. si spurius. & in l. hac parte, ff. vnde cognati. & ita expressè tenet Ludouic. Sard. in tract. de legitimatione, in tertia parte, capitu. de spuriorum successione. quæstio. fi. Afflict. in decisi. xcvj. Bermond. in tracta. de publicis concubinar. numero 78. Catellianus Cotta verbo, Bastardus, el j. Circa quam limitationem vide Didac. in Epitome de sponsalib. in ij. parte, c. 8. §. 5. nu. 19.

Vndecimò fallit, quando filius spurius institutus est ab hærede patris. ita concludit Bart. in leg. si his, qui ex bonis. numer. 3. in ij. q. ff. de vulgar. & pup. vbi dicit quòd dicta institutio facta in fauorem spurij, est valida: quia ex tali actu testandi non debet præsumi fraus. argum. text. in l. edictio. in §. sed hæredem. ff. de aliena. iud. mutan. caus. fact. quem sequuntur ibi omnes Doct. secundum Ias. nume. 10. Hanc opinionem ante Bar. tenuit Spec. & ibi Io. Andr. in titu. de successionib. ab intestato. in §. quid si pater instituit. numero 30. Bald. in l. eam quam. numero 54. C. de fideicommiss. vbi pro ista opinione adducit glos. in auth. quib. modis natu. effi. sui. in §. fin. in verbo, participium. Hanc opinionem tenet Alexan. in cons. lj. numero 3. lib. ij. vbi pro ista opinione adducit text. in l. Titij qui testamentum. ff. de is quibus vt indig. in verbo principaliter. vbi dicitur, quòd principaliter cōsideratur institutio quæ fit per hæredem: non autem consideratur institutio remota facta per patrem naturalem in fauorem hæredis. Et hanc opinionem tenet Bermondus in tractatu de publicis concubinariis, nu. 14.

Porrò circa hanc regulam cadit quæstio notabilis, An clericus iam quòd non possit instituere filium vel donare, an possit instituere vel donare nurui. Hanc quæstionem reperio in iure nostro tangi per Hostien. in c. j. de testam. vbi concludit quòd cum talis donatio censeatur fraudulenta, quòd nullo modo valeat: per iura quæ ibi allegat, & per suprà dicta in hac nostra regu. quam opinionem Hostien. sequitur Ioan. And. ibi, & Card. nu. 3.

Contra quam opinionem, ibi, in cap. cùm in officiis. de testam. quia nullus in iure eam post suprà dict. tangit, videtur mihi magis verum per sequentia fundamenta: & in primis facit, nam clericus de bonis patrimonialibus potest testari: vt in cap. j. & in cap. quia nos. de testamētis. & potest etiam testari de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, ex quadam generali consuetudine nostræ Hispaniæ: vt in cap. cæterùm. de donat. & ibi glos. in verb. ratum. ita tenet Syluest. in Summa: in verb. clericus. in iiij. versicu. ij. Guid. Pap. in decisione cxv. Ioan. Bernar. in practica, capit. cxxiiij. & ita expressè cōcludit Didac. in cap. cùm in officiis. nume. 9. Quod hodie decisum est per quandam Extrauagātem Iulij tertij nostri Romani Pontificis.

tificis: vbi permittitur omnibus clericis, tam Episcopis quàm presbyteris, vt possint testari de quibuscunque bonis acquisitis, siue intuitu patrimonij siue intuitu ecclesiæ:& sic dico, quòd clericus non solùm de propriis bonis, verùm etiam de acquisitis intuitu Ecclesiæ, potest nurui donare. Et quòd talis donatio in se contineat fraudem, vt præsupponunt suprà dicti Doct. patet ex sequentibus fundaméntis: nam ex tali donatione filio spurio nihil quæritur præter alimenta quæ habet ex illis bonis donatis vxori constante matrimonio: vt in l. doce ancillam. C.de rei vendic.& in l.vij.titul.xj. part.iiij. traditur per Doct.in l.in rebus. C.de iure dotium. vbi probatur, quòd maritus constante matrimonio est dominus rei dotalis, quod intelligendum est impropriè: vt in l.j.§.si vir. ff. ad Syllan. quia maritus tantummodò debet recipere fructus dotis vt alat familiam: vt in suprà d.iuribus. Et patet hoc, quia soluto matrimonio dos reuertitur ad ipsam vxorem, vel ad hæredes eius:& sic talis donatio non videtur fraudulenta, cùm clericus possit filio suo alimenta relinquere, ne fame pereat: vt in dict.capit. cùm haberet. de eo qui dux.in matrim. quam polluit per adulter. & in l.viij.tit.xiij.par.vj.& ita suprà dixi in iiij.limi. & dicam infrà in reg.sequenti, & pater clericus tenetur dotare filiam, cùm dos succedat loco alimentorum, vt suprà dixi in v. limitatione. Quod non solùm habet locum ex bonis patrimonialibus, verùm etiam ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis: vt est gl. in c.omnino. xxxj. distin. facit quòd infrà dicam in reg.seq.in iij.ampliat. Et si dicatur, quòd talis donatio facta nurui esset fraudulenta, quia excederet quãtitatem: vt in d.reg. seq.in iij. ampliat. hoc esset verum in persona filiorum: sed in persona nurus, hoc non est fraus: nec donatio dicitur excedere quantitatem: cùm (vt suprà dixi) maritus ex bonis datis vxori suæ à patri clerico præter alimenta, & sic sibi necessaria alia habere non potest. Nec obstant dicta in reg.seq.in j. limi. Quòd si filius possit aliàs habere vnde se alat, quòd pater non tenetur eum alimentare: hoc est verum quòd pater non tenetur: sed licet non teneatur ita vt possit compelli, si vult, bene potest, & sic nubere filium cum vxore cui fecit donationem: licet filius (vt suprà dixi) habeat dominiũ. Et si opponatur etiam ꝙ talis maritus potest institui ab vxore, hoc etiam non obstat, cùm spurius possit institui ab hærede patris, & valeat institutio: vt suprà dixi in xj.limitatione. Prætereà quia est in potestate vxoris instituere maritũ, vel non: nec etiam obstat quòd isti habeant inter se filios, & post mortem matris hæreditas clerici ad eos deueniat: quia tunc donatio non censetur fraudulenter facta, cum clericus possit instituere nepotes ex filio spurio natos: vt suprà dixi in ij.limitatione, in fi.& sic non est fraus quòd post mortẽ aui clerici, vel matris hæreditas vel donatio perueniat ad nepotes filij spurij clerici. Et sic concludo, valere talem donationem per suprà dicta fundamenta, & per alia, quæ ex suprà dicta regula & sequenti possunt colligi: verũ etiam si post mortem nurus cui clericus fecit donationẽ, illud quod ex donatione peruenit ad nurum, & sic ad vxorem filij spurij, veniat ad hæredes vxoris soluto matrimonio: isti hæredes tenerentur maritum, & sic filium spurium alimentare ex hæreditate clerici, si filius aliàs non habet vnde se alat, non per tex.in authen.prætereà. C. vnde vir & vxor. sed per dicta in sequenti regula, in iiij.ampliat. vbi non solùm parentes, verùm etiam hæredes ipsorum tenentur alere filium spurium. Quæ opinio suprà dicta maximè procedit si talis donatio esset nurui à clerico facto antequã cum filio contrahat matrimoniũ: licet postea contrahat: cum post donationem sit in arbitrio vxoris contrahere matrimonium cum filio eiusdem clerici, vel non. P. Duen.reg.366.

¶ FILIVS spurius de iure Canonico, debet habere alimenta à parentibus. Hanc regulam probat text. in c.cùm haberet.in fi.de eo, qui duxit in matrimoniũ quam polluit per adulterium. Circa quam regulam vide Doct.suprà positos in præcedenti reg. & Lambertin.vbi circa alimenta plura adducit, in tract.iuris patron.in iij.quæst.principali tertij lib. à primo articulo vsque ad finalem.

Amplia primò, vt dispositio huius regulæ seruetur in vtroque foro: quia ius ciuile in hoc corrigitur per suprà d.tex.in d.ca. cùm haberet.ita probat gloss in d.c.cum haberet.in gloss.fin. in fi.verbis.vbi hoc tenent Doct.sequendo d.glo.præcipuè Abb.num.5.& hanc opinionem dicit esse communem Dec.in cap. clerici.nume.4.de iudic.& in cap.in præsentia.num. 115.de probat. Hãc etiam opinionem dicit esse communem Rip.in repet.l.si vnquam.quæstio.xxvij.numero 68.C.de reuoc.donat.& in rubr. ff.de verbor. obligationibus.numero 58. Eandem dicit communem Corsetus in singulari incipient. Filij spurij, & in Repertorio ad Abb.in verbo, alimenta. eandem opinionem dicit etiã communem Neuizan.in Sylua nuptiali, libro tertio.numero vigesimoquinto. Bermondus in tractatu de publicis concubinariis. nu. 62.Calcaneus in consi.lxij.num.12.

Amplia secundò, non solùm procedere in vita, verùm etiam in morte: nam parentes in morte possunt relinquere alimenta filiis spuriis.ita tenet Bartolus in l.fi.numero 7. ff. de his, quibus vt indignis, vbi dicit quòd filio potest aliquid relinqui à patre tempore mortis: tantum vt sufficiat illi ad alimenta.quem sequitur Rode.Xuarez in lectura l.primæ.titu. 6.libri 3.fori.

Amplia tertiò, habere etiam locum in dote: nam pater tenetur dotare filiam spuriam, & potest aliquam rẽ ei assignare in morte pro dote. Ratio est: quia dos succedit loco alimentorum:& bonum est argumentum de alimentis ad dotem: vt in l.cum post. in §. gener.ff.de iure dotium.& in l.prima.ff.soluto matrimonio.ita tenet Bartol.in dicta l.fina.numero 7. ff.de his, quibus vt indignis. Abb.in d.capi.cùm haberet.numero 5. Rodericus Xuarez in d.l.prima.titu.vj.libro iij.fori.& vide quòd suprà dixi in regula præcedenti, in quinta limitatione. Quod non solùm habet locum in laicis, verùm etiam in clericis: quia clerici tenentur dotare filiam ratione alimentorum, tam de iure canonico, quàm ciuili. ita tenet Bartol. in dicta l.fina. ff.de his, quibus vt indignis.& in l. vxorem.in §.pater.ff.de lega.3.quem sequitur Guliel. Benedict.in repet. cap.Raynutius.in verbo, dotem quem ei dederat. numero 43. Caccialupus in repet. l.si qua illustris.nume.92.C.ad Orficia.Cifuentes in l.ix.Tauri.numer.9. Quod non solum habet locum ex bonis patrimonialibus, verùm etiam ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis. ita probat gloss.in capitulo omnino 31.distinctio.& ita tenet per eam, vbi eam notabiliter declarat Palatios Ruuios in repet.c.vestras.§.xxiij.nu.13.Bermondus in dicto tract. nume. 53.& 54.

Quod est verum, nisi dos excederet magnam quanti-

tatem: quia tunc præsumeretur fraus, secundùm Barto.in l.j.C.de natu.liberis.eandem opinio.tenet Abb.in consil.cxv.volum.2.facit tex.in l.filiæ.ff.de legat.iij.& in l.quæro. ff.de iure dotium. Io. Gualdensis in tracta.de arte testandi:titu. j. cautela xiiij. numero 13.Roderic.Xuarez in suprà dicto loco Nicol.Vbald.in tract.de successio.ab intest. in j.parte. numero 50.Boerius in decis.cxxvij. numero 7. Guliel.Benedic.in repet.capit.Raynutius.in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decisio.v. numero 126. de testamen.Mathesillanus in tract.de successionibus ab intesta.in iij.membro primi arti.num.18.Cifuentes in l.ix. Tauri.num.10.Chassan. in consuetudinibus Burgund.in tit.Des successions.Rub.viij.§.iij.numero 11.Caccialupus in repetitio.l.si qua illustris. nu.91.

Quod tamen hodie de iure regio est taxatum vsque ad quintam partem bonorum patris,quam potest relinquere filiis spuriis pater vel mater in vita vel in morte:de qua filij possunt ad libitum disponere in vita, vel in articulo mortis, etiam quantum ad proprietatem:vt probatur in l.ix.& x.in legibus Tauri:&ibi Cifuentes,& Doct.Pala.Ruuios in repet.cap. per vestras.§.cxiiij.numer.10.Xuarez in lectura l.1.tit.vj. lib.3.fori.

Amplia quartò procedere,vt non solùm pater, & mater teneantur eos alimentare, verùm etiam successores ipsorum.ita tenet Bald. in authentic.licet. Cod. de naturalibus liberis.& notatur in dicto capit.cum haberet. Chassaneus in consuetudinibus Burgund. titul.Des successions.rubric.viij. §.iij.nume.3.Eandem opinionem tenet Bermond. in tractatu de publicis concubinariis.num.52.Calcaneus in consilio lxij.numero 17.Mathesillanus in singul.cxlviij. Abbas in consilio cxv. in secundo volumine. Et pro ista opinio. est textus de iure regio in l.viij. ti.xiiij. parte vj. Quod etiam procedit si fiscus sit hæres: ita tenet Palat.Ruuios in repet. capitulo per vestras. §. xxiiij. numero 8. & sic quòd quandocunque bona sunt confiscata,fiscus teneatur alimentare filios,etiã spurios.

Quintò amplia,habere locum in filiis incestuosis: ita notabiliter per suprà dictum tex.in dicto cap. cùm haberet. tenet expressè Nicol. de Vbaldis in tract. de success.ab intest.in 1.parte,numer.46.Quod ante eum tenuit Ioann.de Imol.in l. ex facto.in §. si quis rogatus. el j.numer.7.ff.ad Trebellian. D.de Segura in l.cohæredi.in §.cùm filiæ, numero 123. ff. de vulgari & pupillari.Hanc opinionẽ tenet Didac.in Epitome de sponsalibus in 2.parte,capitu.viij.§.vj. numero 6.in fine. Quæ opinio comprobatur per text. in l.ix.Tauri. vbi permittitur matri vel patri relinquere filiis incestuosis quintam partem bonorum suorum ratione alimentorum: licet contrarium teneat Bald.in authentic. ex complexu. numero 1.C. de incestis & inutil.nup.& Palatios Ruuios in dicta l.ix.numero 50. Tauri, & Ludouic. de Sardis in tractatu de natura.liber. in §. de obligatione inter patrem & filium.numer. 4. in fine. & primam opinionem contra Bald.tenet Rodericus Xuarez in l.1.tit. vj.lib.iij.fori.

Amplia sextò procedere,vt pater, vel mater pro anima filij spurij præmortui possit in vita sua donare, vel in morte relinquere:quia licet post mortem cibo non indigeat corporali, tamen necessarius ei est cibus spiritualis pro anima: & cui debetur cibus corporalis, fortiùs debetur ei spiritualis pro redemptione animæ.ita tenet Ioan.Faber.in §. pœnales.Instit.de perpetuis & temporalibus actio. nu.8. in fi.quem sequitur Guliel.Benedict.in repet.c.Raynutius.in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decis.v.nu.525.de testa.

Amplia septimò, habere locum etiam in nepote, vel pronepote: nam auus & proauus deficiente patre vel matre tenentur alere nepotes & pronepotes. ita per text. in dicto cap.cum haberet.in fine. tenet Nicol.de Vbaldis in tracta.de successio. ab intesta. in prima parte,numer.47.quem sequitur Bartholo. Socin.in consilio clxj.numer.1.libr. 2.versic. quartò & vltimò præmitto. eandem opinionem tenet Didac.in dicta Epitome,in secunda parte,capitu. viij. §.vj.numer.16.vbi dicit quòd non obstat tex.in l.v. titu.xix. parte iiij.vbi probat tex.filios spurios alendos esse à matre, auo, & proauo materni generis. quia text.ille loquitur secundum rigorem iuris ciuilis:non autem attenta æquitate iuris canonici, de qua in d.c. cùm haberet.

Limita primò, hanc regulam non procedere, quandocunque filius habet vnde se alat: nam tunc pater non tenetur eum alere. ita probat text. in l.si quis à liberis.in §.sed si filius. ff.de liber. agnosc. eandem opinionem tenet Anton. de Butrio, & ibi Abb. in dicto capitu.cùm haberet. numero 10. Caccialupus in repetitio.l.si qua illustris.numero 93. C.ad Orficia. Bartholomæus Socin. in consilio cxxj. numero 47.libro quarto.Calcaneus in consilio lxij. numer. 14. Nicolaus de Vbaldis in tractatu de succession. ab intestato.in prima parte. numero 49. Decius in consilio ccccclxxvj. Alexan. in consilio lxxiiij. numero 4.libro 2. Hanc etiam opinionem tenet Bermondus in tract. de publicis concubinariis. numer. 58.versicul. sed aduerte.Cifuentes in l.ix.numero 1. Tauri. vbi concludunt,quòd quandocunque tales filij, habent vnde se alant, vel possunt se aliàs suis laboribus alimentare, patres ad hoc nõ tenẽtur. Quæ limitatio in se maximam æquitatem de iure videtur continere: quia ratio finalis suprà dictæ regulæ est, ne filij spurij priuati alimentis pereant fame: quæ ratio cessat, quando spurius habet bona vel artem ex quibus potest se alimentare:nam tunc cessat dispositio huius regulæ: & cessante ratione, cessare debet dispositio legis: vt in l.adigere.in §.quamuis. ff.de iure patronat. De iure regio probatur in l.vj. tit.xix.parte iij. Quod tamen intellige procedere, nisi dedecus sit filiis artem quam sciunt exercere.ita concludit Barto.in tract.de alimentis:quem sequuntur suprà dicti Doct.& ita tenet Pala.Ruu.in repet. c.per vestras.in §. xxiiij.nu.7.Didac.in dicta Epitome de spons.in 2.par.c.8.§.6.nu.9.

Limita secundò,quandocunque pater eget & non habet vnde possit prædictos filios alere:nam tunc non tenetur vltrà,quàm facere potest.ita probat gloss.in d.c.cùm haberet.& ibi Abb.per eum, nu.10.de iure regio probatur in l.v.tit.xix.parte iiij.

Limita tertiò, quando talis filius commisit aliquam ingratitudinem contra patrem:nam omnes causæ sufficientes ad exhæredandum filium,de quibus in authentic. vt cùm de appellatione cognoscitur. in §. causas.colla.viij.gloss.in c.Quintauallis. de iureiur. sufficiunt ad priuandum eum alimentis. ita probat gloss.in l.si à liberis.in §.idem iudex. in verbo, detulerat.ff.de liberis agnoscendis. & in l.fina. in verbo, promerueris.C.de alendis liber.& ita tenet Abb.in dicto capit.cùm haberet. nu. 10. & facit quod suprà dixi

dixi in reg.ccclxviij.in 3.limitatione. P.Due.re.367.

¶ Filius qualitercunque consentiat in testamento patris, siue tacitè, siue expressè, excluditur à querela. Hanc regulam probat text.in l.parentibus. Cod.de inoffic.testam.& in l. si proponas. in §. si hæreditatem.ff.eodem titu. De iure regio probatur in l.vj.ti. viij.part. vj.& circa hanc regulam Paris.in consi.ix. num.1.vol.iij.

Limita primò, quando filius approbauit testamentum patris post aditam hæreditatem, vt tunc nascatur querela, & ante illud tempus non possit repudiare quod non est delatum: vt in lege 1.cum aliis. .C. de pactis. gloss.in l.si quis filium.in verb. hæreditatem. C.de inoffic.test.& ita tenet Did. del Castillo in l. xxiiij. Tauri.numer.32.versic.decimaquarta conclusio est, licet aliter teneat Salic. quem ipse ibi refert in d.l.parentibus.

Limita secundò, non habere locum in querela de inofficiosis donationibus.tex. est in Auth. vnde si parens.C.de inoff.testam.& ibi Iaso. post principium. Barto.in l.circa,in §.Imperator.ff.de leg.ij. Iaso.in d. l.parentibus. Doc. in l.cum donationibus. C. de inoffic. dona.Castillo,vbi assignat rationem, in d.l. xxiiij. nu.34.

Tertiò limita procedere in ipso, qui approbauit iudicium patris: secus est in filio ipsius, & sic in nepote testatoris, qui venit ad querelam per successorium edictum: nam iste nepos potest illam intentare, licet filius exhæredatus approbaret testamentum, ita Alexand. in l.si quis posthumos.in §.1.ff.de liber.& posthu.quem sequitur Iason in Rub.numer.6.ver.secundò limitat. C. de successorio edicto, reprobato Bald.qui contrarium tenuit in l.in suis,in ix.oppositio.ff.de lib.& posthu.

Quartò limita, non habere locum in iure agendi ad supplementum: nam talis filius potest agere ad supplementum, licet approbauerit iudicium patris, ita probat text. in l. si quando. in §. generaliter. & ibi Bald.& Salice. C.de inofficioso. testamen. Hanc opinionem per illum tex.tenet Bar. in l.Papinianus.in §.si conditione.in fi.ff.eodem titu.Bald. in l. omnimodò. C.eodem. licet olim approbans testamentū excludebatur à iure agendi ad supplementum: vt est gl. in d.l.Papinianus.in §. si conditione: in verbo, excludi: vbi dicit glo. ꝙ in hoc iura antiqua remanent correcta. similis est gl. in d.l.si quādo. in §.& generaliter. in verbo, præiudicium.

Et circa hanc regulam nouem casus, in quibus quis dicitur approbare iudicium vel testamentum patris, & propter quod excludatur à querela, ponit Castillo, in d.l.xxiiij.Tauri.nu.33. P.Duen.re.349.

¶ Filius regulariter puniri non debet pro delicto patris. Hanc regulam probat text.in l.ij. in §. nullum patris delictum innocenti filio pœnæ est.ff.de decurionibus. & in l. crimen. ff. de pœnis. & in l. sancimus. C. eodem titul. gloss. quæ allegat plures concordantias in dicto §. nullum. probatur etiam per totam, lvj. distinct. facit glossa in l.quis in suo testamento. Cod.de inofficioso testamento. De iure Regio probatur in l. ix. titulo quinto, libro quarto fori, & in l.ix. titulo trigesimoprimo, parte vij. & circa hanc regulam vide Felin.in Addit.ad Abb. in cap.ius generale. 1.distinctione, Archidiacon. in capitulo, qui bona.numero 15.xvij.quæstio.1. Didacum de Couarru.in lib.2.variarum resolutionum,capitu.vij.Ioan.Igneum in lege, si de pluribus. numero 23.ff.ad Syllan.Afflict.in const.Neap.lib.j.Rub. ij.nu.70.

Amplia hanc regulam idem esse contrà: nam pater etiam pro delicto filij puniri non debet, vt in d. l.ix. tit.v.lib.iiij.fori,& in d.l.ix.tit.xxxj. part. vij. & ibi gl.vbi etiam aliæ personæ enumerantur.

Limita primò hanc regulam non procedere in crimine læsæ maiestatis, vt est text. expressus in l. quisquis.C.ad leg.Iul. maiest. in §.filij verò.& in l.ij. titu. ij.& in d.l.ix.titu. xxxj. part.vij. gloss. in d. l.ij. §. nullum.ff.de decur.text.in ca.si quis. §.filij verò.vj. quęst.j.

Limita secundò, non procedere in crimine hæresis, vt in c. quicunque.de hæret. lib.vj.§.hæretici autem.& in c.vergentis.eod.tit.& in Authent. Gazaros.C. de hæret.glo.c.cum secundum leges. in verb.ipso iure. de hære.libr.vj. & ibi Doct. licet de iure Regio aliter sit dispositum, vt in l.vij.tit.vij.part.vj. & in l.vj. titu.xxiiij. & in l.ij.& in iij.tit.xxvj.part.vij. scilicet quòd filij hæreticorum poterant succedere in bonis parentum, etiam post condemnationem: sed suprà dictæ leges Partitæ hodie sunt correctæ per suprà dicta iura Canonica: quibus standum est, cùm sit crimen ecclesiasticū, vt in c.vt officium. §.statuimus.de hæret.lib.6.notat Abb. in c.j.de officio ord. & ita expressè tenet Pala. Ruui. in repet. c. per vestras.§.xiiij.incip.sed pulchrum est videre.de donat. inter virum & vxor.eand. opin. vbi eam examinat, ponit Iacobus Septimancensis in tract. Catholicarum insti.c.ix.nu.2.cum aliis.& quantum ad officia, & dignitates quòd filij puniantur in crimine hæresis pro parentib. est text.in pragm. viij. & ix. in pragma.antiquis.

Tertiò fallit in filio nato ex non iustis nuptiis, vel ex fornicatione, vel ex damnato coitu: nam propter delictum patris, ipse non succedit patri, & est incapax bonorum patris: vt in Auth.ex complexu. C.de incest.nupt.& in Auth.quibus modis natur.effi. sui. §.vltim.& ita Grillan.in tract.de hęreticis.quęst.iij. nu.5.facit quod suprà dixi in reg.ccclxvj.

Fallit quartò, quando libertus fuit manumissus, & fuit ingratus patrono: quia fecit ei aliquam offensam: nam propter hoc reuocari potest in seruitutem, & etiam filij qui post reuocationem nati, & concepti fuerint. ita probat text. in l. si manumissus ingratus. C.de liber. & eorum liber. Quem text.ad hoc dicit esse mirab.Ias.in l.naturalis.in princip.numero 1.ff.de præscript.verbis.facit gl.in l.diui. ff.de iure patr.

Quintò fallit, nisi filius sit hæres patris, tunc tanquam hæres tenetur pro patre, ciuiliter tamen, ita tenet Bald.per text.ibi in l.ne contra iuris.C.ne filius pro patre.Barto.in l.1.ff.de interdict.& releg.& ibi Alexand.in addit.gloss.& Docto.in l.adoptiuum. in fin. ff.de in ius voc. Afflict.in Constit.Neap.lib.1.Rub. 2.nu.76.

Sextò fallit in filiis primipilaris qui conueniri possunt pro debito paterno, etiam si hęredes patri non extiterint. probat text. in l. cum ex sola. C. de primipilo, libro xij.& ibi Barto.per illum textum. Archidia.in dicto capitu.qui bona.numero 15.xvij.quæst. 1.& quis dicatur primipilus, vltra tex. de iure regio in l.xvj.titu.ix.parte 2.vide Alciat.in d. Rubr. C. de primipilo.libro xij.Barth.de Chas. in catalogo gloriæ mundi: in ix.par.consider.xx.& in consue.Burg. in titu. Des confiscations.Rubr.2. §.2.nu.27.Clau-

dium Cottareum in tract.de iur.mil.lib.c.xxij. Ale. in l.à diuo Pio.in §.in venditione.nu. 27.ff. de re iud. Abb.in c.ex parte.nu.fi.de consuet.

Septimò fallit de iure canonico: nam filius tenetur ex delicto patris: vt in c.tua nos.de vsuris, facit quod dixi suprà, in reg.xiij.xj.& xij. limita.

Octauò limita, non procedere in occidente, capiente, vel banniente episcopum, vel qui contra ecclesiam delinquunt: nam ipsi & eorum posteri perdunt quicquid habent ab ecclesia vsque ad quartam generationem, vt in c.aures.& in c.in quibusdam. de pœnis.& ibi gl.in verbo, ad hæredes.tex.in Clem.si quis suadente.de pœnis.

Nonò fallit in priuilegiis concessis patri & filiis, vt si pater committat crimen propter quod debet priuilegium amittere: talis enim macula patris afficit filios post maculam conceptos, vt in l.eum qui ciuitatem amisit.ff.de interd.& releg.

Decimò fallit in infamia, vt si pater infamis sit, erit etiam filius eius infamis, vt in §.verum. vj. q. j. & in c.cùm multæ, xv.q.viij.gloss.in verbo, de quarta.in prin.1.q.4.

Vndecimò fallit in pœna diuina: vbi ex delicto parentum sunt puniti filij, vt est text.& ibi gl.Auth.vt omnes obediant iudicibus prouinciæ, in §.plurimorũ. in gl.in verb.sequuta.coll.v.tex.& ibi gl.in c.ecclesia.in §.item peccato.1.q.4.tex.in c.vergentis.in fi. de hæret.facit quod notat beatus Thom. in 1. 2. q. 81.art.19.nu.1.& 2.

Duodecimò fallit in filliis sacerdotum: nam sunt serui ecclesiæ, vt in dicto capit.cùm multæ. xv. quæst. 4.circa quem text. vide notab.Mantua.in libro viij. obseruationum, obseruatione lxxiij. Quod de consuetudine non seruari dicit gloss.in d.capi.cùm multæ, in verbo, connubio.& in c.dominus.in verbo, repellitur.lvj. distin. quas gloss. sequitur Guliel.Bene. in repet. c.Rainutius. in verbo, Rainutius de Clera. nu.21.

Decimotertiò fallit in filiis presbyterorum, qui promoueri non possunt ad sacros ordines, nec prælaturas habere possunt, vt in c.1.per totũ, de fil. presb. & in c.presbyterorum filiis.lvj.dist.Petr. Rebuf.in concordantis: in forma de mãdatis Apost.& in trac. de pacificis poss.nu. 225.

Decimoquartò fallit si vigore statuti filius puniatur pro patre, vt est gloss.notabilis in Rub. C. de decur. libr.x.pro qua gloss. est tex.in ca.2.de delict.puerorum.in versi.secundum consuetudinem illius terræ. & ita tenet Afflict.in const.Neap.libr.1.Rub.2.nu. 82. facit quod ipse notat in præludiis constitutionum, quæstio.ix.nu.2.& ita posui in regu.cclvj.ampliatione ij.

Decimoquintò limita in feudis: nam propter delictũ patris filius amittit feudum: vt dicam in regula sequenti.

Decimosextò limita, non habere locum in iure patronatus: nam propter delictum patris, priuatur filius iure patronatus: nam cum confiscantur bona ipsius patris patroni, transit cum illis bonis in fiscum etiã ius patronatus, ita tenet Cardin. vbi mouet hãc quæstionem: & eam latissimè examinat in Clem.plures. in 8.q.nu.8.de iure patron.

Quam opinionem sequitur Lambertinus in tracta. de iure patr.in 2.par.1.libri: in xiij.art.2.q.principalis. nu.1.& in 3.libr.in 8.art.quæst.viij.num.2.P.Duen. reg.345.

¶ Filius, repudiata hæreditate, non potest retinere feudum hæreditarium. Hanc regulam probat text. in c.1.in fi.An agnatus, vel filius defuncti possit retinere feudum: in vsibus feudo. & ibi doct.præcipuè Afflict.numer.1.facit etiam text.in cap.1.in §.filius. de capitaneo qui curiam vendidit, in vsibus feud.

Hanc regulam limitat quinque modis Afflict.in d.cap. 1.à nu.32.vsque ad nu. 38.An agnatus, vel filius defuncti, in vsibus feud. Eandem regulam limitat decem modis Zasius in tract.feudo.in 8.part.à num. 9. vsque ad num.26. P.Duen.reg.362.

¶ Filius satis est si in vno nummo instituatur hæres, ad hoc vt rumpere non possit testamentum.Bal. cap.per tuas.col.fi.de probat.not.l.si quis. la 1. ff.ad Treb.leg.denique.§.sed vtrum.ff.de minor.Bald.authen.omnimodo.C.de inof. test.gl.§.aliud.authent. vt cum de appe.cog.Franc.c.1.col. 5.de test.6.Bal.l. hac edictali.col.3.C.de sec.nup.Ang.cons. 109. Bal. cons.61.lib.1. Med.reg.5.

¶ Filius, & seruus hæres instituti, non dicuntur hæredes etiam nomine, quo ad directas, & vtiles actiones, & sic quo ad effectus iuris: nomine tamen faciunt quo ad effectus eosdem patrem vel dominum hæredes, ac si ipsi essent instituti. Colligitur ex sententia Bar.in l.cum filio.ff.de leg.1.& est communis conclusio contra gloss. ibi, quæ ponit differentiam inter filium, & seruum, licet eam sequantur aliqui, prout refert Iaso.ibi, vbi defendit prædictam communem opinionem Bart.pro qua facit text. in l.acquiritur.§.1.ff.de acqu.rer.domin. Bonus tex.in l.1. §.filio. iuncta l.si hæres.ff.ad Treb.

Limita dupliciter vt per Ias.vbi s. B.Duen.re.291.

¶ Filius scholaris non tenetur libros à patre datos post eius mortem conferre, licet cum fratribus succedat: sed eos habebit præcipuos, text.est & ibi glo. in l.quæ pater.ff.familiæ erciscundæ.& in l.filiæ cuius.C.eodem titul.& ibi Cynus & Salicet.Bartol.in l.1.§.nec castrense.ff.de collatione bonorum. gloss. in pragmatica sanctione, in titul. de collationibus. in §.vt liberiùs. & hæc opinio est communis secundùm Iaso, in l.filiæ licet, in fin.C.de collatio. Alberic.& Alexand.in l. si donatione.in fin. eodem titu. Fabianus de Monte.in repetitio.authentic. nouissima.quæstio.xxxvj.in princip.C. de inofficioso testament.Alexand.in consilio 50.numero 17.libr.vj. & in consilio cxlix.in fine.libro vij. Ioann. Sanxon in consuetud.Turonens.in titu.Des successions de gẽs roturiers. Pala. Ruuios in l.xvij. Tauri. numero 16. & ita expressè tenui in regul.cccxxij.in limitatione. De iure regio probatur hæc regula in l. 4. titulo 4. part.v.in fin.& in l.v.tit.xv.part.vj. Et circa hanc regulam vide vltra doct.in l.si donatione. & in l.filiæ licet. C.de collatio. Vitalem Nemausensem in tractatu de collat.q.v.nu.10.

Hanc regulam ampliat quatuor modis, & limitat quinque modis Petrus Rebuffus in tractat.de priuilegiis scholarium: in priuilegio 55.à numer.1.vsque ad finem. P.Duen.reg.371.

¶ Filius vsque ad triennium re integra potest reuocare abstentionem, seu repudiationem paternæ hæreditatis per ipsum factam. Hanc regulrm probat textus in l.si quis suus. C. de repudian.hæred. De iure regio probatur in l.fin.titul.vj.par.vj. circa quam regulam vltra Docto.in dicta l.si quis suus.vide Alexand.in l.qui se patris.numer.decimooctauo.& Ias. numer.44.C.vnde liber.Ripam in l.1.nume.142. ff. de vul-

de vulgar.Iacob.de S.Georg.in d.l.si quis suus. vbi suus. vbi ponit rationem huius regulæ,nu.5.

Hanc regulam ampliat duobus modis, & limitat decem modis Ias.in d. l.si quis suus.à numero 3. vsque ad num.4. Eandem regulam ampliat quatuor modis,& limitat nouem modis,Gul.Bened.in repe. ca. Rainutius. in verbo,mortuo itaque testatore.el 2. à num.127.vsque ad nu.144. P.Duen. reg.347.

¶ Filii appellatione indefinitè vniuersaliter ad omnes fit relatio.Barto.l.si quis ita.nu.1.ff. de testa. tut. fallit nisi fiat adiectio proprij nominis.Cyn.l.quicũque.q.1.C.de seru.fugit.dixi s.ver.appellatione. Medic.reg.2.

¶ Filii appellatione venit monasterium : hanc esse communem opinionem refert Iaso.nu.18. C.de sac. sanct. eccl.in Auth.si qua mulier.

Fallit in 4.casibus,vt per Iaso.in d.Auth.si qua mulier. Ampliatur & limitatur,vt per Baptist.à Villa. in litera N.conclu.120.

Filiorum appellatione simpliciter à lege prolata, non veniunt filij naturales tantùm.l.filium definimus.ff. de his,qui sunt sui vel alieni iuris. Ias.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de insti.authen. in success. C.de suis & legit.

Fallit in 5.casibus,quos refert Ias.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebel.fallit in 3.casibus,vt per Rip.in d.§.si quis rogatus, nu.71.

Filius non potest patrem vocare in ius sine venia.l.parentes.vbi glo.ff.de in ius voc.

Fallit in 2.casibus,quos refert Iaso.in §.pœnales.Insti. de actio.

Filiorum appellatione, vbi expressè sunt filij nominati,non veniunt nepotes:hanc esse communem conclusionem.refert Curt.Iunior in consil.114. numero 5.

Ampliatur in 2. casibus, & limitatur in 4. à Baptist. à Villa.conclu.141.in litera F.

Filij hæreticorum non differunt à filiis cõmittentium crimen læsæ maiestatis:hanc regulam cum 3. limitationibus ponit Felin.in cap.vergentis,de hæret.numero 5. Don.Fina,lib.5.

¶ Filio durante lite super hæreditate paterna, facienda est sibi prouisio de alimentis. Hanc regulam probat tex.in l.qui de inofficioso.ibi,vt interim possideat & alatur.ff.de inofficioso testament. & in l. si instituta,in §.de inofficioso.ff.eodem titul. De iure regio probatur in l. viij.tit.xiij.parte vj.circa quam regulam vide Bartol.& Doct.in l.si neget.ff.de liberis agnoscend.idem Barto.in tract.de alimentis,per totum Matthæum de Afflict.in decisio.Neapoli.decisione x.& xj. Pala.Ruuios in repe.capituli,per vestras, in primo notabili, ampliatione viij. §. xxxix. Petr.Rebuff.in gloss. ad Constitutiones regias Galliæ:in 1.part. in tract.de sententiis,per totum.vbi in artic.1.gl.ij.eam limitat aliquibus modis.

Amplia primò, siue ipse filius agat super successione bonorum patris,siue contra ipsum agatur. l.si instituta,in §.de inofficioso.ff.de inofficio. testam. & in l.1.& ibi doct.C.de Carboniano edict.

Amplia secundò,siue filius sit in potestate,siue sit emãcipatus:quia hodie quo ad successionem,& alimenta nulla est emancipationis,& patriæ potestatis differentia: vt in authentic. de hæredibus ab intestato venientibus.in §.si verò neque fratres.in verbo, nulla,ita tenet Angel.in l.nihil. C. de vsucapionib.pro hære.Alexan.in l.cum quidam, in §.suum hæredem. ff.de acquir.hæred.Iaso.in l. si emancipati, nu.36.C. de collatio. facit quod suprà dixi in regu. xxxvij. in iij.ampliatione.

Amplia tertiò procedere,etiam pendente tempore dato hæredi ad deliberandum:nam filius ali de hæreditate debet,ne,deliberationis dilatione pendente, fame pereat:vt in l.filius.ff.de iure deliberand.

Amplia quartò faciendam prouisionem filio siue in prima instantia siue in secunda:licet text. in l. si instituta,in §.de inofficioso.ff.de inofficios.testamen. loquatur in secunda instantia, & quando filius obtinuit in prima: tamen idem iuris est in secunda ex æquitate, ne fame pereat, & ne cogatur ob defectum pecuniarum deserere processum,& litibus renuntiare, & ita expressè tenet Matth.de Afflict. in decisione x. & xj. vbi dicit bis sic fuisse decisum in Curia Neapolitana, & ita expressè tenent Domini de Rota in decisione ij.in titu.de iudiciis. incipienti,vtrum filius agens petitione hæreditatis. in nouissimis decisionibus. Aegidius de Bellamera in decisione lxxxviij. & hanc opinionem seruari etiam in Francia tenet expressè Petrus Rebuffus in gloss. ad constitutiones regias Galliç:in parte tract.de sententiis.artic.j.gl.ij.num.5.licet gl.& ibi doctores in d.§.de inofficioso.in verbo,decerni, contrarium teneant.

Amplia quintò,habere locũ non solùm in filio,verùm etiam in nepote, pronepote & abnepote: in recta tamen linea,cùm in eis sit eadem ratio. ita tenet Masuerus in practica:in tract.de possessorio. §. item & recredentia.facit quod suprà dixi in reg. lxxxvij. in iiij.ampliatione.& pro ista opinione est text. in d.§. de inoffic.qui loquitur de nepote:quamuis Paul.de Castr.intelligat illum text.in filio.

Amplia sextò,habere locum in patre:nam si pater litigat cum filio suo,vel petit successionem filij, debet illi fieri etiam prouisio de alimentis: quia non minùs parentibus quàm liberis piè relinqui debet hæreditas, & ex ea ali, vt in l. nam & si parentibus. ff. de inofficioso testamento gloss. in canon. prædicator.xvj.quæstion. prima.& in capitul. cùm Apostolus.de censi.in l.scripto hærede,in fine,& ibi gloss.ff. vnde liberi.facit quod suprà dixi in regul.lxxxvij.in vij. ampliatione: & in regul. lxj. & l.viij.titulo xiij. parte vj.

Amplia septimò,procedere in filiis legitimatis per subsequens matrimonium,cùm nihil parum à legitimis differant,vt in c.tanta.qui filij sint legi. & in l. cùm quis.C.de natura.liberis.& in §.fin.Instit. de nupt. facit quod suprà dixi in reg. cccl.

Amplia octauò, procedere siue agatur possessorio siue petitorio: cùm vtrobique versetur eadem ratio, vt in l.illud.ff.ad leg.Aquil.vnde si filius minor à primogenito partem hæreditate petat per actionem familiæ erciscundæ,poterit etiam ad prouisionem durante iudicio, vt frater bona possidens teneatur illi aliquid assignare lite pendente.

Amplia nonò,etiam si filius esset in vtero: quia ventri fiet prouisio & in possessionem admitti debet, l.j.& per totum.ff.de ventre in possessio. mitten. nam in fauorabilibus qui in vtero sunt pro natis habentur, vt in l.qui in vtero. ff. de statu homi. & ita expressè tenet Masuerus in practica: in titul. de possessorio. nu.26.

Amplia decimò, habere locum in qualibet parte litis, etiam post litem contestatam. ita concludit Ioann. Gallus in decisione Parisiensis Parlamenti,quæstio. cxxviij. Ratio est: quia semper operatur filius cui

non fit prouisio: ideo semper poterit fieri ante sententiam definitiuam, & ante conclusionem causæ: iuxta notata in capit.cùm dilectus. de fide instrum. ita tenet Petrus Rebuffus in suprà dicto tractat. de sententiis.in principio, numero 25.& in d.gloss.ij. num.1.

Amplia vndecimò, etiam si filius longo tempore captus esset ab hostibus:tunc illi reuerso facienda erit prouisio,vt in l.apud hostes.& in l.sequenti. ff. de captiu.& postlimi.reuersis.

Amplia duodecimò siue fuerit vir,siue mulier: quia eadem ratio versatur in vtroque:ergo,&c, argum.tex. in l.maximum vitium.C.de lib.præt.

Primò fallit, quando filius non esset in possessione filiationis, nec habitus pro filio vel consanguineo illius cui vult succedere: tunc non fiet sine causæ cognitione illi prouisio.ita tenet Bartol. in l.si neget. numero 2.ff.de libe.agnosc.per text.in l.1.in §. si ea. ff.de ventre in possessionem mittendo, & in l.iij.in §.causæ.ff.de Carboniano edicto.& in l.si quis à liberis.in §.si vel parens.ff.de liberis agnosc.ibi,si constiterit.& in c. per tuas. de probatio.Stephanus Aufrerius in decisione capellæ Tolosanæ. decis.lxxvij. & quæ causæ cognitio requiratur,ponit tex. in l.vij. tit.xix.part.4.

Secundò fallit, quando filius mouens quæstionem successionis esset diues,& posset se aliunde alere.l.extraneus.& in l.sequenti.& ibi Barto. ff.de ventre in possess.mitten.& in l.fin. C.de ordine cognitio. Iaso.in authen.res quæ.C.communia de lega. Panormit. & alij in c.cùm haberet. de eo, qui duxit in matri.quã polluit per adulter.De iure regio est text.in l.vj. tit. xix.par.4.

Tertiò fallit,quando filius esset ingratus,vel aliàs constaret saltem summariè eum esse hæreditate & bonis priuatum: quia tunc sicut non est alendus, ita nec prouisio facienda: quæ maximè ob alimenta fieri debent,vt est glo.in l.si quis à liberis. in §.idem iudex.in verbo,detulerat. ff.de liberis agnoscen. similis est gl.in l.fi.in verbo,promerueris. C.de alendis liberis.& ibi Barto.quas gloss. sequitur Alexan. in l.1.ff.sol.matrim.Stephanus Aufrerius in decisione Capellæ Tolosanæ,decision.lxxvij. Philip. Decius in l.iura sanguinis.ff.de reg.iur. Francis.de Aretio in l.iij.in §.filius.numer.9.ff.de liberis.&posth. Romanus in singulari ccxxij. Francis. Cremensis in singul.xix. Gerardus de Petra sancta in singula.1.Pala.Ruuios in l.xix.Tauri,nu.8.Iaso.in l.ius autem ciuile.numer.28.ff.de iustit.& iure.Chassanæus in consuet.Burgund.in titu.Des iustices.Rub.1.§.4.numero 19.

Quartò fallit,quando filius, vel is, qui petit hæreditatem vendiderit eam,vel renuntiauerit illi: nam etsi contractum dicat non valere,& eius petat rescissionem, prouisio fieri interim ei non debet. ita tenet Ioan.Gallus, vbi dicit quòd ita Parisiis fuit iudicatum,in quæst.cxxij.incipienti,Primò fuit dictũ contra vxorem.quem sequitur Petrus Rebuffus in dicto tract.de sententiis.art.1.glos.ij.numero 26. nam qui precio fruitur,non minus habere intelligitur quàm qui principaliter re vtitur:l.quia.ff.de vsufruct.& remittentibus iura sua non est amplius dandus regressus,vt in l.quæritur.§.si venditor.ff.de ædilitio edicto.& in c.quàm periculosum.vij.q.j.& pretium succedit loco rei,vt in l.Labeo.la j. ff. de verborum significatione.

Quintò limita, non procedere in adoptiuis filiis petentibus successionem: quia appellatione filiorum in hac materia non veniunt filij adoptiui. vt in c. in præsentia. & ibi not.Doct.de probat. & in l. fideicommissum.ff.de condict.& demonstrat.facit quod suprà dixi in regul. lxxxvij. in ij. limitatione. & ita etiam tenet Petrus Rebuffus in dicta glos. secunda. numero 27.

Sextò limita in spuriis & in aliis naturalibus quibus non debentur bona paterna, nec legitima in illis:& sic eis non debet fieri prouisio, vt in l. j. & per totum.C.de naturalibus liberis.Bartol. in l. fina. C.de alend. liberis. quod de æquitate canonica non procedit, vt in cap.cùm haberet.de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. Et pro ista opin. est text.de iure regio in l.viij.titu.xiij. par.vj. Circa quam limitationem vide l.ix.& x. Tauri,& ibi doc. D.de Couarru.in Epitome de sponsalibus.in ij.par. c.viij.§.vj.per totum.

Septimò fallit,in alimentis præteritis:quia in illis non competit alimentorum priuilegium, vt in l.de alimentis. C.de transactio. & sic in illis appellari potest,& appellatio recipitur.ita tenet Spec. in tit.de appellat.§.in quibus.numer.11.Quam limitationem intellige vt per Feli.in cap.cùm dilecta. num.16.de rescriptis.

Octauò limita, quando collateralis peteret hæreditatem fratris aut consobrini:tunc nõ fit prouisio:quia fratris non censetur hæreditas quasi debita sicut hæreditas patris,vt in l.in suis.C. de liberis, & posthu. quod est verum quandocunque collateralis peteret hæreditatem consanguinei ab intestato:secus si eam peteret ex testamento.ita concludit Petrus Rebuffus in dicta glossa tertia,numero 32. P.Duen. re.365.

¶ Filio intestato,ac sine liberis,vel fratribus defuncto,succedunt parentes.Hanc regulam probat text. in l.in successione, & in authentic. defuncto. C. ad Tertylla. & in authentic. de hæredibus ab intestato venientibus, in §. consequens, & in §.sequenti, collat. ix. De iure regio est tex.in l.iiij.tit.xiij. part. vj.Circa quam regulam vltra doct.in l.vj.&vij.Tauri,vide Didac.in rubr.de successio. ab intesta.Iason in l.post dotem,numer.105.ff.solut.matrim.Arnoldum Ferronium in consuet. Burdegalen.in tit.de testamentis.§.xj.Montal. in glo.l.j.tit. vj.lib. iij. fori. Ioan.Corasium in l.hæres instituta,num.3. C.de impu. & aliis.Maturinum Montanum in auth.de hæredibus ab intestato venientibus, versi.si igitur defunctus.colat.ix.

Hanc regulam cum quinque limitationibus posuit Nico.de Vbaldis in tract. de succes. ab intestato. num. 8.cum seq.

Quæ regula hodie corrigitur per text. in l.vij. Tauri, quę lex probat quòd ad hoc quòd frater admittatur ad successionem fratris, requiritur quòd non habeat parentes: quia parentibus extantibus filij non succedunt cum eis.Quæ opinio probatur etiam per text.in l.j.tit.vj.lib.iij.fori.& licet ibi text. loquatur quandocunque filius decessit ab intestato, idem est dicendum quando sit conditio testamento, vt in l. vj.Tauri, ibi filius non potest grauare patrem, vel matrem in testamento quando non habet descẽdentes,nisi in iij.part.bonorum: præterquam in ciuitatibus & locis vbi statuta dicunt quòd bona deuoluantur radici. P.Duen.re.364.

¶ Filio non nocet delictum patris præsertim in rebus quæ non pendent à patre, fallit in crimine læsæ ma-

læsæ maiestatis, & in crimine hęresis.l.apud celsum. §.sed si.ff.de doli except.l.1.C.de bon.mater. Doct. com.l.1.C.ne fil.pro patre.l.si quis in suo.§.legis.C. de inoff.testamen.l.3.§.emancipatus.ff.de bon.pos. contra tabul. l. quisquis. C. ad leg. Iuliam Maiestat. authent.Gazaros. C. de hæret. Cardin.c.1.distinct. 22.Alexand.leg.sæpe.numer.97.de re iud.Paul.cōs. 140.vol.1.c.fine culpa.cap.non debet. de reg.iur.6. Med.reg.8.

¶ Filio spurio in supplementum probationis non defertur iuramentum. Ratio est: quia spurius censetur infamis,& eius fides non facit semiplenam probationem.ita tenet Ludouic. Rom.in repetit.l.admonendi.num.84.ff.de iureiur. vbi allegat Azonem in Summa:in tit.de infamibus.Eandem opinionem sequitur Ioan.Baptista de Caccialup.in dicta repet. l.admonendi, numero 156.& ibi Lanfrancus de Oriano numero 51.Bald. in l.in bonæ fidei. C. de rebus creditis.Hippolytus de Marsiliis in singul. cclxxxiij. Circa quam regulam vide Gulielmum Benedictum in repet.cap.Rainutius. in verbo,Rainutius de Clera.numero 30.Tiraq.in tract.de nobilitate:cap.xv.numero 14. & 15. & quod suprà dixi in regula lxix.

Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat quatuor modis Hippo.in sing.273. P.Duen.re.258.

¶ Filio studenti mutuum factum potest repeti à patre.Hanc regulam probat text. in l.sed Iulianus, in §.proinde,& ibi glo.ff.ad Macedon.& ibi Barto.gl. in l.Macedoniani,in verbo,non recusaret.C.eodem. tit.Hanc opinionem tenet Bald.in l.omnimodo, in §.imputari. C.de inofficioso testamento. Alexand. in l.finali. Cod.de negotiis gestis.Socinus in regula cxxxvij. in prima limitatione. De iure regio probatur in l.vj.tit.j.parte v.

Amplia primò habere locum, si receperit libros commodatos, & posteà moriatur: nam tenetur pater eos restituere sicut mutuum:ita tenet Io.de Anania in c.j.de Magistris.Petrus Rauen.in Alphabeto,verbo,scholaris.quos sequitur Petr. Rebuff. in tract.de priuilegiis scholarium:priuilegio lviij.nume.2.

Amplia secundò,etiam si contra voluntatem patris filius esset in studio:nam tunc pro ea parte quam domi expensurus erat, pater indistinctè tenetur: vt in l.iij.in §.proinde. ff. de in rem verso. & ita expressè per illum tenet Petrus de Vnzola,vbi hoc declarat, in practica artis notariatus.§.de filiofamiliàs, & vnde dicatur,nu.30.

Amplia tertiò,habere locum in monacho: nam si Abbas mittit monachum ad studium,in dubio videtur se obligare ad expensas factas per monachum in studio:ita expressè concludunt Doctor. præcipuè Francisc. Aret.vbi hoc notabiliter declarat in c. ex part. nu.13.& 14.de accusat.

Amplia quartò, non solùm habere locum in filio studenti, verùm etiam in alio quocunque filio,quandocunque fecisset se debitorem, vt se aleret: quia tunc teneretur pater soluere illud debitum contractum pro alimentis:vt notatur in l.libertis quos.in §.j.ff.de aliment.& cibar.legat.& ita expressè tenet Afflict.decis.x.nu.4.Francisc. Aret. in d.c.ex parte, nu.13.

Limita primò,quando filius erat aptus ad studium, & studebat: alioquin pater non tenetur: vt in l. Stichus.ff.de legat. iij. Quod tamen est verum, quando filius erat in studio contra voluntatem patris, si verò esset in studio de voluntate patris, tunc siue filius bene studeat siue non,pater tenetur: nisi pater crederet filium bene studere, & creditor sciebat eum non dare operam literis:tunc patri daretur exceptio contra mercatorem petētem pecuniam mutuatam,argum.text.in l.si quis cùm sciret. ff. de vsucapione pro empto.& in l. cùm quis. ff. de solut. & ita expressè tenet Petrus Rebuffus in dicto tracta. de priuilegiis scholarium: priuil. lviij. numero sexto & 9.

Limita secundò, procedere tantūmodò vsque ad eam quantitatem quam pater solebat subministrare filio,non vltrà:ita probat text. in d.l.sed Iulianus, in §.quod dicitur. ff.ad Macedonia.& ita expressè tenet ibi Salic.& Alberic. nu.10.

Tertiò limita, habere locum considerata patris facultate & alia familia:& secundum hoc debet iudex arbitrari vt pater,eatenus, quatenus facultates eius patiuntur,teneatur, & non vltrà, ita tenet Alberic. in d.l.sed Iulianus,in §.quanquam.nu.11.ff.ad Macedo. quem sequitur Petr. Rebuff. in d. tract. de priuileg. scholar.priuilegio lviij.numero 6. nam saltem tenebitur pater ad illam quantitatem quam domi studens erat impensurus, & non vltrà:quia ibi non viuebat vento,vt lupus:vt dicit gloss.in l.fin.C.de alimentis pupil. præstan.facit quod suprà dixi in quarta ampliatione. Quam limitationem intellige,quando filius erat in studio contra voluntatem patris, vt etiam dixi suprà.

Quartò limita, quandocunque constaret, quòd pater prouidebat filio suo de rebus necessariis: nam tunc pater non tenetur de mutuo facto per filium etiam studentem, ita probatur de iure regu. in l.ij. titul.xix.part.iiij. Quod tamen est verum, quandocūque is,qui mutuauit filio,sciebat quòd pater prouidebat ei de rebus necessariis: secus tamen si hoc ignorabat: nam tunc bene potest agere contra patrem,vt in l.sed & si pupillus,in §.proscribere. ff.de institoria.& in l. fi.ff.pro suo.& ita expressè tenet Salicet.in d.l.sed Iulianus, in §.quod dicitur, in finalibus verbis.ff.ad Macedonianum.

Quintò limita, non procedere hodie de iure regio: vt in pragmat. vj. Valladolid, Anni Domini,1542.vbi fuit statutum quòd si aliquis mutuauerit vel vendiderit aliquam rem filio scholari, non possit mutuū vel debitum à patre vel à matre petere, nisi ab ipsomet filio. Quam pragmaticam intelligo veram nisi clarissimè constitisset quòd pater non prouidebat filio suo de alimentis necessariis in studio:quia tunc illud quod appareret esse mutuatum filio, bene posset à patre peti, non obstante suprà dicta pragmatica,vt suprà dictum est. P.Duen.regul.369.

¶ Filio in vita patris non debetur legitima, vt est tex.in l.j.§.si impuberi.ff.de colla. bonorū. & in l.ij. in §.interdum.ff.de vulg.& pupil.& in l.lex Cornelia.& ibi Bald.eod.tit.in l.fin.& ibi Bartol. & Bald. ff. de lib.agnoscen.idem Bal.in l.quanquam. ad leg. Falcid. C.vbi dicit quòd legitima non debetur viuo patre.gloss.& ibi doctor.in l.cùm à matre.C.de rei vend.Barto.in authentic.si qua mulier. circa finem.C.de sacrosanct.eccles. Bald. in consil. cclvij. numer.1.& 2.volu. iij. licet contrarium teneat gloss. in authen.de hæred.& Falcid.§.si verò non implens. in verbo,auferri.collat.j.

Circa hanc regulam vide Alex. & doct.in d.l.lex Cor-

nelia.ff.de vulga.Iaſ.& Doct. in auth. ſi qua mulier. C.de ſacroſanct.eccleſ.& in l.in ſuis.nu.8.ff.de libe. & poſthu.& in l.is poteſt.nu.17. cum ſeq. ff.de acq. hæred.Maria.Soc.Iuniorem in conſ.lj. num.4.vol.j. Carol.Ruin.in conſ.cxlix.num.13. volum.3. Paul.de Caſtr.in conſil.lxxx.num.3.volum.1.Catellia.Cottam,verbo,legitima. Dec.in conſil.437.numero 13. Pyrrhum Englebermæum in tract.de ſuitate, num. 8. Rolandinum Bononienſem in ſua ſumma teſtamentorum.Rubr.16.num.19.Syluestr.Aldobrandinum in §.præterea. numero 53.inſtitu. quibus modis ius patr.poteſta.ſolui.Fabianum de Monte,in authen.nouiſſima,numero 78.C.de inoffic.teſtament. Brunum in conſil.lxxx.numero 15.Chaſſan. in conſuet.Burgund.in tit.Des ſucceſſions, Rubric.7.§.2. num 2.cum aliis.Abb.& Docto. in cap.Raynutius. teſtamen.Mantua.in repet.authent.nouiſſimà. verſic.ſecundò dubitare contingit.C.de inofficioſo teſtamen.Gulielmum Benedictum in repetitio.capit. Raynutius.in verb.in eodem teſtamento.el primo. numero 215.de teſtamentis. Bertrandum in conſil. clxxxiiij.numero 2.volum. 1.ſecundæ impreſſionis: & in conſilio xcv.numero 4.volum.2.primæ impreſſionis.Grammat.in deciſione centeſimaprima,nnm. 61.& 65.

Amplia primò procedere, quòd ſi pater vendat diſſipando bona, non poſſunt petere filij vt iudex cogat patrem aſſignare legitimam vel aliquem fundum.ita tenet Bald.notabiliter in l.non poteſt. in 1. lectura.ff.de adopt. quam opinionem ante Bald. tenuit Spec.in titul.de executio.ſententiæ.§.ſequitur. num.11.in fine.Quam opinionem de rigore iuris dicit eſſe veram Iaſon in l.nam & poſtea.in §.ſed & ſi quis.num.4.ff. de iureiur.idem Iaſ.in §. item ſi quis in fraudem.num.3.Inſti.de action.& in l.lex Cornelia.numero 6.ff.de vulg.& pupil.Chaſſan.vbi in hoc remittit ſe ad Iaſo.in ſuprà dictis locis,in conſuetu. Burgund.in tit.Des ſucceſſions.rubr.7.§.2. numero 4.Eandem opinionem ſequitur Syluester Aldobrandinus in §.præterea.in numero 34.Inſtit.quib.mod. ius patr. poteſt.ſolui.

Contrariam tamen opinionem,imò quòd quandocunque pater diſſipat bona, tenetur aſſignare legitimã filio,tenet Bald.ſibi contrarius in l.defuncto.nume. 3.ff.ſi quid in fraud.patron. quam opinionem ſequitur Paulus de Caſtro, ibi:idem Paulus de Caſtro. in authent.ſi qua mulier.num.8. C.de ſacr. ſan.eccleſi. Ale.in l.Imperator. vbi dicit illam opinionem Bal. eſſe menti tenendam, ibi Claudius de Seyſſello.nu. 6.ff.ad Trebel. Eandem opinionem ſequitur etiam Hierony.Canol. in repet.l.fin.num.232.C.de pactis. Didacus de Segula in repet.l.Imperator. num.118. ff.ad Trebel.Fabianus de Monte in repet.authenti. nouiſſima.nume.83.C.de inoff.teſtam. Eãdem opinionem tenet Iaſo.vbi dicit procedere de æquitate, in d.l.nam & poſtea.in §.ſed & ſi quis.nu.4. ff.de iureiuran.Eandem opinionem tanquam æquiorem tenendam eſſe teſtatur idem Iaſ. in l. ſi conſtante. nu. 199.ff.ſol.matr.& ſecundum hanc opinionem conſuluit Roderic.Xuarez in allegatio. 4. Hæc opinio verior eſt & æquior,vt docuit Pratei.lib.1. rer.quotid.& Quæſt.lib.ſing.c.11.

Amplia ſecundò,vt legitima viuo patre pro delicto filij non veniat in confiſcatione bonorum ſuorũ: ita tenent Gul.de Cun.Bar.Alber.& Bal.in l.ſi qua pœna.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iur.Eandem opin.tenet Spec.in tit. de exec.ſent.nu.11. Cuius ratio eſt: quia viuente patre filius nullam habet legitimam. Eandem opinionem tenet Bald.in conſi. cclvij. per totum,volu.iij.Franc. Lucas de Parma in trac.de fiſco,& eius priuilegiis,capit. de publicatione bonorum,numer.2.Hanc opinionem tenent doct. communiter in l.in ſuis.ff.de lib. & poſthu. Hanc etiam opin.dicit communiter teneri Maria.Socin.Iunior in conſi.lj.numer.5. lib.j. Sylueſter Aldobrandinus in §.præterea.nu.55.Inſtitu. quibus mod.ius patriæ poteſta. ſolui. Ruinus in conſilio cxlix. numero 13. vol.iij.

Quæ ampliatio procedit & eſt vera, niſi eſſet ſtatutũ, quòd pater teneatur ſoluere ex legitima pro delicto filij: vt eſt text.per quem hoc ibi Ioan. de Ana. & Anch.tenent in c.ij.de delict.puer.& hãc opinionem expreſſè tenet gl.in Rubr.C.de decretis decurio.lib.x.& quod ſuprà dictum ſtatutum valeat, tenet expreſſè Iaſo.in d.auth.nouiſſima, numero 8. & 12.C.de inofficio.teſtam.Bald.in l.j.C. ne filius pro pat.Carol.Ruin.in d. conſ.cxlix.nu.13. vol.iij. Hanc opinionem dicit eſſe communem, & ita in practica obſeruari Alex.poſt alios doct. in d.l. lex Cornelia. ff.de vulg.& pupil.eam etiam dicit communem Sylueſt.Aldobrandinus in d.§ præterea.nu.56.Inſtitut. quibus mod.ius patr.poteſt.ſolui.Chaſſa. in conſue. Burgund.in tit.Des ſucceſſions.Rubr.vij. §. ij.num. 5.in fi.Hanc opinionem tenet Mantua in repetitio. auth.nouiſſima. verſic. 3. dubitare contingit. quam opinionem etiam ſuprà poſui in regula cccxlv.in 14. limitatione.

In quo Iaſo.in d.authent. nouiſſima. dicit quod Bald. in l.ſi qua pœna.in ij.lectura ad fi.ff.de his, qui ſunt ſui,vel alien.iur. dicit,quòd niſi ſtatutum dicat,difficile erit definire quanta debeat eſſe legitima. Iaſ. verò referendo alios doctor.tenet quòd attendatur tempus condemnationis filij:per text.in l.ius qui.in §.verſicu.quæ tunc habuit cùm damnaretur.ff.de teſtam. & ideo dicit ibi Iaſon.quòd ſunt ponderanda verba ſtatuti an ſe referant ad delictum vel ad condemnationem. Reperio tamen quòd Lancelotus Politus in repet.l.filium,quem habentem. C.famil. erciſ. num.163.hoc mouet, & determinat, quòd ſuprà dictum ſtatutum per iſtam regulam quæ vult legitimam tempore mortis conſiderari,æſtimandam, & ſoluendam tempore mortis, non autem in vita: alioquin ſequeretur quòd delictum filij patri & fratribus nocere poſſit: quod ibi dicit eſſe iniquum. Quia ſi pater procreauerit alios filios,ſi legitima eſſet æſtimanda tempore delicti vel cõdemnationis, filiis poſteà natis noceret: & ſic ſequeretur quòd plus habebit filius delinquẽs quàm alius: quod eſſet maximè iniquum,& contra regulas iuris: vt in l.in omnibus quidem.ff.de reg. iur.quam opinio. dicit Lancelotus ibi veriſſimam eſſe: quæ etiam mihi æqua & iuridica videtur, dum tamen pater in vita bona non alienet vel diſſipet:nec tẽpore mortis, alios filios melioret in fraudem condemnationis filij & ſuprà dicti ſtatuti. Et pro opinio.Lancelot.Politi,videtur tex.in l.xix.& xxiiij.& ibi Ciſuẽtes. & xxix.in fi.ibi, pero las otras donationes. vbi probatur ꝙ in melioratiõe, quæ fit per patrẽ filio,attẽditur valor patrimonij patris tempore mortis, in legib.Tauri.

Limita primò hãc regulam procedere in Iudæo effecto Chriſtiano: nam ſtatim patre viuente legitimam petere poteſt. ita concludit Ioan. de Ana. in cap.Iudęi.el ij. numero quinto. de Iudęis. per textum.in l.cognouimus.& ibi Salic.& doct. C.de heret.

ret. vbi pater, & mater infideles tenentur præstare dotem filiæ orthodoxæ, & filio Christiano præstare donationem propter nuptias, & vtrunque alimentare secundum facultatem patrimonij. Facit etiam quod habetur in l. nec mater pro filia, C. de iure dotium. vbi gloss. dicit quòd mater hæretica tenetur dotem dare filiæ orthodoxæ, & ibi Bald. dicit idem esse in matre Iudæa: quia si filia efficitur Christiana, tenetur mater eam dotare, & alimentare. & est similis glossa in l. finali. in verbo, paternum. C. de iure dotium. De iure regio textus in l. ix. titulo xj. parte iiij. & ibi Ioann. de Anania adduxit pro hoc alia quàm plura. Quam opinionem Ananiæ sequitur Cagnol. in repet. l. fin. numero 232. C. de pactis. Gulie. Bened. in repe. cap. Rainutius. in verb. in eodem testamento, el j. numero 215. & 216. licet contrarium teneat Felin. in dicto cap. Iudæi. numero 2. quia ipsemet Felin. tenet opinio. Ioan. de Ana. in c. in præsentia. numero 56. de probat. & ibi Paul. Parisius. num. 166. in fine.

Limita secundò, nisi pater velit aliquid filio pro legitima largiri: argu. text. in l. cum quo. in §. finali. ff. ad l. Falcid. nam cùm hoc sit introductum fauore patris, poterit pater hoc renuntiare. vt in l. penult. C. de pactis. & in l. si iudex. ff. de minorib. & in hoc casu quando filius dictam legitimam assignatam dissipauerit, non tenetur pater rursus legitimam assignare. ita tenet Bart. & ibi Paul. de Castr. & doctores in l. si cum dotem. in §. si post. ff. sol. matr. idem Paul. de Cast. in consi. 80. nu. 3. vol. 1.

Tertiò limita non procedere in dote: nam quandocunque filia esset coniugio matura, pater officio iudicis compellitur filiæ legitimam siue dotem constituere. ita probat textus in l. Pomponius. ff. famil. ercis. & in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. in l. final. C. de dotis promis. quibus concordat l. viij. titu. xj. parte iiij.

Quartò fallit, in alimentis: nam pater in vita tenetur filium alimentare: ita probat textus in lege cùm oportet. in §. cùm autem. Cod. de bonis, quæ liberis. facit etiã textus in lege, si quis à liberis. in principio. & in l. non quemadmodum. ff. de liber. agnosc. ita tenet Iason in l. in suis. numero 18. ff. de liberis & posthumis. De iure regio est textus in lege tertia, titulo quarto, libro tertio. fori. & in l. j. & ij. titu. xix. parte iiij.

Quintò fallit, etiam si nullum esset statutum quòd pater teneatur pro delicto filij, vt suprà dixi in ij. ampliatione: tamen si filius propter delictum detineatur in carceribus, cogi potest officio iudicis pater vt assignet legitimam pro filio redimendo: nam si pro dote danda & alimentis potest cogi, vt suprà dixi, à fortiori potest cogi pro vita filij conseruanda & libertate: carcer enim perpetuus, & seruitus, morti æquiparantur. l. intercidit. ff. de condi. & demonstr. & in l. seruitutem. ff. de regu. iur. in authen. si captiui. C. de episcopis. & cleric. ita expressè tenet Guliel. Benedict. vbi dicit hunc casum se audiuisse à Cancellario Franciæ, in repetitio. cap. Rainutius, in verbo, in eodem testamento. el primo. numero 215. quem sequitur Berengarius Fernandus in repet. l. in quartam. nume. 136. ff. ad l. Falcid. quæ opinio si vera esset, sequeretur suprà dictum statutum de nihilo seruire.

Sextò limita, quandocunque pater ingreditur monasterium: quia tunc, viuo patre adhuc naturaliter debetur legitima filiis. ita probat text. in cap. cùm simus. de regula. per quem text. ita tenet gloss. in ca. transmissæ. in verbo, mota, qui filij sint legiti. Hanc opinionem tenet Abb. ibi. Eandem opinio. probat text. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanctis eccles. & ibi Bald. idem Abbas in cap. in præsentia. de probat. nu. 59. & in c. Rainutius. de testam. Aret. in l. j. num. 6. ff. de testam. & in l. ex ea parte. in §. insulam. ff. de verbo. oblig. Marcus de Man. in repet. authen. nouissima. versicu. quartò dubitare. Catellia. Cotta verbo, legitima. Corsetus singul. incipienti, legitima. Fabianus de Monte in repet. authentic. nouissima. nume. 80. C. de inofficioso. testament. Marian. Socin. Iunior in consil. lj. numer. 7. volum j. Pyrrhus Englebermæus in tract. de suitate. numer. 8. Rolandinus Bononiensis in tract. vltimarum voluntatum: rubr. xv. nume. 19. & hanc dicit communem opinionem Iaso. in authentic. si qua mulier. numer. 50. C. de sacrosan. eccles. in auth. nouissima. nu. 8. C. de inoffi. testa. Felinus in dicto c. in præsentia. nu. 55. Circa quam limitationem, vbi eam tenet & allegat alios doctor. tenentes contrariam partẽ, vide Didac. in cap. ij. nume. 7. de testamen. vltra quos vide Paris. in repet. c. in præsentia. nu. 165. de probationibus, vbi contrariam partem tenet, & ibi latissimè hoc examinat. P. Duen. reg. 356.

¶ Filio viuente, pater in bonis feudalibus habet vsumfructum. Hanc reg. (vbi plura pro ea adducit) ponit Franc. Cur. Iun. in tract. feudorum, in iiij. par. q. 4. num. 46. per text. in cap. 2. de fratribus de nouo benef. inuestitis, & ibi docto. in vsibus feudo. & alia de quibus ibi per eum.

Limita primò, nisi feudum esset concessum à principe: quia tunc patri nihil acquiritur, quemadmodum in omnibus aliis bonis acquisitis à principe, iuxta l. cum multa. C. de bonis quæ liberis. & ita hãc limitationem tenet Francis. Curt. Iunior in d. tract. nu. 47.

Limita secundò, nisi esset feudum dignitatis cohærens personæ feudatarij: quia nihil acquiritur domino: l. iij. in §. si quid. ff. de minoribus, & ita etiam tenet Curt. Iun. in s. d. loco.

Tertiò limita, nisi feudũ esset acquisitum in castris, virtute armorum: puta quia Vasallus fuisset cum domino in castris, & illo respectu acquisiuisset: quia tunc non magis acquiritur vsusfructus, quemadmodum in aliis castrensibus: ita formaliter limitat Bald. in l. cum oporteat, nu. 18. C. de bonis quæ liberis. ex cuius verbis inferuntur etiam aliæ duæ præcedentes limitationes. P. Duen. reg. 363.

¶ Filii naturales faciunt deficere cõditionem fideicommissi. Hanc regulam probat text. & ibi Bart. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & ibi glo. final. vbi allegat text. in l. generaliter. in §. cùm autem. C. de institu. & substitu. gloss. in c. in præsentia. de probat. & in cap. Raynaldus. de testam. & ita concludunt doct. in dict. l. ex facto. in §. si quis rogatus. & Canonistæ in dicto cap. in præsentia. præter Dec. qui in hoc reprobatur à Francis. de Ripa in d. §. si quis rogatus. nu. 15. qui dicit hanc esse communẽ opinio. Circa quam regulam vide Parisium in repet. c. in præsentia. nu. 50. cum aliis. de probat. Gratum in consi. xxix. nu. 43. vol. 2.

Hanc regulam, limitat octo modis Francis. à Ripa in d. l. ex facto. in §. si rogatus. à nu. 15. vsque ad numerum 31. ff. ad Treb. P. Duen. reg. 352.

¶ Filius familias potest esse procurator alterius, etiã in iudicio, nec patris cõsẽsus requiritur. intellige si est

si est maior annis 25. quia procurator ad iudicia nõ admittitur ante istam ætatẽ, c. generaliter. de proc. in vj. hanc regulam tradit Abb. in cap. cum iniustè. de pro curato. qui dicit contra opin. Ioann. Andr. & cęterorum aliorum hanc procedere siue opponatur, siue non, vide ibid. F. Turzan.

¶ Filii contra parentes non agunt, licet secus sit e-cõtra. l. apud celsum. §. aduersus. ff. de doli mali exc. not. l. 3. C. de arbitris. Med. reg. 9.

¶ Filii testatoris detrahunt Trebellianicam ex cor poribus hæreditariis, nulla facta imputatione fructuum, etiamsi pater cõtrà iusserit: vt in l. iubemus. C. ad Trebel.

Limita decem modis, vt per Ripam in l. in fideicommissaria. ff. ad Treb. B. Dias. re. 297.

¶ Filiorum appellatione de propria significatione veniunt filij in primo gradu. not. l. liberorum. ff. de ver. sig. Tiraq. in trac. primogen. q. 40. num. 33. vide quæ dixi suprà in 2. reg. versi. filiorum. Bald. c. 1. col. 1. de eo, qui sibi, & suis hæred. & cons. 13. vol. 3. Paul. 1. col. 2. C. de cond. insert. Med. reg. 3.

Filiorum appellatione, nepotes & pronepotes, & deinceps contineri.

In Auth. vt ex ac. iusta do. prin. Azo, rub. 104.

¶ Filiorum appellatione simpliciter à lege prolata, non veniunt filij naturales tantum: est text. in l. filium eum definimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & in l. generaliter. §. cum autem. quem ibi notat Ias. C. de inst. & sub. probatur etiam in auth. in successione. C. de suis, & legitimis hæred.

Limita in quinque casibus per Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. lo j. ad Trebel. B. Dias. re. 294.

¶ Filiatio ex sola nominatione non probatur in extraneis. Hanc regulam probat text. in l. non nudis, & in l. non epistolis. C. de probat. gloss. in c. Michael, de filiis presbyt. & in c. per tuas. de probat. & in c. illud. de præsump. & in c. transmissæ. & in cap. per tuas. quia filij sint legitimi. Circa quam regulam vide quæ dicam in regula sequenti.

Amplia primò, procedere quòd nec in præiudiciũ tertij præsumptionem faciat. ita concludit Ias. in consi. lxxxj. nu. 2. vol. j. & in consi. cij. vol. iiij.

Limita primò, quando ex antiquo sic nominatus esset: vt est gloss. & ibi Doct. in cap. cùm causam. de probat. Andr. Barb. in consi. vj. nu. 14. lib. ij. Dec. in consi. cxxxv. ad iustificationem. Petrus Rebuffus in trac. nominationum. in prin. nu. 4.

Limita secundò quo ad legitimationem: vt in Auth. si quis liberos. C. de naturalib. liberis. Alberic. in l. non idcirco. C. de iuris, & facti ignorant. Alexan. in consi. cl. lib. v. Guliel. Benedictus in repet. c. Rainutius, in verbo, & vxorem, nu. 204. Petrus Rebuffus in d. tract. nominatio. in d. quæstio. v. numer. 5. vbi hãc limitationem declarat Marcus Mantua. in Apophthegma. 100. Iason in l. neque professio, nu. 4. C. de testamentis.

Tertiò limita fauore libertatis: vtpote si dominus sciẽter nominauerit seruum suum filium, tunc efficitur liber: vt in §. fi. Instit. de adoptionib. P. Due. re. 341.

¶ Filiatio non probatur ex sola nominatione parentum, nisi alia adminicula concurrant. Hanc regulam probat text. & ibi gloss. in capit. ex transmissæ. qui filij sint legitimi. & in capitu. per tuas. de probat. & gloss. etiam communiter approbata in l. non epistolis. C. de probation. & hanc opinionem dicit esse communem Dec. in dicto capit. per tuas. numero vigesimooctauo, licet gloss. in dicto capit. Michael de filiis presbyt. teneat quòd stetur nominationi, donec probetur contrarium. quam gloss. sequitur Bald. in d. l. non epistolis, in ij. notab. & in l. neque professio. C. de testa. & in cap. tuam. de ordi. cog. sed gloss. in d. cap. per tuas. ad hoc allegat suprà dict. text. in dicto cap. per tuas. & debet intelligi secundum illum, scilicet quandocunque alia concurrunt, vt suprà dixi.

Limita primò, nisi talis nominatio magis esset conueniens filio quàm extraneo, vt est datio alimentorum, & traditio alicuius rei ad alimenta: ex hoc enim erit constitutus in quasi possessione filiationis. ita Barto. in l. j. in §. idem per contrarium. ff. de liberis agnos. quem sequuntur Antonius de Butrio, Dec. & Franc. Aret. in dict. cap. per tuas. Ias. in consi. cij. volum. iiij. Iacob. de sancto Georg. in l. quidam quasi, num. 3. ff. de probat. Andr. Tiraq. in tractat. de vtroque retract. in tit. j. §. j. glo. xvj. numero 6. Paul. Paris. vbi allegat quàm plures Doct. in consi. x. num. 50. volu. 1. licet contrarium teneat Abb. in d. ca. per tuas. nu. 7. de probat. per tex. in Clem. si summus Põtifex, in ij. responso. de sent. excom. cui respondent Doct. s̃. alleg.

Secundò limita, nisi nominatio facta sit directè in iudicio: l. j. in §. Iulianus. ff. de lib. agnosc. ita Panorm. in d. c. per tuas. num. 8. de probat. quem ibi sequitur Dec. num. 32. Paris. in consi. x. nu. 47. libr. j. idem dicunt si nominatio facta fuit extra iudicium directè nominato præsente: secundum suprà dictos Docto. argum. textus in lege, certo. in §. si quis absente. ff. de confessis.

Tertiò limita, quando nominatio facta est incidenter, filio nominatio præsente: quia tunc filiatio probatur. ita tenet Aret. in d. c. per tuas. quem sequitur ibi Fel. nu. 32. pro quo facit tex. in d. l. quidam quasi. ff. de prob. Decius, vbi hoc notabiliter declarat in d. c. per tuas. num. 34. P. Due. reg. 342.

¶ Filiatio probatur ex solo tractu de aliquo tan quam de filio, etiamsi non nominetur. Hanc regulam ponunt Docto. in l. quidam quasi. ff. de probat. gloss. penult. & ibi Anto. & Doct. in ca. ex transmissæ. qui filij sint legit. Bar. in l. 2. ff. de lib. agn. & in l. 1. in §. ad quæstionẽ. per illum tex. ff. de quæst. Ang. de Peru. in l. vxorem. ff. de manu. testament. Abb. & Doct. in c. per tuas. de probat. & ibi Felin. nu. 13. circa quam regulam vide Bart. in l. filium eum diffinimus. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. vbi ponit practicam quomodo filiatio probetur. Lud. de Sardis in tract. de natur. liberis, in §. de filiationis probatione. Ias. in l. nec professio. C. de test. & in consi. cij. lib. iiij. & in consi. lxxxj. lib. j. Alex. in consilio cl. lib. v. Paris. in consi. x. lib. ij. Iacobinus de S. Georgio notab. in d. l. quidam quasi. vbi etiam ponit, quomodò filiatio probetur.

Hanc regulam ampliat duobus modis Felin. in d. c. per tuas. numero 13. & 14. de probatio. Petr. Duen. reg. 343.

¶ Filiatio, sententia lata in causa filiationis non præiudicat aliis, qui de cognatione non sunt, quo s. ad eorum priuatum interesse, nec etiam talis sententia fidem facit quo ad alios, si inter pares consanguineos fuerit lata, not. doct. l. sæpe. ff. de re iudic. Cin. l. ingenuum. de stat. homin. Bald. l. prima. Cod. quibus res inter alios acta non noceat. Antonius & Imola capitulo causam. qui fil. sint legitim. Doctor. cap. 1. & 2. ff. de liber. & posthum. præiudicat tamen si fuerit lata contra patrem, quo ad filios, & si fuerit lata

rit lata contra legitimum contradictorem. Abba.c. quamuis.num.17.vbi Felin.nume.10.& num.ſeq.de ſent.& re iud. Medic.reg.8.

¶ Filia cedens omni iuri, quod habet in bonis paternis, ſi nullum ius in bonis patris habuerit, ſed tantum in Maternis bonis, illis renuntiaſſe dicetur, ne reddatur inualida diſpoſitio, niſi enim quod ago valet vt ago, valebit tamen vt valere poterit.l.fundus. ff.locati.Bald.l.liberti.C.de oper.liber.Iaſo. in termin.l.qui Romæ.§. duo fratres.numero 63. ff.de verbor.oblig. Med.reg.10.

¶ Filia clàm contrahens matrimoniũ, poteſt à patre exhæredari. Hanc regulam probat tex. in l. xlix. Tauri. Circa quam regulam vltra Doctor. ibi, vide Pala. Ruui. in repetit.cap.per veſtras.in 3.notabi. §. 6.cum ſequenti. Didac. in Epitome, de ſponſalibus: in ſecunda parte.cap.3.§.8.num.5.& in ead.2.parte. capitu.6.in princip.nume.7.Chaſſa.in conſuetudin. Burgun.in titu.Des iuſtices. Rubric.1.§.4.numero 16.cum ſequent.Pariſi.in conſilio 29.per totum, lib. 3.Afflic.in conſtitutionibus Neapolit. lib.2. Rubri. 9.nu.1.cum aliis.

Hanc regulam limitat quinque modis D. de Caſtillo in d.l.xlix.Tauri.nu.31.in gloſ. in verbo, a ſus hiias. P.Duen.reg.373.

¶ Filia renuntians cum iuramento hæreditati paternæ, ampliùs ſuccedere non poteſt, tex. eſt in cap. quamuis.de pactis.in 6.

Primò fallit, ſi ſit factum pactum de non ſuccedendo, quia tunc penitus non valeret: quia tollit libertatem arbitrij. hoc dicit Bart. in l.ſtipulatio hoc modo concepta. de verborum obliga. & ſequitur Bald. in l.fin.C.de pact.vide Ludouic.Roma. qui adducit optimam rationem ad hoc in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta.

Secundò fallit, ſi illæ perſonæ, quarum contemplatione pactum factum eſt, deceſſerint, viuo patre, ſecùs ſi viuerent, vt filij maſculi: nam his mortuis non nocet pactum filiæ, vt l. pactum, de col.C.& ibi hoc tenuit Angel.& in conſ.ſuo 53.& ſequitur Do. de Sancto Georg.in d.c.quamuis, de pactis.ad hoc facit l. iubemus.C.ad Velle.

Tertiò fallit, ſi filius maſculus, qui ſuperextabat tempore pacti facti cum filia, fuit poſteà à patre exhæredatus: quia filia poterit ſuccedere, non obſtante pacto.ita not.dicit Bald.in l.in ambigua.ff.de legib. & ad hoc adducas rationem, quia verba excluſiua intelliguntur appoſita rebus ſic ſtantibus & non aliter: vt no.dicit Ange.in l.quoties.§.ſi duo. ff.de hæredib. inſtit.per text.notab.in l.Paulo Callimacho. §.1.de legat.tertio. vbi probatur quòd illa clauſula conſueta in teſtamentis apponi: & iuſſit eam eſſe contentam, & tacitam: operatur ſolum quandiu ſuperſunt illæ perſonæ, quibus teſtator voluit prouidere, & vide Barto.in l.quòd ſeruus.in fin. de condi.cauſa dat.ff.

Quartò fallit, ſi filia primò iurauit, & pòſt in contrarium interponit iuramentum: quia iſtud ſecundum iuramentum non operatur: prout in ſimili eſt gl. in c.licet mulieres.de iureiùr.lib.6.& vide ad hoc Specu.in titu.de emp.& vendit.§.& ſi conſilium.& eum ſequitur ibi Ioan.And.in addit.

Quintò fallit, quando illa filia, quæ renuntiauit, non percepit legitimam ſuam, vel dotẽ: vt dicit Richar. de Sal.in d.l.licet. C.de collat.ſed generaliter facit pactum de non petendo. Nam tunc Richar. de Sal. & Pet.de Anch.in dict.cap.quamuis.præſupponunt quòd filia dicit ſe dotatam: & hoc fortificatur, quia non debet excludi à legitima, niſi ſpecialiter ſit facta renuntiatio: per tex.no.in l.ſi quãdo. C.de inof. teſt.& ideo dicunt, quòd iuramentum nõ operatur, ſed iſta limitatio non poſſet fortè procedere propter generalitatem & rationem d.c.quamuis.

Sextò fallit, ſecundum Pet.de Anch.in cap. 1. de conſtitu.& in d.c.licet mulieres, quando reſultaret grauiſſima læſio mulieri, vt putà, quia receptione dotis, quæ valet centum, renuntiauit hæreditati, quæ valet quinque millia: nam tunc dicitur quòd videtur dolo ſubducta, & iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum: vt in capit. quantò.de iureiur. ſed tu ad hoc adducas auctoritatem Bald. in titu.de pace iuramen.firman.capit.1.§.item ſacramenta vbi dicit, quòd ex enormi læſione præſumitur dolus, vt not.Barto.in l.fi.de præt.ſtipul.adde gl.in c.veniẽs. de iureiur.

Septimò fallit, quando præſumitur metus, vel dolus, vel reuerentia patris. argu.text.in authentic. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi. & ita dicit Bald. in l.pactum dotale.C.de coll. quod intellige ſecundum not.per Bart.in l.1.§.quæ onerandæ. ff.qua.re. act.non dat.& per Inno.in c.cauſam.de offi.deleg.& vide Fed.de Sen.in conſi.ccxciij.

Octauò fallit, quando paciſcitur Iudæus cum filia ſua, quia tunc iuramentum non attenditur, ſecundùm Bald.in d.auth.ſacramenta puberum.& iſtam limita. ponit etiam Ludou.de Rom. in l.1. §. qui ſuperſtit. de acquir.hæred.ſed fortè non eſt verum: quia inter Iudæos ſeruatur iuramentum per Moyſen, ſicut inter Chriſtianos per Chriſtum, vt habetur in gl. in l. non erit.de iureiur.&c.

Nonò fallit, quando filia eſſet impubes: & iuraſſet ſuper hoc pacto de perdenda hæreditate: nam tunc tale iuramentum non habilitat mulierem ad iurandum, cum ſit impubes, Iacob. de Butr.& Bald. in l.ſi quis maior.C.de tranſact.dicunt, quod in impubere debet eſſe duplex iuramentum, vnum, de non veniendo contrà ratione minoris ætatis: alterùm de obſeruando pactum.

Decimò fallit, ſi filia renuntiauit cum iuramento hæreditati paternæ, viuente patre, & promiſiſſet de illis bonis paternis nunquam aliquid petere, & frater eius, ad quem aduenit ſucceſſio moritur, poteſt fratri illi ſuccedere vna cum aliis fratribus. ita dicit Paul.de Caſtr.in l.Paulus.§.idem reſpondit. ff. de acquiren hæred. adde Oldrad. ad hoc quod ita conſuluit vide tex.in l.Titij teſtamẽtum.ff.de his quib: vt indi.& l.3.§.planè.ff.ad Carb.& l.fi.in prin. de leg.3.

Vndecimò fallit, nam ſi renuntiatio cum iuramento interueniat de non ſuccedendo, intelligitur duntaxat de ſucceſſione ab inteſtato, nec tollitur quòd non poſſit ſuccedere ex teſtamento eius, cuius bonis renuntiauerit, l.patronus non aliud.de bon. quæ lib.& l.fin.ff.qui & à quibus. hanc limi.poſuit Saly. in l.pactum. C.de pact & Bal. in l.pactum.C.de colla.vide c.per irrefragabilem.extrà, de renun. & Bal. in c.ad noſtram.el 1.de iureiur.

Duodecimò fallit, quando renuntiauit hæreditati paternæ in manibus fratris cum iuramento: nam talis renuntiatio non valet, & ita refert ſe conſuluiſſe Raph.per tex.in dict.capi.quamuis.qui loquitur de renuntiatione facta fratri ſed certè illa fuit contingentia facti: item fundat ſe iſta decretalis ſuper iuramento quod poteſt ſeruari. & etiam contra Rapha. eſt conſilium Feder. de Senis cclxiij. & idem firmat

niat Bald. in auth. sacramenta puberum.

Decimotertiò fallit, si renuntiatio fiat in manibus fratris per sororem, etiam cum iuramento, viuente patre, & non præsente renuntiationi, nam non valet talis renunciatio: cum dicatur pactum de hæreditate viuentis, quod est improbatum per l. fi. C. de pac. & ita determinauit Petr. de Anchar. quem sequuti sunt Ioan. de Imo. & Domi. in d. c. quamuis.

Decimoquartò fallit si filia renuntiauit falsis persuasionibus inducta: quia rescindetur renuntiatio. ita consuluit Feder. de Senis in consil. cxliiij.

Decimoquintò fallit in muliere renuntiante hæreditati paternæ si decedat ante patrem, eius filij, vel filiæ suæ non excluduntur ab hæreditate, & ita dicit Bald. in l. fin. C. de pact. & in l. pactum. C. de collat. quem sequitur Paul. de Castr. vide Ludou. Rom. & ibi Barto. in d. l. qui superstitis.

Decimosextò fallit, si in renuntiatione dicatur, quòd pars renuntiat omni iuri, quod habet & habere sperat, non intelligitur de iure quod sperat de nouo, & ex noua causa: sed intelligitur de iure futuro proueniente ex iure præsenti seu præterito secũdum Bal. in d. l. pactum, & Bald. in l. quod seruus. ff. de condit. causa dat.

Est tamen notandum circa declarationem huius regulæ an in supradictis casibus,in quibus mulier admittitur ad defendendum alium, iuuetur beneficio senatusconsul.Velleiani.Bart.in d.l.alienam.numer.4. C. de procurat.concludit quòd sic, & ideò dicit quod debet esse cautus aduersarius, vt faciat eam renuntiare beneficio Velleiani, alioquin ipse reperiet se deceptũ sua stultitia , nõ autẽ legis auctoritate. allegat ad hoc tex.in authentic.matri & auiæ.C. quando mulier officio tutelæ fungi potest.Eandem opinionem sensit ipse Bar.in d.l.fœminis.ff. de procu. vbi dicit tutius esse quod ipse renuntiet beneficio Velleiani,& sic sentit quòd potest iuuari dicto beneficio.Hanc opinionem sequitur Bald. & ibi Sali. in d.l.alienam. C.de procur.allegant ad hoc text.in l.2.in §.fin.ff.ad Velleianum.

Contrariam tamen opinionem tenet Cynus in dict.l. alienam.C.de procurat.quem sequitur ibi Paul. de Cast. Eandem opinionem tenet Bart.sibimet contrarius,per text.ibi in dict.l.1.ff. de appel.recipien. quem ibi sequitur Raphael Cumanus, & ibi Matthæ.Mathesilla.Angel.de Perus.in d.l. fœminis. ff. de procurato.pro qua opinione vltra tex. in dict. l. 1.est etiam glos.quam ibi sequuntur doctor.in l.exigendi.in verb.condemnatione. C.de procurat. vbi probatur quod in casibus in quibus minor admittitur ad defendum aliquem, non iuuatur beneficio minoris ætatis,& sic non restituitur,nec obstat textus in dict.authentic.matri & auiæ,quia ibi loquitur in casu speciali,scilicet quando Imperator con-

cessit nouum beneficium matri vt possit esse tutrix filij sui,quo casu debet renuntiare Velleiano. Nos autem loquimur in casu à iure antiquo permisso in quo non est necesse seruare formam,de qua in d.authe. matri.& auiæ.quam opinionem tenet Alex. in d.l.alienam.nu.4.Ias.nu.3.& eam tanquam æquiorem esse tenendam tenet Iacob.de S.Georgio in d. l.alienam.num.9. P.Duen.reg.311.

¶FOEMINA non succedit in feudum.text.in cap. 1.§. hæc autem. qui feu.dare pos.in vsibus feu. & in c.1. de successio.feud.

Limita septem modis vt per Georg. Natam. in repet. c.quamuis.de pact.lib.v. B.Dias reg.282.

¶FOEMINA non succedit in feudum. Hanc regulam probat text.in c.1.in §.& hoc autem notandum est. de his qui feud.dare poss. in vsibus feudor. & in ca. 1.de successione feudi. De iure regio probatur in l. 6.titu.26.par.4.& ita expressè tenet Bald.in dict. l. quoties.numer.7.C.de suis & legit.hæred. Rom.in cons.32.Ias.in cons.8.numer.28.& in consilio 9. numer.2.& in consil.114. numero 1.volum.1. Paul.de Castr.in consil.clxxvj.in j.volum.Bart. in cons.72. & 92.Ange.in consilio.262.& 321.Alexan.in cons. x.volum.v.Mari.Socin. Iunior in consilio lxv. nu. 23.volum.1.Paul.Paris.in consilio 4.nume.2. & 3.& in consilio 12.numer.1.volum.1.& in cons.72.nume. 75.libr.4.Ludouicus Gozadinus in consil 8.numer. 5.& in consil.10.nume.13.& in consil.26.num.31.& in consil.56.numer.16. Ripa in cons.1.num.69.vol. 1.Carol.Ruin.in consil.167.numer.6. volum.5.& in consil.18.numer.1.cum aliis.lib.1.Rom.in consil.1. numer.1.cum aliis Andr.Barb. in tract.de præstand. Card.in v.quæst.primæ partis,numer.15. Matth. de de Afflict.in c.1.in §.filia verò.nu.1.de succe.feudi. Boerius in consue.Bituricen.in tit.de feu.§.7.Paris. in consil.98.numero 15.volum.2.& circa hanc regulam vide Paris.in cons.numer. 1.cum aliis, volum. 1.Zasium in tract.feudorum.in 8.par.num. 36. cum aliis. Laur.Syluan.in cons. 1.num.28.& 117.Cornæū in cons.ccxxxix.num.1.cū seq. vol.1. & quod suprà dixi in reg.103.

Hanc regulam cum septem limitationibus posuit Bernard. de Luco in regul. cclxxxij. remittendo se ad Georgium Natam in repet. cap. quamuis pactum. numer.183.de pactis libr.6. quas limitationes ante Georgium Natam posuit Bald. Nouel. in tract. de stat.loquentibus de dote,posito in tract.de dote.q. 42.numero 2. Et quinque rationes ad hanc reg. ponit Bal.in l.quoties.num.7.C.de suis & le.hær. quē refert Ias.in l.si quis id quod.nu.12.ff.de iuris.omn. iudic.easdem rationes dona.Chass.in consue.Burg. in tit.Des fiefz.Rub.3.§.5.numer.28.Easdem ponit Gul.Bened.in rep.c.Raynutius.in verb.duas habēs filias.nume.31.de testam.easdem ponit Franc. Curt. Iunior in tract.feud.in 3.part.in princip. numer. 1. Ioan.Iacobus de Leonardis in cons.114.num.28.inter consil.Alber.Bru.

Porrò vltra suprà dictas limitationes, primò fallit quando adesset consuetudo,quòd fœmina succedat in feudum, vt est in regno Siciliæ, quia stante tali consuetudine licitè mulieres succedunt in feudis, vt in cap.1.de feudi cognitione, in vsibus feudorum. & ita expressè tenet Ioan.Faber in authen.ingressi. C.de sacrosanct.eccle. Aluar.in ca.1.in §.& quia vidimus.& ibi Andr.de Iser.qui feudum dare possunt Ias.in l.de quibus.numero 64.ff.de leg.Iacob.de S. Georg.in tract.feud.in verbo,& fœminis.nume.9. Chass.in consuetu.Burg.in titu.Des fiefz.Rub. 3. §.5.num.29.Eandem opinionem tenet Ioan.Campezius in consilio 11.numer.53.inter consilia Alber. Brun.Phil.Dec.in consilio 39.nu.12.& in cons.208. numer.5. & in consilio 424.numero 13. & in cons. 445.numero vigesimo.in consilio 488. numero 17. Lud.Gozadinus in consilio 8.numer.10.& 41.Paul. Paris.in consilio 13.numer. 21.vol.j.Matth.de Affl. in cap.j.nu.25.de alienat,feudi paterni.& stante suprà dicta consuetudine, etiamsi dignitas sit regia, potest fœmina succedere,vt suprà dixi. ita expressè tenet Panorm.in d.ca.dilecti.& in c.significasti. de arbitris.& in ca.ex parte. de foro compet. Chassan. vbi suprà numero 32. vbi ponit omnes dignitates in quibus ni regno Frāciæ fœminæ succedūt,& in quibus regnis fœminæ succedunt,& quibus non succedunt ponit Andr.Tiraquel.in tractat.de primogen. quæst.x.num.2.cum sequent.Gul.Bened. in rep.ca. Raynu.in verb.duas habens filias.num.67. de test.

Secundò fallit quando fœmina esset ōsueta in armis: nam in hoc casu succedit in feudum.sicut legitur de vxore Mithridatis, vt testatur Valerius Maximus in titulo de amore coniugali.ita tenet And.de Iser. in capitulo primo in §. notandum. qui feud. dare poss.in vsib.feud.Quam fallentiam per suprà dictā rationem Bald.reprehendit Iacob. de S.Georg. in tract.feud.in d. verbo, & fœminis. numero 8. eandem reprehendit etiam Franc.Iunior in tract. feud. in 3.parte.in princ.numero 9.Matth.de Afflic.in d. c.1.in §.& quia videmus.nu.23.de his qui feud. dare possunt.

Tertiò fallit quando dominus propter seruitium patris dedit feudum filiæ.ita probat glo.in cap. 1.in §. cùm verò Corradus.in glos. sic ergo. qui feud.dare pos.& ita expressè per illam glos.tenet Iacob. in d.verbo,& fœminis.numero 4.Eandem opin.tenet Gozad.in consilio 26.numero 17.Franc. Curt. Iun. in tract.feu.in 3.par.princ.num.4.pro qua opin. est tex.in c.vni.quemadmodū feu.ad filiam pertineat. in vsi.feu.& ita tenet Paris.in consilio 4.nu.7.vol.1.

Quartò limita in feudo ligio,in quo fœmina ex consuetudine succedit.ita Spec.in titul. de feudis. in §. quoniam.versicul.21.& ibi Ioan.Andr. in addit.in cip.est sciendum quòd Iacobus de Beluiso.Alexan. in consilio 30.vbi ponit quid sit feudum ligium. n. 3.vol.1.glo.quæ etiam hoc ponit in Clement.pastoralis.in §.verum.in verb.homóque ligius.de re iud. quam gl.sequitur Chassan.in consuet. Burg.in titu. Des fiefz.Rub.3.§.3.nu.10.Eandem opinionem scilicet quod in feudo ligio fœmina succedat,tenet Iason in repetit.l.de quibus.num.64.ff.de legib. & in proœm.feu.nu.111.Franc.Cur.Iunior in trac.feu.in d.3.parte.nu.13.Guliel.Benedict.in repeti.c. Raynutius.in verbo,duas habens filias.num.68. Decius in consilio 424.Gozadinus in consilio 56.numero 21. Ripa in cons.1.nu.75.vol.j.Soc.Iunior con.72.n.22. vol.j.

Quintò limita non procedere, quando sententia non esset lata inter aliquas partes,& fiat mētio qualiter tale feudum spectat ad Titium &.filios, quia tunc admittuntur ad successionem fœminæ sicut masculi.ita mirabiliter concludit Alex.in consilio primo. num.2. volu.5.Motus in effectu,quia in verbis sententiæ,masculinum genus concipit fœmininum. allegat Arch.in c.si quis suadente.num.417.quæst. 4. imò fortius dicit Alexand,quod nō solùm hoc procedit in sententia iudicis, sed etiam in sententia arbitri

arbitri, cùm arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, vt in l. 1. ff. de arbitris. quæ opinio Alexand. reprehenditur à Franc. Cur. Iuniore in d. tract. feudo. in 3. part. num. 15.

Sextò limita non habere locum quando aliquis infeudaret allodium suũ, id est proprium patrimonium: & postea decesserit relictis masculis, & fœminis. Nam in tali feudo ita succederent fœminæ sicut masculi, & tenebitur vasallus ita recognoscere feudum à fœminis sicut à masculis. ita expressè concludit Iac. Aluar. in cap. 1. in tex. in fi. & in num. 5. ver. quidam tamen timore huius contrarij. de eo qui sibi & hæredibus suis masc. & fœ. in vsib. feu. De qua limitatione, & opinione Aluaroti dicit multum dubitare Fran. Cur. Iunior. in tract. feu. in 3. par. nu. 16 per rationes ibi per eum adductas.

Limita septimò, nam licet validum sit argumentum de feudo ad emphyteusim, vt probat glos. in cap. 1. an agnatus vel filius. in vsib. feud. de qua glos. suprà feci mentionem in regu. 40. in x. ampliat. tamen fœmina succedit in emphyteusi. ita probat text. & ibi Bald. in capitu. 2. si de feudo fuerit controuer. & in auth. de non aliena. in §. emphyteusim. & ita expressè tenet Ioan. Baptista Caccialupus in tract. de feudi cognitione, in 7. ar. in differentia inter feudum & emphyteusin. numer. 14. Angel. de Gambellionibus in tract. de testam. in glos. 4. num. 30. Marianus Soc. Iunior in cons. 71. num. 25. vol. 1. & in cons. 104. num. 13. volum. 2.

Octauò limita non procedere quandocunque pater decedit relicta vnica filia quæ petat se mitti in possessionẽ beneficio legis fi. C. de edictio. diui Adria. tol. nam filia debet mitti etiamsi res sit feudalis, & agnati etiam quoad impediendam immissionem in possessionem in re feudali, nõ erunt legitimi contradictores, etiamsi feudum sit eis debitum, & veniat illis restituendum. ita probat tex. in cap. 1. in §. inter filiam. & in §. definito. ibi. Respondi filiam in possessione feudi manere debere, donec de eo iudicetur. & ibi Andr. de Iser. Bald. & cæteri doctor. si de feud. defuncti. conten. sit. glos. in cap. 1. in gloss. 1. de controuers. inter masculum & fœminam. & hãc opin. Ioan. Andr. tenet in addit. ad Spec. in titul. de testamen. §. sequitur. versicu. sed pone. in additione incipiente, dubitatur etiam. idem Ioann. And. in titul. de feudis. in §. quoniam. versic. xxj. in additione incipiente, cessante. quem refert & sequitur Alexa. in l. fina. versicul. aliud notabile dictum, & ibi etiam Ias. numer. 26. Franc. Curt. Iunior numero 84. C. de edicto diui Adria. tollen. Eandem opinionem tenet Philip. Dec. in consilio 424. numero decimo. idem Decius in consilio 467. nume. 9. & in consilio 498. numero secundo & in consilio 588. numero 9. Carolus Ruinus in consil. 18. numer. 20. volumin. 1. Albertus Brun. in cons. 1. numer. 12. Ioan. Campezius in cons. 2. num. 7. cum sequen. inter consilia Alber. Brun. Ludouic. Gozad. in consil. 6. numer. 86. & in cons. 7. numer. 10. & 11. Paul. Paris. in cons. 21. nume. 65. & in cons. 41. numer. 2. volum. 1. Nicol. Bello. in cons. x. Franc. Cur. Iunior in cons. xxx. numer. 10. & in cons. 41. num. 5. & in consilio 108. numer. 14. & in tract. feud. in 3. part. numer. 23. Quod tamen est verum, nisi agnati offerant se incontinenti probare esse feudum. nam tunc bene possunt impedire prædictam missionem. pro quo facit text. in argumen. in l. si is. in §. 1. ff. vt in pos. lega. & ita per illum tex. limitat hoc, & declarat Andræ. de Iser. in dicto §. si inter filiam. quem sequuntur ibi præposit. Aluarotus & docto. Eandem opinionem tenet Ludouicus Gozadinus in cons. 7. numero 2. & in cons. 50. num. 20. De iure regio probatur in l. 2. ti. 14. par. 6.

Nonò limita non habere locum, quandocunque feudum est sub annua præstatione concessum, si non sit concessio ad masculos restricta, nam tunc non dicitur propriè feudum sed mercenarium, secundum Bald. in l. si quam. C. de operis liberto. & in l. qui se patris. C. vnde liberi. & magis participat de emphyteusi quàm de feudo. vt tenet Bald. in capitu. quæ in ecclesiarum. de constit. & ideò in tali feudo fœmina admitti debet, cum succedit in emphyteusin. vt suprà dixi in 7. limitat. & quod in tali feudo fœmina succedat, & concludit expressè Socin. in consil. 257. numero 4. volum. 2. Motus hac ratione: nam iura quæ excludunt fœminam à feudo, loquuntur in simplici & vero feudo: & cùm sint contra ius commune, non debent habere locum in feudo conditionato: & improprio & illam opinionem Socin. per suprà dicta sequitur Carolus Ruinus in consil. 24. numero 7. lib. 1. Paul. Paris. in cons. 4. numero 22. volum. 1. in cons. 12. numero 20. eod. volum. Alexa. in consil. cxxxvj. volum. 1. Lauren. Sylua. in cons. 42. numer. 6. & in cons. 3. numer. 59. Albertus Brunus in cons. 41. nume. 4. Hieron. Gratus in cons. 9. nu. 154. libr. 1. Ludouic. Gozadi. in cons. 8. num. 16. & in cõs. 56. numer. 17.

Decimò limita suprà dictam regulam procedere de consuetudine feudorum, vt patet in iuribus in principio allegatis, secus tamen est de iure communi: quo iure ita succedunt fœminæ sicut masculus. l. maximum vitium. C. de lib. præ. vel exhæredat. vbi adducitur ratio. & in authentic. de hæred. ab intest. venien. per totum, vbi sublata est differentia sexus respectu successionis. Habetur etiam in authentic. de successione. C. de suis & legit. hæredi. & in §. sed & hæc quidem cum concordan. Institu. de exhæredat. liberor. ita tenet Paul. Paris. in consilio 4. numero 1. volu. 2. & in cons. 21. numero 1. eodem volum. P. Duen. reg. 309.

Foemina non succedens in feudo quando masculi extant non per hoc succedere prohibetur, si post mortem patris masculus illico mortuus est, quia non dicitur extitisse, quod partum stetit. no. l. posthumus ff. de iniust. docto. com. §. fin. in titu. de succes. feud. nec dicitur vixisse qui statim obiit. c. nam, & ego. de verb. sign. vbi glo. dicit non dicitur fuisse quod non durat, neque dicitur natus qui illico decessit, & illico decedere dicitur, qui moritur antequam ei nomen imponatur in baptismo. item licet fœmina regulariter nõ succedat in feudo. Doc. cõ. c. 1. §. & quia qui ti. dare pos. fallit in modico. Rom. cons. 367. Corn. cons. 16. lib. 1. Med. re. 5.

¶Foemina non potest esse de cõcilio, nec interesse in cõdẽdis legib. aut statutis. l. fœminæ. ff. de reg. iu.

Fallit in 3. casibus quos no. Iaso. in l. lex. est. ff. de legib. numer. 13.

Foemina regulariter non continetur in numero eorũ qui possunt consuetudinem inducere. l. prima. vbi Barto. numer. 7. ff. de legib. & in 2. quæ sit longa consuetudo.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in l. 2. nu. 14. ff. de legi. duas limitationes addit Pet. Duen. reg. 310.

Fœmina pro debito ciuili non potest capi, nec in domo, nec extra domum. l. 1. C. de offi. diuer. iud. Auth. hodie nouo iure. C. de custo. reorum.

Amplia.

Ampliatur vt per Socin.regul.259. vbi ampliationem limitat in 7.casibus. Ampliatur in 3.aliis casibus, & limitatur in 3.per Petr.Duen.reg.312.

Fœmina magistratum gerere nõ potest.l. & qui origi nem.§.corporalia.ff.de mune.& hono.

Fallit in 2.casibus,vt per Dec.in l.fœminæ.ff.de regul. iur.num.6.

Fœmina non debet esse deterioris conditionis quàm vir.l.maximum vitium.C.de lib.præter.

Fallit in 39.casibus,quos refert Deci.in dicta l. fœminæ.vbi ponit 18.casus,in quibus est melioris condi tionis fœmina quàm masculus. fallit in 37. casib. vt per Specu.in titu.de procu.in ratione alios casus in in quibus fœminæ sunt deterioris conditionis quã masculi,ponit Lamber.in tract.iuris patr. in 1.par. lib.2.in artic.7.q.princip.alios casus ponit Hippol. de Mars.in sing.248.latissimè videas Specu.in dict. §.ratione. Don.fina,lib.5.

¶Foemina in testamentis testis esse nõ potest. Hãc regulam probat tex.in l.qui in testamento. in §.mu lier.ff.de testament.& in §.testes.Instit.eod.titu. & ibi omnes doct. vbi assignant rationem, præcipuè Marcus Ant.Baueria.numer.1.& 10.Franc. Osorius numer.14.Hierony. Campez.numer.3. De iure regio probatur in l.18.tit.16.part.6.& hanc opinionẽ sequuntur omnes doct.alleg.suprà in regula præcedenti,in 2.limitatione,& vltra supradict. doct.vide doctor.de Couarruuias in cap. relatum. el j. numero quarto.de testament.Andræ.de Besetis in repetitio.l.prima.numero 214.C.de sacrosanctis ecclesiis.Hanc regulam limitat quatuor modis Socinus in regul.ccccxix.Eandem cum aliis quatuor limita tionibus ponit Bernar.de Luco in regu. ccccclxxxij. remittendo se ad Philip.Dec.in l.fœminæ.nu.26.ff. de regu.iur.vbi refert quòd tres limitationes ex suprà dictis ponit Didacus del Castillo in l.3.in glossa siete testigos.versic.quæro insuper an septem testes testa.

Vltra quos limita primò non procedere in testamento militis.Pro qua opinione facit, nam vbi remissa est solennitas iuris positiui,ibi sufficiunt duo testes etiam fœminæ,ita tenet Bar.in l.hac consultissima. in §.ex imperfecto. C.de testa.gl.in authen.quòd si ne.C.eo.titu.sed in testamento militis remissa est solennitas iuris positiui. vt in l.1.de militari testa. ergo in tali testamento mulier poterit esse testis.eãdem opin.tenet Ang.Aret.per glos. ibi, in §.testes. Institu.de testa.Franc.à Ripa in tract.de peste,in ru br.de priuilegiis vltimarum voluntatum causa pestis.nu.24.quẽ sequitur Anto.Caius in additionib. ad Ang.in d.§.testes.num,6.eandem opinionẽ,vbi eam notabiliter declarat,tenet Marcus Ant. Baueria in d.§.testes.nu.26.Instit. de testamen. pro qua opi.est tex.in l.Diuus,ibi, conuocatis hominibus. ff.de milit.testa.nam appellatione hominis continetur tam masculinum quàm fœmininum.vt in l.hominis.ff.de verb.signific.

Secundò limita in testamento facto tempore pestis. Hanc opinionem tenet Ias.in l.fi.nu.19.C.de codicillis:vbi determinat quòd in subsidium mulier admittitur ad testimonium in casibus, in quibus aliàs non admittitur.Allegat Io.And.in additio. ad Spe. in titu.de teste.in §.1. eandem opinionem tenet Alexand.in consilio 24.numero 11.volu.2.Stephanus Bertrandus in consilio 212.nu.6.lib.1.secundæ impressionis.Pro qua opinione dicit facere text.in ca. fi.de testibus coge.iuncto tex.in l. quoniam liberi. C.de testibus.

Contrariam opinionem, imò quòd mulier tempore pestis non possit esse testis in testamentis,consuluit Alexand. in cons.lxx. nume. 16.volu.2. vbi dicit q̃ licet de iure canonico sit deminutus numerus testium per tex.in cap.cùm esses. de testamen. tamen requiritur quòd sint idonei, sic etiam in testamento facto ruri fuit deminutus numerus propter inopiam testium.vt in l.fi.C.de codicillis,tamen requi ritur quòd testes necessarij aliàs sint idonei, vt ibi omnes concludunt,& per alia de quibus ibi per eũ. Hanc etiam opinionem sequitur Phil.Dec.in cons. cclxxxiiij.Thomas Grammaticus in decisione lxij. num.16.Fran.à Ripa in tract.de peste,in rub.de pri uilegiis vltimarum volũtatum causa pestis.num.19. quam opinionem dicit non procedere ibi in nu.22. in testamento eius qui in ciuitate permanserat, vt labenti reipublicæ subueniret,quia in tali testamen to mulier bene admittitur, quem sequitur Anton. Caius in additionibus ad Angel.Aret.in d.§.testes. nu.7.Institu.de testamen.

Tertiò fallit in testamento condito in terris ecclesiæ, Ratio est quia ius canonicum non curat in testamentis solennitatem iuris ciuilis, ita tenuit Abb. in cap.cùm esses.de testamen.quem sequitur Iason in l.hac consultissima.nume.9. vbi hanc dicit commu nem opinionem de testamen.C.hanc etiam opinio nem sequitur expressè Marcus Antonius Astensis in repetit.dictæ l.hac consultissima.in §.ex imperfecto.nnmero 175.Petrus de Anchara.in dict.c.cùm esses,in 4.notabili,numero sexto.vbi dicit quæ per sonæ dicantur idoneæ.idem Panorm.in c.relatum. el.1.num.3.de testam.imò in d.c. cùm esses.nu. 13. Hanc opinionem dicit esse communem Ioann. de Imol.in l.nemo potest.num.4.ff.de leg.1.& Carol. Rui.in con.192.num.7.vol.2. & illud dictum Abb. sequitur Hieronymus Zanetinus in tractatu differentiarum vtriusque iuris:differentia xxvj. numero trigesimooctauo. eandem opinionem sentit Nico. Boerius in decisione xciij.num.quarto. hanc etiam dicit communem Ioan.Crotus in tract. de testibus, in prima parte,numero 10.quem allegat Didac.vbi dicit hanc etiam esse communem opinionem, in di cto capit.cùm esses.numero decimoquarto. de testamen.quamuis ipse ibi contrarium teneat.

Quartò limita non procedere vbi agitur de declaranda ambigua voluntate testatoris,quia ibi respicitur tantummodò probatio & non solennitas. ita consuluit Oldradus in consil.297.numer.7.quem sequi tur Nat.in repe.l.hac consultissima.in d.§.ex imper fecto.num.173.

Quintò limita non procedere quo ad probandam voluntatem contrariam testatoris, prioris reuocatoriam:nam in hoc casu mulier bene admittitur.ita concludit Bal.in consilio xxxix.incipienti, Factum super quo consilium petitur.volumi.2.quem sequitur idem Marcus Antonius Astensis.in repetit.d.§. ex imperfecto.numer.174.licet contrarium teneat Alberic.dicens alicubi non esse tactum in l. qui testamento.in §.mulier. ff. de testam.Eandem opinio nem contra Alberic.tenet idem Bald. & Imola. in d.§.mulier. Marc.Anto.Baueria.in §.testes.num.11. Insti.de testam. P.Duen.re.314.

¶Foeminae. Vlpian.lib.1.ad Sabinum.

Lex.2.

Fœminæ ab õnib.officiis ciuilib. vel publicis remotæ sũt, & ideò nec iudices esse posũt nec magistratũ gerere

gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere. item [b] impuberes omnib. officiis ciuil. [c] debent abstinere.

Addit. a procuratores in Pandect. Florent. al. curatores. b. impubes. in Pandec. Floren. c. debet ibidem.

Coniunge l. 10. de stat. hom. l. 7. de bon. possession. alio qui pro se & pro certis personis, & pro liberis, fratre, sorore postulant. Viuien.

¶Foeminae generaliter deterioris conditionis sunt quàm viri, quantum ad ciuilia & publica officia. Hanc regulam probat tex. in l. fœminæ. ff. de regul. iuris. in l. 1. ff. ad Velleian. in l. fin. C. de arbitr. tutel. ibi, ab omni iudiciorum agmine. in l. fina. ff. de fide instrumento. textus notabilis in l. multis. de statu hominum. Circa quam regulam vltra Doctor. in l. lxij. Tauri. vide Andr. Tiraquel. in legibus connubialib. in glos. 3. numer. 160. Cæsarem Lamb. in tra. iuris patron. in 3. part. 2. lib. in ix. articu. v. quæstio. princip. num. 1. cum aliis. Ioan. Cirier, vbi ponit rationem huius reg. in tractat. de primogen. in 1. libr. quæst. xx. per totam quæst. Chassan. in consuetud. Burgund. in titu. Des iustices. Rub. 1. §. 6. nume. 40. Gul. Benedict. vbi ponit plures laudes fœminarum. in repet. c. Raynutius. in verbo, duas habēs filias. numero 4. cum sequentibus. de test. Chassa. in Catalogo gloriæ mundi. in 2. parte, consideratione viij. cum sequent. considerationibus, vbi etiam ponit plures laudes mulierum. Pyrrhum Englebermæum & docto. in l. fœminæ. ff. de regul. iur. Marc. de Mantua in tract. l. Oppiæ, posito post 500. apothemat. quæ fecit in magno volumine. Matth. de Afflict. in cap. vnic. nume. 47. de nat. succes. feud. Nepotem à monte Albano in tract. de excep. art. 7. Gomc. in c. mulieres. de iud. lib. 6.

Hanc regulam ponit Specu. post glo. in d. l. in multis. in titu. de procur. in §. ratione. vbi ponit xxxvij. casus in quibus fœminæ sunt deterioris conditionis, quàm viri. Alios casus etiam in quibus fœminæ sunt deterioris conditionis quàm masculi, ponit Lambertinus in tractatu iuris patronat. in 1. part. 1. lib. in 2. artic. 7. quæst. principalis. num. 1. cum sequentib. Præterea xxxix. casus ponit Dec. in d. l. fœminæ. n. 1. vsque ad num. 55.

Casus autem in quibus sunt fœminæ melioris conditionis quàm viri, ponit Hippol. in sing. 248. Vndecim casus ponit Spec. in d. tit. de procur. in d. §. ratione. nu. 3. Decem & octo casus ponit Dec. in d. l. fœminæ. à numer. 70. vsque ad numer. 83. Ad hæc centū casus in quibus conditio fœminarum est melior quàm masculorum, ponit Ioann. Basianus in gloss. ad consuet. Aluerniæ, in titu. Des donations. capit. 14. articu. 11. per totum. Postremò circa hanc regulam. 13. casus in quibus conditio fœminarum & masculorum est æqualis, ponit Specul. in d. §. ratione. numer. 3. versi. porrò. Dec. in d. l. fœminæ. num. 86. P. Duen. reg. 308.

¶Foeminae regulariter non computantur in numero eorum, qui possunt inducere consuetudinem. Hanc regulam ponit Bartol. per text. ibi in verbo, virorum. in l. j. numer. 7. ff. de legib. idem Barto. vbi hoc notab. declarat in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Abb. in c. fin. nume. 8. & Anton. de Butrio, num. 43. & Andr. Barba. numer. 174. de consuetu. Roman. in singul. 42. Panorm. in cons. 53. in princip. volumine 2. Card. Alexan. in cap. frustra. in fi. 7. distinct. Hanc etiam regulam ponit Rochus de Curte in tract. de consuet. nume. 386. vbi refert Innocen. tenere contrariam opinionem in cap. 2. de noui operis nuntia. & ibi dicit quod allegata per Innocen. non probāt opinionem suam, & refert etiam Barbat. qui sibimet contrarius videtur tenere contrariam opinionem. in rub. numero 10. de consue. per fundamenta de quibus ibi per eum, quibus respondit Rochus de Curte, vbi suprà, & hanc opin. regulæ tenet Marian. Soci. in cons. 7. numer. 8. vol. 1. inter consilia Barth. Socin. Catellianus Cotta in memorabilibus iuris, in verb. masculinum. Lambertinus in tract. iuris patronat. in 1. part. 1. libri, in 2. artic. 7. q. princip. num. 11. Hanc reg. cum tribus limitationibus posuit Bernar. de Luco in reg. 483. referendo Ias. in d. l. 1. num. 14. ff. de legibus.

Limita primò vltra eum, vt non procedat in mulieribus quæ sunt moniales, vel quæ collegium faciunt, quia possunt statuere & consuetudines inducere: probatur argu. tex. in c. dilecti. de maiori. & obed. & ita per illum text. tenet Anto. de But. in d. ca. fin. allegando illum text. nume. 43. de consuet. Pro qua opinione facit quod not. Spec. in tit. de syndico. versic. quid de mulieribus, quam opinionem tenet etiā Rochus de Curte, vbi suprà, num. 388.

Limita secundò quando consuetudo mulierum à populo saltem tacitè esset approbata. ita sentit Bar. in repet. l. 2. numer. 13. C. quæ sit longa consuet. exemplificando in consuetudine mulierum, quòd primo genita succedat. Certè si id deueniat in notitiā populi qui non contradicat, valebit consuetudo, vt ibi per eum: quem sequitur Rochus de Curte, in dicto tract. de consuet. numer. 388. Eandem opinionem sequitur Tiraquel. in tract. de primogenitura. quæst. 15. P. Duen. reg. 310.

¶Forma dat esse rei. l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhib. ibi sunt verba clara, quæ ita se habent, nam mutata forma, prope interimi substantiam rei, vt Marcellus scribit. conc. l. Seia. ff. de aur. & arg. leg. l. si conuenerit. §. si quis. ff. de pigno. act. vnde si est diuersitas formæ, res diuersa dicetur. glos. d. §. sed & si quis. versic. substantiam. facit ad hoc l. mulieris. §. 1. ff. de verb. oblig. ca. tua. de sponsal. l. si is qui. ff. ad l. Falc. Ioan. Andr. c. non est. de regu. iur. 6. c. detrahe. 1. quæstio. 1. cap. quia de elect. ca. fine exceptione. 12. q. 1. cap. 1. de reb. eccl. non alien. 6. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. c. cùm dilecta. de rescr. vnde omissio formæ vitiat actum. d. leg. cùm hi. hoc idē dixit Euer. in loco à defectu formæ. numer. 2. Abb. capit. prudentiam. nu. 5. de offic. deleg. Ber. in rubr. de probat. nu. 24. & in dubio essentialis dicitur. Dec. cons. 429. num. 5. cons. 434. nu. 2. Ampl. multis mod. reg. hæc. Med. reg. 7.

Forma dat esse rei. Cantiuncula & Bellonus in Topicis.

Mutata forma prope interimitur substantia rei. Ad exhib. l. Iulianus. §. si quis rem.

Omissio formæ vitiat actum. de tran. l. 8. §. si prætor.

Defectum formæ causa quantumcunque fauorabilis non excusa. de transac. l. 8. §. si prætor. Bal. con. 224. vol. 2. Riisvvich.

¶Forma vbi certa desideratur, ea prætermissa nihil agitur.

Pro.

Ext. de renunciat. c. 1.

Ext. de presbyt. non bapt. c. veniens.

23. dist. c. quoniam.

De consec.dist.4.in synodo.
2.q.6.§.diffinitiua.
32.q.2.c.solet quæri.

CONTRA.

52.dist. c.solicitudo.
30.q.5.c.nostrates.
Ext.sacr. non iteran.c.pastoralis.
Ext.de cler.per sal.promo.c.vno.
D.de verb. obl.l. quæ extrinsecus.
C.de appellationibus.l.1.

SOLVTIO.

Forma illa omissa quæ exigitur ad rei substantiam, nihil agitur. Si autem omittatur forma, quæ est ad solennitatem inducta, secus est, vt in contrariis. In sententiis autem omissio generalis formæ nocet, non autem omissio specialis formæ, siue ordinis, vt C.de app.l.1. Damas.reg.12.

¶FORMA dispositionis si deficit in minimo vitiat actum. Bald.capi.cum adeò.colum.2.de rescrip.l.hæredes.§.idem.ff.famil.hercisc.quia ipsa dat esse rei qua sublata corruit actus.l.Iulianus.§.sed si quis. ff. ad exhi.not.c.sine exceptione.12.q.1. Euer. in loco à defectu formæ.nume.2.Abb.c.prudentiam.nu.5. de offi. deleg. Ber.Rubr. de probat. nu.24. vnde si vnus ex septem testibus in testamento deficiat non substinetur actus. Dec.l.hac consultissima. n.12. C. qui test.fac.poss. Med.re.5.

¶Forma redditur nulla re perempta ipsa enim esse non potest sine materia, dixi ego in tract. deleg. & stat.in procem.num.15.& in d.tract. p.3.q.1.num.1. facit l.adeo.§.cùm quis.ff.de acquiren. rer. domi.l. Iulianus.§.1.ad exhib.l.mulieris.§.si exhi.l.Seia. ff. de aur. & argen.leg.l. si conuenerit. §. si quis. ff.de pig.act.cap.tua.de spons.l.is qui.ff.ad l.Fal.c. quia. de elect.cap.sine exceptione.12.q.1.capi.1.de rebus eccl. non alien. 6.& dicam latius suo loco infer.in reg.seq. Med.reg.6.

¶FORMA rei perempta si aliquid ex materia remaneat, potest durare circa illud quod remanet prior dispositio ac ius, actio & obligatio. Hanc regulam probat tex.in l.domo pignori data. ff. de pignorat. actio.& in l.Paulus.in §. domus.ff.de pigno. vbi cõbusta domo pignorata, vel diruta, ita quod ad areã sit redacta, durat pignus in ea.facit tex. in l.seruum filij.in §.si procula.ff.de lega. 1.vbi legatum proculorum debetur, licet desierint esse procula & fuerint ad massam redacta. facit etiã tex. in l.si seruus. in §.boue.ff.de condictione furtiua.vbi mortuo boue mihi subtracto: possum vendicare carnes, coriũ, & cornua. Eandẽ regulam probat etiam textus in lege, si ego. in §.idem ait.ff.de Publicia.in rẽ actio, vbi diruta domo, competit habenti publicianam actio.ad aream & cæmenta.

Hanc regulam ampliat decem modis & limitat nouem modis Albertus Brunus in tract.de interitu & peremptione in 6. conclusione. à num.23. vsque ad numer.49.in 17.volumine tract.diuersorum doctorum. P.Duen re.316.

¶FORMA. Quando actus est nullus formæ defectu, tunc nullo modo valet vt valere potest.l.1.§.si quis ita.ff.de verb.oblig.

Ampliatur in 10.casi.& limitatur in 9. à Fel. in c.cùm dilecta, de rescri.num.36.& seq. fallit in multis casib. vt per Damas. reg.12.

Forma rei perempta si aliquid ex materia remanet, potest dari circa illud quod remanet actio & obligatio.l.domo pigno.ff.de pigno.actio.l. Paulus.§.domus. ff. de pigno.l.seruum filij.§. si procula. ff. de leg.1.

Ampliatur in 10.casib.& limitatur in 9.ab Alber.Bru. in tract.de inter.conclu.6.num.23. & est iste tract. in vol.tract.num.17.

Præcedens conuentio de faciendo actum sub certa forma vitiat illam, si sine illa forma conuenta postea factus est actus.argum.l.qui in aliena.§.fi.ff.de acq. hæredit.

Fallit in 3.casib.vt per Rip.in l.ita stipulatus.ff.de verbo.obli.num.7. fallit vt per Damas.reg.12.

Formæ si addatur actus, nihilominus valet.glo.in l.nõ sunt liberi.ff.de statu homi.

Fallit in 3.casib.vt per Alc.in l.1.§.sed si mihi.ff.de verbor.oblig.num.7. Don.Fina lib.5.

¶FORMAE defectu quando actus est nullus, tunc nullo modo valet, vt valere potest.text. est in l. 1.§.si quis ita.ff.de verb. oblig.quem ita intelligit Bart.ibi, & in l.si quis pro eo.in tertio memb.ff.de fideius so.alij sequuntur.

Limita tripliciter, vt per Ripam in dicto §.si quis ita. B. Dias reg.298.

¶FORNICATIO. Quòd si presbyter fornicationem fecerit, pœnitentiam x.annorum faciat, hoc modo, scilicet vt sit inclusus, siue à cæteris in aliquo loco remotus, sacco indutus & humi prostratus misericordiam Dei iugiter implorans.

Primis tribus mensibus continuis à vespere in vesperam pane & aqua vtatur, exceptis dominicis diebus & festis præcipuis, in quibus modico vino, pisciculis & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus, de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat, ne populus in eũ scandalizetur. Et per hoc videtur quod in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulum, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis & aliis præcipuis festis, in quibus vino, sagimine ouis & caseo poterit vti. Finito sic primo anno & dimidio particeps fit corpori domini, & ad pacẽ veniat: & ad psalmos cum aliis fratribus canendos in choro vltimus recipitur. Ad cornu tamen altaris non accedat: sed minorum ordinum tantùm officia gerat: deinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, scilicet, secundam, quartam, & sextam, exceptis diebus paschalibus qui sunt quinquaginta, in pane & aqua ieiunet, secundam tamen feriam vno psalterio vel denario si sit operarius redimere poterit. Et sic cùm septimum annum compleuerit potest eum Episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamen vt in tribus annis sequentibus sine vlla redemptione omni sexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pœnitentia imponenda est presbytero de omnibus aliis peccatis quæ depositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia lxxxij. distinct. presbyter si fornicat.quod intelligũt quidam de simplici fornicatione: alij fortè melius secundum Rayn. de adulterio vel incestu, putà quia cognouit coniugatam, consanguineam vel affinem. Viuiennus regul.1. Direct.

¶FORTVITI casus non continentur appellatione periculi in dubio. Hanc regulam probat gl. in l.sed & si quis.in §.quæsitum.in gl.magna.in fi. ff.si quis cautio.& ibi Bart.& doct.præcipuè Iacobi.de sancto Georg.num 13.Ias.nu.30.pro qua opinione allegat tex.in l.1.in §.sæpe.ff. depositi.tex.in l. quæ fortuitis.C.de pignora.actio. & istam esse communẽ opi-

opinionem dicit Ripa.de peste:in prin.in c.de priuilegiis contractum causa pestis,nu.70.cum seq.

Hanc regulam ampliat vnico modo,&limitat quatuor modis, vbi etiam adducit alia quàm plura circa eius materiam,Fran.de Rip. vbi suprà. Aliam limitationem ponit Iacobi.de Sancto Georg. in di. §.quæsitum.nu.14.

Qui autẽ sint casus fortuiti,vltra tex. de iure regio qui eos ponit in l.3.titu. secund.parte v. vide quamplures.quos ponit Ioann.Igneus in repet. l.contractus. nu.77. cum aliis.ff.de reg.iur. P.Duen. reg.380.

¶ Fortvitorvm casuum generalis renuntiatio facta non valet,nisi casus in specie notentur,& præsertim in iudiciis Abba.consi.114.nume.5.Ias.l.sed & si. §.quæsitum.numero 5.ff.si quis Cautio. item nec in aliis dispositionibus renunciatio generalis comprehendit casus insolitos,dixi suprà vers. Accidens latè. Med.reg.1.

¶ Forvm eccles.Leges non esse allegandas in foro * Ecclesiastico.

Addit. Foro eccles. * Quid appellet forum ecclesiasticum,& quas causas ad illud reuocet,ex subsequentib.apparet.

Pro.

Ext.de iur. calum.c.literas.
Ext.de testamen.c.relatum.& c. cum esses.
27.q 2.c.sunt qui dicunt.
De consec.dist.3.c.celebritat.

Contra.

24.q.3. c.de illicita.
10.disti.c. lege.
Ext.de noui oper.nunc.c.intelleximus.

Solvtio.

Non est vtendum legibus imperatorum in controuersiis ecclesiasticis, vbi lex diuina siue canonica contradicit:quoniam lex Imperat. non est supra legem Dei,sed subtus.Alioquin vtendum est illis,vt in d.c. lege.& ext.de const.c.1. & dist 20.c.2.Damas.re.77.

¶ Forvm in loco contractus quis regulariter sortitur.l.hæres absens.ff.de iudic.& in l.ij.Cod.de iurisd. om.iud.

Primò fallit dicta regula,vbicunque non agitur ad obseruationem contractus aut ad eius distractum, & rescissionem: quia tunc eo casu in loco contractus quis nõ sortiretur forum,ita tenet Bal.in l.2.C.vbi,& apud quem restitu.in integ.peten.sit. & idem tenet d.Paulus de Castro in dicta l.ij. dicens se ita de facto respondisse cum esset interrogatus à quodam doctore primo anno quo venit Paduæ, dicens tamen quod tunc non erat memor istius dicti Bald. pro quo bene facit quod not.Bartol. & Gulielmus de Cug.in leg.qui certo loco.ff.de condictio.indeb. B.Soci.re.204.

¶ Forvm mortui hæres non tenetur sequi,non instãtia incepta erat contra defunctum, Fulgos.leg.si is qui Romæ.nume.1.ff.de iud.not.DD.Com.leg.hæres absens.ff.eod.Rom.consi.300.numer.20.Baldus leg.seruus.numer.secund.ff.de his qui not.infamia. vel nisi citatus defunctus non fuerit, Curtius & Angel. dicta leg. hæres. Nichon. capitu. quoniam contra.nume.47.de probat.Innocen.& Anton.de Butr. cap.quia de iudic.not.leg.si petitor.ff.de iudic.l.seruus.ff.de his,qui not.infam.l.1. Cod.si pend.appell. mors interuen.Angelus leg.tam ex contractibus.ff. de iudic.cap.clericum.11.quæst.1. conuenitur tamen hæres eo in loco, vbi maior est pars hæreditatis Not.Horat.Mandos.in addit.ad consil.300. Roman.num.2.Galles.in tracta.ad form.Cameræ oblig.p.2. quæst.secund.dicam infer.ver.iudicium. Medices,tract.2.p.

¶ Forvm per viatorem contrahentem non sortitur ibi vbi contraxit.text.est in l. hæres absens.§.j.versi. nam vbi sic.ff.de iudi.gloss. tex.in cap.finali.de foro competenti.

Primò fallit, quando effectus ipsius contractus non esset destinatus seu adimplendus in ipso loco, in quo contraxit,sed in alio : putà si existens in Perusio vbi promisit certas quantitates Florentiæ,tunc non inspicitur locus vbi fuit initus contractus quò ad sortiendum forum, cùm quo ad hoc non censeatur ibi contraxisse,vt voluit gl.in capitulo, Romana.§. nec etiam de foro cõpetenti. in sexto. vbi canon alium locum dat, nec inspicitur locus, in quo confectum est instrumentum:vt not.in l. exigere.ff. de iudic.sed inspicitur locus vbi adimplendus est seu destinatus est effectus ipsius materiæ seu contractus : extrà de foro competenti,capitulo,dilecti.& ff.de act.&obliga. leg. contraxisse, vbi videtur contractus initus quo ad hoc ficte tantùm,prout habetur in dicta leg. contraxisse.

Secundò fallit, quando contrahens in loco contractus non sit diu permansurus,sed vt viator:cum tunc sortiatur forum vt voluit gloss.in dicto capitulo, Romana.§.secundo.& etiam tex.est in dict.l.hæres absens.§.j.

Tertiò fallit in vj.casibus,in quibus ipse viator conueniri possit in loco contractus.Et primo quãdo contrahens eum ignorasset esse viatorem, cũ talis ignorantia ei non noceat:vt voluit Barto.in dicta l.hæres absens.quæ ignorãtia in dubio præsumitur, sicut tanquam viator incederet. & hoc videtur inducere tex. in d.l.hæres absens.

Quartò fallit,quando ibi fecit talem contractũ: quem verisimiliter debuit adimplere: vt si quis emit equũ à viatore,& eidem pretium soluit:cum tunc verisimiliter videatur actum vt tradere debeat equum, vnde poterit ibi conueniri:vt voluit Bar.in d.leg.ad hoc.& l.2.ff.de pign.act.

Quintò fallit in eo,qui accessit ad locum, vt ibi cõtraheret:cùm tunc sortiatur forum ibi:scilicet,quando accesserit vt viator:vt voluit Pet.in leg.secũda. de in ius vocan.& Domi.in dicto capitulo finali, de foro competenti.

Sextò fallit, quando conueniretur ibi ex causa, ex qua leue esset ibi respondere:vt quia vendidisset morbosum equum:vt probatur in l.hæres absens.versic.sic firmissimum,à contrario sensu,secundum Bald.in c. quod clerici,extrà,de foro compet.

Septimò fallit, quando contrahendo intenderet decipere contrahentem secum,vt si recederet cum equo vendito recepto pretio,ff.de iud.l.cum alicui. & le. non alium.secundum Bal.in d.c.quod clericis.

Octauò fallit, quando talis viator contrahens contraxisset in loco,in quo aliàs non poterat conueniri,vt si priuilegiatus esset:cum tunc quantumcunque priuilegiatus vt ibi conueniri nõ possit, poterit tamen conueniri, cum ita contrahendo tali priuilegio renuntiare videatur : vt in capit.dilecti. extrà de foro compet.& vt habetur in l.secund.§.omnes autem.& §.planè.versicu.sed si agnat.ff.de iud.secundum domi.Anto.in dicto capitu.fi.qui ex hoc dicit, quod si exemptus transitoriè contrahit in loco non exempto,potest conueniri, per quod ampliatur capitulo

j.de priuile.in 6.sed hoc dictum in exemplo nō placet: quia licet procedat in eo, qui est omnino subditus, & conueniri potest in loco, licet habeat ius reuocandi domum, prout loquitur dicta lex secund. tamen non procedit in exemplo, in quo non censetur subditus: vt habetur in capitulo, si proxima. de priuilegi. in 6. & dic esse idem in non subdito, de quo loquitur dicta lex hæres. ad quod dict.c. Romana. §. sed neque, secundum Nicol. in d.cap. finali. B. Socin. re.203.

¶ FORVM quis sortitur destinatæ solutionis, ideo nō potest conueniri in loco contractus, not. in l. hæres absens, §. illud, ff. de iud.

Fallit in 4.casib. vt per Sebast. Sap. in dicto §. illud, numero 4.

Hæres sequitur forum defuncti, leg. hæres absens, ff. de iud.

Fallit in 6.casib. vt per Sebast. Sapia. in dicta leg. heres, num.2.

Forum non sortitur quis ratione contractus, quem tanquam viator contraxit, l. hæres absens, §.1. de iudic. no. gl. in cap. Romana, §. nec etiam, de foro compet. in 6.

Fallit in 4.casib. vt per Marsi. in cap. dilecti filij. col.12. de foro competenti. Fallit in 8.casib. vt per Soc. reg. 159. & reg.13. in add.

Forum sortitur quis ratione rei sitę in loc o, capi. sanè, & cap. fi. de foro compet. l. fi. Cod. vbi in rem actio. l. si prædium, C. de præd. mino. l. fi. Cod. de long. tem po. præs.

Ampliatur in 14.casib. & limitatur in 3. per Mar. Soc. in c. sanè, de foro comp.

Actor tenetur sequi forum rei, l. iuris ordinem, C. de iurisd. l. in crim. eod. titu. ca. cùm sit generale, de foro compet.

Fallit in 8.casib. vt per Soc. reg.10. Fallit in 11.casib. vt per Maria. Soc. in d.c. cùm sit generale.

Ampliatur in 2.casib. & limitatur in 3 per Alex. Loseo. in d.l. iuris ordinem, nu.8.

Fallit in 52.casib. vt per Specul. in tit. de compe. iud. §. generaliter, nu.1. Fallit in 3.casib. vt per Bello. in suis conclu. in litera A. ver. actor. Fallit vt per Damasc. reg.75.

Forum sui originis mutat mulier nubendo viro alterius fori, l. cùm quædam puella, ff. de iurisd. l. exigere dotem, ff. de iud. cap.1. de spons. l. fi. §. idem rescripserunt, ff. ad municip.

Ampliatur in 3.casib. vt per Ias. in d.l. cum quædā puella, nu.1. Fallit in 5.casib. secundum Mars. in l. fi. ff. de iurisd. nu.6.

Forum sortitur quis ratione delicti, c. postulasti, c. fi. de foro compet.

Fallit in 6.casib. secundum Soc. reg.335. Ampliatur in 3.casib. & limitatur in 7. à Pet. Duen. reg. 378.

Fori incompetentia sem per allegari potest, l. non erit, §. dato, & ibi gl. & Ang. ff. de iu. iuran. l. fideiussor, §. prætor ait, & ibi Bal. ff. qui satis. cog.

Fallit in 4.casib. secundum Feli. in rub. de foro competenti, nu.2. fallit in 35.casib. vt per Anto. Corset. in reperto. ad Abb. in verbo fori competentia, quas limitationes posuit Barba. rubr. de foro competent. nu.10.

In alio foro quis non potest conueniri nisi in foro originis delicti, & domicilij. fallit in 8.casi. quos refert Lancelot. in tract. de offi. præt. in titu. de inquisitione, nu.22. videas Battand. in praxi crimina. reg.7.

Literis apostolicis quis extrahi non potest extra suam diœcesim vltra duas dictas. Fallit in 8.casib. secundū Bened. Cap. in suo tract. reg.53.

Forum ratione contractus quis regulariter sortitur. l. hæres absens, ff. de iudic. l.2. Cod. de iurisd. omnium iud.

Fallit vt per Socin. regul. 160. idem est ratione quasi contractus.

Fallit hæc ampliatio in 4.casib. vt per Sebast. Sapiam in d.l. hæres absens, §.1. nu.8. de iud.

In foro ciuili ius ciuile seruari debet, c. quod Clericis, & ibi per Doct. de for. comp.

Fallit in 3.casib. vt per Soc. reg.215.

Ius patronatus in foro seculari, vel coram iudice seculari tractari non debet, c. quanto, de iud.

Fallit in 3.casib. vt per Soc. reg.217.

Vocatus ad maius tribunal, & ad minus, debet in maiori respondere, c. cæterùm, de iud.

Fallit in 3.casib. secundum Fel. in d.c. num.8.

Clericus succedens alteri nunquā perdit priuilegium fori, capitu. quare, de iud. vbi Fel. limitat in 2. casib. nume.6.

Coram Papa potest conueniri quilibet non recognoscens superiorem, c. nouit ille, de iud.

Fallit in 2.casib. vt per Fel. ibi. nu.11.

Legitimè citatus tenetur coram citante causam prosequi, non obstante, quòd post citationem mutauerit forum, c. proposuisti, de foro comp.

Fallit in multis casib. vt per Fel. in d.c.

Beneficiati iure reuocandi domum si agant, conueniri possunt, nec reuocabunt domum. Fallit in 5. casibus secundum Fel. in c. licet ratione, de foro comp. nume.60.

Subditus non potest euitare suum prælatum, nec ab eo recedere ante sententiam, etiam si sit criminosus, & crimina sunt notoria. Fallit in 9. casib. secundum Parisiens. in capitu. cùm non liceat, de præscr. num.5.

Per pactum de litigādo coram incompetenti, ille non efficitur competens, & paciscens stare conuentioni non cogitur.

Fallit in 10.casib. secundum Alexan. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. nu.1.

Abbas cognoscit, & punit Monachum, Fallit in 7.casib. quos no. Bened. Cap. in suo tractat. reg.84.

Leges non allegādas in foro ecclesiastico, Fallit vt per Damas. reg.87. Don. Fina, lib.3.

¶ FORVM sortitur quis ratione delicti. Hāc regulam probat text. in c. postulasti. & in c. fi. de foro compe ten. & in l.j. & in Auth. qua in prouincia. Cod. vbi de criminibus agi opor. in le. j. C. vbi senato, vel clari. in c. si peccauerit. 2. quæstio. j. & in cap. placuit. vj. quæst.3. cum aliis. De iure regio est tex. in l. xxxij. titu. secund. par. iij. ibi, la dezena es por razon de hierro, o de malfetria que huuiesse echo en la tierra. & in l. xv. titu. j. parte vij. circa quam regulam vide Abba. & docto. in capitu. primo, de rapto. Hippoly. in l. vnica. numer.123. Cod. de raptoribus virginum eundem Abba. & ibi docto. in cap. fi. nu.6. de foro competen. Marian. Socin. vbi ponit 27. quæstiones circa hanc regulam in c. postulasti. à nume.5. vsque ad numerum 13. de foro competen. Nicol. Boer. in decisione xxix. Chassanę. in consuetud. Burgun. in ti. Des adueuz. rubr. 12. §. vnico. à num.1. vsque ad fi. Alciat. in c. perniciosam. à nume.66. vsque ad nu.73. de offi. ordina.

Hanc regulam limitat sex modis Socinus in regula tricentesima trigesimaquinta.

Amplia

Amplia primò, procedere in Imperatore vel Rege: qui si delinquat in territorio episcopi, poterit per eum puniri, vt est glos. in cap. duo. xcvj. distin. & in cap. quoniam, 18. distin. facit text. in c. cùm apud Thessa. 11. quæst. 3. quod intellige præmissa tamen monitione canonica: iuxta text. in cap. nouit. de iudi. ita tenent Hostien. Anton. & Ioan. de Imol. in cap. perniciosam. de officio ordina. Quod ipsi restringunt nisi princeps delinquens esset nimis seuerus vel iniurio sus: quia tunc delinquens, episcopus non debet eum punire, sed relinquere iudicio Papæ. Quod dictum videtur potiùs esse de consilio quàm de iure: secundum Alciatum ibi, nu. 71.

Amplia secundò, vt si iste delinquens euaserit & alibi carceretur, debeat iudex remittere puniendum ad iudicem delicti, vt est text. in Authentic. si verò crimen, & ibi Salicetus, C. de adulter. & in auth. vt nulli iudicum, in §. si quis verò comprehẽsorum, colla. 9. glo. in Clemen. Pastoralis, in verbo, de more. de re iudic. vbi dicit quòd de necessitate iudex debet hoc facere. Eandem opinionem tenet Cynus, sequendo Petrum de Bellapertica, in dicta authen. qua in prouincia. Hanc etiam opinionem putat veram Bartol. in l. si cui. in §. cùm sacrilegium, nu. 1. ff. de accusatio. Hanc opinionem tenet Guido Pap. in decis. 102. Salicetus in dicta authen. si verò criminis, C. de adult. Boer. in decisione xxix. numero 2. licet dicat, quòd Barto. in d. l. si cui. in §. cùm sacrilegium. teneat contrariam opinionem: scilicet quòd de vrbanitate hoc iudex debet facere, & non de necessitate. Quam opinionem Bart. non tenet: imò contrariam, & ibi post glos. suprà dictam hoc declarat. & pro ista opinione est text. in leg. secunda, titul. decimoseptimo, libr. 8. ordinamenti.

Amplia tertiò, habere locum non solùm ratione delicti, verùm etiam ratione mãdati: vt si aliquis existẽs in ciuitate Salmantina, mandauit fieri delictum in ciuitate Toletana, ille mandans fieri delictum sortitur forum Toleti: & ita poterit puniri Toleti sicut principalis occisor. ita tenet Paulus Castren. in leg. si vt proponitur, ff. de fideiusso. Quod dictum dicẽs se alibi non legisse, sequitur Hippol. in sing. cccciiij. incipienti, Forum, sed ante Paulum de Castro istam opinionem per text. ibi tenuit Albericus de Rosate in leg. hæres absens, in §. apud Labeonem, ff. de iudi. Quem sequitur ibi Iacobinus de sancto Georg. numero primo, & hanc opinionem, licet Hippoly refe rat Paulum de Castro, tenet Bart. post Iacobum de Arenis, in d. l. si vt proponitur, numero secundo, ff. de fideiusso. eandem opinionem tenet Franc. Curtius Iunior in dicto §. apud Labeonem, numero secũdo, & tertio, vbi refert quòd Paulus de Castro in l. 1. C. vbi de possessione agi oportet, dicat ꝙ vtrobique possit ille mandans conueniri: sed nihilominùs primam opinionem esse veram & communem, & ab ea non recedendum, tenet Lancelotus Decius in dicto §. apud Labeonem. eandem opinionem dicit esse communem Marianus Socinus in c. postulasti, num. 5. de foro competenti. & Abb. in d. c. fi. nu. 27. de foro competenti.

Limita primò, non procedere in foro pœnitenitali. ita probat glo. in can. placuit, el j. in verbo, sepeliat 16. quæst. prima. vbi dicit, quòd si aliquis delinquit in aliena parochia, non potest confiteri peccata sua sacerdoti illius parochiæ, nec ab eo recipere pœnitentiam. Quam opinionem glos. dicit esse communem Abbas in capitulo primo, nume. quarto, & ibi Ioan. de Anania, numero 4. de rapto. eandem opinionem glo. sequitur Alciat. in capit. perniciosam, numero septuagesimo, de officio ordina. Barba. in capitul. fin. numero 5. de foro competenti. & in rubric. numero 53. Rom. in sing. ccccliij ratio potest esse: quia in foro contentioso, & iudiciali imponitur pœna, vt delinquens satisfaciat reipublicæ læsæ quam scandalizauit: & ideò talis pœna debet imponi vbi delictum fuit perpetratum, & ob hoc delinquens quo ad istã pœnam sortitur illius iudicis forum: sed in foro pœnitentiali imponitur vt satisfaciat Deo quem læsit: vnde cùm in hoc foro habeat delinquens sacerdotẽ proprium loco Dei, vt in capit. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remis. ideò à proprio sacerdote non ab alio debet iudicari in foro animæ: quia quo ad pœnam spiritualem quilibet dicitur iudex extraneus, nisi iudex domicilij: dato quod alibi deliquerit.

Limita secundò, vt non procedat quãdo delictum com missum non esset communiter, sed in illo loco tantùm: tunc succurretur delinquenti: qui cùm esset forensis verisimiliter ignorauit illud esse delictum, vnde si talis conduceret triticum extra territoriũ contra formam statuti quod verisimiliter ignorauisset, debebit restitui in integrum ex clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, de qua in l. j. ff. ex quibus causis maiores, & ita tenent Innocent. Antonius de Butrio & Imo. in rub. de consuetudine. Cardin. & Moder. in capitulo finali, quæstione xij. eodem titu. Doctores in l. cũctos populos, C. de summa Trinitate, & fide catholica. & hanc limitationem ponit Alciatus in capitulo, perniciosam, nume. 68. de officio ordinarij.

Limita tertiò, nõ procedere in delictis leuibus, ita probat tex. in l. desertorem. in princ. sumpto argumen. à contrario sensu, ff. de re milita. & ita expressè tenet per illum tex. Melchior Kling. in capitul. fin. nume. 10. de foro competenti, quam opinionem probat tex. in Authent. vt nulli iudicum, §. si quis verò comprehensorum. collatio. 9. & ita expressè tenet Chassanæus in consuetudi. Burgund. in titul. Des adueuz. rub. 12. §. vnico, num. 7. & ita communiter teneri dicit Abb. in d. c. fi. nu. 15.

Quartò limita, non habere locum in vagabundis, ita probat tex. in leg. j. C. vbi de crimi. agi oportet. quę habet, secundum verum intellectum ibi, quòd vagabundus delinquens habeat iudicem vbicunque inuenitur, per quam gloss. dicit Barto. in dict. l. hęres absens. in §. proinde, numero 4. ff. de iudic. quòd multi ribaldi suspenduntur in ciuitatibus vel castris vbicũque inueniuntur, cùm non habeant alicubi forum, & ibi Franci. Curt. Iunior numero decimo, hanc opinionem tenet Ioan. Calderinus in capitulo primo, de rapto.

Contrariam tamen opinionem tenet Innocẽ. in dicto capitulo primo, de rapto. vbi concludit, quòd vagabundus debet remitti ad locum vbi deliquit, quem sequuntur Anto. de Butrio, & Panor. in dicto capitulo fina. de foro competenti, quia eadem ratio remissionis est in vagabundo quæ in non vagabundo, vt scilicet fiat remissio propter exemplum & ad tollendum scandalum, imò addit Panormita. in dict. capitu. finali, de foro competenti. nu. 21. se putare, quòd in vagabundo magis debeat fieri remissio, quam in non vagabundo: cùm talis remissio fiat sine iniuria alicuius iudicis, pro hoc facit text. in dicto §. si quis verò comprehensorum, & in dicto capitulo

primo, de rapto. & in dicta l. desertorem. ff. de re mi lita. & in l. solent. ff. de custodia, & exhibitio. reorũ, quæ iura indistinctè loquuntur, nec faciunt distinctionem inter vagabundum & non vagabundum, & hanc opinionem tenet expressè Bonifacius de Vitalinis in tractatu maleficiorum. in rubr. de inquisitionibus & earum formis, num. 56. eandem opinionem tenet Montaluus in gloss. l. xxxij. titu. secundo, part. iij. in gloss. in verbo, la onzena. & non obstat text. in dicta l. j. C. vbi de crimi. agi oportet. Nam licet ibi caueatur, quòd delinquens vagabundus possit conueniri in loco vbi reperitur, tamen inde non sequitur quòd remissio sit sublata, quam opinionem dicit esse veram Ioann. de Anania in cap. j. nu. de rapto.

Circa quam limitationem sic distinguo, quòd aut delinquens non est omnino vagabundus, quia habet aliquam habitationem, & tunc debet remitti, ita sentit Abb. in dict. cap. fi. numero 13. de raptor. quem sequitur Chassanæus in consuetudi. Burgund. in titul. Des iustices. rubr. 1. §. 5. nu. 14. & in tit. Des adueuz. §. vnico, numero 12. Melchior Kling. in dicto capit. fin. numero 9. & 10. de foro compet. aut delinquens est omnino vagabundus, ita quòd certam habitationem nusquam habet, & tunc non debet remitti: & ita debet intelligi tex. in dicta l. j. Cod. vbi de cri mi. agi oportet. pro qua vide text. in l. xv. tit. primo. parte vij.

Porrò quis propriè dicatur vagabundus, ponit Barto. post gloss. in l. iiij. in §. prætor. ff. de damno infecto. glos. in l. eius qui. in §. fin. ff. ad municipa. vbi dicit, quòd ille dicitur vagabundus qui non habet domicilium certum vel habitationem, quem glos. sequitur. Panor. in d. c. fi. nume. 13. de foro compet. de iure regio est text. qui hoc probat, in l. iiij. tit. xij. lib. 8. ordina.

Quintò limita, nõ procedere in crimine furti. Nam si fur reperiatur in alio loco cum re furtiua, in quocũque loco cum ea reperiatur, puniri potest, ita tenet Barto. per text. ibi, in l. si dominium rei. num. 2. ff. de furtis. post Dinum. Quam opinionem tenet Paulus de Castro in consil. cccclviij. numer. secund. libr. 2. plures alij Doctores tenent hanc opinionem Bart. quos refert Alex. in additionibus ad eum, in d. l. si dominium. eandem opinionem tenẽt Ang. in tract. maleficiorum: in verbo, & vestem cœlestem. num. 15. & ibi August. Ariminiensis declarat, & adducit Docto. pro vtraque parte.

Limita sextò, nõ procedere in crimine raptus: quia raptores fugientes possunt vbique capi & puniri. ita probat text. in l. vnica, in fine principij: ibi, sine fori præscriptione. Cod. de raptu virgi. & ibi hoc tenet Bal. per illum text. nu. 8. vbi dicit, quòd tanquam vagabundus non habet priuilegium fori. eandem opinionem per illum text. tenet Chassanæus in consuetud. Burgund. in titu. Des adueuz. rubr. xij. §. vnico, nu. 11. pro qua limitatione facit etiam text. in l. raptores. C. de episc. & cleri.

Sed hæc limitatio non videtur vera, nec probatur in suprà dictis iuribus: quia ibi tantummodò loquitur, quando aliquis est priuilegiatus, vt non possit conueniri nisi sub certo iudice: nam dicũt suprà dict. iura quòd si iste priuilegiatus est raptor, illud priuilegium sibi non prodest. & ita expressè tenet gl. in dicta l. vnica, in verbo. sine fori præscriptione, & ibi Angelus per eam, num. 3. & Sali. nume. 10. Raphael Fulg. in d. l. raptores. num. 5. facit tex. & ibi Odofre. & idem Fulgo. in l. j. C. vbi senato. vel clarissi.

Limita septimò, non habere locum in crimine hæresis, quia de tali crimine potest vbicũque puniri, nec fiet remissio: vt in l. Ariani. C. de hęreticis. ita tenet Paulus de Leazar. in Clement. Pastoralis. de re iudi. Chassanæ. in consuet. Burgund. in titu. Des adueuz. rub. xij. §. vnico, num. 17. Ioan. de Imo. in d. Clemen. nu. 64. & alia circa hanc regulam vide per Doctores suprà allegatos. P. Duen. re. 378.

¶ Forum sortitur quis ratione delicti. hæc indefinita vniuersaliter extenditur etiam ad illustres personas, & ad mandantes fieri delictum. gl. cap. duo. 96. distin. c. quoniam. 18. distin. c. cum apud. 11. quæstio. 3. doct. c. nouit. de iudic. vbi Alciat. num. 71. Paul. l. si vt proponitur. ff. de fideiussor. Hippoly. singu. 404. Alber. l. hæres. §. apud. ff. de iudic. Ias. d. l. si vt proponitur nu. 2. Soc. in cap. postulasti. nu. 5. de foro compe. Abba. c. fi. nu. 27. eod. & est communiter dictum doct. l. 1. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. l. 1. C. vbi Sen. vel Clar. capi. si peccauerit. 2. q. 1. c. placuit. 6. q. 3. Hippolyt. l. vnica. nu. 123. C. de rapt. virg. Boer. decis. 29. Alciat. c. perniciosam, nu. 66. de offi. ordin. Med. re. 2.

¶ Forum sortitur quis ratione rei sitæ in loco, vbi res sita est. tex. est in c. sanè, & in c. fi. de foro comp. & in c. experientiæ. 11. quæst. 1. & in l. fi. C. vbi in rem actio. & in l. si prædium. C. de præd. mino. & in l. fi. C. de long. temp. præscript.

Declara hanc regulam quatuordecim modis, & limita tribus, vt per Maria Socin. in d. capit. sanè, vsque ad finem. B. Dias re. 299.

¶ Forum suæ originis mutuat mulier nubendo viro alterius fori. Hanc regulã probat tex. in l. cùm quædam puella. ff. de iurisdictio. omn. iudi. & in l. exigere dotem. ff. de iudic. & in c. j. de sponsa. & in l. fi. in §. idem rescripserunt. ff. ad municipa. Circa quam regulam vltra doct. in suprà dictis locis, vide Chassanæ. in consuet. Burgund. in tit. Des droitz. rubr. iiij. §. secund. nume. 12. in versic. aduerte quòd vir. Fran. Curt. Iun. & ibi Iacobinum in dicta l. cùm quædam puella. & in dicta l. exigere dotem. Felin. in dicto c. 1. numero 24. de sponsa. Ias. in l. si arrogator. numer. 42. de adoptio. Augustinum Beroium in quæstione 108. Tiraquel. in legibus connubia. in gloss. j. nume. 50. Hieronymum Gratum in consilio 113. libro secundo. & ea quæ infrà dicam in regula incipienti, Statutum.

Hanc regulam ampliat tribus modis Ias. in dict. l. cùm quædam puella. à nu. 1. vsque ad nu. 4.

Limita primò, non procedere in vxore putatiua, vt in l. de iure. §. fi. ff. ad municipa. gl. in cap. eos. xxxij. distinctio. & in cap. 3. in glo. ad finem. 11. quæstio. j. & in l. vltima, in §. item rescripserunt. el 2. in 3. quæst. ff. ad munici. Bald. in capitu, iurauit, & ibi Felinus de probatio. Andr. Tiraquel. vbi refert alios Docto. in legibus connubialibus: in gloss. vj. numero 238. P. Duen. re. 377.

¶ Fori incompetentia semper allegari potest. Hanc regulam probat text. & ibi glo. in l. non erit. in §. dato. & ibi glo. & Angelus de Perusio. ff. de iureiur. & in l. fideiussor. in §. prætor ait, & ibi Bald. ff. qui sat. cogan. text. etiam & ibi Bald. in l. qui testamento. C. de testamen. tex. in l. secunda, in §. fi. ff. de pœnis. & in l. scire oportet. & ibi Bal. ff. de excusatio. tutorũ. & in l. si quis. ff. de iniusto rupto. gl. fin. in Clemen. vni. & ibi Cardinalis & Doctores de sequestratiõe possessio. & fruct.

Circa quam regulam vide Hippoly. in singul. x. vbi allegat quamplures doct.

Hac regulam cum duabus ampliationibus, & quatuor limitationibus ponit Ioan. Bernar. in reg. cclj. remittendo se ad Feli. in rubri. de foro competenti, numero secundo.

Quam regulam limita triginta quinque modis, vt per Anto. Corset. in repertorio ad Abba. in verbo, fori incompetentia. vbi latissimè congerit suprà dictos casus.

Hodie tamen de iure regio fori competētia debet intra ix. dies allegari: vt in l. octaua, in ll. de Madrid, per quam l. corrigitur tex. in leg. 1. tit. 8. lib. 3. ordin. P. Duen. re. 379.

¶ Forum. Foro pare. Cato l. 160.

Forum sortiri & statutis ligari, à pari procedunt. de consti. c. 2. C. de profess. l. dantur. Riisvvich.

¶ Forensis qui vigore statuti non potest acquirere domum, poterit tamen acquirere domunculam. Bart. rub. de plus pet. Angel. Alex. & com. Doctor. leg. senatus. §. Marcellus, ff. de leg. 1. Roma. sing. 334. Barb. cap. fin. §. hic autem. colum. nona, de offic. deleg. idem rub. de plus pet. & c. de appellationibus. de appel. dixi suprà ampl. 59. Med. re. 5.

¶ Francandi pactum soluitur morte, vnde si dictum sit, liceat Sempronio talia francare bona infra decem annos, & quandocunque eidem conductori placuerit, si mortuus fuerit Sempronius, ad hæredes eius non transit talis facultas, not. capit. si gratiosè. de rescr. 6. quod patet ex illis verbis (eidem conductori placuerit) placitus enim morte soluitur, nec ad hæredes successoris transit. Bart. leg. si sic stipulatus, ff. de verb. oblig. Gozzad. cons. 22. numero septimo, not. leg. quarta ff. loc. Bart. leg. & quia, & ff. de iurisd. omni. iudic. Mars. leg. final. numero 41. ff. de quæstio. Gem. capit. si delegatus. de offic. deleg. 6. dixi super. concl. 16. Pactum enim personale non transgreditur personam. leg. qui in futurum, §. 1. ff. de pact. Augu. Bertrand. cons. 125. num. 12. volu. 1. in terminis. Medic. tract. 2. part.

¶ Frater contra fratrem regulariter non admittitur ad causandum. leg. si magnum. C. qui accusare non possunt.

Fallit quādo suam, suorúmque iniuriam persequitur. d. l. si magnum.

Fallit in crimine hæresis. c. literas. de præsumpti.

Fallit in crimine læsæ maiestatis humanæ. l. pe. C. qui accu. non pos. S. Ianu. re. 15.

¶ Frater contra fratrem non cogitur testificari. Hanc regulam probat tex. in l. lege Iulia. ff. de testibus. canonizatus in c. si testes, §. lege Iuli. 4. quæstio. tertia, & text. in leg. parentes. C. de testibus. De iure regio probatur in leg. vndecima, titu. decimosexto, part. tertia, & in l. fina. titu. trigesimo, parte septima, & vltra doctor. in locis suprà dictis, ita tenet Abb. in capit. literas, num. 8. de præsum. & ibi Feli. in 16. idē Fel. in c. cùm oporteat, nume. 3. & ibi Ioan. de Imol. nu. 12. de accus. Bar. in l. qui testamento, §. quæcunque, nu. 6. ff. de testamentis. Stepha. Aufrerius. in tractat. de reprobationibus testium. nu. 25. in fi. Albe. in tractat. de testibus. num. 1. in 2. parte.

Amplia primò, habere locum in omnibus transuersalibus, vsque ad quartum gradū: vt in d. l. xj. ti. 16. par. 3. & in d. l. fi. tit. 30. par. 7.

Amplia secundò, habere locum tam in causa ciuili, quàm in causa criminali, ita probat gl. in d. l. lege Iulia. ff. de testibus. cum qua gl. in hoc dicit ibi Iacob. de sancto Georgio nu. 2. in fine, quòd transeunt docto. communiter. Eandem opinionem glo. sequitur Montaluus in glo. l. 11. tit. 16. par. 3. Abb. in c. literas, nu. 8. de præsumpt.

Limita primò, non procedere quando veritas alibi haberi nō possit: nam tunc frater potest cogi. ita tenet Speculator in tit. de teste. §. de testium. nu. 1. quem sequitur Alberic. in d. l. parentes. numero 2. Eandem opinionem tenet Host. Ioan. And. Panor. & Imo. in c. 1. de testibus cogendis. Iacobinus de sancto Georgio in d. l. lege Iulia. num. 1. & ibi in nu. 2. ponit cui incumbat onus probandi, quòd veritas aliter haberi non potest. Eandem opinionem tenet Federicus Schenk in tractat. de testibus. numero 31. Ludouicus Roman. in sing. ccclxxxiij. vbi additionator eius addit quàm plures doct. idem tenentes. Eandem opinionem tenet Montaluus in glo. l. ix. tit. 8. lib. 2. fori. in gloss. 1. in princip. & in glo. in parte, hermanos. in fine. idem Iacobinus contra glo. ibi, qui contrarium tenet, in leg. inuiti. la prima. ff. de testib. facit quod suprà dixi in regula trecentesimadecimaquinta, in secunda limitatione.

Limita secundò, quando est testis instrumentarius rogatus ab vtraque parte: nam tunc cogitur inuitus testificari, ita tenet Bald. in d. l. parentes, num. 1. versic. vel dic latius. Facit gl. in l. inuiti. la 1. in gl. magna, in fin. ff. de testibus. & in Auth. de testibus. & licet. in verb. & suppliciis. vel etiam testis testamentarius, quia est rogatus à testatore, idem tenet Salic. in d. l. parentes, numero 2. Alberic. in tract. de testibus. in 2. part. nu. 2.

Limita tertiò, non procedere quando frater producitur ad defensionem fratris, & sic ad purgandam eius innocentiam: nam tunc potest compelli, etiā in causa criminali: scilicet, quando prodest fratri, & nemini nocet, ita tenet Bald. in d. l. parentes. quia d. l. lege Iulia. cessat quando agitur de ipsius fauore: argumēt. tex. in l. quod fauore, C. de legibus. & in c. & si necesse. de donatio. inter virum & vxorē. & ita tenet Abb. in d. c. literas. nu. 8.

Limita quartò, quando frater producitur pro fratre: nam tunc potest cogi etiam contra fratrem dicere. ita probat glos. in c. cùm nuntius. & in c. fraternitatis. de testibus. & est tex. optimus, in c. quanto. de iudic. & in l. 3. in princi. & ibi Bar. ff. de legit. tutorib. & ita tenet expressè Steph. de Feder. in trac. de interpretatione iuris: in 1. parte. nu. 85.

Limita quintò, quando vtraque pars ex litigantibus consentiret, vt frater produceretur contra fratrem: tunc etiam inuitus compellitur, ita tenet Alber. post Iac. de Are. in tract. de testibus. in 2. parte gl. & quod ibi notant doct. in l. ij. C. de testi. quam limitationē intelligo veram, quando vnus ex ipsis litigatoribus esset frater: nam si essent extranei, etiam de cōsensu ipsorum non credo posse cogi, maximè in causa criminali, vel etiam in causa ciuili si est de maiori parte bonorum, per rationes suprà dictæ l. quæ hanc regulam probant. P. Duen. re. 384.

¶ Frater in feudis nouis non succedit fratri: sed vassallo sine sobole mortuo, feudum ad dominum reuertitur. Hanc regulam probat tex. in c. 1. §. filia verò. in fine, de feudi successione, & in c. 1. in §. si duo fratres, de feud. Marchiæ. & in cap. 1. & 2. de duobus fratribus à capitaneo inuestitis. & in cap. 1. qualiter frater fratri succedat, in vsibus feud. De iure regio probatur in l. 7. titul. 26. parte quarta, & hanc opin. vltra doct. in locis suprà allegatis, tenet Cald. in tit.

de feudis.consil.ix. Abba.in consl.lxxxij.volu.j.& in consl.iij.volum.secund.Iacobinus de sanct. Geor.in tract.feud.in verb.nobiles.num. 1. Albertus Brunus in consi.38.numero secundo.& in consi.73.num.5.& Iacobus de Leonardis inter consilia eiusdem Alberti Bruni,in consi.114.num.143.Alexan.in consi.xxx. num.8.volum.j.Carolus Ruinus in consil.12. nume. 2.& 8.volu.1.& circa hanc regulam vide Matthęum de Afflict. in dict.cap.1.§.in alio verò feudo. nume. 2.cum aliis.de successi.feudi.& in d.c.1.§.si duo fratres.de feud.Marchiæ.nume.1.cum aliis. & in cap.1. §.& quia.nu.14.de is,qui feu.dare possunt. & in c. 1. nume.1.de fratribus,de nouo beneficio inuestitis. & in cap.1.num.j. cum aliis,de duobus à capitaneo inuestitis.& in constitu.Neap.lib.iij. Rubr.24. nu.xj. Bartho.Soc.in consi.xix.nume.10.vol.j.Paris.in cōsil.xvj.nu.4.vol.4.

Hanc regulam, vbi eam limitat tribus modis: ponit Franciscus Curtius Senior in consil. 49.nu.69. Eandem regulā cum quatuor limitationibus ponit Affl. in cap.1.num. 8. de beneficio fratris in vsibus feud. Eandem regulam cum vnica ampliatione, & sex limitationibus ponit Zasius in tractatu feudorum, in octaua parte,à num.54.vsque ad num.44. P.Duen. re.385.

¶ Frater pro fratre non potest esse testis.

Fallit in fratre bona famæ & conscientiæ, à quo non speratur,nisi veritas.Inn.in R.canonicus.& in c.insinuante.de offi.deleg.

Fallit quando produceretur ad defensionem fratris etiam in causa criminali.Bal.in l.parentes.C.de testibus. Ianu.114.

¶ Frater regulariter pro fratre potest esse testis, vt vult gl.in c.insinuante.de offic.delegat.habetur per Moder.in c. cum oporteat. de accusat.

Fallit quando essent in eadem potestate, secundū Bal. in l.1.C.de epis.& cle.

Fallit quando simul habitarent, vt vult Gemi. in sum. iij.q.1.

Fallit in causa iniuriarū.Bart.in l.lex Corn. ff.de iniur.

Fallit in criminalib. Bal.in l.fi.C.de probatio.

Fallit in casibus, in quibus forte requiritur testis omni exceptione maior,secundum Bal. in dicta leg.fi. S.Ian.re.133.

¶ Frater pro fratre testificari potest. Hanc regulā probat text.in l.1. §.1. ff.de testib. vbi habetur quòd edictum de testibus est prohibitoriū:qui ergo prohibitus nō est testificari, est in testium admittēdus: sed frater non prohibetur,ergo debet admitti,& ita expressè tenet glo.in leg.parentes.Cod.de testibus. in gloss.fin.& in canon.consanguinei.in gloss. in verbo,parentes.3.quæstio v.& in capitulo,insinuāte.in verbo, familiarem. & in capitu. cùm R. canonicus. in verbo,cùm sint eius socij.de officio delegat.& in capitu.literas.in verbo,de fratre,de præsum.De iure regio probatur in le.xv.tit.xvj. part.3. & hanc regulam vltra Docto.in locis suprà dictis,ponit Spec. in titu.de teste.§.1.numero octauo.Abba.in capitu. cùm oporteat.numero 3.de accusationi.& ibi Ioan. de Imol.numer.10.& Docto.Barto.in leg.qui testamento.in princi.ff.de testamen.& quòd in causa ciuili admittatur,dicit vidisse seruari Albericus in dicta l.parentes.nu.secund. hanc eandem opinionem tenet Stephanus Bertrandus, vbi allegat quàm plures Doc.hanc opinionem tenētes.in consi.ccxij.numero 9.volum.1. secundæ impressionis.Marcus Anto.Baueria in §.pater.numer.vigesimotertio.Instit. de testamentis.Marianus Soci.Iunior in consilio 38. nu.8.vol.2.par.princi. Albericus de Rosate,in tract. de testibus:in 2.par.prin.nu.5 Alciat.in tract.de prę sumptio.in 1.regul.præsumptio. 23.nu.1.Hanc etiam opi.dicit communiter teneri idem Maria.Soci. Iunior in cōs.29.nu.12.vol.2.Ant.Cors.in sing. in verb. testis.& circa hanc reg. vide Soc. in regu. ccccxxvij. Bernar.de Luc.in reg.dccxlvj.

Hanc regulam cū sex limitationibus ponit Felin. in c. cùm oporteat.numer.3.de accus. easdem limitationes ponit idem Felin.in cap.in literis.num.11.de testib.Quas limitationes Felin.ponit etiam Hippoly. in l.1.§.ad quæstionem.num.7.ff.de quæst.quas sex limitationes sublimitat:aliis sex modis idem Fel. in d.c.cùm oporteat.in d.num.3.Eandem reg.cum hisdem limita.& sublimita. posuit idem Felin.in c. literas.à num.4.vsque ad 17.de præsumptionibus.Easdemmet limitationes & sublimitationes posuit Aufrerius in tract.de reprobationibus testium,in num. 25. P.Duen.re.382.

¶ Frater pro fratre in criminalibus testificari non potest.Hanc regulam probat tex.in l.lege Iulia.ff.de testibus.canonizatus in capi.si testes.§.lege Iulia.4 quæst.3.text.& ibi glo.in d.l.parentes.C.de testibus. probatur etiam hæc regula in glossis adductis in regu. præcedenti: & vltra ibi dicta ita tenet Albertus Gandinus in tract.malefic.in regula de testibus,qui repellantur.nume.7.Ratio est:quia in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores. Hanc etiam opinionem tenet Specu. in tit.de teste.§.1.numer.8.Abba.in c.cùm oporteat. numero tertio,de accusation. & in cap.literas.num.8.de præsumptio. Alexand. in consilio lxx.numero 6.volumine 1. Albericus in dict.l.parentes.num.secund.& Bal.& docto.Iacob. de Bellouiso in pract.c.de c.de causis criminalibus.num.70.

Amplia primò, procedere in causa iniuriarum, ita tenet Bar.in l.lex Cornelia.in prin.ff.de iniuriis.quem sequuntur Bar.de Salic.& Ang.de Perusio in l. vnic. C.de raptu virg.Hippol.de Marsi.in l.1. §.ad quæst. num.7.ff.de quæstion.Felin.in cap.literas.numer.8. de præsumptio.& in dicto cap.cùm oporteat. num. 3.& ibi Ananias numer.4. Aufrerius in tract. de reprobat.testium.nume.25.Eandem opinionem tenet idem Bart. in l. qui testamento.§.quæcunque.num. 7.ff.de testamen.& tunc quilibet de generatione, & casata venit vsque ad quartum gradum repellendus. Ratio est, quia iniuria quæ fit defuncto, dicitur fieri omnibus de casata:vt in l.1.ff.de liberali causa. & in l.Iulia.& in l.lex Cornelia. ff.de iniuriis. facit text. in l.qui iurisdictioni præest.ff. de iurisd.omnium iudicum.& ita etiam tenet Bar.in l.tutor.§.si tutor inimicus.ff.de suspec.tut. Idem Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ.nume.99. de constit.Iason in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori.numero 12.ff.de noui operis nuntiat.Marcus Antonius Blancus in d.l.fi.num. 172.ff.de quæstio. & ideo quando tractatur de propria iniuria testificantis,non est idoneus testis:vt in l.nullus idoneus.& in l.omnibus. Cod. de testibus. & hoc etiam tenet Abb.in dicto c.cùm oporteat.nume.3.& ibi Aret.numer.8. Florianus in l. testis idoneus.nume.7.ff.de testibus.& Marcus Antonius Baueria in §.pater.num. 23. Instit.de testam. Alciatus in tract.de præsump. in 1.regula:præsumpt.xxiij.numero 3. Et hæc ampliatio probatur de iure regio per text.in l.xj.tit.xvj.part.iij. & in leg. ix. titu. xxx. part.7.

Amplia

Amplia secũdò, habere locum in causa ciuili omnium bonorum, vel maioris partis: nam frater non potest esse testis pro fratre. Ratio est: quia causa omnium bonorum vt maioris partis æquiparatur criminali, vt in l.propter litem.§.1.ff.de excusat.tutor.& in ca. 1.de restitu.spol.& ita tenet Bald.in l.parentes.num. 1.C.de testib.& ibi Sali.num.2.Franc.Aret. in dicto cap.cùm oporteat.num.10.Marcus Antonius Baueria in §.pater.num.23.Institu.de testamen.Hippol. de Marsi.in l.1.§.seruus municipũ. nu.9.ff.de quæst. Lanfrancus de Oriano in tract.de testibus, num.80. Iacobus de Bellouiso in pract.in secund.parte capi. de causis criminalibus,numero 70.Bartho.Socin.in consi.xvij.numer.6.& 7.volum.1.& in consi.ccxxxv. num.7.vol.2.

Limita primò, procedere in causa matrimoniali pro illa parte,quæ stat pro matrimonio, nisi inter illam partem & aliam sit disparitas in diuitiis.vel in honore,vel nobilitate,vt in ca.super eo.el 2.de testi.&ibi Doct.Iacobinus de sancto Georg.in l.ex eo. numer. 6. de testibus. Marianus Socinus Iunior in consil. xxix.nume.11.cum aliis,volu. 2.vbi dicit hoc procedere etiam si simul habitent & sint de eadem familia: licet causa matrimonialis dicatur grauis & ardua,vt in capit.1.de consanguinit.& affinit.& notat Abb.in c.si pro debilitate.de officio deleg.& videatur æquiparare causæ criminali,vt videtur concludere Alexan.in consi.143.numer.4.volu.secund.& Decius in consi.133.num.2.versic.sed in his non obstantibus,facit quod suprà dixi in regula 315.ampliatione prima.

Limita secundò, habere locum in crimine hæresis, vt est tex.in dict.c.literas.de præsumptionibus.vbi frater purgat fratrem à crimine hæresis.& ibi Abb.nume. 1.& nu.8.& cæteri Docto.Bald.in d.l.parentes. num.1.& ibi Salicet.num.2. Florianus de sancto Petro in l.testis idoneus.numer.ff.de testibus.Iacobinus de sancto Georgio in l.pater,& filius.num.2.ff. eodem tit.de testib.Marcus Antonius Baueria in §. pater.nu.23.Instit.de testa.Gul.Benedictus in repet. c.Rainutius.in verbo, quia cum alia matrimonium contrahens.nu.2.6.Hippol.in singul.dviij. Iacobus Septimacensis in suo libr. Catholicarum institutio num.c.62.nu.14.

Tertiò limita,non procedere ad purgandam innocentiam fratris: nam in causa criminali frater bene admittitur, scilicet quòd frater commisit delictum ad suam defensionem,ita tenet Bald.in d.l.parentes.nume.1.& ibi Salicet.num.2.Ias.in l.sed & si quis.nu.5. ff. si quis caut.& in l.vt vim.nu.5.ff.de iust. &iur.Flo. in l.testis idoneus.num.6.ff.de testib.Franc.de Ripa in l.damnum. numer.12.ff.de damno infect.Marcus Antonius Baueria in §.pater.num.23. Institu.de testam.Gulielmus Benedict.in repetit.ca.Raynutius. in verb.qui cum alia contrahens.numer.257.de testam. Alexand.consi.iiij.num.10.vol.j. & in consi.v. nume.8.volum.j.& in consi.ccxij.nume.9.& in consil.xxiiij.numer.39.volum.ij.Hippolyt. de Marsiliis in l.vnius.§.cogniturum.numer.52.ff.de quæst.& in singul.dviij.Andræas Alciatus in tract.præsumptionum:in reg.j.præsumpt.xxiij.num.2.Felin.in capit. cùm oporteat.numer.3.de accusat.& in capitu.literas.numer.15.de præsumptionibus.Et hoc casu non attenditur an simul habitent vel non,secundum Salicet.in d.l.parentes.quem sequitur Alexan.in consi. cxix.nu.6.vol.7.

Limita quartò,si frater est adeò bonæ opinionis vt nõ præsumatur deierare à veritate: nam tunc tanquam bonus vir admittitur, ita tenet Abb.in c.cum oporteat.numer.3. de accusat.vel aliquis religiosus.Eandem opinio.tenet Ioan.de Imol.in cap.cùm R.canonicus. numer.8.de officio delega. quem ibi sequitur Barba.num.16.Feli. in c.literas.nume.11. de præsum. Hippoly.de Marsiliis in pract. criminali, in §.principium.num.11.& in repet.Rubricæ num.124.ff.de fideiuss. Aufrerius in tract.de reprobationibus testiũ. num.25.Ias.in repet. l.admonendi.num.180.ff.de iureiurando. Hanc eandem opin.tenet Ioan.de Anania in d.c.cùm oporteat.num.4.& Aretinus nu.15. allegat pro hoc gloss.in summa.iij.quæst.v. vbi hoc Alanus tenet.quæ opinio reprobatur ibi à gloss.sed opin. Alani potest saluari in nostro casu, & pro hoc est textus in capitu.in literis.in fi.de testibus.& in l. ix.tit.8.lib.ij.fori.

Limita quintò, quando frater testificaretur inter duos fratres: nam tunc erit idoneus testis in causa criminali. Ratio est: quia paritas consanguinitatis tollit suspicionem.l. non solum.§.j. ff. de ritu nuptiarum. & in l.extraneos.§.j.& in l.in hoc.C.de quæstionib. vbi licet aliàs seruus non possit torqueri contra dominum: vt in l.j.§.diuus.cum aliis.ff.de quæst.tamen si seruus torquetur inter duos dominos, bene potest. Nam tunc ratione æqualitatis dominij valebit tortura.facit tex.in l.sed & milites. vers.coæqualitas enim.ff.de excusat. tutor.& hanc opi.tenet Specu.in titu.de teste.§.j.numero 9.Barto.in l.qui testamento.§.quæcunque.numero 8.ff.de testament.Hippolytus in l.j.§. seruum.numer.6.ff.de quæst.Floria.de sancto Pet.in l.testis idoneus.num. 8. ff. de testibus. Eãdem opinionem tenet Antonius de Baueria, vbi pro hoc adducit alia quam pluta in §.pater. numer. 23.Institut.de testamentis. Stephanus Aufrerius in tract.de reprobat.testium. numer.vigesimoquinto. Felin.in d.c.literas.num.13.& in dicto c. cum oporteat.nume.3.De iure regio probatur in l.ix.tit. viij. lib.ij.fori.

Limita sextò, quando causa criminalis ciuiliter est mota:nam tunc frater admittitur pro fratre,sicut in merè ciuili,ita tenet Abbas in dicto c.cùm oporteat.numero 3.per tex.in dicto c.literas.de præsumpt.& ibi Ioan.de Imola post Gulielmum, numero 10. Ioan. And.& Ioan.de Ana.in d.c.cum oporteat. & ibi Addition. Aretini,nu.8.vbi dicit, quòd ibi Aretin. hoc non bene intelligit. Facit quòd suprà dixi in regul. cccv.limitat.j.

Septimò limita, non procedere quãdo à patre contraria non fuit oppositum: nam tunc bene admittuntur fratres etiam in causa criminali, ita concludit Bald.in l.si quis testibus,nu.7. C.de testibus. quem sequitur Fel.in dicto c.literas.numer. decimoquarto,& in dicto c.cum oporteat,numero tertio.Aufrerius in dicto tract.de reprobat.testium.nu.25.Ias.in l.certi condictio,§.quoniam.numero decimotertio, ff.si cert.peta.& Bal. vbi suprà loquitur in exceptionibus fauore partis introductis: secus dicit in inductis odio testis: vt in excommunication. vel bannis: vt in leg.tametsi,ff.ad Macedonia.& ita dicit intelligendum tex.in capit.præsentium.& in cap.ex parte. de testib. & in Authentic.si dicatur, C.eod.tit.& dicit ibi quòd cauti aduocati semper debent protestari exceptiones sibi saluas esse in personis,& dicta testium in princ.productionis: nam per talem protestationem reseruatur ius opponendi, cum excludatur tacitus consensus.argu.leg. si filius,ff.ad Maced.

quæ procedunt in testibus productis contra præsentes:sed quando producuntur contra absentes nõ est necessaria protestatio, quia absens non intelligitur consentire, cum non habeat causam contradicendi: vt notat Cinus in Authenti. si verò testis productus dicatur.C.de testibus.

Circa quam regulam est notandum, quòd in suprà dictis casibus, in quibus frater admittitur pro fratre, de quibus in hac regula & in suprà proxima, detrahitur fidei eius: & sic non erit omnino integer testis, nec facit tantam fidem sicut alius, ita tenet Specu.in titu.de teste.§.1.vers.sed nunquid frater.num. octauo, Barto. in l.qui testamento, §.1.num.6.ff.de testamentis. Imo.in d.cap.cum oporteat. num.16. Guid. Pap.vbi hoc declarat, in c.cùm regula canonica, nume.2.de offic.deleg.Alcia.in tract.præsum.in 1.reg. præsump.23.num.5.Marcus Ant.Baueria in §.pater. numero 23.Institut.de testam.Barth.Soc.in cons.20. num.18. & in consi.cxxx.nu.decimo.volum.1. Ioan. de Amicis in consilio lxj.numero 19.Aretinus in d. c.cum oporteat.numero 11.Iaso.in repetitio.l.admonendi. numero 180.ff.de iureiurand.pro qua opi.est gloss.in l.etiam matris,ff.de probationibus.& Iason vbi suprà, intelligit hoc duobus modis: & alio modo intelligitur, quando est testis instrumentarius, & sic rogatus ab vtraque parte: nam tunc est integer testis, & plenè probat.ita Bald.in d.l.parentes.nume. 1. P.Duen.re.383.

¶ Fratris appellatione cõtinetur soror.facit l.Lucius, §.quæsitum, ff. de leg.3.Lucius, §.Mæuia, vbi gl. & Bar.& l.fi.ad Trebel.l. Lucius, ff. famil.ercisc.

Ampliatur in 4.casibus, & limitatur in 9. à Ias.in l.tres fratres, ff.de pact.nu.2.& seq. Don.Fina, lib.5.

¶ Fratres duo contraxerunt matrimonium cum duabus sororibus, si sententia lata fuerit contra vnũ super inualiditate matrimonij, talis sentẽtia non nocebit alteri, Specul.in titu.de senten.§.nunc de effectu.versicul.sed pone.Baptist.in tractat.de correlat. numero 123.dicam regul.8.latius suo loco. Medic. reg.9.

¶ Fratres duo, vel plures, vterini & consanguinei, contraxerunt matrimonium, cum duabus sororibus vterinis, & consanguineis, si sentẽtia feratur contra vnum de impedimento matrimonij, non præiudicat alteri.gloss.capitu. dilecto.de præb.Spec.in ti. de senten.prol.§.nũc de effectu.versicu.sed pone.capit.quia circa.de consang. & affi. quia testes variare possunt, & secũdus posset melius se defendere quàm primus.Abb.capit. quamuis.numer.27.de sent.& re iud.nec vnus præiudicat, alteri quemadmodum nec vnius delictum alteri nocet, Bald.l.eam. C.de fideic. Bald.capit.1.§.prætereà.de prohi.feudi alien. frater enim de iure pro fratre nõ obligatur.Soc.sen.cons. 31.volu.1. Med.re.8.

¶ Fratres Minores sunt incapaces bonorum. Hãc regulam probat tex.Clement.Exiui de Paradiso. de verbo.significa.in §.proinde.& in c.vnic.de religio. domi.lib.6. & ibi gl.in verbo, domum.& in c.vnico, de excessibus prela.eo.lib.& in c.exiit.de verborum signifi.lib.6.

Circa quam regulam vide Abb.& docto.in c.in presentia.de probatio.præcipuè Paul.Parisi. numero 170. cum aliis. Bald.numero 15.& Docto.in Authent.ingressi.C.de sacrosanct.eccles.Bart.in tracta. Minoricarum, lib.1.cap.tertio.Decium in consil. ccccxcix. per totum, Federic.de Senis in consilio duodecimo, numero 3.& in consil.vigesimosexto, numero 1.Bertrandus in consil.clxxviij.numero primo, volum.secundo, primæ impressionis: & in consi.clij.numer.1. volum.1.2.impressionis: & in consi.ccvj. num.quarto, volumi.tertio, primæ impressionis. Parisi. in consil.xxj.num.1.cum aliis, lib.3.Guliel. Pontanum in l. per omnia.numer. 47.ff.de leg.j.Ias.in l.ex facto.in §.Iulianus, nu.10.ff. de vulgari.Alex.de Imo.in cons. 88.nu.1.cum aliis, lib. 2.Maranta in repet.leg.is potest. nu.173.ff.de acquirend.hæred.Pet. Bellugam in suo Speculo Principum, Rubr. 18.§.vnico.num.1.Aluarum Pelargum in lib. 2.de planctu ecclesiæ:artic. lv.& lvj.& in articulo lxiiij.lxv.lxvj.Boer.in trac.de vita & statu Eremitarum, num.9. And. de Besetis in repet.leg.1.num.11.cum aliis, C.de sacrosanct.eccle. Nic.de Vbaldis in trac.de successio.ab intestato, in prin.nu.1.cum aliis. Domini. de sancto Geminia. in consi.xl.per totum. Dilect. de arte testandi, titu.primo, cautela xj.

Amplia primò, procedere in fideicõmisso vniuersali: nam relinqui non potest fratribus minoribus, eò quia succedit loco hæreditatis: vt in leg.si filius.in §. 1.ff.quod cum eo.& in l.1.in §.de illo.& ibi Bar.ff.ad Trebel.Bart. in tract.Minoricarum, in lib.j.in secunda distinct.c.j.nu.11. quam opinionem tenet Iaso.in l.j. num.99.ff.de leg. 1.& ibi Guliel.Ponta.num. 47. And.de Besetis in repet.leg.j. numero 11.C.de sacro san.eccle.Bald.in Authen.ingressi, numero 15. C. de sacros.eccl.

Amplia secundò, vt nõ possit eis relinqui locus in quo debeat construi noua ecclesia, vt ibi fratres commorentur, & relinquatur pecunia ad constructionem: nam tale relictum omnino est inutile: quia prohibitum est dictis fratribus nouum locum acquirere, vt in dict.capit.vnico.de excessi.præla.lib.6. & Clem. cupientes.de pœnis, & ita tenet Petr.Bell.per suprà d.iura in d.Rub.16.de religiosis mendicantibus, nume.1.Dilec.de arte testandi, tit.j.cautela 11.nu.3.Bal. in d. Auth.ingressi.nu.19.

Amplia tertiò, habere locum etiam in hæreditate parentum: nam parentibus non succedunt: cùm hęc regula habeat locum in successione quarumcunque & quorumcunque bonorum sunt incapaces, ita tenet Bald.in l.j.C.de sacrosanct.eccle. quem ibi sequitur And.de Besetis in repet.nu.12.vbi dicit, quòd si pater cum non instituerit, nõ ideo testamentum vitiabitur. Quam opinionem sequitur Gulie.Benedict. in repet.c. Rainutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, præludio 4.nu.215.& in verbo, in eodem testamento relinquens, el j.nu.122.de testam.Bar.in tract.Minoricarum.lib.1.in j.disti.c.j. facit generalitas tex.in d.Clemen.exiui.de verb.significa.Boer.in decis.354.nu.10.Feli.in c.præsentia.nu.52.de prob. & ibi Decius nu.266.

Amplia quartò, vt nec beneficia habere possint. Facit tex.in Clem.vt professores. de regul.vbi dicit quòd nec aliquam curam, nec quodcunque animarum regimen tales possunt obtinere nec exercere, ita tenet Federi.de Senis in consi. clxj.facit etiam text.in Clemen.exiui, de verbo.signi.& in c.cùm ad monasterium.de statu regula.& ita expressè tenet Gulielmus Benedictus in d.repe.cap.Rainutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, præludio quarto, numero 218. eandem opinionem tenet Petrus Rebuffus in tract.de pacificis possess.numero 258. facit etiam quod notat ipse Rebuff.in practica beneficiorum, in titu.de vicariis episcoporum, nu.32.Ioan.de Imo.in c.cùm dilectus, nu.8.de cleri.non residen.

Amplia

Amplia quintò, quòd neque naturaliter eis debetur, & hæredes in foro conscientiæ licitè possunt retinere eis relictum, ita tenet Bart. in tract. Minoricarũ, lib. primo, dist. j. c. 3. per totum, maximè numer. 8. quem sequitur Dilec. de arte testandi, tit. 1. cautela 11. num. 1. Bald. in Auth. ingressi. C. de sacros. ecclesi. vbi allegat S. Thomam, quem sequitur Andr. de Besetis in repet. l. j. nu. 11. C. eod. tit.

Sextò amplia, quòd non possunt esse executores testamentorum: vt in d. Clementina, exiui, §. proinde, & §. verum, de verbo. signi. ita tenet Bald. in d. Authen. ingressi, C. de sacrosanc. eccles. & in Authent. si qua mulier. eod. titul. in quo Bart. distinguit in tract. suo Minoricarũ: in tertio libro, c. 4. & 5. nu. 5. & 6. Quòd si quis relinquit decem Florenos, vt expendatur inter decem pauperes qui eligantur per talem fratrem Minorem: quia tunc nullum litigium fiet per talem fratrem, nec distributio pecuniæ: nam testator ipse distribuit: sed per fratrem fiet sola electio personarum, & in hoc casu putat ipse quòd possit fieri: quia cessant omnes rationes prohibentes fratribus minoribus propriũ habere. Prętereà ex hoc fratribus nullum ius quęritur: ita enim nominatio est merè facti. Quod patet: quia cadit in deportatum, qui non est capax eorum, quæ sunt iuris ciuilis: vt in l. cùm pater. in §. hæreditate. ff. de legatis 2. & in leg. ex facto, in §. si quis rogatus, ff. ad Trebellia. & hanc opinionem tenet idem Bartol. in dicta leg. cùm pater. in §. hæreditate. quem sequuntur ibi Paul. & Ioann. de Imol. Ancharan. in consi. ccccxij. numero tertio. Iaso. in leg. prima, §. item acquirimus, nume. quinquagesimosecundo, ff. de acqui. posses. Alexan. in consi. 57. num. 8. volum. 2. Couarru. vbi citat Bal. pro opi. Barto. & contrarium expressè tenet in c. tua. nu. 1. de testamentis.

Contra quam opinionem tenet Bald. in dicta Authenti. ingressi. numero vigesimo, vbi dicit, quòd nullo modo cadit in fratrem Minorem officium executoris: ideo quia de facili hoc officium possit trahi ad quęstum pecuniarium. Quam opinionem Bal. sequitur Cardin. in dicta Clement. exiui, in §. verùm, numero 14. & ibi Anchar. numero vigesimotertio, & in cons. ccij. numero secundo, Iacobus de Canibus in tract. de executione vltimarum volũtatum, in prima particula, numero vigesimotertio. Dominicus de sancto Geminiano in cap. primo, de testamen. in 6. & ibi Francus. Quam opinionem tenet etiam Fel. in c. ex parte, numero sexto. de constit. Barba. in cõsil. 12. volumi. primo, numero tertio, versi. ex istis infert. Eandem opinionem cóntra Bartol. tenet Ripa in dicto §. si quis rogatus, numero quinto, vbi dicit quòd verior & salubrior est supra dict. opinio Bald. per tex. in d. Clemen. exiui. in §. dubitauerunt. ibi, in ea quomodo oculos habere ad bona videatur. Quæ ratio militat etiam in casu Bartoli: cùm possint eligere aliquos pauperes cum quibus participarent de lucro: & ibi respondit ad fundamenta Bartoli.

Opinionem tamen Bartoli dicit ibi posse procedere, quę communis videtur nemine se opponente: quia tunc valet electio, secundum Feder. de Senis in consil. 293. ad fi. & in istis terminis loquitur Rom. in cõsil. ccccix. numero quinto, & singul. cclxij. & in cõsil. ccxxxv. numero quarto, & vltra doctor. suprà dictam opinionem Bald. contra Bart. dicit esse puram veritatem Barbar. in dict. capitu. tua nobis. numero 9. & 10. & dicit, quòd communis eam sequitur. Eãdem opinionem Bald. dicit de iure veriorem, licet opinio Bar. videatur communior, Dilec. de arte testandi, titu. 7. nu. 3. sed ex suprà dictis patet quòd verior, & communior est opinio Bald.

Amplia septimò, quòd etiam annuos reditus acquirere non possunt, ita probat text. in d. Clem. exiui de paradiso, in §. cùmque annui. & ibi Card. n. 12. quam opinionem tenet Dec. in ca. in pręsentia. nu. 272. de probatio Anchar. in d. Clem. exiui. nu. 14. Abb. in d. c. in pręsentia. num. 63. Barb. num. 155. Bart. in tract. Minoricarum, in 2. lib. distinct. 6. c. 1. num. 32. Quam ampliationem declara vt Dec. vbi suprà: & per Dilec. de arte testandi. tit. j. cautela. 11. num. 2. Belon. in cons. 23. nu. 9.

Amplia octauò, procedere non solũ respectu proprietatis, & dominij, sed etiam respectu ęstimationis: vt bona non possint vendi, & capi ęstimatio ipsorum, per tex. in d. Clemen. exiui. in §. cupientes. in verbo, nec liceat eis, de verborum signif. & ita tenet Bald. in dicta Authen. ingressi. num. 19. in c. vnico. in verbo, domum. de religiosis domibus. lib. 6. Card. in dicta Clemen. exiui. in §. proinde. numero 11. & in cõsil. 102. in 2. dubio. Decius in dict. c. in præsentia. numer. 279. Nec obstat si dicatur hoc debere intelligi quando æstimatio esset magna & tanta quæ induceret fraudis suspicionem: secus autem si esset modica, taliter quòd cessaret fraudis suspicio: quia tũc liceret illam modicam æstimationem habere per tex. in d. Clemen. exiui. in §. cupientes. & in d. vers. ne liceat eis. Nam procederet obiectio quando per viã legati esset relictum modicum, vt illa litera dicit: secùs autem, quando sumus in causa intestati: quia tunc etiam modicum non potest capi, siue illud modicum consistat in proprietate, siue in æstimatione, & ita concludit Parisius, in dicto capit. in pręsentia. numer. 175. Quam ampliationem tantummodo dico procere in fratribus Minoribus, non autẽ in fratribus Prædicatoribus, & alijs medicantibus: quia possunt capere bona immobilia, non vt retineant, sed vt vendant, & pretium in eorum vsum in necessitatibus conuertatur, ita probat gloss. in capitulo vnico. in §. confirmatos. in verbo, domum. de religio. domibus, libro sexto, & ita expressè tenet Specul. in titul. de statu monacho. §. primo, versicul. tertiò quęritur Bald. in leg. cum quæritur, C. de lega. Alexãder ibi refert alios quamplures Doct. in leg. apud Iulianum. in §. constat, aliàs est sub leg. idem Iulianus. ff. de leg. j. Eandem opinionem tenet Decius in capit. post cessionem, numero sexagesimooctauo, de probationibus. & eam dicit esse communem opinionẽ in capit. in præsentia, numero 270. eod. titul. Eandẽ opinionem dicit esse communem Alexan. in consil. lxxxviij. numero primo, lib. secundo, Abb. in d. ca. in pręsentia, nu. 63. & ibi Felin. nu. 52. vbi tenent hanc opinionem Hippoly. in singula. cxxxij. & in repet. l. fi. nu. 165. ff. de iurisdict. omnium iudi. Betrandus in cons. clij. nume. 1. & 2. volu. j. secundæ impressionis. Hanc opinionem dicit esse communem Nicolaus de Vbaldis in tracta. de successio. ab intestato, in prima parte. num. 6. Mathesillanus in tract. de successio. ab intestato, in tertio articulo, num. quadragesimoprimo, Parisius vbi in dicto capitul. in præsentia. numero 177. & 189. Cardina. in dict. §. proinde, numero 11. & ibi Docto. Pro hac opinione allegat quàmplura Maturinus Montanus in Auth. de hęredibus ab intestato venientibus. versicu. quartus casus. collatione ix.

Amplia nonò procedere, etiam si monachi promoucan-

ueantur ad episcopalem dignitatem, prout de iure possunt, vt in c. quorũdam. de electio. lib. 6. nam propter hoc non efficiuntur capaces, secundum glo. notab. in d. c. quorundam, in verbo, mendicantium. Ratio est: quia licet monachus efficiatur episcopus, adhuc est de ordine mendicantium, secundum suprà d. glos. quem sequitur Iason in Auth. ingressi, numer. 16. C. de sacrosãn. eccl. & in l. ex facto. in §. Iulianus, num. 10. ff. de vulg. Nicol. de Vbaldis in tract. de successio. ab intesta. in prima parte, num. 3. Mathesillanus in tract. de successio. ab intestato, in 3. artic. principali, num. 41. Maturinus Montanus in Authen. de hæredib. ab intesta. venientibus, vers. quartus casus. Ratio etiam est: quia illa dignitas superueniens non liberat fratres Minores à continentia, seu voto paupertatis, secundum glos. in cap. de Monachis. in verbo, discedere, xvj. quæstio. j. nec etiam liberat ab habitu, vt est glos. in cap. in noua, xvj. quæstio. 7. & in c. sanctimonialis. xxiij. distinct. & in d. cap. de Monachis, & bona prouenientia eis post dignitatẽ assumptam essent illius ecclesiæ, ad quam assumpti fuerunt, ita probat tex. in capitu. statutum, & ibi gloss. 18. quæst. j. glo. 1. in c. quia in tua, 12. q. 1. plus etiã dicit Bal. in Authen. licentiam, C. de episc. & cle. num. 3. quem sequuntur suprà dicti Docto. habere locum etiam si talis Monachus esset Cardinalis: nam nulla dignitas liberat monachum à substantialibus regulæ: bene tamen eximuntur tales assumpti ad dignitates prædictas ab obedientia suorum prælatorum, vt in d. c. de Monachis, 16. q. 1. & in d. c. statutũ, 18. q. 1.

Limita primò hanc regulam non procedere quandocunque aliquid est eis relictum pro alimentis. ita tenent Barto. & Bald. in l. legatum, ff. de capitis diminut. & in l. cùm pater, in §. hæreditatem, ff. de leg. ij. & l. si in metallum. ff. de his, quæ pro non scriptis habentur. & in l. seruos, ff. de alimen. & cibar. leg. Ioan. de Imo. in l. intercidit. in fi. ff. de cond. & dem. Ang. in l. si Stichum. in §. si stipulatio. ff. de verborũ obliga. Rolandinus Bononiensis in tracta. de testamentis, in Rub. xx. nume. 5. Quod est verum nisi esset annuum: quia habet aliquid proprietatis: nam tunc capere non possint, secundum suprà dictos Doct. pro quo facit quod suprà dixi in 7. Ampliatione. Hanc etiam opinionẽ tenet Troilus Maluezius in tractatu oblationum, in 3. parte, numero 4. Pau. Paris. in dicto cap. in præsentia, nu. 178. & videtur pro hoc tex. in dicta Clemen. exiui de Paradiso, in §. rursus. & ita concludit Dominicus de sancto Geminiano in consil. xl. nu. 8. & 9.

Limita secundò, non procedere quandocunque monachus efficeretur capax ex priuilegio apostolico, cuius tenor & verba sunt attendenda, vt in capitulo, porro. & in capitul. præcipimus. de priui. nam tunc talis monachus liberatus ab ordine autoritate summi Pontificis, ius succedendi recuperat, eo quia censetur cõstitutus in statu in quo erat ante ingressum, ita concludit Bartol. post longam disputationem in tract. Minoricarum, lib. 4. distinct. tertia, capit. 3. nume. 10. allegat ad hoc tex. in cano. statuimus, decima nona quæstio. tertia. & in l. 1. de senten. pas. & in l. 1. in §. filio qui mortis. ff. ad Tertul. quẽ sequitur Iaso. in l. ex facto, in §. Iulianus, num. 10. ff. de vulgari. facit quod notat Paulus Paris. in consi. xxij. numero 2. volum. tertio, Bertrandus in consi. clij. secundæ impressionis. Felin. in c. in præsentia, nu. 52. in fine, de probationibus.

Tertiò limita, non procedere, quando isti fratres Minores recipiunt & retinẽt hæreditates nomine Romanæ ecclesiæ, ita tenet Bertran. per quandã bullam Clementis & Sixti Papæ 4. in consil. clxvj. numer. 2. in ij. volu. primæ impressionis. Quę limitatio olim procedebat per text. in dicta Clement. exiui. in §. proinde. ita tenet per illum text. Petr. de Vbaldis in tract. de quarta canonica, episcopali, & parochiali. q. 14. nu. 46.

Quartò limita, quando aliquid recipiunt ab ingredientibus eorum religionem: quia ab eis possunt recipere per modum eleemosynæ, dum tamen quantitas bonorum non sit talis quòd possit præsumi contra eos quòd in fraudẽ fiat, ita probat tex. in dicta Clemen. exiui. in §. cæterùm. quam limitationem intelligo veram & supra d. text. de receptione rerum quæ fit propter necessitatem instantem, vt quia tempore ingressus, monasterium eget pane, vino, ornamentis ecclesię & aliis necessariis: quia illud non repugnat mendicitati: nõ tamen permittit ibi text. quòd annuum reditum possunt super illis bonis recipere, cum hoc repugnet eorum statui, & expressè prohibitum sit in dicta Clemen. & ita illum tex. intelligit Dominicus de sancto Geminia. in d. consi. quadragesimo, nu. 10. P. Duen. re. 381.

¶ FRATRES si plures sint ex eodem patre nati, si vnus per sententiam fuerit pronunciatus ciuis Florentinus, omnes pariter erunt Florentini, talis enim sententia ius facit quo ad omnes. Angel. §. sed ad hæc. auth. liceat matri, & auiæ. Alex. l. sæpe, nu. 51. ff. de re iud. dixi ego super limi. 18. Med. reg. 8.

¶ FRAVS. L. 48. Vlp. lib. 30. ad edict. al. 47. Quidam putant legendum 31. arg. §. sequ. & l. non, pro soc. ex qua ille §. sumptus est.

Consilij non fraudulẽti nulla obligatio est, cæterùm si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit. §. Socij mei socius, meus socius non est.

frumentum, & etiam notarium, qui eum conficit, quamuis notarius fugiat, eius fuga non facit indicium ad torturam contra producentem, quamuis simul accusatum. Quem sequitur Iaso. in lectu. l. admonendi, nume. 89. & in repet. numer. 176. ff. de iureiur. Bernardus de Luco in reg. ccciij. in iiij. sublimitatione. Boerius in decisione ccxv. num. 25. Ripa in repet. l. admonendi, nume. 174. ff. de iureiur.

Limita quartò, quando quis fugit à familia Potestatis, & citatus posteà venit ad potestatem: quia per talē comparationem fuga purgatur: ita tenet Bartol. in l. quis sit fugitiuus, in §. j. per illum text. ff. de ædilitio edicto, & ibi Cæpola nume. 6. & 15. idem Bartolus in l. aut facta, in §. aut tempus. ff. de pœnis. Hanc opinionem sequitur Ias. in l. admonendi, in lectura, numer. 89. & ibi Franc. Curt. numer. 158. Rom. num. 156. Ripa, nu. 168. ff. de iureiur. Blancus in tract. de indiciis, & tortura, numer. 278. Felin. in dicto cap. nullus, numer. 7. de præsumpt. Grammaticus in cōsilio xlij. numero 2. in criminalibus. Bertrandus in consilio lxj. numer. 7. volum. 2. primæ impressionis. Boer. in d. decisio. ccxv. numer. 27. pro qua opin. est tex. in l. cxxx. styli.

Quintò limita, quando quis fugisset ex loco ob aliquam causam rationabilem, scilicet ratione partialitatis, seu inimicitiæ: quia si inculpatur de homicidio: non præsumitur contra eum: quia non est locus ei tutus, facit tex. in ca. accedens, el. j. vt lite non contestata, & ita deciditur per Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. allegat text. in Clem. pastoralis. de re iud. gloss. in cap. statutum, in §. j. de rescript. lib. 6. Felin. in d. cap. nullus, nume. 7. Ias. in l. admonendi. in lectu. num. 89. & in repetit. numer. 169. ff. de iureiur. & ibi Franc. Curt. nu. 157. Romanus num. 56. Petrus de Ptolomæis num. 76. Cato Sacchus num. 55. Marcus Antonius Blancus in tract. de indiciis & tortura, num. 285. Barthol. Socin. in regu. clxiij. in 2. fallētia. Eandem opini. tenet Bertrandus in consi. cxv. num. 32. vol. 2. secundæ impressionis. Dec. in consi. cccx. num. 30. Ioan. de Amic. in consi. 7. num. 12. & in cons. lxxxvj. num. 5.

Sextò limita, nisi iste talis fugit propter sæuitiam iudicis: ita tenet Lucas de Penna in l. si coloni. C. de agricolis, & censitis, libro xj. pro qua opinione facit text. in l. quis sit fugitiuus, in princip. versicu. item ne eum quidem qui à Prætore, cui in disciplinam traditus esset fugisset, & in versic. sicuti ne eum quidem qui in dominum animaduerteret. ff. de ædilitio edicto. & ibi Cæpola num. 6. Ioan. Igneus in l. lege Cornelia. numer. 55. ff. ad Syllanianum. Ioan. de Amicis in consilio 7. numer. 19. facit quod suprà dixi in reg. ccciij. in limit. 3. Paul. Grillandus in tract. de relaxatione carceratorum. in Rubr. de fuga incarcerati, numero 10.

Limita septimò habere locum, quandocunque aliquis fugit ante accusationem, vel inquisitionem contra eam factam: secus tamen est, si fugit post accusationem: nam tunc hæc regula non habet locum, quia cuilibet est licitum redimere sanguinem suum, ita tenet Bart. in l. j. ff. de bonis eorum. nume. 1. vbi dicit, quòd quando aliquis est accusatus de crimine capitali, si fugit, non est præsumptio contra eum. Quod dictum sequitur Felin. in d. cap. nullus, numer. 6. Angel. Aret. in tract. maleficiorum in verbo, quod fama publica. nume. 47. Mathesillanus in sing. cxlvj. Barthol. Socin. in regu. cxliij. in iij. limitatione. & ita expressè dixi suprà in regu. cccvij. in j. limitatione, & vltra ibi allegata hanc opinionem tenet Hippollyt. in practica, in d. §. diligenter, num. 41. & in consi. xlix. num. 37. & in sing. cxix. & cccxcvij. Ias. in lectu. l. admonendi, num. 89. & ibi Franc. Curt. in repet. nu. 160. & 178. Marc. Anton. Blancus in tract. de indiciis & tortura. nu. 281. Io. Corasius in repet. l. admonendi, nume. 79. pro qua opinione est text. in c. si iudex, de pace tenenda, & eius violatoribus. ibi, qui si de sua diffusus sit innocentia, in vsibus feud. & in l. fi. in §. fraudis. ibi metu imminentis accusatoris. ff. de bonis damnatorum. & in authentic. de exhibendis reis, in §. si verò etiam in vers. penes sui accusatorem per fugam factum, collat. v. Montal. in gl. l. xiij. tit. xxix. part. vij. pro qua opinione est text. in l. cxxx. in ll. styli. quæ limitatio latius declaratur in re seq. P. Duen. reg. 390.

¶ Fuga geminata de carcere, operatur vt fideiussoribus relaxetur. glo. l. leg. Cornelia. versi. ex vinculis ff. ad Sillan. vnde qui semel aufugit, si postea reducatur ad carceres, diligentius debet custodiri. glo. in terminis l. si pecuniam. §. si accepit. ff. de condi. indeb. ver. carcere. & gloss. l. sicut certo. §. custodia. ver. est commodatus. ff. commod. Euer. in loco à vi Gemin. num. 3. Medic. reg. 2.

¶ Fuga non probat delictum, l. lege Cornel. ff. ad silla. l. 1. §. sin autem post commissum, C. de raptu virgi. l. raptores, C. de Epis. & Cler.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 8. per Petr. Duen. reg. 389. Fallit in 6. casib. vt per Felin. in c. nullus. de præsum. Mars. in repe. rub. de probat. num. 259. & in praxi criminali, §. diligenter, num. 41.

Fuga in criminalibus facit indicium ad torturam, & sic semiplenè probat. Bar. in l. fin. ff. de quæstio. Bal. in l. voluntatis, C. de fideicomm. Feli. in c. nullus, de præsumptio. num. 3.

Fallit in 6. casib. vt per Pet. Duen. reg. 390. fallit in 5. casibus, vt per Iacob. Ptolemæum in l. admonendi. ff. de iureiurando, num. 194. vbi Fran. de Curte facit regulam contrariam, num. 133.

Fallit in 8. casib. vt per Viuium in ver. Quærit Bart.

Fallit in 6. casib. secundum Fel. in c. nullus, de præsumptio. num. 1. & solam suspitionem facit. Fallit in 3. casibus, vt per Soc. reg. 163. fallit vt per Baptist. à Villa. conclu. 174. in litera F.

Fuga post accusationem non facit indicium ad torturam. Bart. in l. 1. num. 1. ff. de bo. eorum.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 4. à Petro Duen. regula 392. fallit in 3. casibus, vt per Socin. regula 162.

Fuga quæ fit ex carceribus facit fugientem haberi pro confesso, l. in eos, ff. de custo. reorum, & ibi gl. & Bar.

Ampliatur in 4. casibus, & limitatur in 6. à Pet. Duen. regu. 392.

Fugiens fractis carceribus punitur pœna capitis, l. 1. in prin. ff. de effract. l. milites agrum, §. eum tamen, ff. de re milita.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 9. à Pet. Duen. re. 393. & vbi est carceratus iniustè, potest impunè aufugere.

Ampliatur in 4. casib. secundum Lancil. in tract. de off. præto. in tit. de carce. Fallit vt per Viuium in suis concl. in ver. fugiens à carcere.

Fugere quis tenetur, Bart. in l. 1. C. vnde vi.

Fallit in 4. casib. vt per Io. Bolog. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. num. 90. Donat. Fina, lib. 4.

¶ Fuga nō probat delictum. Hanc regulam probat

tex.in l.lege Corne.ff.ad Syllan.& in l.vnic.in §.sin autem post commissum. C. de raptu virginum, in l.raptores.C.de episc.& cleric.in Authentic.de exhibendis reis.Hanc regulam limitat sex modis Fel. in c.nullus,de præsump.à numer.1.vsque ad fi. quas limitationes ponit Hippol.in rep.Rubr. C.de probat.num.259.cum aliis.& in practica criminali,in §. diligenter.num.41.Easdem limitationes posuit Bernard.de Luco in regula ccciij.& quia ibi confusè loquuntur,ideo ex his quæ ibi tradunt,& ex aliis quàpluribus, quæ doctores tradunt in diuersis locis facio sequentes regulas.

Amplia primò,vt non valeat statutum, quòd fuga probet delictum:quia esset cõtra ius commune.vbi habetur quem ex præsumptionibus damnari non posse,vt in l. absentẽ.ff.de pœnis,& in l.1.in §. diuus. & in l.fi.ff.de quæst.& in l. milites.in §.oportet.ff. eodem titu. ita concludit Lud.Rom. vbi pro ista opinione allegat quàm plura fundamenta,in l.lege Cornelia. nu.3.ff. de sicariis. Quam opin. sequitur Ang. Aret.& ibi August.Ariminensis in additionibus in tract. maleficiorum : in verbo. quod fama publica. nume. 47.& 48. Eandem opin. Romani per eadem fundamenta,licet de eo mentionem non faciat , tenet Cato Sacchus in repet.l.admonendi. numer.61. ff.de iur.iuran. Quam ampliationem intelligo verã nisi essent manifesta delicta contra fugientẽ,& qualitas delicti pœnam mortis postularet:quia tunc valet suprà dictum statutum.ita cõcludit Decius post Fel. & alios doctores qui tenent cõtra suprà dictam opinionem Rom.in cap.sicut.nume.56.cum seq.de probatio. vbi pro vtraque parte adducit quàm plura fundamenta.

Amplia secundò, quòd talis fuga purgatur iuramento ipsius fugientis, dicentis ob aliquam fuisse causam. ita voluit expressè Cinus in l.fi.C.de requirend.reis. quem sequitur Corn.in consilio lviij.vol.2.Hippol. in singul.115.& in l.qui falsam.nume.93.ff.de falsis.& in Rubr.C.de probat.numer.121. & in practica criminali,in §.diligenter. numer.43. Nicol. Boerius in decisione ccv.nume.26. Francisc. à Ripa in repetit. l.admonendi,nume.168.ff.de iurciur. Contra quam ampliationem per plura fundamenta tenet Marcus Antonius Blancus in tractatu de indiciis,& tortura. num.283.cum aliis.

Limita primò , non habere locum in officiali notato de barataria, & pendente causa fugit : quia habetur pro confesso. ita probat tex. in l.consiliarios. C.de assessoribus,& domest.quem tex.tenet Fel.in c.nullus.num.2.de præsump. vbi allegat alios doct. Eandem opinionem tenet Hippol.in d.§.diligenter.nu. 45. & in Rubr. de prob. numer.60. Roma.in repet. l.admonendi.num.56.ff.de iureiur.& ibi Franciscus Curtius nume.161. & ibi etiam Petr. de Ptolomæis numer.8.& Ripa,num.73. Cato Sacchus,numer.57. Io.Igneus in l.lege Cornelia.nume.15.ff.ad Syllania. & Rom.vbi suprà in hoc concludit , quòd aut fugit ante finitum officium. & tunc illa fuga hoc inducit, quòd puniatur tanquam committens crimen læsæ maiestatis. ita probat text. in Auth. de administratoribus. in §. si quis autem , aut fugit post finitum officium , & intra quinquaginta dies , per quos debet stare ad syndicatum ex forma iuris communis.l.ij. C.vt omnes iudices tam ciuiles quàm criminales.& in Authentic. vt iudices sine quoquo suffragio.in §. necessitatem. Quod de iure regio hodie correctum est:nam sufficiunt triginta dies.l.vj.titu. xvj.libro 2.ordin.& tunc aut est reductus, licet inuitus ad locum,ex quo fugerat:tunc fuga contra eum nullam facit probationem , sed vt condemnetur, debet legitimè probari.ita probat tex.in Authen.vt iudices sine quoquo suffragio.in §.necessitatem.aut non est reductus ad locum à quo fugit, tunc fuga contra eum tantam facit ptobationem quòd iuramentum illi additum sufficit ad eum condemnandum.vt in Authẽ.de collatoribus.in §.nulli. versic. super hoc, & hanc distinctionem Ludouic. Roma. sequuntur suprà dicti doct.& Ias.in d.l. admonẽdi. num.177. & ibi Caccialupus num. 85. idem Iaso.in lectura dictæ l.admonendi.num.90.

Limita secundò quandocunque fugit effractis carceribus.ita probat gloss.& ibi Bart.per illum text. in l.in eos.ff.de custodia reorum.quem sequitur Felinus in dicto cap.nullus.numer.3.de præsumpt.Hippolytus in pract.in dicto.§.diligenter. nume.46. & in Rubr. C.de probatio.nume.161.Ias.in lectu.l.admonendi num.90.& in repet.num.172.ff.de iureiu. & Rom.numero 57. idem Rom. in l. lege Cornelia. numer.7.ff.ad Syllan. Lanfrancus de Oriano in repetit.dictæ l.admonendi.num.56.& hoc communiter teneri dicit ibi Cato Sacchus numer.57. Paulus Grillandus in tractat.de relaxatione carceratorum. cap.de fuga carcerati:numero 12.quam limitationẽ infrà latiùs explicabimus, in reg.cccxciiij. in prima limitatione.

Tertiò limita,quando famulus fugit à domino,& sibi aliquid erat furatum : nam tunc per fugam præsumitur subtraxisse res domini : ita probat gloss. in Authentic.de exhibendis reis,in §.si verò etiam quidam iurent.& ita expressè diximus suprà in regula cccvij.in princ.& vltra doct. quos ibi allegaui, ita tenet Ias.in lectu.dict.l.admonendi,nume.91.Hippol.in practica,in dicto §.diligenter num.47.Paul. Grillandus in tract. de relaxatione carceratorum. cap.de fuga incarcerati,num.17.Francis. Curtius in repet.l.admonendi,numer.171.Boerius in decisione ccxv.num.29.

Quartò limita,quandocunque cum fuga adesset fama publica.ita probat text.in Authentic.de exhibendis reis,in §.si verò,& in Authentic. de sanctissimis Episcopis.in §. si quis autem. facit quod suprà dixi in regula cccj.in quarta limitatione,& ita tenet Io.de Amicis.in consilio lxxxv. numer. 1. nam tunc fuga facit indicium ad torturam: vt in suprà dicta limitatione dixi.

Quintò fallit in milite fugiente:nam tunc probat delictum.vt in l.j.&2.C.de desertoribus,& l.desertorẽ, & in l.qui cum vno,in §.qui post desertionem.ff.de re milit. ita tenet Oldrad. quẽ sequitur Ioan. And. in additionibus.Speculator.in ti.de præsumpt. in §. præsumitur.versic.violenta,in additione magna.Eãdem opin.tenet Hippol.in repet.rubr.C.de probat. numer.263.& in pract.in §.diligenter, numero 47. Franc.à Ripa in repetition.l.admonendi,num.165. & ibi Francisc.Curt.num.163.Corasius,num.73.ff de iureiurando.

Limita sextò in casibus,in quibus sola suspicio sufficit ad probationem ipsius criminis: vt in l. impuberib. in fi.ff.de suspectis tutor.ita tenet Fel.in d.c.nullus, nu.9.Hippol.in pract.criminali, in §.diligenter,nu. 47.& in repet.rubr.de proba.num.263.Ripa in d.l. admonendi.num.167.

Septimò fallit quoad tollendam incertitudinem & dubitationem, quando dubitatur quis commiserit delictum.

delictum: ita cõcludit Hippol. in d. repet. rub. num. 264. C. de probat. & in pract. in d. §. diligẽter, num. 1047. allegat Bald. in l. volũtatis. num. 11. ff. de fideicommissis. qui hoc tenet.

Octauò limita non habere locum in mercatoribus fallitis, seu cambiis cessantibus soluere, & fugitiuis: nã ipsi habentur pro confessis ex sola fuga, & possunt torqueri, vt indicent pecunias eis datas vel depositas, quas habere denegant: & illas perdidisse, & sub tractas per institores esse dicunt: ita tenet Paris de Puteo in tract. syndicatus. cap. an in causa pecuniaria & ciuili, numero 2. quem sequitur Hippol. in l. diuus, numer. 5. ff. de quæst. & in d. prac. in §. expedita, nume. 62. Francisc. Purpuratus in l. singularia, nu. 94. ff. si cert. petat. Boerius, in dicta decis. ccxv. nu. 5.

Et isti mercatores non habent beneficium immunitatis ecclesiasticæ. argu. text. in Authentic. de mandatis principum, in §. publicorum verò tributorum. ibi, quoniam fiscalium ratio, & militibus, & priuatis, ipsisque templis, & cunctis reipublicæ vtilis est necessaria, & in l. penè. C. de exactoribus tributorum, libro x. & ita expressè tenet Nicol. Boer. in d. deci. ccxv. num. 7. quem sequitur Remigius de Gõny in tract. de immunitate ecclesiarum: fallentia xxxviij. De iure regio probatur in pragm. lxxx. in antiquis, vbi etiam ponitur pœna qua puniri debent, & in l. viij. titu. viij. libro v. ordin. & non solùm quandocunque iste talis absentasset personam, verum etiam quando bona celasset, debet puniri eadem pœna contenta in suprà dictis ll. vt in pragma. xxiiij. de Madrid, anni 1528. Contra quos fuit etiam dispositum in pragmat. cxj. Segouianis, Anni 1532. quòd debeant puniri etiam si sint nobiles. Quæ leges regni confirmantur per pragmat. cxxj. de Valla dolid, Anni 1537. P. Duen. reg. 209.

¶ Fuga non probat delictum, probat text. in l. leg. Cornelia. ff. ad Syllania. & l. vnic. §. sinautem post commissum. C. de raptu virginum. & §. suscepto. in authentico. de exhibendis reis, & in l. raptores. C. de episc. & cleric.

Limita istam conclusionem sex modis, vt per Felin. in cap. nullus. de præsumpt. quos scripsit Hippol. in repetit. rubr. C. de probat.

Primò limita istam conclusionem in officiali notato de Barataria, fugiente pendente causa, quia talis habetur pro confesso, per text. in l. consiliarios. C. de assessor. Hypp. vbi suprà. & vide eundem Hippolyt. in sua practica criminali, §. diligenter. versic. vnus casus est. Adde Ias. in l. admonendi. ff. de iureiurand. in lectura, qui post Salic. & Roma. ibi dicit, quòd ille text. hoc non probat, quia non dicit, quòd facit probationem fuga contra ipsum officialem fugientem, sed contra eum qui illum subtraxit, & fecit fugere: & ita constat apertè cuilibet consideranti legem illam.

Secũdò fallit, in eo qui aufugit fractis carceribus, quia habetur pro confesso. Et pro ista secunda fallentia, cùm tribus sublimitationibus sequent. vide Hippolyt. in dicto §. diligenter.

Sublimita secundum eos quintupliciter. Primò, quia non habet locum ista limitatio, vbi quis fugit de carcere aperto.

Secundò, vbi fugeret non de carcere, sed de Palatio Prætoris.

Tertiò sublimita, nisi ille esset incarceratus pro generali inquisitione: & limitatio procedit in incarcerato pro speciali. Ita Felinus, & Hippolytus, vbi suprà. Adde pro primis duabus sublimitationibus Iason. in dicta l. admonendi. qui secundam sublimitationem latiùs describit, videlicet quòd procedit etiamsi dictum Palatium Prætoris, vel vna camera palatij esset pro carcere assignata: qui refert Baldũ, Albericum, & Ludouicum.

Quartò sublimita, nisi post fugam quis denuo esset incarceratus, licet inuitus: quia tunc fuga prior nõ sufficit ad cõdemnationem. Ita tenet Ias. vbi suprà, allegando Bald. in dicta l. raptores.

Quintò sublimita, nisi carcer esset fractus per tertiam personam, non data opera incarceratorũ: quia tunc eadem esset ratio, quæ in ostio aperto. Ita tenet Lanfranc. in l. fugitiui. C. de ser. fugiti. quem refert Socinus in regula clxxij. in vlti. fallentia, vbi etiam primam & secundam sublimitationem sequitur: & sic habes hanc falentiam quinque restrictionibus ornatam, quas nullibi sic simul reperies.

Tertiò fallit principalis regula, quando famulus fugit, & reperiuntur amissæ aliquæ res domini: quia ex hoc videtur quòd famulus illas subtraxerit. Allegant gloss. not. in authent. de exhib. reis. §. si verò. in verbo, factum. Adde, quòd illam gloss. commendauit vltra eos Ias. in dicta lege admonendi. vbi refert Angelum, & Ioannem Andræam illam commendantes. Idem Hippolytus in dicta repetitione, vbi refert Angelum de Aretio. Et vide eundem Hippolytum, qui idem tenet in dicto §. diligenter.

Quintò fallit, quantum ad faciendum indicium ad torturam. Sublimita hoc multipliciter secundum Felinum, vbi suprá.

Primò, si fugit postquàm est accusatus, vel inquisitus, vel post talem inquisitionem stat occultus: quia tũc non facit contra eum iudicium: & vide Hippol. in d. §. diligenter. qui facit in hoc bonam considerationem, ex qua videtur quòd nunquam fuga faciat indicium ad torturam.

Secundò, quando quis fugit de manibus familiæ, & posteà citatus comparet: quia per talem comparitionem fuga purgatur, & non facit contra eum indicium.

Tertiò, vbi quis fugit ratione partialitatis, vel inimicitiæ: hæc verba sunt Felini. Adde Ias. in dicta l. admonendi. qui hanc quartam fallentiam pro principali regula ponit, & prædictas sublimitationes ei assignat pro limitationibus, quem vide, quia latiùs allegat pro ipsa regula quàm Felin. & tertiam limitationem suprà scriptam generalius descripsit, videlicet quando quis fugit ex probabili vel rationabili causa: & ponit exemplum prædictum de habẽte partialitates, & refert illud optimum in scholaribus.

Quartò sublimita secun. Ias. ibi, quòd facit indicium contra eum qui fugit, non contra consocios de eodem delicto inculpatos: pro quo refert Io. And. & exemplũ eiusdẽ satis no. & vide Soc. in reg. clxxiij. q. incip. fuga sola, vbi dictas primas sublimitationes tres scribit, quarum primam in iij. suarum declarat, quia alio ordine eas congessit, licet regula cui eas ipse assignauit, ab hac nostra fallentia aliqualiter differat. quia ipse ponit quòd fuga facit suspicionem, & sublimitat dictis primis tribus modis: nos autem dicimus quòd facit indicium ad torturam, vnde credo quòd declaratio data per eum ad primam ex

mam ex suprà scriptis limitationibus, in terminis nostræ fallentiæ non procederet.

Quintò fallit principalis regula, quando lex punit fugam ipsam tanquam specificum delictum, non autem tanquam signum delicti: putà militem fugientem, vel monachum fugitiuum. Ita Felin. Et Hippolyt. vbi suprà, & idem Hippolytus. Sed ista restrictio (pace eorum dixerim) impertinentissima est, quia tunc fuga est ipsum delictum, non autem probatio delicti, & sic non restringit hoc propriè regulam.

Sextò fallit, quando agitur de probãdo crimine solius suspicioni, videlicet, an aliquis sit suspectus, vel nõ, vt ex ista suspitione sequatur aliquis effectus, quia probata fuga, statim est probata suspicio. Doct. iidẽ vbi suprà: quod commendat Felin.

Amplia omnes suprà scriptos casus fallentiales procedere, non solum in fugiente in actu, sed etiam si adessent aliqua signa euidentia, quòd vult fugere, & iam se præparasset ad fugam. Ita tenet Hippolyt. in d. repet. motus per aliqua vrgentia, & maximè ex eo quod notat Bald. in l. pignoris, de pignor. actio. C. vbi vult, quòd illud quod operatur fuga in actu, operetur in promptu. & tenet etiam idem Hippo. in dicto §. deligenter.

Septimò aduerte, an possit limitari hæc regula non procedere de iure nostri regni, per l. ix. titu. xj. libr. iij. ordin. regalibus. in finalibus verbis. vbi loquendo de capto pro crimine qui fugit dicit: y el huydo vaya por hechor, y quando quier que le hallaren, hagan iustitia del. B. Dias reg. 208.

¶ Fvga post accusationem non facit indiciũ ad torturam. Hanc regulam ponit Bar. in l. j. nu. 1. ff. de bonis eorum. quod expressè, & plenè comprobaui in præcedenti regula, in finali limitatione.

Amplia primò, habere locum etiam si post libellum, vel accusationem, seu inquisitionem comminatam licet nondum factam, fugisset: quia tum iustus fuisset timor fugiendi, & iustè debuit timere comminationem, per text. in l. miles, in §. socer. ff. de adulteriis. ibi, sed accusatione parente, & probationibus insistente ac imminente, & ita expressè per illum text. tenet Ludouic. Romanus in l. lege Cornelia, nume. 2. ff. ad Syllan. & ibi Ioan. Igneus. nume. 15. facit etiã text. in l. edicto, in §. stat. ff. de iure fisc. Hãc opinionem sequitur Angel. Aret. in tract. maleficiorum, in verb. quod fama publica. numero 46. Decius in consilio cccxxxiiij. nume. 3. Ioan. de Amicis in consi. cxxxi. num. 3. Corasius in l. admonendi, nu. 89. & ibi Fran. Cur. nume. 160. Petrus de Ptolomæis num. 80. Cato Sacchus nume. 58. Marcus Ant. doct. suprà allegati in reg. cccxc. in vi. limit.

Limita primò, quando alia indicia, seu suspiciones laborarent contra fugientem: quia tunc etiam fuga facta post accusationem, facit contra eum maximũ indicium, & suspitionem. arg. tex. in l. fin. C. qui numero tutelarum se excusant, & ita expressè per illũ tex. tenet Roma. in d. l. lege Corn. in fin. Eandem opin. tenet Socin. in regu. clxii. in ii. limit. Io. de Amicis in cons. xxxvii. num. 7. Corasius in d. l. admonendi. numero 79. & ibi petrus de Ptolomæis, numero 77. Franciscus Curtius in dicto nu. 160. Io. Igneus in d. lege Cornelia. num. 13. in fin.

Limita secundò, quandocunque delictum erat capitale, ex quo aut debebat occidi, aut membris mutilari: secùs, si esset imponenda pœna pecuniaria, ita expressè sentit Bart. in d. l. i. ff. de bonis eorum. & docto, suprà allegati. & ita expressè tenet Soc. in dicta regula cxciij. in tertia limitatione, Ioan. de Amicis in consilio vij. nume. 11. & in consilio lxxxvj. numero 4.

Tertiò limita, nisi post accusationem de eo institutã, fractis carceribus fugiat: quia tunc contra eum vt de crimine confessum proceditur, vt notatur in l. in eos. & in l. fin. ff. de custodia reorum. & ita expressè tenet Socin. in regul. clxij. in iij. limitatione Philip. Decius in consi. ccxxxiij. num. iij. Petrus de Ptolomæis in repet. l. admonendi. num. 77.

Quartò limita, nisi post accusationem quis esset relaxatus à carcere sub fideiussoribus, & pendente accusatione, fugisset: nam tunc talis fuga etiam post accusationem facit eum haberi pro confesso. ita probat text. in l. iij. in fin. titu. viij. libr. ij. fori. & in l. ix. titu. xj. lib. 3. ordin. P. Duen. re. 39.

¶ Fvga post accusationem suspicionem non facit, tenet Bald. in l. j. ff. de reb. eo.

Primò fallit, nisi quis coram iudice fuisset minatus de accusando, licet adhuc non accusauerit: quia tunc videtur quòd fuga secuta faciat suspicionem, propter quod ex hoc resultat in multis casibus idem effectus, qui resultaret ex libello accusatorio: vt est textus qui non est alibi, in l. miles. in §. socer. de adulter.

Secundò fallit, nisi aliàs frustrà suspicione laboraret contra fugientem post accusationẽ. rem enim maximam inducit suspicio, argumento eius quod dicitur in l. fin. qui. mo. tu. &c.

Tertiò fallit nisi post accusationem accusatus fugiat de carceribus: quia tunc contra eum proceditur tanquam contra confessum de crimine: vt est text. in l. eos. in fi. ff. de cust. re. & ibi est gloss. not. rectè intellecta, quæ ad hoc semper allegatur. quando ergo accusatus est captus & fugit, non habet locum dictum Bart. cum statim possit condemnari tanquam confessus, quod intellige si fugerit de carcere clauso: secùs, si de aperto, vt de sala palatij, vbi iudex præcepit eum stare: quo casu si incarceratus fugiat ostio dimisso aperto per negligentiam custodum: tunc fugiens non habetur in cõfesso: ita sing. tenet Bald. in l. succurritur. ff. de ex qui. cau. ma. quod est sing. & fuit dictum originale Guliel. de Cu. de quo facit magnum festum Ludo. de Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. item intellige, nisi carcer fuisset fractus per tertiam personam, non data opera incarceratorum: quia tunc eadem est ratio, quæ est in ostio dimisso aperto. ita tenet domi. Lanfran. de Oria. in l. fugitiui. C. de ser. fug. quæ bene nota. & adde gloss. not. in §. si verò quidam. in fin. in authẽti. de exhib. reis. quæ vult quòd familiaris de familia tua fugiẽs, videtur surripuisse res de domo, si non reperiantur & probantur primò fuisse. B. Socin. reg. 206.

¶ Fvga regulariter non probat delictum, vt est text. in l. lex Cornelia. vbi Bart. ff. ad Sillania. l. vnic. §. sin autem post. C. de rapt. virgi.

Fallit in officiali notato de barrataria, & pẽdente causa, fugit. l. consiliarios: & ibi Bar. C. de assess. & dom.

Fallit in fugiente, fractis carceribus. Bart. post gloss. in l. eos. per illum text. C. de custo. reor.

Fallit, quando famulus fugit, & reperirentur amissæ aliquæ res domini: quia præsumitur famulum subtraxisse, secundùm glo. in verbo factum. in §. si verò. el 3. in Authen. de exhibendis reis.

Fallit,

Fallit, quo ad faciendum indicium ad torturam secundum Bar. in l. fin. ff. de quæs. & de hac fal. Soc. regulam fecit vt in regula cliij.

Fallit, quando ipsa lex punit ipsam fugam tanquã specificum delictum, non autem tanquam signum delicti vt militem fugiẽtem. l. desertores. C. de deserto. l. desertorem, de re mili. lib. xij.

Fallit, quando agitur de probando ortum tantùm ipsius suspicionis. l. 1. & l. impuberib. §. fin. de suspec. tuto. ex Felin. in capit. nullus cum. de præsump. S. Ianu. reg. 116.

¶Fuga sola suspicionem facit, vt tenet Bart. in l. admonendi. de iureiur. licet ibi gloss. dicere videatur quod semiplenam probationem faciat.

Primò fallit, nisi quis timore familię rectoris fugiat, & posteà citatus à iudice compareat: tunc enim purgatur omnis suspicio, vt est text. in l. quis sit fugitiuus §. 1. ff. de ædil. ædic.

Secundò fallit, nisi aliqua causa excuset fugientem, puta tenet partialitatem in ciuitate, vel quid aliud. dicta l. quis sit fugitiuus. ff. apud Labeo.

Tertiò limita dictum Bart. quòd fuga facit indicium, vt dicitur in dicta l. admonendi. & clarius in l. lege Cornelia. ff. ad Syllan. videlicet, quando fugit ante accusationem de se factam: secus si post, quia tunc licuit sibi sanguinem suum redimere, per d. l. j. in fin. de bo. eo. vbi Bart. ita tenet per illum text. quod intelligo quando delictum erat capitale, ex quo aut debebat occidi, aut membris militari: secus si esset imponenda pœna pecuniaria, &c. quod dic vt not. in dicta l. admon. adde tamen quod in casu speciali fuga plenè probat: vt in l. consiliarios. C. de acces. B. Socin. reg. 207.

¶Fundare, & constituere ecclesiam pro iure patronatus acquirendo non sufficit, sed requiritur eius perfectio. Hãc regulam ponit Paulus de Citadinis, vbi adducit quamplura pro ea, in tracta. iuris patronat. in 3. parte, quæstio. xiiij. num. 22. eandem regulam ponit Lambertinus in tractatu, de iure patronatus, in j. parte primi libri. articuli ij. quæst. 4. principal. numero 1. cum aliis.

Hanc regulam ampliat duodecim modis, & limitat quatuor modis idem Lambertinus in dicto tracta. iuris patronatus, in prima parte primi libri, in xiiij. articu. iiij. quæstio. principal. numero 2. vsque ad fi. P. Duen. reg. 394.

¶Fundus datus filiæ spuriæ in dotem vel pro alimẽtis, post eius mortem reuertitur ad patrem vel ad hæredes eius. Hanc regulam ponit Bald. in l. cam quam, numer. 41. C. fideicommissis. vbi dicit, quòd legatum factum filiæ spuriæ pro alimentis, nõ transit ad hæredes spuriæ: quia non ratione proprietatis, in qua non valet legatum, nec ratione alimentorum, quia cum vita extinguuntur: vt in l. cùm ij. §. si vni. ff. de transact. & in l. dominus, in §. fin. ff. de vsufruct. Quam opinionem sequitur Dec. in consilio cccxj. numero 4. vbi dicit quòd pro ista conclusione est text. in l. j. & ibi Bart. C. de natura libe. eãdem opinionem sentit idem Bal. in d. §. si vni. & in repe. l. fi. ff. de his quibus, vt indig. quẽ sequitur Caecialupus in repe. l. si qua illustris. numero 91. C. ad Orficia. Pala. Ruuios in repet. c. per vestras §. xxiiij. incipienti, in constituenda tamen dote. vbi plura pro hoc adducit in num. 4. cum aliis.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bermondus in tract. de publicis concubinariis. à numero 60. vsq. ad numerum 62. quas limitationes ante eum declarando suprà dictam regulam posuit Pala. Ruuios vbi suprà.

Et ibi Pala. Ruuios addit quintam limitationem scilicet, quòd non procedat de iure regio: quia cùm hodie sit taxatum quòd parentes possunt relinquere filiis spuriis quintam partem bonorum, vt in l. ix. & x. Tauri: ipsi filij spurij tam in vita quàm in morte possunt ad libitum disponere, etiam quantum ad proprietatem, ita tenet Pala. Ruuios vbi suprà, numero 10. docto. in dicta l. ix. & x. Tauri. Rodericus Xuarez in lectura l. j. titu. vj. libro iij. fori, & ita expresse dixi in regul. ccclxvij. in iij. ampliatione in fine. P. Duen. reg. 396.

¶Fundi parte apprehensa, cẽsetur possessio totius fundi apprehensa. Hanc regulam probat text. in l. possideri. ff. de acquiren. possessio. & in l. vulgaris quæstio. ff. de furtis. & rationem huius regulæ ponit Socin. ibi nu. 37.

Hanc regulam ampliat quatuor modis, & limitat vno modo Vdalricus Zasius in d. l. possideri. num. 20. P. Duen. re. 396.

¶Funeraria actio in multis priuilegiata est. Ratio est propter vtilitatem publicam, ne sine sepultura cadauera iaceãt: vt in l. sunt personæ, & in l. nec corpora. ff. de religiosis & sumptibus funerũ, quia expedit reipublicæ non minus mortuos humari, quàm viuentes conseruari, ita tenet Bald. in l. fi. C. de nego. gestis. & ob id si hæredes nolint expensas pro funere præstare, iudex per modum prouisionis solet eos condemnare, salua repetitione si opus sit. Quæ repetitio fieri poterit actione funeraria: vt in l. si quis sepulcrum, & in l. at si quis in §. hæc actio. ff. de relig. & sumpt. fune. & quæ requirantur antea quàm hæc actio funeraria competat, ponit Spec. in rubri. de sepulturis, & ibi Ioan. And. in additionibus ad eum tradit octo requisita in versicu. porrò, in numero 13. quæ habuit à Rofredo in tract. libellorum, in iij. parte, in rub. de actione in factum funeraria. in versi. quia multóties. nu. 1. & quia ibi satis obscurè procedunt Petrus Rebuffus in gloss. ad constitutiones Regias Galliæ. in j. parte, in tract. de sententiis præiudicialibus, nu. 43. ponit suprà dicta requisita.

Et primò requiritur, quòd aliquis sit mortuus: quia viuens non sepelitur, vt in capit. fraternitatem, de sepulturis.

Secundò, quòd sumptus fiant in funus mortui: nam si ad aliam causam fierent, hæc actio nõ competeret, vt in l. at si quis. in §. hæc actio. & in l. si quis sepulcrum. ff. de religio. & sumpti. funerum.

Tertiò, quòd sumptus facti sint animo recuperandi, vt in d. l. si quis sepulcrum. in §. prætor. nam si quis pietatis causa faceret, non repeteret, vt in dicta l. at si quis. in §. interdum. eodẽ titu. l. xij. titu. xiij. parti. prima, & in dubio non præsumitur factum causa donationis, vt in l. cùm de indebito ff. de probationibus. nisi aliud suaderet persona & causa, vt in l. quod in vxorem ff. C. de negotiis gestis.

Quartò, quòd funerales sumptus fiant pro qualitate personæ, & dignitate eius, qui funeratus est, & pro modo facultatum, d. l. at si quis. in §. hæc actio. in versicu. æquum autem, per quem textum Alexand. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebellianum. dicit, quòd maior pompa funeris debet esse in nobili quàm in ignobili, quem sequitur Bonus de Curtiii in tractatu, de nobilitate, in quinta parte, numero 82. & ideò si quis fecerit impensam funeris

neris tam modicam quę potiùs in contumeliam cedat mortuo quàm honorem, non potest illam repetere. vt in l. at si quis. in §. iudex. & ibi Ludouicus Bologninus in secundis interpretationibus. ff. de religio. & sumptibus funerum. & ita expressè tenet Vincentius de Herculanis in l. j. in §. de impensa. in versicu. dicit tamen Imola hic. ff. ad legem falcidiam, quod dicit esse notandum contra auaros Petrus Rebuffus vbi suprà, numero quinquagesimosecundo.

Quintò, quòd habeatur ratio temporis: plus enim expenditur in hyeme quàm in ęstate, vt in dicto §. hęc actio. versi. ęquum autem, & ibi gloss. expressè tenet in verbo, ex tempore, & ita tenet Rofredus vbi suprà.

Sextò, requiritur, quòd alia actionem competat: quia si fuerit promissa impensa funeris reddi per stipulationem, hac non ageretur, vt in d. l. at si quis. in §. si quis dum. & in §. Labeo. & ibi gl. hoc dicit. ff. de religio. & sumpti. fune.

Septimò, requiritur quòd fiat protestatio, maximè à consanguineis, quòd animo repetendi tales sumptus faciunt, vt in d. l. at si quis. in §. sed interdum. in versi. oportebit igitur. & in §. sequenti. & in l. quod in vxorem. C. de nego. gestis.

Octauò, hæc actio datur contra hæredem, bonorúmve possessorem, cæterósque successores, vt in d. l. at si quis. in §. datur autem hæc actio. quod est §. fin. ff. de relig. & sumptibus funer. & ita per illum text. ponit Io. Hannibal. in repet. rub. ff. soluto matrim. numer. 426. & 427.

An autem hæc actio detur contra successores in beneficiis. Panormitanus in disputatione sua incipiente, Sempronius clericus, quem sequitur Philippus Decius in consilio clvij. incipiente, quæritur de expensis funeralium, vbi concludit, quòd consanguinei qui succedunt clerico in suis bonis, tenentur ad funeris impensas: secus si nihil habeat: qui tunc successor in beneficio tenebitur ad illas, secundum eũdem Abbatem in capitu. ex præsentium. & ibi Barbat. & alij docto. de pigno. hæc tamen actio non datur contra illum qui non succedit defuncto ex sua dispositione sed alterius: argumen. text. in lege, cohæredi. in §. cùm filiæ. ff. de vulgari. ita consuluit Stephanus Bertrandus in consilio cccix. numero 2. libro primo primæ impressionis: nisi in subsidio, vt suprà de beneficiato dixi, secundum Rebuffum vbi suprà, num. 57.

His sic præhabitis, hęc actio in multis est priuilegiata.

Et primò, quia interdicta est appellatio in ea, ne cadauer sepeliatur. l. finali. ff. de appellatio. recipien. in cap. ex parte. el. 1. & ibi gloss. in verbo, post appellationem de sepult. Specul. in tit. de appellationibus. in §. in quibus. versicu. viij. de iure regio probatur in l. viij. titu. xv. lib. secundo fori, & in l. xj. titu. xlj. lib. tertio ordina. & in l. xiij. titu. ix. parti. vij. & in l. xv. titu. xiij. part. prim. & in l. v. titu. xviij. libro iij. fori. Quod etiam procedit, etiam si contra defunctum pro debito habetur instrumentum guarentigium, secundum Felinũ in c. sicut Iudæi, de Iudæis. in versi. item nota. Rodericus Xuarez in repet. l. post rem iudicatam. in v. extensione. ff. de re iudi. Didacus del Castillo in l. xxx. Tauri. nume. 15. versi. extra nota. Gulielmus Benedictus in repe. capit. Rainutius. in verbo, mortuo itaque testatore. el j. nume. 56. de testamen.

Licet contrarium teneat Ange. in authentic. vt defuncti, seu funera eorum non iniurientur à creditoribus. in principio. numero 1. in versicu. nota hîc casum. vbi tenet, quòd quandocunque debitor obligatus est vigore instrumenti guarentigij, potest impediri à creditore ne cadauer eius sepeliatur. Quem sequitur in hoc D. de Segura in repet. l. si ex legati causa. num. 73. de verbo. obli.

Secundò, quia nuntiatio noui operis non habet locum contra facientem fossam vt mortuus sepeliatur. argumen. text. in l. de pupillo. in §. si quis riuos. ff. de noui operis nuntia. & ita per illum text. tenet Fran. à Ripa in trac. de peste, c. de præseruatiuis remediis contra pestem. nu. 138. versi. & hac ratione attenta. & ibi in nu. 70.

Tertiò, qui funus ducit, non potest in ius vocari, vt in l. ij. ff. de in ius vocā. nec ante nouem dies, vel quadraginta pro more regionum, vt in can. quia alij 13. quæst. 2. & in authent. sed nec ante nouem dies C. de sepulchro violato. Sed de iure nostro Regio vsque ad nouem dies non possunt hęredes conueniri, vt in l. v. tit. xiij. par. j. & in l. 13. titu. 9. part. septima. & ita tenet Iacobin. de sancto Georgio post Bal. in l. interdum. num. 8. ff. de iudic.

Quartò, si quis funere domestico impeditus nõ venit ad iudicium, debet ei exceptio dari, vt in l. sed & si quis. §. prætereà. ff. si quis cautio.

Quintò, qui exequias prohibet excommunicando infirmum, aut alio modo, priuatur suo debito, & aliàs punitur, vt in authentic. item qui domum. C. de sepulchro violato, ita tenet Ripa in capitu. cùm M. Ferrariensis. numero 147. de constitutio. probatur etiam per text. in authent. vt defunctus seu funera. in §. sancimus. el primo. & in §. si verò. collatione quinta.

Sextò, competit hæc actio funeraria contra hæredem prohibentem expensas fieri, licet regulariter aliæ nõ competant. l. at si quis. in §. item Labeo. ff. de religio. & sumptibus funerum. quem text. ad hoc dixit esse notab. Ludoui. Roma. in consi. cccexxviij. numer. 10. Ripa in tract. de peste, in rub. de remediis præseruatiuis contra pestem, numero 132. Corsetus in singula. incipiente, Expensa. el 1. vbi scribit quinque casus in quibus impensa contra voluntatem facta repetitur, quod est verum quando expendisset iuxta patriæ consuetudinem in causis piis: secùs, si in conuiuiis, vel in aliis rebus non necessariis, vt notant doct. in l. quod in vxorē. C. de negotiis gestis.

Septimò, creditor funeris præfertur omnibus aliis creditoribus licet sit posterior. l. impensa funeris. ff. de religio. & sumptibus funerum, & sic præfertur doti, & expressis hypotecis, vt est gloss. in dicta l. impensa. Barto. & alij docto. in l. j. ff. solu. mat. Negusantius de pignoribus. in ij membro quintæ partis principalis, numero 28. fallen. xiij. & hoc propter vtilitatē publicam, vt in l. 2. ff. de priuil. credito. & ita tenet Ripa de peste, c. de reme. præseru. contr. pest. nu. 133. Chassa. in consu. Burg. in ti. Des mains mortes. rub. 9. §. xv. ver. licet hîc nihil dicatur. De iure Regio probatur in l. xij. titu. xiij. parti. 1. & in l. ix. titu. iij. parti. v. & in l. xxx. tit. xiij. ea part. & in l. ij. titu. xj. par. 6. Et licet exceptio inuentarij non confecti impediat litem contestari. l. fin. in §. donec. C. de iure delib. vt dixi suprà in regu. cclxvij. hoc non habet locum quoties petitur aliquid ab hærede pro impensa funeris, vt dixi in suprà dicta regula, in 3. limitatione.

Octauò hæc actio datur marito contra hæredes vxoris, vel contra illos ad quos dos reuertitur soluto matrimo-

matrimonio, vt in l. in eum, & in l. sed si nondum. ff. de religio. & sumpti. funerum, etiam si maritus promisisset totam & integram dotem reddere, adhuc poterit retinere ex dote impensas funeris, ita tenet Ludouicus Romanus & Angel. in l. qui bona. in §. qui parietem. ff. de damno infect. quos sequitur Frãciscus Curtius senior in consilio xiij. incipiente, statuto Ianuæ cauetur: numero 26. facit quod notat Bald. in l. fina. ff. ad legem Falcidiam. Hanc opinionem tenet Ripa in tracta. de peste, capitu. de remediis præseruatiuis contra pestem. numero 135. & sic maritus de suo nõ tenetur vxorem funerari nisi lucretur dotem, vt in dicta l. in eum, & notant docto. in l. quod in vxorem. ff. de negotiis gestis, & idem quando lucratus est portionem dotis, pro portione tenetur: vt in l. Celsus. cum l. sequenti, ff. de religiosis & sumptibus funerum. ita tenet Guido Pap. in consilio cxxvij. num. 1.

Sed si mulier nihil habet, maritus tenetur eam sepelire: & ita eodem modo econuersò, si maritus nihil habet, tenetur mulier eum sepelire, cùm causa funeraria sit pia, commiseratione plena: nec honestas coniugalis id ferre potest, cùm sit alterius iniuria, vt alter eorum insepultus iaceat, facit etiam tex. in l. quod si nulla. ff. de religiosis & sumptibus funerum, & ita tenet Ludouicus Romanus in consilio dxvij. numero 2. quem sequitur Chassanæus in consuetudi. Burgund. in titu. Des droitz. rub. 4. §. 9. numero 4. Ioan. Bassianus in gloss. ad consuetud. Aluerniæ, capitu. 13. articulo xliiij. Ioan. Paponis in gloss. ad consuetud. Borboniæ. §. cclj. in fin. Vdalricus Zasius in Summa. ff. de religiosis, & sumptibus funerum. num. 8.

Nonò, qui per vim cadauer rapuit, & sic impediuit quominus sepeliretur, tenetur pœna legis de vi publica, vt in lege, qui cœtu. ff. ad legem Iuliam: de vi publica, cuius pœna est deportatio: vt in lege, qui dolo. in §. finali, eod. titulo, & bonorum confiscatio, vt in §. penultimo. Institutionibus de publicis iudiciis, & ad hæc tenetur pœna sepulchri violati, cuius pœna describitur in l. si quis sepulchrum. C. de sepul. viol. imò si sacerdos parochialis corpus eius qui alibi elegit sepulturam violenter rapuerit, & funus spoliauerit, tenetur restituere totum quod accepit, & perdit quartam canonicã, ita tenet Hosti. in cap. cùm liberum. de sepulturis, quem sequitur Ioan. Samson in gloss. ad consuetudi. Turonenses, in rubri. de succes. articu. xj. Petrus Rebuffus in gloss. ad constitutiones Regias Galliæ, in prima parte, in tractat. de sententiis, numero 67.

Decimò, expensas funeris non tenetur hæres scribere in inuentario, sed probat eas per testes, vel proprio iuramento, vt in l. fina. in §. in computatione. C. de iure deliberan. de iure Regio probatur in l. viij. tit. vj. part. vj.

Et circa hanc Regulam vltra docto. in suprà dictis locis vide Chassanæum in Catologo gloriæ mundi, in secunda parte, consideratione quinta & sexta. Et est notandum quòd hodie de iure regio expensæ funerum detrahũtur de quinta parte bonorũ, nõ de corpore hereditatis: vt in l. xxx. Tauri. P. Duen. reg. 397.

¶Fvriosvs Et infans Obsides iure accipi possunt.
ff. de iur. fisc. l. diuus.
ff. de testam. l. obsides.
ff. quib. ex caus. maio. l. nec no.
ff. de arb. diem. l. si quis lib.
ff. ad l. Aquil. l. sed etsi.
ff. loca. l. qui certum.
ff. de vsur. l. cùm quidam. §. si pupil.
ff. de acquir. poss. l. 1. §. certum.
ff. de iniur. l. sed etsi. §. filiusfam. Azo, rub. 48.

Obsides, &c.) Hæc est nota. Azo, rub. 84.

Et furiosus & infans loco nullius habentur.

Imo alicuius, quia contradicentis & inuiti.
ff. de procur. l. 2.
ff. de seruit. rust. præd. l. etiam in fundo.
ff. vt in poss. leg. l. 1. §. impera.
ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. Fulcinus.

Et furiosus, &c. & contrà.) Pro nullis isti habentur, vt consentiãt in suum præiudicium circa ea in quibus est voluntas necessaria: vt in hac Rubric. imò in illis videtur inuiti: vt in contraria Rubric. & ita sibi consonant: in illis verò, in quibus tacita sufficit voluntas, aliud est. vt ff. solut matr. l. secunda. §. vltim. Azo, rub. 84.

¶Fvriosvs. l. furiosus. l. 41. furiosi. l. in negociis. 5. l. 167. §. furiosus absentis. De reg. iu.

Punitur satis ipso furore furiosus de par. l. pen.

Qui furire cœpit, & statum & dignitatem in qua fuit, & magistratum & potestatem videtur retinere, sicut rei suæ dominium retinet. ff. l. 20. De statu. ho.

Furor & & infantia excusant. de off. præs. l. Diuus. Ad leg. Cornel. de sic. l. infans. Ad leg. Pom. de par. l. pen. §. sanè.

Si à furioso cùm eum compotem, mẽtis esse putarem pecuniam quasi mutuam acceperim, eáque in rem meam versa fuerit, condictio furioso acquiritur. Nã ex quibus causis ignorantibus nobis actiones acquiruntur: ex iisdem etiam furiosi nomine incipit agi posse. & Pomp. lib. singulari Reg. de ac. & ob. l. 24. lib. 10. ex Plautio, Si cert. pet. l. 12.

Non potest desinere animo possidere furiosus. Procul. de ac. pos. l. si is. §. futurum. vide Seruus. Riisvvi.

¶Fvriosvs non potest facere testamentum. Hanc regulam probat text. in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt, & in §. item furiosi. Institutio. quibus non est permissum facere testamen. & in l. filius familiàs. in §. Marcellus. ff. de testamen. de iure regio probatur in l. xiij. titu. primo, parti. vj. circa quã regulam vide Roderic. Xuarez in allegatio. j.

Hanc regulam cum duabus ampliationibus, & quatuor limitationibus ponit Iaso. in dicta l. furiosum. numero 1. cum aliis. Hanc regulam in hac prima parte latissimè intendebam examinare: sed quia pendet in casu proprio, relinquo eam examinandam in principio secundæ partis huius operis. P. Duen. reg. 400.

Fvriosvs testari non potest. text. in §. item furiosi. Institu. quibus non permiss. facere testamen. & in lege furiosum. C. qui testamen. facere poss. & in l. filiusfamiliàs. ff. de testam.

Amplia procedere etiam nec ad pias causas. Barto. in l. j. j. quæstio. primæ quæstionis principalis. C. de sacrosanctis ecclesiis.

Limita quatuor modis, vt per Iasonem in d. l. furiosum. B. Dias reg. 390.

¶Fvriosi nomine per curatorem suum successio agnita non transmittitur ad eius hæredes, eo in furore defuncto. tex. in l. fi. §. sinautem in furore. C. de curato. furio. & in l. j. ff. de succe. edicto. & in l. secunda. §. sed si infanti. ff. ad Tertullian.

Limita dupliciter vt per Iaso. in l. infantis. C. qui admitti. prope finem.

Primò quando talis furiosus esset hæres necessarius.

Secundò, quando mediante seruo, vel filio esset ei acquisita successio, qui adiuit iussu curatoris. B. Dias reg. 305.

¶Fvrioso datur à iudice curator, eíque interdicitur administratio, & si non vocetur. Doc. com. l. is cui. ff. de verb. obli. not. l. reprehensibilis. extrà de appell. Alexand. l. de vno, vbi Marsil. num. 55. ff. de verbor. oblig. Medic. reg. 8.

¶Fvriosi. L. 5. Paulus libro 2. ad Sabinum.

In negociis contrahendis alia est causa habita furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamuis actum rei non a intelligerent: nam furiosus nullum negocium contrahere potest, pupillus omnia negotia, tutore auctore, agere potest.

Addit. a intelligant. al. interponitur.

Iunge l. 9. de acquir. hæred l. furioso, de re iudic. l. 41. inf. l. furiosi. inf. l. 167. Contrahendis. Id est in obligationibus inter viuos constituendis, sup. titu. 1. l. verba contraxerunt, secundum Pet. Fab. Habita. Scilicet fauorabiliter. Fab. Fvriosvs. Cōciliatio l. furor, de spon. l. 2. C. de contrah. empt. Ratio quibus non est permiss. fac. testamen. §. præterea. Locati. l. 4. de iure cod. l. 2. §. furiosus. Latiùs Instit. de inuti. stip. §. furiosus, §. pupillus, de proc. l. 2. §. 2. de cōtrahen. empt. l. 2. de testam. l. qui testam. §. nec furiosus, de acquirēda possessione, l. 1. §. adipiscimur, de ritu nupt. l. oratione. §. fi. C. qui testam. fa. poss. l. furiosū, de iniur. l. 3. §. 1. de off. Præsi. l. Diuus, ad legem Aquil. l. sed etsi quemcūque, §. 2. ad legem Cornel. de sica. l. infans, de parri. l. penultim. §. fina. Fari Possvnt. Nam infans equiparatur furioso, d. §. pupillus. Negocivm. S. sine curatoris auctoritate, C. de cu. fu. l. fi. Ex quibus cau. in possess. eatur, l. Fulcinius, §. adeò, de ac. & oblig. l. 1. §. furiosum. Excipe, Cùm minoris commoda habeat furiosus. (C. de cu. fu. l. 2.) æquum est, vt ex his causis, ex quibus minor obnoxius est, obligetur, inf. l. secundum naturam. 10. si certum petatur, l. si à furioso. sic non obstat, soluto matrim. l. 2. §. voluntate, l. 3. §. etsi furiosi. Riisvvich. paratit.

¶Fvriosi, & fantes. Paulus lib. 11. ad Sabin. Lex. v.

In negociis contrahendis alia causa habita est furiosorum eorum qui fari possunt, quamuis actum rei nō a intelligant. Nam furiosus nullum negocium contrahere potest: pupillus omnia b negocia, tutore authore, agere potest.

Addit. a intelligerent. in P. florent. b deest in P. florent.

Coniunge l. 9. de acquir. hæred. & §. furiosus. Instit. de inutil. stip. l. furiosi. inf. eodem. §. præterea. Instit. quibus nō est permiss. fac. testa. l. 2. §. furiosus. de iu. cod. Viuiennus.

¶Fvriosi. Pompon. libro xxxiij. ad Sabin. Lex xl. al. xlj.

Furiosi, vel eius cui bonis a interdicitur, nulla voluntas est.

Addit. a interdictum sit. in P. florent.

Coniunge l. xx. de aqua pluu. arcend. & vid. reg. cum commentat. inf. in negociis: proinde nec alienare potest nec alienanti consentire. Geor. Viuiennus.

¶Fvrtvm, Damnum, & malæ Fidei possessor.

Habet furti actionem, qui nunquam habuit possessionem.

ff. de vsufr. l. arboris. §. vlt.
ff. de vsuc. l. homo, cuius.
ff. de fur. l. eum qui fur. §. vlt.
ff. de solut. l. quod si quis c. §. 1.

Contra.

ff. de distra. pig. l. 1.
ff. de præs. verb. l. si rem gratuitam.
ff. si quis test. l. 1. §. scientita.
ff. de crim. expil. hæred. l. 2.

Habet furt. &c. & contrà.) Illud certum est, gratia possessionis, quamuis quis bona, non mala fide detinet dari furti actionem. vt ff. de furt. l. itaque. §. sed furti. Sed & præterea gratia domini, vt ff. de fur. l. si vendidero. §. cùm autem. Item datur quandoque quia interest, etsi nō sim dominus, vel possessor: sic enim datur fulloni, sarcinatori, commodatario. vt in Instit. de obli. quæ ex delicto nasc. §. furti. His ergo R. non reputo contrà. si enim dicatur mixta, quia habet furti actionem, qui nunquam ha. poss. concedo. si tamē ratione dominij, vel quasi, vel interesse possit dici competere. Nec obliquitur, quod legitur, l. si quis testam. lib. esse. quia non dominus rerum singularum sed vniuersitatis intelligitur. Azo, rub. 87.

Ex precio rei furtum maius vel minus deprehenditur.

ff. de incen. l. melius. §. 1.
ff. de abig. l. 1. §. abige. Azo, rubr. 87.

Glosae opinio omnino est sequenda, tam in iudicando quàm in consulẽdo.ita Bal.in cons.ccl.nu. 2. in fi.vol.j.idẽ cons.ccclj. nu.4.eo.vol.Idẽ cõs.clxix. nume.3.vol. v.& cons.ccxxxvj.iste maritus.in fine. vol.iij.& cons.ccclij.quæritur.nu.3. vbi dicit quòd in decisionibus standum est glos. ordinariæ.vol.3. Bart.in cons.v.Sali.in l.traditionibus. C. de pactis. quod l.2. C.de sent.quæ sine cer.quãt.Bal.in cũ hæreditas.C.de pos.Barb.& Abb.latè in c.capellanus n.3.de feriis.Dec.cons.cxlvj.n.7.& in cons.ccccxij. nu.13.& in c.adhæc in beato.n. 71.de pos.præla.vbi gl.non creditur nisi legem alleget. & idem Deci.in c.j.in lect.de cõst.n.94.Abb.cons.lx.n.2.vol.ij.Guido Pap.d.cclxvij.nu.2.Afflict.d.ccclxxxiiij.nume.3. Alex.cons.lxxiiij.nu.24.in nu.4.

Fallit quando glos.plures refert opiniones, & earum vna habet rigorem. Alia verò habet æquitatẽ, quia tunc illa præfertur quæ habet in se æquitatem. Ita voluit Aret.in cons.clxij.diligenter.

Fallit etiam quando gl.multas refert opin. vltima videtur in dubio approbata.glos.not.in l.qui filiũ.§. Sabinus.ff.ad Treb.Ias.in l.si idem.§.fin.nu.3. ff.de iurisd.omn.iud. Alex.cons.lxvij. Franc.volum.5.Bar cons.xxviij. vol.j. Card.cons. xxix. iudex.Are.in §. pretium.instit.de contrah.empt.

Fallit etiam quando cõtra communem opi.est opi. gl. quia illa præualet communi opi.secũdũ Iac.But. in l.j.

l.j.C.qui pro sua iurisd.Bald.in l.cùm hæreditas.C. depos.Dec.in c.j.in j.lect.nu.94.de cons.& in cons. xxiij.verbo,nec obstat quòd casus,eo maximè,quã do opi.gl.fundatur melioribus & validioribus rationibus,quia illa prævalere debet communi,& reiecta opi.prædicta,prout concludit Dec.in d.cons. xxij.Abb.cons.lx.vol.ij.Bar.in l.j.in fi.ff.de vulgar. & pup.& in l.j.in fi.C.de sent.quæ sine cert.quant. Ange.cons.clxxxviij.visis actis.in fin.Cuma.consil. xliiij.ab arbitrali,post princip. Fulg. cons.xxij. nobiles.in fi.Ias.in l.vt vim.nu.14.ff.de iust.& iur.& in l.re coniuncti.nu.16.ff.de leg.iij.

Fallit etiam quando causa matrimonij esset opinio glos.quæ staret pro matrimonio, quia illa præferri debet communi opinioni,prout tenet Hostiens.in c.si vir.de cogn.spirit.& Abb.in c.fin.in prin.de re iudic.Andr.Sic.cons.lx. volu.j. & cons.3. scribitur. cum aliis infinitis. Ia.Nouel.re.7.

¶GRATIA.Quod ob gratiam alicui conceditur,non est in eius dispendium retorquendum. in vi. C. de legib.l.quod fauore.C.de sec.nupt.l.generaliter.

Reg.vi.c. Quod alicui gratiosè conceditur trahi non debet aliis in exemplum.

Grauius in committendo quàm in omittendo delinquitur.de pœn.l.Metrodorum. Riisvvich.

¶GRATIA cõcessa alicui cui prouideatur de præbenda, & dignitate, vel alio beneficio intelligitur de primo,quo consequuto nõ admittitur ad alterum. glo.cap.ne captandæ.versic.causa.de conces.præb. 6.conc.c.quia.eod.titu.Doctor. commun. capitul. executor.vbi Phil.Franc.nume.7.de conc.præb. 6. Med.reg.4.

¶GRATIA concessa à summo pontifice alicui secundum aliam quam Sempronio concessit, si de gratia Sempronij non constat,dummodo mens pontificis appareat,quod voluerit illam concedere, valebit nihilominus ipsa, decet enim beneficium principis esse mansurum.c.decet. de reg.iur.6.no. c.odia. de reg.iur.6.Archi.c.senium.7.q.1.gl.c.si Romano rũ.ver.desunt.19.dist.Card.cons.119. & hoc cũ dictio relatiua stat causaliter,non autem conditionaliter.Ias.l.admonendi.n.38.ff.de iur.iur.Med.re.10.

¶GRATIA in dubio intelligitur sine præiudicio tertij.c.quamuis. de rescript. 6.secus si ex instítia fiat. Bal.l.fin.C.de sent.pas.idem si concedatur à iure sine ministerio hominis.Imol.& doct. capitulo primo,de præs. Med.re.8.

¶GRATIA generalis concessa à principe alicui,intelligi debet absque beneficio tertij.not. capit. quamuis.de rescr.in 6.nisi ex iustitia fiat.Bald.l.fin. C.de sent.pas.doct.c.1.de præscrip. Med.re.1.

¶GRATIA,dispendium.Bonifac.Reg.lxj.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.

L.clarum.de author.præstand.l.momentaneæ. qui legit.person.Viuien.

¶GRATIA papalis æquiparatur vltimis voluntatib. Colligitur hæc regula ex c.quia cunctis.& c.auctoritate.de conces. præbendæ.Hanc regulam commemorat Lud.Rom.cons.cccxlviij.incip.quæritur.

Procedit respectu interpretationis.Nam sicut in testamentis fit plenior interpretatio.l.in testamentis.ff. de reg.iur.ita & gratia, siue concessio præbendæ à Romano pontifice facta.c.olim.de verb.signifi.vbi tamen vide Panor.& est text.in d.cap.quia cunctis. quod est in ordine primum.

Adde quòd regula, si vinco vincentem te, à fortiori vinco te:quæ etiam habet locum in vltimis voluntatibus.l. ij.§.si sit agnatus.ff.ad S.C.Tertyl.& hanc æquiparationem facit Rom.Pontifex in dict.capit. auctoritate.

Habet etiam locum hæc regula in angustia temporis, quæ sicut non vitiat vltimam voluntatem.l. si mihi & tibi.§.si quis seruos.ff.de leg.1.ita non vitiat concessionem à Romano Pontifice factam motu proprio.Hanc æquiparationem facit non inepta ratione l.Roma.cons.cccxlviij.incip.quæritur.

Fallit quia in beneficiis nihil retro acquisitum intelligitur diuersum in legatis. Hanc limitationem tradit Io.And.in d.c.quia cunctis.ad fi. P.Prat.

¶GRATIA Papæ de stylo curiæ regulariter probari non potest per testes,nisi per scripturam, secũdum Domi.de Ro.decis.cccxvj.Item quòd licet Romana curia &c.Cardi.in proœ.Clem.§.sanè. in q.vj.

Fallit in foro conscientiæ secundum Abb.in clem.dudum.super gl.de sepul.

Fallit quando quis vellet probare circumstantias, vt est glos.singul.in cap.duobus.in verb.si non apparet. de rescript.lib.vj. S. Ianuar.re.119.

¶GRATIA Romani Pontificis per eius mortem non expirat. Hæc regula probatur per text.rotundum. c.si is cui de canonicatu,de præb.& dignit. libro 6. & ibidem hoc adnotauit Dominic. de S. Geminia. Rationem ponit Ioan.Andr.in proœ.si decem.

Declarat ibidẽ Geminianus procedere etiam si res esset integra.

Amplio etiam vt procedat etiamsi verbo tantum facta esset.Angel.de Clauasio ex Ioan.Andr.in summa.in verb.gratia. per Clemen.dudum. §.nos etenim. de sepult.

Fallit in specie dict.c.si is cui,de præbend.si præbenda esset annexa dignitati, personatui vel officio.gloss. in dict.cap.si is cui.per illum text.insuper eo.extra eo. P.Prat.

¶GRATIA soluitur morte.c.si gratiosè. de rescript. 6.Gozzad.cons.22.numero 8.procedit hoc re integra,etiam ante litem contestatam.l. si defunctus.ff. de procur.cap. relatum.de officio delegat. Cardin. c.quoniam. Abb. quæst.6.eod.titu.Guid.decis.119. & q.191.Alexand.cons.128. volum. 6.not.c.priuilegiũ.de re.iur.6. Vnde priuilegium concessum filiis fauore parentum, vel vxoribus fauore maritorum, cessat illis mortuis.Cin.& Bald.l.fin. C.de iniuriis. glos.l.medicos.C. de profes. & medic. lib. 10.l. archiatros.C.de metat. & epid.libro 12.l.illud. C. de episcop.& cleric. l. si tibi.§. pactum.l. hæredi. ff. de pact.l.final.ff.de iniuriis.Bald.l.prima. C. si rector prouinciæ.l.Senator.ff.de ritu.nupt.l.Titia. §. vsuras. ff. de legat.2. Bald.l.secunda. C. qui ad libert. peruen.non possunt.Angel.consilio 97. Dec.consilio 456.numero duodecimo,l.in omnibus .ff.de regul.iur. Abb.c.super literis.colum.6.vbi Ang. Ber. de rescrip.l.generaliter.C.de episco.& cleric.c.suggestum.de decim. Idem est de immunitate.l. semper.§.negotiatores.ff.de iure immunit. not. cap.decet.de regul.iur.6. Qua in re ita distingue, aut priuilegium parentum conceditur filiis ea ratione ne dehonestetur dignitas ipsorum parentum, & tunc cessat mortuis parentibus, aut ea tantum ratione quod sint filij, & tunc non cessat. Item aut priuilegium conceditur parentibus ratione dignitatis innatæ, & tunc extenditur etiam ad filios post mortem patris.l. fœminæ. ff.de senator. quo casu vxores maritorum quamdiu manent in

viduitate

viduitate, vtuntur priuilegiis maritorum, l.filij. §. vidua. ff. ad municip. si verò datur priuilegium ratione officij publici, tunc non competit liberis post mortem parentum. not. Bald. l. cum te. C. de nup. c. is qui. §. mulier. de sepult. 6. Tira. in tractat. de nob. cap. 17. numero 5. not. l. in filiis. C. de decur. lib. 10. Med. tract. 2. par.

¶GRATIA vitiari non debet ob modicam subreptionem rescripti. glos. in proœmio. ver. filiis. Calcan. consi. 8. Asin. in praxi iudi. §. 7. cap. 5. num. 25. concl. simil. auth. minoris. C. qui dare tutor. pos. Bart. l. si quis in pignore. ff. de pignor. le. scio. ff. de in integ. reg. Med. re. 5.

¶GRATIFICATIO. In paritate locum esse gratificationi.

PRO.

63. dist. c. si fortè.
Ext. de iur. patron. c. cùm autem aduocatus.
D. loca. & conduc. l. in naue.
D. de relig. & sumpt. fun. l. vlt.
D. de lega. 2. l. si quis seruum. §. si inter duos.
D. ad senatuscon sul. Sillania. l. si quis in graui. §. sed cùm omnes.
D. de bon. auct. iud. pos. l. si non expedierit. & l. in venditione. §. vlt.

CONTRA.

De iureiur. l. creditore. §. si autem.
Ext. de iur. patron. c. pastoralis.
12. q. 2. cum deuotis.
Inst. de iusti. & iur. in princ.

SOLVTIO.

Vbi quis duobus æqualiter tenetur, omnib. consideratis * potest gratificari & alteri prius soluere. d. l. in naue. item vbi quis pluribus debet aliquid facere, & simul petant, & omnibus simul factū illud exhibere non possit, habebit locum gratificatio. d. l. si si quis in graui. Damas. reg. 92.

ADDIT. Potest. * Vide c. venerabilem. §. quod autem. & ibi glos. in ver. fauere. ext. de elect.

¶GRATIFICATIO. Non esse locum gratificationi.
In auth. de non elig. sec. nub. §. prospeximus.
In auth. de nupt. §. veniet. Azo rub. 104.

¶GRAVARI. Bonifac. Reg. xxij.
Non debet aliquis alterius odio prægrauari.
Coniunge l. si quis in suo. §. legis autem. C. de inoffic. testam. Viuiennus.

¶GRAVARI & SVBLEVARI. Qui in vno grauatur, in altero debet subleuari.
ff. de de neg. gest. l. si nego.
ff. de tribut. l. procurator. §. in tribut.
In Instit. de hær. qual. & dif. §. 1. Azo rub. 104.

¶GRAVARI potest is qui honoratus est. Hæc regula colligitur ex l. filiusfa. §. apud Marcellū. ff. de leg. 1.

Declaro, vt non procedat vltra, quam honoratus est. d. §. apud Marcellum. Pone exemplum in eo, qui constituere capellam iussus est, nam non tenetur plus erogare in eam rem, quàm ei relictum est. Pau. Castrensis in l. huiusmodi. ff. de leg. j.

Amplio regulā vt non possit in plus grauari per modum conditionis implendæ, si conditio veniat adimplenda per honorem & commodum ex testamēto quæsitum. Salic. F. Ripa l. ex facto, in fine princi. ff. ad S.C. Trebellian.

Limitatur in eo qui aliquod commodum ex testamento consecutus est, quòd pecuniariū non sit, nam constat eum grauari non posse. l. planè. la ij. §. fin. ff. de legat. j. Sublimitatur si conditionaliter quid relictum sit. l. si quis testamento. ff. de cond. institu.

Limitatur in eo cui plus patronatus in aliqua ædicula relictum est, nam fideicommisso grauari non potest And. Alciat. in l. cum filiofam. num. 12. ff. de leg. 1.

Limita in substituto exhæredati. tex. est in l. in princ. ff. de legat. 3. P. Prat.

¶GRAVATVS restituere hæreditatem alicui indefinitè sine aliqua præfinitione temporis intelligitur semper in tempore suæ mortis. Din. l. epistolam. §. mulier. ff. ad Trebel. l. filios. cum glos. ff. de vsufruc. leg. Rom. sing. 502. l. vxorem. §. Scæuola. ff. de leg. 3. Rom. sing. 431. facit ad hanc materiam quod scribit Ias. l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. subst. glo. l. fi. §. in computatione. C. de iur. deliber. Med. re. 2.

¶GRAVATVS restituere hæreditatē alicui post mortē suam: intelligitur si absque liberis decesserit. tex. est in l. cùm acutissimi. C. de fideico. & l. cùm auus. §. 1. ff. de cond. & demonst. Bal. sing. in cons. cccxcj. factum. nu. 2. & 3. vol. 3. de iure nostræ patriæ est. l. M. cons. 1406. & 1413. 29. Decemb.

Amplia quod rogatus restituere hæreditatem alicui sine aliqua præfinitione temporis, intelligitur semp in tempore suæ mortis, secundum Din. in l. epistulam. §. mulier. ff. ad Treb. & in l. filios. iuncta glos. ff. de vsuf. leg. & fuit sing. Ro. nu. 502. & l. vxorē. §. Scæuola. ff. de leg. 3. de consi. Rom. sing. ccccxxxj.

Amplia etiam vt grauatus restituere hæreditatem per fideicommissum vniuersale suo debitori succedit, & hæreditate ex Trebelliano restituta, quòd vtilis actio hæredi restituatur, quidam tenebant, sed veritas est in contrarium, quæ actio confunditur, nec datur primæua actio, sed vti poterit retentione d. bonorum secundum Din. per glos. ordinariam in l. fi. §. in computatione. C. de iur. delib. Ita Bald. in cōs. ccccxxj. num. 2. vol. xv.

Amplia grauamen appositum hæredi scripto, non videtur iniunctū hæredi hæredis, vt in auth. de resti. fideic. §. manifestū. & in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. subst. & Bal. in cōs. cclxxij. nu. 5. in fi. vol. 5.

Vide ad hanc materiam Ias. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inst. & subst. qui ponit ibi octo extensiones & octo fallentias, vltra duas alias positas per Socin. in R. & fall. suis, quas not.

Vltra prædictas. Grauatus restituere Mæuio hæreditatem & eius hæredibus masculis non tenetur restituere nepotibus ex filia, qui testator intellexit de masculis tantū, & sic voluit excludere fœminas, & per consequens extraneos hæredes, quæ opin. prout refert Dec. in cons. ccxxxix. nu. 5. est communis, & huiusce opinio. fuit Alex. in cons. cv. prospectis. nu. 1. vol. 1. Castren. cons. xcv. proponitur. vol. 1.

Fallit etiā quādo filij sunt positi in cōditione, quia ea tunc conditio impleri debet in forma specifica & naturali. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. vt sup. non veniant adoptiui. Ratio, quia appellatione filiorum in conditione positorū non veniunt adoptiui, qui tamen largè loquendo filij dicuntur. l. filio quem pater. ff. de lib. & post. & minus filij naturales, qui verè & propriè filij non sunt. l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. ita Ang. in l. generaliter §. cum autem. C. de instit. & substit. & licet naturales sint filij naturæ, attamen attenta dispositione legis, filius propriè non est, nisi seruata forma, de qua in d. l. filium. quod tu tamen cogita.

Fallit etiam in legitimatis, nā si hæres institutus esset grauatus

grauatus restituere hæreditatem si sine filiis legitimis & naturalibus decederet. An si ipse decederet cum filio legitimo, an excluderet substitutum. tu tene, quòd non. secundum Io. Cal. consi. j. nume. 2. qui filij sint legitim. hoc idē Bal. in l. Lucius. la. ij. ff. de hære. instit. & ibi Imol. idem Bald. in l. si ita quis. §. is cuius. l. j. & ibi Imol. & Cast. ff. de leg. ij. & Bal. in l. si quis posth. in prin. ff. de lib. & posth. Anchar. consi. ccxlj. in prin. & consi. lxxiiij. nu. 2.

Fallit etiā in aliis casibus particulariter annotatis per Felyn. in c. in præsentia. num. 21. de prob. & ibi secū dum Ol. & Deci. nu. 108. vsque 117. Ia. Nouel. re. 8.

¶ GRAVATVS de restituendo post mortem suam intelligitur si sine liberis decesserit. l. cùm acutissimi. C. de fideicō. & l. generaliter. in §. cùm autem. C. de insti. & substi.

Primò fallit vbicunque hæres extraneus esset rogatus de restituēdo hæreditatem post eius mortem: quia tunc nō subintelligitur dicta conditio, si sine liberis decesserit, vt est gl. not. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.

Secundò fallit si descendens purè rogetur: vt tenet gl. in dict. §. si quis rogatus. B. Socin. reg. 106.

¶ GRAVATVS filius sub conditione si sine filiis decesserit hæreditatē Titio restituere, nō solū legitimā iure naturæ debitā, verū etiā Trebellianicā detrahere potest, quod est duas quartas. vt l. qualis, C. ad l. Falc. Bal. in l. si à milite §. fi. ff. de testa. mil. Ias. auth. si qua mulier. nu. 15. C. de sac. san. eccl. Idē in l. filius qui in potestate. nu. 12. ff. de li. & post. & Anch. cons. cj. nu. 3. ex prædicto, & in consi. xxvij. nu. 3. nō seruato. Alex. con. cxxxix. nu. 2. in j. vo. Dec. in cons. ccc. nu. 3. & 4. & in con. dlxxiij. num. 1. vol. ij. & con. ccij. nu. 8. vol. j. & est communis, secundum can. & in c. si pater. de test. in vj. Bal. con. ccxix. nu. 3. vo. ij.

Fallit primò in matre vel aliis ascendentibus, prout sin gu. no. Bal. quem omnes sequūtur in d. §. patri eius. quod est §. fi. ff. de test. mili. ex quo nō reperitur aliter lege cautum. dicit Bald. tu cogita.

Fallit ij. quādo grauatus sentiret cōmodum hæreditatis mediante legis dispositione, & nō immediatè. secundum Sal. & Ias. in d. l. quāuis. nu. 4. secun. Bar. in l. cū filio. ff. de leg. j. sed tu vide can. in c. Ray. de test.

Fallit iij. quādo pater fuisset hæres institutus, & grauatus de emancipando filios: quia tunc non intelligeretur grauatus restituere hęreditatē filiis, quā per se ipsum acquirit, prout Bar. in l. si legatum. ff. de condit. & demon. Ias. in d. l. quāuis. nu. 3. vers. j. limita.

Fallit iiij. quando filij fuisset instituti patris contēplatione, quia eo casu perinde esset, acsi pater fuisset hęres institutus & grauatus. vt secundū Ias. in d. l. quā uis. nu. 3. versi. ij. limit. C. de fideicom.

Fallit etiam, quādo quis ingrederetur monasteriū fratrū Minorum, qui omnino sunt incapaces, & testamentū debet illico sortiri effectū, sicut per mortē naturalē. Bar. & do. in auth. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. & in trac. Minori. in iiij. par. in ver. isti etiā hæredes. Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & idē in cōsi. xiij. num. 3. vol. iij. & cons. cclviij. vol. iij. nu. 10. cum multis aliis. Ia. Nouel. re. 107.

¶ GRAVAMEN. Pater grauatus si sine liberis decedat restituere hæreditatē Tit. nō cēsetur grauatus ipsis liberis restituere, sed solū succedūt patri grauato ab intestato, vel ex testamento, & præferūtur ipsi Titio substituto, no. Doct. in l. Centurio. ff. de vulg.

Ampliatur in 4. cas. & li. in 3. à Lāci. in d. l. Cēt. n. 448.

Pater adoptiuus nō potest grauare filium arrogatum in quarta, quæ ei debetur in bonis patris adoptiui: hanc opinionem cum 2. limitationibus ponit Iaso in l. si arrogatoa. ff. de adopt. nu. 28.

Filius grauatus fideicommisso non puro, sed in diem, vel sub conditione detrahit duas quartas: hanc esse communem opinionem tradit Iaso. in l. filium quē habentem, C. famil. erciscund.

Fallit in 3. casib. vt per Iason. in d. l. filium quem, n. 9. in Authen. res quæ, C. commu. de legat. nu. 3.

Quem non honoro, grauare non possum, l. ab eo. C. de fideicommiss.

Fallit in 5. casib. vt per Iaso. in d. l. ab eo. Fallit in 11. cas. quos not. Mar. Ant. Baue. in l. cū filio, ff. de le. 1. n. 17.

Fallit in 5. casib. vt per Soci. iun. in d. l. cū filio. nu. 17.

Ampliatur in 4. casi. & limitatur in 4. in d. l. cum filio, num. 13.

Honoratus grauari potest, d. l. ab eo. Ampliatur in 6. casi. & limitatur in 8. à Mar. Ant. Baue. in d. l. cū filio nu. 15. & seq. vbi Soc. iun. limitat in 4. casi. n. 27. Ampliatur & limitatur per Ripam in d. l. cū filio, n. 28.

Grauatus de restituenda hæreditate post eius mortē, potest illam ante mortem restituere, l. post mortē, C. de fideicom.

Fallit in multis casi. quos not. Dec. in l. cum tempus, ff. de reg. iur. Fallit in 4. casi. quos not. Ias. in d. l. post mortem, nu. 3.

Grauatus restituere hæreditatem, non tenetur prælegata restituere, leg. in quartam, ff. ad legem Falcid.

Fallit in 3. casib. vt per Ias. in l. cum virum, C. de fideic. sed grauatus restituere portionē censetur grauatus restituere etiā prælegata. Fallit hoc in 4. casi. quos not. Soc. in l. Marcellus, §. quidā, ff. ad S. C. Treb. n. 1.

Grauamen, vel onus, nō augetur aucta re, circa quam, vel in qua aliquid onerosum versatur, vel debetur.

Fallit in 5. casib. quos not. Albert. Bru. in tra. de augmento, & diminutione, fol. 13. & 14.

Sentiens ex testamento commodum nō pecuniarum, vt libertatis, vel iuris patro. grauari non potest, no. DD. in d. l. ab eo.

Fallit in 2. casib. quos not. Mar. Soc. iun. in l. cum filio, ff. de legat. 1. nu. 11. & seq.

Filius grauatus à patre de restituenda hæreditate subintelligitur conditio, si absque liberis decesserit, le. cum acutissimi, C. de fideicom. l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & substitut.

Fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 167. Ampliatur in 21. casib. & limitatur in 23. à Portio lib. 2. suarum conclus. reg. 143. videas suprà in tract. de fideicom.

Grauari potest instituti pater, vel dominus, not. in l. cum filiofam. ff. de leg. 1.

Fallit in 3. casi. vt per Marian. Socin. iun. in d. l. num. 51. Don. Fina, lib. 2.

¶ GRAVAMEN non imponitur alteri per alterum. l. non debet. ff. de reg. iur. item not. quòd filius grauari nō potest à patre in sua legitima. l. quoniam. C. de inofficioso test. Bart. l. 1. ff. de his, quæ pœn. nom. Alex. l. extraneum. C. de hæred. inst. Bal. l. si quis. C. de inoffi. test. Medic. reg. 8.

¶ GRAVAMINIS causam tertius exprimere debet appellans à sentētia inter alios acta pro suo interesse. Ab. c. cū super. nu. 5. de sent. & re iu. Rom. cōs. 333. Bart. l. à sententia, §. sequens. de appella. Med. re. 8.

¶ GRAVAMEN. Grauaminis per fideicommissum materiam tractant in l. cum filiofa. de leg. 1. l. ab eo. C. de fideicom. Riisvvich.

REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Octauus.

H



ABERE.l.79.generaliter. Habere quędam licet, quamuis vtilia nõ sunt. Labeo de ser uit.l.& furi. Riisvvich.

¶HABERE. Paulus lib.3.ad l.Iul.& Papiam. Lex.ccviij. Non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit.

Et ideo non potest agere creditor, quasi desierit habere debitor, quod quærere potuit, sed noluit, huc referenda reg. non videtur rem amittere. eod. titul. Viuiennus.

¶HABILIS, & idoneus quilibet esse præsumitur.c.fi. vbi gl.& Doct.ext.de præsum.ca. vnico.de scrut.in ord.fac. & ibi Bernar.l.ab ea parte.ff.de proba. facit tex.in l.seruos.ff.de manumis.testa.l.cum pater.§.rogo.ff.de leg.ij.& ca.bonæ memoriæ.il j.§.contra vero.extra de electio.in antiq.in gloss.in verbo, per rerum naturam, & ibi Panorm. Alciat.in libr.Respon. respon.xcj.incip.verbis statuti. gl.in l.si verò.§.qui rei.& ibi Bartol.ff. qui satisdar. cogant. Hæc regula vsque adeò vera est, vt ei, qui contrarium dixerit, incumbat onus probandi. Bartol. in dicto §. qui pro rei.ad fin.

Declaro hanc regulam, vt intelligatur secundum mores, vt scribit Accursius in d.§. qui pro rei.in glo.in verb.dubitatur.in fi. vnde rectè dixit Accur.in l.cũ quidam ita.in glo.in verb.qui non.ff.de leg.ij.quòd quilibet præsumitur bonus.ergo & bonæ fidei.gl.in d.c.fi.de præsumpt.

Amplio procedere, vt quis præsumatur habilis & idoneus ætate: nisi ætas posita esset in conditione.

Fallit primò, vt quis non præsumatur habilis, & idoneus diuitiis.glo.in dicto §. qui pro rei.& ibi etiam Bartolus.

Limitatur etiam, vt non procedat quò ad doctrinam & eruditionem, quam quis habere non præsumitur. glo.in verb.scientiæ.in ca.si fortè.extra de elect.Rationem adfert Alciat.in tracta.de præsumpt.reg.iij. præsump.iij.quia sciẽtia multo labore, & longis vigiliis acquiritur.vnde ait poeta quidam,

Non venit in molli veneranda scientia lecto,
Ipsa sed assidua parta labore venit.

Igitur tametsi doctrina sit qualitas animi intrinseca non præsumitur tamen, nisi probetur. dict.capitu.si fortè. P.Prat.

¶HABILITAS personæ potest declarari absente parte, vt cum quæritur an quis debeat admitti ad accusandum vel ad similia. Doc.com.ca.ex parte, de appellat. Marian.Socin.rubr.de dilat.nu.40.Marsi.l.de vno.nu.87.ff.de re iud. Med.re.8.

¶HABILITAS: verba generalia ad habilitatem personæ referuntur. Beroius cap.in præsentia.nu.365.de prob.idem cap.potuit.num.14.locati, per l.si instrumẽta.vbi Barto.Cod.de fid.instrum.glo.l.j.Cod.de sacr.sanct.Eccle.Bart.& omnes doct.com.l.i.§.nunciatio.ff.de ope.nou.nunc.l.vt gradatim. ff. mun.& honor. Med.re.7.

¶HABITANS superius in domo non potest mittere aquam vltra solitum animo nocendi habitanti inferius, item nec habitans inferius potest fumum facere vltra solitum causa nocendi habitanti superius, Bar.l.sicut.l.fin.ff.de iniuriis, item habitãs in domo alterius non potest ignorante domino, seruitutem imponere, nec quicquam agere in præiudicium eius nisi eo sciente agat. Bart.l.habitator.ff. de rei vend. Medic.re.8.

¶HABITATIO filiæ relicta indefinitè in casum viduitatis, intelligitur non solùm de prima viduitate, sed etiam de secunda, quia indefinitus sermo in fauorabilibus non restringitur ad primum & ad proximum tantum actum, sed ad omnes. Anton.consil. 30.Tiraquell.l.boues.§.hoc sermone. in 3. limit. ff. de verbo.signifi.& est singulariter dictum, atque notandum. Medic.re.2.

¶HABITATIO soluitur morte, nec proprietatẽ habet, qui habitationem habuit legando, dominij vẽdicationem excludit, l.habitatio.Cod.de vsufruc.& vsu, & hab.cõc.l.si habitatio.ff. de vsu, & hab.l. pen. ff.de cap.dimin.Sed contra facit §.sed si cui.Insti.de vsu, & hab.vbi, qui habitationẽ habet, quasi ius proprium quoddam habere dicitur, vnde cõductor domus non solum in ea degere, verũ etiam aliis locare potest. Respond.quod si ius quasi proprium habet, vtique dominium propriè non habet, quia dictio quasi, impropriẽtatem significat, l.si quis dolo. l.3.ff.ad leg.Cornel. de sicar.leg.secund.ff.de vsu, & earum rerum, quæ consum.l.si quis non.ff.de acquirend.hæred.Declaratur hæc conclu.in morte naturali, secus in ciuili, & in hoc differt ab vsufructu, qui soluitur etiam morte ciuili, §.finitur. Institu.de vsufruct.vt dicam infer.vers.vsufruct. Medi.tract. 2.part.

¶HERMAPHRODITVS declaratus per sententiam facit sententia talis ius quo ad omnes. Alexã.l.e.sæpè.nu.66.ff.de re iud. Med.re.8.

¶HAERETICVS licet paratus corrigi tradi non debeat curiæ seculari.capit.penul.de hære.tamẽ si geminata vice labitur in hæresim non auditur.capi.super eo.ca.accusatus.de hæret.§.& hoc fauore ecclesiæ, atque geminationis virtute.capi.in memoriam. 9.dist. Medic.re.3.

¶HAERES qui adiuit hæreditatem testatoris occisi eius nece inulta, tanquam indignus priuatur successione: & fisco applicatur: quia prius tenetur accusare occisorem, & facere quòd puniatur.tex.est in l.j. C. de his, quibus vt indign.vbi ex eo notat Iaso. Vide tu Hispane l.xiij.tit.vij.par.vj.

Amplia regulam procedere etiam in fœminis, quia eodem modo, vt viri tenentur testatoris necem vindicare: vt probant iura in leg.cum fratrem. iuncta suprascriptione.& in le.sororem. C. de his, quibus vt indign.

In quo est secus iure nostro regio, vt in l.j.titu.iij.lib. v.in ordin.rega.vbi soli viri ad præfatam vindictam cogũtur, sub illa pœna priuationis hæreditatis. Quæ quidẽ prouisio regia satis mihi pia semper visa est, cum in fœminis vindictæ, & vagandi innatam cupidinem, temperet ac præscindat.

Amplia secundò hoc procedere de iure canonico, secundum quod, etiam licet cum bona conscientia occiso

occiforem testatoris accusare: vt not. Ioan. Andr. quem ibi sequitur Abb.in c.accusasti.de accus.

Amplia tertiò procedere, etiam in filio exhæredato, qui per quærelam inofficio. testamen. obtinuit rescindi testamentum, quia si vult succedere, tenetur vindicare necem testatoris occisi: vt est glos.in l.ex inofficioso testamento.ff.ad Syllan.in glo.ij.iuncto tex.quam sequitur Alexand.in l.sororem.in fin.verbis.C.de his, quibus vt indign.

Limita primò, nisi occisor talis testatoris esset pater ipsius hæredis instituti, quia tunc hæres non debet vlcisci necem defuncti accusando proprium parentem: tenet Alberic. in rubr. eiusdem tit. Dicit illud singulare Ias. qui dicit idem econtra, si occisor esset filius instituti.

Secundò limita in fisco succedente propter negligentiam hæredis non vlciscentis, quia ipse non tenetur vlcisci. Gloss. est singul. quam ibi sequuntur docto. in l.recusare. §.si fisco. ff. ad Trebellianum. dicit eã singu. Ias.

Tertiò limita, non procedere in minoribus xxv.annis, vt in l.minoribus, C.de his, quibus vt indi. & voluit lex prima nostri regni suprà alle.& alia lex partitarum, in sexta parti. in tit. septimo, in l.xv.ex quo idem esset dicendum in ecclesia hærede instituta, ex similitudine eius & minoris, per plura iura introducta, vt in capitulo primo, de restitutio.in integ.cum similibus, vt habes latius suprà, in regula, ecclesia, la j.

Quartò limita in rustico, vt concludit Alexander in l. prima in fine. Cod.de his quibus vt indignis.contra Paul.ibi, per text. in leg.3. §. si quis ignorans, ff.ad Syllania.

Et vide l.parti.suprà alleg.in regula, quæ in hac materia videtur indulgere viro rustico, & sic fauet opinioni Alexand.

Quintò, sextò, & septimò limita, vt poteris tu Hispane colligere ex alle g.l.xv.titulo primo, parti.sexta. B.Dias.reg.319.

¶HAERES. Aliquem esse hæredem, qui nec est hæres, nec ab intestato vocatur.

In Aut.de hær.& fal.§. hæc verba. Azo, ru.104.

Dictio semel posita, propriam gerit & impropriam significationem.

In Aut.de hær.& falc.§.si verò. Azo, ru.104.

¶HAERES. Vlpian.lib.iij.disputationum. Lex.lix. al.lx.

¶HAEREDEM eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus, constat.

Quandoquidem eadem persona est quodammodo hęres cum defuncto, §.j.in authentic.de iureiur.à mori.præstit.non tamen obtinet in dote, vel vsufructu. Viuiennus.

¶HAERES. l.151. Neratius l.28. qui cũ alio. l.39. sicuti pœna. l.45. Totiẽs in hæ.l.199.§.fi.l.170.cùm prætor in hæ.l.171.§.hi.l.195.§.in l.12.§.in. 60. hęredẽ.l. 6.non vult hæ.l.90.quãdiu legit.l.163. nemo plus, l. 154. omnia ferè iura. l.155. qui per suc. l.184. §.vn. 200.quoties nihil.121.§.fi.l.in omnibus, §.non.

Si duobus hæredib.institutis seruus liber iussus esse sit, si decem hæredibus dederit, ab altero ex hæredibus venierit, & traditus fuerit: pro parte alteri ex hæredibus, à quo non venierit, dãdo pecuniam liber erit, Licinus lib.1.Reg.de statu li.l.32.

Vna persona quodammodo videtur esse, tam hæredis quàm eius, qui hæreditatem ad ipsum transmittit. Auth.48.de iu.amo.§.1.C.de impu.l.fi.

Seruum meum hæredem institutum cum libertate, si viuus vendidero ei cum quo testamenti factio non est, posteáque eum redemero, ex testamento mihi hær.esse pòterit, nec medium tempus, quo apud cũ fuit, vitiauit institutionem: quia verum est vtroque tempore tam testamenti faciendi, quàm mortis tempore meum fuisse, &c.§.fin. Hæreditas plerũque diuiditur in xij.vncias, quæ assis appellatione continẽtur: habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, &c. Vlp.6.lib.Reg.de hær.instit.leg.50.

Hæres hæredis hæres est.de verb.sig.l.hæredis, l.sciendũ, C.de vsuf.l.antiquitas, C.de hære. insti. leg. fin. §.& hoc argumẽtamur. De legatis, l.in annalibus.

De hæreditario seruo.vide Seruus.

Non potest venire contra factum defuncti hæres, C. de neg.gest.l.si ab eo.C.de rei vend.l.14.cum à matre.vide Repetundarum.

Legi locus non est in ea hæreditate, quæ soluendo non est. Teren.de hæ.inst.l.si quis solidum.

Lucri & onerũ defuncti successor est hæres.de diuer. tem.præ.l.cùm hæres.

Si ita quis hæres institutus sit, excepto fundo, excepto vsufructu hæres esto. Perinde erit iure ciuili, atque si sine ea re hæres institutus esset. Licinius libr.2. Reg.de hæ.inst.l.74. De manu.testa.l.25. vide Promercium. Riisvvich.

¶HAERES. Seruus vel filius post aditam hæreditatẽ totaliter patrem, vel dominum, faciunt hæredem, etiam respectu actionum directarũ in seruo, no. Docto.in l.cum filio, ff.de lega.1.

Fallit in 7.casib. quos not. Mar. Ant. Baue. in d.l. cũ filio, nu.41.ver.secunda sit conclusio.

Hæres institutus sub conditione tenetur cauere substituto, leg.inter omnes, ff.qui satisd.cogantur.

Fallit in 4.casib.quos no.Ias.in d.l.inter omnes, numero tertio.

Hæres hæredis primi testatoris est hæres, l.fi. C.de hæred.insti.leg.3.§.sed & si Titio, ff.de pet.hæred.l.hæredis appellatione, & l.sciendum, ff.de verb.oblig.l. si quis filium, §.fi.ff.de acqu.hæred.

Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 4.à Ias.in l.si quis filiumfam.§.in omni, ff.de acqu.hæred.nu.2. Fallit in 3.casib.secundum Dec.in leg.qui per successionẽ, ff.de reg.iur.si statuto cauetur, quòd stetur iuramẽto hæredis, non statur iuramento hæredis ipsius hæredis. fallit in 2.casib.quos not. Plot. in repet.leg.si quando, Co.vnde vi, numero octingentesimoquadragesimoseptimo.

Hæres qui adiuit sine inuentario tenetur vltra vires hæreditarias, §.si verò nõ fecerit, in auth. de hæred. & Falcid.l.fi.C.de iu.delib.

Fallit in 6.casib.quos not.Ias.in l.scimus, §.& si præfatám, C.de iure delib.nu.2. Fallit in 2.casib.quos not. Soc.reg.170.

Hæres negligens adimplere voluntatem defuncti perdit hæreditatem, auth.hoc amplius, C.de fideicom miss.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 7.à Ias.in d. l. nu. 5.& sequent.

Hæres potest indistinctè soluere æstimationem legatario etiam inuito, quando est legata quota pars bonorum, leg.non amplius.§.cum bonorum, ff.de leg. primo.

Fallit in 2. casib.vt per Ias.in d.l.

Hæres qui adiuit hæreditatẽ testatoris occisi eius morte inulta, tanquam indignus priuatur successione,& fisco applicatur, qui prius tenetur accusare occisorem,& facere, quòd puniatur, l.j. Cod.de his qui.vt indig.

Ampliatur in tribus casibus, & limitatur in 5. à Diaz. reg.319.

Hæres grauatus restituere hæreditatem retenta alia dimidia,& sic retenta quota hæreditatis tenetur ad legata, pro rata parte hæreditaria quatenus habet vltra quartam l.1.§.sed si quatuor centum,ff.ad Trebelli.l.Titia,in fine.& leg.quod de bonis,ff. ad leg. Falcid.

Fallit in 2.casib.vt per Ias.in d.§.sed si quatuor.

Ius competens transit ad hæredes,leg.hæreditatis.ff.de verb.signif.

Ampliatur in 8.casib.& limitatur in 18.ab Alb.in tract. de interitu,& perempt.nu.11.& 57.

Possessio defuncti cõtinuatur in hæredẽ. Fallit.vt not. Plot. in leg.si quando. Cod.vnde vi, numero 8.ver. ex prædictis.

Hæredis appellatione comprehenditur filius in materia feudali,& non extraneus, l.ex facto, §.fi.vbi glo. ff.ad Trebel.

Fallit in 5.casibus.vt per Roma.in l.etiam filij.ff.solut. matri.numero 1.eodem modo in materia non transitoria,nisi ad filios, appellatione suorum hæredum veniunt tantùm filij.Fallit in 2.casib.vt per Soc.in l. Gallus,§.etiam si parente,ff.de liber.& posthum.nume.6.sed in alia materia hæredis appellatione venit extraneus.

Fallit vt not.Port.in lib.1.suarum conclu.reg.16.& lib. 2.reg.41.& appellatione hęredis sui venit extraneus in materia transitoria ad extraneos. Fallit in 3.casib. vt per Soc.in d.§.etiam si parente.nu.7.

Hæres tenetur seruare factum defuncti,le. cum à matre.C.de rei vend.l.si ab eo.C.de negot.gest.l.vxor. C.de bonis auth. iud.pos. l.si tertius.§.fi.ff. de aqua plu.arcen.

Fallit in 3.casib.quos no.Dec.in leg.ex qua persona.ff. de regu.iur.Fallit in 13.casib. quos not.Por.in lib.3. suarum conclu.reg.8. fallit vt not. Dec.in l.debitori,C.de pact.nu.19.

Hæres ex probabili ignorantia excusatur, c. cum quis, de reg.iu.in 6.

Fallit in 3.casib. quos not. Dec.in l. qui alterius, ff. de reg.iu.num.3.

Hæres tenetur ex dolo suo, non ex dolo defuncti,l. toties,ff.de reg.iu.

Fallit vt per Dec.in d.l.toties.fallit vt colligitur ex Benedicto Capra,in suo tract.reg.67. & quare non tenetur ex dolo defuncti contra eum non iuratur in litem.fallit in 2.casib.quos not.Plot.in repet.l.si quã do,C.vnde vi.nu.772.

Hæres est eiusdem potestatis cuius fuit defunctus,l.hęredem, ff.de reg.iu.

Fallit in multis casib.quos no.Dec.in d.l.hærede.

Hæredis appellatione venit omnis successor vniuersalis,l.item veniunt,§.fi.ff.de pet.hæredi.

Ampliatur in 2.casib.vt per Dec.in le.in pari,§.hi qui, ff.de reg.iur.& venit tam hæres suus,quàm alienus.

Ampliatur in 3. casib. & limitatur in 7. per Port. libr. 4.reg.40.fallit vt per Viuium,in ver.regula est.fallit in fideicommissario qui non venit appellatione hæredis,sed fallit vt per Baptist. à Villa.conclu.24. in litera H.

Hæres & defunctus censetur vna,& eadem persona,§. 1.in auth.de iureiu.à moriente præst.

Fallit in 8.casib.quos not.Beninca.in §.omnium,Inst. de act.nu.311.vsque ad num.328.

Hæredis nomen sufficit exprimere per relationẽ. Fallit vt not.Port.lib.1.reg.20.

Hæres extraneus præsumitur habere notitiam fideicommissi,& omnium contentorum in testamento, not. Doct. in leg. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb.oblig.

Fallit in 3.casibus, vt per Ripam in d.§.duo fratres,numero 57.

Hæredi conceduntur,quæ permittũtur principali,no. in l.2.§.ex his,ff.de verb.oblig.

Fallit in 3.casib.vt per Alciat.in d.§.ex his,nu.1.

Non debent concedi hæredibus,quæ non concedũtur testatori,arg.l.hæredem,ff.de reg.iu.

Fallit in 2.casib.vt per Alciat.in d.§.ex his,nu.9.

Ex persona hæredis non debet immutari conditio, id est qualitas obligationis.Fallit in 9.casi. vt per Galliau.in d.§.ex his.nu.1. Donat.Fina,lib.2.

¶ HAERES conficiens inuentarium non tenetur ad debita defuncti vltra onera hæreditaria, item in actionibus personalibus non tenetur hæres. Guid.in tractat.de inuentario.num.decimooctauo,& decis. 351.& seq. Med.re.8.

HAERES damnatus vt certa die decem, aut fundum det,si nouem tãtum dedit,fundus æquè peti potest, ac si nihil dedisset,quia voluntas defuncti est altera lex,§.disponat.auth.de triẽte & semisse, & adimpleri debet.c.si hæredes.de testam.dixi ego in tract.de leg.& stat.p.3.q.19.num.17.& in terminis pro isto dicto facit dictum Bal.l.1.q.14.C.de his, quæ pœn. nomi.glo.& Paul.l.5.§.fina.ff.de verb.oblig.Barbatia consi.74.colum.9.vol.3. idem in procem. clem. colum.3.& in consi.34.colum.5.lib.4.Ias.l.si insulã. colum.18.de verb.obl.Barb. consi.40.lib.1.l. si non sortem,§.fin.ff.de cond.& dem.Ant.in tract.de minim.nu.90.Tiraquel.in tract.de iudic.in reb. exig. non fer.fall.27.concor. simil.Iaso.leg.sancimus.colum.3.de iudiciis. Medic.re.5.

¶ HAERES esto,geminatio istorum verborum operatur,quod duo coniuncti habent vnum semissem, & vnus disiunctus habet alium,vt copula,quæ cadit inter diuersas personas in eadem oratione positas inducat coniunctionem verbalem,secus quando cadit in duas orationes,quia tunc non inducit coniunctionem verbalem.l.1.vbi Doc.C.de cad.tollen.gl. 1.& ibi Bar.l.liber homo.§.Titius.ff.de hæred.inst. Medic.re.3.

¶ HAERES. indefinita loquutio de hærede loquens intelligi debet de omni hærede: vnde si testator dixe xit hæres meus dato,est perinde ac si diceret omnes hæredes mei dato,l.si pluribus. vbi Barto. latè.ff.de leg.2.l.si plures,ff.de leg.3.Iaso.l.stipulationum, §. item si.col.2.nu.5.ff.de verb.oblig.ampl.vt hæredis appel.veniant etiam extranei.l.in cõuentionibus,l. sciendum.l.hæredis,ff.de verb.signi.Roman.singu. 456.Ancha.consi.393.Alcia.l.4.§.Cato.col.fin.ff.de verb.oblig.Ber.c.in præsentia. nu. 473. de probat. Bald.cons.114.nu.secundo,lib.primo,l.viam.C.locati.l.fina.C.de hæred.institut.leg.si pactum, ff.de probat.Alexand.cons.9.num.3.volum.2.Imo.cons. 21.Paul.consil.191.Ang.consil. 305. Cuman. consil. 125.Guido decis.230. Medic.re.2.

¶ HAERES fideicommisso grauatus cauere debet. Hoc regulariter edixit prætor. Edicti verba hæc sunt, Vt legatorũ, seu fideicõmissorũ seruan-orum causa

causa caueatur. quod extat. ff. vt legat. seu fideicom. no. ca. l. inter omnes. ff. qui satisd. cogan. & ibi hoc adnotauit Bartol. qui dicit quòd pro relictis in vltima voluntate ante diem, vel conditionem, indistinctè debet præstari cautio. textus est etiam in l. cum Archimedoram. C. vt in poss. leg. & ibi Bald. & alij auth. contra cum rogatus. C. ad S.C. Trebelli. Azo. in Summa, C. vt in posses. ad finem. & l. postquam. §. fina. ff. vt leg. seu fideicom. no. cauea. Ratio autem, cur fideicommissario caueri debeat, colligitur ex rubr. ff. vt leg. seu fideicom. no. ca.

Ea verò est hæc, vt quod relictum est, seruetur iis, quibus interest seruari. dict. rubr. vt lega. seu fideicom. néve diminuatur. d. authenti. contra cum rogatus. néve bona dissipentur.

Amplio regulam, vt procedat, & si plures sint substituti, vel fideicommissarij: singulis enim caueri oportet. l. sed & si plures. ff. qui satisd. Nec refert, an codẽ gradu sint substituti, an diuersis, vt rectè sentit Aug. Beroius libr. quæst. famil. quæstion. cxvij. qui dicit, quòd si testator plures substitutionum gradus fecerit, vltimo loco vocatus (maximè si priores neglexerunt) potest instare, & petere, vt per hæredem caueatur fideicommissi conseruandi causa.

Quod ait neglexerunt, extendi ad eos, qui colluserunt cum aduersario, vt idem rectè censuit.

Sed & si duo de legato, fideicommissóve contendant, vtrisque satisdari debere ait Iuriscõsultus in l. si duo. ff. vt lega. seu fideicommis. nom. cauea. vbi in vulga. satisdaturum legitur, cum satisdatur legi debeat, vt Pandectæ Florentinæ indicant.

Fallit supradicta regula, vbi euidenter constaret fideicommisso locum nõ esse. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. seu fideicom. no. cauea. Non enim superuacua cautione onerandum esse hæredem dicit ibidem Iurisconsultus.

Fallit, si eam cautionem præstandi necessitatem remiserit testator, & prohibuerit. l. ij. & l. cum Archimedoram. Cod. vt in posses. leg. & l. scire debetis. C. eod. Sublimita hanc limitationem, si hæres dissipauerit bona substitutioni subiecta, & hoc testator potuit cogitare. ita Baldus in l. iubemus. Cod. ad S.C. Trebellianum.

Limita in patre, vel matre, qui filio restituere grauatus est. dict. l. iubemus in princip. iuncto §. in suprà dictis.

Ratio est, quia non est verisimile patrem dissipaturum bona, quæ filiis relinquere debet: quod vt præsumamus, facit votum parentum, & naturalis erga filios charitas. l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testam. & l. scripto. in fi. ff. vnde lib. Hinc dicit glo. in l. isti. quidem. ff. quod met. caus. quòd pater plus diligit filiũ, quàm seipsum. vnde non mirum, si à præstandæ cautionis onere liberetur pater.

Sublimita tamen duobus modis, primò si pater cauere iussus sit specialiter. d. §. in supradictis.

Secundò, si ad secunda vota conuolauerit. dict. §. in supradictis, & hæc est vna ex pœnis, quam patiuntur parentes, qui ad secunda vota conuolant. Prat. reg. 408.

¶Haeres grauatus restituere hæreditatẽ, retenta alia dimidia, & sic retenta quota hæreditatis, tenetur ad legata pro rata parte hæreditaria, quatenus habet vltra quartam. text. est in leg. prima. §. sed si quatercenta. ff. ad Trebell. Facit text. in l. Titia. in fi. & in l. quod de bonis. §. fina. & in l. Seius. & Augerius. ff. ad leg. Flac.

Limita dupliciter, vt per Iasonem in d. §. sed si quatercenta. B. Dias, reg. 320.

¶Haeres hæredis nõ dicitur hæres defuncti: vnde nomen hæredis soluitur morte. Quod dictum procedit quando causa immediata sequi debet, nam hæredis nomen regulariter vsque in infinitum extenditur, & censetur semper eadem persona cum defuncto, §. 1. authent. de iureiur. l. postulante. ff. ad Senat. cons. Trebell. l. hæredem. ff. de reg. iur. Paulus consi. 197. num. 2. volum. 2. Sed quia per fictionem dicitur non verè, & propriè, Gemi. ca. 2. nume. 10. de iur. cal. 6. Socin. cõs. 60. numer. 18. volu. 1. in his, quæ strictim interpretãtur, non ita dicendum est, Socin. cons. 24. num. 12. volum. 3. ex quo sequitur vera dicta concl. propter mediam personam, quæ tollit habilitatem extremorum, aliàs esset copulare, & coniugere plures fictiones, quod fieri non potest. l. 1. C. de dot. prom. Decius leg. hæredem. ff. de regul. iuris. vnde priuilegium concessum hæredi, de primo intelligitur, Barto. l. 1. colum. secund. ff. de const. princi. l. antiquitas. C. de vsufr. Fel. ca. 2. col. 2. de treuga, & pace. Secundò pœna adiecta hæredi per testatorem, vt aliquid agat, debet de primo hærede intelligi, Barto. l. multa. ff. de condict. & demon. l. fin. quæst. 22. Cod. de hæred. inst. Dec. l. qui per successionem. ff. de reg. iur. Tertiò prohibitio facta per testatorem hæredi intelligi debet de primo hęrede, §. manifestum. Authent. de restitu. fideicom. Alber. leg. fin. Co. de reb. eccle. non alienand. Quæ dicta procedunt in materia stricti iuris. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de verbo. oblig. in qua materia verba per prius intelligi debent, non autem per posterius: nam in contrarium regula est, hæredem hæredis esse hęredem testatoris. Tiraquel. tracta. le mort saisit. p. secund. declar. 5. nume. 10. dixi ego in tract. de regu. iur. reg. 4. nume. 46. Item declara, nisi aliter de mente testantis appareat. Medic. tract. 2. part.

¶Haeres hæredis testatoris est hæres. Hanc regulam antiquam esse tradit Iustinianus Impe. l. fi. C. de hæred. instituen. veteres Iurisconsulti ita regulariter definierunt. l. hæredis appellatio. ff. de verbo. signif. & pro hac regula faciunt multæ leges, quas citat Accursius in dict. l. final. & in dict. l. hæredis. Hãc regulam eleganter explicat Alciat. in dicta l. hæredis. & pro ea est tex. in l. sciendum. ff. de verborum signif. Hanc etiam exponit Bald. in dict. leg. fin. & pro ista regula facit capitu. j. de homicid. in vj. vbi hoc notat Geminianus.

Porrò eam de hærede vniuersali intelligendam refert Franc. à Ripa, Respons. clxxxiij. incip. videtur respõdendum. num. 15. procederéque eam sermonis proprietate ex Iasone prodidit Alciat. dict. leg. hęredis. Hoc tenet Ias. in l. si quis filium. §. in omni. ff. de acquirend. hæredit. Vsque adeò autem verum est hæredis hæredem, testatoris esse hæredem, vt etiam necessarius hæres sit testatoris, vt notabiliter infert Ias. in dict. §. in omni. in princip. quòd testator necessarius sit hæres ipsi testatori: quod videtur inueniri text. illis verbis: Nec potest Titij omittere hæreditatem.

Quoniam verò (vt ait Iurisconsultus l. sciendum. ff. de verb. signif.) hæres per multas successiones accipitur, extendemus, producemúsque regulam ad permultos casus ex sententia regulæ.

Amplio igitur eam, vt procedat in quolibet successore: quia successor Petri dicitur quilibet Papa, vt no-

tat Dominic.in c.j.de homicid. per illum tex.vt refert & sequitur Decius l.qui successionem.ff.de reg. iur.Ias.in dict.§.in omni.facit tex in leg.1.ff.de cast. pecul.

Extendo,vt etiam procedat in alienationis prohibitione: hanc enim ad hæredis hæredem extendi scribit Bartol.l.filiusfam. §.diui.versic.quæro vtrum prohibitio,ff.de leg.j.& Lud.Roma. consi.cccclvij.incip. circa propositam.vbi tamen distinguit: cuius verba non refero.

Amplio,quod hæres hæredis est propriè,& verè hæres testatoris, licet per mediam personam alterius.: ita tenet Ias.in dict.§.in omni. Hæc tamē ampliatio nō caret dubio,& eam in vtranque partem idem disputat.Alciatus tamen in d.l.hæredis.putat non vi verborum, sed propter vtilitatem receptum esse, per l.§. hoc interdictum, ff. quor. lega. Sed ad hoc posse responderi Ias.docet ex verbis Bald.in l.fin.quæst. 21.C.de hæred.instituend.quia ait Bald.ea quæ sunt iuris,transmittuntur verè & propriè,facta verò impropriè,& fictè transeunt.cogita.

Extende regulam, vt procedat non solùm in eum,qui est hæres hæredis titulo hæreditario, sed etiā in eo, qui venit titulo vniuersali,sed non hæreditario:vt in patre occupante castrense peculium filij defuncti, quamuis non sit hæres hæredis.ita Iaso.in dict.§. in omni per tex.leg.j. ff.de castrēs. pecul. Ponderat etiam Ias.tex.in dict.§.in omni.In omni successione, & sic non solum hæreditaria,sed & alia vniuersali.

Ampliatur etiam regula, vt habeat locum etiam si sit dictum,scriptis hæredibus,tūc enim venit hæres hæredis,quamuis non videatur scriptus,l.vnic.ibi scriptis hæredibus, C.quor.le.& ibi hoc not.Bal. quem tex.ad hoc citat Iason in d.§.in omni.

Tametsi autem in speciebus paucis hæredis appellatione proximum contineri dixerit Pau.I.C.dicta l. sciendum. varias tamen huius regulæ restrictiones adferunt interpretes. Referendæ porrò prius visæ sunt limitationes à Paulo traditæ in d.l.sciendum.

Fallit igitur in substitutione impuberis, veluti,quisquis mihi hæres erit, idem filio meo hæres esto.qua in specie hæres hæredis non continetur, quia incertus est.dict.l.sciendum,& est text.in l.qui liberis,ff. de vulg.

Fallit in lege Ælia Sentia, qua filius hæres proximus potest libertum paternum, vt ingratum accusare, non etiam si hæredi hæres extiterit,l.sciendum, suprà citata.

Fallit in exactione operarum, vt filius hæres exigere possit,non successione effectus,d.l.sciendum. & tex. l.cùm patronus,§.cùm libertus,ff. de oper.liber. & vide vtrobique Doctores.

Limitat etiam eandem regul.idem Paulus, leg. ex illa. ff.de verb.signific.explicans edicti prætorij partem: quod quidem edictum extat in l.1.ff. vnde legiti.ait igitur Paulus I. C.ex illa parte edicti:Eum,quem ei hæredem esse oportet, hæredis hæredibus bonorū possesio non defertur.

Sublimitat tamen And.Alciatus in d. l. ex illa,in casibus, in quibus ius agnoscendæ bonorum possesionis ad hæredem transmitteretur : quo casu hæredis hæredem contineri ait. l.emancipata. argumento à contrario sensu.C.qui admit.

Restringit Iason in d.§.in omni. quando dictum esset suprà scriptos,vel infrascriptos hæredes : tunc enim non veniret hæredis hæres. Eandem limitationem ex Bart.tradit Decius d.l.qui per successionem.ff. de reg.iur.

Limitat Ias.in d.§.in omni.quando esset adpositū pronomen,meos,putà,quia testator dixisset, hæredes meos:tunc illud pronomē,meos,facit, vt nō veniat hæres hæredis:ita limitat Old.consi.xxj.incip.thema tale est:testator habebat.Sed hoc non sufficere putat Alciatus d.l.hæredis.nisi alia mētis coniectura concurrat.

Fallit,quando opponeretur dictio,ipse,vel ipsi:vt quia testator diceret,ipsos hæredes substituo, vel quid simile:tunc nō venit hæres hæredis: quia dictio, ipse, est personalissima.Ias.vbi suprà, Bald.consi.ccccciij. vol.5. incip.Nobilis vir.

Non procedit in pœnalibus, quia si hæredi imposita sit,non habet locum in hęrede hęredis.Bald.l.fin.q. 22.C.de hæred.instit.Iason in dicto.§.in omni.Phili.Decius l.qui per successionē. Intelligendū tamē sanè ait Iason quando illud onus pœnale aliquid faciendi fuit iniunctum nominatim hæredi, putà sub nomine proprio præcedenti. Sublimita,si nō nominatim,sed sub nomine appellatiuo simpliciter : tūc enim etiam in pœnalibus venit hæres hæredis per l.j.§.fin.cū ibi notat.ff.de leg.iij.per gloss.in verb. non debere.

Non habet locum,quoties Titio, eiúsque hæredibus vsusfructus legatur:nam de primo tantum hærede intelligemus,l.Antiquitus, C.de vsufruct.Rationē adfert And.Alciatus,ne proprietas, sublata consolidationis spe,inutilis reddatur.& vide Alciatum,qui aliquot alias limitationes refert in d.l.hæredis.quē vide. Prat.re.409.

¶ Hæres inuentarium non conficiens vltra hæreditatis vires tenetur,& alias pœnas patietur, de quibus in authēt.de hær.& Fal.in §.quia verò.& nota. in l.fin.C.de iure deliber.

Qui ex residuo, &c.] Hęc Rubrica est pro nota, non generale: videtur recipere exceptionem: scilicet cùm asse completo, ex reliquo quis instituitur, vt ff. de hæred. inst. item quod. §. si ex asse. Azo, rub. 25.

Hęreditas domini loco: vel dominę habetur.

C. depof. l. cum hęreditas.
ff. ad l. Aquil. l. liber homo. §. fi.
ff. de inter. act. l. sed an.
ff. de acquir. rer. dom. hęreditas.
ff. quod vi aut clàm. l. denique. §. quęsitum.

Hæreditas loco, &c.] Id est, vice defuncti: hoc est quod in sequenti Rub. continetur. Hęreditas vicem personę, &c. habet quidem loco domini, ad plura: sed excipiuntur, in quibus factum personę per substantiam desideratur, vt in sequenti Rubr. hęreditas personam defuncti sustinet, hęredis autem substantiam non sustinet in aliquo casu, licet id dicatur in proxima Rubrica, nec obstat quod legitur ff. de nouat. l. nouatio. quod enim dicit, Sed transit ad hęredem:

subaudi, eius defuncti, cuius defuncti persona, &c.
Hæreditas hæredis personam sustinet.
ff. de vsuc. l. hæres.
ff. de stip. seru. vsufr.
ff. de nouat. nouatio. Azo, rub. 25.
Hæreditas personam defuncti sustinet.
In Instit. de stip. seru. in prin.
ff. de hær. instit. l. non minus.
ff. de leg. 1. l. legant. §. si seruo.
ff. de acqu. dom. l. hæreditas.
Quo ad hæreditatem vel institutionem.
In Instit. de hær. inst. §. alienus.
Quo ad legatum.
ff. de leg. 2. l. si tibi & mihi. Azo, ru. 25.
Hæreditas fungitur vice personæ.
ff. de fideiuss. mortuo. Azo, rub. 25.
Successionis iure, quædam habentur quæ aliàs non habentur.
ff. de acq. rer. dom. quendam.
ff. de decur. l. qui.
ff. de vsur. l. cum quidam. §. fiscus.
ff. de re milita. l. milites.
ff. de inoffic. test. l. filiis. in fi.
ff. ad l. Corn. de fals. l. 1. §. pen.

Quædam habentur successionis iure, &c.] Licet quædã habere non possit hæres ex titulo singulari, habere tamen potest ex titulo vniuersali, vt ff. de acqui. rer. dom. l. quædam. & de fund. dota. l. 1. vt in hac Rubrica continetur, & sunt specialia, sicut ex verbis ipsarum legum apparet: sic enim dicit, quædam: vnde apparet, aliud in cæteris censendum.

¶ HAEREDITAS non potest dari nec adimi directo in codicillis, text. in l. 2. C. de Codicil. & in l. hæreditas. C. de is, quibus vt indignis. & in l. non codicillum. C. de testament. & in §. penultimo. Institut. de codicil. cum concordant. alleg. per glossam in dicta l. 2. cui regulæ solùm tradit quatuor limitationes Socin. in reg. 169. incipien. hæreditas per fideicommissum, sine ampliationibus.

Amplia istam regulam, quòd nec conditionem potest apponere testator in codicillis, instituto purè in testamento: vt est text. in l. penult. §. fin. ff. de cond. instit. & in l. diui. in princ. ff. de iure codic. Et habes tu, Hispane, text. in l. 8. titu. 3. par. 6.

Amplia secundò, quòd nec substituere potest testator in codicillis in locum hæredis instituti in testamento, vt est tex. in d. l. 8. tit. 3. par. 6.

Primò fallit in milite, vt est text. in l. militis codicillis. ff. de testa. mil. ponit Alexand. & Iason in dicta l. secunda.

Secundò fallit in codicillis conditis inter liberis. Bart. in dict. l. militis. refert Alexand. in d. l. 2. & ibi etiam Iason de cuius veritate vide latissimè per eundem Alexand. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testament. & Iaso. ibi, & hanc limitationem posuit Socinus vbi suprà, & refert solum Bartol. in loco suprà alleg.

Tertiò fallit in relictis ad pias causas, ponunt Alexan. & Iaso. in dicta l. secunda, posuit Socin. vbi suprà, allegando solum textum in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & Bald. ibi.

Quartò limita, in institutione directa certæ rei, quæ potest fieri in codicillis, quando datus est cohæres vniuersalis in testamento, cùm tunc talis institutus in re certa habeatur loco legatarij, per l. quoties. Cod. de hæred. institut. quod voluit Bald. in l. non codicillum. suprà alleg. sequitur Iaso. in dict. l. 2. vbi ante eum sequitur hoc etiam Alexan. quod sublimita, quando ille institutus in re certa esset extraneus, secùs, si filius, quia tunc saltim quo ad querelam institutio in re certa, habet potiùs naturam institutionis quàm legati. ita Bald. in l. omnimodo. in prin. 3. quæst. C. de inof. test. quod reputant solenne Alex. & Ias. vbi s.

Quintò fallit, quia potest fieri institutio hoc modo: instituo illum hæredem quem in codicillis declarauero, vt in l. asse toto. ff. de hæred. institu. Et vide similem legem 8. titu. 3. part. 6. Istam limitationem tradit Iason vbi suprà, quam etiam ponit Alexand. ibi, à quo Iason habuit omnes præcedentes limitationes, licet de eo nullam fecerit mentionem in aliqua earum, contra fidelitatem scribentis debitam, cum ipse nihil addiderit, preter bonum ordinẽ, quo non sunt ab Alex. compositæ.

Sextò fallit, quando hæreditas esset adempta ab hærede scripto, & data alteri in codicillis, quia tunc ille hæres videtur grauatus restituere eam per fideicommissum scripto in codicillis, vt firmat Imol. in l. 1. §. 2. ff. de iniust. rupt. irri. refert Alexander in d. l. secunda. in fine. & in l. verbis ciuilibus. in prin. ff. de vulg. & pup. & sic regula nostra loquitur, quando tãtum fit ademptio in codicillis, & alteri non conceditur. Licet ista non sit propriè restrictio ad regulam, cum ista talis ademptio hereditatis, tunc non fiat directo in codicillis.

Septimò limita, seu declara prædictam regulam, quia licet in codicillis nihil possit directo testator disponere, vt in regula: tamen clausulam derogatoriã appositam in testamento potest testator in codicillis reuocare, adeò quòd si posteà faceret aliud testamentum, valeret absque alia derogatione. Ita singulariter tenet Salice. in l. secunda. C. de codicil. refert & sequitur Angel. in §. penultimo. Institut. de codic. & commendat etiam Ias. in l. sancimus. C. de testa. sic declarando l. hæreditatem. C. de codicil. & §. pe. Inst. eod. B. Dias reg. 309.

¶ HAEREDITAS non adita suitatis beneficio transmittitur. l. apud hostes. ff. de suis & leg.

Primò fallit, nisi hereditas esset per filium repudiata, quia licet ipsi primum competeret beneficium l. 1. C. de repud. hær. tamen ad subsequentem hoc beneficium non transmittit, & sic nec hæreditatem non aditam: & hoc per l. vnicam. C. de his, qui ante aper. tab. istud dicit Ang. in l. ventre. ff. de acqu. her. & fuit dictum Bal. in l. minor.

Secundò limita, nisi filia excludatur masculis extantibus, quia tunc non videtur sua, per consequens non habet beneficium suitatis: vt singu. voluit Bart. in l. prima. §. sciendum. ff. de suis, & leg. per illum textũ: & ideo illo tunc casu si hæreditas ex fraternitatis benignitate sibi foret concessa, si talis hæreditas non adeatur, per eam transmissa non dicetur, & hanc limitationem ponit Roma. in l. ventre. ff. de acquirend. hered. sed si in predicto casu frater decederet sorore viuente & non adita hæreditate, nihilominus transmitteret partem, quam habet sibi attinentem propter sororem exclusam à successione. ita dicit Lud. de Rom. in dict. l. ventre, alleg. Bald. hoc dixisse in quodam consi. quod incip. in Christi nomine amen. factum ponitur in hac forma, quidã nomine.

Tertiò limita sing. secundum Barto. in l. militari. §. fi.

de testament.mil. nisi à suo petitum esset ius delibe randi: quia tunc eo infra annum decedente, idem videtur quò ad transmissionem, quod de extraneo dicitur. l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. & istud dictum Bar. in d. l. cum in antiquioribus. ponit etiam Lud. de Roma. in l. ventre. ff. de acquir. hæred. B. Soc. reg. 212.

¶ Haereditas non datur, neque adimitur in codicillis, esset hoc enim contra iuris formam. §. codicillis. dixi suprà ampliat. 12. vbi nonnulla adduxi. Med. reg. 7.

¶ Haereditas per fideicommissum solum, & non in codicillis directè dari, & adimi potest. l. 2. C. de codic. l. hæreditas. C. de his, quib. vt indig. cum vulg.

Primò fallit, quia dicta regula non habet locum inter liberos, seu proximos venientes ab intestato. l. militis codicillis. in prin. & ibi Bar. ff. de test. mil. vbi expressè hoc habetur.

Secundò fallit ad pias causas. l. 1. C. de sacros. eccl. & ibi Bald.

Tertiò fallit in institutione facta de re certa, vt tenet Bald. in l. nec codicillum. C. de testa. quod intellige verum, quando instituitur hæres extraneus in codicillis, secùs in filio: quia Bald. in l. omnium. in princ. in 3. quæstio. C. de inofficioso testamento. & in authenti. ex causa. in 6. quæst. C. de lib. præt. dicit quòd secùs est in filio, & declarat & reputat esse verum & bonum not.

Quartò fallit, quando per viam declarationis testator faceret testamentum: vt l. à seruis, & ibi per Ioã. de Imol. de hæred. institut. quod sanè intellige, quando mentio facta fuerit de hærede, in quem vt de isto hærede: secùs si aliter esset, secundum Bald. in d. l. nec codicillum. C. de testament. & ibi Salicet. vnde testam. non assumunt vires à codicillis, sed econtra sic: & ideo Bald. in l. quoties. C. de hæredib. institut. dicit quòd pater in testamentum dixit iure institutionis prout requiritur in §. aliud quoque capitulũ. iuncta gloss. in authentic. vt cum de appellat. cogn. sed in codicillis non potest per patrem declarari ꝙ relinquat iure institutionis: cum verbum relinquo si proferatur ad vniuersalia, facit institutionem ad particularia, vt notatur in l. cogi. §. fi. ff. ad Trebel. vt ibi per Bart. & alios latissimè disputatur. B. Soc. reg. 213.

¶ Haereditas. Quæ circa hæreditates vertuntur: & sacramenta. Quod restitutio hæreditatis non possit fieri nudo sermone: vel hęres rogatus restituere possessionem, penes se habeat.

ff. de pet. hær. l. quòd si. §. item Iul.
ff. de fideicommis. hær. pet. l. quæ actio. & l. vlt.

Quòd restitutio, &c.] Ego puto, restitui hæreditatem fideicommissariam solo verbo, etiamsi hæres possideat, vt ff. ad Treb. l. restituta. Leges autem, quæ hîc in contrarium inducuntur, nihil ad rem faciunt.

Hæredis appellatione significari successores.

In Aut. de sciss. e. §. sed hæc.
ff. de fideic. hær. l. non tantum.
ff. de verb. obl. l. interdum.
ff. de verb. sign. l. hæredum. l. in coniunctionib.

Contra.

ff. ad Trebel. l. ex facto. §. vlt.

Hęredis, &c.] Hoc plerumque: sed quandoque filij cõtinentur appellatione hæredum. vt ff. ad Trebel. l. ex facto. §. vlt.

Non idem iuris est, si per alium est hæres, qui esset per semetipsum.

ff. de oper. lib. l. cum patronus. §. cum liber.
ff. de constit. pec. l. hæred. in princip.
ff. de coniun. cum eman. lib. §. si nepos.
ff. de bon. poss. contra. l. non pr. §. adoptio.
ff. de vulg. & pup. l. cum filio.
ff. de acq. rer. dom. l. acquiritur.
ff. de inter. act. l. si defensor. §. illud.

Non idem iuris est, &c.] Hæc est nota.

Pœnalis actio non competit in hæredes.

ff. de calumnia. l. hæc actio.

Contra.

ff. de iureiur. l. nam postea. §. 3.

Pœnalis actio, &c.] Hoc explicuimus suprà de hæreditatibus, & defunctis.

Sacramentum non prodest.

In Inst. de act. §. præterea.
In Aut. de test. §. quia verò.

Contra.

C. de offic. rect. prouin. l. procura.
C. de procura. l. militem.

Non prodest, &c. & contrà.] Hæc est nota.

Iusiurandum deferri potest.

ff. de iur. iur. l. in ius. §. qui.
In Inst. de fideic. hær. §. quia.

Hæc vera sunt, cum propter rem iuratur: nam aliàs vtique quia parenti, vt ff. de iureiur. l. in ius. §. qui.

Iusiurandum de calumnia non potest remitti.

ff. de iureiur. l. iusiurandum.

Iusiurandum de calum. &c.] Hoc plenè exposui suprà de sacramentis.

Iudex ante sacramentum taxare debet.

C. de iud. Aut. post.

Contra.

ff. de dolo. l. arbitrio.
ff. de rei vend. l. qui restituere.
ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. 2.

Iudex ante sacramentum, &c.] Solutio. Taxare potest à principio: item pòst, si non taxauit à principio, vt in contraria Rub.

Prior qui est in gradu, potior est in successione.

In Instit. de hęr. quæ ab intest. §. cùm filius.

Contra.

In Instit. de leg. agn. suc. §. 2.

Qui prior, &c.] Solutio. Regulare est, vt qui prior in gradu, potior sit in successione. Sed fallit in casibus, vt C. de leg. hęr. Aut. cessante. & Aut. post fratres.

Infinita admitti.

In Aut. de mand. prin. §. sed neque.
C. de transac. l. fratris tui.
C. de sacros. Eccles. l. vt inter diuinum.
ff. de leg. 3. l. fideic. §. si quis decem.
C. de plus pet. in fin.
C. de vsufr. l. antiqui.
C. de fide instr. l. vlt.
C. de damn. inf. l. si finita qui bona fid. §. vlt.
C. de iudic. l. apertissimi.
ff. de iureiur. l. admonen. §. si super.
ff. vt leg. vel fideic. l. 1. §. si quis.
ff. de annu. leg. l. Seio. §. vxori.
ff. de verb. sig. l. sciendum. §. 1.
ff. sol. mat. l. si mora.
ff. pro socio. l. socius pro sali.

C.de bon.aut. iud.poss.l. vlt.
C.de praescr.30.ann.l.cum notis.
Infinita relinqui.
In Instit.de haer.inst.§.& vnum.
ff.de in lit.iur.l.videamus.§.iurare.
ff.de annu.leg.l.annua.§.at Titia.& l.pen.
ff.de fideiuss.l.si ita sti.
ff.de in ius voc.l.3.
ff.de seru.vrb.praed.l.cuius.
ff.de rei vend.l.qui restituere.
ff.de leg.praestand.l.1.

Infinita,&c.]Solutio.Infinita est euitanda, vt hîc. Nec obstat, quod in contraria Rubr. dicitur: toleratur enim quandoque ex praecepto praetoris, vel ex voluntate partium,vel generalitate verborum,vel permissione legis:vt ex legib. cõtrariae Rubr.patet.Azo, rub.102.

¶ HAEREDITATIS Aditio inducitur eo ipso, quòd is cui delata est haereditas, reperitur possidere aliquam rem haereditariam: nam ex hoc censetur totam haereditatem adire,no.in l.is potest, ff.de acqu. haered.

Fallit in 8.casib. quos not. Rob.Maran. in d.l.is potest, num.58.& haereditatem adire quis videtur,& se immiscere in ea,in 13. casib.quos not. Campeg.in trac. de rest.reg.424. vbi remissiuè ponit in quibus casib. quis non praesumatur adire.

Seruus non potest adire sine iussu domini.l.si quis mihi bona.§. iussum.ff.de acq.haered.§.alienus.Inst. de haer.inst.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 5.à Rob.Maran.in d.l.is potest,nu.100.

Qui ignorat conditionem, sub qua est institutus, esse impletam,non potest adire,l.multum interest, & l. 2.ff.de cond.& demon.

Fallit in 4.casib.quos not.Iaso.in l.si quis extraneus,§. sciendum,ff.de acq.haer.

Qui semel repudiauit haereditatem,nõ potest amplius adire.Fallit tamen in suo haerede,l.si quis suus,C. de repu.haered.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 10. à Iaso. in d. l.si quis,nu.1.

Aditione haereditatis non facta, omne ius testamenti soluitur,l.eam quam,C.de fideicom.l.si nemo, la 1. ff.de test.tutel.

Fallit in 5.casib.quos not.Socin.reg.12.in addit. Fallit in 11.casib.quos not.Ias.in d. l.eam quã,C. de fideicomm.numer.20.Fallit vt not. Dec.in l.si nemo, ff. de reg.iur.Fallit vt per Viuium in suis concl.in ver. haered.non.Fallit in 26.casib.quos no.Bened. Capra in suo tract. reg.111.

Ius adeundi, seu immiscendi, 30. annis praescribitur: hanc esse communem opinionem testatur Ias.in l.licet,C.de iure delib.

Fallit vt per Ias.in d.l.licet.Fallit vt per Viuium in suis concl.ver.haereditatem adeundi ius.

Filiofam. instituto repudiante haereditatem, potest pater eam acceptare, etiam si tali filio esset datus substitutus: hanc esse communem opinionem testatur Baptist.à Villalob.conclus.120.in litera F,vbi limitat.

Haeres scriptus,non obstante contra tabulas, potest adire hęreditatem,& obtinere perpetuo iura directa. Bar.in l.posthumo,C.de bo.pos.contra tab.

Fallit in 3.casibus,quos not.Ioan.Bolog.in d.l. posthu. nu.59.

Per haec verba,volo adire,non inducitur aditio. Fallit in 3.casibus,quos not.Ioan. Bolog.in l.qui se patris, C.vnde lib.numero 49.& sequen. vbi latissimè hoc tractat.

Adire hęreditatem non potest pupillus,sine tutoris authoritate,§.neque tamen,inst.de autho.tut.

Fallit in 4.casibus,quos not. Socin.regu.330. fallit in 5. casib.quos not. Ias.in l.more,ff.de acqu.haer. nu.44. Don.Fina.lib.2.

¶ HAEREDITATIS filiofamiliàs delatae detentio facta longo tempore per ipsum, facit praesumi ipsum praecessisse.text.est secundum Bar.ibi in l.si filius.C. de petit.haered.de cuius intellectu & materia, vide Balb.in tractat.de praescript. in tertia parte principali.

Limita quinque modis,vt per Iason.in l. prima. C.qui admit. B.Dias reg.310.

¶ HAEREDITATIS vna pars,licet solùm sit à principio alicui delata à testatore, si tamen posteà cohaeres repudiet,reliqua pars sibi inuito accressit,vt in l. si ex duabus.§.fin.iuncta l.si duo.ff.de acquir.haered. per quae iura istam regulam tradit Ias. contra Bart. ibi in l.quidam elogio.C.de iure deliberan.

Limita dupliciter:vt per eũdem Ias.ibi.B.Dias re.308.

¶ HAEREDITATEM paternam acceptans, cogitur inuitus pupillarem substitutionem acceptare.tex.est in l.quidam eulogio.C.de iure delib.Concordat ibi Hispano text.in l.8.tit.5.par.6.

Amplia quatuor modis,vt per Ias. in d.l.quidam.

Limita secundum eundem, quando talis acceptans haereditatem,fuerat institutus in re certa: pro quo refert Paul.Imol. & Alexand.quod intellige alio dato cohęrede vniuersali,qui haereditatem adierit, vt ibi per eum. B.Dias reg.311.

¶ HAEREDITATEM, seu portionem haereditariam restituere grauatus, non tenetur pręlegata restituere.Ita concludit gloss.in l. cum virum. gloss. magna prope fin.C.de fideicom.mouetur per l. Marcellus. §.quidem.ff.ad Trebel.& l. fideicommissa, §.fi.& l. si Titius.ff.de leg.3.

Limita tripliciter secundum Ias.in d.l.cum virum.in fi. B.Dias re.314.

¶ HAEREDITATEM transmittit filius ex potentia suitatis,etiam si filius infans post mortem patris horam tantum vixerit:quia momentum sufficit, Doct. comm.l.si infanti.C.de iur.deliber.conc. simil. Ant. cons.20.Ias.l.inter stipulantem.§.sacram. ff.de verb. oblig.colum 8.Bal.l.si quis posthumos.§.1.col.fi.ff. de liber.& posthum.Alexand.cons.29.in fine.libr.1. Item no.quod hęreditas in vno nummo esse potest, not.l.hęreditas.ff.de reg.iur.l.nihil aliud.ff. de verb. sign.Tertiò not.quòd prohibitus alienare bona haereditatis sub pœna priuationis alienando vnam rem tantum etiam minimam tota hęreditate priuatur, Dec.c.de appellationibus.colum.2.de appellat.cap. maioribus.de praeb. Ang.cons.168.colum.2.Anton. cap.fi.col.44.de cõsue. Quartò hęreditate indignus censetur,qui cõmodauit tacitam fidem in vno nummo de restituendo incapaci,Bald.leg.etiam. col.pe. C.ad leg Falc.Ant.Cors.in tract.de minimis.nu.96. Med.reg.5.

¶ HAEREDITATE iacente,nõ inchoatur, nec currit praescriptio,donec vacat,licet continuetur iam cœpta.contra ipsam:vt in l.ea, quae. & ibi notat C. de temp.in integr. restit. & in l.si seruus hęreditarius. & ibi no.Ange.& Imo.ff. de stip.ser.iuncta l.cœpta.

ff.de vsucap. per quæ iura ita concludunt Cyn. Bald. Angel. Paul. & Alexand. in l. licet. ad fin. C. de iure deliberand.

Limita quatuor modis, vt per Balb. in tract. de præscript. in sexta parte princip. versic. vigesimus quintus casus, vide Felin. in capit. de quarta. de præscrip. qui ante eum limitauit hanc regulam tripliciter. B. Dias reg. 312.

¶ HAEREDITATE non adita legata etiam ad pias causas non debentur, vt tenet Bald. in l. fi. C. de testamēt. manu. Angel. & Imo. in l. qui filio. §. primo. ff. de hæred. instit. Bald. Salic. & Flor. in l. eam, quam. C. de fideicommiss. & hanc dicit communem sententiam Iaso. in l. 1. in 1. lect. C. de sacrosā eccles. & in ead. l. in 2. lectu. & in d. l. eam, quam. in quibus locis plures refert hoc asserentes, licet Barto. contrarium firmauerit in dict. l. 1. Vide Philip. Dec. remissiuè in reg. si nemo subiit. ff. de regulis iuris. & vide latissimè per Barb. in rub. de testa. versic. vigesimoprimò limita.

Limita tripliciter, vt per eundem Ias. in d. l. 1. in 1. lect. & in d. l. eam quam. B. Dias re. 313.

¶ HISTORIA. Historiæ exemplum probat. c. cùm causam, de prob. l. 1. ff. de off. præf. præt. in l. 1. ff. de offi. quæsto. Bar. & Alex. in l. 1. ff. si cert. pet.

Ampliatur in quatuor casibus, & limitatur in vno, vt per Fran. Purp. in l. 1. num. 156. ff. si cert. pet. Don. Fina, lib. 5.

¶ HOMAGIVM. Lucius Tertius.
Reg. seu Cap. xj.

Indignum est, & à Romanæ Ecclesiæ consuetudine alienum, vt pro spiritualibus facere quis homagium compellatur.

De hoc vid. Ioannem Andreæ & Imolam, hoc loco. Viuiennus.

¶ HOMAGIVM patris non obligat filios. Hanc regulam dicunt Bald. Salicet. & Iason ex l. transactione. C. de transactio. quæ regula optimè per illum text. probatur. de qua & F. Ripa. in l. secūda, §. quod si in patris. versicu. & ex hoc infertur. ff. de transactio. Alciat. dicta l. transact. Nec enim pater pacisci, vel transigere de filiorum statu potest. Alciatus dict. l. translatione. ad cuius dispositionem per multas rationes adfert & vide Spec. tit. de feud. §. quoniam super homagiis. par. 4.

Fallit si filij simile homagium, siue (vt latiniùs loquamur) hominum fecerint: nam tunc filij obligarentur patris homagio, Bal. d. l. transactione.

Limitatur, vt non procedat, si filij hæreditatem patris adierint. Alciatus dicta l. transactione. capit. primo, §. omnes filij. si de feud. controuer. in vsibus feudor. Nam tunc auctorum suorum actis aduersari nequeunt. l. cum à matre. & ibi not. C. de rei vendica. Sublimita hanc limitationem, si filij probent confessionis errorem: nam ex eorum persona reclamare possunt. Alciatus dicta l. transactione. De hac regula vide latissimè per Iacob. de Sancto Georgio, tractatu de Homag.

Restringitur dicta regula, vt non habeat locum si patri homagium facienti consentiat filius, vt videtur innuere Bal. in addit. ad Spec. d. §. quoniam super homagiis.

Non procedit prædicta regula, si vni ex filiis per patrem, vel iudicem, vel communem cōsensum filiorum res, pro qua homagium pater fecit, adsignetur. Specu. dicto §. quoniam super homagiis per dict. §. omnes. l. 3. ff. de aliment. & cibar. leg. l. 3. §. hæres. ff. commod. & huius quidem limitationis hæc est ratio, quia res transit cum suo onere. l. 2. C. de præd. & omnibus reb. nauicul. libro vndecimo. Cod. vbi Bartol. Ioannes de Platea, & Odofre. Est & alia ratio, quia ad quem pertinent commoda, ad eum pertinere debent & onera. l. secundum naturam. vbi Doct. ff. de reg. iur. reg. 413.

¶ HOMAGIVM pro spiritualibus non est faciendum. de reg. iu. c. fi. Riisvvich.

¶ HOMICIDIVM casuale. Homicida casualis pœniteat v. annis. Si culpa casum præcessit: aliter non nisi fortè ad cautelam.

Primùm secundum Ray. Vltimum iuxta distin. l. eos & duo. c. seq. Viuien. reg. 15. dir.

¶ HOMICIDA regulariter punitur pœna mortis. tex. est in l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar.

Amplia nouem modis, & limita xxv. vt per Hippo. ibi, à prima vsque ad 14. col. & limita latiùs 45. modis, vt per Iacob. Nouel. in repet. §. famosos. l. capitaliū. ff. de pœnis.

Et tu, Hispane, vide l. 2. & 3. tit. 8. par. 7. ex quibus colliges sex casus, in quibus fallit ista regula: & vide etiā l. 4. tit. de los homicidios. lib. 8. in ord. regal. quæ ponit plures casus. B. Dias re. 321.

¶ HOMICIDA regulariter punitur pœna mortis. l. 1. ff. ad l. Corn. de sica.

Ampliatur in 9. casibus, & limitatur in 25. vt per Mars. in d. l. 1.

Fallit in 45. casib. vt per Belui. in rep. l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis. Ampliatur in 29. casib. & limitatur in 52. per Lācil. in trac. de offi. prȩt. in ti. de homi.

Fallit in 36. casib. in quibus, qui hominem interficit, non punitur, quos enumerat Blan. in praxi crim. fol. 113. & 4. casus enumerat idem fol. 155. Fallit in 31. casib. in quibus homicida excusatur, quos refert Care. in praxi crim. §. circa quartum.

Homicidio præstans opem, tenetur vt homicida, ca. sicut dignum, §. illi etiam, de homic. l. is qui opem, ff. de furt.

Fallit in 7. casib. vt per Felin. in d. cap. sicut dignum: & in cap. 1. de off. delegati, vltra Felin. ponit duas limitationes. Mars. in l. fi. ff. ad l. Corn. de sica. Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 7. per Io. Villa. in l. diuus, ff. ad l. Cor. de sica.

Mandans eadem pœna punitur qua mandatarius. Ampliatur in 16. casib. & limitatur in 8. à Lancil. in trac. de off. prȩt. in tit. de mandante. fallit in 12. casib. vt per Dec. in c. 1. nu. 43. de off. deleg. fallit in 7. casib. vt per Carer. in praxi crim. in §. circa, in titu. de homi. fallit in 5. casib. secundum Feli. in c. 1. nu. 9. de off. deleg. & c. sicut dignum, de homicid.

Fallit in 6. casib. vt per Io. Villa. in repet. l. Diuus, ff. ad l. Cor. de sica. & istud procedit etiam si mandaui, vt non interficeret, sed vt verberaret. Fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. sicut dignum, de homi. nu. 2.

Mulier quæ causam dedit proprio abortui tenetur lege Cor. de sica. fallit vt no. Blan. in praxi cri. fol. 78. nu. 13.

Qui percussit pede mulierem prægnantem adeo quòd fecit abortum, tenetur de homicidio. fallit vt colligitur ex distinctione quam ponit Blan. in prax. crimi. fol. 78. nu. 16.

Furiosus non tenetur de homicidio, neque de alio delicto, l. diuus, ff. de off. prȩsid. facit text. in clem. vnica, extra de homi. c. aliquos 15. q. 1.

Fallit

Fallit vt colligitur ex distinctione, quam ponit Blan. in praxi crim. fol. 82. videas Carerium in praxi crim. §. circa quartum, nume. 13. fallit vt per Viuium in suis concl. in ver. furiosus occidens.

Ebrius non tenetur de homicidio. fallit vt colligitur ex distinctione, quam ponit Blāc. in praxi crim. fol. 85. videas Carer. in ver. circa quarta, nu. 22.

Dormiens nō tenetur de homicidio. fallit vt per Blan. fol. 86. & per Carerium in dict. §. circa quartum, numero 25.

Iustus dolor excusat ab homicidio. fallit vt per Blanc. in praxi crim. fol. 86. num. 1.

Homicidium commissum in ludo excusatur. fallit in multis casib. quos colligere potes ex distinctione Blan. in praxi crim. fol. 87.

Ignorantia iuris vel facti non excusat ab homicidio. fallit vt colligitur ex distinctio. Marc. Ant. Blan. in praxi crim. fol. 91.

Casu committens homicidium non tenetur. fallit vt per Blan. in sua praxi. fol. 111.

Stante statuto quòd occidens occidatur, si lata culpa occidat, non dolo, non punitur pœna ordinaria.

Fallit in 2. casibus, vt per Carer. in sua praxi, in titu. de homi. §. 2. num. 5.

Si animo occidendi quis aggressus fuerit aliquem, licet non occiderit, vt homicida punitur. fallit vt per Carerium in sua praxi, §. 2. num. 8. fallit in multis casib. vt per Blan. in sua praxi, fol. 120.

Attentans committere homicidium punitur pœna ordinaria. fallit in multis casib. quos not. Carer. in sua praxi. §. 2. num. 8.

Occidens volentem, pœna homicidij non tenetur.

Fallit in 2. casibus, vt per Carer. in sua praxi. §. 2. numero 50.

Dans causam homicidio, pœna capitis punitur.

Fallit vt no. Carerius in d. §. 2. nu. 78.

Clericus efficitur irregularis si consulendo, vel instigando committit homicidium. Ampliatur & limitatur in multis casibus, vt per Carerium in d. §. circa, nu. 141.

Præstans consilium de homicidio punitur, l. consilij. vbi no. ff. de reg. iur.

Fallit vt per Carerium, vbi suprà, nu. 159. & 163. vbi limitat in 7. casib. fallit in 7. casib. secundum Felin. in c. sicut dignum, de homi. nu. 7.

Infans non punitur de homicidio. fallit vt not. Carer. in praxi crim. §. circa quartum, nu. 2.

Occidens bannitum excusatur. fallit in 14. casibus, vt per Carerium in d. §. circa quartum, numero 195. fallit in multis casibus, quos notaui suprà in tract. de bannito.

Maritus occidens adulterum repertum in adulterio, excusatur.

Fallit in multis casib. vt per Care. in d. §. nu. 253.

Incertitudo excusat, vnde si plures in rixa percusserint & occiderint, nec apparet à quo fuerit occisus liberantur. fallit in 3. casib. vt per Car. in d. §. circa quartam. num. 345. Don. Fina, lib. 4.

¶ Homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur, & pœniteat 7. annis.

L. distinct. miror. Viuiennus.

¶ Homicidium commissum ab aliquo an obsit mittenti illud fieri: vide Cin. l. 1. Cod. si reus, vel actor. Bald. l. non ideo C. de actio. l. 1. C. de seru. fugit. addentes ad Abb. in termin. huius reg. cap. cum super. numer. 1. de sent. & re iud. item quid an fuit de homicidio condemnatus, deinde fuit repertus verus homicida, an iste debeat etiam puniri, resp. quòd sic. l. qui seruum. ff. de interrog. actio. res enim inter alios acta non debet patrocinari malefactori. l. denunciasse. §. quæritur. ff. de adult. Cin. l. 1. C. qui accusare non poss. Barto. l. res inter alios. C. quib. res inter alios acta non noc. Bald. l. qui seruum. ff. de interrog. act. c. 1. §. iniuria. in titu. de pace iur. firm. Sapia in add. ad Abb. c. cum super. num. 5. de sent. & re iud. Med. reg. 8.

¶ Homicidium necessarium. Si quis fecerit homicidium propter necessitatem euitabilem pœniteat duobus annis.

Distinct. l. cap. de his clericis, quæ licet ineuitabilis esset in nullo sibi imputaretur. l. distin. quia te. Quod verum est quo ad culpam, sed bonum esset quòd pœniteret quo ad cautelam & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam. extrà de homicid. cap. 2. §. vltim. & secundum Rayn. fortè distingui potest in homicidio necessario sicut in casuali: & vtrùm culpa præcesserit necessitatem vel non. Arg. distinct. l. de his. no. extra, de homicid. interfecisti. Sed & si quis per insaniam committat homicidium: non ei imputatur. 3. quæst. 4. iudicas. quin etiam qui intuitu disciplinæ incautè percutiendo occiderit, deponitur. extra, de homic. presbyterum. xv. quæst. j. si quis non iratus. Sed qui ligatum latronē interficit, deponitur. extrà, de homicid. suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem viuum comprehendere potuit, xl. diebus non intret ecclesiam, & aliàs pœnitere debet. extr. eo. cap 2. vbi de hoc dicitur. Qui verò Paganum vel Iudæum occidit, pœniteat xl. diebus. dist. l. c. qui verò odij. Viuien. re. 16. dir.

¶ Homicidium presbyteri. Presbyterum qui interfecit, pœniteat duodecim annis.

Extr. de pœnit. & remiss. ca. 2. De pœnitentia verò eius qui occidit monachum vel clericum, subdiaconum, vel diaconum, habetur 17. q. 4. qui occiderit. De pœnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. §. si quis. Viuien. re. 18.

¶ Homicidium qualificatum, seu geminatum non venit in statuto loquente de homicidio. Docto. capitu. igitur de homicidio. cap. cum non ab homine. de iud. cap. ea quæ de reg. iur. 6. Abb. cap. at si clerici. de iudic. Barto. l. 2. ff. de verborum obligat. Barb. cons. 30. volumin. 2. item no. quòd impetrans remissionem. de homicidio non intelligitur impetrata de geminato homicidio. doct. comm. l. 3. cap. de episc. aud. no. cap. 2. de fil. presbyt. 6. l. seruus. C. ad leg. Iul. de vi pub. Mars. fin. 111 Euer. in loco à vi Gem. num. 12. simil. Dec. consi x. numero 5. Cæpha. consilio 40. numer 8. Ruin. cons. 208. volum. 1. Paris. cons. 6. vol. 2. Med. reg. 3.

¶ Homicidio præstans opem: tenetur vt homicida. Probatur in c. sicut dignum. §. illi etiam. de hom. facit tex. in l. is, qui opem. ff. de furt. & in §. ope. Inst. de oblig. quæ ex deli. nascun. glo. in clemen. 1. de pœnis. in verbo, defensam, per Salic. in l. vnic. C. de raptu virg & per Ang. in l. prima. C. de Nili agger. non rumpen. & quando quis dicatur opem præstare, vide Felin. in d c. sicut dignum. vbi refert tres doctrinas notabiles.

Amplia hoc intantum procedere, quòd punitur cum illa qualitate pœnæ, cum qua ipse principalis delinquens: vnde præstans opem parricidio, punitur

ita grauiter, sicut ipse committens: tenet Barto. in d. l. is qui opem. & in l. vtrùm. ff. de parric. quod refert, & clarius ponit Abb. in cap. 1. de offic. deleg. ex quo venit casus, in quo ille qui auxilium præstitit parricidæ, grauius punitur, quàm si ipsemet solus occideret, cum tunc veluti extraneus puniretur. Istam ampliationem limita & declara, nisi talis præstans opē, ignoret illam qualitatem aggrauantem. Ita tenet Ange. vbi suprà. Sequitur Ana. in d. c. sicut. Felin. tamen ibi, in fin. & latius in d. c. 1. de officio dele. dicit quòd moderni tenent contrarium.

Secundò amplia, & declara istam regulam, etiam si qualitas aggrauans delictum, non adesset tempore quo quis dedit principium auxilij, sed tempore maleficij: vnde si volenti occidere priuatum, dedi scienter arma, & interim ille occidendus constituatur in dignitate, eo occiso imputabitur mihi mors, etiam quo ad illam qualitatem. Ita Bartol. in dicta l. is qui opem. sequitur Felin. in dicto capit. sicut dignum. in princip. & in dicto capitulo primo, & ista ampliatio facit contra dictum Ange. in præcedenti ampliatione relatum: & vide Ioann. Brunel. in repet. cap. j. de homi. in iiij. parte. in conclusione xviij. vbi huic regulæ tradidit sex declarationes, inter quas inseruit hanc, & præcedentem ampliationem.

Limita prædictam regulam septem modis, vt per Felin. in dicto capitulo sicut dignum: ferè per totam: & vide eundem in dicto capitul. primo. vbi etiam ponit huic regulæ septem limitationes, quarum sex primæ sunt eædem cum præcedentibus: earum tamen septimam poteris addere cum aliis, & sic habebis octo limitationes. Vide Hippol. in l. fina. ff. ad leg. Cornel. de sicar. vbi refert plures ex dictis limitationibus Felin. & postea vltra eum ipse tradidit alias duas. Sed tu aduerte, quia vltimam earum posuit Feli. quem ipse non refert in dicto capi. primo, in septima limitatione, ex quibus colliges nouem limitationes ad regulam suprà scriptam. Et vide Ioan. Brunel. in dicta repetitione in alleg. conclusione xviij. in fine, vbi ponit sex limitationes ad hanc regulam. Et vide Ioann. Villæmati in repet. l. diuus ff. ad legem Corneliam de sicar. vbi hanc regulam ampliat dupliciter, & limitat septem modis. Vide per te an differant ab aliis limitationibus suprà relatis. B. Dias re. 322.

¶ Homo. l. quod attinet.

Homines sunt natura faciles ad dissentiendum. de recept. l. item si vnus. §. principaliter.

Mitiores non erunt lege homines. Auth. 62. De iud. §. vt autem.

Prouisio hominis facit prouisionem legis. C. de pact. conuen. l. fi. Riisvvich.

¶ Homo liber non potest dari in obside, nec poni in obstagio.

Fallit in 6. casibus, secundum Feli. in c. ex rescripto, de iureiuran. nu. 5. Don. Fina, lib. 5.

¶ Homo liber in obsidem dari non potest: & potissimè clericus laico. l. secunda. C. de pat. qui fil. distrax. Azo in summa de testamen. & est gloss. in c. ex rescr. de iureiur.

Primò fallit, quando daretur pro publica causa, putà pro pace, vel simili: cum tunc dari possit: vt per glo. in d. c. ex rescripto. dummodò detur ab Imperatore & ab alio habente iura principis, Hostien. vel econtra: cum tunc dari possit, & datus propriè efficitur obses: cum perdat quodammodo libertatem: vnde testari non potest sine licentia principis. ff. de testa. l. obsides. ad hoc quod habetur in simili in l. fi. ff. de pub. iud. secundum dom. Nic. in d. capit. ex rescript. quod intellige, quando datur pro pace vel pro simili causa: vt suprà ad hoc quod not. per Bal. in l. obsi. C. de accus.

Secundò fallit, quando dantur impropriè, non quod sint obsides, sed ne recedant de certo loco, donec fuerit obseruatum, quod inter partes conuenit: ita quòd aliter non alteratur eorum status: tunc dari possunt ab inferiori à principe, dummodò interueniat eorum iuramentum non recedere de loco: cum tunc compelli possint ad obseruandum ipsum iuramentum: & sic stent in illo loco, donec fiat quod est conuentum inter eos: non tamen aliter inuiti detineri debent: quia esset contra bonos mores, & contra regu. non est obligatorium. in 6. secundum Abb. in c. ex rescripto. de iureiurand. sed Imo. ibi tenet contra, ideo vide eum. B. Socin. re. 218.

Fallentias nonnullas alias vide positas per Felinum in dicto capitu. ex rescripto. de iureiurando. in fine. Bened. Vad.

¶ Homo mortuus non est homo, sed dicitur cadauer: caret enim essentia, vel eius forma, quæ ei dat esse, prout est anima, cap. Moyses. 32. quæst. 2. cap. in quadam. de celebra. miss. clement. vnica. de summa Trin. & fide cath. cap. in summa. 23. q. 2. cap. si episcopus. de hæreticis. cap. quorundam. 23. distin. cap. neque. 88. distinct. cap. à nobis. de sent. excom. Barto. l. promissor. la 2. ff. de const. pec. Docto. Comm. l. 1. C. si reus, vel accus. mort. fuerit. Ang. §. publica. numer. 3. Inst. de act. Mars. l. 1. nume. 36. ff. de quæst. dixi ego in tract. de reg. iur. regu. 6. ampl. 46. Gomes. §. superest. Inst. de act. numer. 19. Ignæus l. 1. §. si manus. nu. 39. ff. ad Syllan. Spec. in titu. de accusat. §. 1. nume. 33. Rom. sing. 436. Bellamera c. ex parte. nume. 16. de arbitr. Angel. l. nam Demosthenes. nu. 3. ff. de legib. c. licet. 32. q. 6. not. Doc. Com. l. 1. C. ne ex delicto defuncti. dixi super. concl. 27. Med. trac. 2. par.

¶ Homo mortuus non est homo, sed dicitur cadauer, caret enim essentia ipsius nempe anima, ex qua animal rationale dicitur, capitulo Moyses. 32. quæst. 2. cap. in quadam. de celebrat. miss. clement. vnica. de summa Trinit. & fide cathol. Cardin. clem. 1. de homicid. not. cap. in summa. 23. quæst. 2. cap. si Episcopus. de hæret. cap. quorundam. 23. dist. c. neque. 88. distin. cap. à nobis. de sent. excom. Barto. l. promissor. la 2. ff. de const. pec. vnde pœna non imponitur ei pro delicto in vita commisso. Docto. com. l. 1. C. si reus, vel accusat. Ange. §. publica. num. 3. inst. de act. & in tract. Malefic. ver. qui dominus. numer. 41. Gomes. §. superest. num. 19. Inst. de act. Ignæus. l. 1. §. sibi manus. numer. 39. ff. ad Syllan. Hyppol. l. 1. nu. 36. l. fi. num. 28. ff. de quæst. fallit in atrocioribus. Spec. titu. de accusat. §. 1. numer. 33. Hyppol. qui falsam. §. accusatio. numero 8. ff. de fals. Rom. sin. 426. Med. reg. 6.

¶ Hominis dispositio generalis minus restringitur quàm dispositio legis. Cæphal. cons. 40. numero 6. Barto. & omnes Docto. comm. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. Ruin. cons. 180. numer. 2. lib. 2. idem Ruin. cons. 3. numero 5. libr. 1. dispositio enim hominis cessare facit dispositionem legis. c. contractus. de reg. iur. 6. Med. reg. 1.

¶ Hominis prouisio facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. de pact. l. cum ex filio. §. pen. ff. de vulg. & pupillar. sub. F. Ripa. respon. xlv. Alciat. l. cum stipulati ff.

lati.ff.de verbo.oblig.Bald.in l.si mulier. C.de pact. conuen.l.& habet.§. cum quis.ff.de precar.

Amplia vt hæc conclusio procedat quãdo prouisio inducta esset iure speciali.Ripa d.respons.xlv. Bart.in l.si cum dotem.ff.solu.mat.scribit per prouisionem hominis cessare prouisionẽ legis extraordinariam.

Extende regulam, vt habeat locum, quando prouisio hominis esset generalior, & pinguior, quàm prouisio legis.Iason in l.2.C.de iur.emphyt.

Tertiò prouisio hominis facit cessare prouisionem legis in casu prouiso,& in eodem casu Bart. in l.si constante.5.q.2.q.princ.ff.sol.mat.

Fallit quando prouisio legis est generalior hominis prouisione.gl.Salic.l.fi.C.de pact.conuent.

Fallit quãdo dispositio hominis,& dispositio legis tendunt ad diuersa.Bar.in d. l. si cũ dotẽ.Rip.d.resp.45.

Limitatur in hac specie pro muliere, quæ dotem viro suo dederat, de speciali hypotheca sibi prouidit in certo fundo,non tamen per hoc cessabit prouisio legis,quæ vult speciali fauore dotis cætera bona obligari hypotheca & esse supposita. Ripa d.respon.xlv. Bal.in l.fi.C.de pact. conuent.

Restringitur, vt non faciat cessare prouisionem legis natam.Bal.post gl.in l.fi.C.de pact.conuen.

¶ HONESTVM.Modest. lib.singu.de ritu nuptiarum. Lex 197. al.157. coniunge l.2.de rit.nup.

Semper in [a] conuentionibus non solùm,[b]quod liceat, considerandum est,sed & [c] quod honestum est.

ADDIT. a coniunctionibus.in Pand. Floren. b quid licet ibid. c.quid.

Veluti in matrimoniis: vt in senatore fortè cõtigerit, cui etiam si fortè liceat habere coniugem libertinam iure naturæ: non tamen decet nec honestum est ex suæ personæ conditione. Viuien.

¶ HONESTVM.l.187.non omne.l.semper in conuentionibus.

Non videtur posse fieri, quòd non potest honestè. de verb.sig.l.nepos Proculo.125.in fi.vide Lis.Riisvv.

¶ HONOR præferendus est lucro pecuniario. Si quis omis.cau.test.l.Iulianus. C.de instit.& sub. l.reprehendenda.

Reg.6.Rationi cõgruit, vt succedat in onere,qui substituitur in honore.Reg.77.

Honores & dignitates ordinum in Republica seruandæ.De postu.l.1.§.secundo loco.De vent.inspi.l.1.§. sed etsi seruus.

Multa honestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur. De va.& ex.l.1.§.proinde.De orig.iur.l.2.§.primus. Brocard.2.rub.52.

Ciuitatibus etiam legari potest,quod ad honorem ornatúmque ciuitatis pertinet,&c. Paul.lib.3.Reg.De leg.1.l.122. Riisvvich.

¶ HONOR & vita æquiparantur.l.iusta causa.ff.de manu. vindict. ibi qui honore proprio obmisso propter compendium & sicut honestum est defendere vitam propriam.ita & honorem. glos.est sing.in §.suspectus autem.in versicu.ob culpam. insti.de suspe.tu.do.Pet.Girard.singu.lxxxij.num.7.Marc.non est profecta sine honore.cap.6. Matth.13. cap.mala. vbi est honor meus, & ibi percussit eum Angelus, eo quod non dedisset honorem Deo, Actu. cap.12. Gramm.d.xcviij.numer.3.dicit,quòd honor cunctis rebus est præponendus. & in tantum habendi sunt precio honor & honestas,vt pari passu cum vita ambulare dignoscatur,& Matth.cap.xxj. vbi Iesus cum introisset in templum eiecit honoris causa, omnes ementes & vendentes, quoniam domus Dei nihil præposterum,inhonestum, tumultuarium aut profanum habere debet. xxiiij.sess. cap.1. in princip. & d.deci. in c. licet causam, nu.14.de prob.vbi alle. Archid.lib.3.qui ponit diffinitionem honoris,& multa ponit de honor.& Iaso.in l. placet. C.de sacrosan. eccl.l.1.num.2.& in l.2.num.3.vbi dicit quòd honor est administratio repub.cum dignitatis gradu, & dicit tex.in c.nollo.12. q.2. quòd is crudelis est qui famam suam spernit.Gramma.cons.xix.num.31.non videtur,quia honor & fama non potest per iudicem reparari. text.in argum.in l.Iulianus.ibi,qui honore proprio obmisso propter compendium. ff. si omiss. causa testa.Pet. Calaph.consilio lxxxviij in crimin. volum.2.num.16. Cæpol. consil.41.num.8. vbi tenet & dicit,quòd honor non debet esse hominibus minus carus,quàm vita propria.alleg.dict. l.Iulianus & honores.secundùm Bald.Gradatim sunt adipiscendi, vt l.quæ vtiliter.numer.2.ff.negot. gest.licet hodiernis temporibus maximus honor in hoc mortali sæculo consistat in diuitiis habendis, & diminutis facultatibus, honor pariter diminuitur. Ita Aret.in §.hoc quoque.insti.per quas pers.nob.acq. vt Iuuenalis Sat.5.ibi. O nummi vobis hunc præstat honorem:vos estis fratres, & ab effectu id clarè dignoscitur,quia homines si pauperes fiunt paruum, vel nihil reputantur,prout experientia docet,& ob id honor virtutis est præmium & nullo modo indignis tribui non debet, sed virtuosis: & Episcopus non suum,sed ecclesię honorem semper appetere debet, vt xcix. dist.c.Ecce. I.Nouel. reg.12.

¶ HONOREM,seu dignitatem aliquam concessit princeps alicui secundum,quod suis antecessoribus alias fuit concessio facta, si non constat de concessione huiusmodi,nulla dignitas ei competit, nisi à principe exprimatur: nam tunc illa dictio secundum stat effectiuè,seu causatiuè, non autem conditionaliter. ita Ias.l.admonendi.lectu.2.nu.38.ff.de iur.iur.Rip. l.5.§.si iudex.num.5.vbi Alex.nu.2.ff.de re iud. Ale. cons.23.nu.9.vol.7. Med.re.10.

¶ HONORES,& munera morte soluuntur, l.1.&toto titu.C. de muneribus,& honoribus,non contin. inter patrem & filium,quod intellige non de patrimonialibus muneribus,sed personalibus, vel mixtis, excipitur decurionatus,qui quamuis honor sit, tamen ab aliis vacationem non præstat.l.à decurionatu.ff. de vac.exc.mun. Denegatur etiam continuatio honorum, & munerum inter patrem & filium, quæ sumptibus propriis expediuntur: quæ autem impendiis tãtum alienis solo ministerio præstito peraguntur, vt munus legationis continuationem non impedit,l.filio. ff. de leg. Azo in Summa,C.de mun. & honor.numero tertio.Doctor.Comm.cap.si gratiosè.de rescript.6.capit.priuilegium.cap.decet.de reg.iur.6. Docto.l.fin.C. de iniuriis.l.2. C.qui ad libert.peru.non poss.Dec.cons.456.numer.12.dixi superconclu. 49.latè.dicam infer. vers. priuilegium. Med.trac.2.part.

¶ HOSPES non tenetur de damno illato in hospitio hospitantibus.Bart.quæ fortuitis. C. de pignor.act. Doct.l.2.ff.naut.caupo.stabul.gloss.& Bart. l.1.§.fi. ff.depositi. Bald.rub.C.eod. Spe.in tit.de furt.col.3. Med.reg.8.

Hospes. vide Vsum.

¶ HOSPITALI destructo petit legatum relictũ pro alendis pauperibus,Gem.c.licet.col. 3. de rescr. per l.si ex legati.ff.de verbor.oblig.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.3. l.cũ ita.§.species.de leg.2.l.cũ res. §. itaque

itaque si rem.ff.de legat.3.Ampl.hoc idem esse in re quasi empta.l.Seia.ff.de auro,& argen. leg.in tantũ. ff.de rer.diuis.Alber.l.proponebatur. ff.de iud.dicit hoc idem esse in legato relicto alicui collegio, quo destructo perit legatum. Med.reg.6.

Immunitas concessa aliquibus rebus, illis peremptis, perit etiam ipsa.l.semper.§.negociatores. ff. de iur. immunit.glo.c.2.de nou.oper.nun.Alexand. l.inter stipulantem.§. sacram.ff.de verbo.obliga.l.si grege. de leg.1.Fel.cap.cum dilectus.de rescrip.not. capit. priuilegium.de reg.iur.6.not.l.maritum. ff.sol.mat. conc.simile l.idem.ff.de excus.Tutor.no. c.quisquis. 84.dist.Ang.l.minorib.C.de his,quib.vt indig. Roma.cons.180. Med.reg.6.

Hostis.vide Fides.

¶ Hosti praeiudicium fit per sententiam,licet citatus non sit,Bald.l.executorem. versicu. praeterea.de exc.rei iud.not.Felin.capit. cum olim. de sent.& re iudic. quod quando princeps alteri praeiudicaret, nulla opus est citatione,Alber.Brun.cons.19.Thom. Gram.decis.65.num.53. Med.re.8.

¶ Humanitas. Humanitatis ratio.No.in reg.91.in omnibus quidem.

In ambiguis sensibus melius est(& maximè in libertate fauore eius) humaniorem amplecti sententiam. Cod.de fid.lib.l.14. De rebus dubiis l.11.in fine. Riisvvich.

¶ Hypotheca danda vtrinque est tam in dote danda,quàm etiam restituenda.Docto.com.l.1.C.de rei vxor.act.quod enim in vno ex correlatiuis statuitur in altero dispositum dicitur esse.Brun.tract.stat. super foemi.Artic.14.numero 12.Abb.in procemio decretal.numero 20. Paris.cons.82.numero 33 volumine 3.August.Ber.consilio 140.numero 7. volumine 1.ad nostram.numero 5.de emp.& vend. Cephal.consil.109.numero 17.Natta cons.201.numer.4.volu. 1. Socin.cons.56.num.3.vol.1.Ruin.cons.33.nu.11.volum. 1. Med.reg.9.

¶ Hypotheca generalis, non comprehendit impossibilia hypothecanti.Crauet.cons.296.numer.6. l.spem. C.quae res pignor.oblig.poss. idem Crauet. cons.77.num.16.facit c.impossibilium. de reg.iu.6. item an specialis hypotheca tollat Hypothecã pro legatis à iure inducta ? vide Didacum cap. Raynutius.§.10.num.7.de testam.nota tamẽ quod electione Hypothecae specialis nõ tollitur generalis.Boer. Decis.309.numer.2.item habens generalem hypothecam priorem, an praeferatur habenti specialem posteriorem,vide in terminis. l.priuilegia. num.36. ff.de priuileg.cred.vbi Rip.Crauet. cons.298. nu.2. & num.6. Med.reg.1.

¶ Hypotheca siue tacita siue expressa, quae debetur alicui pro aliquo contractu, de primo tantum intelligi debet,per iura suprà proximè adducta,cõc. Euer.in simili in loco à vi.numer.2. Alexan.consil. 16.num.9.volum.4.Ias.cons.36. volu.3. l.diuortio.§. quod si.ff.sol.mat.Fel.c.2.de treuga, & pac.Inno.c. vnam.de maior.& obed. Med.re.4.

¶ Hypothecam priorem habens praefertur posteriorem habenti.l.qui generaliter.& ibi hoc no.Bar. & l.potior. ff.qui potio.in pig.hab. l.Titius.vbi Bal. & alij.ff.eo.cum infinitis similibus.Nam & generali regula proditum est,qui prior est tempore,potior est iure.c.qui prior.vbi gl.Din.Marcel. Albe.de reg. iu.lib.6.Paul.Castr.cons.cccxciiij.inci. quanquam. l.2.C.de priui.fisci.& ibi Doct.l.si fundum.in fin.C. qui potio.in pign.

Amplia regulam,vt procedat in priore habente tacitam hypothecam,vt praeferatur habenti expressam. l.1.iuncta glo. fi.C.si prop.pub. pensit. quod declara,vt ibi per Bald.in 2.not.

Amplia vt praeferatur posteriori habenti tacitam hypothecam,& expressam etiam specialem. d.l.potio. in prin.& l.si colonus.

Amplia vt non solum prior praeferatur in hypotheca legali,sed etiam in conuentionali. l. si fundum. vbi Bald.C.qui pot.in pig.hab.

Amplia in pignore praetorio.l.2.& ibi Bald. C.eo.qui pot.in pign. hab.Pignus autem praetorium appellamus,quando quis mittitur in possessionem bonorum damni infecti nomine, vel legatorium.l.1.& 2. C.de praeto. pig. quod accipe, quando re vera ventum fuerit in possessionem.l.non est mirum.§.sciendum.ff.de pign.actio. Effectum igitur in hoc pignoris genere consideramus.

Extende,vt procedat,etiam si prior sit generalis,posterior verò specialis hypotheca. l.qui generaliter.vbi Barto.ff.qui pot.in pign.& l.si generaliter.vbi Bald. C.eod.

Vlterius producenda est regula, vt prior fisco praeferatur,& reipublicae,vt tenet glo.in l.si fundum.in fi. C.qui pot. in pign.Immo.& Imperatori,& Regi, vt censuit ibid.Bald.

Amplia vt procedat,licet prior non conuenerit de vẽdendo pignore,& posterior conuenerit.tex.est in l.si prior.§.fi.ff.qui pot.in pign.hab.

Amplia vt prior praeferatur nõ solum pro debito principali, sed etiam pro omnibus accessionibus, putà pro pensionibus.l.insulam.ff.qui pot.in pign. & ibi Barto.& in vsuris,& interesse.l.Lucius.& ibi Bar.ff. eo. tit.& etiam in poena commissa post obligationẽ secundi,vt tradit Bal.in l.qui potior est.§.si paratus. ff.qui pot. quod procedit non solum si prior habeat expressam hypothecam, sed & etiam si pro accessoriis ad illam tacitam,debet prior praeferri posteriori,ita ampliat Bart.in l.si cum dotem.§.sin autem in saeuissimo.ff.solu.mat.vbi dicit, quòd mulier etiam pro alimẽtis habet tacitam hypothecam. Sed istud distinctione admittendum censet Ripa l.priuilegia. ff.de priuil.cred.ver.pro concordia,&c.

Amplia vt prior habens generalẽ praeferatur posteriori habenti specialem, & generalem in bonis quaesitis post obligationẽ posterioris.l. fi.vbi Bar.vers.hic est casus.ff.qui pot. in pig.hab.gl.& Bar. in l.licet.in fi.C. eo.& est haec communis sententia.

Amplia vt prior creditor in diem, vel sub conditione praeferatur posteriori,cui ante diei, vel conditionis euentum fuit constitutum & obligatum pignus pro credito puro.l.qui balneum.& l.potior.§.videamus ff.qui pot. in pign.

Amplia vt prior praeferatur etiam in re empta ex pecunia posterioris.l.licet.per locum à speciali. C.qui pot.in pign.hab.facit l.quod quis nauis.ff.de priui. cred.

Amplius procedit in re vendita per posteriorem ipsi debitori habita fide de pretio.l.quidã fundum.ff.de in rem verso.vbi bonus text.

Amplia siue prior creditor agat,siue excipiat, siue replicet.l.creditor. la secunda.ff.qui pot. in pig.hab.

Limita hanc regulam variè variis legibus scribit Accursius in l.diuersis.C.qui potio. in pignor. in verb. quantitas. regulámque hanc cessare variis casibus: quos vide in inferiùs subiectis restrictionibus, siue fallentiis.

Fallit igitur in casu, in quo posterior habet hypothecam specialem, & generalem, & prior pariter habet diuersam, & etiam generalem, hoc casu si possit satisfieri ex priori speciali, in reliquis præfertur secundus.l. 2. C. de pigno. Declaro apertiùs ex Saliceto ad d. l. 2. Specialis hypotheca secundi creditoris præfertur generali prioris specialem habentis, ex qua sibi satisfieri potest. Quod vtique verum est, si prior habeat specialem, puram, & generalem sub conditione, si ex speciali satisfieri non possit: quia tunc secundus non tam potior, quàm solus reperiretur.l. qui generaliter. in fin. ff. qui pot. in pign.hab. Extende hanc limitationem, vt procedat etiam si prior habeat hypothecam priuilegiatam, putà pro dote, idque Ludou. Roman. optimo iure consuluit, consilio clxxxvij. incipien. in re præsenti. versicu. secundo, quia cùm ex, &c. quod bene nota, quia sæpe habebis in praxi. Sed mouet me text. dict. l. secunda. C. qui pot. in pign. hab. vbi secundus habet æquè specialem, ac primus. Tu vide Bartol. in d. l. 2. cuius verba huc referre nimis longum esset.

Fallit quando constat de credito posteriori per veram numerationem: quia tunc præfertur priori, de cuius credito constat per solam confessionem. glo. in l. diuersis. C. qui pot. in pig. in verb. datam. per l. Titius. ff. quæ res pigno. oblig. Cuius quidem legis verba hanc limitationem nō probant, si tamen Pauli Iurisconsul. mentem, & sententiam introspicias acutissimè, probat. Nam ibi ius hypothecæ ex numeratione pendet, vt ibidem innuit text. & Accursius fingit venditori hypothecatas res fuisse, & hāc limitationem post glo. dat. Bald. in d. l. diuersis. quā nota, quia æqua est.

Limitatur, quando de posteriori credito constat per publicam scripturam: nam tunc præfertur priori, de cuius credito non constat, nisi per priuatam scripturam, trium testium subscriptione minimè sub notatam. l. scripturas. C. qui potio. in pignorib. hab. Amplia hanc limitationem, etiam si priuata scriptura iuuetur publico documento, in quo contineatur promissio de obligando bona, secundùm Petrum de Ancharano, & F. de Ramponibus consilio vigesimooctauo, incipien. rationes inductæ. & consilio sequenti. Sublimita hanc limitationem, nisi priuata scriptura haberet vim publici instrumenti ex forma statuti: hoc tradit Socinus consil. ccxl. incipien. circa præsentem. volumine secundo. Quod an verum sit, tibi cogitandum relinquo: nam hoc non caret dubio.

Restringe in priore conuento negante se pignus possidere: tunc in pœnam mendacij præfertur posterior in possessione, authentic. item possessor. Cod. qui potio. in pignor. & ibi hoc notat Baldus, & facit text. l. finali, ff. de rei vendicatio. Intellige in priore negante per dolum, vel latam culpam, secùs si sine culpa: vt quia non crederet se possidere: cum tamen per filium, vel seruum, vel colonum possideret, ita declarat Bartolus in dicta l. finali, versi. quid dicemus. in princ. Item intellige, nisi negans ante litem cōtestatam reuocauerit negationem. l. electio. §. neque hæredi. ff. de noxalib. vel etiam nisi reuocauerit negationem post litem contestatam, ante tamen quàm de mendacio cōuictus fuerit. l. de ætate. §. fi. & ibi Baldus, de interro. actio.

Fallit, quando vnus habet causam à non domino, & alter ab alio etiam non domino: nam tunc præfertur possessor, quamuis posterior, l. si non dominus. in secundo respons. vbi Barto. ff. qui potior. in pigno. hab. & pro hac limitatione facit l. quoties. C. de rei vendicatio. quam bene nota ad hunc effectum, quam nemo ante me ad hoc adnotauit, & facit l. si ea. §. finali, in principio. ff. de actionibus emptionum.

Limitatur, quando prior prætenderet causam à non domino: nam tunc posterior potior censendus est, qui causam à non domino habet, facit text. in simili in l. si ea res. in fine, ff. de act. emp.

Fallit in pluribus creditoribus, qui sunt eiusdem tituli: nam prior non præfertur, sed omnes concurrunt. l. finali, C. de bonis auct. iudi. possid. & l. is, cui. §. si plures. & §. qui prior. ff. vt in posses. leg.

Fallit fauore fisci, qui in quæsitis post suam obligationem præfertur omnibus anterioribus etiam habentibus expressam hypothecam. l. si is, qui. ff. de iure fisci. vbi videndus est Bartolus. Quod procedit in republica Romana. gl. in d. l. si is, qui. iuncta ibi limitatione, & declaratione Bar.

Extende hanc fallentiam ad mulierem pro dote, vt in postea quæsitis præferatur anterioribus habentibus expressam. ita Baldus post Iacob. Butrig. in l. fina. C. qui pot. in pignor. hab. versicu. ita præfertur habentibus.

Extende etiam ad ecclesiam, vt in quæsitis per prælatum præferatur anterioribus, secundum gloss. in capitulo ex literis. in verbo, obligata. extra de pignoribus.

Fallit præterea in posteriore, ex cuius pecunia res fuit empta, & illi specialiter obligata: quia in illa re præfertur anterioribus. text. l. licet. C. qui potiores in pignore habeantur. Sublimitatur tamen ista fallentia, vt iste mutuans non præferatur mulieri habenti priorem pro dote. §. his consequens. & ibi glos. Bartolus & Iacob. Beluis. in authentic. de æqualitate dotis.

Limitatur in posteriore, ex cuius pecunia fuit empta militia: quia præfertur anteriori, textus in authent. quod obtinet. C. de pignoribus, & huic solo casui cedere mulierem Imperator Iustinianus voluit. §. quia verò, & huiusmodi. in authent. de æqual. dotis. Quæ autem sit ratio diuersitatis inter hunc casum, & sublimitationem suprà proximam, disces ex d. §. quia verò. & doct.

Restringitur fauore pupilli, ex cuius pecunia tutor, vel alius rem sibi emit: nam in illa re pupillus habet tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis. l. idémque. ff. qui potiores in pignore habeantur. Et differt à præcedentibus, quia fauore pupilli non requiritur, quòd sua pecunia fuerit ad hoc specialiter mutuata, prout requirit in præcedenti, secundum gloss. & Bartol. in dicta l. idémque. Ex qua gloss. nota duo priuilegia circa idem concurrere: quæ est magna limitatio ad l. primam, Cod. de dotis promiss.

Non habet locum regula in posteriore, qui credidit pecuniam ad rem conseruandam: hic enim in re illa præfertur omnibus anterioribus. l. interdum. ff. qui pot. in pign. habean. vbi vocula illa, interdum, ostendit regulam esse in contrarium.

Sublimita, vt per F. Ripam in l. si ventri. §. 1. ff. de priui. creditorum.

Sublimita, nisi prior habeat hypothecam priuilegiatam, & etiam priuilegium inter personales actiones. d. §. his consequens. per quem text. ita sublimitant

tant gloss. Barto. & alij. Raph. tamen Cumanus restringit hoc ad mulierem pro dote tantummodo, quia tex. & ratio d. §. his consequens: videntur procedere fauore dotis, quod bene nota.

Fallit in domino soli, qui pro canone anteponitur prioribus in superfic. l. etiam superficies. ff. qui pot. in pign.

Intellige regulam in priore, tam respectu principalis obligationis, quàm hypothecę: secus, si sit prior in credito, & posterior in hypotheca. l. creditor, qui prior. §. si primus. ff. qui pot. in pign. hab.

Intellige in priore respectu crediti, de quo agitur: secus in priore respectu vnius crediti, & posteriore respectu alterius, de quo contenditur. d. l. si creditor. §. si idem bis. & l. pen. ff. eo. tit.

Fallit in posteriore, cui prior consensit rem obligari. dict. l. si creditor. §. si tecum. ff. qui pot. in pign. quia quantum ad illam, prior censetur remittere suam hypothecam. l. Paulus. ff. quibus modis pign. vel hypoth. sol.

Limitatur in posteriore, qui præfertur priori creditori sub conditione potestatiua, quæ euenit post obligationem, secundum l. qui balneum. §. amplius. ff. qui pot. in pign. hab. & l. potior. ff. eo. quia conditio potestatiua non retrotrahitur: ideo tempus existentis conditionis, & non obligationis inspicitur.

Restringe in posteriore, qui potior est prioribus creditoribus sub conditione casuali, quæ purificata fuit post obligationem posterioris tempore, quo extrema non erant habilia, siue ex parte debitoris, siue ex parte creditoris, siue ex parte rei obligatę. l. quoties. iuncta doctrina Barto. versicu. vltimò nota. ff. de nouat.

Non procedit regula in creditore posteriore, qui successit in locum prioris, qui ex iure eius, cui successit, prior reperitur: ideo præfertur. dict. l. creditor, qui prior. §. si simpliciter. in vulg. est sub l. si prior.

Fallit in casu l. satis. C. in quib. caus. pignus tacitè contrah. & l. vtilitas. C. de primipil. libro 12. C. induco d. l. satis. Qui primipilatum administrabat, vxorem duxit, quæ dotis nomine prædia dederat, obnoxia eius necessitati Imperatores constituerunt: Ex legis vtilitas, apertè liquet prius fisco ob primipilatus administrationem satisfaciendum. Rationem adsignat Panormita. in c. ex parte. vers. in gl. in verb. alienat. ext. de consuetud. in volum. Grego. quem vide, & Ioan. And. ibid.

Non habet locum regula in tributis, pro quibus fiscus in rebus tributariis præfertur aliis anterioribus. l. prima. C. si propter publ. pensit. reiecta gloss. ibi in verb. creditore. quæ communiter reprobatur, vt ait Ange. in d. l. 1. Et intellige, vt præferatur creditorib. anteriorioribus etiam habentibus expressam, vt differat à sequenti.

Limita in fisco, qui habet tacitam hypothecam. Bald. l. assiduis. versic. in glo. in verb. anterioris. C. qui po. in pign. hab. Sublimita, vt hæc limitatio non procedat in pœnis fiscalibus. l. vnica. C. de pœnis fiscalib. credit. preferri. gl. in verb. hypothecas. in l. rescriptũ. & ibi Bart. & alij. ff. de pact.

Fallit in muliere pro dote, quę habet tacitam hypothecam priuilegiatam, vt præferatur omnibus anterioribus. l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. quod tamen intellige, & sublimita, vt ibi per docto. & in l. 1. ff. solu. matri.

Fallit in posteriore creditore ex causa funeraria: nam & hic præfertur anterioribus habentibus tacitam. l. pen. ff. de religios.

Fallit si post obligationem secundam fuit nouata obligatio prioris: quia nouatione extinguntur hypothecæ. l. nouatione. ff. de nouat. vbi bonus tex.

Fallit in rebus hypothecatis, Deo posteà sacratis, in quibus ecclesia est potior creditoribus, & domino. c. comperimus. 14. q. vlt.

Non procedit regula in priuilegiis personalibus. glos. in l. si hominem. §. quoties. in verb. depositariorum. ff. deposit.

Fallit generaliter, quoties iusta causa suaderet generalitatem regulæ restringi, vt Alciat. scribit. libr. 1. de verb. signifi. quod & in regulis omnibus locum habet. Tu de hac regula, ciúsque limitationibus, vide glo. in l. diuersis. C. qui pot. in pign. hab. glos. in l. priuilegia. ff. de priuileg. creditorum. Bartolum, & alios in l. si is, qui. ff. de iur. fisc. P. Prat. re. 415.

¶ HYPOTHECAM renunciare non dicitur ille, qui eam habeat in fundo ab altero vendito, quando scilicet, fuit ignorans, Abb. cap. quamuis. nu. 36. de sen. & re iudic. Med. reg. 8.

¶ HYPOTHECARIA non potest agere creditor si fundus hypothecatus fuit venditus ipso citato non comparente, Abb. c. pen. num. 36. de sent. & re iud. l. si eo tempore. ff. de remis. pignor. c. fi. qui mat. accus. poss. Medic. reg. 8.



REGVLARVM IVRIS CIVILIS ET PONTIFICII,

Liber Nonus.

I.



IACTATORIA verba non obligant. tex. l. fugitiuus. vbi Alcia. ff. de verb. signific. l. fi. vbi Bar. & Bal. ff. de testamen. Ias. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. facit tex. cum venissent. extra de insti. in antiq. Ratio, quia deest contractus substantia, puta cõsensus. Nam & is dat esse cõtractui, vulgatis iuribus.

Amplio vt procedat, etsi adhibiti essent testes. Barto. in d. §. si quis ita. Ripa in d. §. si quis ita. ad finem, dicit Bartolum malè dicere: quia adhibitio testium excludit iactantiam, & operatur, quòd verba censeantur deliberatè prolata, & citat Bartol. ipsum in l. gerit. ff. de acq. hæred.

Amplio, vt procedat in delictis: vnde si quis iactauerit se aliquem occisurum, & deinde reperiatur occisus, non tamen potest per hoc quæstioni subiici. Alciatus d. l. fugitiuus. per l. metum. C. quod met. caus.

Amplio regulam, vt procedat, si verba non possunt esse captatoria alicuius. Ripa d. §. si ita.

Fallit si verba possunt esse captatoria, & facere, quòd alius incurrat damnum. tex. in l. fi. C. de dot. promis.

Fallit, si iactator habeat animum se obligandi, ídque probetur.

Limitatur ampliatio secunda, vt per Alciatum in d. l. si fugitiuus. P. Prat. reg. 416.

¶ IACTVRA aliena non debet inesse lucro alterius. l. non

l.nón debet.de reg.iur.capitulo,locupletari.eo.tit. 6.Specul.in titulo de confessis.§.3. versiculo vltim. Ioan.And.d.capitu.locupletari.c. non debet. eod. ti.6. Medic.re.8.

¶ Idem. Ex eadem re eadémque causa non debent oriri diuersi effectus. C.vnd.vi.l. meminerint. De sol.l.qui hominem.Cc.l.in numerationibus.eo.tit. vide Ratio. Riisvvich.

¶ Identitas durare præsumitur, aliter,& apertiùs.Idē,quod olim fuit,hodie esse pręsumitur.Baldus in l.ex persona. C.de probat. Innoc. in c.proposuit.extr.de cleric.excomm.vel deposit.minist.

Ampliat Baldus in d.l.ex persona.in viij.prædicamentis,singulorum exempla adferens.

Regula igitur procedere, & habere verum ait in prædicamento substātię.Quod olim fuit in essentia,hodie esse præsumitur. argument. leg.testium.in fin. C. de testib.l.si quis ex argentariis.§.fin.ff.de eden. vnde rectè infert. Bald. quòd qui allegat rei amissionem, illam debet probare. d.l.testium.in fin.Sed hoc cum distinctione Bartol.admittendum putem in d.l.si quis ex arg.§.fin.

Procedit & in prædicamento quantitatis. Quantitas rerum, quæ fuit in deposito,vel legato,vel alia obligatione,hodie esse præsumitur.allegat Bald.l.Lucio.ff.de actio. & obligationib.

Amplio,vt procedat in prædicamēto relationis:vt qui olim pater,patronus,dominus,filius,libertus,seruus & hodie præsumitur.lege,matrem.C. de probatio.

Idem iuris est in prædicamēto qualitatis.Qualis enim olim fuit,talis etiam hodie præsumitur.c.semel malus.de reg.iur.in vj.vbi gl.& Dyn.& P.de Anchar.l. non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milit.

Idem dicit Baldus & in situ esse: quia ait: si constat rem immobilem sitam fuisse intra illos terminos, præsumitur ibidem & hodie fuisse.cap.ex literis.vbi scribit de probat.in antiq.

Idem in prædicamēto pati: quia qui olim fuit inimicus,& hodie esse præsumitur.l.3.§.fi.ff.de edim.leg.

Idem in prædicamento vbi. Nam & in quo loco olim fuit, & hodie esse præsumitur.

Procedit & in prædicamento habere,qui olim habuit, & hodie habere præsumitur. l.siue possidetis. C.de prob.vnde infertur, ꝙ quando probatur aliquid ad aliquē peruenisse, si dicat cōsumptū, ꝓbare hoc debet.glo.l.creditor.§.si inter.in ver.negetur.ff.mād.

Fallit in prædicamento agere: quia qui litigauit,gessit, vel procurauit,non præsumitur hodie litigare, gerere,quantum ad ipsum agere,vt refert Bald.in d.l. ex persona.versi.& sic habes.

Limita in prædicameto quando, & sic in ætate.Nam qui olim fuit infans hodie non præsumitur infans.l. cum te.& ibi not.C.de probat.aliàs enim naturę necessitas repugnaret.

Restringe, etiam si necessitas hoc non suaderet, sed verisimilitudo naturalis: non enim sequitur,iste in pueritia nesciuit literas: ergo adultus nescit. l.Stichus.ff.de leg.iij. Nam & senes plures literas etiam Græcas didicisse legi. Hinc ille apud Pomponium. l.apud Iulianū.ff.de fideicom.lib. & pro hac nostra limitatiōe faciūt no.in c.si eo tēpore.de rescr.in vj.

Fallit generaliter in omnibus,quæ variantur.l. Cæsar. ff.de publican.& vectig. l.si quis sit fugitiuus.ff.de publicanis. P.Prat.re.417.

¶ Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest,vt fiant testes.Licin.Rufinus.lib.2.

Reg. de testi.l.6. Riisvvich.

¶ Ignorare præsumitur qui factū alterius, ideò ei non debet imputari.Doct.com.capitulo, ignorantia.de regul.iur.6. Deci.consilio 63. columna 3. Socin.consi.20.volum.1.leg.fideiussores.ff.pro suo. leg.qui in alterius.ff. de reg.iur.6.leg.qui cum alio. ff.eod. Med.re.8.

¶ Ignorantia. L.a 43. Gaius lib. 9.ad edictum prouinciale. a al.42.

Qui in alterius locum succedunt, iustam habēt causam ignorantiæ,an id quod b peteretur,deberetur,c fideiussores quoque non minus, quàm hæredes iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agetur, non etiam si agat:nam planè qui agit, certus esse debet cùm sit in potestate eius,d quando velit experiri, & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

Addit. b al.deberetur,peteretur.
c.al.agatur in Flo.al.agitur. d.al.quomodo.

De facti ignorantia in 6. ca.cùm quis succedit.24. Iunge ad l.20.qui cum alio.Quæ duæ regulæ locum habent,cùm damnum vitatur,ne obstant ad Trebel.l. quidam ita.§.si quis filium,si cer.petatur, l.quod te. dep.l.1.in fin. l.3.rerum amotarum.l.Marcellus,§.1. in fin.Ratio, s.culpa,Instit.de leg.§.si res legata,de leg.1.l.cætera.in fin.& l.seq.l.fin.inquilinos,§.cùm seruum suum, de verb.obligati.l. si seruum stipulatus.§.de illo, de transf.l.nō est.pro suo.l.fi.in fin.ad Vel.l.si mulier fideiussores, man.l.si fideiussor,infr. non potest. Peteretvr.Scil.sine ipsius rei vitio ne obstet,Auth.de iu.à mor.in princ.48.l.cùm hæres.de diuer.& tem.præ.Exc.instit.de vsuc.§.sed tamen.ff.eod.tit.l.potest.pluribus, cum l.seq.dep.l.1. §.fin. de verborum obligation. l.ad diem.l.cùm filiusfami.§.in hac stipu.C.vnde vi,l.non ab re. Agatvr.Al.agitur.C.de temp.in integr.restit.l.petendæ,de exc.do.l.purè,in fin.S.C.de ædil.l.quando,in fin. Aliæ exc. si agatur de his qui in test. continentur,de transf.l.non est ferendum,vel de lucro,Instit. leg.§.res,de cond.in.l.in summa,§.si seruum.24.l. fin.in fin.Qvando. Contrà de leg.1.l.si seruus legatus,108.§.1. Riisvvich.paratit.

¶ Ignorantia. Ignoranter contrahens non tenetur.

C.de transa.l.cum donationis.
ff. de pet. hæred.l.qui se liti obtulit.
ff.de pig.act.l.tutor.§.2.
ff.de contrah.empt.l.Labeo libris.
ff.de act.empt.l. Iulianus.in princ.
ff.locat.l.sed.addes.§.1.
ff.de ædil.edict.l.1.§.1.cum mea.
ff.de dol.except.l.apud.§.item Labeo.

Sicut dixi suprà eodem in illa Rubrica de ignorantia, vbi ignorantia metu contrahentis decipior, nihilo minus tenetur qui contraxit:vt in seruo,fure,& prædio tributario.vt ff. de act. empt.l. Iulianus.& si sterilis.§.si prædij.in d.ll.plenè dixi, licet quidam contradixerint,& ignorantem non teneri, nisi in quinque casibus,primò, in seruo fugitiuo, vase non integro,pecore morboso,tigno vitioso, vestimentis interpolatis, vt in prædicto titulo l. tenetur.ff.si vas. & de contrahend. empt. l. Labeo.Si verò decipior contrahentis scientia mecum, sine dubio agam: si verò vterque nostrū sciat, neuter alij tenetur: quia non videtur esse celatum.vt ff.de action.emp.l.1.§.

vltimo. Azo, rub. 3.

¶IGNORANTIA Caius. † al. Gaius libr. ix. ad edictum prouinciale.

Lex xlij. lex xlij.

Qui in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ, in id quod a deberetur, peteretur. Fideiussores quoque non minus quàm hæredes, iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hęrede dicta sunt, si cum eo b agatur non etiam si agat. Nam planè qui agit, certus esse debet: quum sit in potestate eius, c quando velit, experiri: & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

ADDIT. a peteretur, deberetur. in P. Flor. b agatur in P. Florent. al. agitur. c al. quomodo velit.

Vid. reg. cum quis. in sexto. Viuien.

¶IGNORANTIA. Successio. Bonifac. Reg. 14.

Cum quis in ius succedat alterius, iustam ignorantiæ causam censetur habere.

Ex simili casu vid. l. qui in alterius. ff. eod. Viuien.

¶IGNORATA non comprehendit generalis dispositio. Ias. l. Titius. nu. 5. ff. de liber. & posth. l. qui cum tutoribus. §. ei qui. ff. de transact. Abb. cons. 3. nu. 14. Cephal. cons. 188. nu. 6. Bar. l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. leg. Ias. l. cum Aquilina. ff. de trāsact. Paul. l. fi. §. item. ff. de cond. indeb. l. qui contra. C. de incest. nupt. c. 2. qui filij sint legit. glo. d. l. qui contra, Soci. Reg. 284. fal. 51. Med. re. 1.

¶IMPEDIMENTVM causam præstat recedendi à generali dispositione: exēpl. caupo tenetur omnes hospitari, si habuerit multos in domo adeò, quod non possit omnibus sufficere, vel locus esset incapax, excausatur. l. facti. ff. naut. Caupon. stab. Barto. l. munere. ff. de mune. & honor. dicam in ver. seq. Med. re. 1.

¶IGNORANTIA constitutorum, & statutorum regulariter probatur iuramento. gloss. est ordinaria. cap. præsumitur. in vj. in tit. de reg. iur.

Fallit quando talis ignorātia posset alio modo, quàm per iuramentum probari, secundum Cardi. in clement. j. in 8. quæst. de consangui. & affin. per not. in cap. præsentium. de testi. in vj.

Fallit, quando lex præsumit scientiam, & determinat super tali scientia, quia quò ad tollendum talem præsumptionem non sufficit solum iuramentum, secundum Gemi. in ca. eos. de tempo. ordina. in vj. per tex. in c. vidua. vbi habes exemplum de regula.

Fallit quando agitur de præiudicio alterius Gemi. in d. cap. eos. per text. in cap. ex insinuatione. de procurato.

Fallit, quando statutum prohibet allegare ignorantiam. Bart. l. diuus. de fals. S. Ianu. re. 122.

¶IGNORANTIA circa factum alienum * regulariter præsumitur. l. verus. de appella. B. Soc. re. 220.

ADDITIO.

*Alienum. Adde Corn. in consil. ccxix. incip. ex duplici. in litera M. in ij. parte. quod talis ignorātia restitutionem in integ. inducit. & adde Bar. Soc. in cōs. ccxiiij. inci. in causa. ver. in hac difficultate. & in cōsi. clxviij. inci. in primis. versi. sed contra hanc. in ij. parte. B. Vad.

Primò fallit, nisi esset tale factum, quòd quis scire teneretur: quia tunc habetur pro sciente: vt l. quod te. ff. si cert. pet. & eo casu præsumitur simulata. l. j. ff. si quis omiss. caus. test. vbi Bald. etiam hoc tenet.

Secundò fallit, quādo quid esset publicè factum: quia in eo, quòd publicè agitur, non præsumitur ignorantia: vt not. gl. in capitulo primo, de postulatio. prælato. & in l. tutor. de per. & commo. rei vendi. & ibi Bart. nisi in absente, & infirmo: vt l. is potest. ff. de acq. hæred. & in forense etiam. ff. de decre. ab ordi. faci. l. j. & not. Bart. in quæst. per eum disputata de adunantia generali.

Tertiò fallit vbicunque esset denuntiatum ad eius domum: vt not gloss. in d. l. si tutor. nam præsumitur peruenisse ad eius notitiam: vt not. Bald. in l. scire oportet. §. illud. ff. de excus. tut.

Quartò fallit, vbicunque fuisset notatum illud, quod fuisset factum: vt nota. gloss. in l. j. ff. de exce. & est gloss. singula. in l. si tutor. C. de excu. tuto. & not. in l. quicunque. C. de seruis fugit. Bald. in l. j. in prin. C. de cadu. tollen.

Quintò fallit quando tali facto quis fuisset præsens: vt dicit glo. in d. l. si tutor. sed intelligo nisi fuissent facta interualla: vt dictum est in pręcedenti regula.

Sextò fallit in eo, quem constat inuestigasse factum: vt vnius tantùm habuit notitiam, & censeatur habuisse notitiam totius. argu. l. non est ferendus. ff. de transact.

Septimò fallit in eo apud quem sit scriptura testium: vt præsumatur habere notitiam dictorum suorum: vt est textus iuncta gloss. & ibi per Innocentium in c. constitutus de testib. & probatur in authen. at qui semel. C. de probatio.

Octauò fallit in hærede extraneo vt præsumatur habere notitiam, tenoris totius testamenti: vt in l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. & in l. cum hærede. de lib. lega. Bal. in d. l. tutor. sed Paul. dè Castro in d. l. non est ferendus. dicit quòd hoc non videtur sibi iuri consonum: cùm ipse hæres possit adire hæreditatem etiam clausis tabulis, vt in d. leg. vnic. §. nouissimo. C. de cadu. tollen.

Nonò fallit in factis nobilium personarū: nam in his de facili non admittitur allegatio ignorantiæ: sed præsumitur in aliis, vt not. in capitulo, illorum. de sentent. excommuni. & not. Abb. Siculus in cap. tuam. de ordine cogni.

Decimò fallit, vbicunque aliquod factum esset sæpius tractatum. l. procula. ff. de probatio. & in l. patronus. ff. de confirman. tuto. & notat Bald. in l. alienam. C. de legatis. B. Soc. re. 220.

¶IGNORANTIA. Bonifac. Reg. xiij.

Ignorantia facti, non iuris excusat.

L. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignor. l. cùm putarem. ff. famil. hercisc. Viuiennus.

¶IGNORANTIA facti non iuris excusat. Reg. vi. Præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur. Reg. vi. C. de epitau. l. si legibus. De regu. iu. l. qui in ius. l. aliud. §. sed. l. non debeo. Inst. de leg. §. quod autem.

Simulata ignorantia neminem excusat. C. de bo. lib. l. si liberi.

Iusta & probabilis ignorantia nemini damnum adferre debet. Inst. de man. §. rectè.

Affectata ignorātia pro scienta habetur. C. de incest. nupt. l. qui contra. De clandes. capit. cum. §. si quis verbo.

Non tenetur de vitio ignorans. de acq. emp. l. 13. §. qui furem.

Contrahentes ignoranter non tenentur. C. de tran. l. cùm donationis. de pet. hær. leg. qui scilicet. Brocar. rub. 3. in fin.

Diuinare quis non tenetur, quod ignorat. Man. leg. si fideiussor. §. si cū debitor. ad leg. Aq. l. si putator. in fi. Si pars hæ. pe. l. antiqui. §. prudentissimi.

Damni

Damni periculum ad ignorantem non redundat. De admi.tu.l.si sciſſes.

Non tenetur qui iuſtam ignorandi cauſam habuit. Ad leg.Fla. de pla.l.plagij criminis. De reſcind.vend.l. ſi id.§.1.de ac.emp.l.ſi haberes. Brocard. 5.rub. 3.

Ne his venia detur, qui ſe ignoraſſe ſeueritatem prætendunt. Caliſt. Ad leg.Corn.de fal.l.diuus Clau.

Actio quæritur ignoranti. De pet.hæ.l. idem Iulia.in fi.de reb. eorum.l.pen. §.1.Brocard. d.rub.

Cùm quis in ius alterius ſuccedit, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere. Reg.vi.vide Furioſus.Initium,Fictum. Riiſvvich.

¶Ignorantia in dubio pręſumitur.l.verus.de appellationi.& ibi nota.

Primò fallit vbi & inquantum fama laborat, nam fama facit opinionem.l. cum quidam.§. quæ dicitur. ff.de acquirenda hæred.& ratum falſum inuenitur: quia vniuerſi dicuntur ciues.

Secundò fallit, in facto proprio: quia non præſumitur ignorantia.l.fi.ff.pro ſuo.

Tertiò fallit in factis vicinorum.l.domus.ff.locati.& in factis conſanguineorum.l.de tutela. C.de in integ.reſt.& etiam in factis domeſticorum.l.conſenſu.§.ſuper ſeruis.de repu.& has limitationes ponit Bald.in l.quicquam. C.de ſer.fugi. B.Socin.re.221.

¶Ignorantia & ſcientia.

Ignorantia excuſatur.
- C.ad l.Cornel.de falſ.l.licet.
- ff.de off.præſ.l.ſi fortè.
- ff.quod met.cauſ.l.ſi cum exceptione.§. hæc autem.
- ff.commod.l.ſi is qui commod.§.vlt.
- ff.de pet.hæred.l.quòd ſi poſſeſſor.
- ff.mandati.l.ſi mandaſſem.
- ff. de ſolut.l.vero procuratori.
- ff.de pign.act.l.tutor.§.contrariam.
- ff.depoſ.l. ei apud quem.
- ff.de pact.l.in perſonam.§.qui pecuniam.in fi.
- ff.de tranſ.l.vlt.
- ff.de his qui not.inf.l.liberorum.§. nō ſolent.
- ff.de neg.geſt.l.ad qui.§.ſi cum me.
- ff.de cond.indeb.l.idem.
- ff.de inſtit.act.l.quicunque.§.penult.& vlt.
- ff.de publicanis & vect. l.vlt.§.vltim. Azo,ru.3.

Ignorantia prodeſt.
- ff.ad Maced.l.ſed Iulianus.§.non ſolum.
- ff.de lib.cauſ.l.liberis.§.2.
- ff.pro empt.l.2.§.ſi ſeruus.

Ignorantia nocet,vel non prodeſt,vel,non excuſat.
- C. de in ius voca.l.2.
- C.qui petant.tut.l. vlt.
- C.de falſ.mon.l.1.
- ff.quib.mod.vſufr.amit.l.is qui.
- ff.commod.l.argentum.
- ff.de inſt.act.l.ſi quis.§.vlt. l.ſed & ſi pupillus. §.1.in fi.
- ff. de ſolut.l.fugitiuus.
- ff.locati.l.ſed addes.§.1.l.itē quęritur.§.ſi fullo.
- ff.de redhib. l.1.§. cauſſa.
- ff.de act.empt.l.Iulianus.§.1.
- ff.de iur.& fact.ignor.l.regula.§.ſi quis ſuprà tempus ignoranti cedere.
- ff.de leg.2.l.ſi is qui non ſolùm.
- ff.de teſt.& qui teſt.fa. poſ. l.qui in poteſtate.
- ff.de vſucap.l.nunquam.l.iuſto errore.
- ff.de manu.vind.l.4.
- ff.de doli except.l.apud Celſum.§.3.
- ff.de nouat.l.ſi quis delegauerit.
- ff.ſi quis teſt.lib.eſ.iuſ.fue.l.2.
- ff.de iur.fiſc.l.deferre. §.vlt. Azo,rub.3.

Ignorantia excuſat,ignorantia prodeſt,& econrrà.

Sciendum eſt quòd aliud eſt ignorantia, aliud error, aliud titubatio. Nam tunc eſt ignorantia, quando de facto vel de iure nil ſcio, nec tamen inde aliquid ſuſpicor: error verò eſt, cum aliud eſt quàm credam.titubatio eſt, cum hinc inde duo ſciam aduerſa vel contraria:nec tamen alicui eorum, quia dubito,applico meam credulitatem. Et licet quātum ad alia,prædictæ fortè differentiæ valeant:tamen quātum ad hunc tractatum,quod in vno dicitur,in cæteris intelligas.Ignorantia autem diuiditur:quia alia facti,alia iuris,vt ff.de iur.& fac.ign.l.1.§. ſi quis. Item, facti Ignorantia alia probabilis, alia improbabilis.Si enim errem in alieno facto, probabilis eſt, vt ff. pro ſuo.l. vlt.Si verò errem in meo facto,vel in qualitate rerum mearum,vel in his quæ agūtur circa vel iuxta res meas, non eſt probabilis, vt ff.ad Vell.l.quanquā.& de iur.& fact. ign.l.plurim.& de ædil.edic.l.1.§.cauſa.& C.de falſ.mone.l.1.§.dom⁹. de reſcind.vend.l.quiſquis. Et in hoc caſu loquuntur ferè omnes leges,quæ ſunt in contraria Rubricella, Ignorantia non excuſat: ergo non eſt contraria. Quandoque tamen etiam in ſuo facto recipitur ignorantia, vt ff. de cond.indeb. l.ſed & ſi non putē.& de pact. dot.l.inter.§.vir. Et in hoc caſu loquitur 3.& 5. Rubrica. Item non eſt probabilis facti ignorantia, quum quis ignorat ea quæ ſciunt omnes ciues,vel multi homines.vt ff.de iur.& fact.ign. l.regula.§.ſed fact.& de inſt.act. l.ſed ſi pupillus.§. præſcribere,ſicut econtrariò, cum quis errat in eo in quo multi errant probabiliter,vt ff.ad Maced.l. ſi quis patremfam. Secundum has diuiſiones ſumitur regula,quę eſt ff.de iur.& facti igno.l.1.& l.iuris ignorātia. Cui regulæ in prima parte derogatur in duobus caſibus. vt Inſtit. de vſucap.§. item ſi is ad quem.& ff.pro donatio.l.ſi vir vxorem.legit tamen primæ poſſet reſponderi, quòd non vſucapit is qui ius ignorabat,ſed alius,in quos regula nō erat.Item, ſecundæ legi reſponderi poteſt, quòd ibi erat facti error:quia rem alienam putabat mariti,& eandem putabat vſucapi poſſe, quod cum iure concordat. Si verò genus attendas in iure, errabat: quia omnes donationes putabat valere. Item, parti ſecundæ derogatur.vt Inſtit.de vſucap.§.quod autem.ſed illud propter rei vitium contingit.Item & alia regula.ff. de iur.& fact.ignor.l. iuris ignorantia non prodeſt acquirere volentibus,ſuum verò petentibus, nō nocet.cui regulæ derogatur in prima part. vt ff. de pet. hæred. l.ſed ſi lege.§.ſcire.

Adiectio.

Cui l.poteſt reſponderi, quòd ſpeciale eſt in ſucceſſionibus, vt ff.de bon.poſſ.l.in bonorum.Vel quod melius eſt fiet ius in verbo quod ibi dicitur, poſſeſſorem non eſſe prædonem:nam reuera non erit prædo,ſed malæ fidei poſſeſſor: ac per hoc non proderit ei ignorātia iuris,quia non lucratur fructus: cum omnis poſſeſſor intelligatur malæ fidei,qui contra legum interdicta mercatur.C.de agric.& cenſ.l.quē admodum lib.11. nam & qui precium numerauit, non eſt prædo: eſt tamen malæ fidei poſſeſſor,vt ff. de pet. hæred.l.nec vllam.

Cavsa.

Item in ſecunda, vt in præſcriptionib. & conſtitutio-

nib. quæ sunt inductæ ad rigorem iuris conseruandum: sicut in primo responso superiori diximus. vt Institut. vi bon. rapt. §. quia tamen. aliàs autẽ nõ derogatur ei. licet quidam distinguant, erretur in constitutione principis, an legis alterius, quod non placet: tamen quia lex loquitur generaliter, vt C. de leg. & constit. l. legum. tum quia omnia iura sunt cõstitutiones principũ. C. de vet. iur. enucle. l. 1. §. sed neque. & cæteras earum distinctiones circa hoc reprobo, his solis quas dico, contentus. Porrò distingui potest, vtrum ius naturale quis ignorauerit, vel quasi naturale. Vnde nec matri, si ignorantia tutorum nõ petat, non subuenitur. vt C. qui pet. tut. poss. l. vltima.

ADIECTIO.

Quanquam possit responderi, quod ibi loquitur in lucro, sed & damnum est quodammodo, quia quasi debita est filiorum successio. C. de codicill. leg. vlt. idémque in tutore, qui debuit se vocare ad tutelam, & errauit in iure. vt C. si tut. vel cura. fal. al. l. 2. & de legit. tut. l. 1. resp. primo.

CAVSA.

Puta, contra debitam reuerentiam quid facis, an cætera iura ciuilia, vt in primis non subueniatur, vt dicit secunda Rubrica, per leg. Codicis de in ius vocand. l. ij. & de his qui not. infam. l. liberorum. §. nõ solent. & C. qui petantur. l. vltima in aliis autem, si quidem de damno euitando non nocet, vt dictum est. Si autem de lucro captando, & habuit copiam consulendi peritiores, nocet: alioquin non, vt ff. de bonorum possess. l. bonorum. Et secundum hoc distinguitur inferius generale: & secundum hanc distinctionem soluitur tota illa Rubricella, quæ est in secunda columna, Error iuris seu ignorantia: & sequens eidem contraria. Non obstat quod legitur, ff. mand. l. si fideiussor. §. non malè. Nam ibi non nocet iuris ignorantia, quò minus repetat, sed ne conueniat debitorem. Item lex quæ est ad l. Cornel. de fal. l. licet. & de in ius vocand. l. secunda. loquitur de mero iure. aliud est de æquitate. vt C. de his qui sibi ascrip. in testamen. l. tertia & non obstat quod legitur, ff. si quis in testam. lib. esse iuss. fuer. l. secunda. quia ibi non propter scientiam vel ignorantiam contingit: imò ideò, quia domino in seruum non datur actio. Facti autem ignorantia probabilis, regulariter prodest in compendiis, & non nocet in damnis, vt C. de iur. & fact. ignorant. l. error. & l. in omni parte. ff. eodem. Et ita loquitur inferior Rubrica, Error facti. Regulariter igitur dixi, quia quandoque fallit, vt suprà dictum est. Et hæc omnia in maribus, fœminis plerunque parcitur, vt C. de iur. & fact. ignorant. l. vltima. cum omnibus concordantibus ibidem positis. Item, hæc omnia in maioribus, minoribus enim parcitur in delictis, quæ non procedunt ex animo, vt ff. de thin. l. si ex caus. §. nunc. militibus quoque parcitur, etiam in iure errantibus, ad exeptionem, non ad actionem: quoniam arma, & non leges scire debent. vt C. de iur. & fact. ignorant. leg. 1. de iur. deliber. leg. scimus. in princ. Est ergo diligenter notandum, quis ignorãs velit sibi subueniri. item, quandoque habetur, C. de iur. & fact. ign. l. error. & in qua re, in lucro an dãno, & ꝑ qua ignorãtia, iuris, an facti. & qualiter, id est, vtrum ad actionẽ, an ad exceptionẽ. Et hęc de ignorantia, prout breuibus potui, tradidi. Nec enim alicuius studio super ignorantia, quando nocet vel nõ, sine multis exceptionibus tradi potest; quia periculosæ sunt in iure definitiones. Porrò quasdã regulas tradere possumus vtiles: scilicet quòd in omnibus delictis in quibus venit dolus, tantum excusatur quis per ignorantiam: vt furti, vi bon. rap. iniuriarum: de dolo, nec tamen omnino, vt ff. de iniur. l. 1. §. pen. & l. eum. §. si iniuria. & in omni publica accusatione, quia non instituitur propter dolum. Aç in contractibus, & quasi contractibus, & quasi maleficiis, ignorantia non excusat: quia culpa præstatur in illis, vt ff. de reg. iur. l. contractus. Instit. de obl. ex quasi delict. de obli. quæ ex quasi contract. vel quia debuit notum habere, vel quia temerè asseuerauit: vt allegatur in inferiori. Rubrica. Nec distinguitur, sciuerit, an ignorauerit, vt ff. de act. empt. l. Iulianus. & C. de resc. vend. l. quisquis. & ff. de pig. act. l. tut. §. contrariam. Azo, rub. 3.

Qui iustam causam ignorandi habuit, non tenetur.

ff. ad l. Flau. de plag. l. plagij criminis.
ff. de rescin. vend. l. si id. §. 1.
ff. de act. empt. l. si hæres.
ff. locati. l. habitatores. §. 1.
ff. de de vsucap. l. non solum.
ff. pro empt. l. quod vulgò.
ff. de interrogat. act. l. de ætate. §. si cum esset iuris.
ff. de solut. l. si quis seruo. §. si creditor.

Quis iustam causam, &c.) Plenè in suprà prox. Rub. exposita & distincta, & signata etiam contraria sunt. Azo, rub. 3.

Ignorantia in facto proprio * toleratur.
* al. excusatur.

Sed illud ideò, quia isti de damno certabant, vnde cum sit reus, potior. est conditio eius. ff. locat. l. sed addes. §. si is qui ius. ff. de pact. dot. l. inter. §. 1. ff. de cond. indeb. l. sed si. Azo, rub. 3.

Actio quęritur ignoranti.

ff. de petit. hæred. l. idem Iulianus. in fi.
ff. de test. l. filius. in fi.
ff. de reb. eorum q. l. si functus. §. 1.

Actio quæritur ignoranti, &c.) Hoc quidem contingit, vbicunque per eum qui est in potestate mea, aliquid acquiritur: ex ea tamen causa, quia ad me spectat, vt ff. de acquir. rer. dom. l. etiam. ff. de verbor. oblig. l. seruus vetante. & Insti. per quas personas nob. acqui. §. itẽ vobis. fallit in hæreditate, item verbis idem contingit aliter, vt ff. de act. & oblig. l. si à furioso. Azo, ru. 3.

¶IGNORANTIA. Ignorantiam allegans, eam probare debet.

PRO.

50. dist. c. quantum.
9. q. 1. c. ordinationes.
34. q. 2. c. in lectum.
1. q. 1. c. si qui à simoniacis.
Ext. de sent. excom. c. si verò aliquis.
D. de probat. c. cum deinde.
C. de lon. temp. præscrip. c. emptor.
83. dist. c. proposuisti.

CONTRA.

3. q. 9. c. auditis.
D. de probat. c. verius.
Inst. de legat. §. qui res.

SOLVTIO.

Qui ignorantiam allegat, eam probare debet. Probatur verò ignorantia hoc solo, quod non probatur cõtrarium, C. qui milita. pos. vel non. l. super seruis.

uis.li.12. Vel probatur per iuramentum illius, qui dicit ignorasse: quia cum ignorantia penes animum sit, non poterit aliter probari. Damas. reg. 131.

Ignorantia mea, & alterius scientia mihi prodest.

C. de his qui à non domino. l. si à non domino. C. de litig. l. vlt.

Imò debuit dicere, quòd alterius delictum prodest. quid miri? quia rem meam mihi aufert, vt C. de his qui à non domino. l. vlt. vel me in contractu decipere voluit, vt idem possum dicere, & si per furtum rē meā mihi abstulit: quia tenetur in duplum vel quadruplum. Azo, rubr. 3.

¶ IGNORANTIA in facto proprio non præsumitur, nec excusat. l. fin. ff. pro suo. & in cap. ab excommunicato, de rescriptis in sexto.

Primò fallit, vbi tractatur de damno euitando: nam tunc etiam in facto proprio præsumitur ignorantia: l. si post diuisionē. C. de iur. & fac. ignor. & l. sed & si me præsente. in prin. ff. de probat. & glos. in l. si res obligata. ff. de leg. j. not. tenet Bart. in l. qui fundum. §. seruus. meus per illum tex. ff. pro empt. vbi etiam dixit, quòd in hoc casu obliuio est iusta causa ignorantiæ.

Secundò fallit, vbicunque esset factum multùm antiquum: nam tunc in eo excusat ignorantia: vt notat Din. in reg. præsumitur: nam ex longitudine temporis præsumitur obliuio. l. peregrè. ff. de acquir. poss. & not. Bart. & l. si quis delegauerit. ff. de noua. & in d. l. si res obligata. & idem tenet Bart. in l. si nō fatetur. ff. de confes. & l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. cal. facit. gloss. & ibi not. Bald. in cap. j. de feud. guar. nisi factum esset arduum & notabile: quia tūc non toleratur ignorantia. cap. cum illorum. & ibi Abb. in vlt. nota. de sentent. excom. quod etiam limitā nisi iuramentum interuenisset secundum Bal. in cap. j. de no. for. fid.

Tertiò limitatur, non procedere in facto antiquo obligatorio vigore promissionis illius, quia allegauit errorem proprium facti antiqui, & ita not. limitat Bald. in l. vnic. C. de confes. quod procedit nisi tractaretur de lucro captando: vt sign. dicit Bart. in l. qui fundum. §. qui seruus. ff. pro empto. vel nisi factum sit graue, vel not. quia tunc præsumitur obliuio. tex. est sing. in c. cùm illorum. de sent. excom. & ita tenet dom. Anto. Butrio in dicto capitulo, ab excommunicato. de rescriptis.

Quartò fallit, vbicunque factum esset multùm intricatum: nam propter eius difficultatem præsumitur obliuio, & toleratur. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & d. l. non fatetur. & ibi Bart. & not. in d. l. si res obligata. & d. l. si quis delegauerit. & in l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipul. & in l. cum falsa. ff. de acquir. hæred. vbi etiam Paulus de Castro: nec mirum, quia etiam difficultas iuris excusat ab ignorantia, vt Instit. de oblig. quæ ex qua. delict. & not. Bald. in l. prima. C. si quis rem, &c.

Quintò fallit, quotiescunque tale factum non fuisset implicatum per se, sed per seruum, vel filium, vel etiam procuratorem *: quia tunc talis ignorantia toleratur: vt est gl. quę semper allegatur in d. l. si res obligata. ff. de legatis primo. B. Soc. re. 126.

ADDITIO.

* Procuratorem. Adde eundem Bart. Soc. in consilio cclxiij. inci. circa primum: vers. secunda spina. circa medium in secunda parte. B. Vad.

Sextò fallit, vbicunque quis esset implicitus multis negotiis: quia tunc etiam in facto suo præsumitur ignorantia. ita tenet Bart. in l. ij. §. quod obseruari. C. de iur. calu. & de materia ista vide gloss. de iura. calum. in c. ab excommnicato. de rescript. in gloss. in ver. de facto. & dicit Innocen. in c. olim. de regu. iur. quod si iudex facit vnam sententiam interlocutoriam, posteà vnam contrariam, non facta mentione de prima, præsumitur ignorare primam: cum multum iudex sit implicitus: ita not. in l. quod iussit. de re iud. ff.

Septimò fallit, vbi aliquis in mortis articulo obligasset aliquid, quod posteà legauit alteri: quia tunc fideicommissarius vel legatarius debet id luere, & nō hæres. l. si res obligata. de legatis primo. & ratio huius fallentiæ quare præsumitur tunc ignorantia est, quia quando obligauit, erat in mortis articulo: & tunc homines ignorare possunt, per l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt.

Octauò fallit, vbi tractaretur de valore rei de futuro, & non de præsenti. per l. qui in fraudem credito. ff. qui & à quibus. §. item si quis in fraudem. Institu. quibus ex caus. manumit. non licet. ibi sperat. Bart. Soc. reg. 126.

¶ IGNORANTIA iuris neminē excusat regulariter, idque clarè probat text. in l. iuris. C. qui admit. cum simili. & gl. & doct. in cij. de constitutio.

Fallit, quando agitur de damno vitando. l. iuris. de iuris, & fac. igno. no. Bar. in l. j. de bo. possess.

Fallit, in milite. l. regula. de iuris, & fac. igno.

Fallit, in muliere in casibus à iure expressis. dicta l. regula.

Fallit, in rustico. d. l. regula.

Fallit quando vellet consulere peritiores, sed non posset, secundum doct. in d. l. iuris. C. qui admit.

Fallit in iis, quæ sunt inducta ad rigorem iuris, non autem ad obseruantiam iuris ordinarij, secundum gl. in summ. xxxv j. distinctio. S Ian re. 121.

¶ IGNORANTIA iuris non excusat in his quæ sunt iuris positiui. c. quod licite. dist. 16. c. cum illorum, de sent. excom. nec in his quæ sunt iuris naturalis, c. si cupis. 16. q. 1.

Fallit & fallentia sublimitatur in l. iuris ignorantia, C. qui admitti, numero 4. fallit in 4. casibus, vt per Fel. in c. quoniam, de simo. numero 5. fallit, vt per Damas. reg 1.

Ignorantia regulariter probatur per iuramentum. Fallit in 7. casibus, vt per Felin. in capit. 2. de constit. colum. 2.

Ignorantiam allegās, eam probare debet. fallit vt per Damas. reg. 141.

Ignorantia probabilis absque simplicitate excusat in beneficialibus à materia surreptionis: hanc regulam cum 5. limitationibus ponit Feli. in c. super literis, ad finem, de res.

Ignorantia iuris procedens ex lata culpa non excusat delinquentem, & æquiparatur dolo.

Fallit in 2. casib. secundum Feli. in c. cognoscentes, de consti. num 3.

Ignorantia facti excusat, c ignorantia, de reg iur.

Fallit vt per Din. in c. ignorantia.

Hæres iustam ignorantiæ causam habere præsumitur. c. cùm quis. de reg. iur.

Fallit vt per Dinum in d. c. cùm quis.

Duas alias conclusiones videas suprà in ver. factum, in 3. & 4. conclusione.

Hæres iustã habet ignorantiam in rebus defuncti.l.fi. ff.pro suo.l.si mulier.ff.ad Velle.
Fallit in 2.casibus,vt per Dec.in l. qui in alterius.ff.de reg.iur. Don.Fina,lib.5.

¶Ignorantia iuris procedens ex culpa leui vel leuissima,excusat à pœna criminali, & obligat solum ad resartionem damni, secundum Cin. in l.data opera. C. qui ac. non pos.per text.in l.qui ædes.ff.de incendio rui.naufra.
Fallit, quando esset factus excessus qui non potest puniri per resartionem damni,quia tunc puniri potest criminaliter, ne sit impunitus, secundum Felin.in d.cap. cognoscentes.in versic. Secunda conclusio, I& c.per plures cottas. S.Ian.re.125.

¶Ignorantia mulierum rusticarum, vt similiũ in his,quæ sunt pro forma, non excusat,præsertim quando aduocatos, atque peritos adhibere potuerit, vnde si in testam.suis non adhiberent tot testes quot requiruntur,non valebit testamentum.gl.ambiguitate. C.de testam.l.nemo potest.ff.de leg.1. Bal.leg.iuris ignorantia. C.qui admitti.l.penul.C.eod.Euer.in loco à defectu formæ.nu.8.Bald.tract. stat.versicu. concordia. nu.6.Asin.in praxi iudic.§. 3.ca.49.nu.1.Doct.com. c. ignorantia.de reg.iur.6. S.Med.re.7.

¶Individua res dicitur forma, inde non potest pro parte omitti.l.hæredes palam.§.fin. Bald.l.si is qui.ibi Bald.ff.de testam.l.si seruus.ff.si quis. caut. Doc.com.l. Pedius.ff.de arbitr.Iac.l.certi cõditio. §.quoniam.vbi Alber.ff.si cer.pet.Bartol.l. Græcè. §.illud.ff.de fideiussor.dixi super.regul.fal.42.Med. reg. 7.

¶Ignorantia, Præsumptio.Bonifac.Reg. xlvij.
Præsumitur ignorantia,vbi scientia non probatur.
Vid.l.super seruis. C.qui mil.non poss. Viuien.

¶Ignorantia probabilis absque simplicitate excusat in beneficialibus, in materia subreptionis, sicut ipsa simplicitas, quando ea quæ debent exprimi,tacentur per ignorantiam.Casus est in cap.gratiam.de rescrip.lib.vj.vbi Domi.quæ non est casus specialis contra Ioan.And.vbi vt tenet Imol. Butr. Abb.vbi Fel. colligit hanc regulam in cap.super literis.de rescriptis.
Limita quinque modis,vt per eum ibi.B.Dias.re.224.

¶Ignorantia non prodest, quia alterius scientia nocet.
ff.ad Maced.l.sed Iulianus.§.non.
ff.de vsuca.l.hæres.§.is qui bon.fide.
C.de episc. aud.l.si legibus.
Hîc nocet alterius, non mea culpa mihi.
ff.pro empt.l.2.si seruus.
ff.de vulg.substit.l.vlt.in princ.

Ignorantia non prodest, quia alterius scientia nocet.) Nec obloquitur quod ff.de tributoria.l. 3.allegatur,quia illud facit actoris priuilegium, non alteriusignorantia.neque ff.de liberali causa.l.& legas. vt ibi legimus, l.liberis.§.si dico.Regulare quidem est, alterius scientiam vel ignorantiam alteri non nocere,nec prodesse.vt ff.de iur.& fac.ignor.leg.in iniquissimũ, vt infrà tertia Rubricella continetur.quæ autem in ista & seq.Rubrica exponuntur, specialia sunt:vel melius,alterius omnino,vel extranei scientia, vel factum mihi non nocet: at vbi quis non est omnino extraneus,imò socius vt in duobus reis stipulandi alterius scientia alteri nocet:cùm facta vni solutione, vel facto ab vno pacto de non petendo, perinde habetur ac si ab vtroque factum esset, si tamen socij: sunt vel vtrique facta esset,vt ff.de arb.l.si duo. & de duobus reis stip.l.2.hoc autem vni soluisse videtur, cũ habet quod ei obiiciatur, scilicet scientiam.vt ff.de admini.tut.l.si pupillus.& ita obstat vtrique. similiter in patre & filio. ff.quibus ad lib. procl. non lic.l.vlt.in fi.qui non alij,imò vna persona videtur.vt C.de impub.& alijs subst.l.vlt.in fin. Nã vox patris,vox filij, vt Instit. de inutil. stip. §.ei. Idem & in seruo.nam vna persona mecum videtur esse in acquisitione.Vnde sicut mea mihi,ita sua obstat scientia, Similiter in procuratore. vt ff.de contrahend.empt.l.in huiusmodi. & plenè ff. de ędil.edict.l.cum mancipium.in prin.

Adiectio.

Vel distingue inter vsucap. & actionem. Nam in vsucapione, tam domini quàm serui vel filij:ideò ꝙ nõ nomine domini vel patris,sed suo contrahit,vt C.si quis alteri vel sibi.per totum. Azo,Rubr.3.

¶Ignorantia puniri nõ debet.l.generali.& ad hoc de tab.lib.x. C. ex maleficiis. §.primo, ff.de actio.& obligationib. Bart.l.1.§.nũtiatio.j.ff.de ope. no.nũt.Bart.& Bal.& reliqui scribẽtes l.j.ff.de legi. tex.in c.fi.qui matr.accus. pos.facit ratio c. cognoscentes.de constit.in antiq. vbi bonus text.Rationẽ addas ex Iurisconsulto in d.l.ex maleficiis.§.j. Nec enim ignorans deliquisse intelligendus est. Aliam reddit Panormita.in d.c. cognoscentes. versi.venio ad secundum.de cõstit. Absurdum enim ait ad pœnam ligare ignorantem,per illum text.& in c.gloss. in clem.ij. in verb. ex nunc.de hæretic. Sed & soritica hac ratione iuuatur hæc regula: nam ignorantia æquiparatur errori: Errans autem non consentit:Si non consentit, nõ peccat:nã nõ est peccatum, nisi voluntarium.Ergo ignorantia puniri nõ debet.
Procedit in pœna excommunicationis in iure posita, ita hanc regulam ampliat Angel.Clauasius in Summa,in verb. Ignorantia.& pro nostra regula facit l. fi.ff.de decret.ab ordine facien.
Aduersus hanc regulam multa obiiciuntur, quæ vidẽtur destruere eandẽ:sed ego contraria solui, quæ cõciliaui lib.sing.ad Papinianum.l.j. ff.de legib.
Fallit, cum lex non culpã sed rem perpendit.ita Din. in c.sine culpa.de regul.iur.lib.vj.Ange.l.j.ff.si quis omissa caus.testam. Alciatus l.j.§.nuntiatio.le premier.ff.de no.oper. nunt.
Fallit,quando ignorantia habet culpam in se. Bart.in d.l.j.in prin.ff.de legib. atque ita dicit intelligendã d.l.j.& vide quæ ad d.l.j.scripsi.
Fallit in ignorantia affectata:non enim caret dolo. Ange.Clauasius vbi suprà.
Fallit in medico, prælato, & officiali, qui artem suam ignorat,& officium. Nam talis ignorantia culpæ adscribenda est.l.qua actione.ff.ad leg. Aquil.immo imperitum medicum lege Aquilia de damno teneri ait ibidem Iurisconsultus.
Fallit in ignorantia crassa, & supina putà: quia nescit quod omnes eiusdem conditionis homines intelligant, talis enim ignorans nõ euitat pœnam.c.vt animarum.de constit.vj.
Fallit in ignorantia iuris diuini expressi, & explicati. Ang.Clauasius vbi suprà. P.Prat.re.418.

¶Ignorantia regulariter probatur per iuramentum.gloss. ordinaria in regula præsumitur.de regu. iur.in vj.& glo.in c.innotuit,de elect.& in capit.ij. in verbo, scienter. de tempor. ordin.in vj. probat.

tex-

tex.in c.si verò.el ij.de sent.excom.
Limita septem modis istam regulam:vt per Felin. in cap.ij.de constit. B.Dias reg.222.
Ignorantiam excusari.
In Auth.de incest.& nefa. nup.§.1.in fin.
In Aut.vt factæ nouæ consti.
In Aut.vt sponsa.larg.§.rursus.
In Aut.de eccles.t.§.si quis.§.si verò.
In Aut.de sanct. epis.§.si seruus. Azo rub.104.
Quis ignorantiam vel errorem probare debeat.
In Aut.de testib.l.si verò.
Multitudinem esse inspiciendam.
In auth.de testib.§.si verò.

¶IGNORANTIAM sæpe tam iuris quàm facti excusare.
PRO Confirmatione Regulæ.
Ignorantiam excusare * in his quæ iuris sunt positiui.
ADDITIO. In his,* Nam iuris error dolum excludit,vt notant Dd. in l.si quis id quod.& ibi Philip.Dec.colum.5.de iurisd.omn.iud.
Ext.de const.c. cognoscentes.
28.dist.c.presbyterum.
82.dist.c.proposuisti.cum seq.
30. q.1.c.de his.
D.de petit.hæred.l.sed etsi lege.§.scire autem.
In his quæ sunt iuris naturalis.
8.dist.cap.consuetudo.
De consec.dist.2.c.scriptura.
52.dist.c.solitudo.
In his quæ sunt facti.
Ext.de ord.ab episc.qui renunc.c.1.& 2.
D.de iur.& fac.ig.l.in omni parte.
CONTRA propositam Regulam.
Ignorātiā nō excusare in his,* quæ sunt iuris positiui.
16.dist.c.quod dicitis.
Ext.de sent.excom.c.cùm illorum.
ADDITIO.Quæ sunt.*Quia iuris ignorantia in lege prohibente non causat bonam fidem. Alexan. consilio 21. colum. fin.lib.4. & in arte,in qua quis versatur.l.2.§.Seruius.de orig.iur. l.1.C. qui & aduer.quos,&c.
Nec in his quæ sunt iuris naturalis.
16.q.1.c.si cupis.
22.q. 2.c.in ipsarum.
Nec in his quæ sunt facti.
Ext.de sent.excom.c.cum illorum.
1.q.1.c.si qui à simoniacis.
SOLVTIO.
Si ius positiuum ignoretur ante promulgationē, quia & post factū promulgantis ius illud circa offensam aliquandiu ignoratur,non nocet.d.c.cognoscentes. Si verò post promulgationem, impunè poterit ignorari ad duos menses.Auth.vt nouæ cōst.&c. Post illud tempus non excusabitur ignorans, nisi sit minor 25.annis,aut miles,aut fœmina,aut rusticus.D. iur.& fact.ignor.l. regula.& D. de proba.l. cum de indebito.§.sin autem.Iuris verò naturalis ignorantia licet culpam extenuet,non tamen excusat in totū.Et hoc est quod dicit auctoritas, Seruus nesciēs voluntatē domini,vapulabit paucis. Seruus autem sciens voluntatem Domini, & non adimplens eam plagis vapulabit infinitis.37.dist.§.fi.Facti verò ignorātia excusabilis est,d.c.1.ext.de ord.ab epis.facti tamen proprij,aut aliàs crassa & supina ignorantia damnabilis est.d.c. 1.cum illorum.& D. pro socio. l.vlt.* Circa ignorantiam iuris positiui talis regula comprobata est:Iuris ignorantiam non prodesse acquirere volētibus,suum autem seruare volentibus non nocere.D.de iur.& fac.ignor.l.iuris ignorātia. Fallit tamen regula in vsucapionibus,præscriptionibus in fauorem publicum introductis,per quas præiudicatur ignorantibus,volentibus suum conseruare.C. de logi temp.præscrip.leg.vlt. item in constitutione ad rigorem iuris obseruandum inducta. C. vnde vi.l.si quis in tantam. in quam constitutionē incidit quis etiamsi ignoret,sibi non licere rem suā sine iudice auferre. Institu.de vi bon.rap.§.1. Damas.reg.1.
ADDITIO.Circa * c.1.q.4.c.turbatur.§.item ignorantia.

¶ILLICITVM. Illicitæ rei dans operam in delictis, non solùm ex eo punitur, quod ex proposito deliquit,sed & de delicto quod consecutum est. C.de vi pub.l. quoniam multa.de pœn.l.si quis aliquid.§.abortionis.de hom.in vi.c.fi. Riisvvich.

¶IMMOBILIA soluto matrimonio per mortem viri illico restitui debent vxori,mobilia verò post annum,si vir eo viuente fundos, vel prædia vendiderit,& illorum loco mobilia emerit.An hęredes statim restituere teneantur. Ratio dubitandi videtur, eo quia subrogatum sapit naturam illius in cuius locum subrogatur. vt l.cum qui iniuriarum. ff.si quis cau.& l.j.§.hæc actio. ff.si quis testa.ius. Tu tamen tene,quòd illicò hęredes restituere tenētur.per tex. in l. cū in fundo.§. si fundus.ff.de iur. do.& est sing. Rom.ccxxviij.inci. Tu habes. in fine. Licet quidam teneant quod subrogatum sapiat naturam subrogati,vt res empta ex pecunia patrimoniali etiam ea sit patrimonialis.vt Bene.in repe.c.Rayn.num.791.de testa.& hoc idem voluit Bal.cons. cxij.quæritur.nu. 5.vol.j.alle.text.in l.Imperator.§.fin.cum l.seq.ff.de leg.2.& l.si & rē.ff.de pe.hær.& similiter res empta ex pecunia fænebri,fænebris quoque reputari potest,secundum Host. in tit.de vsuris.§.vlt.ver. quòd si vsurarius in sua summa.hoc idem voluit Bald. in l.ea demum.C.de colla.& ibi Cin.Alb.& Dec.vbi dicunt quòd pecunia redacta ex venditione rei immobilis, inter immobilia est connumeranda, nec res empta ex pecunia dotali dotalis est. vt l. ex pecunia. Cod.de iur.dot.nec etiam res empta ex pecunia pignorata pignoratitia dicatur.l.idémque.§.vltim.ff.qui po.in pig.hab. nec etiā res empta ex pecunia ecclesiæ ecclesiastica dicitur. Lap. alleg.lxxij. in quæstione.& minus res empta ex pecunia communi communis est.Bald. & Sali.in ca.qui aliena. si quis alteri,vel sibi.l.si vnus.§.si vnus.ff. pro soc.& l. si quis societatē.& l.sed socius.ff.pro socio. & similiter precium ex re furtiua redactum non censetur furtiuum, ex quo precium nunquam succedit loco rei.In iudiciis singularibus,secus verò in iudiciis vniuersalibus.ita Bal. in l.mater.C.de rei vendi. idē Bal.cons.liij.circa med.nu. 2.vol.j.& cons.cxij.sup. & Bart.in cons.cxxxiiij. Alber.in l.qui cum tutoribus.nu.quarto.ff.de transac. I.Nouel.reg.13.

¶IMMVNITAS alicui concessa facit nos recedere à dispositione generali.Inn.c.1.de lit.cōtest.Bal.aut. sed nouo.C.de seru.fugit.doct.l. diuus.ff. de falsis. Medic.reg.1.
Immunitas alicui concessa intelligi debet absque præiudicio tertij.dixi super amplia.68.item immunitas alicui concessa non transit in emptorem. Din.& Bar.l.licitatio.§.fi.ff.de public.Spec.in ti.de immunit.eccl.in prin. Med.re.8.

¶IMMVNITAS concessa ab oneribus personalibus

non videtur liberare à leuibus. Roman. sing. 17. l. decurio fortunam. C. de Decurion. libro 10. Alexand. in add. ad Bart. l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. act. idem consilio 103. libr. primo. Bart. d. l. decurio. Medic. reg. 5.

¶IMMVNITAS indefinitè concessa intelligitur perpetua. Albe. l. cum quidam. ff. de anuuis leg. l. beneficium. ff. de const. Pr. Oldrad. consilio 30. quia beneficia principum latè sunt interpretanda. capit. decet. de reg. iur. 6. vbi Din. & Boer. in addit. numer. 2. & sequen. Med. reg. 2.

¶IMMVTATIO. Pompon. al. Paulus lib. xvj. ad Sabin. Lex xxvij. al. lex xxviij.

Nec ex prætorio, nec ex solenni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum est, quamuis obligationem causæ pactione possint immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur, nisi tunc cum inchoatur † pactio, inter eos conuenit.

ADDIT. † actio, vel pacto inter.

Adde ea Bartol. in repet. l. Cæsar. j. quæstio. numer. 10. de publican. l. iurisgent. §. si paciscar. & l. ius publicum. de pact. l. 2. §. ius rei publ. ff. de administr. rerũ ad ciuit. pertin. Viuien.

¶IMPEDITVS aliquid agere, debet protestari, vel vtile est quòd protestetur, notat Abb. post Inno. in capitu. ex transmissa. de præscript. facit tex. in capitul. sciscitatus. de rescript. vbi idem tenet Abb. facit gl. aurea in c. cupientes. §. quòd si per viginti. in verbo, proposita, de electione. libr. 6. Et hanc regulam non firmat Fel. in d. c. ex transmissa.

Et vide in doctrinis meis magistralibus, doctrina xiiij in c. Actum facere impeditus.

Limita tribus modis nouissimis, vt per eundem Felin. ibid. B. Dias reg. 325.

¶IMPEDITVS morbo vel alio iusto impedimento, mittere procuratorem non tenetur. l. ij. §. quod diximus. vbi glos. & Barto. ff. si quis cautio. glos. in l. quæsitum. ff. de iudiciis.

Amplia hanc conclusionem procedere, etiam casu quo aliquis non sit impeditus, arduam tamẽ, vel grauem defensionẽ vel causam habeat. tex. in c. querelã. verbo, grauibus causis. de procur.

Limita sex modis, vt per Zasium in in l. 1. quæsitũ. ff. de re iudicata.

Primò fallit in persona actoris. l. ad fin. vbi Bart. ff. de diuer. & tempor. præscript.

Secundò nisi impedimentum sit perpetuum, vel dignitatis, quia factus episcopus vel morbi, quia perpetuo morbo laborat. tex. est in l. fi. C. de procur. l. j. & ij. ff. de in ius vocando. text. in l. pars literarum. ff. de iudiciis. in quibus tangitur etiam de impedimentis propter dignitatem accedentem. Extende hanc limitationem etiam ad impedimenta longo tempore duratura, licet non sint perpetua. Speculator in titul. de procuratoribus. §. secundo ad fin. & est notandus text. in argument. in l. si longius. ff. de iudiciis.

Tertiò nisi sit impeditus voluntario impedimento, putà nuptiarum vel peregrè profectionis. l. j. §. vsus. de procurat. ff. sicque intelligendus. Innocen. in ca. cùm dilecti. de dolo & contum. secundum Imol. in d. l. quæsitum.

Quartò si impedimentum non est probabile, quia ex absentis delicto causatur vel emergit, vt quando quis relegatur in exilium. l. Papinianus exul. de maioribus. ff. l. sed etsi per prætorẽ. §. aduersus. ex quibus causis maiores. ff. Sublimita primò hanc limitationem, si non sit copia procuratorum apud iudicẽ ad quem citatus est.

Secundò si sit in vinculis & carceribus eatenus custoditus, vt nemo secum loqui audeat. quomodo enim procuratorem mittet, qui ab hominum communicatione exclusus est? Paulus in d. le. quæsitum. quod etiam tangit Imol.

Tertiò & finaliter si causa sit ardua & grauis. per d. c. querelam. de procura.

Quintò in causa electionis, quæ est causa grauis & ardua. c. quàm sit. de elect. lib. vj. tex. est in c. incipientes. in prin. & in §. quòd si viginti. eo. tit. lib. 6.

Sextò & vltimò, si sit leue impedimentum, vel leuis febricula, aut infirmitas quæ sperni possit. tex. in d. l. quæsitum. B. Dias reg. 226.

¶IMPEDITVM & inuitum. Quædam ex impossibilitate in totum impediuntur.
ff. de iur. do. l. si muli. §. 1.
ff. de vsur. l. quoties.
ff. de aq. quot. & æst. l. 1. §. item quæritur.
ff. de verb. obl. l. in exe. continuus.
ff. de ser. rust. præd. l. in itinere.

Quædam ex impossibilitate, &c.) Hæc Rub. circa contractum sibi vendicat locum, vt in Instit. de inutil. stip. §. si impossibili. & de ver. ob. §. loca. Sed secus in testamentis, vt in Instit. de hær. instit. §. pen. & de leg. 1. l. si mens. §. 1. Azo rub. 68.

Impediunt ordinandum, quæ non impediunt ordinatum.
C. de nup. l. si liberta.
ff. de his qui sui vel al. iur. l. patre.
ff. de sponsal. l. furor.
ff. de ritu nup. l. omne. §. pen.
ff. de iud. l. iudex.
ff. de postulan. l. casum. in fin.
ff. de pecul. l. quàm turbatus.
ff. de vsucap. l. sequi. §. de illo.

Multa impediunt, &c.) Hoc generale est, recipit tamẽ exceptionem, vt notaui in quibusdam contra. arg. ff. de his qui sui, vel al. iur. sunt. l. patre. Azo rub. 68.

Inuitus cogitur emere.
ff. com. diuid. l. communi. §. vlt. Azo rub. 68.

Inuitus cogitur vendere.
C. de patr. qui fil. dis. l. 2.
C. de seruo commu. ma. l. 1.
C. de his qui à non do. ma. l. 1.
C. de donat. l. scimus.
ff. de relig. l. si quis.
ff. fam. herc. l. si pignori.
ff. de lib. caus. l. si debi.
ff. de leg. 1. si fide. §. si equo.
In Instit. de rer. diuis.
ff. quemad. ser. l. si locus.

Inuitus, &c. Regulare est, vt nec vendere quis cogatur: sed fallit in casibus, vt in hac & sequenti Rub. vt in C. de contrah. emp. l. inuitus. & de act. emp. l. Iul. §. idem Celsus. notaui. Azo rub. 68.

Nemo ad communionem compellitur inuitus.
ff. de cond. indeb. l. si non sortem. §. si certum.
ff. com. diuid. l. in hoc. §. sicut Azo rub. 68.

¶INVITVS. Pro inuito agere, vel appellare, & inuitũ defendere possumus.
C. de lib. caus. l. princi.
ff. de lib. cau. l. 1.

ff. de

ff.de appel.l.non tantum.in fin.

Pro inuito,&c.)Regulare est ne audiatur, nisi is cuius est causa,vel qui habet ab eo mandatum. Sed Specialia videntur in hac Rubric. proponi.puto tamen non esse specialia, quia in his casibus suo nomine, non alieno quis admittitur.vt in C.de liber. caus.l. cognati interest.vt infrà eod.tit.l.quoniam. Similiter resp.in ff.de app.l.non tantum.sic enim dicit, Exeat enim,&c.q.d.ratione affectionis est admittēdus,alioquin si nihil interesset,contrà esset. vt ff. de app.recip.l.1. Azo,rub.68.

Quod aliquando posset nocere,omnino inhibetur propter incertitudinem quid admitti.

C.de vsuf.l.alij.in fin.& l.amissa.
C.de dona.l.sancimus.circa fi.
ff.de re mil.l.officium.
ff.de transf.l.certum.
In Instit.de aut.tu.in medio.
In Insti.ad l.Aquil.§.qua ratione.Azo rub. 68.

Cùm aliquid prohibetur, & id intelligitur prohibitum,per quod peruenitur ad idem.

C.de vsur.l.eos.in fin.
C.si man.ita fuer.al.l.vlt.
D.de his qui ad Eccl.conf.l.præsenti.
In decre.dist.33.præberi.
ff.de cond.inst.l.quæsitum.§.si quæ.
ff.de bon.lib.l.in seruit.§.si quæ.in fin.
ff.ad Vell.l.quamuis.§.si cum.
ff.de iudi.l.2.§.si quis post.
ff.pro soc.l.idémque.§.igitur.
ff.de tut.& cu.l.si re.§. sua.
ff. de adm.tu.l.si pupil.
ff.de transf.l.cùm hi.§.si tantum.
ff.de admi.rer.ad ciu.perti.l.2.§.1.
ff.de offic.proconf.l.obseruare.

Quod aliquando,&c.

Cum aliquid prohib.&c.)Hæ notæ sunt.Azo rub. 68.

Adiectio.

Imò distinguendum,an aliquid sit prohibitum generaliter,& omninò cōtrà alio modo facere poterit,à certo modo,vel certa lege,vt ne paciscatur de dolo,ne hær.instituat sub hac conditione,si Titius voluerit.hoc casu alia via aduenire poterit, quia ne agat depositi potest,& si Titius ascenderit Capitolium,quod eius pendet voluntate.

¶Impedimentum,Non generare impedimentum, quod non sortitur effectum.

Pro.

Ext.de iur. patr.c.quod autem.
Ext.de app.c.constitutus.
Ext.de ap.c.bonæ memoriæ.
Ext.de his quæ fi.à prælat.sin.cons.c.2.
Ext.de desp.impub.c.accessit.& c.de illis.
27.q.2. c.lex diuina.
C.de vind.libert.& apud concil.l.nec.
De pœnit.dist.1.c.hæc autem verba.

Contra.

D.de his qui not. inf.l.quid ergo.
D.quod quisque iur.l.1.in fin.
Ext.de dig.c.nuper.
Ext.de elec.c.considerauimus.& ca.auditis.& c.intelleximus.
Ext.de spons.& mat.c.ad audientiam.
De conse.dist.4.c.quibus.
C.ad l.Iul.de adult.l.eum qui.

Solutio.

Prima regulariter vera est in illis actibus,quibus actus cum effectu consideratur,vtputà in electionib.rerū ecclesiæ.Si enim prima electio vel alienatio sit nulla,& hoc sit notorium, sequens propter illam non impeditur,vt in concordantiis in prima parte rubricæ positis. Alioqui debet secunda fieri, retractata prima per superiorem.d.c.considerauimus. In illis autem contractibus in quibus actus solus sine effectu cōsideratur,vt est in illis per quos irregularitas inducitur,licet actus ipso iure effectum non habeat inducit tamen irregularitatem.dicto capitu. nuper. Damas.reg. 89.

¶Impedimentum, Causa impedimenti cessante, cessat & impedimentum.de leg.3.l.si chorus.§.pen. & fi.de his qui no. infa.l. qui liberorum.§. Pomp. Gribal.lib.2.de ratione studij.

Faciliùs impeditur acquirendum,quàm impeditur acquisitum.de his qui sunt sui.l. patre furioso. de postu.l.1.§. casum.Cōtra de recep.l. nō distinguemus. §.sacerdotio.de relig.l.sunt personæ.

Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.Reg.vi.c.non præstat.52.13. quæstio. 2.c.si verum. Riisvvich.

¶Impedimentum. Bonifac.Reg.lij.

Non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum.

c.perpetuo.de election. in vj.& capit.si compromissarius.lib.vj.de conces.præbend.lib.d. Viuien.

¶Impedimentum factum à coniuncto meo concernens causam meam non mihi præiudicat, quia de consensu meo factum non dicitur esse.Imol.leg.hæres.§.fin.ff.de cond.& demonstr.Bartol.& Alexan. leg.pupillo.§. si quis.ff.de oper.no.nunt.Ant. cap. fin.de præsumpt.Abb.capitu.cum causam.de testibus. Med.re.8.

Impedimentum, nullum præstat, quod iuris nullum sortitum est effectum.capitulo,non præstat.de reg. iur.6.vtile enim per inutile non vitiatur.capitu. vtile.eodem tit.6.capit.perpetuæ.de elect.6.doc. leg. cùm quidam.ff.de leg.2.Alexand.consilio 81. colu. 2.volum.5.Barto.l.non putauit.§.non quæuis.ff. de contra tabul.capitu.si compromissarius.de elect. 6. capit.ne captandæ. de conces.præb.not.leg.qui per salutem.ff.de iur.iur.Alexand.l.serui electione.colum.fi.ff.de leg. 1.no.l.hæc conditio.ff.de cond.& demonst. Medic.re.6.

Impedimentum modicum non obstat quando de modico præiudicio agitur,quod quidem solo iuramento probatur. Ioan.Anan. consilio primo, columna prima.Barto.in extra.ad reprim. versic. summariæ. Asin.in praxi Iudic.§.septimo.Amplia.59.nume.11. Medic.reg.5.

¶Immunitas concessa omnibus muneribus realibus& personalibus non intelligitur concessa his, quæ possint breuiter expediri.l.decurio.vbi Bartol. C.de Decur.libro x.addentes ad Alexand. Rubric. ff.sol.matr.numero 3.Roman. l.si verò. §. de viro. ff.sol.matr. Med.re.5.

¶Impedimentum an probatione vel iuramento probari possit,superfluis omissis,tene, & dic, quod per solum iuramentum probandum sit, & hoc est decisum per communes doctor. opin. Rot.decisio. xxxij.in antiquis. Neap.in dec.lxxix.in causa.nume. 2.alle.Fed.de Sen.cons.cix. Felin.in c.ex parte 2. de rescr.& de hoc vide Bart.Rom.Alexand. & Iaso. in l.ij.§.quod diximus.ff.si quis caut.Abb.Dec.& Barba.in c.

bã.in ca.cum sit Romana.& c.ex ratione.de appell. numer.53.& nume.45.& vide cap.statutum. §.cum. versic.de rescrip.in vj.in glos.in versic.proprio iuramento,vbi iuramentum dicitur euidens probatio,nam si quis citatur in aliquo iudicio, & ille vi fluminis,tempestatis,aut ex aliqua rationabili causa,non potuit illò se transferre,& non potest hæc probare,vtique stabitur,& credendum erit suo proprio iuraměto.tex.est in l.cum oportet. §.cũ quis. ff.de excusat.tuto.ibi,cuius fidem,& ibi gl.& Dec. in consilio ccccliiij.nu.6.vbi allegans impedimentum,tenetur illud probare,quando maximè est causa immediata.Guido Pap.quæstio.lxiiij.numero 2. vbi optimè & Bartol.in l.qui commeatus. ff.de re mil.& l.præses.C.de appe.versic.Et aduerte.& vide Bal.in consi.ccclx.viso instrumento,vbi dicit quòd si conductor ob impedimentum superioris non potest vti re conducta non tenetur ad solutionem affictus,nisi pro rata temporis,de quo impedimento omnino constare oportet.Rom.consi.ccclij.numero 9. vbi nota.distinguit quod nota.Tu in hac materia considera tria adducta per Alexand.in d.§.quòd diximus,numer.2.primò considera impedimentum inspecta paruitate,vel grauitate præiudicij arbitrio iudicis,vel inspecto loco, videlicet si impedimentum fuerit in loco longinquo, vel solitario vel ratione personæ impeditę,si est bonæ conditionis, & famæ.Iudex omnibus prædictis optimè consideratis arbitrabitur.An iuramentum sit sufficiens probatio,vel ne,per text.in l.fi.de bo.auct. iud. possid. quem text. Roman.in rubric. ff.de arbit. dicit esse not.& quod impeditus non auditur vltrà quàm semel.& ita probat text. in d. l.fin. & l.scire oportet. §.cum quis. ff.de excus.tut.& ita Ang. attestatur in l.veluti.§.hæc vox.ff.edendo, & duplex est impedimentum iuris & facti.

Limita primò vt impeditus teneatur protestari,de impedimento facti occurso,secundum Ant.de But. cõsi. xxviij.Rom.d.consi.ccclij.& Franc.de Aret. cõsi. cliiij.Imol.in c.fi.de appel.

Limita secundò,si non posset haberi copia illius contra quem esset protestandum, qnia tunc sufficiet protestari secundum formam.ca.pastoralis.§.fin.de offic.ord.& c.iustus metus.de appel.& l.j.§.dies. ff. quando appellandum sit.

Fallit in impedimento iuris quod impedit præscriptionem tantum currere secundum doct. in l.j. §.fin. C.de ann.exc.& l.quoties.C.de prec.Imper.offer. Boer.quæstio.xl.nume.3.

Fallit etiam in impedimento facti quod nõ currit tẽpore hostilitatis, immo inchoatam facit dormire præscrip.secundum c.transmissa.de præscr.& Bart. in l.naturaliter.ff.de vsuc. Guido Pap.q. xiij. nu.2. Bar.in l. præses.C.de appel.& idem Guido Papa q. ccccxvj.nu.13.vers.quæro vlterius, vbi in terminis.

Fallit etiam quando impedimentum prouenit facto superioris,secundum Bald.cons. ccclx.vol.eo. quia eo casu cõductor tenetur ad solutionem mercedis, nisi pro rata temporis suæ conductionis,prout in dicto subtili cons.rationib.ibi adductis, quod not.

Fallit etiam quando impeditus potest remouere impedimentum,quia non dicitur impeditus qui de facili potest impedire impedimentum. c.fi. de elect. c.cum sit Romana.de appellat. Bal.in l.quibus diebus.ff.de cond.& demonstra. Old.consilio ccxlvij. circa medi. Dec.in c.in nomine domini.numero 9. & 19.de testibus. I.Nouel.reg.13.

¶IMPENSA modica ad eum plerunque pertinet, qui aliàs ad eas nòn tenetur. glos.l. hactenus. ff.de vsufructu.glo.l.hoc amplius.§. fi.ff. de damno infecto. doct.l.eum qui.C.de vsufr.Itẽ in hac reg.not.quòd modica impendia non repetuntur. glos. l.in rebus. §.possunt.de modic.impens.l. omnẽ.l.quod dicitur l.si quis à liberis.§.si mater.ff.de lib.agn.Med.reg.5.

¶IMPENSAE factæ per maritum in litigando rem dotalem,regulariter non imputantur mulieri. gloss.in l.j.in verbo,necessarij.versi.non sunt.ff.de impens. in reb.dot.fact.Spect.titu.de donat.inter vir.& vx. §.formatis.

Fallit quando maritus habuisset ab vxore in dotem simpliciter nomen debitoris.Barto.l. per diuersas. C.manda.idem in d.l.j.

Regula tenet quando accepit nomen debitoris æstimatum,quia eo casu mariti est periculum,& impensæ ipsius sunt periculo,vt probat tex. in l.si omne. ff.de hær. vel actio.vendi. S.Ianua.reg.125.

¶IMPERATOR est dominus mundi,& rex maris. ad leg.Rho.l.9.

Humanus esse debet imperator.C.de don.inter vi.l.si vnus.§.cùm itaque.

Iustitiæ & æquitatis amans erit imperator.Authen.vt prin.§.sed & illud.

Disponens imperator circa actum inualidum, eum approbare dicitur. de re iud.l. quidam consulebant. de excu.tu.l.idem Vlp.

Ne quis imaginem imperatoris in inuidiam alterius portet.Scæu.lib.4.Reg. 38.l.Senatusconsulto de iniur.Eodem lib.

Hoc crimine liberatus est à senatu: qui statuas Imperatoris reprobatas conflauerit. Ad leg.Iu. ma. l.cuiusque dolo.

Donare omnia potest Imperator. De rei vend.l. item. §.2.de euict.l.Lucius.C.de rap.virg.l.1.ad leg.Rho. l.Græca deprecatio.de quadrien.prę.l.bene.l.2.Cc. C.de vend.re.fis.l.1. Riisvvich.

¶IMPERATOR. Quod Imperator non habet iurisdictionem à Papa.

PRO.

Ext.de iudic.c.nouit.
Ext.de appel.c.si duobus.
10.dist.c.quoniam idem.
8.dist.c.quo iure.
23.q.5.c.regum.
* 33.q.2.c.inter hæc. * manuscrip.32.q. 6.
96.dist.c.cùm ad verum.
In Auth.quomo.oport.epis.in princip.
93.dist.c.legimus.

CONTRA.

Ext.de elect.c.venerabilem.
Ext.de for.compet.c.licet.
63.dist.c.omnis electio.
De consec.dist.5.c.in die.
69.dist.c.Constantinus.
15.q.6.c.alius item.

SOLVTIO.

Dicunt nonnulli Imperatorem habere gladium à Papa,quis Constantinus imperium reliquerit Romanæ ecclesiæ.d.c.Cõstantinus. Verius tamẽ est,quod à Deo habeat,quemadmodum dicit Augustinus 8. dist.c.quo iure.Nec enim apparet Papam imperiũ accepisse,neque Constantinus potuit successori suo præiudicare. Damas.reg.116.

Imperator vt non debet adimere, quæ concessit. In Aut.de

In Aut.de referen.
In Aut.de æqual.dot.§.didicimus.
Imperator, Vt non debeat adimere consuetudines seu priuilegia ciuitati, aliis personis concessa.
In aut.vt nom.impera.do.præpona.
Imperator Vt non inuadat alienam.
In Aut.vt nom.Imp.do.præpo.

¶IMPERATOR.Nota,Imperatorem aliquid de imperio diminuere pro vtilitate subiectorum.
In Aut.eo.§.1.& vlt.
In auth.vt cū de appel.§.si quis. Azo rub. 104.

CONTRA.

Quid Iudæus Iudæo,quid Catilina Cethego.
In aut.eo.in prin.§.itaq.do.§.causas. §. si quis.
In aut.vt ex hac iust. do.præ.§.illud quoque.

¶IMPETRARE quis Veniam potest, vt possit parentes,patronos,& alios huiusmodi in ius vocare, sine eorum consensu.l.quæcūque.ff.de in ius voc.Inno. cle.dispendiosam.de iud.l.quāuis.ff.de in ius vocā. l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex. Med. re.8.

¶IMPETRANS cum clausula appellatione remota extenditur ad reconuentionem ex parte rei conuenti.c.prudentiam.de mutuis petit.ampl.etiam si impetrans renuntiet dictæ clausulæ.Bald.capitulo,quibusdā.de consue.recti feudi.Implere quilibet prius debet contractum pro parte sua agere volens contra alium ex correlatiuis,ita & alter.l.Iulianus.§. offerri,vbi doct.ff.de actio.emptio.Bald.leg.cum res. oppos.2.C.de probat.& l.4.C.de vsufru.Med.re.9.

¶IMPETRANS debet facere mentionem de primo rescripto.text.in c.cæterùm.vbi doct.de rescript.
Amplia quatuor modis & limita septem,rursus primā ampliationem limita decem modis,vt per Felin. in d.c.cæterùm.

¶IMPETRANS obtinere dispensationem super pluralitate beneficiorum, si tacuerit vnum eorum, quæ possidet,etiamsi minimum sit,impetratio erit nulla etiam hoc idem si errauerit in expressione valoris, etiam in minimo.not.Doc. c.si proponente de rescri.c.si metu.de præb.6. Med.reg.5.

¶IMPETRANTI,asserenti non valere beneficiū plus quam expresserit,incumbit probandi onus.Ita Cardi.in cap.fin. de præsumpt.dicens se ita consuluisse, & notāt Io.de Fanno & Cal.quos sequitur Fel. vbi hoc confirmat in c.ad aures.de rescript.in antiq.
Limita dupliciter,vt per eum ibi. B. Dias re.327.

¶IMPETRATIO beneficij in aliqua ecclesiarum diœcesis,non comprehendit ecclesiam cathedralē,ideò oportet eam exprimere.text.in ca.quamuis.lo j. de præb.lib.vj.cum his quæ allegat Fel.in c.in nostra. de rescript.
Limita septem modis,vt per eum ibi.B.Dias reg.328.

¶IMPETRATIO de beneficiis in aliqua ecclesiarum diœcesis,nō comprehendit ecclesiam cathedralem, ideo oportet eam exprimere.no. in ca.in nostra,de rescrip.
Fallit in 7.casib.quos not.Felin.in d.c.in nostra.
Impetrans debet facere mentionem de primo rescripto,c.cæterum,vbi doct.de resc.
Ampliatur in 4.casibus,& limitatur in 7.per Fel.in d. c.cæterùm.
Impetratio facta ab excommunicato est nulla. no.omnes.in c.venerabilem.de excep.
Ampliatur in 3.casib.& limitatur in 7.à Felin. in d. c. venerabilem. col. 1.& 2. Don.Fina, lib.1.

¶IMPETRATIO facta ab excommunicato est nulla. tex.est in c.j.de rescr.lib.6.notant omnes docto.in c.venerabilem.de except.
Amplia tripliciter,& limita septem modis.vt per Fel. in d.c.venerabilem. B. Dias reg.330.

¶IMPETRATIO rescripti facta ab excommunicato est nulla.tex.est in c.j.de rescrip.in vj.
Amplia etiam si impetratio fieret de consensu partis aduersæ.Specu.in tit.de rescript.præsent.§. ratione quoque.versic.item quod impetrauit. d.Anton. de Butr.in c.cæterum.de rescript.
Amplia etiam si esset impetratum super professione. Cald.consil.xij.tit.de regula.
Fallit quando excommunicatus appellauit ab excommunicatione.c.j.de rescrip.in vj.
Fallit in occultè ante excommunicato,impetrato nomine suæ dignitatis.Anto.post Inno.in c.si verò.de sent.excom.secus si pro seipso.Inno.in cap.cùm dilectus.de consuetud. quod ordinauit in ca. Rodulphus.de rescri.
Fallit in eo qui impetrat contra episcopum suum,quē ipse episcopus occultè fecit ipsum excommnnicare ad hoc vt ne valeret impetratio, secundum Domi. in d.c.j.de rescri.in vj. libro.
Fallit quando petit defensiuè veniendo ad detractationem missionis in possessionem ex primo decreto, ibidem.
Fallit quando reus & actor impetrant simul super consequtiuis iudicium ibi.
Fallit quando talis excommunicatus erat reus necessarius,& impetrat super aliquo articulo molestiam & necessitatem sibi inferentem ibi.
Fallit quando pronunciatur super exceptione opposita contra excommunicatum,quod ipse non fuerit excommunicatus,& non est appellatum ab illa.ibi.
Fallit quando sententia esset lata pro reo non excommunicato,& cōtra actorem excommunicatum reo ignorante suam excommunicationem ibi.
Fallit quando fuit concessum rescriptū motu proprio principis ibi.
Fallit quando impetratur à Papa, & fit mentio in rescripto de excommunicatione impetrantis ibi.
Fallit quando id impetrās fuit excommunicatus post appellationem legitimam, & nedū determinatum est an causa seu appellatio sit legitima vel nō. ibid.
Fallit quando excommunicatus pro excommunicato. ibi.
Fallit,quando fit commissio ad instantiam excommunicati,& rescriptum loquitur impersonaliter, ibid. S.Ianua.reg.126.

¶IMPOSSIBILE.Quis obligatur ex impossibili.
In Decret.distinct.19.in canonicis.
C.de ædil.act.l.3.
I.de pact.Rubr.pacta.
ff.de doli excep.l.apud Celsum.§.idem Labeo.
ff.de euict.l.si ita quis stipulanti.
ff.locati.l.dominus horreorum.
ff.de pactis.l.iurisgentium.§.vlt.
ff.de verb.obl.l.continuus.§.illud inspiciendū.
ff.commu.tam vrb.quàm rustic. præd.l.2.& l. venditor. Azo.rub.11.

¶IMPOSSIBILE.Bonifac.reg.6.
Nemo potest ad impossibile obligari.
L.si stipuler.ij.respons.ff.de verborum obligatio.imò iure impossibilitas nocet, & quæ contra leges bonósue mores sunt, habentur pro impossibilibus in tantùm

in tantũ vt nec iuramento confirmẽtur. Viuien.

¶IMPOSSIBILE. Ad impossibile neminem obligari. l. si quis in graui. ff. ad Silla. l. non solum. ff. de act. & obligat. & multa de impossibilitate videas apud Marsil. in l. 1. §. præterea. ff. de quæstio. numero 83. vbi enumerat omnes effectus impossibilitatis. Don. Fina, libr. 5.

¶IMPOSSIBILE. Fieri. Paul. † al. Vlpian. lib. 3. ad Vitellum. Lex clxxxij. al. lex cxliiij.

Quod nullius esse potest, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

Vid. l. impossibilium eod. tit. Viuiennus.

¶IMPOSSIBILE. Vlpianus libro xxiij. ad edic. Lex. cxxv. al. clxxviij.

Ea quæ (ad dandum) impossibilia sunt, vel quæ in rerũ natura non sunt, pro non adiectis habentur.

ADDIT. pro inclusis in P. flor. dari. b aliàs, existunt.

Argumenta huius regulæ desumes ex re, & l. su. Bona fides. & l. impossibilium inf. In rerũ natura non existentia pro non adiectis habentur. Viuiennus.

¶IMPOSSIBILE. Vlpian. xlij. ed Sabinum. Lex xxxj. al. xxxij.

Verum est neque pacta neque stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, vt vtilem actionem aut a pactum efficere possit.

ADDIT. a al. factum. & sic in pandect. florent.

Coniunge l. 50. de pact. cum aliis. l. in bello. §. facto. in princi. sup. de cap. l. si ita quis. de euict. l. j. §. si vir. de acq. posses. in auth. de æqual. dot. §. j. Viuien.

¶IMPOSSIBILE. l. 146. impossibilium. 199. §. quæ rerum natura. 178. ea quæ dari. 32. Verùm.

Allegans impossibile non auditur. De interrogatoriis l. confessionibus. Ad leg. Aqui. l. vnde. §. fi. Riisvvic.

¶IMPOSSIBILIA non veniũt in generali dispositione. l. quanquam. ff. de rit. nupt. l. si pater. ff. de his quæ in fraud. cred. l. locus. §. 1. ff. ad municipal. capit. tua. de decimis. cap. à nobis. de senten. exc. Barto. l. si quis. ff. de cond. indeb. l. si quis in graui. ff. ad Syllan. c. nemo potest. de re. iur. 6. l. si stipuler. §. 2. ff. de verbo. obliga. l. cùm hæres. §. 1. ff. de stat. liber. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obli. Bart. l. 1. ff. de hæred. inst. idem. l. fina. ff. si cert. pet. Aret. §. impossibilis. inst. de inutil. stipul. Medic. re. 1.

¶IMPOSSIBILE. L. 178. Vlpianus libro vigesimoprimo ad edictum.

Ea quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur.

Iunge l. 145. impossibilium. l. 143. quod nullius. l. 149. vbi, §. quæ rerum natura. DARI. Al. ad dandum. NON SVNT. Nec esse possunt. arg. Institu. de inutil. stip. in princ. ne obstet l. interdum. de verborum obligation. Riisvvich. paratit.

¶IMPOSSIBILE. L. 145. a Celsus libro octauo Digestorum. al. Marcellus.

Impossibilium nulla obligatio est.

Iunge l. 143. quod nullus. l. 32. verum. l. 178. ea quæ dari l. quod alicuius capitu. nemo potest ad imposs. in 6. de act. l. 1. §. si id. l. non solũ. 30. quæ sen. sine ap. l. fin. de verborum obligation. l. inter. §. sacram. 35. si stipuler, primo & secund. respons. §. item quod impossibilis de contrahen. empt. l. cùm ab eo. Institut. de inuti. sti. in princ. de inter. ac. l. si is. §. in totum, ad legem Aqui. l. inde. §. fi. si certum pet. l. 4. l. eius. de vsufr. l. secund. quibus mod. vsufru. amit. l. sicut. in fi. de ac. & ob. l. prima. §. si id. Exem. C. de contrahen. stit. l. 8. de pact. l. 14. ius agnationis. Institu. de verborum obligatio. §. loca, quod cer. lo. l. 2. §. qui ita. exc. de cond. ap. capitu. 1. Contrà de cond. inst. l. 1. de cõ. & de. l. obtinuit. de verborum obligat. l. fin. §. si inter. l. 35. nisi per quẽ. l. 137. §. si ab. l. 126. §. fin. de pac. l. 50. non impossibile, de euict. l. 31. si ita sti. Triplicem autem impossibilitatem tradit glos. in d. capit. nemo. & §. impossibilis. institu. de hæredibus instituend. Riisvvich. paratit.

¶IMPOSSIBILIVM nulla est obligatio. l. impossibilium. vbi Bartol. Alberic. Rosat. & P. Decius. ff. de regul. iuris. c. nemo potest. vbi Dinus & Io. And. & reliqui pontificij. eod. titul. lib. vj. Ratio, quia non videtur habere animum se obligandi. l. non solum. ff. de actio. & obligat.

Amplio regulam vt procedat, etiam si iuramentum appositum sit. glo. in d. c. nemo potest.

Amplio vt habeat locum & in iudicis præceptô. l. si. ff. quæ sentent. sine appel.

Amplio in vltimis voluntatibus, singulis contractibus in matrimonio, confessionibus, & legibus, glo. in d. c. nemo potest.

Limita, vt per Dinum & Ancharanum in d. cap. nemo potest. P. Prat. reg. 420.

¶IMPOSSIBILE. Celsus † al. Marcellus. lib. viij. digestorum. Lex cxxxv. lex cxlv.

Impossibilium nulla obligatio est.

Quemadmodum si quis promittat se sororẽ ducturũ, quod iure impossibile est. idem etenim dicitur l. quod nullius esse potest. in regul. nemo potest. eodem titu. in vj. ad idem tex. l. j. §. si id quod de act. & oblig. G. Viuiennus.

¶IMPOSSIBILITAS vitiat. l. impossibil. ff. de verborum obligationibus. l. continuus. §. illud. vbi Barto. Alexand. Alberic. Alciat. ff. eodm. Bartol. in l. prima. ff. de condit. instit. vbi recenset varia impossibilitatum genera.

Amplio vt procedat in vltimis voluntatibus. l. idem Iulianus. §. fin. ff. de lega. 1. & in l. si stipuler. ff. de verbo. obliga.

Amplio vt procedat in contractibus, dicta l. si stipuler.

Amplio in sententiis & rescriptis. docto. in l. si impossibilium. ff. de reg. iur.

Fallit in matrimonio, capitu. finali, extrà, de conditio adpositis.

Fallit quando impossibilitas est in aliquo accidenti. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de leg. j.

Limitatur in casu l. 1. ff. de condit. insti. & vide latissimè ibi per Bartolum.

Ludouicus Roman. consil. 348. incipien. quæritur nun quid. videtur dare alias quatuor limitatiões, quæ ad difficultatem, nõ impossibilitatem referendæ sunt. tu cogita. P. Prat. reg. 419.

¶IMPROBVS est, qui de viuentis hæreditate solicitus est. de vul. l. 2. §. incendimur. Riisvvich.

¶IMPROBITAS. Venul. lib. 12. stipul. Lex xcix. al. l. c.

Non potest videri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat.

Nec improbus, nec in mora videtur, sicut & is qui ad iudicium prouocat, si sine frustratione id faciat. Quòd si quis petat plus debito habemus iustã causam litigandi super toto, nisi actor dicat se paratum partem recipere, per tex. qui bene probat. Viuien.

IMPRO

¶IMPROVISVM. Quæ ex improuiso casu accidunt, fato non noxæ imputantur. Anto. Cod. de Sic. leg. 1. Riisvvich.

¶IMPVNITAS, & Vis. Vim Impunè fieri.
ff. locati. l. quæro. §. inter locatorem.
ff. ad leg. Aquil. quemadmodum. §. 2.
ff. de itinere actúque priuat. l. veteres.
ff. de his, quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. fi.
ff. de acqui. rer. dom. l. quamuis.
ff. de aqui. rer. dom. l. quamuis.
ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 1. §. illud. Azo. ru. 89.

CONTRA.

C. vnde vi. l. si de possessione, & l. inuasor. & l. si quis in tantam.

Impunè, &c. & contrà] Impunè facit violentiam in casibus, quos suprà notauimus in illa Rubri. In quibus casibus ius sibi dicere quis potest, aliàs non: vt in cõtraria Rub. Azo. rub. 89.

Damnum præsens debet præstari.
ff. ad leg. Aquil. l. si quæ proinde. l. inde Nerat. §. idem.
ff. locati. l. si quis fund.
ff. de his qui deiec. l. vlt.
ff. de eo quod certo loco. l. arbi. §. vlt.

CONTRA.

ff. si quis caut. l. quod antè. §. vlt.
ff. de eden. l. vbi exig. §. si autem.
ff. de act. empt. l. si sterilis. §. 3.
ff. de seruo corrup. l. vlt.
ff. de peri. & com. rei vend. l. vlt.
ff. de priuat. delict. l. 2. in princ.

Damnum, &c. & contrà.] Quando præsens vel præteritum tempus debeat attendi in damno, vel interesse petendo, dic vt suprà de temp. cõsider. ad determinationem contrariæ Rub. Azo. rub. 89.

Inciuiliter factum pœnam non meretur.
C. de pigno. l. cred.
C. de Episc. & cler. l. affi.
ff. de feriis. l. 2. §. 1.
ff. quando appellandum sit. l. 1. §. biduum.
ff. de arbit. l. sicut.
ff. de re iudic. l. duo tempora.
ff. de relig. l. si quis. §. fundum.
ff. de sepulch. viol. l. prætor. §. non propriè.
ff. de decur. l. non tamen. §. 1.
ff. commun. diuid. l. Sabinus.

Inciuiliter, &c.] Hic notantur casualia quædam, aliàs enim obtinet regula generalis. vt C. ad l. Iul. maiest. l. Gracchus. & C. de legib. & const. l. non dubium. Azo. ru. 89.

¶IMPVTO. Imptuare. c. Damnum quod quis sua causa sentit, sibi debet, nõ aliis imputari. Re. vj. Itẽ c. 41.

Imputari non debet ei per quem non stat, si non facit quòd per eum fuerit faciendum. vide Periculum. Riisvvich.

¶IMPVTARI non debet ei, per quem non stat, si nòn faciat, quod per eum fuerat faciendum. ca. imputari. de regul. iur. 6. vt si quidam tertius eum impediret. Din. & Boer. d. loco. Medic. re. 8.

¶IMPVTATIO. Bonifa. Reg. xlj.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum.

Vid. l. in testamento. & l. Titio. j. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstrat. Viuiennus.

¶INCARCERATVS debitor, ex debito ciuili, pro vna causa, vel ad tempus, an possit ad instantiã eiusdem, vel alterius creditoris sequestrari, vel recommendari. Barto. in l. sed eximẽdi. ff. ne quis eum qui in ius. Bal. in authen. ei qui. num. 13. Idem in l. legata inutiliter. parum post princip. ff. de leg. j. & Bartol. in l. secund. ff. de custo. reo. & idem Bald. in l. quique. in princ. ff. de in ius voc. tenent intrepidè quòd sic. hoc idem tenet Bald. in tract. de carceribus. §. restat modo. in princip.

Amplia istam regulam, vt etiam debitor captus in domo propria pro debito fiscali & incarceratus, in carcere publico poterit etiam pro debito priuato recommendari, secũdum Barto. in l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. hoc idem Bald. in dict. tract. de carcerib. §. restat modo. num. 3. alleg. text. in l. quoties. Cod. de exact. tribu. lib. xj.

Fallit primò, in carcerato in die feriata, ex quo eo die recommendatio carcerati nullo modo fieri potest, secundum Bald. in dict. authen. qui. num. 13. Cod. de bonis auct. iud. possid. & in d. l. legata. ff. de leg. j. vbi dicit, quòd si captura principalis debitoris non valet, minus etiam valet recommendatio, vbi etiam plus dixit, quòd si non valet compromissum, minus valet prorogatio. Barto. in l. cũ vnus. ff. de bo. auct. iud. possid. quod tu not.

Fallit etiam in carceratis pro criminibus, quia nullo modo possunt recommendari, nec intromitti pro aliis excessibus, ex lege Senatus 1514. & minus pro debito ciuili vigore alicuius sententiæ, secundum Bar. in l. 3. ff. de custo. reor. licet aliàs ex lege 1512. carceratus pro vno delicto oporteat, etiã pro aliis criminibus intromitti & placitari, quæ lex hodie est abrogata & correcta per d. l. 1514. quãuis proclamati ex aliquo casu, si se præsentant in carceribus obtinent fidantiam, vel saluum conductũ, quo mediãte nullo modo molestari possunt pro aliis excessibus, vel criminibus, quia forma salui conductus sibi obseruari debet, prout in dies practicatur, & hoc vigore prædictæ legis 1514. quod tu not.

Fallit etiam in casu quando quis est conductus debitor in casono de frezaria, qui ibidem non potest vigore alicuius sententiæ intromitti, vel recõmendari, ex quo locus ille non est locus publicus, & nullus potest incarcerari, nisi in locis publicis, & in locis communiter deputatis, secundum Bald. in d. tracta. de carceribus. in §. restat modo. num. 4. versi. restat videre, quod not. nisi debitor se contentaret & promitteret stare in eo loco, secundum Innoc. in c. ex literis, vel rescripto. de iureiurando. I. Nou. re. 15.

¶INCENDIVM, Succendere. Qui domum vel aream voluntariè succendit, sublati vel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat.

Extra de iniur. si quis domum. Canon tamen quod si ex odio vel iniuria hoc fecerit, excommunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit, quod ignem de cætero non apponet. Imponitur autem si bi vt Hierosolymam vel in Hispaniã vadat in Dei seruitio anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus vel episcopus hoc relaxauerit, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. xxiiij. quæstio. viij. pessimam. Hodie autem postquam sunt denunciati, non possunt citra sedem apostolicam absolui. ext. de sentent. excommun. tua nos. Imo tex. loquitur de incendiariis indistinctè postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expressè. Et Gra. ext. de sent. excom. quicũque. & Goff. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges qui in ciuitate data opera incendiũ fecerit: si sit humilis, subiicitur bestiis: si sit in aliquo gradu, decapi

tatur, vel in insulam relegatur.ff.de incend.rui.nauf. l.fi.Qui verò alibi, vt in villis vel castris remissis ibidem ædes positas combusserit: si hoc dolo fecerit comburitur. Et hoc intelligendum secundum Host. si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia cótingerit resarciet damnum, vel si minus idoneus sit, parum vel leniter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur: vt ibidem dicitur. l.qui ædes. Viuienn.reg.41.

¶ INCENDIVM contingens in domo Titij, si inferat damnum vicinis, debet per ipsum emendari, si Titius in dolo, vel in culpa fuerit. Bald.leg.2.C.depositi. Petrus de Vbaldis in tract.de Socie.8.p.q.18.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aquil.Sali.leg.quæ fortuitis. ff.de pign.act. Med.reg.8.

¶ INCENDIVM inhabitantium culpa venisse præsumitur, l.venditio, ff.de periculo & commod. rei venditæ, gl. in l.si modo, ff.de leg.1.

Fallit in 2.casib.vt per Soc.reg.178.

Inhabitantes, siue paterfamilias, ex culpa leuissima tenetur ad damnum incendij. Fallit in 5. casib. vt per Lancil.in tract.de off.præt.in tit.de incẽdiariis, vbi latißimè videas de ista materia. Donat.Fina, libr.4.

VBI incendium occurrit culpa inhabitantium: dubitatur, an incendiarius teneatur ad emendam damni sequuti ob hanc causam, tu tene, quòd sic. & ita iudicatum fuit secundum decis. Grãma.iij.nume. 18. per doct.sing. Corset.in versi.forum consciẽtiæ. sing.v. quæ opinio est communis. licet Barba. aliter sentiat. Ita Innocen.in capi.sicut dignum.de homicid.per l. capitalium.§.incẽdiarij.ff.de pœnit. & facit leg.qui ædes.ff.de incend.rui.& nauf.Salicet.in l.quæ fortuitis.nu.1.C.de pigno.act. Bale.in l.data opera, C.qui acc.non poss.Ang.in tractat.male.in versi.incendiario, in magna addit.num.1.Marsil.in l.j.num.113.vbi plura.ff.de sica.Et hoc tene quando incẽdiarius fuit in lata, leui, aut leuissima culpa: si vero in dolo, Tunc tenetur igne comburi, quia ignis multis mortẽ præparat, vt experientia docet quæ est rerum omnium magistra. & ita tenet Angel.per l. qui ædes.ff. de incend.rui. & naufr. Communiter tenetur, quòd ignis proueniat culpa inhabitãtium, & ad hoc necesse est probare culpam certæ determinatæ personæ, vt de incendio quis teneatur: & ideo quando incendium habuit originem ab incerto auctore, tunc non præsumitur culpa inhabitantium, & ita tenuit Ioann.de Ana.consi.lxxj.visis, & diligẽter ponderatis. & ideo sententia condemnatoria sequi non potest contra conductores inhabitantes. Ita Bald.etiam in consi. cccclxlj.nume.1.volum.j.& consi.lxxvij.numer. 4.in iij.part. volumi.cum incendium posit in domo alicuius ex multis causis oriri, secundum opinio. Bald. ideo est necesse probare immisionem ignis à certa & determinata persona, alioquin non probato facto, vel culpa certi hominis, tunc conductores & inhabitantes condemnari non possunt iuribus omnibus satis notis, per leg.si vendita. ff. de per. & commod.rei vendi. & per leg.quæ fortuitis, Cod.de pignor.actio.& leg.iij.ff.de offi.præfe.vig.& ibi doct. mod.

Fallit de iure canonico, ex quo incendiarius est ipso iure excommunicatus, nec absoluitur priusquam satisfaciat, & iuret nunquam talia facere, & nemo potest ipsum absoluere nisi Papa, vt capit.tua, extra de sentent.excommu.& habetur xxiij.quæst.viij.cap.si quis membrorum. Arimin.in Apost. Angel.in vers. incendiario.in 1.versi.adde tamen in hac materia.in tract.Meri.& non absoluitur nisi prius damnũ illi cui intulit resarcierit, vt in c.subsequent.c.membrorum.xxiij.quæst.viij.quod not.

Fallit etiam, quando aliter & alio modo ex forma statuti cautum reperitur, secundum communiter doc. prout.Boc.quæst.xxvj.nu.17. I.Noue.re.26.

¶ INCENDIVM regulariter habitantium, culpa venisse prosumitur.l.vẽditio.ff.de peri.& comm.rei ven. & not.gl.in l.si modo.ff.de legatis prim.& in l.iiij. §.j.ff.de offic.proconf.& leg.

Primò fallit, vbi ex parte habitantis probetur, quòd incendium aliunde processit, & absque culpa sua, & suorum, pro quibus tenetur.in l.insulam. §. final.ff. locati. & ita videtur sentire Bartolus in l.si quis ex argentariis.§.pen.ff.de edendo, quod est mente tenendum secundum Ioannem de Imol.in d.l. si modo culpa.sed in contrarium facit, quia cõductor nõ teneatur nisi de lata & de leui culpa: vt l.contractu. ff.de reg.iur. l.si vt certo loco.§.nunc videmus.ff.cõmo.nisi in casu l.si metus.& ibi notatur ff.locat.sed culpa, quæ præsumitur in incendio, est leuissima: vt est glo.sing.in §.præter eorum.Instit.qui.mo. re cõtrahi.ob.&c.

Secundò fallit, quotiescunque ille qui habitabat in domo, consueuit esse vigil, & diligẽs, & alia indicia cõtra eum non apparerent: nam tunc in dubio non tenetur de incendio.ita not.domi, Baldus in consilio incip.quidam testator decernere.alleg.in argumen. l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milita.& l.argentum.ff.commodati.quod est notandũ: & de hac materia habetur per Salicet.in l.quæ fortuitis.Cod.de pignoratitia actione.vbi dicit quòd hoc est not. B.Soc.re.222.

¶ INCENDII timore si à vicinis fuit domus alicuius destructa, tunc vicini tenentur domino damnũ resarcire.tex.est in arg.secundum Bart.ibi, in l.secũd. ad l.Rhodi.de iactu.in princ.tenet Alber.in ij.parte statut.q.cxiiij.Ang.in consi.xciij.

Limita, nisi probaretur quòd domus illa omnino cõbureretur.tex.est in leg.si alij.§.est etiã alia.ff.quod vi.aut clam.per quẽ ita restringit Feli.in cã.tua nos. de septent.excommu.& regula procedit secundum eum, quando domus fuit destructa ad abundantem cautelam. B.Dias re.331.

¶ INCERTITVDO loci actum vitiat.tex.in l. qui insulam.ff.de verb.obligat.& ibi Alexand.Imol.locus igitur certus exprimi debet vsque adeò, vt non solùm exprimi debeat forma, seu qualitas loci, sed etiam cum sit latitudinis, & longitudinis locus.& ita concludunt Albericus, & Alexander in dicta lege, qui insulam.per leg.si domus.in princip.ff.de legat. j.& ibi Barto.in secund.opposit. Alioquin stipulatio est nulla, vt censent And.Alciat.post alios dict. l.qui insulam.per l.tertiam.§.si quis insulã.ff.de eo, quod certo loc.quo textu clarissimè probatur nostra regula.

Amplio regulam, vt procedat in contractibus: doctrina est Alexand.Imol.in dicta lege, qui insulam.

Ampliat idem Alexander ibidem ad vltimas voluntates: in quibus incertitudo loci vitiet, per dictam legem, si domus.in princip.& in eadem sententia fuisse Raphaelem dicit: quod tamen intellige, & declara, vt per eundem Alexandrum. Diuersum tamen cẽset Andre.Alciat.creditque incertum relictum domus sustineri per d.l.si domus. Tu vtriusque rationes expende.

Limitatur, si locus generaliter adiectus sit, putà, Insulá

Capuæ ædificare spondes? l.eum,qui insulam, ff. de iudic.tametsi non fuerit expressum, qua parte Capuæ.argument.l. optimam, C. de contrah. & commit.stipulat.& ibi doctor.& in capitul.j. de fide instrument.

Fallit etiam si locus special iter sit expressus, sed non qualitas,aut modus. Alcia. d.l. qui insulam. vnde ex Lud.Rom. sententia censet mediocrem deberi, vel ex qualitate artificij, & negotij gesti. Albericus tamen Rosat.& Alexand.Imol.contra dixerunt in d.l. qui insulã. post Iac. Arenam in dict.leg. qui insulã. & Angel.in d.l.si insulam, Romani opinionẽ diluit Alexand.hac distinctione:quia(inquit)in rebus,quarum aliquæ reperiuntur, quas magis expedit non habere,quàm habere, tunc debetur mediocris. leg. legato generaliter,ff.de legat.j.& leg.si quis argentum,§.similíque modo,C.de do.tit.gen. exemplum in seruis:inter quos plures reperiuntur fures. Secus in aliis rebus,vt in domo: quia tunc omnimoda incertitudo vitiat.dicta lege,si domus.Hactenus Alexand.Imol.

Limita,etiam si locus sit comprehensus sub multis alternationibus, veluti, Promittis mihi facere insulã, aut in tali area,aut in illa,aut in illa? talem enim stipulationem valere receptissimum ait idem And.Alciatus per l.3. in princip. iuncto versic. proinde, ff. de eo,quod cert.loc.

Limitat Alciat.in promissione operarum, vt valeat,etiam non adiecto,quo loco præstentur, ídque per l. interdum,§.j.ff.de verbo.oblig. P.Prat.re.422.

¶INCERTITVDO vitiat actum, l.ita stipulatus, ff.de verb.oblig.leg.cùm post.§.gener.ff.de iure dot.vbi Doct.

Fallit in 3.casibus,quos ponit Iason in dict.l. ita stipulatus.

Fallit in 5.casibus,vt per Socin.reg.45. in addit.omnes casus quos incertitudo vitiat, enumerat Marsi. in Rub.de probat.nu.354.& seq. Don.Fina,lib.5.

¶INCERTITVDO quantitatis actum vitiat. l.ita stipulatus. la grande, ff. de verborum obligationibus, Bartolus in l.quidam, ff. de rebus dubiis,& ibidem Raphael.Paul.Castr.

Amplio regulam,vt procedat in stipulatione.d.l.ita stipulatus.vbi Barto.& reliqui scrib.tex.in l.triticum. & ibi hoc not.Bart.ff.de verb.oblig.

Extenditur hæc regula ad sententias,l.penultim. C.de sentent.quæ sine cert.quantit.& ibi Bart.Felin.in c. cùm venerabilis. ext.de excep. quod declara, vt per eundem Bar. in d.l.penul. Speculator lib.vj.de sentent.§.qualiter.versi.item debet esse.l.idem Pomponius,§.fi.ff.de rei vend.

Porrigitur item ad libellum,adeò vt incertus non valeat.Modern.in §.curare.institu.de actionib.tex.expressissimus in c.2. extra de libell.oblat. & ibi hoc not.Panor.& Felin. Lanfrancus Orianius in c.quoniam contra,§.petitiones. de probationibus. in antiq.quod tamen limita,vt per Doct.in d.§.curare.& per Canonistas in c.2.suprà citato.& Moder.Repet. in c.cùm ad sedem.de restit.spol.

Procedit etiam in arbitro, l. quid tamen, §.Pomponius ait, ff.de arbitr.vbi dicit tex. Põponius ait inutiliter arbitrum incertum, incertum dicere. & Bartolus,ibi in Summario, Sententia arbitri incerta est nulla.

Idem iuris est & in locatione,quæ mercedem quãtitatis continet,l.si merces.in ipso statim initio.ff.loc.

Amplia regulam, vt procedat etiam in datione libertatis incertis personis,l.cum ex pluribus, ff.de manumis.testam.

Ampliatur regula in casu l.cum duo.ff. de in diem adiect.vbi adiectio incerta non facit discedere à prima emptione,ídque propter incertitudinem.

Habet etiam locum regula in exhæredatione incerta: vitiat enim actũ,l.2.ff.de lib.& posth. vbi latè Bar. & reliqui veteres,& nouissimi interpretes.

Amplia in accusatione,siue libello accusatorio,l.libellorum.vers. quòd si.ff.de accusat.

Amplio in hæredis institutione,l.in tempus.vbi Doct. ff.de hæred.instit.

Amplio,vt vitiet confessionem.l.de ætate,§.nihil.ff.de interrog.actio.

Annecte ea Iasonis super l.admonendi.ff.de iureiurando.l.Papinianus,§.si ex causa,ff. de inoffic.testam.& l.Titia,de petit.hæred. Viuiennus.

¶INGRATITVDO soluitur morte,tā donantis quàm etiam donatarij, vnde ius reuocandi donationem non transmittitur ad hæredes donantis,neque contra hæredes donatarij,capitul.fina.de donat.leg. fina.vbi Docto.Cod.eodem titul.Ratio est,quia hoc ius competit ob iniuriam sibi illatam, quæ morte soluitur,sicuti actio iniuriarum, l.iniuriarum, ff.de iniuriis,leg.si eum,l.qui iniuriarum, ff.si quis caut. Actio enim talis non rei, sed vindictæ prosecutionem continet,leg.cum emancipatus, §. emancipatus, ff. de col. bon. Conc. quæ dixi super. conclu. quinta,& conclu.trigesimasexta, conclu.quadragesimasecunda,& sequ.Ripa l.fin.quæstio.70. numer. 236.C.de reuoc.do.l.his solis,C.eod.tit.dixi ego latè in tract.de reg.iuris.reg.8.num.106.& not.c.non debet.de reg.iur.6.cap.quamuis.de sent.& re iudi.l. sæpè, ff.eodem tit. Non enim actio iniuriarū est in bonis nostris ante litem contestatam, ideo distinguendo ita dicas,aut hæres donantis agit contra donatarium,aut donans contra hæredes donatarij:primo casu,aut egit primò contra donatariū, aut non: si egit contra ipsum,& contra hæredes prosequi poterit,nisi tunc lis cum eo finita fuerit,Ripa dict.leg. fin.quæstio.61.Si verò non egerit prius,tūc aut vult agere ex capite ingratitudinis, aut verò violatæ fidei:primo casu non poterit,secūdo autem bene poterit, quia ob non impleta promissa agi potest contra hæredes,ita dicit Ripa dict.l.fin.quæstio.70.numero 236.qui testatur de communi. Rursus aliter distinguendo dicas, aut donans habuit notitiam ingra-

ingratitudinis,aut non.primo casu,aut potuit reuocare in vita,aut non,si potuit & nō fecit,contra hæredes agere non poterit,si verò ignorauerit vel non potuit,contra hæredes agere quidem poterit,Alua. cap.1.quib.mod.feud.amit.vnde curator nō potest quærere de ingratitudine,nisi in casu,quo donator ante furorem potuisset,si voluisset,Ripa d.l.fi.q.68. numero 229.Tertiò,& vltim.ita distinguendū est, aut sumus in casu,in quo quis dicitur priuari ipso iure,aut non:primo casu hæres instare poterit,vt donatarius priuetur donatione,DD.Com.capi.fin.de don.Secundo autem casu,vbi requiritur factum hominis,vel sententia declaratoria, ante declarationem non transit ius reuocādi ad hæredes,Bar.l.eius qui.ff.de iure fisci,Bald.l.1.C.ne ex del.def.nisi essemus in donatione ob causam, quæ nullo modo reuocari potest,Ripa d.l.fin.q.43.Iul.Clar.§.donatio. q.21.Secundò fallit in donatione ecclesiæ,quę ob ingratitudinem prælati,neque capituli non potest reuocari,Ripa lib.2,Resp.cōsil.28.numero vigesimo, d.l.fin.quæstio,20.DD.Com.cap.verū.de cond.appos.vbi Abb.numero 3.cōtrarium tenet Clar.§.donatio.quæst.vigesimaprima,numero 4. Conc.cum hac concl.Ang.l.his solis,C.de reuoc.dona.l.omnimodo,C.de inoffic.test.DD.leg.1.C.de inoffic.do. Paul.l.2.§.si volūtariæ,ff.solut.matrimo. DD.c.1.§. 1.versi.cōcubuerit.tit.quib.mod.feud.amitt. Rom. sing.489.Dec.consil.466.numero octauo,Cur.consil.76.numero 3.Bald.c.1.questio.quarta,numer.septimo, quibus mod.feud.amitt.vbi Afflict.nu.41, Tiraq.in tractat.de vtroq; retr.§.1.glo.2.§.15.num. 14. Cum. consi.161.Ruin. cons.42.num.14.volu.4. Afflict.decis.265.num.86.Cum.con.165.nu.5.Bald. consi.250.num.3.volum.2.Socin. consi.87.num.16. volum.3.Quintil. Mandos.tract.de ingratitudine.c. 62.& seq.Ex quibus colligitur, quòd etiam iniuria soluitur morte. Medic.tract.2.par.

¶ Inhabile.Inhabilitas occulta non vitiat actum; fallit in 3.casib. vt per Fely.in cap.ad probandū, de re iud.num.3.

¶ Inhabilitas superueniens facit quem ab officio remoueri.tex.est formalis in l.si quos iudices,C. de officio præfect.præto.oriēt.& ibi hoc not.Alberic.Rosatius.facit tex.in l.si longius.ff.de iudic.Moderni in c.si pro debilitate,ext.de offi.deleg.

Declaro, vt procedat propter vitium animi, ex quo contrahitur inhabilitas,puta propter furtum, vel aliud simile vitium.d.l.si quos.

Negligens quoque in ea causa est,vt remoueri debeat cùm ad monasterium,§.Abb.verò,ext.de statu monach.iuncta ibi gl.in verb.negligēs,&c.dictum,81. distinct.& c.quoniā,100.distinct.tex.in l.carceri.ff. de custo.reo.Sed hoc de magna negligentia accipiēdum credidit Ioan.And.in d.§.Abbas,per l.magna ff.de verbo. signific.glo.capit.grandi.de suppl.neg. prælat.in vj.

Declaro regulam nostram, vt procedat propter vitiū corporis,puta,propter longam infirmitatē.l.si quis suprà citata.vbi text.Infirmitas autem ea accipienda est,quæ debilem reddit, vt rebus officióque superesse non possit.

Extende ad senectutē: vt propter eam quis ab officio remoueatur.Alciat.in præsump.tractatu,regu.3.pręsump.xix.pro quo adde tex.quem ipse citat in c.nisi cum pridem.§.alia verò.ext.de renun.meritò.Nam (vt Comicus ait)ipsa senectus morbus est, & Græcorum senarius.

Sed nō omnis senectus remouet,sed illa solummodo, per quam impotens quis redditur ad exequendum officium.dict.§.alia verò,gl.in c.1.de renūt.in verb. senectutem.

Amplio,vt propter longam absentiam.l.si longius.in princ.ff.de iudic.

Porrò hi omnes remouendi modi, causæque optimo iure introducti:nā per eos quis efficitur ab officio, quòd gerit,inutilis,vt innuit glo.in d.l.si quos. Pares autem sunt multi,& inutiles: vt latè docui in libro similium.

Regula sic ampliata sic limitatur, vt non procedat in casu cap.quamuis sit.7.quæst.1.vbi si episcopus per interualla mente alienatus sit,non remouendus,sed alius in eius locum subrogandus est interim.quod intellige,vt ibi dicit gl.in verb.fateatur.Ex quo textu licet limitare videatur regulam nostram.collige ampliationem, vt propter furorem remoueatur: quod intellige de perpetuo furore,& eo,qui interualla non habet.

Fallit in casu c.j.de paroch.in antiq.vbi si episcopus hæreticus redierit ad catholicā vnitatem,nō est remouendus,sed episcopatus est diuidendus, quid si diuidi non possit? vide ibi tex.

Limitatur in officio,quod magis datur propter dignitatem,quàm propter onus annexum,& quod est sui natura perpetuum:nam tunc non debet propter debilitatem, aut inhabilitatem superuenientē remoueri,facit.cap.grandi.de suppl.negl.prēlat.in sexto. Prateius.re.427.

¶ Inhibitio facta à iudice valet absentib. partibus.Bald.l.presbyteri. C.de episcop.& cleric.Ant. capitulo tuam.colum.4.de ordin.cognit.Are. cōsi. 75.Nicon.c.quoniam.nume.8.de probat.fallit quādo fieret à iudice ecclesiastico iudici seculari.Fede. cōsi.300.Alex.l.Titia.ff.sol.mat.dicit hāc esse Mag. commun.opin. Medic.re.8.

¶ Inimicus.Nō statim præsumitur quis inimicus, nisi manifestè probetur.

In Aut.de testib.§.si verò quis.Azo,ru.104.

¶ Iniquitas euidens non venit in generali dispositione.Crauet.consil.3.nume.18.Anchar.consil.180. colum.2. Aretin.consi.106.colum.pen.in 3.dubio. dixi suprà in fallent.1. Medic.re.1.

¶ Iniquitas.L.201.Iauolenus lib.7.epistolarum.

Quotiens nihil sine captione inuestigari potest,eligēdum est quod minimum habeat iniquitatis.

De interpretatione à comparatione iniquitatis.sup.l. in obscuris,in 6.c.decimoquinto,odia.Adde reg.l. 1.si quis cau.& ibi Pau.sumitur ex l.si debito, §.1.de fid.li.l.23.quæst.4.cap.nō solum.Auth.qui.mo.ma. ef.sui.in princ.de consue.c.dilectus,capi.cùm olim. Insti.quibus ex cau.ma.non li.§.fin.Insti.de rerum diui.§.cùm ex aliena.C.com.deleg. l.fina.Instit.de leg.§.optionis,de Carb.edict.l.3.duæ,C.eod.titu.l. 2.Exc.de except.do.l.si procurator rei,l.4.§.Marcellus, dep.l.bonafides,de proc.l.exigendi,de pact.cōt. l.1.hac generali,de vul.l.filius qui patri, de off.procōs.l.obseruare.§.nihil,§.nec.§.sanè,ad leg.Aqu.l.si ita vulneratus,22.quæst.1.ca.cōsuluistis,quod quisque iur,l.si quis iniquum,§.hæc pœna, C.de fid.li.l. si quis in testamento,in fin.Inst.de soc.§.manet.de doli except.l.si pro.de alie.iud.l.1.de aqua pluu.arcend.l.1. §.sed & falsus,§.idem. Captio autem est deceptio in damnū alterius structa,inquit Oldēdorp. de his qui de.l.si verò plus,§.interdum tamē sine.c. de ac.em.l.si fundo,de min,l.1.de qua est l.& quia.§. interdum

interdũ,de interrog.Aliter accipitur, si quis al. test. pro.l.1.ad exhi.l.pen.de hæred.instituen. l.captatorias,C.de milit. test.captatorias. CAPTIONE. Hermonopolus legit blábis, id est damno, mandati,l.si mandauero,§.fi.de eo quod met.cau.l.si cum excep. §.aliquando,in fi. de transf.l. cum Aquiliana, in fi. de aur.& argen.leg.l.si vxori,de min.l. 1. de iis qui de. l. si verò plures,§.interdum,ad l.Aqu.l.ob id,§.1.arg. quæ in frau.cre.l.si quid cum pup. Ad fi. Si.Auth.de lib.quomodo eos op.74.in prin.de Car.edict.l.3.§. duæ sunt causæ. Riisvvich. paratit.

¶ INITIARI. Licet initiari quod non licet consummari,& econtrariò.

ff.de fer.& dila.l.1.§.vlt.

¶ INITIVM. Quod ab initio valet, ex pòst facto non intercidit:licet in eum casum præuenit,à quo incipere non potest.

ff.de sena.l.filium.
l.quòd vt factum est super.
l.de hæred.Rubric.spurius.
l.auth.vt fiant nou.colla.f.§.vlt.
Inst.de leg.§.quòd si vino.
ff.de rei vend.l.3.
ff. de spons.l.furor fortius.
C.de admin.tut.l. sancimus.
ff.de dona.l.donationes in concub.in prin.
ff.de itin.actúque pri.l.1.§.vlt.& l.2.
ff.de verb.oblig. l.ex stipulatu.l.pluribus.§.etsi.
ff. de reg.iur.in ambiguis.§.1.
Instit.quibus non est permiss.fac.test. §. item prodig.& §.vlt.
C.ad Maced.l.3.
ff.qui satis.cog.l.sciendum. §.vlt.
C.de nupt.l.vlt.
ff.de excus. tut.§.oportet.
C.de don.int.vir.& vx.l.res vxoris.
C.de inst.& subst.l.si quis.l.1.& 3.
C.de fideic.l.sancimus.§.cum fa.
C.de bon. proscripto.l. si quis post.
ff.de stat.hom.l.qui furere.
ff.depositi.l. 1.§.si rem.
ff.de eden.l.vbi.§.is autem.
ff.depositi.l.1.§.inde Neratius ait quamuis.
ff.de ritu nupt.l.oratione.§.vlt.si liberti.si liberta quæstuum.
ff.de fund.dot.l.si fundus.
ff.de don.int.vir.& vx.l.si sponsus.in prin.
ff.pro empto.l.2.§.sufficit.
ff.de vsuc.l.hæres eius.
ff.pro suo.l.si ancillam.
ff.ad l.Iul.de adul.mater.§.mulier.
ff.de aqua quotid.& æst.l.1. §. idem ait. Azo, rubr.1.

¶ INITIVM.l. 30.quod initio.l.139.cùm principalis. l.pen.quæ ab initio.l.201.omnia quæ ex test. l. 86.§. 1.l.181.§.fi.

Principiis ignoratis ignorari oportet & ea, quæ post principia sunt. Authen.De non al.§. si minùs. 1.q.1. c.cùm Paulus.

Quæ in eam causam peruenerunt, à qua incipere non potuerũt,pro non scriptis habentur. De his qui pro non scriptis habentur. De his qui in metallum. De his qui pro non scrip.l.qui in metallum. De serui.l. pro parte.

Vniuscuiusque Contractus initium spectandum est,& Causa.Man.l.8.Pro soc.l. 58.§.si filiusfa. Ad Ma. l. 12.de ver.ob.l.83.§.sacra.

Origo potiùs obligationis quàm titulus actionis considerandus est.Ad Ma.l.3.§.fi.ff.lib.14.tit.6.l.24.§.fi.

Cuiusque rei potissima pars participium est. De orig. iu.l.1.

Labeo sibi videri ait,non minùs delinquere eum, qui incipiat possidere,quàm eum qui desinat.Si quis omis.cau.test.l.1.§.pen.Vide pactum. Riisvvich.

¶ INITIVM.Quod cœptum est,prodest,licet completum non fuerit:& contrà.

In his Brocardicis soluendis illud est diligenter considerandum, vtrum sit pro regula tenendum,an eius contrarium. hic enim licet primum velut generale videatur assignari,tamen eius contrarium pro regula tenendum est. Distinguendum est tamen, vtrum dandum sit vel faciendum,causa implẽdæ conditionis:an ipsa datio vel factum sit in obligatione.Et in primo casu distinguitur, vt dixit ff. si quis caut.l.si seruus.§.si plurium.hîc distinguendũ est secundum Ioan. Andr.ab vno quid sit dandum vel faciendum: puta,promisi tibi, vel legaui, si quid dares vel faceres:an à pluribus,si ab vno agere non potest, ad aliquid,nisi totum quod iniunctum est, faciat: excipere tamen potest, vt ff. si quis caution. l.si seruus.§.si plurium.ff.de condit.& demonst.l. qui duob. Si autem à pluribus, distingue: si pecuniam dare debet quisque ad partem tenetur, & parte sua soluta agit: vt ff. de condit.furtiua.l.in.& de cond. & dem. l. cũ fundum.Si verò speciem pro parte tenetur tantum, sed non liberatur,nec agit parte soluta:vt ff.de verb. oblig.l.2.§.quædam.& l.in excusatione.§.pro parte. Si verò sit faciendum aliquid à pluribus, necesse est vel ab vna vel à pluribus aut omnibus adimpleri. vt ff.de testam.manum.l.si ita fuit.§.vno.In secundo, si quidem factum sit in obligatione,non contingit liberatio, licet in aliquo cœperis facere, nisi consumaueris.vt ff.de verb. oblig. stipulationes non diuidũtur.& l.in executione. Si verò datio,distinguitur: debeatur in specie,vel in genere.Si enim hominem certum debeam.& dic vt notaui.ff.de verb.oblig.l. 2.§.quædam.

ADIECTIO.

Si hominem certum debeam,liberor soluẽdo:si decedam, vnusquisque hæredum pro parte tenetur, & pro parte soluendo liberatur.vt ff. de solut.l.si stipulatus.§.1.Si in genere, tenetur quidem quisque pro parte tantum:& si non soluendo partem quam tantum modo debet, non liberatur, quod est mirabile, sed hoc ideo quia non soluerunt vt debuerunt.quid ergo dices,liberatur?responde non,sed impendenti est donec alij soluent. vt ff. de cond.indeb. l.sinere. §.vlt.si soluant in eodem,intelligentur fuisse liberati:si verò nõ soluant,quanti in litem iurauerunt,condemnabũtur: ille tamen qui impedit,teneturin cunctis,vt ff.fam.hercis.l.hæredes.§.si incerto.& l.cohærede. §. quòd ex facto.hæc in principali obligatione,secus in accessoria,quę est res scilicet hypotheca ria.vt C.de distrah pig.l.quandiu. Si autem quæras, an cœptum tempus habeatur pro impleto: siquidẽ tempus sit statutum vt in eius euentum amittatur beneficium,vt est in resti.in integrum,fit computatio de momento in momentum.& est ratio,quia fauor debet produci,quòd dic vt notaui. ff.de minor. l.3.§.minori.

Restitutio in integrum fauore minoris ætatis est inducta,vt ff.de minor.vig.quinque an.l.& alia. vt C. de act.emp.& vend.fauor autẽ est prorogandus.quod fit si de momento ad momentum fiat computatio

& prorogatio min.ætatis,ad testament. factio. nec fauore testantis neque commodo eius, sed potius legatariorum inductum est. & ideo ibi non prorogatur tempus per computationem de momento ad momentum. *respondebatur per l. C. de temp. in integrum restit. superuacua ergo breuibus. aut tractatur de odio, aut fauore. Si de odio, à momento fit computatio. Si de fauore, aut in eius complementum incipit beneficium, aut desinit. si incipit, de momento ad momentum, nisi aliter specialiter dicatur, vel sit introductum contra communem vtilitatem, vt ff. de iur. immun. l. maioris si desinit, de momento in momentum fit computatio. Similiter in vsucapione respondetur, quæ possidentium fauore, id est titulo & bona fide, re non vitiosa inducitur, & ideo non computamus de momento in momentum: at in præscriptionibus cõtrà, quia tantum odio non petentium sunt inductæ, quæ debent restringi, per computationem talem: quia aliter non potest. vt ff. de lib. & posthum. l. cum quidam. & ff. de vsuc. l. 3. in vsucapio. & ff. de act. & oblig. l. in omnibus. quòd autem legitur ad Trebel. fauore liberorum, quibus quasi debita paterna successio defertur. sicut infrà ex eadem lege perpenditur, vt respondetur, C. de codicillis. l. vlt. Item quòd legitur ff. de manu. l. 1. in fauore libertatis statuitur. Si verò sit tempus statutum vt in eius complementum incipiat beneficium, non nisi eo completo incipiat beneficium. vt ff. de iur. immun. l. maiores. nisi in casu, propter publicam vtilitatem. vt ff. de muner. & honor. l. ad rem. sic & in pacto. vt Instit. de inut. stipul. §. qui hoc anno. sed aliud in legatis fauore vltimæ voluntatis & libertatis, vt C. quãdo dies lega. ced. l. 1. & ff. de aur. & arg. leg. l. & fine. §. qui ergo. Azo, rub. 1.

ADDIT. * Reprobatur.

Initium spectandum.

Hoc generale licet multas videatur recipere contrarietates, tamen si singula indiuidua referantur ad suũ genus, potius diuersitates dicentur: vel, vt verius dicam, nil ad rem facientia videbuntur, quæ vt contraria ponuntur. Est enim initium spectandum, quotiẽs tractatur de aliquo contractu, vel quasi, siue valeat, siue non, agatur ex eo, vel non, perueniat aliquid ex eo, vel non perueniat. Exempla de primo. ff. commodat. l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de rit. nupt. l. si quis. & ff. de duob. re. stip. l. eandem. §. sed si quis in depositione. Exempla de secundo. vt ff. deposit. l. 1. §. si apud. §. idem Põp. & ff. pro socio. si id quod. §. vlti. & de neg. gest. l. sed an. §. 1. ff. mandati. l. si procuratorẽ. Exempla de tertio, vt ff. de contrah. emp. l. Rutilia. & ff. de seru. rust. præd. l. sed quæ loco. & de acq. rer. dom. l. ergo si. Item locum habet regula seu generale in maleficio, & quasi maleficio: siue contrahatur ex eo obligatio pœnæ, vel non, & quanta, vt ff. de nox. act. l. in delictis. §. si extraneus. & l. qui ea. & de pœnis. l. 1. Iterum locum habet in decretis & cõstitutionibus, & omnino in quolibet negocio ex quo actio nasci potest, vt ff. de excus. tut. l. tutor petitus. & ff. de pub. & vect. l. Cæsar. & hoc totum generale cum prædicta expositione, innuit regula iuris. vt ff. de reg. iur. quod ab initio. & de act. & obli. l. obligationes. & de vsuris, qui scit. §. vlt. & de vsuc. sequitur. §. de illo. nõ obstat his quæ dicta sunt, fabulosa allegatio, Mediũ tenendum: nec enim loquitur de aliquo contractu vel quasi, maleficio vel quasi, cuius medium debeat spectari. Sed cum duæ proferuntur sententiæ, vel plures dissentiunt opiniones vel dicta, eligitur media sententia: facta distinctione, vtrum ab vna parte, plura & potiora inducantur iura: & tunc pro ea parte sententia fertur. vt ff. de neg. gest. l. Nesennius. nã ibi, & quia quis non præsumitur donare, & quia mulierum genus est auarissimum, & quia certat de damno vitando. vt ff. de don. int. vir. & vx. l. si stipulata. & de prob. l. cum de indebito. & de iur. & facti ignor. l. error. fertur pro hac Auia sententia reprobata media via. Si verò paria sunt hinc inde iura, siquidem res commodè possunt diuidi, obtinet hæc regula, vt in omnib. contrariis super l. illa, Nesennius signatur. alioqui contrà. vt ff. de fund. instruct. l. quæsitum. §. si quis. quod pertinere ad prædictam regulam, plus quàm ridiculũ est dicere. Item non obstat quod allegatur, finem spectandum: tunc enim id obseruatur, cum quæritur an dederit vel non dederit, seu quando dedisse videatur: vel quando possederit, vel restituere siue capere potuerit vel debuerit. vt in Auth. de nupt. §. quia verò hactenus. & ff. de alim. & ciba. leg. l. Mela. §. 1. & de iure fisci. l. non intelligitur. §. si quis. de pet. hęr. Itẽ videndum. §. si quis. de rei vẽd. l. sin autẽ. §. possidere. de nox. act. l. sed si postea. & ad exhibendũ. l. tigni. §. vlt. & de pecul. l. quæsitum. de cond. & dem. l. filię §. vlt. & quorũ legatorum. l. vlt. §. vlt. & de exc. rei iud. l. si à te. *Cum autẽ quæritur de principio alicuius contractus vel quasi, maleficio vel quasi, nec obstat quod legitur. ff. qui sat. cog. Iulian. & de rit. nup. l. eos. quia & ibi spectatur initiũ: quia ratihabitio retrotrahitur. vt ff. de pig. l. si fundũ. §. 1. ff. de iud. l. licet. ver. pro. & C. ad Maced. l. vlt. Nec obstat quod legitur ff. de verb. oblig. quod in diẽ. & l. idẽ. quia propter dilationem diei, ex voluntate cõtrahentium vel paciscentiũ data, non attenditur vtilitas temporis contractus: alioquin cõtrà. vt ff. de act. emp. l. ratio. §. vlt. Itẽ non obstat quod legitur. ff. de verb. obl. l. quidã cum. in fi. & de fideiussor. l. si debitori. §. si filius. quia & ibi spectatur initium contractus, s. mutui. est autẽ eius initium numeratio: tũc verò dicitur mutuũ, quia de meo fit tuum. vt ff. ad Maced. l. si filius. §. vlt. & l. omne. & fortè ideo, quia stipulatio olim facta reducitur ad præsens tempus numerationis. vt & alibi. ff. de off. proc. l. obseruare. §. vlt. Speciale est quod legitur. C. de nat. lib. l. nuper. vt in fine legis eiusdem continetur. Item non obstat quod legitur. ff. de procu. l. si quis. §. Iuli. quia ibi nõ de principio alicuius contractus quæritur, sed cum duo interueniant, quæritur cui potius debeat stari, & dicit vltimo standũ, quia vterque sui causa erat interpositurus: alioquin primo staretur. vt C. qui pot. in pig. l. si fundum. Sed in vltimis voluntatib. semper vltimæ statur, nisi in casu. vt ff. de legat. 3. l. si quis. in prin. & ff. fam. ercis. l. ex parte. §. vlt. & de alimẽ. leg. l. 3. in fi. & l. seq. Eodem modo respondeo ad l. illam de peculio. licet §. idem. & quia ibi duæ sunt obligationes, vna ex delicto, altera ex sententia: quod ideo sic statuitur, ne maleficium impunitum remaneat: ꝙ puniri, publicè expedit, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. quoniam primus cõtractus, vt restringatur odiũ & producatur fauor. vt C. ad Maced. l. 3. ff. de donat. l. qui id quod est faciendũ. vt ff. de lib. & posth. l. cũ quidã. §. vlt. Item non obstat quod legitur de minor. l. 3. §. 1. quia ibi nõ petebatur restitutio: nec peti poterat, quia ea nõ est deceptus, aduersus id quod erat factum in minori ætate, id est, contractum litis contest. sed aduersus id quod erat eo maiore factum, id est, aduersus sententiam. Cur ergo daretur propter id in quo non est deceptus? Vel dic id esse propter authorita-

autoritatem rei iudicatę.arg. ff.mād.l.ſi fideiuſſor. §.in omnib.Item non obſtat lex malè inducta. ff.de don.inter vir.& vx.l.ſi inter extraneos. quòd enim dicit vitium,quod fuerit expone:id eſt, ſi quod vitium,vel qualequale dicatur obſtare vſucapioni propter matrimonium,ꝙ tamen nō obſtat:vt in l. prox. dicitur.Nec obſtat quod legitur.ff.de leg.3. l. ſi deportati.quia & ibi ſpecto principium, id tēpus quo incipit dies legati cedere,hoc eſt mortis.antè enim non videtur delatum. vt ff.ad l.Aquil. l.inde Nerat. §.2. Azo,rub.1.

ADDITIO. * Non.

¶ INITIVM.Initium ſpectandum.

In Aut.de hær.& fal.§.non autem.
In Aut.de ſanct.Ep.§.ſi quis epiſ.& §.dominis.
In Aut.conſti.qui interpr.conſtit.de his,qui ingred. monaſt.
In Aut.cum de appel.co.in prin.tit.
In Aut.vt lic.ma.& au.§.præterea. Az.ru.104.

¶ INITIVM. Initium eſſe ſpectandum.

PRO.

3.q.10.c.placuit.
2.q.1.c. principatus.
Ext.de cenſib.c.ſcientes.in fi.
De pœni.diſt.1.§.hæc autem.
16.q.3.c.ſi ſacerdotes.& c.poſt quingentos.
D.quod quiſque iu.l.1.in fi.
Inſt. de ingen.§.1.
C. de pig.act.l.nec creditores.
C.de præſcr.30.vel 40.an.l.malæ fidei.

CONTRA.

Ext.qui filij ſunt leg.c.tanta.
Ext.de renuncia.c.literas.
C.ad Syllania.l.vlt.
C.de emenda Iuſtin.C.in prin.
D.de verb.ſig.l.ſoluendo.
De pœn.diſt.1.c.caſſum.& c.proinde.Damaſ. reg.94.

¶ INITIVM.Quod nō cogor facere ab initio,& ſi incœperim,conſummare cogor.

Suprà,ratihabitio.Rub.ſatisfac.
In Aut.de hær.& falc.§.non autem.
In Aut.de litig.§.omnem.
In Auth.de Eccleſ.ti.§.ſi quis aūt.Azo,ru.104.

¶ INITIVM.Quod ab initio non valet, tractatu temporis conualeſcit.

I.aut. de nupt.§.quoniam.in fi.
D.de contract.iud.l.quodcunque.in prin.
C.quod vi aut clàm.l.cum.
C.ſi maior factus r.h.l.2.
C.ſi in communi eadémque cauſa l.1.
C.ſi ma.fac.alien.ra.ha. l.ſi quando.
ff.ad muni.l.vlt.& contra.
C.de nupt.l.& contra.
C.de don.int.vir & vx.l.dona.
ff.de adoptionib.l.adoptio.
ff.de offi.proc.l.obſeruare.in fi.
ff.de iud.l.licet.
C.lib.11.de agri.& cen.l.ceſſa.
I.temporis metam.ad confirman.
ff.de bon.poſſ.cont.tab.l.non putauit.§.ſi quis.
ff.de pign.act.l.alienares.
ff.ad S.Conſ.Vell.ſi mulier contra.
ff.de pig.l.ſi Titio.
ff.de ritu nupt.l.ſi quis in ſena.
ff.de fundo dot.l.ſi fundum.
ff.de hær.inſt.l.qui ſoluendo non erat.
ff.de teſta.tut.l.ſi hæreditas.§.qui filium.
ff.mand.l.neque.idem Pomp.
ff. de leg.3.l.1.§.ſi filiusfa.
ff. de iniuſt.rupt.l. poſthu.filius præteritus.
ff.de his quib.vt indig.l.vlt.in fi.
ff. de fideic.lib.l.generaliter.§.2.
ff.de condit.inſt.l.mulier.§.1.
ff.de lib. cauſa.l.liberis.§.ſi quis minor.
ff.de vſur.l.verſo.§.ſi quis.& l.cum tut.
ff. de fideicommiſſ. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos.
ff.de ſolut.l.ſi procurator. in fi.contra.§.alia.
ff.de re militari.l.milites. Azo,rub.1.

¶ INITIVM,& finis.Quod ab initio non valet,ex pòſt facto intercidit,quia in eum caſum peruenit, à quo incipere non poteſt.

Inſt.de nox.act.§.ſi ſeruus.
ff.de ſeruit.l.pro parte.
ff.ad l. Aqu.l.huic.§.vlt. quia fortius.
ff.rer. amot.l.& ideo.
C.de don.int.vir. & vx.l.ſi vt proponis.
C.de teſta.l.1.
ff.ſol.mat.l.etiam.§.vlt.
ff.de vſucap.l.Titio cum.
ff. rer.amot.l.vltra.
ff.de cond.furt.l.ſi ſeruus.
ff.de iudiciis.l.ſi à me.§.Iulianus ait.
ff.ſi ſerui.vend.l.& ſi forte.in prin.
ff.de nox.act.l.contractus.
ff.de pig.act.l. ſi res aliena.
ff.ſol.matr.l.ſi mulier.
ff.de excuſ.tut.l.poſt ſuſceptam.
ff.de his quæ. l.3.
ff.de don.cauſa mort.l.ſi aliquis.
ff.de vſuc.l.ſi is qui.§.ſi quis bona.
ff.pro ſuo.l.ſi ancillam.in fi.
ff.de verb.obl. ſi ſub vna.
ff.de fur.l.quo dicitur falſus creditor.§.vlt. Azo,rub.1.

¶ INITIVM,& finis.Quod ab initio valet,ex pòſt facto non intercidit,licet,&c.& contrà.

Super his diligenter eſt attendendum quòd contractus quandoque dicuntur perfecti: ſcilicet quando ſtatur in finib.pactionis,nec eſt vltrà proceſſum : vt venditio ſolo conſenſu,verbo.obligatio. ſtipulat.vt Inſt.de contrah.emp.circa prin.ff.quòd metus cauſa l.metum.§.ſed quòd prætor.

ADIECTIO.

Diſtingue in ſtipulationib.inter conditionalem & puram, vt conditionalis nō vitietur,& ſi in eum caſum peruenerit,pura non vitietur. Vel diſtingue,an volūtate propria vel facto in eum caſum venit, de quo caſu vitiatur,an non quo caſu durat.& ſic diſtinguo argumento duarum legum.Inſt.de leg.§.ſi in vno.& ff. de furt.l.falſus.§.vlt. ff. de cond.fur. verò ſed reprobatur.ff.de furtis inter omnes.

Quandoque dicuntur impleri, h.e. quando contracta, obligatione adimpletū eſt, quod erat in obligatione, ſicut venditio impletur per traditionē rei. vt ff. de act.emp.l.ſi quis.Sponſalia per ductionem in domum implenter.vt ff.de priu.cred.l. 2.Vnde & dicitur matrimonium conſummatū:& ita cuilibet ex ingenio ſuo infinita licet ponere exēpla.His ita pręcognitis ſumēda eſt regula huius generalis: vt quę valuit à principio & accepit cōſummatione ſui,nō irritatur licet proueniat in eū caſum à quo incipere nō poteſt. vt ff.de rit.nup.l.ſi qua.in prin.& de reg.iu.in

ambiguis.§.1.& ita loquuntur ferè omnes leges huius generalis,si benè notantur,nec obstat quod legitur ff. de pig.act.l.si rem alienam.

ADIECTIO.

Hic autem in totum credo aliter distinguendum:quia siue perfecta,siue impleta,distinguo an contigerit ille casus per hominem,an per casum. si per hominē intercidit, siue per seipsum : & tunc sibi imputet.si per alium:& tunc aduersus eum ad interesse agat, si per casum non intercidit.

CAVSA.

Quia ibi accepit contractus consummationem, cum principalis obligatio in suo statu remaneat:vel ibi non valuit directò à principio pignoris obligatio.

ADIECTIO.

Vel vitiatur quantum ad directam hypothecariam,tenet tantum quantum ad vtilem.arg. ff.ad Trebell.l. debitor.& de excep. rei iud.l.Titius largus.

CAVSA.

Sciendum tamen est, quædam sumere consummationem ex sola vnius voluntate:vt in constitutione legum,& in vltimis voluntatib. & decretis : in quibus eandem seruo regulā.vt in aut.de noua.const. §.vlt.

ADIECTIO.

Distingue an spectet ad vtilitatem publicam. vt ff. de iud.l.si quis vile.an ad priuatam. vt ff.de excus.tut.l. tutor petitus.& in Instit.de leg. §. ex contrario.quo casu differt an ad petitionem sit indultum,vel mera liberalitate cōcessum : vt quod quisque iuris in aliū sta.vt ff.de iud.l.si quis post.ff.si quis cau.l. quod aut. ff.de arb.l.non distinguemus.§.item si.

CAVSA.

Et de excus.tut.l.tutor. pen.& Inst.de leg.§.ex contrario.Si autem aliquid valuit à principio, non autem accepit cōsummat. si quidem in eum casum perueniat,à quo incipere non possit,id est impossibile initiatur.Inst.de inut.stip.§.1.& ff ad l.Aquil. quicquid de iud.si à me. & l.Iulia.& de seruitut.l.pro parte.nisi interueniat eius fauor qui petat non vitiari,vel alterius mora,seu consimilis causa. vt ff.de vsuc. l.hæres eius.& de vsucap.pro empt.l.2.§.si defunctus. & ff.si quis caut.l.qui autem.§.illud.Impossibile autem dico,cui naturalis ratio vel ciuilis est impedimento quo minus sit,& probatur hęc distinct.per l.de don. int.vir.& vx.l.si sponsus in prin.Si autem non sit impossibile, & dicatur esse non posse propter alicuius facti impedimentum,puta furiosi, vel similis causa est:nihilominus tenebit.vt ff.de spons. l. furor. quia talia magis respiciunt difficultatem.vt ff.de verb.oblig.l.2.& l.continuus.§.illud.

¶ INITIA,vel contrà,eorúmque effectus.

Omnia principiis inesse solent.

De origine negocij probanda.

C.commodati.l.eum qui.

C.ad Maced.l.3.

C.de pign.act.l.nec creditores.

*In Decret.d.c.contra morem.

Originem negocij non esse probandam.

C.de præscrip.30.vel 40.annorum. l. malè. in princip.

In Dec.dist.56.vndecunque.

De origine probanda.item non probanda, non est lex ista contraria:quia plerique libri habent initium requiri.vel si habes non requiri,non est & tunc contraria:quia quod dicitur originem probandum, * necessariū est ab actore, cuius est onus probare quod affirmat,non à reo, cuius per rerum naturam nulla est probatio.vt C.de probatio. l.actor.& C.de pet. hær.l.cogi. Imò reus quoque vincit hoc ipso quòd actor non probat.vt C.de edendo.l. qui accusare.& patet dictam legem loqui de reo,quia de possessore loquitur. vel melius:Origo quidem negocij probanda est : non autem loquitur de origine negocij, seu contractus,sed de origine,id est, principio possessionis. Azo,rub.1.

ADDI.*In decre.76.ieiuniū quarti.* verum. Initium*Bonum.al.Solum initium esse spectandum.

In Inst.de vsuc.§.diutina.

C.de vsuc. transfor. l.vnic.§.cum autem.

ff.de rei vend.Idē Pomponius. *Sed & in alia.

ff.de publ.l.eum.§.in hac actione.

ff.de fur.l.qui vas.§.si ego.

ff.de don.int.vir.& vx.l.si donante.

In Decret.c.1.q.1.principatus.

ff.de pet.hær.l.sed & si.§.de eo.

In Decret.c.21.q. 2.c.relatio.

* l.de pœnis nihil interest.in prin. ver.per contrarium.* ff. Azo,rub.1.

ADDIT.*Iulianus lib.7.ff.scribit. Si in aliena. Initium esse spectandum.

In Inst.quib.non est permiss.fac.testa.§.vlt.

In Auth.cum de appel.eod.§.1.

In Decr.dist.47.c.quoniam.

In Decret.c.1. q.1.principatus.

C.ad Maced.l.3.

C.de bon.quæ libe.l.cum oportet.in fi.

ff.de neg.gest.l.Pompon.§. in negociis gestis & l.sed an vltrò.§.1.

ff.de min.l. denique.§.Seio & l.vix.

ff.ad S.C.Maced. l.si autem Seiæ.

ff.mandati.l.si procurator.in princ.

ff.pro Socio.l.si filiusfam.

ff. depos.l.1.§.si seruus depo.

ff. de acqu.possess.l.clàm.

ff.de vsuc.l.si aliena res.in prin.

ff.de orig.iur.l.facturus.

ff.de iurisd.om.iud.l.pen.

ff.qui satis.cog.l. pen.§.vlt.

ff. de iud.l.vbi acceptum.§.si quis postea.

ff.si quis caut.l. quid act.§.illud.

ff.de rei vend.l.Iul.scribit.

ff.de seru.rust.præd.l.sed quæ lęta.

ff.commodati. l. 1. §. in pupillo.& §. impubes. circa prin.

ff.de his qui not.infa.l.seruus quid ego.

ff.de neg.gest.l.sed an vltrò.§.his.in fi.

ff.de nox.act.l.id licet.§.si ex.

ff.quod iussi.l.si tutor.§.vlt.

ff.depositi.l.1.§.idem Pomponius quærit,si tibi.§.si te rogauero.

ff.de contrah.empt.l.Rutilia Polla.

C.de probat.l.vix.

C.de testa.l.1.hic in maleficiis,vel quasi.

ff.de seruis expor.l.si minor.

ff.de vsuris. l.cum quidam.§.fiscus.

ff.de ritu nupt.l.si quis offen.§.veterem.

ff.de suspect.tut.l.tutor.§.nunc.

ff. de excus.tut.l.tutor.penu.

C.de pact.inter empt.& vend.l.in initio.

ff.de publica.l.Cæsar.

ff. de dona. l.quid.§.id quod.

ff.de const.pec. l.id quod infimi.

ff.de acqu.rer.domin.l.ergo.

ff.de

ff. de legat. 1. l. si mihi.
ff pro hærede l. 2. §. si seruus.
ff. de pœn. l. 1.
ff. de aqua plu. arc. l. quanquam autem.
ff. de itin. act. priuat. l. 1. §. vlt.
ff. de ver. obli. l. Titia. §. item. Rubr. si filiusfa.
ff. de duob. re. stip. l. eandem.
ff. de stipul. seru. l. vlt.
ff. de reg. iur. l. quod in initio non omne.
ff. de furt. l. qui seru. & l. si qui in.
ff. de adult. si vxor. §. vlt. Azo, rub. 1.

¶ INIVRIA. Volenti non fit iniuria, l. nemo. ff. de reg. iur.

Fallit in 3. casibus, vt per Dec. in d. l.

Iniuriarum actio tum ex pulsatione, tum ex verberatione nascitur, l. 1. ff. de iniu.

Fallit in 9. casib. quos ego retuli in §. iniuria. Institu. de iniuriis, in primo notabili.

Iniuriarum actio nascitur ex conuitio alicui facto, l. itē apud, §. ait prætor. ff. de iniuriis.

Fallit in 9. casibus, vt ego notaui in d. §. 1. Inst. de iniuriis, in 2. notabili.

Qui bonorum possessionem intrauit alicuius, qui debitor non est, iniuriarum actione obnoxius est, l. item apud Labeonem, §. si quis non debitorem. ff. de iniu.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur, vt notaui in d. §. 3.

Ex iniuria facta existentibus in potestate nostra, nobis datur actio, lege 1. §. item apud. ff. de iniuriis.

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 2. vt ego notaui in §. patimur, Inst. de iniuriis, in 2. notabili.

Iniuriarum actio regulariter datur contra iniuriantem.

Fallit tamen in 12. casibus, in quibus cessat iniuriarum actio, quos ego notaui in §. non solùm. Inst. de iniuriis, in 1. notabili. Fallit in 16. casib. quos refert Lancillot. in tract. de prætore, in tit. de iniur. Don. Fina, lib. 4.

¶ INIVRIA. L. a 76. idem lib. 3. Quæstionum. a al. l. 75.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius b detrimentum.

ADDIT. b al. iniuriam.

De consiliis priuatis exhaudit hanc l. Io. Oldendorp. nam consilium est duplex: aliud publicum, de quo de off. consl. l. 2. aliud priuatū, quod subdiuiditur ab Oldendor. quod aliàs significat familiarem quādam suggestionem, qua mentem alicui declaramus nostram, quid faciendum, aut non faciendum in re dubia, de quo intelligitur. inf. Reg. consilij, & l. 2. fina. man. alias autem generaliter omne cōuentionis placitum, quod verbo aut facto inter aliquos deliberatur, vt intelligitur hæc reg. & c. quod semel. c. mutare 36. in 6. De vtroque hîc latius Oldendorpius, de neg. gest. l. fi. de acquirenda possess. l. fi. si quis omiss. caus. test. per totum, C. eod. tit. l. 2. l. 3. de vac. & ex. mu. l. Prętor. §. fi. de col. bon. l. nōnunquā. Exemp. de transf. l. 38. quæstio. 2. in fin. quorum legatorum, l. 1. §. prodest. de seruit. rust. prædio. l. per fundum. iud. sol. l. si ante acceptum. 7. de elect. c. publicatio. c. ab eo, c. nulli. in 6. de re iud. l. iudex. l. post rem, l. cū quæritur, de quæst. l. 1. §. fina. de pœnis, l. sanctio. l. Diui, C. de repu. hæ. l. sicut minor, de op. leg. l. apud. 8. q. 1. c. dilectissima, 3. q. 3. offeratur, de cau. pos. c. cùm olim, C. de iud. l. apertissimi, dist. 4. c. in istis, de prob. c. per tuas, de neg. gest. l. Pōponius. 2. de con. ob cau. l. 5. de adop. l. post mortem. 22. q. 2. c. primū. 25. q. 5. c. horrendus, de adul. l. si vxor, in fi. de vsuc. l. Caius, de dam. inf. l. Prętor, §. vnde queritur. C. de nō nu. pe. l. generaliter, C. de iureiu. l. si quis iusiu. de aqua plu. l. in diem, de diuer. & tem. prę. l. de accessionib. C. de ac. & ob. l. sicut, de rescin. ven. l. de cōtractu. Cōcilia. de ætate, §. fi. de interrog. ac. Excipit Oldendorp. ea quæ præter opinionem nouē acciduēt, de ventre insp. l. 1. de inter. l. de ætate, §. ex causa, de elec. in 6. c. vt circa, c. nulli, de exc. cap. pastoralis. item periculum Reip. imminens. libellos conuentionales & appellationis, Contractus innominatos, Pactū dotale, Mandatum, Societatem, Depositum, Precarium, quæ per errorem destinantur, iussum Prætoris, sponsalia, votum, & vltimam voluntatem, de mun. leg. vt gradatim, §. reprobari, C. de ed. l. ædita, de ap. l. Imperatores. 12. c. inter posita, §. 1. cum cessante, extrà eo. ti. de cond. cau. da. l. si pecuniam, in prin. C. de pac. l. pactū dotale, Inst. de man. §. rectè. pro soc. l. sed & socius, §. fi. dep. l. 1. §. si sic, de prec. l. cum precario. de iurisl. l. si per errorem, de iur. & fa. ig. l. 1. de regu. iur. l. quod de spon. l. 1. extrà eo. titu. c. fi. c. si inter, de cōuer. coniu. c. ex publico. c. licet, de reg. in 6. c. qui post votū. de adi. leg. l. quòd si iterum, de leg. 3. l. si quis, l. si mihi, & §. in legatis, de iure cod. l. Diui. §. licet. Postremò excipit omnes alios casus, in quibus à iure permittitur pœnitere vel variare, gloss. in d. c. quod semel, de iure patronat. ca. quod autem, c. pastoralis, de elect. c. licet. eo. tit. in 6. cap. indemnitatibus, §. si autem, de reg. ca. ad nostram, lib. 6. eodem tit. c. constitutionem. Excipitur item solut. mat. l. filiæ 60. de inter. ac. l. 1. Generalissima huius ratio & regula traditur hæc. Variatio reprobatur scilicet circa eādem vel connexā rem, inquit Dinus, de proc. l. in causæ, in prin. de rescrip. in 6. c. cùm in multis, in fin. de rei vend. 1. de dol. l. 1. l. serui electio, l. huiusmodi. 80. §. Stichum, l. statuliberum, §. Stichum, de bo. lib. l. absurdum, de adm. tu. l. cùm quæritur, de quo no. de elec. c. nosti, dist. 55. c. pœnitentes. Sic conciliantur l. si sterilis, §. fin. de ac. emp. l. de reb. l. rerum amot. Excipe filium fami. de col. bo. l. 8. nonnunquam, de repu. hæ. l. fin. de iu. do. l. si quis suus. Excipitur etiā C. quomodo & quando iu. l. 6. l. si vt. Contrà fa. her. l. cùm putarem. Contrà de off. de. c. ex parte. Contrà de rescripti. cap. cùm ordinem, de præscript. cap. veniens. de fi. præs. c. ex tua. Iniuria, hoc est detrimento, d. c. semel, ad leg. Aquil. l. sed etsi quemcunque, §. item. Ratio, de sol. l. 38. §. si debitorē, de don. l. hoc iure, §. si quis dederit, conciliátque hæc dictio, l. si tibi mandauero, man. Riisvv. paratit.

¶ INIVRIA. l. nullus. Reg. vi. scienti. vide Princeps, Victus, Tueri, Sciens.

Scholasticis nulla omnino iniuria fieri debet. Fred. C. ne fi. pro pa. Auth. habita.

Iniuria quę emptori fit, auctorem non debet contingere, ait l. si per imprudentiam. De euict.

Qui iniuriarum actionem per calumniam instituit, extra ordinem damnatur. Caius lib. 3. Reg. de iniur. l. 43. Riisvvich.

¶ INIVRIA minima non irrogat infamiam, neque afficit aliquem vlla pœna. Bald. d. c. 1. §. iniuria. de pac. iur. firm. Angel. l. infamem. ff. de public. iudic. Roman. consl. 191. Angel. in tract. Malefic. verf. verba cōtumeliosa. l. diuus. ff. de iniur. vbi arguitur à contrario sensu l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius tradit latissimè Euerardus in Centuria à cont. sensu. nu. 1. & seq. Med. re. 5.

Iniuria modica parit actionem iniuriarum in his, quæ irrogant infamiam Doc. com. c. cum te. de re iud. Salic. l. decuriones. C. ex quib. caus. infamia irrogetur. Med. re. 5.

Iniuria remissa per filiumfamilias nocet sibi, nō autē patri, licet secus sit è contra, nisi pater sit vtilis persona. gl. & doct. leg. personam. ff. de pact. Med. re. 9.

¶ INOBEDIENS puniri debet. §. his igitur à nobis. in auth. de hæred. & Falcid. coll. j. & ibi Iacob. de Belu. & Bar. l. vnic. ff. si quis iusdic. non obtemp. §. si quis autem non implens. in auth. de hæred. & Falci. cap. quisquis. xiiij. quæst. j. c. si qui sunt. lxxxj. distinct. Ex Belui. in auth.

Fallit quando præceptum est illegitimum.

Fallit ratione personæ.

Fallit odio eius cui debetur, vt dicit Iac. Bel. vbi suprà.

Limitatur in pœna conuentionali, vbi lex repræsentat factum. l. fi. C. si mancip. ita fue. alienan. vt manum.

Quod ait quando præceptum est illegitimum, accipe respectum eius, qui præcipit, & respectu rei, causæ, loci, &c. P. Prateius re. 430.

¶ INNOCENS: Exemplum graue est prætextu nocentis insontem periclitari. C. de his qui la. oc. l. 1.

Lex vel statutum excludens omnem exceptionē, nunquam intelligitur exceptionem innocentiæ excludere. Bal. in l. editæ. C. de eden. Alex. cons. 112. vol. 5. Ana. 95. 59. visa in quæst. vide legere. Riisvvich.

¶ INNOVATIO. Lite cōtestata nihil innouari posse.

PRO.

3. q. 2. c. quia ego.
Ext. de simo. c. accusatum.
Ext. de iur. patr. c. ex literis. & c. quoniam.
Ext. de eo qui dux. in matr. c. significauit.
C. de assert. toll. l. 1.
C. quibus ad liber. procla. non licet. l. vlt.
D. de offic. præsid. l. senatus.
D. qui satisd. cog. l. fideiussor. §. fi.

CONTRA.

11. q. 1. c. quia res.
28. dist. c. consulendum.
8. q. 3. c. nónne.
15. q. vlt. c. vlt.
Ext. vt lite pen. c. à memoria. & c. laudabilem.
Ext. de confir. vti. vel inuti. c. 2.

SOLVTIO.

Regulare est, quòd lite contestata ante sententiam nihil sit innouandum, & tenendus sit possessor in sua possessione vsque ad sententiam, vt in concordantiis proximè positis. Iura autem * quæ in priori parte posita sunt, exceptiones sunt: quia ius patronatus sequestratum intelligitur lite pendente. d. c. quoniam. Item accusatus de simonia suspenditur ante sententiam. d. c. accusatum. item accusatus de dilapidatione, si præsumptiones aliquæ sint contra ipsum. d. c. quia ea. Et fortè cum agitur de aliquo impedimento perpetuo, d. c. significauit. Itē vbi agitur contra priuilegiatum, cogitur litem contestari, & postea sequestrabitur res, sicut contingit in familia iudicis. d. l. senatus. item si agatur contra suspectum de fuga, nec possit cauere. d. l. fideiussor. §. fi. quia sequestrabitur res. Idem in illo, qui proclamat ad libertatem, quia peculium eius sequestrabitur, vt C. de assertione. tol. l. 1. Damas. reg. 90.

ADDIT. quæ. * Quando sequestratio locum habeat.

¶ INOPIA nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduersarij inanis actio est. Caius De dol. l. 6. Riisvvich.

¶ INQVISITIO non est permissa in ciuilibus ad priuatam vtilitatem principaliter. fallit in 19. casibus, vt per Præpo. in c. de accu. 2. q. 8. col. 22.

Inquisitionis iudicium dicitur extraordinarium Inno. in c. oporteat, de accu. vbi doct. communiter.

Fallit in 2. casib. vt per Ripam in rub. de iud.

Fama seu infamia debet præcedere inquisitionem, non enim inquiritur contra aliquem non diffamatum. Battand. in sua praxi crim. reg. 2.

Fallit in 18. casib. vt per Pet. Duen. reg. 298. fallit in 13. casib. quos refert Lancil. in tract. de offi. præt. in titu. de inquis. nu. 29. fallit vt per Bapt. à Villa. concl. 50. fallit. in 8. casib. vt per Mars. in praxi crim. §. constante, nu. 20. fallit vt per Mars. sing. 14.

Non valet inquisitio si de delicto non constat. Battan. in sua praxi reg. 1.

Ampliatur in 4. casib. & limitatur in 8. per Lancillotū in tract. de offi. pręt. in tit. de inquisitio. nu. 23.

Inquisitio in causa criminali procedit. fallit vt per Blā. in praxi crimi. fol. 159.

Negatiua est improbabilis, doct. in c. cum ecclesia Sutrina, de causa poss. & proprietatis. fallit in 8. casib. vt per Lancil. in tract. de off. præto. in ti. de testib. c. dicta testium, nu. 46. fallit in multis casib. vt per Frāc. Hercula. in tract. de negatiua. Don. Fina, lib. 4.

¶ INQVISITIO fieri nō potest absque citatione partis. Bal. l. 4. §. 1. ff. de cond. ob causam. Alex. l. 2. §. si publico. ff. de adulter. Bal. l. seuatus. C. qui acc. non pos. gl. c. presbyteri. 2. q. 5. Med. re. 8.

¶ INQVISITIO regulariter nō est permissa in ciuilibus, ob priuatam vtilitatem principaliter. Istam regulā descripsit Pręp. in c. de acc. 2. q. 8. referēdo Ang.

Limita decem & nouem modis, vt per eundem Præp. B. Dias reg. 337.

¶ INQVISITIONIS iudicium dicitur extraordinarium, & nón ordinarium, vt voluit Inno. in c. cum oporteat. de accu. quem sequitur communiter doc. in rub. de iud. & sequitur Bar. & alij in l. si maritus. §. si autem exiens. ff. de adul.

Limita dupliciter, vt per Rip. in alle. rub. de iu. vbi plures refert pro ipsa principali regula, variásque opiniones describit, quę fuerunt in hoc art. B. D. re. 336.

¶ INSINVATIO donationis fieri potest nemine cuius interest citato. Cy. l. fi. C. de bon. pos. Bar. leg. in hac. C. de dona. leg. Modestinus. ff. eod. Bal. leg. illud. col. 4. C. de sacr. eccl. l. 1. C. de lit. cont. auth. eo decursū. C. de don. ante nup. l. fi. C. qui admitti. l. fi. §. illud. C. de temp. app. Pau. leg. test. C. de testa. Mars. l. de vno. nu. 98. ff. de re iud. refer. Tiraq. in termin. huius reg. in tract. res inter alios acta. lim. 32. Med. reg. 8.

¶ INSINVATIO facta ab hęrede an possit legatariis, no. Bar. l. fi. §. 1. vbi etiā Bal. C. de iur. dot. Bal. l. cōsulta. C. de testa. Alex. l. sæpe. nu. 29. ff. de re iud. nota tamen quòd insinuatio fieri nō potest absque citatione partis, Bal. l. ne quicquam. §. vbi decretum, ff. de of. proc. & leg. Bal. l. illud. C. de sacros. eccl. Me. re. 8.

¶ INSPERATVM. Quid obtineat, si ab insperato quis donauit, vel filios sustulit.

C. de inof. test. l. si nunquam.
ff. de pact. l. tale. §. pactum. Azo, rub. 104.

¶ INSPICIENDVM nō est quod fit, sed quod fieri debet. Procu. De of. pręs. l. sed licet. Vide Intētio. Riis.

¶ INSPICERE. Dignitatem, officium, diuitias, esse inspicienda.

In Aut. de testib. §. sancimus. §. si verò.

CONTRA.

In Aut. vt exact. do. iusta. §. illud quoque. Azo, rub. 104.

¶ INSTANTIA causæ appellationis non potest prorogari. l. nemo. C. de temp. appel. Bald. in l. fi. §. fina. eodem

eodem titul. & per Anton.de Butr. in c.ex ratione. de appellatione.

Primò fallit,nisi fiat compromissum in arbitrum: quia tunc illo pendente, non currit tempus persequendi appellationem,per text.in authentic.si tamen.C.de tempo.appel.Specu.in titu.de legato. §.restat videre.versicu.item si instantia.quod intellige,si fiat compromissum post appellationem interpositam , & si partes egerint coram arbitro:secùs si facto compromisso,nihil egerint,argu.legis, contra maiorem. C. de appellat.& ita consuluit Fulg. in consilio cxx. & Petr.de Anchara.in consilio cclxxxvj. incip.Ioann. Andr.

Amplia prædictam fallentiam,vt non solùm procedat in arbitro:sed etiam in arbitratore:vt per Bald.in l. eos,qui.§.apostolos. C.de appel.

Secundò fallit,quando esset taxata à statuto: quia tunc potest per partes prorogari:vt per Bald. in extrauagant.in verbo,in causis.de pace Constan.B.Socin.regul.229.

¶ INSTANTIA causæ principalis biennio tantùm durat.l.fi.C.vt intra cert. tem. cri.quæstio termi.

Primò fallit, secundum Ioan.Andr. in c.venerabilis *. extrà de iud.quando verteretur inter clericos, cùm tūc intra duos menses debeat terminari: vt in auth. vt apud prop.episcopos.§.si tantùm. B.Socin. reg.228. ADDITIO.

* In c.venerabilis. Vide ibid. Fel.in prin.

Secundò fallit,in l.vnic.§.j. C.vt omnes tam ciu.quàm crim.vt est in officiali,quando syndicaretur, vt ibi, de quo per Bar.in l. ij.ff.ad l.Iul.reper.& in d.c.venerabilis.per dom.Anto.& dom.Nicol.

Tertiò fallit in casu.l.de submersis.C.de Naufra.lib.x.

Quartò fallit in casu l.fin.C.de dolo. sed dic.aut loquimur de instantia causæ ciuilis, & hæc regulariter durat triennio.l.properandum. C.de iudi. & hoc de iure ciuili,in istis casibus, de quibus per gloss.in d. l. properandum.& per Ioan. Andr. in c.venerabilis. & hoc etiam voluit Ioan.Andr.in addi.Specu.in tit. de legat.§.restat.versi.quid si statutum.& Bart.in d. l.properandum.vbi pleniùs de hoc, & ita tenetur secundum Ioan. Andr.in d.c.venerabilis, nec etiā per iuramentum prorogari potest:vt voluit gloss.in d.l. pro perandum.quod est verum de iure ciuili.l.nō dubium.C.de legibus.secùs de iure canonico,vt in ca. cùm contingat.extrà de iureiur. secundum Imol.& canonistas.in d.ca.venerabilis.vbi latè vide per eos. B.Socin.re.228.

¶ INSTANTIA causæ incipit contradictione & litis contestatione,text.est in l.properandum,C.de iud. per gl.in c.j.de elect.in vj.& clem.sæpe,de verb. signi.Bald.in conf.ccxxvj.in princ. quanquàm.vol.3. & sententia lata per iudicem post peremptā instantiam est ipso iure nulla,& nullum habet effectum,secundum Alex.cons.cxxxvj. nu.1.vol.ij.& cons.166. num.1.vol.6.Barto.in d.l.properandum. in prin. & ibi doct.de iudi.Paris de Put.in ver.instantia.in trac. syndi.

Amplia regulam procedere in causis executiuis,& instrumentis in quibus est executio parata,secundum Roma.in cons.174.in prin.Soci.consil.xcv.vol.j. Feli.in c.venerabilis,in fi.de iud.

Amplia etiam vt d.regula locum habeat non solùm coram ordinario iudice sed etiam coram delegato, vt Ias.in d.l.properandū:ibi,sed omnes iudices.nu.13.

Amplia,procedere etiam coram arbitro : nam coram arbitro perit instantia triennio, quando per partes fuit nullum tempus appositum in cōpromissum.ita Spec.in tit.de arbit.§.differt.vers.item.Ias.in d.l.pro perandum.nu.13.& 14.

Amplia, vt etiā procedat si vnus ex litigatoribus moriatur pendente lite, quia instantia nō extinguitur, sed continuatur vsque ad metam triennij in herede. tex.in l.hæres absens.& l.petitor. & l.is qui Romæ, ff.de iudi.& in c.quia Gu.& ibi Abb.Felin.& Soc.de iudic.

Amplia qui de iure cano.instantia non perit triennio, ita doct. in d.l.properandum. C. de iudi. & ibi Ias. nu.27.Rom.cons.ccxx.nu.11.& 12. immo est perpetua ratio,quia à quocunque actu potest appellari,& cano.in c.venerabilis.& cap.fina.de iud. Alex.cons. 24.nu. 2.vol.iij.

Amplia non procedere d.regul. quando clarissimi Auditores sent.scribunt d.rectoribus de extra, vt non obstante peremptione Instantiæ causam vertētem. Iter.semp.& 7. audiant ser.seruandis ius & iustitiā administrent, & hoc ex stylo & consuetudine officij : hactenus obseruata per ipsos clarissimos Aud. nouos,vt in notis officij clarè videri cōspici potest, quòd not.perpetuò.

Fallit ista regula quando instātia est abbreuiata ex forma statuti,quia tunc decurso tempore statuto limitato illico,perempta est instantia,& non potest iudex in causa illa procedere,secundum Bal.in d.l.properandum. C.de iudi.& ibi Alex.& in cons. xlij.nu. 3.vol.iij.Bal.in auth. clericus.vers.deinde quæritur. C.de episc.& cler.

Fallit etiam in causis fiscalibus, quia nunquam perit instantia,& durat vltra triennium,ex quo agitur de tributis,&functionibus publicis,secundum.l.properandum.in prin.ibi exceptis.C.de iud. & d.c.venerabilis.de iud.& ibi Abb.& can.

Fallit etiam in causis ecclesiarum,quia etiam si agatur lis coram iudice seculari nunquam perit instantia, ita tenet Abb.in d.cap. venerabilis. adde decis.cex. const.Neap.nu.1.in fine.

Fallit etiam,quando esset ligatum super emergentibus ante litem contestatam,super legitimatione personarum in iudicio contendentium, quia tunc nunquam perit instantia,secundum Bal. in l.post edict. §.pe.in fi.ff.de iud.Ias.in d.l.properandum.nu.6.

Fallit in causa,quæ debet Principi consultari,quia donec expectatur responsio à principe,interim nō currit instantia in dicta causa. Ista fuit opinio Lucæ de Pen.in l.ij.C.de nauf.l.xj.Afflict. in constit. hac l.iij. not.quæ not.

Fallit etiam, quando per iudicem fuit facta inhibitio, quia pro tempore quo durat inhibitio nullo modo currit instantia, & sic post triennium potest ferri sententia. ita Abb.in d.c.venerabilis. in fin. vers.ex hoc arguo:de iudi.& videtur text. in l.intra vtile.ff. de minorib.

Fallit in causis criminalibus in quibus instantia durat biennio,vt doct.omnes in d.l.properādum. in prin. de iudi. & Ange.in auth.vt cle.apud pro.episcopos. §.si tamen.de crim.in fi.

Fallit etiam,quando partes repeterent acta de communi consensu porrigendo libellum, litem contestando, terminos recipiendo, quia per talem reproductionem instantia renouatur,ita tenet Bartol. & Alex.in d.l.properandum.& Bal.in l.mutari.ff. de pro cu. idem Felin.in d.c.venerabilis.vers.4.declaratio. nu.12.Soc.cons.31.in j.vol. Ia.Nouel.re.16.

¶ INSTANTIA causa prorogari non potest.gloss.in l.

properandum. in fin. princ. in verb. triennij. C. de iudiciis. & ibi Bart. & Bald. qui gloſ. ſequuntur. atque idem conſuluit L. Rom. conſ. clxxiiij. incip. ampliſsimè doctor. verſ. ſecundum probatur. Rationem adfert Accurſ. in d. verb. triennij. nempe vtilitatem publicam, quam probant Bar. & Bald.

Declaro, vt procedat in inſtantia principali, vt tradit Bar. in l. properandum.

Amplia etiam ſi partes iurauerunt eiuſmodi prorogagationem. Barto. in dict. l. properandum. per text. in c. ſi diligenti. in fin. ext. de foro competenti. vbi bonus tex.

Fallit in cauſa appellationis. auth. ſi tamē. C. de tempo. appellat. per tex. in clemen. quandiu. de appellat. vbi bonus text. ad hoc. & vide Spec. & Ioan. And. ti. de iudi. deleg. §. reſtat.

Fallit de iure canonico per tex. in c. penult. & ibi bona gloſſ. de iud. in antiquis. atque ita limitabat præceptor meus Philip. à Ferreriis, dum legeret, & interpretaretur auth. ſacra. puberum. C. ſi aduerſus vend. P. Prat. re. 428.

¶ INSTANTIA cauſſæ triennio perit, & terminatur. l. properandum. Alciat. l. ſi is, qui pro emptore. num. 144. verſ. ſed quid ſi qualitas. ff. de vſuca. quod in lib. Baſilicon libr. vij. tit. vj. c. xiij. vt refert græcus interpres Euſtathius.

Fallit ſi res petita poſt litem conteſtatam perierit. l. ſi homo. vbi hoc Fran. Ripa adnotauit. ff. de re iudi.

Fallit ſi eſſet appellatum. dict. clement. quandiu. de appellat.

Limita non procedere in inſtantia cauſæ emergentis ex vltima voluntate. §. illud. & ibi hoc adnotat Iac. Beluiſ. in auth. de hæred. & falcid. Aret. & Iaſon in d. l. properandum.

Fallit in cauſſis fiſcalibus. l. fin. C. de iur. fiſci. d. l. properandum.

Fallit in cauſſa noui operis, quæ tribus tantùm menſibus durare debet. Iaſ. in d. l. properandum.

Fallit in cauſſa criminali. l. j. C. vt intra cer. temp. & ibi gloſſa.

Fallit in ſpecie §. ſi tamen. in authent. vt cleric. apud propr. epiſco. vbi lis debet durare duobus menſibus tantùm.

Fallit ſi de adminiſtratione magiſtratus queratur: nam ea inſtantia xx. dierum ſpatio terminari debet. l. vnica. C. vt omn. iud. tam ciuil. quàm crimin.

Fallit in cauſa naufragij, quæ biennio terminari debet l. pen. C. de naufrag. lib. xj.

Fallit ſi de publicis functionibus quæratur. dict. l. properandum.

Fallit in omnibus cauſis, in quibus ſummariè procedi debet. Qua de re vide Rebuffum.

Fallit in quæſtione vindicandi curialis, quæ intra tres menſes terminari debet. l. generali. C. de decurion. lib. x. & ibi hoc not. Odofred. & Bart.

Limitatur in caſu authent. ſed cum teſtato. C. ad l. Falcid. vbi ſi hæres conueniatur, quòd inuentario non confecto, ſoluat integra legata, lis illa debet terminari intra annum.

Fallit vt ſuprà proxima regula limit. ij. ſcilicet de iure canonico.

Limitatur in cauſſa dotis, vt quibuſdam placet: vt Iaſ. in l. j. ff. ſolut. matri. Sed eius fundamentis reſpondet Franciſ. Ripa, & And. Alciat. dicta lege prima. P. Prat re. 429.

¶ INSTANTIA conteſtata lite cum defuncto in ſucceſſorem * tranſit. l. tam ex contractibus. ff. de iud.

ADDITIO.

* In ſucceſſorem. Adde Felin. in c. quia V. de iud. Primò fallit, in fiſco. l. ſi conſtante. in fine. ff. ſol. matr. Secundò fallit, quia inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. vt notat Angel. in dicta l. tam ex contractibus.

Tertiò fallit, quia ſiue agatur reali, ſiue perſonali actione, nunquam tranſit inſtantia in ſucceſſorem poſt concluſionem in cauſa: vt notat Ang. in l. nam & ſi actor. ff. de rei vend. B. Soc. re. 227.

¶ INSTANTIA currit, ſeu inſtantię tempus currit impeditis vbi de modico præiudicio agitur. Abb. cōſ. 5. volum. 2. Aſin. in praxi iud. §. 7. ampl. 59. nu. 5. cōc. ſimil. Bald. auth. qui rem. C. de ſacr. ſanct. Eccle. per l. ſocio. ff. de in integ. reſt. l. ſi oleum. in fine. ff. de dolo. Med. re. 5.

¶ INSTANTIA de iure canonico non perit, ſecundū communem opinionem docto. vt firmat Felin. in c. venerabilis. in princ. de iudic. per tex. in c. de proba. iuncta declaratione Hoſtien. ibi. licet aliter teneat Barb. in d. c. venerabilis & ita etiam dicit communiter teneri, & ſic ſeruari in curiis eccleſiaſticis, Iaſ. in l. properandum. in princ. C. de iud.

Limita dupliciter, vt per Fel. in c. venerabilis. in princ. B. Dias re. 338.

¶ INSTANTIA prolata inſciis partibus non expirat quin ſententia ferri poſſit. gl. l. intra. ff. de min. Bal. l. cum ipſe. ff. de excuſ. tut. Cin. l. fin. C. de adul. Medic. re. 8.

¶ INSTANTIA triennalis quæ eſt inducta fauore publico, non poteſt de conſenſu partium prorogari, glo. in leg. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iudiciis: hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ. in l. properandum, C. de iud.

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 5. per Iaſo. in d. l. properandum, nu. 19. & ſeq.

Inſtantia de iure Canonico non perit ſecundum communem opinionem Doct. Felin. in c. venerabilis. in prin. de iud. Iaſ. in d. l. properandum. C. de iud. col. fi.

Fallit in 2. caſibus, quos no. Felin. in d. c. venerabilis, in princip.

Licet reus abſoluatur ab inſtantia iudicij, tamen ſemper iure actoris pronunciari debet. Fallit in 3. caſib. vt per Fel. in c. examinata. de iud. nu. 1.

Inſtantia appellationis non currit impedito, no. in c. venerabilis de iud.

Fallit in 3. caſib. vt per Fel. in d. c. nu. 8.

Inſtantia cauſæ appellationis poteſt ſuſpēdi pacto, vel compromiſſo. not. Doct. in d. c. venerabilis.

Fallit in 3. caſib. vt per Fel. in d. c. nu. 21.

Quod per litis conteſtationem accedit non acceſſorium ad primum in iudicio non venit, ſed noua inſtātia opus eſt, no. doct. in l. nō pōt videri, ff. de iud.

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 11. ab Anto. Gab. lib. 2. de iud. concl. 3. videas Bart. diſtinctionem, in d. l. non poteſt videri. ff. de iud.

Inſtantiæ & actioni renunciari non poteſt, not. DD. in l. edita, C. de edendo.

Fallit in 2. caſib. vt per Corn. in d. l. edita, nu. 11.

Inſtantia conteſtata lite cum defuncto in ſucceſſorem tranſit, l. nam ex contractibus, ff. de iud.

Fallit in 2. caſib. vt per. Soc. re. 18.

Inſtantia cauſæ principalis tantum biennio durat, l. fi. C. vt j. cert. temp.

Fallit in 4. caſib. vt per Soc. reg. 181.

Inſtantia triennalis de qua in l. properādum, §. ſi C. de iud. currit etiam minoribus, fallit vt no. Fran. Turz. concl.

concl.125.

Instantia causæ appellationis non potest prorogari, l. nemo, C. de tempo. appella. Ant. de Butr. in c. ex ratione. de appella. Don. Fina, lib. 5.

¶ INSTITVI quidem plures hæredes possunt, vt sunt filij familias, qui testandi facultatem non habēt. no. §. testamen. inst. de hæred. qual. & diff. Med. re. 9.

¶ INSTITVTVS in re certa, vel in certis rebus, dato vniuersali cohærede, vel hærede instituto in quota hæreditatis, habetur loco legatarij. Regula est, quæ sumitur ex tex. in l. quoties. C. de hęr. inst. vide de materia per Bar. in l. ex facto, la ij. ff. de hær. inst. Vide l. xiiij. tit. 2. par. 6.

Limita quadrupliciter, vt per Ias. in d. l. quoties. B. Dias re. 340.

¶ INSTITVTVS in re modica, & exhæredatus de iure antiquo æquiparatur. l. 2. ff. quod cum eo. l. si quis filium. §. fi. ff. de inof. test. hodie tamen secus est fauore testamenti conseruandi. l. omnimodo. C. de inof. test. Brun. in tracta. stat. super fœmin. artic. 9. nu. 109. Med. re. 5.

Institutus primus intelligitur quando dicitur institutum rogatum alteri restituere debere, aut eius hæredibus posse legitimam detrahere. Bald. l. cum virum. col. 2. C. de fidei. idem l. quanquā. C. ad l. Falc. l. 1. §. inde. l. mulier. ff. ad senat. consult. Trebel. Ang. §. si verò. col. 3. auth. de hær. & falc. Med. re. 4.

¶ INSTITVTI dicuntur omnes filij testatoris licet testator instituerit ventrem. vxoris. Oldr. cons. 292. per l. placet. vbi Alex. & Ias. & com. doct. ff. de liber. & post. omnes enim posthumi in fauorabilibus veniunt. l. si quis ita. §. 1. ff. de testa. tu. l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. l. Clemens. ff. de hęr. inst. l. inter veteres. C. de fideic. libert. Ioan. Andr. in add. ad Spec. in Rubri. de testa. col. pen. Alex. consi. 171. vol. 2. Bald. cōs. 122. vol. 1. Med. re. 2.

¶ INSTITVTIO. Licinnius Rufin. lib. ij. reg.

Lex ccx.

Quæ ab initio inutilis fuis institutio, [tēporis tractu] conualescere non potest.

ADDIT. [] pro inclusis legitur in P. Floren. ex pòst facto.

Vid. reg. quod ab initio. l. qui soluendo. vbi Bar. de leg. inst. Viuien.

¶ INSTITVTIO. l. pe. quæ àb initio. Riisvvic.

¶ INSTITVTIO facta sine præsentatione veri patroni, est ipso iure nulla. Tex. est melior de iure in c. illud. de iur. patronat. & not. Abb. ibi, in princ. & circa fi. & in cap. ex insinuatione, in secundo no. eo tit. & in cap. cum Bertholdus. de senten. & re iudic. & ponit Ferrat. cautela xlv. & Felin. referendo Card. in tract. quando literæ apostolicæ noceant patrono.

Limita tripliciter, vt per Paul. de Citadinis in suo tracta. de iure pat. in vj. part. arti. iij. vers. xxxj. quæro, & limitat etiam vj. modis Fel. in d. c. cum Bertholdus. de re iud. & vide Roch. in tract. de iure patr. in verb. honorificum. in princ. vbi etiam limitat tripliciter istam regulam. B. Dias re. 339.

¶ INSTITVTIO facta sine præsentatione patroni est ipso iure nulla: vt probatur in cap. decernimus. de iure patron.

Primò fallit, quando præsentatus per patronum sine scandalo institui non potest: quia tunc episcopus poterit instituere quem velit sine præsentatione. tex. est & ibi not. Abb. in cap. quoniam. de iure patrona. & quomodo dicatur imminere scandalum in casu nostro. declarat Hostiens. in Summa eiusdem tit. vers. quid iuris.

Secundò fallit, quando non constat ecclesiam esse patronatam, dato quòd aliqui intra se contendant super iure patro. quia tunc episcopus potest instituere ibi clericum sine eorum præsentatione: vt colligitur ex doctrina. Abb. in c. si verò. eod. tit.

Tertiò fallit ista regula in patrono ecclesiastico: quia eo spreto potest fieri institutio per legatum de latere. cap. cum dilectus. & ibi not. de iure patro. B. Soc. re. 220.

¶ INSTITVTIO hæredis est de forma essentialis testamenti. §. ante hæredis. inst. de legatis. cum gl. versic. fundamentum. leg. fin. ff. de iur. codicil. leg. pe. ff. de his, quæ in test. delent. Doct. com. d. §. ante hæredis. nu. 3. Med. re. 7.

Institutio nulla est de filio, vel de fratre putatiuo siue instituens errauerit in facto, siue in iure. leg. si pater. C. de hær. inst. leg. nec apud. Cod. eod. Paul. leg. eam quam. col. 2. C. de fideic. Dec. cons. 166. col. 2. idem consi. 287. col. 3. & cons. 453. Docto. l. g. neque. C. de test. Med. re. 6.

¶ INSTITVTIO de qua in l. illa institutio, ff. de hæredib. inst. an sit captatoria, disputat Marian. Soc. in l. morib. ff. de vulg. nu. 12. vbi dicit communem opin. esse quòd sic.

Fallit in 3. casib. vt per Alex. in l. captatorias. C. de testa. mili.

Institutus in re certa non habet beneficium leg. fin. C. de edi. diu. Adr. tol.

Fallit in 2. casib. vt per Sebast. Sapia in d. leg. fin. numero 65.

Institutio facta de filio, & nepote testatoris, intelligitur ordine successiuo, vt primo filius, & si filius moriatur ante testatorem, nepos succedat: hæc est communis opinio, vt refert Lancillot. in leg. Gallus, §. quid si tantum, ff. de lib. & posth.

Fallit in 3. casib. vt per eundem, nu. 12. fallit vt per Math. in suis concl. in vers. institutio.

In institutione eorum inter quos cadit solus ordo affectionis, ratione sanguinis, & successionis ab intestato, omnes admittuntur simul, non autem ordine successiuo: hanc opinionem dicit esse communem: & eā limitat in 2. casib. vt per Lancil. in d. §. quid si tantum, nu. 20.

Si in institutione vocantur plures personæ per nomen collectiuum, vt familia, liberi, descendentes, cognati, agnati, censentur vocati ordine successiuo, secundum gradus pręrogatiuam, not. Doct. in d. §. quid si tantum.

Fallit in quatuor casib. vt per Lancil. in dicto §. numero 23.

Quando plures personæ in institutione copulantur, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis, & concurrit necessitas saltem causatiua instituendi, tunc intelliguntur vocati non simul, sed ordine successiuo: hanc esse communem opinionem testatur Ias. in lege Gallus, §. quidam rectè, ff. de liberis & posthumis.

Ampliatur in 5. casib. & limitatur in 5. per Iaso. in d. §. quidam. nu. 20.

In casu dubio, quando nepos legitimus ex filio spurio est simpliciter institutus, adhuc valet institutio nepotis: hanc esse Communem opinionem attestatur Ias. qui limitat in duobus casib. in d. l. Gallus. §. quòd si is, nu. 21.

Institutio deportati habetur pro non scripta. l. 1. C. de hær. inst.

Fallit

Fallit in 5.casib. vt per Iaſ.in d.l.1.nu.1. & ſeq.

Inſtitutus in re certa, vel in certis rebus dato cohærede vniuerſali, vel hærede inſtituto in quota hæreditatis, habetur loco legatarij.l.quoties, ff.de hæredib. inſtit.

Fallit in 4.caſib.vt per Iaſ.in d.l.quoties, nu.1.

Filius non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali vel miſta niſi in defectum exhæredetur, aliàs teſtamentum eſt nullum, l.ſi pater, C.de inſt.& ſubſti.l.1.ff.de iniuſt.rupto.l. Lucius, ff.de cond.& demon.

Ampliatur in 5.caſib.& limitatur in 21.per Gerardum Alb.in repet.d.l ſi pater, numero 62.& ſeq. fallit in 3.caſib.vt per Iaſ.in d.l. ſi pater, vbi Dec.limitat in 2. caſibus, ſed ſi in inſtitutione filij eſt appoſita conditio caſualis, vel mixta, valet teſtamentum, & conditio reiicitur : hanc eſſe communem opinionem teſtatur Iaſ.in d.l.ſi pater.vbi Iaſo. limitat in 4. caſib. nu.20.

Filius & ſeruus hæredes inſtituti, non dicuntur hæredes etiam nomine quoad directas, & vtiles actiones, & ſic quoad effectus eoſdem patrem, vel dominum hæredes ac ipſi eſſent inſtituti. communis eſt concluſio ſecundum Iaſo.in leg.cum filio. ff. de legat.1.

Fallit in 2.caſib.vt per eundem ibi col.3.& 4.

Filiusfam. inſtituto repudiante hæreditatem poteſt pater eam acceptare, etiam ſi tali filio eſſet à teſtatore datus ſubſtitutus : hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ.in l.3.C.de hær.inſt.vbi limitat col.7.

Vxori licitum eſt prouocare virum blandis verbis, vt eam inſtituat, econtra, l.fin. C.ſi quis aliquem teſta.

Fallit in 3. caſib.quos not.Dias reg.798.

Filius inſtitutus in primo gradu in totum, vel partem, licet ſit præteritus in ſecundo, teſtamentum non rumpitur, l.ſi poſthumos, §.quod vulgo, ff.de lib.& poſthu.

Fallit in 3.caſib.vt per Iaſ.in d.§.quod vulgo, nu.1.

Filius ſpurius, quòd poſſit inſtitui hæres ex teſtamento, nec ſtatuto, nec lege municipali ſtatuitur. Fallit in 3.caſibus, vt per Baptiſt.à Villalob.conclu.122.in litera F.

Nepos legitimus, vel naturalis ex filio ſpurio deficiente prole legitima, poteſt ab auo inſtitui hæres. Ampliatur, & limitatur in 2.caſib. per Baptiſt.à Villa. con.6.in litera N.

Per inſtitutionem factam de fratre, & eius filiis, licet ab inteſtato admittatur ordine ſucceſſiuo, tamen ex tali diſpoſitione teſtatoris, ſimul & æqualiter admittitur. Fallit vt per Matth.in ver.inſtitutio.

Inſtitutio facta ad interrogationem alterius valet, no. DD.in l.1.§.ſi quis ita, ff.de verb.obl.

Fallit vt colligitur ex dictis Croti in d.§.ſi q̃s ita, n.3.

Seruus inſtitutus hæres videtur inſtitutus cum libertate, §.1.Inſt.de hær.inſt.

Fallit in 4.caſib.vt per Alex.in l.quidam, C. de impub. & aliis ſub.nu.2.

Inſtitutus ſub conditione eam implendo videtur adire, l.1.ff.de cond.cauſa data.

Fallit vt colligitur ex diſtinctione Bar. in d.l. nume.2. Don.Fina, lib.2.

¶ INSTITVTIO valet ſi teſtes referant teſtatorem inſtituiſſe Titium, licet non recordentur pro quibus partibus. Ang.& Imol.leg ſi quis ita. ff.de hæred.inſt.not.leg.ſi donatio.C.de dona. l. Lucius. §. quiſquis.il 2.ff.de leg.2.l. qui plures. ff. de vſufruct. Iaſ. l.admonendi.nu.41.ff.de iureiur. Med.reg.10.

¶ INSTITVTIONES irritari, cætera verò firma permanere.

In Aut.cum de appel.co.§.ſi quis.Az.rub.104.

¶ INSTRVMENTVM alienationis rei eccleſiaſticæ, in quo narratur præceſſiſſe tractatus, & licentiam, non probat dictos tractatus, & licentiam, niſi aliter de eis conſtet: not.Bar.in l.& ſi fortè.ff.de caſtr.pec. & notant alij, quos refert Hipp.in l.j.§.ſi quis dicatur. ff. de quæſtio.Purpu.in authen.ſi quis in aliquo. C. de eden.

Limita quatuor modis, vt per Purpuratum vbi ſ.

Primò quando talia verba eſſent in inſtrumento antiquo.

Secundò, quando talia verba eſſent appoſita à prælato & toto capitulo, cum iuramento.

Tertiò, vbi de modico præiudicio ageretur.

Quartò, vbi coniecturæ eſſent pro enuntiante. B.Dias re.343.

¶ INSTRVMENTVM. Exemplum inſtrumenti non exemplatum non valere.

PRO.

Ext.de fid.inſtr. c.ſi ſcripturam.
C.de diuerſ.reſcr.l.ſancimus.
C.de eden.l. ſi quis in aliquo.

CONTRA.

Ext.de priuileg.c.cùm olim.
C.de teſt.l.publicati.
C.de iur.emph.l.vlt. 1.reſpon.
D.de admin.tut.l. chirographis.
In Auth.vt frat.filij.§.illud.

SOLVTIO.

Non valet exemplum ad probationem, niſi exemplatum in actis, vt eſt expreſſum ext. de fide inſtrumentorum.c.vlt. Damaſ.reg.46.

¶ INSTRVMENTVM contra Titium, & Stichũ, probat etiam contra Meuium. Cin. lege deſiderium. ff. de poſi i.add.ad Bart.lege prima. C. res inter alios acta, concord.ſimil.Franciſ.Aret.conſil.primo, columna penultima. Socin. conſilio 82. columna tertia, volumine tertio, Maranta tract.de ordi.iud.parte ſexta, numero 35.Bartol.in extra.ad reprim.verſiculo de plano. Sapia. lege final. numero ſeptimo. Cod.de edict.diu.Adrian.tollend. item nota, quòd quando inſtrumenti exemplar ſumitur iudicis auctoritate, tunc non requiritur, citatio, Barto. auth. ſi quis in aliquo, C.de edendo.Deciſ. Tholoſan. 417. Med.re.8.

¶ INSTRVMENTVM faciens mentionem de alio non probat plenè niſi relatũ exhibeatur, aut.ſi quis in aliquo, C.de edendo, c.1.& ibi per gl. & doct. extra de fide inſtru.

Fallit in 2.caſib.vt per Soc.reg.136.fallit in 7.caſib.vt per Rom.in d.auth. ſi quis in aliquo, nu.6.vbi etiam Iacob.de Sanct.Geor.limitatur in 8.caſib.nu.19.fallit in 10.caſib.vt per Dec.in d.auth. numero 14. Ampliatur in 2. caſib.& limitatur in 11. Iaſ.in d.authen. numero 2. Ampliatur in 3.caſib.& limitatur in 10.à Franc.Purpu.in d.auth.numero 6.vbi Franc. Curt. limitat in 4.caſib.vbi etiam Soc.limitat in 5. caſib. numer.5.Ampliatur in 7.caſib.& limitatur in 7.per Ioan.Bolog.in auth.ſi quis in aliquo, C.de edendo, nu.55.

Inſtrumentum pro parte falſum, in totum redditur falſum: hanc eſſe communem opinioné atteſtatur Iaſ. in l.ſi ex falſis, C.de tranſa.

Fallit in 3.caſibus, quos not. Franc. Curt.in dict. leg.ſi ex falſis.

Fallit

Fallit in 5.casib.quos not. Dias regul.348. Fallit in 5. casibus,vt per Fel.in c.fraternitatis, de hære.numero 9.Fallit in 3.casib.de per Iaſo.in d.l.ſi ex falſis,numero 9.

Notarius cenſetur rogatus opponere clauſulas conſuetas,in inſtrumento.Bar.in l.non ſolum. §. morte, ff. de nou.op.nunc.

Fallit in 4.caſib.vt per Ant.Rubeum,Alex.in d.§.morte,nu.19.Fallit in 14.caſib.quos not.Port.lib.4.ſuarum concl.reg.19.

Inſtrumentum falſum producens incidit in pœnā falſi,niſi producens proteſtetur,quòd ſi eſt falſum,non vult illo vti,not. Doct.in d.§. morte.

Fallit in 3.caſib.vt per Anto.Rub.in d.§.morte, numero 3.

Inſtrumentum fiſci præſumitur prius confectum,Bar. & alij,in l.1.ff.ſol.mat.

Fallit in 4.caſib.vt per Camil.Viſita.in l.1. ff.ſol.matr. nu.43.

Inſtrumentum dotis præſumitur prius confectum: in ambiguis enim pro dote reſpondendum eſt, l. in ambiguis,ff. de regul.iur.Bartol.in leg.1. ff.ſoluto matr.

Ampliatur in 4.caſibus,& limitatur in 3.à Iaſo.in l.1.ff. ſolut.matr.numero 1.Fallit vt per Dec.in d.l.in ambiguis.

Fallit in 4.caſib.vt per Soc.in d.l.1.nu.1.fallit in 5.caſi. vt per Rip.in d.l.1.nu.5.

Si aliquis in veritate non ſit tabellio,nec habeat priuilegia notariorum,tamen communi opinione reputabatur notarius, & eſt in quaſi poſſeſſione, inſtrumenta ab eo facta non valent.

Fallit in 5.caſibus,quos not.Iaſ.in l.barbarius,ff.de offi.præſid.num.45. fallit vt no. Fran.Turzan.concluſio.91.

Inſtrumentorum copia danda eſt aduerſario ſine die, & conſule confecti inſtrumenti, ne detur materia cogitandi, vel fabricandi aliquid falſum, ſed bene debet eſſe dies deſtinatæ ſolutionis.

Fallit in 3. caſib.vt per Iaſ.in l.1. §.editiones.ff.de edendo. fallit ſi quis vult arguere inſtrumentum de falſo,nam debet fieri editio cum die,& conſule, fallit hoc in 2.caſib.vt per Iaſ.in d.§.nu. 9.

Dies & conſul appoſiti in præcedenti inſtrumento intelliguntur repetiti in ſequentibus inſtrumentis de die carentibus,not. doct.in l.prætor ait,§.ſi initum, ff.de edendo.

Fallit in 4.caſib.vt per Iaſ.in d.§.nu.5.

Inſtrumentum publicum confectum manu notarij facit plenam fidem, fallit in 4. caſib. in quibus non facit niſi ſemiplenam probationem, Iaſ.in l.admonendi,ff. de iur.iuran.

Raſura inſtrumenti,vel vitium nō ſolum impedit executionem, immo vitiat inſtrumentum. capit. cùm olim,el 2.de priui.c.ex literis,& c.accepimus,de fide inſtru.

Fallit in 8.caſib.vt per Iaſ.in l.edicto,C.de edict. diui Adri.tol.nu.19.Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 3.à Soc.reg.1.Ampliatur & limitatur in 5. caſibus per Dec. in l.fina.C.de edicto diui Adri.tol. numero 37.

Inſtrumento reprobato corruit confeſſio orta tacitè ex eius productione,Innoc.& DD.in c.venerabilis, de exceptio. Card.in c.inter dilectos,in fine, de fide inſtru.

Fallit in 3.caſibus,vt per Fel.in c.cùm venerabilis, colum.7.

Inſtrumentum producens videtur confiteri contra ſe contenta in eo,& condemnari poteſt ex eo, Innoc. & omnes in c.cùm venerabilis,de exceptio. Bart.in l.poſt legatum,ff.de his quib.vt indig.

Fallit in 2.caſib.vt per Fel.in d.c.cùm venerabilis.Fallit in 2.caſib.vt per Pariſ.in d. c.cùm venerabilis, nume.57.

Inſtrumētum alienationis rei eccleſiaſticæ, in quo narratur præceſſiſſe tractatus,& licentia nōn probat, niſi aliter de eis conſtet,Marſil.in leg.1.§.ſi quis dicatur,ff.de quæſtio.

Fallit in 4.caſib.quos not.Purp.in Auth.ſi quis in aliquo,C.de edendo.

Inſtrumenta publica confecta manu notarij publici non habent executionem paratam de iure communi,ſed requiritur ſolennis libellus, & alius proceſſus iudiciarius,l.minor 25.annis,cui fideicommiſ.ff. de mino.Iaſ.in l.pactum inter hæredes, ff.de pact.l. 1.C.de execu.rei iudic.

Fallit in 6.caſib.vt per Iaſ.in l.fi.C.de edict. Diui Adr. tollen.colum.2.Fallit in 7.caſib.vt per Lancillot.in tract. de off.præt.in tit.de inſtrum.nu.15.Fallit in 5. caſib.vt per Alex.in l.ſi cum dotem,§.eo autem tempore,ff.ſol.mat.nu.6.

Inſtrumentorum amiſſio iuramento probatur. fallit in 3.caſib.quos not.Marſ.in rub. C.de probat. colu. 28.Fel.tamen in c.ſicut,de re iud.facit regulam contrariam,& eam limitat in ij. caſib.col.6.

Inſtrumenta nec alij actus poſſunt recipi,niſi parte pręſente,vel ſaltem citata. Ang.Alex.in l.properādum, §.ſin autem reus,C.de iud. Fallit in 3.caſib. vt per Iaſ.in d.§.col.2.

Inſtrumentum reprobare poſſunt duo teſtes non deſcripti in inſtrumēto:hanc opinionē dicit eſſe communem Lancil.in tract.de offi.præto. in titu. de inſtrum.

Fallit in 6.caſib.vt per eundem in d.loco,num.18.Ampliatur & limitatur per Baptiſt.à Villa concl. 74. in litera I.

Fallit in 6.caſib.vt per Feli.in c.cum Ioann.de fide inſtrum.nu.33.fallit in 4.caſib.ſecundum Zaſi.in lib.2. reſponſ.c.23.num.15.vbi latiſſimè videas,de fide inſtrument.

Inſtrumentum reprobari poteſt per teſtes deſcriptos.

Ampliatur in 3.caſibus,& limitatur in 4.vt refert Lancil.in tract.de off. præto.in titu.de inſtru.numer.19. Campegius in tract.de teſtibus,facit regulam contrariam,& eam limitat in 3.caſib.concl.308.

Si teſtes dicant, notarium non fuiſſe rogatum ipſis præſentibus de inſtrumento,illud inſtrumentū non valet.Fallit vt no.Franc.de Hercula.in tract.de negatiua.nu.284.

Inſtrumentum libertatis piæ cauſæ cauſa ſtudij, & fiſci in dubio interpretatur, prout cauſis prædictis vtilius eſt,no.DD.in l.j.ff.ſol.matr.

Fallit in multis caſib.vt per Maria.Socin.Iun.in d.l.1. nu.44.

Inſtrumentum ſeu ſcripturam producens interrogari poteſt ab aduerſario volente eam redarguere de falſo, vtrum ea vti voluerit, quo caſu tenetur ipſe præciſè reſpondere,Bart.in l.diuus. ff.ad l. Cornel. de falſ.

Ampliatur in 4.caſib. & limitatur in 5.Por. lib.5.ſuarum conclu.reg.23.

Inſtrumentum ſi penes debitorem repertum fuerit, creditor ipſum liberaſſe præſumitur, Baldus in l.3. ff.de pact.

Fallit

Fallit in 5.casib.quos no.Soc.reg.183.

Instrumenta non possunt produci post conclusionem in causa.

Fallit vt notaui suprà in tractat. conclusionis in causa, conclusione 2.fallit vt per Soc.re.184.

Instrumenti cuiuscunque publicatio partis citationem requirit, & sic aut præsens, aut per contumaciam absens.Cano.in c.fin.de fide instrumen.c.pen. eod.tit.

Fallit in 7.casib.vt per Soc.reg.185.

Instrumentum si per aliquem producatur regulariter in totum,& non in parte ei stare cogitur, vt per Cyn.in l.1.C.de confess. & l.2. C.de donat. ante nuptias.

Fallit in 2.casib. vt per Soc.re.186.

Exemplum instrumenti non probat auth.si quis in aliquo.C.de edendo.

Fallit in 4.casib.vt per Dec.in d. auth.nu.14.videas infrà in tract.de probatio.vbi posui multas fallentias. fallit etiam si est exemplatum per notarium authoritate ordinarij,non eadem vim habet cum originali. fallit in multis casib.vt per Feli. in c.si instrumen ta,de fide instr.

Per instrumentum probatur delictum. fallit vt per Carer.in praxi cri.l.obseruare.nu.171.

Instrumentum si negetur esse confectum à notario, non sufficit, quòd probetur haberi pro tali, sed est probandum esse talis, alias instrumentum non valet: hāc esse communem opinionem attestatur Ias. in l.Barba ius,nu.48.ff.de off.præsid.

Fallit vt per Baptist. à Villalob. conclusio. 16. in litera N.

Si totus tenor instrumenti in actis inseratur, probat. Ampliatur in 2.casib.vt per Baptist.à Villa.cōc.336. in litera P.

Instrumentum si facit mentionem de aliquo actu, per tinente ad negocium præsens, & simpliciter restat, tunc facit fidem inter easdem personas,si respicit habilitatem earum ad contrahendum, etiam quòd sit facta mentio per enuntiatiua. Ampliatur & limitatur in 4.casib.per Io.Bolo. in Auth.si quis in aliquo, C.de edendo,nu.45. Don.Fina,lib.3.

¶ Instrvmentvm non potest corrigi per notariū, quia notarius eligitur tantum ad primum actum vt roget semel.Bald.l.imperator.col.2.ff.de stat. homi.Ias.consi.36.vol.3.l.diuortio. §.quod si. ff.solut. matr. Med.re.3.

¶ Instrvmentvm nullum est non seruata debita iuris forma, etiam si forma introducta esset de consuetudine.gloss.§.ergo. auth. vt præponatur nomen Imper. Alexan.consi.166.vol.6.cons.37. colu.4.volum.6.Bald.cons.55.colum.2.vol.2. imo dicit quòd abbreuiatura notarij habere debet omnem solemnitatem requisitam in instrumentis. alias ex ea instrumentum non posset capi. Bal.l.Lucius.ff. de testam. mil.Angel.consi.220.Paulus consil.195.volu. 2.Alexand.consi.153.volum.2.Corn.consi.191.col. 2.volu.1.Dec.c.1.de fide instr.Corn.consi.98. vol.4. Fel. c.licet.10.limitat.de proba. Med.re.7.

¶ Instrvmentvn producens si protestatur,&c.sequere vt in ij.fallen.præmissæ regulæ.

Fallit in instrumento proprio producto: quia tunc dicta protestatio non sunt, sed solum iuuat in instrumento confecto ad petitionem alterius. Anton. & Imol.in d.c.cùm venerabilis.

Fallit in capitulis connexis: quia protestatio non potest operari, quòd in illis non noceat sicut prodest in eisdem, secundum Bartolum, in l.Publia. ff. de posit.

Fallit quando producerentur iura, quæ quis edere tenetur, quia dicta protestatio non prodest secundum d.Anton.de Butr. in cap.olim. de censi. & do. Alex.in l.vnic.& vt quæ sunt aduo.

Fallit in actis iudiciariis,vt est tex.in l.ij.C. de edend. voluit Bald.in d.l.j.

Fallit quando instrumētum est iam productum, quia tunc protestatio non iuuat,secundum Bald.in dict. l.prima,& mouetur per reg.mutare.de reg.iur.in 6. S.Ian.re.133.

¶ Instrvmentvm producens regulariter confiteri videtur contenta in eo, Inn. in c.cum venerabilis. de except.

Amplia etiam in contentis in ipso.

Fallit quando agitur ex delicto,dolo interueniēte. l.j. §.rectissimè.ff.de vi,& vi arma. Ian.reg.132.

¶ Instrvmentvm producens videtur confiteri cō tra se contenta in eo, & condemnari potest ex eo. Inno.& omnes in cap. cum venerabilis. de except. Bart.in l.post legatum.de his, qui. vt ind. Bald.in l. scripturæ.C.de fid.instrum.

Limita hanc conclusionem dupliciter, vt per Felin. in d.c.cum venerabilis.versi. prima conclusio.& ponit iiij.casus,in quibus procedit limitatio secunda,aliàs non. B.Dias re. 342.

¶ Instrvmentvm si per aliquem producatur, regulariter in totū,& non in parte ei stare cogitur: vt per Cyn.in l.vnic.C.de confes.& in l.ij. C.de dona. ante nupt.cum simili.

Primò fallit, vbicunque in eadem scriptura continerentur plura capitula separata: quia tunc pro parte approbare potest,& pro parte non: vt probatur in l.Publia.ff.depositi. in fi.

Secundò fallit,nisi ille,qui producit instrumentum habens tantùm vnum capitulum, seu plura connexa habeat præsumptionem iuris contra se: quia modo in hoc casu quis poterit pro parte approbare, & pro parte non approbare: vnde si confitearis te occidisse hominem pro tua defensione, possum stare confessioni, inquantum dicis te occidisse. Sed non cogor stare inquantum dicis ad tuam defensionem, quia ius præsumit contra te,l.secunda.C.de sicar. & in l.si non conuitij.C.de iniuriis.ita singulariter tenet Barto.in l.Aurelius.in §.idem quæsiit. ff.de lib. lega. quod est singulariter notandum. B. Socin. re.233.

¶ Instrvmentvm priuatum productum per creditorem non facit fidem.text.l.instrumenta. C.de probat.& Bar.& Bal.

Amplia vt procedat,quādo per domesticum.d.l.instrumenta.ibi domestica.

Amplia quando per tertiam personam,non domesticā d.l.instrumenta.ibi testatio.

Amplia quando à tertio sine teste,d.l.instrumenta.ibi adnotatio,iuncta glo.

Fallit quando instrumentum illud priuatum esset factum per debitorem ipsum: quia tunc plenè probat,si debitor probetur vel scripsisse, vel subsignasse:modò actor probet signum debitoris l.Publia.§. fin.ff.deposit.Bartol.in l.admonendi.versi.aut pars. contra quam. ff. de iureiur. quem ibi latissimè vide. Barto.l.nuda.ff.de donat. Anto.Butrius in c.ij.de fide instrumen.& ibi glos.in verbo, authentica.Franci.Aretinus in consi.xliiij.incip. in proposita consultatione.

Restringe

Restringe, quando scriptura priuata aliis adminiculis fulciretur.tex.in d.l.instrumēta.ibi,si non aliis quoque putà fama,vel aliqua alia præsumptione.Primò si sunt tres testes.l. scripturas. C.qui pot.in pigno. hab.glos.in dicto capitul.2.de fide instru.Secundò, quando reperiretur in manibus iudicis. Bald.in l. quibus C.de nouo Cod.fac.§.quantum in authen. quibus mod.nat.effic.legit. Hoc non caret dubio. tibi cogitandum relinquo.

Limita, quando scriptura esset facta per maritum in rebus paraphernalibus.l.si ego.§.planè.in fi.ff.de iure dot.vbi bonus tex. licet esset nomine mariti per priuatū, adpositis tamē testibus. P.Prateius re.435.

¶Instrumentum reprobatum regulariter, non quia est falsum,sed quia non est solemne, non facit corruere ea,quæ sunt orta ex eius productione, secundū omnes, maximè Abb.post Innocent.in d. c. cum venerabilis.

Fallit,quando solemnitas respicit principale non instrumentū,putà si confiteor instrumentum esse verum,in quo est dies & Consul.facit authent.ad hęc. C.de fid.instr.pulchrè not.Bal.in l.alia.C.de his qui vt indign.

Fallit quando instrumentum non esset authenticum: tunc enim confessio nō noceret,secūdū Inno.& do. Ab.in d.c.cum venerabilis.Roma.omnino in cons. 294.hæc confessio,&c. S.Ian.re.137.

¶Instrumentum si penes debitorem repertum fuerit, creditor ipsum liberasse præsumitur: vt per Bald.in l.3.ff.de pactis.

Primò fallit quando appareret de alia causa traditionis ipsius instrumēti:veluti si creditor tradat instrumentum venditionis,in quo erat debitū,vt defenderet emptam rem, vel si creditor tradit instrumentū fideiussori ad hoc,vt agat contra debitorem : cum tunc ex eo non videatur liberatus,si ex causa sit traditum,cum illa causa iusta iudicetur.arg.c.cum voluntate.extrà,de sent.excom.& in l.qui iniurię.ff.de furt.& quod notat in l.cum quidam.ff.si certum petatur.secundum domi. Nicol.in cap. ecclesia extrà, vt lite pendent.& hoc voluit Bartol. in dict.l.3.ff. de pactis.

Secundò fallit, si in instrumento debiti apparent duo obligati, tunc vterque non videtur liberatus, sed præsumendum est, illi cui apparet traditionem factam esse remissum itidem esse debitum proprium & eidem cessa actio, & non contra alium : argum. l.1.ff.de donatio.& l.si is qui.ff.de libe.legata.& hoc voluit Bartol. post Guliel. in dicta l.4.ff.de pact. quod procedere poterit, quando apparet tale instrumentum traditum ex aliquo titulo lucratiuo, vt legati vel donationis: alias in dubio videtur potiùs constituisse vnum procuratorem contra alium quàm actionem cessisse, secundum dominum Antonium in dicto capitulo,ecclesia ad hoc quod notatur ibi.

Tertiò fallit,quando ex coniecturis appareret animus non remittendi, sed potiùs ob aliquam causam instrumentum fore traditum:cùm ad ipsas coniecturas sit recurrendum, vt voluit dominus Nicolaus in dicto capitulo,ecclesia. adducens not.in capit.2.de renunt.in 6.

Quartò fallit, quando appareret instrumentum debiti primò traditum per creditorem ipsi debitori, & postea per eum restitutum ipsi creditori: cùm tunc per istam secundam traditionem videatur factum pactum de petendo, pro quo non dicitur facta liberatio.ff.de pactis.l.si vnus.§.pactū.vt voluit Bartol.& Guliel.in dict.l.3.quorum dictum procedere posset, quando appareret ipsum instrumentum traditum ex aliquo titulo lucratiuo:aliàs in dubio præsumitur traditum instrumentum ipsi debitori potiùs vt se informet, quàm vt videatur debitum remissum quando appareret postea,restitutum re integra: maximè quando appareret intra breue tempus restitutum. argum. cap.in his.extrà,de verbor. signif.& de pœniten.distinct.1.in dubio enim pręsumitur titulus donationis,secundum do. Nic.in d.c. ecclesia.

Quintò fallit,quando redditur instrumentum tale, in quo nō continetur ius in re,sed ad rem priùs quàm in re: & sic quodammodo ius est relatum ab ipso instrumento, vt est si resignentur literæ concessæ super re instituta ferēda post institutionem factam: cum tunc non videatur resignatum ipsum ius ex ipsa institutione, quātumcunque sit quodammodo separatum ab ipsis literis:vt colligitur in d.c.ecclesia.& glo.& ibi per doctores. B.Soc.re.232.

¶Instrumemtum si pronunciatur esse falsum inter Titium & Sempronium, non nocet Seio vtenti eodem instrumento. glos.magna c.causam.il 2.vbi Doct.com.qui filij sint legit. Alexan.in terminis l. sæpe.numer. 25.ff.de re iud.Abb.c.pen.nu.26.eo.ti. Med.reg.8.

¶Instrumentum pro parte falsum, non est in totum falsum. l.ex falsis. C.de transact. & ibi Bald.& Bart.& alij scriben.post glos.in verbo,firmis.in d.l. si ex falsis.l. vnde.§.fin.& ibi glo. C.de lat. lib.toll. cum infinitis similibus.

Declaro, vt procedat in instrumento inter contrahentes cōfecto.d.l.si ex falsis.siue sit publicum, siue priuatum.

Amplio, vt habeat locū in rescripto:cuius si vni parti insit subreptionis vitium non tamen aliā vitiari traditum est.c.si eo tempore.de rescri.lib.6.& ad hoc solet allegari,& vide ibi Canonistas,& hanc limitationem transcripsi ex Alciato d.l.si ex falsis.

Extende ad sententias, vt pro parte falsa, in toto non sit falsa.gloss.in l. etiam.§.primo.ff.de minoribus, in verbo audiendus.& ibi hoc notat Bartol. Tu de hoc articulo,an sententia possit pro parte valere,& pro parte non,vide Bartol.in l.1.C.si aduers.rem iudic.verb.quæro vtrum.

Ampliatur nostra regula,vt procedat in legibus,senatusconsultis,constitutionibus,& sic in statutis, per textum in dict.l.vnic.§.fi.C.de lat.libert.toll.quem textum bene ad hoc ego ponderaui.

Regulam nostram Impp.Leo & Antoninus primi, in dicta l.si ex falsis,is verbis,Nisi fortè aiunt etiam de eo,quod falsum dicitur controuersia orta decisa sopiatur.Et hoc est quod dicit Speculator titul. de instrume.edit.§.postremò.vers.quid si aliquod, quòd si falsitas est vbi est ius quęstionis,totum est falsum. l.fina.C.de edict.diui Had.toll.

Limita vt nō solum capitulum,cui caussam falsitas dedit retractetur,sed & coniuncta,& connexa,& cohęreant.glo.in verb.iudicari.c.accusatus.§.eum verò. de hæretic.libro 6.tex.argu.à contrario sensu.dic.l. etiam.§.1.ff.de minoribus. Bar.in d.l.si ex falsis.in lectura ad fin.

Sed & si id solum capitulum causam dederit transactioni,cęterisque capitulis, æquum est, eo retractato,cætera quoque retractari,vt cēsuere Paulus Castrensis, & And. Alciatus in dicta l.si ex falsis. Sed

hæc limitatio eadem est cum prima: nam explicat finem d.l.si ex falsis.

Fallit, quando instrumentum est pro parte falsum vitio notarij. l.si aliquid.de suscept.& archa.lib.10.C. nam in totum vitiatur. Induco istum text.si tabularius aliquid fraudis in officio, & administratione admiserit, priuabitur officio. Idem si notarius in instrumento plura capita complectente quid falsi commiserit, totum instrumentum censetur falsum, ita Barto.in dicta l.si ex falsis.versiculo, ista glo.inducit.

Limita, vt nõ procedat si est falsitas in substãtialibus, putà in die, vel consule, ita Bartol.& Baldus in dic. l.si ex falsis.

Fallit ratione partis vitiatæ indiuisibiliter: nam tota scriptura perit quia fides tabellionis est indiuisibilis.l.fina. C.de edict. diui Had. tollen.ità Bald.in addit.ad Specu. dicto §. postremò.additione incipi.ratione partis. P.Prateius reg.433.

¶INSTRVMENTVM in vna parte falsum, totũ regulariter falsum dicitur, probatur regula per Moder. in cap.fraternitas,de hæred. & per alios, Bartol.in l. quintus.ff.de aur.& argen.legat.

Fallit in falso præsumpto. Bald.l.iubemus. C.de testament.

Fallit quando pars contra quã instrumentum produceretur arguendo ipsum de falso acceptaret ipsum instrumentum in non falsis. Baldus l.secunda.C.de falsis.

¶INSTRVMENTVM vbicunque continet pacta correlatiua edendum est, sicuti omne aliud instr. glo.& Flor.leg.fi. C.de edendo, etsi edi tardatur, redditur suspectum. Ias.l. properandum.§.sin autem.colum. 5.C.de iudic.Fel.cap.exceptionem.numero 3.de excepti.c.de cętero.colum.4.de re iud.Marsi.in praxi crim.§. diligenter. numero 203. Crau.consilio 28. numero 6. Med.reg.9.

¶INSTRVMENTI cuiuscũque publicatio partis citationem requirit, & sic vt aut præsens sit, aut per cõtumaciam absens: vt per cano.in capit.fin.de fide instrumen. alleg.not.in capit.penul.eod.tit.& in cap. cum dilecta.de confir.vti.vel inuti.& de priuileg.in capitul.ex parte.& l. fi.C.de fid.instrument.& l.de vnoquoque.ff.de re iudi.& capit.inter quatuor.de maior.& obedien.

Primò fallit quando talis exemplificatio fieret per illum notarium qui fecit primum instrumẽtum, cum talis possit exemplificare & publicare absque citatione alicuius, vt not.in cap.cum P.Tabellio.de fid. instr.& C.de eden.l.si quis in aliquo.& ibi per Bar.

Secundò fallit, quando pars, contra quam fuit exemplificatio vel publicatio facta, fuerit vocata ad contradicendum exemplificationi, & ipsa non contradixit, sed forte illud, in quantum pro se facit, produxit, cum tunc illi noceat, vt not.domini de Rota decis. 248.

Tertiò fallit quando imminet periculum in expectando partem: quia tunc possunt talia instrumenta statim transcribi, vel publicè exemplari, etiam non præcedente citatione secundum Innoc.in dict.c.fi. de fide instrument.quod tamen procedit saluo iure absentium: cùm ipsi obiicere possint contra hanc secundam scripturam, sicut & poterant contra primam: sicut habetur in cap.quoniã.extrà, vt lite non contesta.& de confirma.vtili, vel inutil.cap.cum dilecta.§.ne igitur.secundum Ioannem Andrę.in dic. cap.fin.

Quartò fallit, quando ageretur de innouandis priuilegiis vel indultis in curia Rom. cũ transeant per multas manus: quia tunc non exigitur talis citatio, per capit.cum dilecta.extrà de confir. vtili, vel inutili.& Spec.de instrũm.edi.§.ostenso.vers.porrò.secùs autem si extra curiam: vt per Anton.& Abb. in dicto c.cum dilecta.

Quintò fallit, quando statutum, vel cõsuetudo eodem modo disponeret, secundum quod not.in di.c.cùm dilectus.de fid.instrumento.& per Bald.in authent. si quis in aliquo.

Sextò fallit, nisi exemplatio instrumenti fiat de mandato Papæ & auctoritate ordinarij: quia non requiritur citatio, secundum Hostiensem in capitul.peruenit, de fideiussoribus, quem sequitur ibi Imola. Bened.Vad.

Septimò fallit, nisi aduersarius sit præsens, & sciens, secundum Ioannem Andr.in simili, in capitu.final.de elect.in 6.& Barto.in l.1.ff. de in ius vocando.secùs si esset sciens, licet non præsens: quia tunc requireretur citatio, secundum Hostien. Anton.& Imo.in d. c.fin. Bened. Vad.

¶INSTRVMENTI falsitas in vna parte vitiat totum instrumentum. probat gl.1.c. si scripturas.ix.distin. tenet Inno.in c.fraternitatis. de hære.& in c.cùm in iure.ante fin. de offi.deleg.& Bart.in l. Quintus. ff. de aur.& arg.leg.

Amplia istam conclusionem etiã si falsitas esset in verbis narratiuis notarij, vt in oppositione confinium loci in quo est factum instrumentum, vel in alia narratione facta ab ipso notario, non à partibus, in qua non asserit aliquid de visu suo, nam tunc vitiatur totum instrumentum: tenet Inno.in d. c.cum in iure. & Archi.in cap. si papa.de priuileg.in 6.quos refert eis assentiendo Fel.in d.c.fraternitatis.

Limita primò quando falsitas est præsumpta, quia tũc si esset in vno capitulo non vitiat reliqua: firmat Ia. But.& Bal.in l.iubemus. per illum tex.de testamẽ. C.refert Fe. ver.fallit autem, scripsit hoc etiam Ias. qui latius in hoc allegat quàm Fel.in l. si ex falsis.de transac.C.qui firmat idem in quasi falsitate, vt putà si sit rasura instrumenti in vna parte.

Secundò fallit, quando est vitium in accessorio, quia tunc nõ vitiabitur principalis dispositio instrumenti, putà in fideiussore, vel in pœna, secundum Bal.in l.2.C.de falsis.per illum tex.& glo.& sequitur Fel. versi.secundò fallit.

Tertiò fallit, quando falsitas est in parte non substantiali instrumenti: putà in demonstratione alicuius rei, de cuius corpore aliter cõstat.Ita restringit Fel. Ias.in d. l. si ex falsis. vers. limita. qui referũt doct. hoc tenentes.

Quartò fallit, nisi sit falsitas commissa sine vitio notarij, sed ob falsam partis assertionem, quia tunc non vitiantur capitula separata ab illa parte in qua inest falsitas: tenet Fel.vbi suprà, qui refert.Bal.in cap.ad audientiam.de rescrip.& in d.l.ex falsis.

Quinto fallit, nisi pars, contra quam producitur tale instrumentum, acceptat ipsum in partibus non falsis, redarguendo ipsum solum in partibus falsis: tenet Bal.in d.l.2.C.de falsis.Fel.ponit etiam Ias.in d. si ex falsis.in fin. B.Dias re.348.

¶INSTRVMENTO non creditur, alterum referenti, nisi constet de relato. Authent. si quis in aliquo.vbi Dec.numero 31. Cagno.num.82. C.de edendo.l.in testamento. la 1.ff.de cond.& demon. amplia trib. mod.& limita sex modis, vt per Cagnol.d.loco.vsque in

que in finem.conc. simil. Paris. consilio 172.colu. 1. vol.4. Bart.l.si ita.ff. de cōd.& dem.l.5.§.si iudex.ff. de re iud. Aret.consili.21. Socin. cons.129.lib.4.nu. 4.vnde instrumentum deperditum, probari debet, non solum de amissione sed etiam de illius tenore, & de eius solemnitatibus. Abb.cap.1.de fide instrumen.Ripa l.1.numero 84.ff.si cert.pet. Alexan.con silio 196.volumine 2.Crau.consilio 157.numer.4.& num.sequen. Med.re.10.

¶ INSTRVMENTO reprobato corruit confessio orta tacitè ex eius productione: notant Inno.& docto. in cap.cum venerabilis. de except.& Card.in c.intra dilectos.in fin.de fid.instrum.

Limita tribus modis,& subtiliter, vt per Feli.in dicto capit.cum venerabilis. vers. secunda conclusio.cum duabus sequentib. vbi regulam istam optimè declarat. B.Dias.re.341.

¶ INSTRVMENTO standum est,fidésque illi habenda est.l.cum precibus.C. de proba.l.in exercēdis.C. de fide instru.Rationem assignat Caius iurisconsultus. Fiūt enim scripturæ,vt quod actum est, faciliùs probari possit.l.antepenultima.& ibi hoc notat Bal. ff.de fide iustru.

Fallit, quando instrumentum esset duplicatum: volo dicere, si in aliquo instrumento fieret mentio de altero: certè nòn staretur referenti.authenti.si quis in aliquo.C.de edend.vbi Barto.Bald.Andr.Alciatus. Sublimitatur hæc limitatio variis modis. Primò, quoties de rei antiquitus gestæ probatione agitur: accedente enim aliquo verisimili signo, dispiciet iudex,quantam fidem adhibeat. c.cum causam. iuncta glos.in verbo, per antiquos libros. extrà de probat. Alciat.d.authen.si quis in aliquo.Secundò, cùm is, qui scripturam alterius commemoratoriam confecit, ius & potestatem nouiter quoque disponendi haberet.l.admonendi,iuncta glo. 2.in verb.noua.in sti.de iureiur. Tertiò sublimita inter contrahentes, vt eiusmodi enūtiatiua probet.l.optimam.C.de cōtrah.& commit.stipu.

Fallit in instrumenti exemplo,siue vt (Gallicani Pragmatici vocant) copia:& pro hoc est text.in capit. cum P.tabellio.de fide instrument.in antiqu.melior tex. de iure,in cap.1.extra de fide iustru.in volu.Gregor.Guid.Pap.decis.471.Sublimita,nisi instrumentum esset exemplatum auctoritate iudicis,docto.& in authen.si quis in aliquo,Et nota,quòd non debet fieri exemplatio, nisi parte vocata,vt tradit Speculator,aliàs auctoritas iudicis non iuuaret. Bart.in l. chirographis.de admini. tuto.& vide Spec.in d.ver. illud autem scias.

Limitatur in nota instrumenti,quæ fidem non facit,vt notat Cynus in l. contractus.C.de fide instru.quem refert & sequitur Guid.Pap.decis.471.

Fallit quando instrumentum accusaretur de falso.l.fi. C.de fide instru.

Fallit, quando instrumentum esset exemplatum sine commissione iudicis,& à non notario: quia nullam fidem facit.vt concludit Fran.Ripa respons. 114.numer.15. P.Prateius re.434.

¶ INSTRVMENTA cōfecta per notarium putatiuum, non legitimè creatum,nihil valent:tenet Spe.in tit. de instru.edi.§.restat.versi.quid si is.& Barto.in l.a ctuarios.C.de nu.& actua.li.12.& in l.Herennius.ff. de decurionibus.& ita est communis sententia,licet aliqui dissentiant.

Limita quinque modis, vt per Ias.in l.Barbarius. ff.de offic.prætor.in quem vide prius regulam principalem bene examinat,& tandem dicit eam communē sententiam esse.

¶ INSTRVMENTA pœnas dant sceleris lege Solonis.scripsi ad Reg.4. Riisvvic.

¶ INSTRVMENTA post conclusionem in causa produci non possunt:tex. glo.& doctor. in capitu.cùm dilectus.extrà de fide instrumētotum. & not.in l.iubemus.C. de iudiciis.

Amplia primò vt locum habeat etiam coram arbitro, vel arbitratore,secundum Romanum in l.prima.ff. de arbit.

Amplia secundò,etiam si producantur non ad probādum,sed declarandum priores probationes, secundum Roman.in l.admonendi.ff.de iureiuran.Contrarium tamen vide tenentem Feli.in cap. cùm dilectus.in hac eadem secunda ampliatione,per eum ibi relata.

Amplia tertiò etiam si statim post sententiam quis vellet producere,secundum Bald.in dicto c.cùm dilectus.pro cuius ampliationis intellectu vide ibi Fel. eam referentem.

Amplia quartò si sit talis probatio facti,quæ potest opponi post sententiam:quia nō sequitur quòd possit opponi post conclusionem in causa:vt sing.per Car. in capitulo, licet causam.in princip.in penultim.q. de proba. vbi dicit se vidisse obtineri in facto,quod post conclusionem in caussa non potest opponi exceptio falsitatis,per tex. in c.cum dilectus. pro qua ampliatione vide ibi latiùs Feli.& dic prout ibi per eum.

Primò fallit quando instrumenta fuissent de nouo reperta post ipsam conclusionem:casus est in l.admonendi.ff. de iureiurand. secundum vnam lecturam quam sequitur ibi Bar. etiā pleniùs in c. pastoralis. extrà de causa poss.& proprie.

Secundò fallit,in casu, in quo iudex procedit ex officio:cum possit instrumenta producere,si eidem hoc videatur expedire: cùm eidem non sit præclusa via. argum.dicto ca. pastoralis.& hoc voluerunt domi. de Rota decis.5. quę incipit,item si possunt,& sequitur ad hoc etiam quod not.extra, de testi.cap.cum clamor.

Tertiò fallit, in causis criminalibus, cum etiam in eis reus probare possit etiam post conclusionē in causa arg. l.diui fratres.ff.de pœnis. hoc expressè tenetur in l.1. ff.de quæst. ad hoc etiam quod not.in l.2. de vulg.& pup.adde Barto.in l.2.vi bo.rap.

Quartò fallit vt in dict.cap.pastoralis.de causa poss.& proprie.de quo ibi.

Quintò fallit,quando ipsa instrumenta producta fuerunt post ipsam conclusionem parte altera præsente & non contradicente: adeò quòd si admittantur non poterit appellari.arg.ca.cum dilectus extrà,de fid.instr.& dicto c.pastoralis. Quinimò si producerentur eo non contradicente & admittātur, tenebit admissio:cum ex hoc videatur renuntiatū ipsi conclusioni, vt not.per d.de Rota.in decis.suprà alleg. arg.ca.petitiones.extrà,de causa poss.& proprie. & quod notatur in clem.sæpe.extrà de verbor.signifi. in verb.interrogauit.

Sextò fallit, quando conclusio esset facta in causa principali,& in causa appellationis producuntur instrumenta antè quàm esset conclusum: cum non solùm instrumenta, sed etiam testes quandoque produci possint:nam disponitur ex ipsa conclusione secundum Innocen.in d.cap.cum dilectus.de fide instru. & cap.1.extrà de excep.

Septimò fallit in causa publica pupilli, vel ecclesiæ. vt not. in d. l. admonendi. & in locis piis, vt not. in ca. inter monasterium. de re iud. isti enim omnes post conclusionem etiam in causa possunt producere instrumenta de nouo reperta: ergo fortius ante senteñtiam & post publicatum processum.

Octauò fallit, in causis summariis, in quibus ad instantiam vnius partis post conclusionem in causa iudex poterit aliam partem interrogare, & petere ab ea, quòd etiam producat instrumenta: vt est glos. sing. in clemen. sæpe. de verb. signif.

Nonò fallit, vbicunque iudex ex aliqua iusta causa peteret apertè, vt producerētur instrumenta: vt tenet Spec. in ti. de alleg. & conclu. §. 1. & not. Bald. in l. 1. C. sent. rescin. non poss.

Decimò fallit, nisi quis produceret instrumenta post conclusionem de causa ad declarationem instrumētorum productorum ante conclusionem in causa. text. est not. in cap. auditis. de resti. in integ. & prędictæ limitationes procedunt, videlicet quòd instrumenta nouiter reperta possunt produci post conclusionē in casibus suprà dictis. Sed limita hoc esse verum, quando terminus ad probandum fuerat assignatus ab homine: secùs autem si à lege vel à statuto: quia tunc post conclusionem in causa, non potest amplius produci, etiam cum iuramento ignorantiæ. ita sing. voluit Bald. in l. exceptionem. C. de probat. per textum not. in l. qui procuratorem dat. ff. de procurat. iuncta gloss. ibi, quæ dicit sciens, vel ignorans. & dicit ibi Bald. quòd plures vidit obtineri, quòd lapso tempore ad probandum ordinato, non admittitur quis ad producendum instrumenta nouiter reperta cum iuramento ignorantiæ. Aduerte, quia hoc dictum non videtur verùm. primò quia mitius agitur, cum lege quàm cum iuramento legis, seu cum homine. l. Celsus. ff. de arbit. item quia tex. in dicta l. qui procuratorem dat. dicit ex pœnitentia: ergo patet, quòd ibi ante litem contesta. omisit sciens: quia in ignorante non cadit pœnitentia: cùm illa si mutatio voluntatis in contrarium. Nec obst. ibi dum dicit sciens, vel ignorans, quia intelligitur per ignorantiam iuris: secùs si per ignorantiam facti, secundum Salice. ita intelligentem. l. ita demum. de proba. & in l. error. de iuris & fac. ignor. per quem reprobatur Bald. & hanc opinionem tenuit Ioan. de Prato in repet. l. admonēdi. ff. de iureiu. & ita dicit se pluries de facto obtinuisse, B. Socin. re. 230.

¶ INSTRVMENTA post conclusionem in causa produci non possunt. tex. est in c. dilectus. de fide instru. & ibi docto. cano. Bar. in l. si mater. §. eam. ad fi. ff. de exceptio. rei iudi.

Amplia Regu. vt locum habeat coram arbitro, vel arbitratore, secundum Roma. in l. 1. ff. de arbi.

Amplia 2. etiam si producantur non solùm ad probandū, sed etiā ad declarandū priores probationes iam factas, secundū eundē Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. & vide Fel. in c. licet causam. in x. limita. extrà de probat.

Amplia quoque etiam si illico lata sententia, quis vellet producere, secūdū Bal. in c. cū dilect. de fide instr. quæ ampliatio mihi nō satis facit, ratio: quia quæ in cōtinēti fiūt, videtur inesse. l. thais. §. inter cætera. ff. de fideicom. liber. prout dicitur de sentētia arbitraria lata, quæ incōtinenti mutari & declarari potest. prout infrà latè dicam, quod tu cogita.

Amplia 4. etiam si sit talis probatio facti, quæ post sententiā opponi possit, prout est exceptio falsitatis, quę etiā laudata sentētia opponi potest, prout quotidie in foro vrbis nostrę practicatur, licet Car. aliter sentiat ꝑut in c. licet causam, in pen. q. de probationib.

Fallit, quando iudex procedit ex officio, si & quatenus viderit expedire, per tex. ca. pastoralis. de causa posses. & proprieta. Abb. in capit. cum clamor. de testibus. Antonius de But. in ca. auditis. de procur. Roma. d. l. 1. ff. de arbit. Bald. in l. 1. circa. fi. C. senté. rescind. non pos. & Rom. consili. 175. istæ sunt ad fi. decis. Rotæ in 5. deci. in formis incip. si post conclusionem Specula. in titul. de renuntia. & conclusi. §. 1. versi. quod & scias, &c.

Fallit quando in causa vertitur periculum animæ, quia tunc potest iudex ex officio recipere probationes etiam post conclusum in causa: quia conclusio in causa nō legat iudicem, secundum Card. in consilio xxiiij. Titius nunc cxviij. anni. Hosti. Ioann. Andr. in capit. ad petitionem. de cau. poss. & propri. decis. Rot. v. in nou. Bal. in l. cum propria. in fin. C. si quis alteri, vel sibi. Ioan. And. in ca. j. de iur. cal. in vj. vbi dicit quòd iudex post conclusionem in causa potest pręstare iuramentū calumnię si sibi videbitur, quod tu subtilis cogita.

Fallit in causis criminalibus, ita Abb. in c. cū dilectus. de fid. instr. Bart. in l. diui fratres. ff. de pœn. & in l. j. §. si quis vltrò. ff. de quæstio. & ibi Bald. in l. j. versic. quartò quærit. C. de cōdi. indeb. Roman. in l. j. ff. de arbit. ex quo in causis criminalibus non fit conclusio in causa, sed de innocentia rei potest semper deduci vsque ad sententiam. Bald. in auth. iubemus. de iudi. C. Rota deci. 30. fuit dubitatum.

Fallit, quando instrumentum recipitur post conclusionem in causa præsentibus partibus, & non contradicentibus, quia tunc valet receptio, & tunc iudex recipiendo videtur tacitè reuocare conclusionem in causa. Bald. in l. peremptorias. C. sentent. rescin. non poss. & Cardi. in clem. 2. numero tertio, de testibus.

Fallit in causa pupilli ecclesiæ, vel miserabilium personarum, quando essent instrumenta de nouo reperta, quia eo casu etiam non obstante sententia interlocutoria instrumenta produci possunt. Instrumenta de nouo reperta. glos. not. in vers. negotio. in l. Imperatores. ff. de re iudic. & glo. in capitu. inter monasterium. de re iudi. in verb. confirmatio. ibi. Item iure minoris.

Fallit quando inducuntur instrumenta de nouo fabricata post conclusionem in causa, quia tunc produci possunt. Ita Roma. in l. admonendi. ff. de iureiur. prout dixit, in consili. 176. numer. 9. alleg. tex. in l. 1. §. vnde quęritur. ff. de ope. no. nunc.

Fallit etiam in causis summariis, prout not. gl. in verb. interrogauit. in clem. sæpe. de verbo. significa. idem Roma. in d. consilio 176. Rota decis. 10. in antiquis. & decisi. Rotæ. in forma. numero 30. rationibus ibi adductis.

Fallit, quando agitur de probanda excommunicatione, quæ vtique probari potest, non ostante conclusione in causa. ita Specu. in tit. de renunc. & conclu. §. j. vers. & scias. Abb. in capi. exceptione. de except. & clem. vnica. cum gl. fin. de except. Specul. in titu. de except. §. nunc videndum. vers. porro videndum. ex quo semper imminet periculum animæ. prout in ij. fall. suprà alleg. propter excommunicationē, quæ omnia tu subtilis cogita.

Fallit etiam, quando immineret aliqua euidens causa vel

vel ratio propter quam admittenda essent instrumenta, quia eo tunc eorum productioni non obstabit conclusio in causa, quando maximè pars se offeret iurare, quod de nouo reperit d. instrumenta. Ita Roma. in d. l. 1. ff. de arbit. ca. ad nostram. il iij. de iureiurando. Bald. in l. vn. C. vt quæ desunt aduocat. Anto. de But. in c. dudum. il j. in 4. nota. de electio. vbi dicit exceptionem notoriam post conclusionē in causa superuenientem posse opponi, quod tu subtilis cogita & stude.

Fallit, quando lata esset sententia in prima instantia: & pars contra quam lata esset sententia si appellasset, tunc in causa appellationis poterit producere omnia instrumenta per hanc. C. de tempor. appellat. & idem tenet Abb. & Antonius in c. cum venissent. de testi. & Cardi. in d. c. cùm dilectus.

Fallit in allegationibus iuris, & consiliis doctorū, quæ etiam post conclusionem in causa produci possunt, prout Card. in consilio 74. Roma. consili. 175. Bald. in c. fi. de probat. licet in c. pastoralis. Bal. de probat. aliter teneat.

Fallit quando per beneficium restitutionis in integrū subueniretur, vt putà ecclesiæ vel minori, vt probatur in c. Auditis, de restitut. in integ. Card. in consi. xxv. in causa Amareti. vel simili ex clausula si quis mihi ex iusta causa, vt in c. intimauit. De testibus.

Falit etiam quando ex stylo fori, non aliter fit conclusio in causa, prout fit in hac ciuitate, per curias pallat. in quibus mandato iudicum fit præceptū, quòd partes debeāt deducere & producere quicquid volūt in termino tridui. Aliter & cętera, quia lapso termino, nec in prima instātia, nec in appellatione producere possunt, & ita seruatur ad curias nostras. I. Nouel. re. 17.

¶ INSTRVMENTA post cōclusum in causa produci nō possunt coram iudice, Doc. com. c. cum dilectus. de fide instru. Bar. l. si mater. §. eam. ff. de exc. rei iud. intellige hanc indefinitè vniuersaliter, vt habeat locum coram quocunque iudice. Rom. l. 1. ff. de arbit. & in l. admonendi. columna 4. ff. de iureiuran. Feli. c. licet. limit. x. de probat, Bald. d. c. cum dilectus. de fide instru. Med. re. 2.

¶ INSTRVMENTA publica, confecta manu notarij publici, non habent executionem paratam de iure communi, sed requiritur solemnis libellus, & alius processus iudiciarius. tex. est melior de iure in l. minor 25. annis cui fideicom. in princ. ff. de mino. quem ad hoc allegat Ias. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & alleg. etiam l. j. C. de execu. rei iudic.

Limita sex modis, vt per Iason. in l. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. B. Dias re. 344.

¶ INSTRVMENTA geminata solutionem duplicem arguunt. Ang. l. ne casu. C. de discussor. li. x. Bal. l. ser uo. §. si quis. ff. de leg. j. per l. balista. ff. ad Treb. Docto. l cum scimus. C. de argri. & censi. libr. xj. Iaso. l. is qui. nu. 37. ff. de acqui. hære. Zuchard. l. 1. nu. 111. C. de pact. Medi. re. 3.

¶ INSTRVMENTA, nec alij actus, nō possunt recipi, nisi parte præsente, vel saltem citata, vt est text. quē dicunt ibi sing. Ang. Alexand. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic.

Limita tripliciter, vt per Ias. ibi. B. Dias re. 349.

¶ INSTRVMENTA de nouo reperta faciant retractari sententiam quæ aliàs regulariter nō posset. Docto. comm. l. admonēdi. in prin. vbi Bar. Ias. & Ripa. ff. de iureiuran. l. sub prætextu. C. de transactio. not. Bald. l. inuitus. C. de procurator. Med. re. 1.

¶ INSTRVMENTA, si eodem die appareāt confecta, nec constat de prioritate, nec posterioritate: dotis instrumentum præsumitur prius confectum. text. in argu l. in ambiguis. ff. de regu. iur. Barto. in l. j. ff. solu. matri. Ias. in §. fuerat, nume. 70. Insti. de act. & in l. j. ff. soluto matrimo. in prin. & in l. fi. C. de edict. diui Adriani.

Amplia quatuor modis, & limita tripliciter, secūdum Ias. in d. l. j. B. Dias. reg. 346.

¶ INSTRVMENTA de iure communi nō habent executionem paratā. l. ait prætor. §. si iudex. & ibi hoc not. Angel. & Franc. Ripa. ff. de re iudic. & l. minor viginti quinque annis, cui fideicommissum. ff. de minorib. & ibi not. facit text. in l. si pacto, quo pœnam ibi more iudiciorum. & ibi solemnem ordinem. C. de pactis. & pro nostra regula facit l. vnic. de protecto.

Declaro, procedere quantuncunque instrumentum sit garentigionatum, hoc est confessionatum: quia iudiciari è quis est conueniendus. l. prolatam. C. de sentent. & interloc. om. iud.

Amplia, vt procedat in captura personæ, quia ex hoc infamia irrogatur. l. sed & si. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. quia hoc debet facere iudex negotio disquisito. l. neminem. & ibi not. C. de exhib. & transmi. reis.

Idem iuris est in excommunicatione, quia ex ea causatur infamia. c. sacro. de sentent. excommu. in vol. Grego. qui text. in clauis in materia.

Fallit nisi statuto aliter cautum sit, vt in pluribus Galliæ & Italiæ partibus: idque propter confessionem: quia in non confessum nullæ sunt partes iudicis, & pro iudicatis habentur confessi. l. certum. §. fin. ff. de confes. glos. in l. vnica. C. eod. quia vt res iudicata habet executionem paratam, ita & instrumentum confessionatum. d. §. fin.

Limitatur in instrumento iuramento confirmato, & vallato. l. qui iurasse. ff. de iureiu. & maximè hodiernis temporibus: in quibus notarij instrumenta firmare, valereque faciunt iuramento. & hæc est vna ex viribus, & effectibus iurisiurandi. Reliquos vide apud Petrucium in tractat. de viribus iura.

Sublimitantur hæ duæ limitationes quatuor modis exceptionibusve, quibus impeditur instrumentum mandari executioni, quantumuis sit garentigionatum, cautumve sit, ne contra id opponantur exceptiones. Primò, si opponatur exceptio quietationis: hæc enim vim solutionis habet: & pro hac sublimitatione vide doctrinam Barto. l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Secundò, si opponatur exceptio falsi, Bart. in d. §. & parui. Tertiò, si obiiciatur exceptio solutionis, Barto. d. §. & parui. Guid. Papæ decis. xv. & ita censui libr. j. Rerum quotidianarum, c. ij. Nam solutione eius quod debetur, extinguitur omnis obligatio, vt ait Theophilus, Instit. quibus modis tol. om. obligat. in princ. Addit & quartum Guid. pap. decis. xv. nempe si instrumentum sit conditionale, per §. ex conditionali. Instit. de verb. obl. cuius sententiam probat Ripa l. in illa. in 4. notab. ff. de verbor. obliga. quorum sentētia vera est, & iuri consentanea. sed illuc, vnde abij, redeo.

Fallit quando partes consensissent, quòd esset instrumentum garentigionatum, ita tenet Benedict. in repet. c. Rainutius. vers. si absque liberis mor. part. ij. numero 192. extrà, de testam. Sed mouet me difficultas non minima. Nemo potest facere quin leges habeant locum in suis actibus. vulg. l. nemo potest,

& ibi gloss. & Docto.ff.de leg.j. Atqui leges solemnitatem iudiciorum & eorum morem exigunt, vt superius probauimus in regula. Sed dic, quòd iure moribus recepto, tacito expressóque populi consensu hoc obseruatur.

Fallit in deposito.l.penult.ibi dico. C.depositi.

Fallit in instrumẽto vltimæ volũtatis.ita limitat Ang. in §.illud.de hęred.& Falci.cum quo transit Ias.in l. fin. C.de edict. diui. Had.toll.quod declara,& intellige,vt ait Bene.vbi suprà proximè.Prateius re. 432.

¶Instrvmenta quãuis sint clara, & authentica non tamen habent executionem paratam. l.minor 25.annis cui.ff.de minor.& ibi Bar.Ange. Albert.& Moder.doct. Cast.& Alex.in l.ait pretor.§.si iudex. ff de re iudic.

Fallit in instrumentis guarentigiatis, quia illa ex forma statutorum habent executionem paratam.Guarentigio enim,secũdum Ang.nil aliud est nisi quoddam præceptum quod fit per notarium de rogitu instrumenti parti roganti,vt contenta in instrumento illico exequantur realiter & quandoque personaliter, qui rogitus ex forma partis excellentissimi consi.rogat.1560.omnino est abolitus in hac ciuitate Venetiarum.

Fallit etiam in instrumento publico depositi,quod habet executionem paratam, & nullo modo impediri potest,secundum text.in l.pen.ff.depositi.ibi illico reddere modis omnibus compellatur, & ibi Bal. Bartol.Angel.& Castren.& ibi quàmcelerrimè, & ibi quàm citius quæ omnia locum habent.In deposito vero,secus in ficto, secũdum Ange.in l.si deposito.C.eodem titul.& Barto.in l.3.in 4.q.princ.C. de pigno.

Fallit etiam quando debitor per formam instrumenti stipulatus esset instrumentum iudicis mandato exequi posse in bonis & terris debitoris volentis & ita contentãtis secundum Bald.in d.l.minor 25.annis, ratio,qnia volenti nõ fit iuiuria.& latè Boe.in l.cõsentaneum.C.quomo.& quando iudi.

Fallit etiam quando in instrumento interuenit iuramentum,secundum Bar.in l.2.ff.de iureiurand.quia stante instrumento, ac iuramento,executio instrumenti impediri nullo modo potest per iudicem:nisi petatur nullitas dicti instrumenti per viam carcerationis,cũ dispensatione à iuramento ad finẽ agendi, seruatis seruandis coram suo iudice competenti.

Fallit insuper in casu dotis quando reperitur scriptura soceris trino teste notata cum aliquo pacto post mortem iugalium de aliquid lucrando:quia eo casu talis scriptura potest ad curiam mobilium sentẽtiari ad legem pactum scripturæ, & illico exequi seruatis de iure seruandis,secundum loci & fori cõsuetum.

Fallit quando instrumentum positum est ad publicas scridas in locis solitis & consuetis,super quibus nullus extitit legitimus cõtradictor:tunc arbitror executionem instrumenti prædicti nullo modo impediri posse:Imò omnino exequendum fore sine alicuius iudicis obstaculo secundum Bal. in l.filiusfa. §.veterani.nu,4.ff.de procurat.& Roma.sing. 281. collegium. I Nouel. re. 26.

¶Instrvmentorvm amissio, iuramento probatur:tenet Bart.in l.emancipatione. C.de fid.instru. per l.fi.C.eod.& Flo.in l. in lege Aquilia si deletũ. ff.ad l. Aquil. Notat etiam hoc Hippoli. qui ad hoc plures refert in repet.rub. C.de prob.

Limita tripliciter,vt per eundem Hippo.vbi suprà.Aduerte tamẽ,quòd Fel.in cap.sicut, de re iudica.facit regulam contrariam,videlicet quòd amissio instrumenti debet probari per probationes legitimas,sicut etiam amissio cuiuslibet alterius rei: pro qua alleg.Bart.& omnes in l.si quis ex argentariis. §.fi.ff. de eden.quam limitat dupliciter.

Primò,vbi agitur de modico præiudicio.

Secundò, quando quis teneretur ad exhibendum officio iudicis tantum. B.Dias re.345.

¶Insvltans: Præsumitur in dubio contra insultãtẽ,qui prior ad arma venit,& prior percussit. Si qua pau.l.1.§.si arietes.Bart.in l.si ex plagiis. §.tabernarius.ad leg.Aqui. Riisvvic.

Intellectus præualet in materia stricta,in stricta significatione.De rescri.c.Rodolphus,Soc.consi116.col. 6.Decius in reg.quoties idem sermo.

Præualet ille intellectus, in quo est maior proprietas verborum de rescript.c.Rodolphus.

Præfertur ille intellectus, in quo maior fit ratio dubitandi, Abb.in capitulo,cùm in iure.in primo not. de elect.

Præualet ille intellectus,per quem minus iuri communi derogatur, etiam si impropriè verba sumantur. Abb.not.in capitul.cùm dilectus.columna final.de consuet.

Præualet ille intellectus,qui conuenit Rubricæ. Notat Ant.de Bu.in Procœmio Decret.§.sanè. Alex.in l.1. in 3.no.Si.cert.pet. Riisvvic.

¶Intentio. Bonifa.8.In Sexto Decre. Reg.lxiij.

Exceptionem obiiciens,non videtur de intẽtione aduersarij confiteri.

Concordat ff.de verb.significat. l.hæc verba.& de instit.sed & si.§.si institoria. authen.de mandat.princip. Viuiennus.

¶Intentio disponentis contraria facit, vt dispositum in vno correlatiuorũ non extenditur ad alterũ. Doc.l.non dubium. C.de legib. capitulo intelligentia. de verb.signifi.vnde stante statuto, quòd nullus ciuis possit fide iubere pro forensi,forensis tamẽ poterit fideiubere pro ciue. l.si præses.C.de seru.& aqua. Med.re. 9.

¶Intentio.Intentionem agentis demonstrat qualitas act[o]. C.de testa.l.nõ codicillũ.C.de iniu.l.si nõ cõuicij.C.de Sic.l.1.sup.l.153.in cõtr.vide Voluntas.

Mandantis intentio consideranda est.C. de restit.spo. c.audita. De præben.c.cùm causam. De off. de.c.fi. c.super. Riisvvi.

¶Interdictvm: Quod contractus aduersus interdictum ecclesiæ initus non obtinet vigorem.

Pro.

10.dict.c.vides.
35.q.3.c. contradicimus.
32.q.4.c.non oportet.
Ext.despon.duor.c.tua fratern.
Ext.qui mat.acc.pos.c.videtur.
C.de incest. nup.l.qui contra legum.

Contra.

Ext.de eo qui cog.consang.c.transmissæ.
Ext.de clandest. despon,c.2.
Ext.de spon. c.cùm in Apostolic.
Ext. de matr.contrac.contra interdic.c.pen.
17.q.2.c.nos nouimus.

Solvtio.

Quidam distinguunt, vtrum sit interdictum ecclesiæ publicè factum, vt tunc non teneat matrimonium: dict.cap.tua fraternitas.an priuatim, vt tũc teneat.

Verùm

Verùm ista distinctio reprobatur per decret.ext. de matri.contrac.cont.interd.c.literæ. Dic ergo quòd nũquam solum interdictum ecclesiæ dirimit matri monium,nisi subsit ei causa perpetua, vtputà, consanguinitas,vel quid simile. Si autem causa subsit perpetua illa dirimit matrimonium, imò à principio impediet,ne teneat tunc interdictum ecclesiæ, vt ext. de matri.contract.contra interdict.ecclesi.c. ex literis. & c.vlt.nisi interdictum fieret à Papa in modum iuris constituendi,quia Papa potest inducere impedimentum perpetuum in matrimonio,constituendo ius nouum. Damas.reg.108.

¶INTERDICTVM non durat destructa vniuersitate, cuius erat interdictum.glo.c.si sententia.de senten. exc.6.doct.com.l.si grege.ff.de leg.1. Nell.in tract. bãnit.quæstio.fin.conc.simil.glos.capitu.2. de nou. oper.nunc.Alexander l.stipulantem.§.sacram.ff. de verbo.oblig.idem cons.43. volum.1.Gemin.c.licet. colum.3.de rescr.Roma.consi. 417. not.l. cùm res. §.itaque.ff.de leg.3.l.in tantum. ff.de rerum diuis. Barto.l.pater.§.Tusculanus.ff.de leg.2.Innoc.c. ex iniuncto.de nou.oper.nunc.Abba. c.recolentes.de stat.Monach. Medic.reg.6.

¶INTERDICTVM, quorum legarorum aduersus legatarios datur. d.l.j.§.j.& d.l.vni.C.eo.

Amplio vt procedat aduersus fideicommissarium vniuersalem.glo.& Bar.in l.Paulus.la prima.ff.ad S.C. Trebel.& d.l.j.§.in locum.

Extende vt detur in hæredes legatarij,vel etiam fideicommissarij. d.l.j.§.legatorum.

Procedit & habet locum regula,vt etiam detur in singularem successorem legatarij, vel fideicommissarij.d.l.j.§.illud tenẽdum.& §.sequen. Nam cum sit in rem scriptum.l.j. §.penulti.ff.de interdict. sequitur,vt detur contra quemcunque successorem. l.de eo.§.fin.ff. ad exhib.

Fallit si volente hærede,bona legatarius occupauerit. d.l.j.ibi non ex voluntate.glos. in l. vnic.quod verum est,si de voluntate hæredis possidere cœptum est,siue voluntas postea accesserit.d. l.j.§. prodest. versicu.sed & si postea.Sed iuxta hæc quæro, an voluntas tacita sufficiat hoc casu. Et sufficere quidam putant per id quod dicit Alexand.cons.lxiij.inci.in dubitatione.Decius consilio ccvj.intellige,si hæres consensit post aditam hæreditatem, secus si ante, nam tunc talis consensus non nocet hæredi.d.l.j. §. quod ait prætor voluntate. Sed dubitationem mouet quod hæredis operatur aditionem.l. pro hærede. & l.gerit.ff. de acqui.hæredi.Si est hæres consentiendo,consensus nocebit,quod crederem verum,si requiratur,vt consentiat tanquam hæres,& ipse simpliciter consensum accommodat, secus si consentiat,vt Titius,non vt hæres, vel protestetur,quod ꝑ talem consensum non intendit adire.l.si quis ex aliena.§.j.ff.de acqu.hæred.

Fallit si testator in testamento dederit licentiã legatariis capiendi legata propria auctoritate.l. Titia cũ testamento.§.Lucius.ff.de leg.ij.& ibi glo.in verb. interpretandã.& ibi doctores.Communiter Barto. in l.nemo.versi.quæro.an testator possit.ff.de leg.j. Alciatus d.l.nemo potest.versi.nec videtur hoc casu,vbi hoc declarat.& vide Bar.in l.creditores.q. ij. C. de pignor.& Roma.consi.cccxij.

Amplio vt procedat ista limitatio,si data sit licentia expressè,sed etiam tacitè, puta si testator constituit legatarium executorem testamenti, tũc à seipso poterit legatũ apprehẽdere,secundũ Io.And.in addit. ad Specul.in titul.de instru.edit. §.nunc aliqua.versic.sed pone.in addit.incip.supple,quæ,&c.Bal. Ansalice.& Mod.in l. non est dubium.C.de legat.

Ampliant quidam si testator vim fieri vetuerit, vel iusserit,vt nemo legatarium vel impediret, vel molestaret.Ange. in l. item si res.§.j.ff. de rei vendicat. Rom. singu.lxxxix. argument.l. penulti.§.j.ff. de acquiren.possessio. Sed hanc limitationem improbant Ripa in l. j.ff. quo lega. Alciat. dicta l. nemo potest.per suas rationes quas ab eis petendas censeo.

Amplio vt procedat ista secunda limitatio, si testator legauerit per hæc verba, capiat, vel accipiat. quia his verbis videtur testator dedisse licentiã propria auctoritate. Ita Bartol. in l. centurio.versicu. exemptum.in verbo,capiat. iuncto versicu. præcedenti, ff.de vulga.& pupilla.Sed vt hoc ibi expressè non dixit Bartolus,ita non videtur verum, nec tutũ, sed potius contra tex. in l.j.§. qui verò ex causa perceptionis.ff. quo.legat.

Amplio si testator ita dixerit, volo talem rem liberè ad hæredem peruenire.Nam per hæc verba videtur potestas concessa capiendi propria auctoritate, idque propter verbum liberè,quod exponitur, id est, sine licentia alicuius. capitul. cùm plures. in verbo liberè,de offic. delega.libro vj. Tu an verum sit, cogita & diligenter expende.Redeamus ad limitationes.

Fallit tertiò regula nostra,vt non procedat in instituto in re certa, quia etsi loco legatariorum habeatur.l.quoties. C. de hæredi institut. in pluribus tamen maximè quoad interdictum quorum legatorum loco hæredis habentur, & hæredes reputantur secundum Barto.in l.ex facto. la grande.ff. de hæredi.institu.quem sequitur Alexand.& Moder.in d.l. quoties.C.de hæred.institu.Geminia.in c.si pater. de testamen.lib.6.

Fallit si periculum esset in mora,nam tũc liceret propria auctoritate occupare legata. Exemplum in legato pro sepultura defuncti,vel pro alimentis alicuius pauperrimi. periculum enim moræ facit licitum quod aliàs erat illicitum.l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in fraud.credi.l. de pupillo. §. si quis riuos.aliàs in §.præterea.ff.de no.ope.nuntia.

Fallit si nõ adsit hæres,à quo legatũ peti possit.Rip. in in d.l.j.ff.quo.legat.quod nota. P.Prat.reg.437.

¶INTERDICTVM Quorum legatorum hæredi competit.l.j.ff. quorum leg.l.vnic.C.eo.titu. §.sequens diuisio.versi.adipiscendæ.insti.de interdict.

Amplio vt procedat in bonoaum possessone.d. versic. adipiscendæ.gl.in d.l.j.§.hoc interdictum.in verb. bonorúmque possessoris.

Amplio,vt habeat locum in hæredis hærede. d.l.j.§. hoc interdictum.quia hæredis hæres testatoris est hæres. vulg.l.si.C.de hæred.insti.quod regulariter verum est.Hanc tamen regulã declara & restringe vt suprà regula ccccix.docuimus.

Amplio vt competat cæteris successoribus. d.§. hoc interdictum.Cæterorum successorum appellatione contineri quidam putant primum, secundum, tertium, & deinceps, vel quòd sint fideicommissarij vniuersales,qui etiam dicuntur hæredes,& successores.l.sicut.§. j.ff.quib. mod.pig.vel hyp.solu.glo.in l.quamuis.ff.de iudi.

Cæterorúmque successorum appellatione continentur substituti,qui & hæredes dicũtur.l.j.ff.de vulg. & ibi not.scribentes.

Successorum cæterorum appellatione eos,qui ab intestato succedunt,contineri putaui. Nam & his inter dictum,quorum bonorum, dari scribit Accursius. d.l.vnica.in verbo,scripto.

Quod diximus hæredi, accipe siue scriptum d.l.vnic. siue legitimum,qui intestato hæres est.

Fallit si hæres consenserit legatario bona sua auctoritate capienti.glos.in d.l.vnic.in verbo, consentiente. per illum tex.à contrario sensu. argumento in iure fortissimo.

Fallit si cautum esset statuto,vt propria auctoritate legatarius bona caperet. argu.d. glos. Nam de pacto ad statutum valet argumentum.tex.l.fin.& ibi hoc Bar.Bal. Salice.& alij. C.de fideiusso.glo.in l.nō solùm.in fine,in verb.etiam hæredis.ff. de ope.no.nũtia.cum similibus.

Fallit si testator iusserit,vt legatarius propria auctoritate legatum capiat.sed vide infrà latius. P.Prateius reg.436.

¶Interdictum recuperandæ vel adipiscendæ possessionis simul cum petitorio secundum communem opinion.intentari potest.l.fundi.ff. de vi, & vi arm.& glos.& docto.in l.incerti. C. de interdict.& in l.si de vi.& lege,ordinarij.C. de rei vẽdicatione. & in lege,cùm fundum. & in l. naturaliter. §. nihil commune,& ibi Bart.de acquir.pos.

Primò,fallit vbi petitum esset iudicium petitorium,& conclusum in eo,& vult intentare possessorium, ad hoc,vt impediat sententiam super petitorio, nam potest,vt est casus in c.pastoralis.de causa possessionis & proprietatis.

Secundò fallit,vbi nollet intentare possessorium,& petitorium,ad hoc,vt trãsfundat onus probandi in aduersarium,putà quia intentaret interdictum recuperandæ possessionis,& vellet postea intentare petitorium ad hoc,vt aduersarius probaret illum non esse dominum. ita dicit Bartol. in l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acquirenda possessione. B. Socin.reg.236.

¶Interdictum retinendæ possessionis cum petitorio *(secundum communem conclusionem) intentari non potest,ne sibi quis contrarius videatur, cùm interdictum tale intentans, in illa perturbari dicatur, & intentans petitorium, & rei vendicationem alium possidere præsupponat,& actus contrarij simul intentari non possunt,vt l.incerti.C.de interdi.& in l.fina.ff.de iudi.& in l.ordinarij.C.de rei vendicatione.

Additio.

* Cùm petitorio.Vide Lanfran.in repet.rub.de causa pos.& propriet.

Primò fallit quia potest simul intentari quãdo agitur sup re incorporali,secus si ageretur super re corporali.casus est in cap.pastoralis.de causa pos.& prop.

Secundò fallit quando potest intentari simul diuersis respectibus,id est ratione diuersarum possessionũ: putà quia intentat petitorium propter possessionem naturalem,quia possidet alius,& ipse habeat ciuilem & postea intentat interdictum retinendæ, quia ille molestat eum in sua ciuili.ita dicit Bartol. in l.naturalem.§.nihil commune.ff. de acquirenda possess. B.Socin.reg.235.

¶Interdicto recuperandæ, an noceat sententia lata in interdicto vti possidetis, tractãt doc. com.c. veniens,de præscript.Abb.in termi.huius reg.c. pe. num.1.extrà,de sent.& re iud. Med.re.8.

¶Interdicto vti possidetis,seu retinendæ agens, se possidere,& in sua possessione turbari dicit, ideò vt contrarius audiendus non est.vt in c.solicitudinẽ de appellationibus.

Primò fallit in corporalibus,in quibus potest possessorium retinendæ, & petitorium ab eadem parte proponi ratione iuris incorporalis,putà ratione seruitutis,pro qua competit interdictum retinendæ, vt no. extrà de causa pos.& proprie.c.ecclesia.& ff. si serui.vendi.l.secunda.§.Aristo.

Secundò fallit in corporalibus quando petitorium & possessorium proponeretur ab eadem parte, respectu diuersarum specierum possessionum, quia tunc vtrunque simul proponi potest, vt extra de causa pos.& prop.ca. pastoralis.de quibus duabus fallen. potest intelligi text. in capi.cùm dilectus.extrà,eodem titu.secundum Imo.& Nic. ibidem, & latiùs per eos. B.Soci.re.234.

¶Interesse. Quando agitur propter malefactum ignoranter,non venit interesse extrinsecum. l. cum plures. §.seruum.ff.locat.

Fallit in multis casibus,quos not.Seba.Sap.in l.1.C.de sent.quæ pro eo,quod interest.num.61.

Non habetur ratio lucri cessantis, quãdo lucrum est extrinsecum.no.in d.l.1.

Fallit in 4.casib.vt per Sebast.Sap.in d.l.1.nume.90.& sequ.& interesse lucri cessantis potest peti etiam de iure Canon.Fallit in 4.vt per Felin.in cap.cum venerabilis.de exceptio. colum.2.num.5.

Non sufficit ab initio interesse, quando ex post facto desinit,l.fi.§.1.ff.ad l.Rhod.de iact.

Fallit in 5.casib.quos no.Iaso.in l.si quis quenquam.§. illud.ff. si quis caut.numer.3.distinguit Bar.in l. qui autem.§.illud.ff. si quis caut.

Obligatio ad interesse dicitur esse diuidua.l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.

Fallit in 2.casibus quos not.Iaso.in d.l. stipulationes. numero 7.

In obligationibus facti nõ tenetur quis præcisè ad factum, sed soluendo interesse liberatur.l. si quis ab alio.ff.de re iudica.l.stipulationes non diuiduntur. ff.de verborum obligation.hanc esse communem opinionem attestatur Franscisc. Turza. conclusio. 39.

Fallit in 10.casibus,vt per Iaso.in d.l.stipulationes. numero 32.fallit in 5.casibus,vt per Vincent. de Hercula.in l.in executione.num.150.ff.de verbo.oblig. Fallit in 6.casib.vt per Socin.Iunio. in d.l. stipulationes.num.395.

Mulieri non debetur interesse dotis non solutæ ab hæredibus viri,communis est opinio in l.diuortio. ff. soluto matrimonio.

Fallit in 5.casib.quos not.Plot.in rep.l.si quando. C. vnde vi.num.462.

Interesse per solum iuramẽtum probatur si aliter probari non potest.l.si quando.C.vnde vi.glo.in c.qualiter.de accu.

Fallit in 2.casibus,vt per Socin.regul.190.fallit in multis casibus,vt per Plot.in d.l.si quando.

Interesse solui potest inuito actore,cum fauore rei introducta sit talis solutio.l.stipulationes non diuidũtur. §.Celsus.ff.de verb.oblig.

Fallit in 5.casib.vt per Socin.reg.193.

Debitor vini post moram tenetur ad æstimationem vini,quanti plurimi valuit à tempore moræ,no.in l.vinum.ff.si cert. petat.

Fallit in 3.casibus,vt per doct.in d.l.vinum.numero 4. & sequ.

Iure antiquo & nouissimo venit lucrum cum damno in interesse, dum tamen aliàs lucrum sit certum, secus vbi fuerit incertum. l. quatenus. ff. de reg. iur.

Fallit in 6. casibus secundum Igne. in d. l. quatenus. numero 18. Don. Fina, lib. 1.

¶INTERESSE. Non quod stipulatoris, vel adiecti, sed quod domini interest.
ff. si quis caut. l. si procurator.
ff. de damno infect. l. inter quos.
ff. ne vis fiat ei. l. suo. Azo rub. 104.

¶INTERESSE. 25. quatenus.

Interesse eius videtur, qui damnum passurus est. ff. lib. 17. titu. 2. l. 73. §. fin.

Actionem non parit id, quod ex mala causa alicuius interest. Ad exhi. l. 1. §. si mecum.

Probatur id quod interest per solum iuramentum si aliter probari non possit. C. vnde vi. l. si quando. gl. opt. in c. qualiter. De accu. Soci. Riisvvich.

¶INTERESSE & consistere. l. 25. Paulus lib. 5. ad Sabinum. quatenus cuius intersit, in facto, non in iure cõsistit.

Hanc l. cum sequ. item 6. & 16. & multis similibus non esse propriè regulas opinatur Massa. QVATENVS. Hoc est quid & quantum. C. de senten. quæ pro e. l. quod in 1. de pac. l. 2. §. pactus. Exem. De ac. em. l. si seruum mihi. CVIVS. Al. cuiusque. FACTO. I. re ipsa non in auctoritate vel censura iuris. Olden. Rem ratam hab. l. si commissa. ne obstet. l. locum, §. condemnatio, ex quibus cau. in possessionem eat. l. pen. de ac. em. Ratio de Præto. sti. l. fin. INTERSIT. Al. interest, imò, & omne ius in facto positum est, C. de sent. pro eo quod in l. 1. de pact. l. 27. §. pactus, ne obstet. l. plugiis. §. in cliao, ad legem Aquiliam. Riisvvich. paratit.

¶INTERESSE habens si comparuit in iudicio, sententia contra ipsum lata nocet ei. lege à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudicata. l. si suscepta. ff. de inofficios. testament. item not. quòd quando quis promisit alicui stare ei damno, & interesse iuramento. Alexander consilio 130. numero primo, volumine primo. qui enim aliquid aliquo inuito agere potest. multo magis eo ignorante. l. qui potest. ff. de regu. iur. Medic. reg. 8.

¶INTERESSE quod habet tertius super re, in qua lata sententia est, potest tertius appellare. capit. cum super. in terminis. vbi Abb. num. 1. & Felin. nume. 3. de sen. & re iud. dúmodo exprimat causa grauaminis. Abb. dict. loco. numer. 4. item sententia lata contra vnum non præiudicat alteri interesse habenti. l. 2. C. de fide instr. l. cum duobus. C. inof. testamen. l. circa. ff. eod. Alexan. l. sæpe. num. 27. dicit hanc opi. com. esse. Med. re. 8.

¶INTERESSE lucri cessantis, potest peti etiam iure canonico: tenet Abb. in cap. cùm venerabilis. de excep. & idem in consil. lxv. & alij plures docto. relati per Felin. in d. c. cum venerabilis.

Limita & intellige dictam conclusionem quadrupliciter, vt per Felin. vbi suprà. B. Dias re. 350.

¶INTERESSE non sufficit in principio, si desinit ex post facto, vt probat text. in l. final. §. j. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

Fallit quando desinit interesse de præsenti, tamen non cessat damnum de præterito, vt est textus in l. si eũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. S. Ian. re. 138.

¶INTERESSE per solum iuramentum * probatur, si aliter probari non potest, vt in l. si quando. C. vnde vi. & glos. optima in capi. qualiter. de accus. quæ dicit, quòd quando prælatus aliter rationem reddere non potest, suo iuramento statur, vt not. gloss. in l. j. ff. quod vi aut clam. & not. in cap. j. quòd metus causa. B. Socin. reg. 237.

ADDITIO.

* Per iuramentum. Vide ad materiam Fel. in capitul. veniens. el ij. post medium in versicu. quinta conclusio. de test. B. Vad.

Primò fallit, quando ageretur contra aliquem, qui teneretur de dolo alicuius alterius, & non contra illũ qui commisit dolum, vt in hospite, quoniam tunc debebit probari per veras probationes. ita no. dicitur in l. j. ff. furti aduer. naut. & in l. si quãdo. C. vnde vi. l. j. in §. si ista. ff. depositi. dicit tamen Bar. in locis præallegatis, quòd licet hospes teneatur probare per veras probationes, tamen quando difficile esset fit probatio per coniecturas verisimiles, scilicet quas vestes solebat portare Venetiis, & considerata conditione sua, vna cum iuramento fiet probatio.

Secundò fallit vbicunque fuisset commissus dolus, quoniam tunc non probatur per iuramentum, sed solùm quando non fuisset cõmissus dolus. l. si quando. C. vnde vi. item quando dolus constat in faciendo: secus autem quando dolus resultat in non faciendo, vel committẽdo, quoniam tunc testes probant, vt est casus in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. quem ad hoc reputat Ludo. de Roman. in quodam suo sing. in nu. 401. incipien. interesse, &c. pro quo etiam facit text. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & tex. in cap. in primis. ij. quæstio. j. & pro hoc etiam facit tex. in l. pen. C. de don. qui dicit quod in donationibus, quas magistri militum conferunt in militia, & in illis quæ donantur in reparationem domus combustæ, quod in casibus prædictis si sit pecunia expensa, probatur iuramento. pro quo facit etiam quod not. tenet Bald. in l. final. C. de eden. vbi de notario quod tenetur ad interesse. B. Soci. re. 237.

¶INTERESSE soluendo obligatus ad factum liberatur actore inuito. Hanc regulam constituit Bald. in l. vnic. versicu. modò quæritur. Cod. de senten. quæ pro eo quod interest profer. & hoc probatur in l. stipulationes non diuiduntur. versicu. Celsus tamen. ff. de verbo, oblig. Bart. in viij. q. opi. ij. in d. l. stipulationes non diuiduntur. pro quo dicit esse textum l. si quis ab alio. in fin. ff. de re iudic. & ibi glos. quæ dicit omnes ita tenere. l. si fundum. & hãc esse opinionem Dini scribit Barto. in d. l. stipulationes non diuiduntur, quam & probare videtur idem Albericus exponens pecuniam pro interesse, quod in pecunia consistit post Dinum, & hanc esse regulam refert Alexand. Imo. dict. l. stipulationes non diuiduntur. versiculo, sed quæro de vno: pone. Huius regulæ rationem subiunge ex Alciato in d. l. stipulationes nõ diuiduntur. versicu. Celsus tamen. Obligationes enim in id inductas esse ait, vt vnusquisque quod sua interest, seu pecuniam consequatur, nemóque præcisè cogatur, citátque l. ij. de exact. tribut. lib. x. Co. §. fin. Institu. de actio. Hanc regulam non sine distinctione admisit Bartolus: vide apud eundem in d. l. stipulationes non diuiduntur. in viij. quæstio. versiculo, quid ergo dicemus. Et hanc regulam confirmat Zasius lib. ij. Respons. singula. cap. xx. Quæ sanè vera est. & hoc Tuberonem rectè existimasse refert Cels. apud Vlpian. d. l. stipulationes non diuidũtur.

Declaro vt procedat in meris faciendi obligationibus, vt fossam fieri, insulam fabricari, d. l. stipulationes non diuiduntur.

Amplia

Ampliat Zasius d. lib. ij. capitu. xx. Respons. singula. vt procedat in obligationibus, rem restitui, pro qua ampliatione hanc rationem adsignat. Nam(ait) restitui rem est ipsam reponere in priorem statum. l. ij. §. restituisse. ff. ne quid in loco publico, qui textus in fin. probat nostram regulam. Pro qua ampliatio tione facit textus in l. in re furtiua. ff. de condictio. furt.

Amplio in obligatione, rem tradi, pro qua extensione est textus qui hoc probat in d. l. stipulationes. versiculo, idem puto, & si quis. Ideóque rem tradi, factum purum & simplex esse rectè censuit idem Zasius, in cuius(inquit) natura nullius iuris effectus includitur.

Fallit si iuramentum interuenerit, quia tunc præcisè cogetur ad factum. vt probatur in capit. fin. ext. ne prælat. vices suas. & ibi hoc sequitur Anto. Butrius, & idem tenet glos. in l. si pecuniam. in verb. necesse habeas, relata ad tex. quam ad hoc ponderat Baldus. in l. sed & hæ. §. præter satisdationem. ff. de procura. Pro quo citat l. si quis maior. C. de transact. Idem tenet idem Baldus in l. vnic. versicu. iiij. fallit C. de senten. quæ pro eo, quod interest, profer. & ratio huius limitationis est, quia in iuramento inest clausula quo iurans obligatur omni meliori modo quo potest. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. capit. ad nostram. lo primo. ff. de iureiurand. in antiqui. Est & alia conuenientior ratio, quia iuramentum debet seruari in forma specifica. c. ad nostram. extrà, eodem titu. Quod intellige si non vi, aut dolo præstitum fuerit, nec vergat in detrimentum salutis æternæ. c. cùm contingat. extrà, eo. Nec obstat l. fin. C. de non nume. pecu. vbi iuramentum intelligitur, secundum naturam præambulæ obligationis. Sed respondet Alexand. Imo. in d. l. stipulationes. quod ibi ideo est, quia non est verisimile, quòd quis vellet se obligare, si pecunias non acceperit, etiam accipere speret. Quæ ratio cessat quando quis promittit aliquid facere cum iuramento, quia videtur ad hoc cogi posse, vt seruet iuramentum. c. cùm. C. Laicus. de for. comp. lib. vj.

Limitatur regula quando quis tenetur ad opus pium faciendum. Bald. in d. l. vnic. versic. quintò fallit. per l. fideicommissæ. §. fi. ff. de lega. iij. Considerauit Baldus quòd ius publicum & diuinum æquiparantur. l. fin. C. de sacrosanct. eccle. Idem igitur ius vbique seruãdum tradit Alex. Imo. d. l. stipulationes. quem pro hac limitatione vide.

Fallit item secundum Baldum in l. cum precibus. C. de rer. permut. quando interest ea præcisè fieri, putà filium manumitti.

Fallit vbi factum aliquod potest extra iudicium faciliter expediri: quia poterit præcisè cogi, secundum Ange. in d. l. stipulationes non diuiduntur. Sed hoc tenere, tutum non esse iudicat. Alex. ibidem.

Fallit vbi quis tenetur ad tradendum, restituendum, vel aliquid faciendum virtute sententiæ. Bald. ait in l. qui restituere. ff. de rei vendi. per illum tex.

Fallit quando habet facultatem rei restituendæ.

Fallit propter prætoris mortui contemptam auctoritatem. Bar. d. l. stipulationes. quæstio. viij.

Fallit propter rigorem iudiciorum conseruandum. l. non agendum. §. Sabinus. ff. de procur. Bald. in d. §. præter. per illum tex.

Fallit propter publicam vtilitatem, vtputà, quia quis promisit scribere librum, vel typis mandare. Bald. in c. l. vnic. glos. in d. l. stipulation. §. siue autem. & ibi not. ff. de ope. no. nuntia. quòd nota pro bibliopolis contra architygraphos, vbi dicit glos. quòd poni possunt in compedibus, quam & Bald. vbi suprà probat qui illud intelligit de libris legalibus vel medicinæ.

Fallit in administratione tutelæ. l. j. in princ. ff. de administra. nisi fuerit excusa.

Fallit in præstanda cautione. l. in bonæ. ff. de iudic.

Fallit in actionis cessione. l. possessio. in fin. ff. de acqu. possess.

Fallit in refectione, quam quis tenetur facere. l. cùm conductorem. C. loca. Bartol. in dict. l. stipulationes. quæstio. viij. contrarium tenet glos. in d. l. cum conductorem. & miror quòd Bartol. neque Bald. hanc legem glossauerint. Reliquos casus vide apud Bartolum.

Fallit si factum debeatur ex præcepto legis. Bal. l. nec patronis. ff. de ope. lib. P. Prat. re. 438.

¶Interesse peti non potest vbi quantitas non est probata. Cagnol. leg. quatenus. numero 20. ff. de regu. iur. Medic. reg. 6.

¶Interitus periculum ad debitorem post moram pertinet. textus & ibi glos. Bar. & alij. ff. si cert. pet. l. quod te. Ripa d. l. si insulam. vers. septimò quæritur. ff. de verb. oblig. l. si ex legati causa. à contrario sensu. ff. de verbo. obligat.

Amplio regulam vt procedat etiam quando debitor esset in mora irregulari.

Amplio etiam, quando res esset peritura penes eum, qui recepit, putà debitorem. l. si filiofa. §. si post. ff. sol. matr.

Amplio tametsi tempus duret, quo mora purgari, diluíque possit. l. seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. vbi Barto. Alex. Alberic. & Alciat.

Extende etiam si facto iusto creditoris, neque ad id ordinato res periret. Bart. in l. si insulam. ff. de verb. obligat. quem refert Alciat. in d. l. quod te.

Fallit quando post moram debitoris sequeretur mora creditoris. l. illud. ff. de pericul. & commod. rei vẽd. & vide infrà in regulis mora.

Fallit quando res periisset facto debitoris iusto. Bart. in d. quod te. per tex. in l. qui seruum. ff. de verbor. obligation. l. quid ergo. §. si hæres hominem. ff. de legat. j.

Limitatur si facto creditoris res interiisset. l. legis Aquiliæ. ff. ad leg. Aquiliam. Alciatus in l. quod te. ff. de reb. credit.

Fallit quando in eius inuidiam res periisset. Alciatus in d. l. quod te. ff. si cer. pet. post Bartolum, quem citat & eius sententiam probat.

Fallit si ignorante debitore non moroso res periisset. d. l. quod te. à contrario sensu.

Fallit si debitor non haberet facultatem rei restituendæ. Bartol. in d. l. quod te. in eo fragmento quod anno belli ciuilis 1562. Bartoli commentariis ad d. l. quod te. excudẽdam curauimus. quod etsi verè fuisset, nondum tamen typis concreditum fuerat. quibus etiam additiones Claudij de Seysello adposuimus.

Limitatur quando debitor offert æstimationem rei interemptæ post moram, intra tamen tempus purgandi moram. argumen. l. cùm res. §. sed si Stichus. ff. de legat. j. & hanc dicit esse communem Ripa in l. si insulam. post Iasonem. & ea fuit sententia Accursij in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obligat. Et notat has limitationes, quia alibi cumulata non reperies. P. Prat. reg. 439.

¶INTERLOCVTORIA appellatione sententiæ propriè non venit, probatur in rubr. C. de sentent. & interlocutoria.

Fallit in 3. casib. vt per Rip. in rub. de iud. col. 2.

Sententia lata super exceptionibus est interlocutoria Fallit in 2. casib. vt per Fel. in rubr. de re iud. num. 8.

Sententia interlocutoria à iudice reuocari potest, l. quod iussit. ff. de re iud. c. cum cessante. de appellat. fallit in 12. casib. vt per Alex. in d. l. quod iussit. Ampliatur in 12. casib. & limitatur in 13. à Ripa. in d. l. quod iussit. fallit in 22. casib. vt per Pro. in d. c. cum cessante. & vide Philip. ibi, qui ponit 14. limitationes. Ampliatur in 11. casib. & limitatur in 22. à Lancillot. in tract. de of. præto. in tit. de sent.

Fallit in 12. casib. secund. Feli. in cap. qualiter. & quando, de accu. vbi omnes limitationes sublimitat. numer. 8. fallit in 3. casib. quos ponit Bened. Capra in suo tractat. regu. 26. sed interlocutoria, per quam finitur iurisdictio, reuocari non potest.

Fallit in 5. casib. secundum Fel. in c. significantibus, de of. deleg. nu. 1. & in c. qualiter. el 1. de accu. vbi limitat in 4. casib. col. 5.

Interlocutoria quoad partes transit in rem iudicatam, quoad iudicem tamen non: hanc esse communem opinionem attestatur Iason in l. quod iussit. nu. 46. ff. de re iud.

Ampliatur & limitatur in 2. casib. per Baptist. à Villa. concl. 17. in litera S.

Interlocutoria debet in scriptis proferri. no. docto. in l. nec quicquam. ff. de of. pro.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. l. nu. 56.

Interlocutoria à qua fuit bis appellatũ, & semper fuit confirmata, non potest amplius per iudicem reuocari. gl. in Clem. fin. de appel. quam sequitur Abbas in cap. cum cessante. de appellat.

Fallit in 2. casib. vt per Fel. in cap. qualiter. el 1. col. 6. de appellat.

Sententia lata super expensis dicitur interlocutoria, gl. in l. quod iussit. ff. de re iud.

Fallit in 2. casib. vt per Alex. in d. l. D. Fina, lib. 3.

¶INTERLOCVTORIA cum de modico præiudicio agitur, nõ requirit citationem. Bar. & Imol. & com. oẽs Doc. l. si opus. ff. de nou. ope. nunc. Bart. l. quod iussit. ff. de re iud. Ange. l. recusare. ff. ad Trebel. & l. de vno. ff. de re iud. Rom. l. 1. ff. de arbit. idẽ cõs. 72. Ang. l. j. C. quib. nõ obicit præscr. Imol. c. auditis. de pcur. Ias. l. si opus. num. 5. ff. de ope. nou. nunc. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 4. ff. de offi. proc. l. quod iussit. col. 4. de re iud. Nicon. cap. quoniam cõtrà. nume. 6. de probat. Hippol. l. de vno. nu. 4. ff. de re iud. Crau. consi. 182. num. 15. Abb. consi. 3. volu. 2. Corn. consi. 71. li. 1. & est comm. opin. Med. re. 5.

Interlocutoria geminata reuocari non potest. gloss. clem. fi. de ap. Doc. l. quod iussit. ff. de re iud. ca. cum cessante. vbi doct. de appel. l. cum procurator. §. 1. ff. de nou. ope. nunc. Fel. c. si cautio. de fide instru. c. cũ à repulsione. de appellat. Alexand. in addit. ad Bart. d. l. cum scimus. num. 7. C. de Agric. & censi. lib. xj. Euer. in loco à vi. Gemin. nu. 10. per dict. l. Balista. Med. reg. 2.

¶INTERLOCVTORIA habens vim definitiuæ reuocari non potest, quoniam de illa, prout de definitiua iudicatur. not. Bartol. in l. quod iussit. ff. de re iudic. Refert eum Marian. in capitu. qualiter. el. j. de accusa. tenet Ab. in capitu. cum cessante. ij. de appel. & c. peruenit. el ij. eod. tit. & voluit glos. in c. fin. in verbo, inanes. de electione. in vj. quam commendauit Felin. in c. causam matrimonij. de offic. deleg. in princ.

Limita duobus modis, vt per Felin. in dicto capitulo, qualiter. de accusa. per quem vide quæ sit interlocutoria habens vim definitiuæ, de quo etiam per Baldum in l. penul. C. si aduersus rem iudic. & per Barba. in addit. ad Baldum in l. minoribus. C. de his quibus vt indign. in additio. incipien. debet intelligi, in litera B. & in additio. sequent. Et vide quod notaui in meis doctrinis magistralibus, in doctrina incipien. interlocutoria. & vide Philip. in dicto capitul. cum cessante. de appel. melius per eundem vbi describit vltra xxvj. sententias interlocutorias, quarum aliquæ habent vim definitiuæ. B. Dias regul. 353.

¶INTERLOCVTORIA per quam iurisdictio iudicis est finita, vt si pronunciat se iudicem incompetentem, vel non esse procedendum ad vlteriora, vel si absoluat conuentum ab obseruatione iudicij, non potest reuocari per eum, text. not. in capitulo, significantibus. de officio delega. bonus tex. in cap. iudex ab apostolica. §. j. in fin. eod. titu. in 6. notant Abb. Imol. Rom. Maria. Bald. & Anto. in locis relatis per Felin. in cap. qualiter. el ij. versic. fallit secundò, de accus.

Limita quatuor modis, vt per Felin. ibi, quas limitationes transcripsit Ripa, & si aliquid addens in l. quod iussit. de re iudicata. ff. quas in summa transcribere libet.

Primò fallit in iudice ordinario, pro quo allegant Felin. & Rip. Bald. Paul. & Ias. hoc tenentes. & postea referunt alios doctores contrarium firmantes.

Secundò fallit vbi à tali interlocutoria esset appellatum, quia tunc poterit reuocari, secundum Felin. & Ripam, vbi suprà, quam tamen limitationem dicit idem Ripa sibi non videri tutam, ex ratione de qua per eum, ex quo relinquit cogitandum.

Tertiò fallit, quando iudex declarauit se incompetentem super aliquo dependenti à principali negotio, seu incidenti tantum.

Quartò fallit, quando iudex qui pronuntiauit se non iudicem, non est datus principaliter, sed accessoriè vt executor, quia potest talem sententiam reuocare. Ita not. singulariter Dominic. post Paul. in c. si super. de offic. deleg. in vj. quos refert Felin. qui dicit hanc limitationem notandam, quia multa ex ea elici possunt, quam simpliciter sequitur Ripa, referendo Fel. B. Dias re. 354.

¶INTERLOCVTORIA à qua fuit bis appellatum, & semper fuit confirmata: non potest amplius per iudicem reuocari. Glos. est singul. in clemen. final. de appel. in verbo, super eam. quam sequitur & commendat Abb. in cap. cum cessante. de appell. commendat etiam Feli. vbi plura pro ea refert in c. qualiter. el j. de accusat.

Limita dupliciter, vt per Felin. ibi. B. Dias reg. 351.

¶INTERLOCVTORIA quælibet potest reuocari per iudicem, siue concernat processum, siue emergentem, siue incidentem quæstionem. l. quod iussit. ff. de re iudic. & in c. cum cessante de appella. & in l. diem proferre. in princ. ff. de arbit. facit c. fin. de appel. in vj. notat Innocen. c. quo ad consultationem. de re iudica.

Limita xij. modis, vt per Felin. in cap. qualiter. el j. de accusa. vbi aliquibus ex limitationibus, alias sublimitatio-

limitationes interserit. Vide Alexand. qui ante ipsum illas xij. limitationes scripsit, in d.l. quod iussit. in v. colum. cum tribus sequen. ff. de re iud. vbi Rip. ampliat istam regulam vndecim modis, & limitat aliis tredecim. & vide Præpo. in d.c. cum cessante. de appel. vbi eā restringit xxij. modis. vbi vide Philip. qui eā xiiij. modis restringit. B. Dias re. 352.

¶INTERLOCVTORIA, quoties quis ab interlocutoria interpellat citatio non requiritur. Iason post Bart. l. qui Romæ. §. Seia. numero 20. ff. de verb. obl. c. cum quis, de dolo, & contumacia. 6. clemen. fina. eod. titulo. Niconitius c. quoniam. numero 96. de prob. Maranta in tract. de ord. iud. part. 6. versic. 2. numero 135. item nota quòd interlocutoria modici præiudicij citatio non requiritur. Marsi. l. de vno. num. 5. ff. de re iud. Crau. consi. 182. nume. 15. dixi super. reg. 5. ampl. 28. Med. re. 8.

¶INTERPRETATIO extraiudicialis constituit debitorem in mora, vt not. glos. in l. qui Romæ. §. cohæredes, in verbo, testato. ff. de verbo. oblig. & in l. fideiussor obligari. §. fin. ff. de fideiussor. in verbo, reus. & in l. amplius non peti. ff. rem ratam hab. per quas ita tenet Bart. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obli. idem in l. qui vxori. in prin. ff. de adulte. alia glo. est in l. vinum. ff. si cert. pet. ff. in gl. mag. in princ. tex. pro eis. in l. denuntiasse. in prin. ff. de adulte. quem ad hoc dicit menti tenendum Bartol. in d. l. qui vxori. in princ. cum qua legit simul eandem legem denunciasse. & hoc tenet Segura, vbi plures gl. alleg. in repet. l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig.

Amplia etiam si talis interpellatio fieret per verba enuntiatiua, vt si creditor debitori dicat, egeo pecunia quam mihi debes, vel similibus verbis vtatur. not. Bartol. in l. & hoc modo. ff. de legat. j. Angel. & Flor. in l. mora. ff. de vsur. qui adducunt textum in l. Paulus. §. j. ff. de bon. liber. & notant alij, quos refert Ias. in d. l. vinum. ff. si certum peta. in d. l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig. & ista est magis communis sententia secundum eum, licet alij quos ipse enumerat, ab ea dissentiant, & tenet etiam Segura.

Amplia secundò, quòd etiam sola notificatio debiti extraiudicialis constituit in mora. ita Bal. in dicta l. vinum. quod ibi sequitur Ias. dicens hoc raro reperiri alibi, & not. etiam Segura.

Amplia tertiò, vt sufficiat etiam vna interpellatio. Ad hoc textus est iuncta glossa in l. mora. ff. de vsur. & not. Bart. in l. Titia. §. vsuris. per illum tex. ff. de leg. ij. notat Didacus de Segura alleg. l. si ex legati. vbi describit tres casus, vbi hoc fallit, & sic non sufficit vnica interpellatio.

Limita istam regulam quadrupliciter, vt per eundem Iaso. in d. l. vinum. & in d. l. si ex legati. quarum limitationum duæ vltimæ differunt à tribus descriptis per Socin. huic regulæ in suis fallentiis, in regula cxcj. incip. interpellatio. & duæ primæ quæ cum aliis concordant. à Iaso. melius examinantur, quàm sint ab ipso Soc. descriptæ, qui huic regulæ nullam ampliationem assignauit, & suprà scriptas quatuor limitationes scripsit etiam idem Didacus de Segura, in allegata l. ex legati. B. Dias reg. 355.

¶INTERPELLATIO extraiudicialis regulariter debitorem in mora constituit. vt in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. & in l. si pœnam. ff. quando dies leg. ce. & not. glo. in l. vinum. ff. si certum petatur. in glos. magna.

Amplia istam regulam procedere, etiamsi interpellatio fieret per verba enuntiatiua, vt si diceret, egeo illa pecunia, vel scio quod est discretatus vel similia. ita not. Bart. in l. & hoc modo. de leg. j. & idem Bar. in l. si quis mihi boca. §. sed quid si mandauit. & ibi doct. de acquir. hæreditate.

Amplia secundò dictam regulam, vt non solùm interpellatio extraiud. sed etiam sola notificatio debiti extraiud. constituat debitorem in mora. ita Bald. in l. vinum. in fine. ff. si certum petatur.

Primò fallit nisi alia via præcessisset, quia tunc interpellatio non constituit debitorem in mora, sed etiā purgat moram præcedentem. l. Aemilius. vers. dicebam. iuncta glos. ff. de minoribus.

Secundò fallit quando debitor tempore interpellationis sibi factæ non poterat soluere. ita voluit glos. in l. vinum. ff. si certum petatur, & ibi Angel. & Salicet. & Alexander.

Tertiò fallit nisi quando peteretur illud, quod solùm erat debitum per officium iudicis, quia tunc per talem interpellationem extraiudicialem non constitueretur debitor in mora. imò requiritur quod fiat interpellatio iudicialiter. text. est quem reputat singul. Bartol. in l. cum postulasset. in princip. ff. de damno infec. in l. si ex legati causa. in fin. ff. de verb. oblig.

Quartò limitatur dicta regula, nisi creditor prius fuisset in mora recipiendi, nam si ipse postea velit in mora constituere debitorē: non posset per interpellationem extraindicialem, sed requireretur litis contestatio. ita dicitur in l. sed etsi alia. ff. de compen. per illum textum in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. quem ipse ad hoc intelligit, & dicit esse singu. & videtur suum nouum dictum. Sed in contrarium allegatur tex. in l. Celsus. §. final. cum l. sequent. ff. de arbit. & ad d. l. sed & si alia. responderi potest, quod ibi ante lit. contestat. fuerat facta per actorem interpellatio, vnde nihil mirum si expectatur lite contesta. vel potest dici, quod ille textus debet intelligi, prout intelligit Bartolus ibi, & pleniùs in l. interdum. §. fin. ff. de verborum obligatio. Bald in l. acceptam. in xxx. quæstio. C. de vsur. & in hac etiam limitatione aliquid tangit Baldus in dicta lege, si ex legati causa. ff. de verborum obligatio. & tandem se remittit ad dicta in l. si alia. ff. de constitut. pecunia.

Quintò limitatur, vbicunque fuisset in dolo creditor, vt quia constabat debitorem pecuniam habere, & noluit creditor recipere, & postea cum sciuit eum non habere petit: nam tunc debitor non constituitur in mora, etiam per interpellationem iudicialem, & sic vltima mora non nocebit ipsi debitori. vt est glos. not. in l. si per emptorem. ff. de action. empti. & ideò tenebitur expectare creditor per aliquod tempus arbitrio iudicis statuendum, donec debitor possit congregare pecuniam, quam expendit. ita not. Spec. in tit. de arbitris. §. fin. versi. sed pone igitur, &c. B. Soc. reg. 238.

¶INTERPELLATIO ad hoc vt constituat debitorem in mora, debet fieri congruo tempore. text. est in l. cùm filius. §. final. ff. de verborum obligatio. Et dicas idem si congruo loco non fiat. vt in l. si soluturus. ff. de solut. & notat glo. in l. mora. in princip. ff. de vsuris. cum de tempore ad locum argumentum teneat, vt sunt iura. in l. si. ff. de tritic. in l. vinum. ff. si certum petatur. in c. j. de plus petitio.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. §. fi. B. dias re. 356.

Per interpellationem extraiudicialem debitor constituitur in mora, l. qui Romæ, §. cohæredes, §. de verborum obligat. si pœnam, ff. si quando dies legat.cedat.

Fallit in 3.casibus,vt per Socin.in regu.191.falli in 4.casib. vt per Iaso.in l.vinum, ff.si cert.pet. fallit vt per Dias regu.354.fallit in multis casibus,vt per Dec.in d.l.vinum,num. 19.

Interpellatio ad hoc vt constituat debitorem in mora,debet fieri congruo tempore,l.cum filiis,§.fin.ff. de verb.oblig.& congruo loco, l. si soluturus, ff. de solut.glo.in l.mora,ff.de vsur.

Fallit in 2.casib. secundum Iaso.in d.l.cum filiis,§.fin. colum.1.

Dies interpellat pro homine,l.traiectitiæ, §. de illo,ff. de actio.& obligatio.l.magnam, C.de contrahen.& commit.stipulat.

Fallit in 4.casib.secundum Soci.reg.90.Ampliatur in 7.casib.& limitatur in 20.ab Anto.Gabri.lib.3.de solut.cõcluf.9.fallit in 2.casib. vt per Dec.in l.vinum. ff.si certum pet.num.10. Don.Fina,lib.3.

Regulare est, quòd vnica tantùm interpellatio sufficit ad constituendum quem in mora,& se excusandum ab aliquo, vt in l. Titia Seia. §. Seia.& ibi Bart.ff.de le.2.& in l.mora.& ibi etiam per Bald. ff. de vsur.fallit tamen secundum Alexand. consi.xviij. volum.1.incip.viso processu in causa appellationis, vbi appellãs summa ope: in prosequutione eiusdem debet inniti,vt dicit tex.in l.fin.§. illud,C.de temp. appell. & propterea per vnicam interpellationem non diceretur appellans summa ope inniti, sed debet interpellatio & requisitio fieri cum ea instantia,& diligentia, cum qua debent apostoli peti. sic inquit ipse Alexander etiam ex mente Angel. consil.cxxvj.in ordine suo incipien.quidam Matthæus. F.Turza.

¶INTERPRETARI debet relatio secundum id, quod fuerit relatum,ita in terminis Paris. consi.100. num.21.volum.1.l.asse toto.ff.de hæred.inst.auth. si quis in aliquo.C.de edẽdo.l.1.§.1.ff. si fam.furt.fec. dicatur.Bald.consi.99.volumine 1.Socin.consi.788. libro 2.Gratus consilio 105.num.3.lib.2.Paris.cons. 47.nume.15.consi.79.num.22.vol.2.Augu.Ber.consi. 20.num.9.vol.3. Med.reg.10.

¶INTERPRETANDI facultate alicui indefinitè concessa intelligi debet vniuersaliter, videlicet toties,quoties fuerit opus.l.quod per manus. ff.de iure codic.vbi doct.& in l.3.ff.de adim.legat.dixi ego in tract.de leg.& stat.p.3.q.18. vbi de potestate interpretandi latè. Med.reg.2.

¶INTERPRETATIO. L. 97. Mætianus libro duodecimo fideicommissorum.

In ambiguis orationibus maximè sententia spectanda est eius,qui eas protulisset.

Interpretatio ab auctore.Iunge l.152.l.115.in ob.de verborum significat.cap.intelligentia,sup.eod.titu.l.in cõuentionibus.C.de lib.præst.l.3.in fin.de fun.in le. l.18.§.Optimum esse Pedius ait,non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit, deinde in qua præsumptione sint, qui in quacunque regione commorantur,de leg.3.l.67.§.Titius.Exemplum regulæ,C. de legib.l.fi.de verborum signific.l.219.in conuentionibus,de leg.3.l.67. §.Titius,de sen. ex cap.inter alia,de iud.cap.cùm venissent, de exc.c. cùm ecclesiasticæ,de l.3.l.non aliter.69.de præt.sti l.in prætoriis,9.de pac. l. veteribus. Huc pertinet l.triticum, 94.de verborũ oblig.Exc.l.1.§.sed sciente,de exerci.d.l.non aliter. Riisvvich.paratit.

¶INTERPRETATIO. L.153.Marcellus libro vigesimonono Digestorum.

Ea quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur.§.in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quàm tutius.

Coniunge l.3.de seruit.de verborum obligation.l. 2. §. ex his.SINGVLIS.Et hęredibus singulis de seruitu. l.viæ, §. 1.de leg.3.l.11.§.pe. Secus in existimatione operarum,de operis lib.l.si quando.Hinc manat reg.In indiuiduis quis cõsequitur ex persona alterius,quod ex propria persona nõ cõpeteret,quemadmod.ser.amit.l.si cõmunem, Feli.in c.1.de rescrip. §.In re dubia.Interpretatio à benignitate.Iũge l.57. semper in du.129.capiẽda occasio,inf.l.factum,inf. l.in pœnalibus,l.semper in omnibus,sup.l. in obscuris, l.in ambiguis pro dot. 66. l. quoties.idem 21. l. quoties du.200.l.quoties nihil,de his qui in test.de l.proximè,de rebus dub.l.si fuerit,§.fi. Exẽ.de bon. quæ lib.l. 5. Seneca de beneficiis: Tolerabilior est qui lenitate peccat,quàm qui crudelis est.Riisvvich. paratit.

¶INTERPRETATIO.Bonifac.Reg.xlix.

In pœnis,benignior est interpretatio facienda.

L.si præsides.& l.penult.ff.de pœn. Viuiennus.

¶INTERPRETATIO.L.a82.b Idem lib.3.Responsorum.

ADDIT. a al.l.81. b al.Papinianus.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inserũtur ius commune non clædunt.

c Græci habent,tollunt.

Coniunge l.qui mutuam,66.mandati,l.95.non solent, C,de interd.ma.l.cùm proponas,de verbo.ob.l.quæ extrinsecus.Ratio,cap.37.vtile 52.non præstat,in 6. Sim.C.de testa.testamentum,de fun.inst. l.12.§. pe. de vsu.leg.l.legata, de sup. leg.l. legata.sup.de au.& ar.l. pediculis,§.Labeo, vnde dici solet, Abundantẽ cautelam non nocere.Exc.Nisi esset insolita,vel vitiosa, soluto matrim.l.si cùm dotem, arg.contrà de pac.do.l.inter,§.cùm inter.Riisvvich.parat.

¶INTERPRETATIO.L.a57.b Gaius libr.3.de legatis ad edictum vrbicum.

ADDITIO. a al.l.56. b al.Caius lib. 2.de testa.

Semper in dubiis benigniora præferenda sunt.

Interpretatio à benignitate. DVBIIS.scilicet,post mẽtẽ & verba,cap.nullus ex consi.62.lib. 6.arg.de reb. dub.l.cùm in testamento.Iunge.l.9.semper in ob.l. 35.in fin.quoties,l.nihil,129.l.capienda est occasio. 153.§.fina.l.21.quoties dubia,l.197.in pœnalibus,de legib.l.nulla benignius de manu.l. antepenult.pro soc.l.meritò 51.de reb.dub.l.si ita scriptũ fuerit, de act.l.Arrianus,de pœn.l.penultim.de proc.l.si chirograph.de his quæ in test.l.penultim.de re iud.l.inter pares,in fin.de do.inter vi.l. Quintus de his qui sũt sui,l.filium,vbi,l.nõ tamẽ,de leg.3.l.si fuerit,l.Titia,§.Lucius,C.man.l.8.§.dolo,de col.bon.l.8.C.de fid.lib.l.cùm inter.Exẽ.C. de bon.quæ lib.l.5. Hinc pẽdet l.91.in omnibus quidem inf.Excipe de rebus dub.l.quoties in act.13.C.de don.l.si quis argẽtum, versi.similíque,de leg.1.l.legato generaliter.cum gl. Vide Lor.axiom. 101. & cap.disciplina.45.distinct. conciliat l.iustitia, de iust.& iu. Riisvvich.parat.

¶INTERPRETATIO.L.156. Modestinus libro septimo differentiarum.

Expressa nocent,non expressa non nocent.

Interpretatio benigna in tacito & expresso. intelligit Oldendorp. Reg. de iis quæ contra iuris ordinationem & formam exprimuntur. iuxta l. neque pignus. §. fi. sup. de aliis autem quæ legis auctoritate insunt atque supplentur, accipit contrarium regula. Expressa prosunt, non expressa nõ prosunt. De exc. re. iu. l. 11. l. si mater, §. denique, §. si quis autem. Authen. de hæ. & fal. §. si verò, de ac. & oblig. l. obligationum ferè, §. fin. de noua. l. 2. Instit. quibus mo. toll. ob. §. præterea nouatione, C. eodem titu. l. fin. Huic verò coniunge inf. l. 78. actus, de pact. l. 28. §. illud, l. veteribus, de contrahen. empt. l. Labeo, de verborum obligatio. l. eum qui cum, §. cum purè, l. scire. Instit. de inuti. sti. §. præterea, C. de vsufr. l. aduersus, in fin. de æd. ed. l. quòd si non. §. penultim. de euict. l. penultim. de prob. l. 3. in fin. de leg. 3. l. si ita. §. illi, 68. de le. 3. l. 11. si fideicommis. de except. l. quod in diem pro empt. l. 2. §. 1. de sti. ser. l. si ex re, §. illud, de hæredibus institu. l. si quis Sempronium, l. illa, inf. l. in contrahenda, 172. Et est hæc reg. exceptio à leg. 3. de leg. 1. Ratio ecclesiastici capitu. 20. Qui multis verbis vtitur, lædit animam suam. In multiloquio non deerit peccatum, Isidorus Soliloquiorum capitu. 31. & capitu. secund. Qui ociosa verba non reprimit, ad noxia citò transit. Seneca epist. 16. Nihil æquè proderit, quàm quiescere, & minimum cum aliis loqui, & plurimum secum. Exem. de cond. & de l. 50. leg. 1. l. 64. §. illi si volet. Excipe C. de duobus reis. Authẽ. hoc. pro soc. l. coiri, de iniur. l. item apud, §. hoc, C. quæ res dig. l. spem, si certum pet. l. 4. de pact. l. impe rator, l. fin. C. de noua. l. 2. de inoff. test. l. 8. sed nec impuberes, de testa. in 6. cap. si pater. de cond. & de. l. 45. §. fin. quando di. leg ce. l. 22. quædam, sup. eodẽ titu. l. obligationum ferè. de ac. & ob. quæ conciliãtur per l. 45. §. priuator, inf. Cõtrà Authen. de æqua. do. §. quo, C. de impub. l. precibus. Riisvvich. parat.

¶INTERPRETATIO. Bonifac. Reg. xvij.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.

c. pri. de despõsat. impuber. in Sext. decretal. Viuienn.

¶INTERPRETATIO. l. 23. §. generaliter.

Pacti interpretatio plerunque prudentissimos fallere solet. Mart. De iur. & facti. ignor. l. secund. vide Pœna. Riisvvich.

Inuecta & illata in domum conductam tacitè pignori obligata sunt. De pact. l. item quia. C. Loc. l. certi. vide Fallen. Socin. Riisvvich.

¶INTERPRETATIO. L. 9. Vlp. lib. 15. ad Sabinum.

Semper in obscuris quod minimum est sequitur.

De interpretatione à minimo ex l. 14. si ita scriptum, in fin. de leg. 1. Ratio, l. 171. in eo quod plus, cap. quadragesimosexto, in obscu. cap. trigesimoprim. plus, in 6. Iunge l. 57. semper in dubiis, l. in obscu. Opinabatur Chrysippus omne verbum natura esse ambiguum, & contrà Diodorus nullum ambiguum, sed obscurum esse dicebat, vt est apud Gellium libro vndecimo, cap. duodecimo. Sed hæ sophisticæ subtilitates à Iureconsultis, id est verè philosophis non admittuntur, inquit Faber. MINIMVM. C. de col. bo. l. fi. §. si verò. l. 129. capienda. de leg. 3. l. nummis. 3. §. 1. l. qui concubinam, 30. §. cùm ita, de leg. 1. l. apud, §. Seia, 14. l. si ita scriptum, in fin. de leg. 2. l. si ita rel. §. fi. l. minor. de arb. l. 14. diẽ, §. si plures. de æd. ed. l. quòd si venditor, in fi. Man. l. si fideiussor, de verborum obligat. l. si ita stipulatus fuero decem, l. inter, §. si stipulante, de pœ. l. si Præses, l. absentem, l. interpretatione, de pœn. distinct. 1. cap. pœnæ, de suspect. tu. l. hæ enim causæ, de censibus. c. ex parte, distinct. 42. c. nerui, de cond. & de. l. 49. l. sub diuersis, de sol. l. 1. Lor. axiom. 99. Et facit reg. In contractibus alternatiuis electio est debitoris, de iure do. l. plerunque, in fin. Excipe legata ad pias causas, de auro le. l. Titia, 40. §. fi. l. Seia. Item si qualitas legati, legatarij, aut facti, vel propria significatio vocabuli aliud suadeat, de ali. leg. l. 11. l. si cui, de reb⁹ dub. l. si is qui ducenta in prin. & ibi Bart. C. ad leg. Cornel. de sic. l. 1. C. de iniu. l. si non conuicii, de præsumpt. cap. 1. Pro dot. l. 1. versi. si tamẽ, de cõtra. empt. l. si ita distrahatur. Ratio, inf. l. 129. in fin. de li. leg. l. Aurelius, §. Titius, vbi Bar. etsi illud minimum nullam adfert vtilitatẽ: tũc enim mediocre sequimur, de reb. dub. l. quoties, 2. de leg. 1. l. legato generaliter, cum gloss. 2. arg. C. de don. l. si is qui argentũ. §. similique, de contrahen. empt. l. si ita distrahitur, §. 1. item quãdo quis se fundat in verbis, de pac. l. veteribus, 39. de prob. l. 2. Postremò quando obscurum hoc declarari debet iudicis arbitrio, de iure do. l. cùm post, §. gener. Notat Ab. in capitu. 1. de decimis. SEQVIMVR. S. si incertitudo sit in rebus relictis in vltima voluntate, ne obstet. l. si quis seruũ, §. si inter, de leg. 2. l. si quis intentione ambig. de iud. l. inter, §. si Stichũ, de ver. ob. l. in ambiguis, inf. l. nuptura, de iure do. l. itẽ Mela, §. si plures, ad l. Aq. Secus est, si pars hæ. pet. l. anti qui, insti. quibus ex cau. ma. non li. §. fi. instit. de rerũ di. §. & post. Vide Oldend. & Dec. Riisvvich. parat.

¶INTERPRETATIO. L. 123. Paulus libro septuagesimo ad edictum.

Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debẽt in argumentum trahi.

Lib. 6. eodem titu. capit. in argumentum, arg. capit. 28. quæ à iure, cap. 61. quod ob gratiam, ca. 74. quod alicui, l. 184. quæ cõtra rat. NECESSITATEM, Vt Cõdiui. l. quamuis, §. 1. C. de sacr. eccle. l. antepen. C. de pa. qui fi. dis. l. 2. Ratio. 1. quæstio. 1. capit. quod pro, c. necessitate. c. remissionem, de con. dist. 1. ca. sicut, de fur. cap. si quis propter necessitatem mandati, l. qui potuerunt. de reb. ecc. non al. Cl. 1. ext. eodẽ titu. cap. 4. Excipe nisi eadem aut maior ratio subesset, nec nominatim reperiatur prohibitum, de legibus. l. non possunt, de cloacis, l. fin. de leg. 1. l. si domus, §. cùm alicui, de iniust. test. l. posthumus, C. de pa. qui fi. dis. l. 2. Dinus in d. c. in arg. Riisvvich. paratit.

¶INTERPRETATIO. L. 111. idem libro sexto ad edictum.

In eo quod plus sit, semper inest & minus. §. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione. §. Pupillus pati posse non intelligitur. §. Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrũ esse factum. §. Mulieribus tunc succurrendum est, cùm a defendantur, non vt facilius calumnientur.

ADDIT. a al. defraudentur.

De coniectura, quæ sumitur ex natura ipsarum rerum, vt de pluri & minori non continuo, de quo l. rerum mixtura 30. de vsuc. ne obstet. l. Græcè, §. illud, de fideicommiss. capitu. plus. 35. capitu. cui licet. 53. qui ad agẽdum. 71. capitu. in obscuris 30. in 6. Hinc l. 22. nõ debet cui 124. cui ius donãdi, l. 126. cùm quis, 17. qui potest inuitis. 114. in eo, de ex. re. iu. l. Iulianus, si quis cum eo. Eadem l. de adi. leg. l. 3. §. si quis plus, Institu. de inuti. stip. §. præterea. Instit. de act. §. plus de cõst. pec. l. sed si quis. 13. de arb. l. diem, §. si plures Instit. de seruit. §. actus. de arb. in 6. capit. 1. 24. quæstio. 1. capitu. si quis dederit, de re iud. l. inter pares, de elect. in 6. capit. auaritiæ, in fin. de Treb. l. 3. §. penultim.

multim.Loc.l.si tibi decem. SEMPER. scilicet ex proprietate vocabuli. Et affirmatiuè, de verborum obligation.l.1.§.si stipulanti,§. cum aliquot, de leg. 1.l. qui quartã, de leg. 3.l.qui concubinam,§.cùm ita. Barto.notat in l.si maritus,2.§.legis, de adul.l.mercis, de verborum significatio. de statuli.l.3.§.si plusquam, ne obstet l.2.de magist.l.si vnus, 28.si cũ mihi,l.6.de pact.MINVS, Id est, si dispositio in maiori quantitate non valeat, in minori valet. Lor.axio. 130.ne obstet si cert.peta.l.rogasti,§. si tibi, in fin.11. Secus si hoc damnosum esset. Loc.l.si decem. Aut si de vtraque quantitate contrahentes disposuissent, de vul.l.ex fac.§.item quæro. Vel minorem non cõtineri in maiore expressissent, gloss.in dicto §.si stipulanti. Vel si plus & minus qualitate differunt, de verborum obligation. l. 1. §. si quis simpliciter, de hær.instit.l.si te solum,27.§.sed si te.Lor.axiom.131. Secus denique est in indiuiduis & testibus, fami.her cisc.l.in hæ. Alc.d.§. si stip. Secus etiam est de præben.in 6.capitu.cui de non sacerdotali, capitu. cùm illis,§.fin.libro 6.Addit Lor.quod plus & minus differant qualitate, quãtitate, & mediocritate, quo cõciliatur de iud.l.solemus. Riisvvich.parat.

§.Nemo.Iunge ad l.127.qui rem.al.de iud.sol.l.iudicatum solui.Instit.de satisda. §.2.qui satisda. cog.l.1.in fin.de proc.l.qui proprium,§.qui alium, de iud.l.rectè defendi, ex quibus caus.ma.l.item ait, in fin.iud. sol.l.si ad defendendum,C.de satisda.l.1. Ad fin.nisi allegaret absentiæ causas, vt Pan.& Barto.tradunt.

§.Pupillus.L.150. pupillus nec velle, de trib.l.3.§.si ipsius,sup.l.96.nemo dubitat, C.de fal.mo.l.1.§.impuberes.de aqua pluu.l.Labeo. ad fin.Id est ex patientia, & tacito quodam consensu obligari. Loc.l.qui ad certum, de trib.l.sed & seruus,§.sed etsi.

§.Vbi verb. De interpretatione benigna in coniunctis. VERBA. Id est, res verbis significatæ, Oldendorp. Sic verbum quoque Hebræis sonat, Io.1.Luc. 1.Gene.19.Iunge ad l.68.quoties, in 6.capitu.70.in alternatiuis, de iure do.l.plerunque, in fin.de cond. instit. l. si hæredi plu.cum ita, de diuor.l.fina.§.ait, de rebus du.l.si is,14.§.cùm ita, de plus pe.capitu.1. 12.quæstio.2.bonæ rei, de rescrip.capitu.inter cæteras, de ap.capitu.significauit, de con.& de.l.cùm pupillus,§.fina.Ratio, de act.l.obligationũ ferè, §.modus 43. de verborum obligatio. l. si duo, de alternatiua affirmatiua intelligit legis. Dinus, ne obstet l. si quis ita:in fin. de verborum obligatio. Et §. si generaliter, Instit.de leg. conciliat.l.6. mancipiorum, de op.leg.capitu.fin. de vsuc.in 6. Contrà de manu. test. l.45. quod vulgo. Secus de leg.2. l. cùm pater. 79.§.penult.CONIVNCTA. scilicet, atque de eo iam satis constat. sup.tit.1. l.alienationis,§. fin. l.sæpè.Contra l.triplici,§.fin.

§.Fi. Ad l.sup.in negociis,l.2. C.ad Vel.l.si sine fœminis, sup.eodẽ tit.l.2.l.verba,l.si decipiẽdi,C.si mi.se ma.dix.l.si in alterius,C.de rei vx.ac.§.1.de eden.l.1. §.fina.de arb.l.de die.§. minori, de adul. l.si adulterium,§.1.§.fratres, de fal.mo.l.1.§.viduis, ad Tur.l.1. §.accusat.in fin.de iure fis.l.2.in fin.de iur.& facti ignor.l.regu. DEFRAVDANTVR. Ad Vel.l.prima, §.penult.arg.de proc.l.fœminis 41.Hæc generalius de rerum per. capitu. cùm vniuersorum, de don.ca. inter dil.Sim.C.si mi.se ma.l.2.de min.l.si ex causa, §.si mulier,l.auxilium,§.& cum,§.fina.38. Ad fin.C. qui po.id pig.ha.l.fina.in fin. Ad Vell.l.si mulier in iure. Riisvvich.paratit.

¶INTERPRETATIO. L.13. † Vlpian.libro 19.ad Sabinum. † al.Iulianus.

Non videtur cœpisse, qui per exceptionem à petitione remouetur.

¶VIDETVR, scilicet quoad effectum interrumpẽdi præscriptionem. De eo, per quẽ.l. fin.C.de præscriptio.triginta annorum,l.cùm notissimi:ibi Bar.no. COEPISSE. Id est inchoasse iudicium. Ra.Vel acquisisse cum effectu, sup.titu.1.l.aliud est capere.de mort.cau.don.l.18.§.si donaturus, ad legem Falcid. l.Nesennius, in fin.Hier.Cagnol. Lor.Per. Fab.Iun. l.113.nihil interest ipso iure,l.116.§.fin.l.52. non videtur quisquam,l.128.non videntur data. l.quod euincitur. Econtrà inf.l.si quis obligatione, de don. cau. mort.l.mortis, §.fin.de leg.1. l.si creditori, 28. Exc.de adi.le.l.3.in fin.l. cum seruis. l. ex parte, de inoff.test.l.nihil, cùm filiꝰ.Ratio, de his quæ in test. de l.1.arg.capitu.Non præstat impedimentum, in 6. quod metus caus.l.metum. §.licet, sup.titu.1.l.creditor,l.bonorum,§.fi.inf.l.Marcellus, de acqui.rerum do.l.rem in bonis.Exc.de vul. l.in pupil.l.ex facto, §.final.l.41.de fid.lib.l.cùm quasi, §. sed & si. Vide Pyrrhũ.A PETITIONE.Scilicet principali, ne obstet, l.amplius non peti rem ratam ha.arg.l. si quis maior, C.de trãsact.de vul.l.41.§.final.l.in pupillari. Secus de fid.lib.l.30.§.sed etsi suus. Vide Pyrrh. Ex hac reg.& hanc eruit Hier.Franc. Absolutũ est suis partibus & numeris, quod depulsione infirmari nõ potest. Riisvvich.paratit.

¶INTERPRETATIO.Bonifac.Reg.xl.

Pluralis locutio, duorum numero est contenta.

Dynus hîc satis eleganter. Viuiennus.

¶INTERPRETATIO.L.114. Caius libro 3. ad edictũ prouinciale.

In toto & pars continetur.

L.111.in eo quod plus, de exc.rei iu.l.si quis cum totum 14.quæstio.5.§.pœnale.23. quæstio. 4.cap. meretricis, de pœn.dist.1.capit.hoc idẽ. in plerisque etiam iuris articulis idem in parte, quod in toto iuris est, ad legem Falcid.l.in ratione,§.rursus. Pet.Fab.Ratio, de vsuc.l.rerum mix. 30. Alia est de acqui. hæ.l. 28.si seruus eius, in fin. Riisvvich.paratit.

¶INTERPRETATIO concessa alicui super aliquo, intelligitur, vt semel tantum possit, & sic de primo actu. gloss.l.quicquid astringendæ, ver.secundum.vbi Barto.& comm.doct.ff.de verborum oblig.Bart. l.inter.§.1.ff.eodẽ.Bald.l.de die.ff.qui satisd.cogan. Doct.Com.l.quod iussit.ff.de re iud.imol.l.ab executore.col.4.ff.de re iud. Medic.reg.3.

Interpretatio restrictiua fieri nõ potest statuti, in quo quidem sunt verba geminata.gloss.l. promittendo. ff.de iur.dot.Saly.l.2.C.de noxal.act.docto.l.1.C.de sacr.sanct.eccl.Ias.in prælud.feudo.col. 19. vbi not. an verba geminata restringi debeant ad habilitatẽ personæ. Medic.reg.2.

Interpretatio sententiæ, ac etiam rescripti non potest fieri in præiudicium tertij, ideo citatio partium requiritur.Bart.l.ab executione; vbi etiam Din.ff. de appell.gloss.& Bald.l.ea quæ.C.com. vel epis.idem est interpretatio priuilegij, Spec.in ti.de resc.§.ratione.Bar. l.2.C.de tempo.app.Bart.l.adoptio.ff.de adoptio.Alex.l.de vno.ff.de re iud. Medic.reg. 8.

¶INTERVALLVM non recipit id quod pro forma statuitur.l.furiosum.C.qui testamen.facer.poss.Cardina.clemen.causam.columna secunda, de elect. Alexan.l.prima.§.fuit.ff.ad senat.consul.treb.l.si quis mihi.§.visum.ff. de acquirend.hæred.ideo forma in suspensum remanere potest.l.obligari.§.tutor.ff.de

auct.tutor.§.penultimo.inst.eod.Rip.l.1.§. qui præsens.numero 10.ff. de verborum obligation. Tiraq. in tract.lign.§.1.gloss.21.numero 12.Asin.in praxi iudic.§. 3. capitulo 37. num.16. dixi suprà,in ampliat. 51.Medic.reg.7.

Interuallum temporis requiritur ad hoc, vt dicatur cõcessio geminata, geminata solutio, & interpellatio. Iaso.l.si certis annis.C.de pact.cap. cam te.de rescr. Bart.l.1.col.2. C.de sacr.sanct.ecc. Ias.l.si quis in cõscribendo.numer.15.C. de pactis. Ripa in Rubri.de verb.oblig.num.30.Decis.Pet.39.num.16.Dec.consi.10.num.5.Cepha.consi.135.nu.12. Medic.reg.2.

Interuallum vnius horæ arguit diuersitatem actus, vel formæ, vnde ratione vnius horæ tantum dicitur vnum instrumentum prius altero factum.gloss.l.si ex pluribus.§.fin.ff.de solut.Bald.l. fin.colum.4. C.de edicto diu. Adr.toll.l.e.cum proponas. C. de interd. mat.l.imperator.ff.de stat.hom.Felin.capitu.pastoralis,de rescr.colum.3.idem.c.consuluit. de offi.deleg.capit.licet,de probat.capit.ego.de iur.iur.gloss. c.si eo.de elect.6.glo.c.duobus.ver.si non appareat. de rescrip.6. Medic. reg.5.

¶ Intervsvrivm medij temporis potest ab eo peti, qui consuetus est negotiari.text.est in l.ij.§.fin.ff. de eo quod cert.loc.& l.si constante.§. quoties.ff.solut.mat.Soc.& Gagnol.in l.vnica. C. de senten.quæ pro eo quod inter.

Fallit j. in venatore, piscatore, & aucupatore, ij enim respectu harum artium non possunt petere interesse lucri cessantis, text. est in l. quemadmodum. vers.Item labeo.ff.ad l.Aquil. Ratio quia incertum est,an pisces volucres seu aues capi possint. vt Ias.in l.j.C.de sac.sanc.eccl.

Fallit in interusurio dotali,quod est interesse damni & lucri cessantis,quod vtique peti potest ex quo consistit in quæsitorum amissione:& in lucri cessatione, & hoc propter onera matrimonij, quæ in dies maritus supportat,secundum Corne.consilio ccxij.per totum.volum.iij.& idem in cõsilio ccxl.per totum. eo.volum.

Fallit etiam,quando debitor constituitur in mora,quia interesse medij temporis potest peti, vt l.lecta,& ibi doct.ff. si certum pet. Guido Pap. quæst. cccxxx. num.2.in fin. I. Nouel.

Inuecta, & illata in domum conductam sunt obligata domino pro pensione domus.l.item quia de pact.

Amplia,quòd habens talem obligationem ex quo cõductor præfertur omnibus aliis creditoribus anterioribus habentibus tacitam, text. est in l. interdum.cum l.sequen.ad fi. & ibi Barto.no. ff. qui potio.in pi.ha.

Amplia, quòd talis conductor non potest cedere bonis,Specu.in tit.de loc.§.autem.Bald.in l.C.qui bo. ce.pos.Bart.& Floria.in l.cum fructus. de vsufruct. Rom.in consi.xlviij.

Amplia, quòd si ego intuli merces, & vendidi & alias emi,& alibi asportaui, quòd sunt obligatæ, secundum Bald.in l.certi iuris,in quæst.vj.C.loca.per tex. in l.cum tabernam.ff.de pign.cum simil.

Amplia verum quòd illas non potest vendere, secundum Iaso.in d.l.Item quia, &c. versicu. Item aduerte,& cætera.

Fallit in inuectis per secundum conductorem: nam si ego loco Titio: Titius locat Caio quòd bona Caij secundi conductoris non sunt obligata mihi primo locatori,d.Ias.in d.l.Item quia.per tex.nota.in l.si in leg. §.si colonus.ff.loc.quem pro singu.sequitur Roma in singu.lxxxv.inuecta & illata,&c.

Fallit in habitatione gratis concessa. Iaso.in d.l. Item quia.per text.in l. si gratuitam.ff.in qui cau.pig. tacontra.

Fallit in locatione facta, vt soluatur pensio in specie, puta pro tanto oleo, &c.regula loquitur, & tenet quando pensio soluitur in pecunia,Iason in dicta l. Item quia.versicu.ergo limita,&c.per Specula.in titu.loca.§.postquam,versicu.porro.

Fallit in bonis alienis, & non propriis.l.rem alienam. ff.de pig.act.

Fallit in rebus illatis per minorem,Ia.d.l.item quia.

Fallit in libris scholarium,armis militum,& breuiario clericorum.gloss.in l. nepos Proculo. ff.de verb.signification.

Fallit in rebus religiosis,Iason in §.item Seruiana. Institut.de act.

Fallit in prædiis rusticis,secundum Docto.in d.l.item quia.& in d.§.Item Seruiana.Reliquas fallen. supple per d.Bart.Socin.in regula inuecta,& illata,&c. S.Ian.reg.139.

¶ *Intestatvs*, Testatus. Pompon.libro iij.Ad sabin. Lex vij.

Ius nostrum non patitur eundem in paganis,& testato,& intestato decessisse:earúmque rerum naturaliter inter se pugna est,testatus,& intestatus.

Addit. a al.& testatum & intestatum.

Veluti nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decessit.& comprobatur,quia testamentum est actus indiuiduus:vt not. Cin.l.furiosum. C.qui testa.fac.pos.& Bald. per illum text. in l.si quis cũ testamentum.de testa.& l.fideicommissa.§.j.Bart.l.etiam is.de leg.3. Viuiennus.

¶ *Introdvctoria* sententia.i.sententia lata super actione personali ex contractu,vel quasi ex quo oritur obligatio lata contra vnum,non nocet aliis. Rayn.leg.1.ff.de liber.agnosc.Cin.l.e.2.C.quibus res iudic.non noceat. Flor. & Cardi.capitulo secundo, de simõ,fallit in casu,l.si ij qui separatim.ff.de app. & dicitur introductoria ad differentiam sententiæ latæ in reali, quæ declaratoria dicitur iuris realis. leg.sicut.§.sed si.ff.de procur.Alexan.l.sæpe.numer. 69.ff.de re iudic. Medic.reg.8.

¶ *Intrvsvs* spoliari potest, etiam si non vocetur. Marsi.rubr.de probat.numer.222.Host.capit.accepta.de rest.spol.Lap.capitu. fin. de elect. 6. Cardi. cle.quod in dubiis.colum.3.de renuntiatione.Doct. c.si quod met.causa. Medic.reg.8.

¶ *Invecta* & illata in domum cõductam tacitè pignori obligata sunt.l.item quia.ff. de pactis. & in l. certi iuris.C.locati.

Primò fallit in casibus alleg.in glo.l. itẽ quia.ff.de pactis.& in d.l.certi iuris.

Secundò fallit,quando imposita non sunt ibi duratura:vt est textus in d.l.item quia.vt est pecunia, vel merces vænales,quæ domini vsu cousumuntur:nam tunc illa non sunt tacitè obligata, l.debitor.de pignor.& l.Caius.de legatis secundo.l.generaliter.in §.vxori.ff.de vsufruct.leg.facit l.quæsitum. de legatis tertio.

Tertiò fallit quando imposita conscribuntur in loco: vt quia in quibuslibet imposuisset instrumentũ contra debitores:vt dicit Baldus in dicta l.Caius.de legatis secundo.

Quartò fallit,quando fuit datus fideiussor.tex.in l.plures.in quibus cau.pig.tacit.cont.

Quartò fallit, quando conductor non esset legitimæ ætatis:

Quartò fallit, quādo fuit datus fideiussor. text. in l. plures. in quibus cau. pig. tacit. cont.

Quintò fallit, quando conductor non esset legitimæ ætatis: vt quia esset minor: vt per glo. in d. l. item quia licet Bart. tenuerit contrarium in l. si constante. ff. solu. matr. gloss. in l. fi. C. de leg. tut. & has fallen. ponit d. Bened. in l. item quia. ff. de pact.

Sextò procedit prædicta regula in his, quæ in obligatione generali veniunt, secus autem si sunt talia, quæ non veniunt in obligatione generali, vt suppellex, vestis, & ea quæ ministerio hominis necessaria sunt, & reliqua: quæ quis verisimiliter non esset obligaturus, cum talia non veniant in obligatione generali. l. obligatione generali. C. de pignor. quia non veniunt etiam in tacita, quæ insurgit ex inuectione bonorum, ne plus operetur tacitum quàm expressum: vt in l. cum quid. ff. si certum pet. & l. item quæritur in §. qui impleto. ff. locati. & hoc tenet Bald. in l. certi iur. C. loc. & refert Angel. Aret. in §. item seruiana. * Institu. de action. Et prædicta regula debet intelligi non tantùm in primo inquilino: sed etiam in secundo inquilino inquilini. l. solutum. §. solutam. ff. de pignor. acti. si secundus inquilinus gratuitò à primo inquilino haberet: vt l. si gratuitam. in principio. ff. quibus mod. pignor. vel hypotheta. contr.

ADDITIO.

*Item Seruiana. Vbi vide Iasonem.

Septimò item procedit dicta regula nedum in inquilino, verum etiam in colono partiario: vt est gloss. singul. in d. §. item seruiana. Institu. de actio. quam Bald. sequitur in d. l. certi iuris. & etiam Bartol. in l. si propriè conductori. & not. gloss. in l. licet. C. locati. quia nec est etiam propriè socius, vt est textus in l. si merces. §. vis. ff. locati. ibi, quasi societas. B. Soc. regu. 239.

¶INVENTARIVM factum à curatore hoc modo, videlicet, inueni in bonis ea, quæ continentur in inuentario tutoris, tale inuentarium valebit procul dubio si aliud reperietur, alias secus, nisi bona expresserit in illo, not. Rip. in terminis huius reg. l. ait prætor. §. iudex. numero 3. vbi Alexan. nume. 5. ff. de re iud. dixi super ampl. 34. no. simil. si quis seruum. §. fin. ff. de leg. 2. l. sanctio legū. ff. de pœnis. Abb. cōsil. 28. numer. 4. lib. 1. Dec. consil. 532. Grat. consi. 105. nume. 3. lib. 2. Medic. reg. 10.

Inuentarium fieri non est necesse vbi tenuis est hæreditas, adeo vt confectio inuentarij plus esset allatura incommodi, quàm vtilitatis, Abb. capit. de appellationibus, de appellat. quicquid contrarium dicat Specul. in titu. de actore vniuersitatis. ver. puberes. Corsetus in tractat. de minim. num. 16. Medic. reg. 5.

Inuentarium nullum est non seruata forma iuris, videlicet si fiat non citata parte. Bald. authen. sed cum testator. C. ad l. falcid. l. scimus. C. de iur. deliber. item hoc idem si dolosè omittatur minima res, ex qua hæres teneretur in solidū creditorib. hæreditariis. glos. & Doc. §. si verò. auth. de hæred. & falcid. Salic. leg. scimus. C. de iur. deliber. Guid. in trac. de forma inuent. num. 5. Medic. reg. 7.

¶INVENTARIVM quomodo debeat esse, declarat Ioan. Plot. in repet. l. si quando, C. vnde vi, num. 237.

Testator non potest hæredi remittere confectionem inuentarij. Bald. in l. fin. §. cum igitur, C. de iure delib. Barto. in l. nemo potest, ff. de leg. primo. contrariam opinionem tenet Viuius in suis conclus. ver. testator.

Fallit vt not. Ias. in l. cum necessitatem, C. de fideicom. vbi Alex. etiam limitat.

Testator potest tutori remittere confectionem inuentarij, l. fi. §. illo. C. arb. tute. Bald. in l. cum tale, §. Titius, ff. de cond. & demonst.

Fallit vt per Ias. in l. cum necessitatem, C. de fideicom. & si remisit inuentarium, tenetur tutor conficere librum rationum, vt inquit Plot. in rep. l. si quando, C. vnde vi, num. 244.

Ampliatur in 2. casib. & limitatur in 3. à Ripa in l. nemo potest, ff. de leg. 1. num. 80.

Exceptio inuentarij non confecti impedit litem cōtestari. l. fi. §. donec, C. de iure deliber. vbi Bart.

Fallit in 5. casib. vt per Pet. Duen. reg. 267.

Inuentario legitimè cōfecto ab hærede producto, creditur. Fallit in 3. casib. quos no. Franc. Herc. in tract. de negatiua, num. 256.

Propter non confectionem inuentarij contra tutorem iuratur in litem. fallit in 3. casib. quos no. Plot. in l. si quando, C. vnde vi, num. 249. & nume. 368. ponit 5. casus, in quibus regula non procedit.

Hæres non conficiens inuentarium tenetur vltra vires hæreditarias, not. in l. fi. C. de iu. delib. §. quare verò. de hæred. & Falcid.

Fallit in 22. casib. vt per Soc. reg. 170. Fallit vt no. Frāc. Turz. concl. 95.

Hæres non conficiens inuentarium perdit quartam: est magis communis opinio, vt per Franc. Turz. conclusio. 19.

Fallit in 2. casib. vt per Rip. in leg. ex licito, §. si is qui quadraginta, ff. ad Trebel. nu. 8. Fallit vt per Baptist. à Villa. concl. 93. in litera I. & in concl. 979. & in litera T. Ampliatur in 2. casib. videas Viuium in ver. hæres extraneus. Donat. Fina, lib. 3.

¶INVENTARIVM si tutor non fecerit, in id quod interest, tenetur. l. tutor qui repertorium. in princ. ff. de administr. tut. sed & pœnas, quæ legibus intimatæ sunt, patietur. l. fin. C. arbit. tut. vinculis contineri iubetur. l. iij. §. tutores. ff. de suspect. tut. & Roma. consilio cxviij. incip. quoad primum vbi pœnas quatuor recenset, quas meruit tutor, qui inuentariū non fecit.

Amplio, vt procedat in tutore honorario. gloss. in d. l. tutor, qui repertorium. in verb. fecisse videtur. ff. de administ. tutor. quam sequitur Bart. ibidem, & rationem vide, vt ibi per gloss.

Extende, vt habeat etiam locum in eo, qui communionem habet in tutela, licet non administret, gloss. suprà proximè tacta, per leg. iij. §. nec putet ff. de administ. tut.

Limitat generaliter Iurisconsf. Vlpianus nisi iustissima causa allegetur, cur factum non sit, d. l. tutor, qui repertorium. quæ limitatio, vt generalis est, ita multas species sub se continet.

Fallit igitur, si testator remisit confectionem inuentarij. l. fin. §. fin. C. arbit. tutel. Bartol. in d. l. tutor. idem Bart. in l. nemo potest. quæst. v. Quod intelligit Bar. in d. l. tutor, qui. nisi iudici aliud ex causa videretur, arg. l. in confirmando, & l. vtilitatē. ff. de confir. tut.

Fallit, si consuetudine aliud receptum esset, scilicet, ne fieret inuētarium. Bart. in d. l. tutor. arg. l. de quibus. ff. de legibus. & C. quæ sit longa consuetudo. per totum. Specul. hoc tangit de instr. edit. §. dicto.

Non procedit, si iudex inuentarij confectionem remiserit: hoc enim potest, vt tradit Bart. in l. tutor, qui. vt quia expedit pupillo patrimonij quantitatē non manifestari.

Fallit, si plus expenderetur in confectione inuentarij, quàm esset vtilitas hæreditaria, per l. mediterraneæ. de ann. & tribut. lib. x. & ibi hoc notat Bart. in qua sententia est Ioan. de Plat. in d. l. mediterraneæ.

Limita in tutore dato ad vnum articulum tantum, pura ad adeundam hæreditatem. Iacob. de Arena apud Bartol. in d. l. tutor, qui per l. puberi. ff. de tut. & cur. dat. ab his. arg. l. fin. C. de tut. & curato. qui non satisd. Tutius tamen & consultius secum agetur, si inuentarium fecerit. & in inuetario ponat ius adeundi. Cyn. in l. tutores. C. de administ. tut. quem videtur sequi Barto. in d. l. tutor, qui rep.

Fallit in tutore ad lites dato. not. in l. de creationibus. C. de episc. aud. vide ibi gloss. in verb. conscripto. in fi. & ibi scribentes. quam sequitur Specu. in tit. de acto ab vniuersit. §. puberes. & ibi Io. Andr. & Bald. in additionib. Prat. reg. 440.

¶ *Investitura* facta de aliqua re alicui ab aliquo dicente, concedimus secundum modum, & formam, qua tui antecessores habuerunt, si contigerit eos nihil habuisse non valebit concessio, nisi debita forma fuerit interposita. Paul. l. admonendi. colum. 5. ff. de iur. iur. nu. 15. idem cons. 322. Oldrad. consi. 121. Paul. l. penultima. C. de inst. & subst. Ias. d. l. admonendi. nu. 37. & 2. lectura. num. 33. Medic. reg. 10.

¶ *Invitus*, Exceptio, Successio, Emptor, Præstari. Vlpian. lib. lxx. ad edict. Lex clvj. al. cxcviij.

Inuitus nemo rē cogitur defendere. Cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit, Cùm quis in [a] alicuius locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod aduersus eum [b] non nocuit, in cuius locum [c] successerit. Plerunque emptoris eadem causa debet esse circa petendum ac defendēdum, quæ fuit authoris. Quod cuique pro eo præstatur, inuito non tribuitur.

Addit. a alij in P. florent. b deest ibid. c successit. in P. florent.

Nisi eo consentiēte dominus iudicatum solui cautionem exposuit. Ex tractatu inter dictorum cōiunge l. j. de superficieb. & l. iij. de itin. act. priuat. & vid. l. inuitus. C. de procur. l. filius fam. §. inuitus. de proc. G. Viuiennus.

¶ Invitus. l. 27. qui inuitis. l. 70. Inuito beneficium. l. 196. §. fin.

Inuito operam suam ingerens, suspectus est. De proc. l. quæ omnia.

Inuitus nobis res nostras alius retinere nō debet. Pau. Sol. ma. l. 26. si filiusfa. §. 1.

Vxorem inuitam ad maritum redire nulla iuris præcipit constitutio. C. de repud. l. dissentientis.

Obligatur nemo inuitus, scilic. directo. Azo, Brocar. 6. rub. 67. De act. & obl. l. sicut. Arg. Reg. inuito. de pecu. l. si quis. Cc. de acqui. re. do. l. etiam. De verb. obl. l. vetante.

Inuiti testimonium dicere non coguntur Senes, Valetudinarij, vel Milites, vel qui cū magistratu Reipublicæ causa absunt, vel quibus venire nō licet. Scæu. lib. 3. Reg. De testib. l. 8. Riisvvich.

¶ Invitus Clericus. Episcopus qui ordinat sine iusta caussa clericum inuitum, aut reclamantem, vel penitus inuitum absolutè suspenditur anno vno. lxxiiij. distinction. cap. j. Viuiennus reg. 33.

¶ Invitus. Aliquem inuitū cogi vēdere, vel emere. In Aut. de fideiuss. §. quòd autem. §. si itaque.

Contra.

In Aut. de alie. emphy. §. si verò quidem. Azo, rubr. 104.

Meliora creditoribus danda.

In Aut. de fideiuss. §. quòd autem.

Contra.

In Aut. de fideiuss. §. si itaque.
In Aut. de exhib. & intro. re. §. sancimus.
In Aut. de fide instrum. l. oportet autem. in fin.
In Aut. de iud. §. oportet.
In Aut. vt lic. mat. & aui. §. quia verò.
In Aut. de hær. quæ ab intest. defe. §. exi. Azo, rubric. 104.

¶ *Inutile*. Quod ab initio est inutile non potest conualescere, l. quod ab initio. ff. de reg. iur.

Fallit in 2. casibus, quos not. Sebast. Sap. in l. precibus. C. de impub. numero 40. & seq. Ampliatur in 2. casibus, & limitatur in 3. d. l. quod ab initio declaratur à Dyno in capitu. non firmatur, de reg. iur. cōtrariā regulā ponit Damas. & eam limitat regula 84. Don. Fina, lib. 5.

¶ *Inutilis*. l. pe. quæ ab initio. c. Vtile. in vi.

Ratihabitione confirmatur, quod inutile est. C. com. vt iud. l. 2. Rem ra. ha. l. 2. De ap. l. si expressim. §. Broch. vlt. rub. 32. Riisvvich.

¶ *Iocosus* actus nō disponit. de mil. test. l. diuus, De testa. l. fi. C. de lib. cau. l. sicut. Riisvvich.

¶ Irregularitas contrahitur, quando aliquis ministrat in ordine, quem habet: vt in c. j. & ij. de cleri. non ordin. min.

Limita sex modis, vt per Syluestrum in sua Summa, in verb. irregularitas, versiculo duodecimo quæritur. B. Dias reg. 357.

¶ Irregularitas soluitur morte, vnde clericus percutiens cadauer, amputans ei caput in irregularitatem non incidit, Archidia. capit. fi. 16. quæstio. 1. cap. fin. 25. quæstio. 5. cum simil. Pontanus l. 4. §. Cato numer. 59. ff. de verborum obligatio. Angel. l. sepulchri. ff. de sepulchro viol. not. c. is qui. de sen. exc. 6. c. fi. 16. quæstio. 1. Mars. l. fi. numer. 25. ff. de quæst. Bald. l. 1. colum. 7. C. qui accusa re non poss. l. sororē. C. de his, quibus vt indignis. conc. super. conclu. 52. Medic. tract. 2. part.

¶ Irregularitatem soluit mors, vnde clericus percutiens mortuum etiam si animum habeat interficiendi eum si fuisset viuus, non incurrit in irregularitatem, Arch. c. fin. 25. q. 1. mors enim omnia soluit. §. deinceps. authentic. de nuptiis. conc. l. ideo. ff. pro socio. Med. re. 6.

¶ Ira. l. quicquid calore iracundiæ.

Impedit animi iudicium ira. Auth. de ap. 93. §. de cæt.

Excusat à culpa, & minuit delictum ira. de diuor. l. 3. C. ad legit. Iul. de adult. l. Gracchus. De abo. l. 1. Riisvvich.

¶ *Iracundia*. L. †49. Paulus libr. 35. ad edictum. †al. 48. al. Gaius.

Quicquid in calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si [a] perseuerātia [b] apparuit, iudicium animi fuisse, ideóq. breui reuersa vxor, nec diuortisse videtur.

Addit. a al. perseuerantis. b al. apparuerit.

Ex titu. de diuor. l. 3. C. de iniust. test. l. si sileant, de adul. l. Gracchus. C. de iureiurand. l. 2. 2. quæst. 3. ca. si quis iratus, de min. l. si ex causa, §. si mulier, de publica. l. licitatio. 9. de pœn. distinct. 1. cap. diuortium. Ratio, Horatius in epistola: ira furor breuis est, de adul. adulterium cum incestu, de pœnis, l. respiciendū, Cicero pro Marcello: iracundia inimica est consilio & rationi contraria. Perseverantia. C. de maiest. l. 2. de diuor. l. si pœniteat.

Exc. deli-

Exc.delicta.arg.C.de iniu.l.si non conuitij.§.si autem in rixa.Ratio,de legib.l.2.item.11.quæst.3.cap. si episcopus forte iracundus.17.quæstio.4.cap.sunt qui opes.Alia exc.de pœnis.l.16.§.causa.Vide Lud. Rom.Sing.508.BREVI.De ritu nupt.l.33.plerique. Isidorus libr.9.Etymol.cap.fin.DIVORTISE. Exemplum aliud de prob.l.19.§.mulier grauida, §.si autem rixa. Riisvvich.paratit.

¶IRACVNDIA non præsumitur ex geminato delicto,sed ex deliberatione.gloss.c.si quis iratus.2.q.3. Saly.l.non conuicij.C.de iniuriis. Cardin.cap.fin. de offic.delega.Anton.Corset.in tracta.de potesta. Regia,quæstio.17.Roman.l.si verò.§.de viro.in 30. fallen.ff.solut.matrimo.Marsil.l.1.numer.38.C.ad l. Corn.de Sicar.& l.1.§.quæstioni.numero 2.ff.de q.

¶IRACVNDIA. Paulus lib.30.ad Edict.xlviij. al.xlix.

Quicquid a calore iracundiæ vel fit, vel dicitur:non prius ratum est,quàm si b perseuerantia c apparuerit iudicium animi fuisse: ideóque breui reuersa vxor, nec diuertisse videtur.

ADDIT. a quicquid in calore.in P.florenti. b perseuerantis.c.apparuit in P.florenti.al.

Ex tit.de diuort. Viuiennus.

¶IVDAEVS nō potest trahere ad iudicium Christianum in die Sabbathi, neque Christianus iudæum: leg.iudæi.C.de iudæis,Bald.leg.non dubium. C.de legibus.Baptist.in tractatu de correlati.numer.14. Medic.reg.9.

Iudæus contra Christianum in iudicio non potest vti teste iudæo,sed tantum Christiano,licet secus econtra sit.l.quoniam. C.de hæret.gloss.clem.1.versic.iuri,de testibus.doct.capit.iudæus.extra eodem.item iudæo,vel infideli,& hæretico semiplenè probanti contra Christianum Catholicum non defertur iur. necessarium in supplementum semiplenæ probationis,licet secus sit econtra.Bald.l.qui accusare.C.de edendo. Medic.reg.1.

¶ IVDEX cuius arbitrio aliquo casu pœna est relicta, potest vsque ad pœnam mortis arbitrari. gloss. est sing. §. in summa. Instit. de iniu. verbo, extraordina. quam sequitur Abb. in c. ex literis, de const. & in c. cum te A B. de re iudic. Bart. in l. fi. ff. vbi pupil. educa. deb. quam etiam sequitur Præpo. in c. ij. de sponsa duorum. ex qua dicit notabiliter, referendo Anto. quòd secundum qualitatem personarum, poterit iudex punire eum, qui duas vxores accepit in pœnam mortis: puta quia ignobilis accepit nobilẽ, cum aliam haberet.

Limita istam conclusionem tripliciter, vt per Felin. in c. inquisitionis, de accusatio. vbi de veritate illius gloss. & vide eundem Felin. in c. ex literis. de consti. & ponit quinque declarationes circa eam, & vide ibi Decium, qui etiam ponit viij. declarationes.

Iudex secularis. vide infrà in verbo, matrimonij. Ber. Dias reg. 379.

¶ IVDEX si assignauit terminum partibus dierum 15. ad probandum, & probatum habendũ, an ante terminũ probatio fieri debeat. Tu tene quòd sic, quia lapso termino dierum 15. censetur conclusum in causa. ista fuit opinio Abba. Inno. & aliorum doct. in c. licet causam, de probat. & ibi Deci. in d.c.n. 139. Inno. in c. super eo. il j. de appellatio. Ita quòd instrumenta post terminum, produci nullo modo possunt per partes, prout Bal. in c. pastoralis. ver. & no. de causa posses. & propriet. Bal. singul. in l. ij. versic. item facit. C. vt lit. pend. vt item in l. si quãdo, in vj. q. C. de test. Dom. in c. fi. de elec. in vj. & xx. dist. c. si Roma. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præstand.

Amplia j. etiam si assignatus fuisset terminus ad probandũ, & probatũ habendum per omne genus probationis. Ita quod decurso termino nullæ aliæ probationes admitterentur. Ita Abb. Fel. & Bal. & Dec. in d.c. licet causam. nu. 140. & Anto. de But. de probat. quod not. & tene menti.

Fallit j. quand vna ex partibus vellet constare per confessionem extraiudicialem factam præsente parte cum causa, quia tunc etiam post assignationem termini potuisset pars admitti ad talem probationem faciendam. Ita Afflict. decis. cv. nu. 4. l. cum de indebito. §. fin. ff. de probat. gl. magna. c. teste. iij. q. ix. & Dec. in c. licet causam. de probat. & ibi Dec. nu. 141. Bal. in rub. C. de probat. Ego aliter probo. Marant. in rub. de confess. nu. 23. de ordi. præceden. gl. not. in c. j. de confess. in vj. in vers. aduersarij, vbi admittitur probatio per confessionem partis post conclusum in causa, secundum Cardi. in clem. j. xciij. q. de causa poss. & propriet. Alex. cons. xxxiiij. circa medium. iij. vol. vox, scriptura, nomẽ sacrum, cõfessio, visus, probationem facit, vt Bal. in rub. C. de prob. nu. 5. in hac difficultate, an post assignationem termini, seu conclus. in causa possit iudex admittere partem ad proband. vide d. Dec. in ca. de quo vult Deo. nu. 42. de iudic. & not. I. Nouel. reg. 38.

Iudex lata sententia non potest illam emendare, corrigere, vel mutare. l. posteaquam iudex. ff. de re iud. l. mortis. §. istæ ferè. ff. de pen. & Bar. in l. j. ff. ad Turpill. Bart. & docto. in l. actorum. ff. de re iudica. Ratio est, quia lata sententia illico ius est quæsitũ parti, in cuius quidem fauorem lata sentẽtia, adeo quod eam mutare non potest, ad eius præiudicium. Alex. consi. 118. cum. 12. vol. iij. & in princ. vol. consi. xcviij. in c. ferè omnis. nu. 1. 3. & 5.

Amplia j. etiam si sententia haberet multa capita, seu capitula, quia sententia est corpus indiuiduum, & lata non potest in aliqua sui parte corrigi. Roma. cons. cxcv. in fi. Bart. Bald. Ang. Cyn. in l. ij. C. de re iudic. glo. in c. si quis pluribus. in vers. quædam. ij. q. vj. Card. cons. 74. & Tiraquel. de vtroque retract. ad fi. nu. 142.

Amplia ij. etiam super annexis, connexis, & dependentiis, quia idem debet esse iudicium. c. j. de post. prælatorum, & Abb. in c. penult. de senten. excommun. quod est quando ratio vnius non potest discerni sine alio, secundum Felin. & Butr. in c. cum internu. 7. versi. & dicũt hic, & doct. in l. Paulus. il primo, de re iudic. Alex. consi. 119. iij. vol. vers. non obstat. & l. in hoc iudicio. ff. famil. ercis.

Fallit in sententia arbitri, qui potest in continenti illam mutare. ita Spec. in titu. de arbitro. §. sequitur. nu. 62. licet Bal. in l. quia arbit. ij. lect. numer. 1. ff. de arbitr. aliter sentiat, sed pond. tex. in l. ij. C. de sent. ex per. reci. quia paria sunt aliquid tempore sententiæ fieri vel incontinenti fieri. Ias. in l. is, apud. C. de eden. quia quæ incontinenti fiunt videntur inesse. vt l. lecta. ff. si cer. pet. & l. peten. C. de pact. Afflic. decis. 73. numero 2. & Bal. in l. j. C. de oper. lib. Salyc. in l. si societatem. nu. 5. ff. pro soc. In. in c. literis, de off. deleg. Tiraq. in tract. de vtro. retrac. §. viij. gl. vij. num. 7. fict.

Fallit in tribus casibus, de quibus in gl. d. l. ij. C. de senten. ex pet. reci. quos vide & considera.

Fallit etiam circa accessoria, quia iudex lata sententia potest eadem die supplere circa accessoria. c. cum appellat. friuolis. de appel. in vj. glo. in vers. eadem die, & Rom. sing. 592. inci. dicit Paul. aret. in §. omnium. nu. 2. insti. de actioni. vbi plura allegat, quæ supra vide. Ia. Nouel. reg. 38.

¶ IVDEX ad hoc vt ad primum, & secundum decretũ peruenire possit, necesse est quòd re⁹ latitet: vt not. in l. cum proponas. C. de bon. aut. iud. possid.

Primò fallit, vbi agitur contra reum damnatum, & iudex peruenire vult ad executionem sententiæ: quia istò casu non est necesse, vt l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. & per not. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic.

Secundò fallit in eo, qui est absens causa reipublicæ, & dolosè: quia non est necesse quòd latitet: vt in l. cũ, qui. la. prima. ff. de reb. aut. iud. possid.

Tertiò fallit in debitore fisci: quia potest perueniri ad primum, siue secundum decretum. absque eo quòd latitet reus: vt est casus in l. prima. C. si propter publicas pensitat. B. Soc. re. 242.

¶ IVDEX ad quem, non inhibet iudici à quo, sed prius debet præmittere cognitionem vtrum appellatio sit recipienda: & si eam recipit veluti emissam ex probabili causa, poterit postea inhibere iudici à quo, ne procedat. text. in c. Romana. §. quòd si obiiciatur. de appel. libro vj. iuncto In. in c. dilectus.

lo ij. de rescriptis. Istud dictum sequitur Compostella.& communiter alij ibi.Bald.in addit.ad Specul.titul. de appel.versicu. per appellationem ab interlocutoria. idem tenent domini de Rota in decis. ccccxij.in nouis incip.item si appellatur. tit. de appellat.& eod.tit.decis.vij.in antiquis.

Limita quadrupliciter vt per Fel. in d.c.dilectus.lo ij. B.Dias reg.365.

¶ IUDEX causam in sententia exprimere non debet, l.in summa.ff.de re iudic.& ita dicit gl.in l.si me,& Titium.ff.de except.rei iudic.

Primò fallit,vbi victus absoluitur ab expensis: nam in illa absolutoria debet exprimi causa, vt est no.tex. in authen.post vsuc.C.de iud.

Secundò fallit in sententia absolutoria ab obseruatione iudicij,l.properandum.§.illo.C.de iudiciis.& ita tenet Ant.de But.in c.examinata.de iudic.

Tertiò fallit, vbi sententia fertur contra actorem, qui habet fundatam intentionem suam in aliqua causa superueniente, & fertur sententia pro reo: vt quia soluit pendente iudicio:nam tunc debet reus absolui expressa causa,quia soluit: vt probatur per gloss. in l. vtique. de rei vendi. & potest iudex in sententia adiicere, secundum Angel.in l.absoluimus. quia soluit, pendente iudicio, in quo erat condemnatus nisi soluisset.

Quartò fallit, quando sententia esset lata expressa falsa causa:quia iudex appellationis si reperiat causam expressam esse falsam, & reperiatur alia causa vera, propter quam sententia debeat infirmari, tunc debebit exprimere causam veram in sententia sua iudex appellationis.gloss.est sing.secundum Angel.in fi.ff.quod cum eo.

Quintò fallit in sententiis Cardinalium:quia communiter Cardinales reddunt causam sententiarum, secundum Hostien.in c.Cardinalibus.vt ibi refert Io. Andr.in vers.fin.in nouel.& vide per Floren.in hac materia in l. aduer. in princi. ff.si mens. fals. mod. dixerit.

Sextò fallit, quando sententia est pro parte condemnatoria: quia debet intus inseri ratio, quare potiùs pronuncietur in vno capitulo, quàm in alia.ita dicit Bal.in c.cum olim.de præscript.

Septimò fallit, quando quis absoluitur propter ineptam petitionem: vt in c. examinata. de iud.in vol. Gregor.

Octauò fallit, quando quis absoluitur propter ineptã petitionem,& iudex recedit à iure communi.l.sciẽdum.de appel.recip.

Nonò fallit, quando iudex absoluit eo quia non possidet,ne posteà actori agenti de noua possessione,exceptio rei iudicatæ obstet,vt in c.pe.de excep.

Decimò fallit in sententia excommunicationis, vt in c. medicinalis. de sententia excommunicationis. & in c.sacro.eod.tit.

Vndecimò fallit in causa criminali. lege,præses. ff. de pœnis.

Duodecimò fallit, vbi sine expressione causæ sententia est incerta.l.ij.§.ignominia.de iis, qui not.infa. & Specul. in tit. de sentent. §. quod autem. prope finem.& has quinque fallen. & alias ponit Bal.in c. sicut.de re iudic.

Decimotertiò fallit in sententia, in qua oritur regressus de euictione: quia debet exprimi causa concludens in primo regressu. item debet constare quod emptor succubuit propter malam causam, nõ propter culpam. ita dicit Bald.in cap. sicut à nobis. de re iudica.

Decimoquartò fallit,quia si apparet, quòd quis habet bonam causam:licet malè egerit, iudex debet illam actionem bonam in sua sententia reseruare, ita dicitur in leg.clandestina.ff.qui potiores in pignore habean.

Decimoquintò fallit in causa appellationis: vt in c.sicut.de re iudic.& ibi per glos.

Decimosextò fallit, quando sententia fertur contra eum,qui habet fundatam intentionem suam. glossa est in l. vtique. ff. de re iudicata.& ibi hoc notat Bald. vt patet in alia rubrica,& vt suprà dixi in tertia fallentia. B.Socin.re.254.

¶ IUDEX in causa Ciuili debet recipere testes per se, & non per alium. Bald.c.si qui testium.de testib.gl. l.hac consultissima.§.fin.in verb.depositionem. C. qui test.fac.pos.

Fallit,quando est talis casus, quòd testes non possunt examinari per iudicem. Bart.

Fallit, quando iudex vult cogi ad repellendum. Paul. Castr.d.l.vbi pactum. Dias re.358.

¶ IUDEX in causa criminali examinationem testium regulariter committere non debet, secundum Bal. & Saly.in authen.apud eloquentissimũ. potest text. & Cyn.ibi.C.de fide instr.& habes gl.in verbo ciuili,in clem.prima,vbi tex.de off.deleg.

Amplia,etiam consuetudine in contrarium existente, gl.2.c.testes.3.q.9.

Fallit,quando persona examinanda non posset venire ad iudicem si iudex esset persona multum honorata.tex.c.ij.de iudic.num.6.

Fallit, quando agitur de crimine per viam exceptionis.Anchar.c.ij.§.testes.de testib.in vj.

Fallit in Papa.Specul.tit.de teste.§. nunc tractandum. S.Ian.re.151.

Regula est secundum Iaso.in l.is, apud quem. C.de eden. quòd iudex per suam interlocutoriã casu quo aliquid non fecero intra terminum mihi assignatũ ad aliquid faciendum non potest ius mihi quæsitum auferre: nisi bis me moueat, durante termino, vide illationem ibidem, quam facit F. Turzan.

¶ IUDEX in causa propria * quis minimè esse potest. l.j.C.ne quis in sua causa ius sibi dicat. B.Soc,

ADDITIO.

* Propria.Adde Felyn.in c.cum venissent.in fine, de iudiciis. B.Vad.

Amplia,quòd sicut quis iudex in causa propria esse nõ potest,ita nec arbiter esse potest.tex.est in l.penult. de arbit.facit regul.l.j.ff.eod.quod est verum,vt arbiter,sed bene vt arbitrator.l.si libertus. ff.de operis libertorum.

Primò fallit, quando agitur, vtrum si competens. l. si quis in aliena.ff.de iudi.& Paul.in d.l.j.

Secundò fallit,quia quis potest arbitrari in causa propria:vt est glos.sing.xxj.dist.can.tunc autem.in versic.aut ex ore.

Tertiò fallit, vt ponit Ant.de But. aliquot casus in c. nostri de elect.

Quartò fallit, quia ciuitas potest condere statutum & priuilegium maximè vt in causis suis summariè procedatur,vt dicit Bald.in l.prima.C.quorum appellat.non recipiuntur.

Quintò fallit in casibus nonnullis aliis positis per Iasonem in l.qui iurisdictioni.de iurisd.omnium iudicum. B.Soc.re.243.

¶ IUDEX causa sua * aut liberorum, seu suorum fami-

liarium, quis regulariter esse non potest. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. omnium iudicum. Barthol. Socin.

ADDITIO.

*Sua. Vide Felin. in c. cum venissent. de iud. in fin. & Ias. in d. l. quid iu. Bened. Vad.

Primò fallit in iurisdictione voluntaria: vt l. si consul. ff. de adopt. l. apud filium. aliàs est l. j. ff. de offi. præs. & ideo quis sua causa potest filium coram se emancipare. d. l. si consul.

Secundò fallit, quando actio esset tempore peritura: vt puta: quia esset periculum in mora: & tunc permittitur ei cognoscere vsque ad lit. contest. & sic quousque perpetuetur actio: vt tenet gloss. in dict. leg. qui iurisdictioni. in verbo testis. pro quo facit quod habetur in l. sed si restituatur. versicu. sed cum duo. ff. de iudic. & tenet Ludouicus de Roma in l. si verò, in §. de viro. in secunda fallen. ff. solu. matrimonio.

Tertiò fallit in breuibus & leuibus causis ratione paruitatis suæ. l. senatus. ff. de officio præsi. facit quod tenet Ludou. de Roma in §. de viro. in v. fal. de paruitate rei.

Quartò fallit, vbi consuetudo disponeret quòd possit esse iudex in facto proprio: per text. notabilem in c. j. de pœnis. quod videtur mirabile quòd talis consuetudo valeat tribuens facilitatem & occasionem delinquendi. in c. non putauimus. de consu. libro vj.

Quintò fallit, si inter litigantes consanguineos sit paritas affectionis respectu iudicis, vt in l. non solùm. ff. de ritu nupt. & in postremò. de appel. in glo. in c. cum R. canonicus. de officio delegati. & iij. quęst. v. c. primo. vbi loquitur de testamen. per Iud. de Roma in d. §. de veri. in xviij. fallen.

Sextò fallit, si conuenienter liberi, vel alij coram parte officiali: nam si actor confidit de eo non est deneganda iurisdictio, secundum Ioan. de Imo. in d. l. qui iurisdict. sicuti aliàs ratione inimicitiæ quis repellitur à testimonio, & tamẽ si inimicus vult inducere in testem suum, inimicum potest: vt probatur in principio ibi barbaricæ gentis.

Septimò fallit, vbi persona iudi. esset talis, quòd omnis suspicio verisimilis cessaret: vt si esset monachus. ita dixit Speculator in titulo, de iudice delegato. §. superest. versiculo, si non est consanguineus. arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mi. & in l. princip. ff. de testibus.

Octauò fallit in iudice delegato, secundum gloss. in l. j. ff. de iudi. ratio differentiæ est: quia ordinarius non potest recusari tanquam suspectus de iure ciuili, vt in l. nemo. & ibi not. C. de iur. omn. iudic. & ideo gratissimum fuisset quòd talis posset recusari, sed delegatus tanquam suspectus bene posset recusari. vt l. aptissimi. & ibi plenè nota. C. de iud. & in authent. ibi posita. & ideo poterit esse iudex: vt tenent Bartol. & Bald. in l. qui iurisdictioni. eodem titu.

Nonò fallit in officiali, putà notario vel assessore, qui deliquit in officio: quoniam ille cuius fuit ipse officialis potest esse iudex & ab eius sententia non poterit appellari: vt est text. in l. nulli. C. quorum appel. non recip. & ij. quæstio. v. nulli. quod ita intelligit Bartol. & Angel. in d. l. nulli. post antiquos, & not. Specu. in titu. de competentis iudicis aditione. §. sequitur. versic. in materia reliqua. vide per Specu. in d. §. excipitur. versicu. item quia maritus. & per eundem in titu. de remis. §. j. & vide per glos. & doct. in d. c. postremo. de appel. vbi habetur vsque ad quem gradum consanguinitatis prohibeatur quis iudex inter suos. & vide per Barto. in d. l. qui iurisdictio. & per doct. post glos. in c. mutuante. de offic. deleg. plura inter cætera tangit ibi Car. & Imo. an consanguineus consanguinei mei prohibeatur esse iudex in causa mea, quemadmodũ & meus consanguineus, se remittunt ad no. in cap. postremò, ad quod facit, quod not. per Bald. in l. j. C. si qua cunque præd. po. vel ad eum pert. & Cyn. & Baldus in l. si quis. C. de testibus. in vltima columna, vbi tenent quòd non solum inimicus meus, sed etiam amicus inimici reddatur suspectus. ad quod facit text. in l. j. §. patronus. in verbo inimicus. ff. de offic. præf. vrb. & in l. liberi. C. de inof. testam. B. Soc. reg. 250.

¶ IUDEX in casu, lata sententia, pœnam regulariter moderare non potest, secundum Innocentium: quē retuli suprà in quarta fallen. præmissæ regulæ cxliiij.

Fallit in causa hæresis, secundum Gemi. in §. notandum. ij. quæst. iiij. & in cap. commissi. §. fin. de hære. in sexto.

Fallit in foro pœnitentiali, secundum gloss. cap. super his. de vo. vbi Anto. S. Ia. re. 146.

¶ IUDEX, de qua re cognouerit, de ea pronuntiare debet: vt in c. cum super. extrà, de cau. pos. & propriet. & l. de qua re. ff. de iudic.

Primò fallit hæc regula in quamplurimis casibus, de quibus per glos. in d. c. cum super. circa quæ vide & not. in c. j. de postu. præl. in vj.

Secundò fallit vltra glos. in causa criminali patricij cõsultoris, & multorum similium: vt C. vbi senatores vel clarissimi.

Tertiò fallit in priuilegiis sedis Apost. extrà, de iu. c. cum venissent.

Quartò fallit propter appellationem, & recusationẽ, vel reuocationem: pronunciare enim potest iudex, qui cognouit. extrà de appel. c. dilectus. c. secundo requiris. & c. intimasti. & extrà vt lite penden. c. ecclesia. el ij. secundum Io Andr. in d. c. cum super. secundum quem fallit ibi in c. constitutus. el ij. de appel. B. Soc. re. 246.

¶ IUDEX an debeat iudicare secundum conscientiã, vel allegata & probata. Et dic secundum allegata & probata. glo. est in c. j. in ver. contra. de re iudica. in vj. Barto. in l. illicitas. §. j. de off. præsid. Cyn. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduo. Ioan. Pet. Sen. consilio lix. in fin. consi. criminali. Ias. in l. siue nostrum. num. 9. ff. de lit. iurand. Deci. in rubrica de iudic. num. 15. vbi dicit, quòd iudex debet adhibere fidem, testibus & instrumentis, & secundum allegata & probata iudicare, Bal. in c. j. §. sacramentum, in fine. de consuet. recti feudi in vs. feu. vbi tenet, quòd episcopus debet iudicare secundum allegata & probata, & non secundum propriam conscientiam quæ fallitur, & decipi potest, secundum Glo. in c. j. de re iudic. Thom. de Aquino ij. q. lxvij. arti. ij. quæ communis Theol. cano. & leg. Alexa. consi. ccxxv. num. 19. vol. vj. Lucas de Penna in l. quicunque. nu. 16. C. de tabular. scribis. l. x.

Fallit, quando super iudicandis iudex habet probabilẽ dubitationẽ, quia eo casu potest illam committere consi. iurisperiti delegandi per ordinarium, secundum Deci. in c. intimasti, nu. 5 & 6. de appel. Ang. in l. ij. C. de sent. ex pericul. recitand. Bald. in l. non sine

ne.in prin.C.de bonis quæ lib.& ibi Cyn.

Fallit etiam quando iudex ex causa vult committere caussam cōs.sapiētis, quia illam etiā inuitis partibus committere potest, & tenet commissio, secundum Innoc.in c.super quæstionum.de offi.deleg.Ang.in l.2.C.de senten.ex pericul.rec. Deci.in c.vt debitus honor.num.55.de appel.

Fallit etiam quando homo habet timorem conscientiæ suæ, in conspectu Dei: qui enim in non iudicando contra conscientiam timet dominum, is iustum inueniet iudicium, & quasi lumen accendet, & hic est timor filialis & castus, & non errat, vt 23. q.6.in fine.vnde bonarum mentium est timere culpam, vbi culpa minimè reperitur.cap.consilium.de obser.ieiun.

Fallit etiam, quando iudex iudicat non tanquam ipse, sed tanquam lex, quia iudex obsequitur legi, sequens merita probatorum, quæ in nullo repugnare videtur meritis conscientiæ suæ, nec peccat si facit contra conscientiam suam, quia id facit non tanquam ipse, sed tanquam alius.2.q.3.c.custodi.

Fallit itidem in causa criminali, quia iudex debet sequi conscientiam suam, secundum Innoc. in c. pastoralis. §. quia vero.in glos. in versi.tenetur, & ibi Abb.de offic.delega. Angel. in l. à diuo Pio.ff.de re iud.Anch.in ca.1.de sent.& re iudi. in 6.& latè Feli. in d. §. quia verò, vt suprà allega.cum aliis.limit. I.Nouel.reg.49.

¶ IVDEX si dixerit in sententia, viso libello, visa litis contestatione, concessione, ac testibus examinatis non ei creditur nisi aliter probetur secundum Abba.in consil.7.tria circa primum.& consi.18.in causa, & quæstione.volum.2.Barba.in c.cum in iure. de offi.deleg.Inno.in cap. quoniam contra. de probat. Dec.in l.is apud quem.num.34.C.de eden.

Amplia, vt nec etiam notario credatur asserenti Titium testem iurasse, nisi aliter constet de iuramento.Ita Old. consil. cccxxiij. circa primum, & Federic. de Sen. consil. cxciij. & Flor.in lege Iulia.ff.de testibus.

Fallit in sententia Pōtificis quia assertioni & dicto suo creditur absque alia probatione: vt clem.j. de probat.& in c.cum à nobis, de testibus, & Anch.consil. 301.viso diligenter.num.2.

Fallit 2.in Cardinali, ita est text. in c. nobilissimus.62. distincti. & ibi gloss. Ang. in l.quæcunque.§.fin.ff. de publi.

Fallit 3.in bono viro, & in persona legalissima. ita probat text.in d.cap.nobilissimus.62.distin.Deci.in l.si quis in conscribendo.num.10.C.de pact.Felin.in c. 4.de præsump.

Fallit 4. in iudice asserente rem notoriam, cum notorium releuat quem ab onere probandi, licet non ab onere proponendi, & ita secundum gloss. in cle.appellanti, in vers.alias, de appel.

Fallit 5. in allegante iuris præsumptionem, cum iuris præsumptio sit liquidissima probatio, adeò quòd transfert onus probandi in aduersarium, ita dicit glo.no.in l.si tutor petitus. C.de pericu.tut. Cæpo. consi.33.incip.multa possent.

Fallit 6. in iis, quæ concernunt euidentem vtilitatem, & commoditatem ius dicentis, scilicet Papæ, Imperatoris, & aliorum principum, coram quibus non seruantur iuris regulæ. secundum Benedic. in repet. ca.Rayn. ante fin. versicu. vnde restat de test. Bo.q. xlij. numer. 19. Bald. consil.ccccxviij. vers. & ideo. volu.3. & not. quòd iudex ordinarius nullo modo potest esse arbiter inter litigantes, sed bene arbitrator secundum communiter docto.& præsertim Salyc.in l.si quis ex consensu.C.de episcop.audient.& ibi Bal.Cyn.Odof.& Bar.in l. sed si in seruum. §. si quis.ff.de arbi.& Guid.Pap.q.69.in princ.Blanc.in suo trac.de compromi.necesf.q.2.nu.41.vbi hāc difficultatem examinat. I.Nouel.re.42.

¶ IVDEX deponitur, & prælatus pro modico. c. quicunque.17.q.4.c.per tuas.de simon.l.1.ff.de reb.eorum item conc.& quis incidat in pœnam si vnus etiam denarius deesset in solutione pœnæ, Ias. l. sancimus.nu.8. C. de iudiciis. Bald.c.conquerente. de rest.spo.Dec.consf.34. Med.re.5.

¶ IVDEX ecclesiasticus non potest inhibere iudici seculari, nisi parte citata: notat Anto.& cano.in c.tuā. de ordin. cognitio. & hanc dicit magis communem sententiam Alexand. in l.4.§.condemnatum. ff. de re iudic.idem in l.Titia.in fin.ff.solut. matrimonio. & vtrobique refert plures Docto.Hoc etiam tenet Ias.in l.si opus.ff.de noui oper.nuntia. qui etiam varia loca describit, vbi hæc fouetur opinio, licet aliquos Doct.tenentes contrarium referat: & idem Iaso. in l.nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. Proconsul. & sequitur etiam Ferra. cautela 28.

Limita primò, vt per Iaso.in l.ab administratione. C. de lega.cuius limitationem refert Ferrat. vbi suprá.

Secundò limita, quando iudex ecclesiasticus inhiberet ex officio suo, vt voluit Alexand.in consi.ix.in 4.volum.incipit d. consil.præstantissime doctor.& refert Ferrat.vbi suprà, & ponit etiam Iaso in lectura l.admonendi.ff.de iureiurand.& in repet.B.Dias reg.376.

¶ IVDEX ex causa potest mutare omnem dilationem legalem: notat Bart. in l.2.ff.de re iudic. vbi vide, Imo.Roma.& Alexand.& Butr.in cap.2. de dilat. & probatur in d.l.2.iuncto cap.quo ad consultationē. de re iudic.& in c.personas. de appel.

Limita octo modis, vt per Felin.in ca. cum sit Romana.de appel. & in materia huius regulæ vide Ripam in d.l.2.ff.de re iudic. vbi ponit pro regula conclusionem negatiuam, contrariam huic regulæ, & limitat sex modis, & postea limitat istam regulam dupliciter, limitando opinionem Barto. ibi. B. Dias reg.378.

¶ IVDEX ex causa potest pœnam à iure statutam moderare.text.est in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. de is qui not.infam.not.Inn.in ca.qualiter, & quando. el 2.de accus.text.glo.& Bal.in l.& si seuerior. C. in quib.caus.infam.irroga.

Limita istam regulam 6. modis, vt per Felin.in dicto ca.qualiter, & quando.in §.ad corrigendos. & vide apud eum ibidem, septem causas iustas alterādi pœnam. B. Dias re.371.

¶ IVDEX ex pluribus pœnis vnam eligens non potest ad aliam redire.

Fallit in magnitudine delicti, Innoc.c.1.de constit.

Fallit, quando procederetur ex præsumptionibus. Bal. l.sciant cuncti.de probat.

Fallit, quando procederetur per solam famam, vt in ca su c.cùm desiderans.§.2.de sent.excom.

Fallit, quando cōdemnatus esset paupertate afflictus, Abbas in c.nisi speciali.de off.deleg.per l.illicitas.§. fin.ff.de off.præsul.

Iudex procedens in criminalibus causis per inquisitionem, ad tuendam rei innocentiam, ex

officio nouos testes adducere potest, etiam post publicationem, & causæ conclusionem. l. secunda. de custo. reor. l. si non defendatur. de pœn. l. j. §. fin. & l. v. §. hoc autem. de dam. infec. & in l. vnius. §. cogniturum. de quæst. Bald. in Authen. acta semel. C. de testib. Aret. in consil. lxxx. sicut decet. versic. tamen. M. Chærianus.

¶ IVDEX si ex pluribus pœnis vnam eligit, non potest aliam imponere, vt in l. prætor edixit. §. fi. ff. de iniu. & not. Bar. per illam l. in l. I. in fi. ff. vi bonorum rap. idem in l. senatus. ff. de accusa. vide Bal. in l. data opera. C. de accusa.

Limita tripliciter vt per Felin. in cap. quod olim. de Iudæ. in fine. B. Dias reg. 359.

¶ IVDEX officio suo ad priuatam vtilitatem, etiam in criminalibus, procedere non potest, nisi petatur: vt in c. innotuit. extrà, de elect. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infec. & l. cum postulassent. eod. tit. vbi per Bart. & Doct.

Primò fallit, quando debitor iurasset non repetere vsuras: cum tunc repetere iudex ecclesiasticus etiam nõ petitus possit, & ex officio inquirere ad commodum ipsius iurantis: vt est text. expressus in d. c. ad nostram. el 2. de iureiur. secundum Ioan. And. & Imol. ibidem.

Secundò fallit, quando iudex ecclesiasticus inquirere vellet de statu & iuribus ecclesiarum: cum possit hoc ex officio facere, si sit Papa: quia ex plenitudine potestatis potest, secundum Innocent. ibidem. & extra de Instit. cap. cum venissent. secus autem si sit episcopus, vel inferior à Papa: cum talis tenetur iura seruare, extrà, de testibus. ca. cum olim. secundum Innoc. ibi. cum quo transit Ioann. And. in d. cap. ad nostram. el 2. remittens se ad not. in cap. fin. extrà, de foro compet. in 6. imò non solùm Papa, sed etiam inferior iudex ecclesiasticus, potest inquirere de rebus ecclesiæ, quando sunt malè occupatæ, vel malè detentæ: cùm tunc detur excessus, ad hoc quod habetur extrà, vt lite non contest. capit. quoniam. §. sunt & alij. & ibi per Innoc. & Anto. quod tamen non videtur simpliciter verum, per not. in c. cum olim. extrà, de restitu. spol. secundum Io. de Imol. in d. c. ad nostram. vbi vide. sed secundum Innocent. indistinctè poterit iudex ecclesiasticus inquirere super iuribus ecclesiæ ex officio: cùm tunc teneatur inquirere super rebus principis, vt plenè per Nicol. in dicto ca. ad nostram.

Tertiò fallit, quando vellet inquirere ipse iudex de iuribus principis, cùm possit. C. de bonis vacan. l. penultim. & fin. lib. x. secundum ipsum Inno. & Io. Andr. in d. cap. ad nostram. cum quibus transeunt communiter Doct. ibidem.

Quartò fallit, quando inquirere vellet inter coniuges de consanguinitate: vt extrà, de diuor. ca. porro, vel de aliquo alio vinculo: cum subsit eadem ratio secundum Innoc. & Ioann. Andr. in d. cap. ad nostram.

Quintò fallit, quando vellet inquirere ad commodum miserabilium personarum: cum possit, si sint oppressæ. vt not. extrà, de restit. spol. cap. solitæ. vt nostram. imò poterit indistinctè pro miserabilibus personis inquirere, quando actus est pius. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de officio proconsul. ad hoc quod not. in l. prima. §. præterea. ff. de suspect. tut.

Sextò fallit, quando vellet se intromittere pro obseruatione propriæ causæ. vt in cap. ad audientiam. secundum Inno. & Ant. & Ioan. de Imo. in d. cap. ad nostram.

Septimò fallit, quando vellet inquirere pro executione testamenti ad piam causam, cum possit, vt d. c. tua. extrà, de testam. & in auth. de eccles. tit. §. præterea si quis voluerit ædificare. B. Soc. re. 248.

¶ IVDEX debet pronuntiare sententiam, secundum partium conuentionem & concordiam. text. est in lege, si conuenerit. ff. de re iudica. facit l. 1. §. post operis. ff. de oper. nou. nuntia. Exempla ad hanc regulam ponit & Vdalricus Zasius in dict. l. si conuenerit. dicit per eam limitari text. in l. iudicium. ff. commun. diui. item text. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsi. item text. in l. rem non nouam. C. de iudic.

Limita hanc conclusionem quinque modis notabilibus. vt per Iason. in d. l. si conuenerit: & adde sextam limitationem per Vdalricum Zas. vbi suprà. B. Dias reg. 366.

¶ IVDEX delegans Vicarium iurisdictioni exercendæ dum aberit valent acta vicarij, licet per interualla momentanea iudex absit. Gulielm. & Pau. l. sed etsi. §. conditio. ff. de cond. & dem. Dec. c. quoniam, Abb. colum. 2. de offi. delegat. ratio est Doc. omnium, ne ex ista momentanea variatione partes decipiantur. Med. reg. 5.

¶ IVDEX etiam delegatus, cognoscit an sua sit iurisdictio. probat text. in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & in l. præscriptione. C. si con. ius vel vtilit. & in c. super literis. de rescript.

Amplia istam regulam tribus modis, & limita aliis 14. vt per Fel. in d. c. super literis. B. Dias re. 369.

¶ IVDEX delegatus non potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ, l. si vt proponis. la 1. C. quomodo & quando iud.

Amplia tripliciter, & limita quinque modis, vt per Ripam in l. quod iussit. ff. de re iudic. B. Dias re. 361.

¶ IVDEX laicus non potest clericum iudicare: talis indefinita vniuersaliter intelligi debet de quolibet clerico in quocunque ordine constituto. cap. cum non ab homine, de iudic. quia sacerdotes Dij vocãtur. c. sacerdos. 11. q. 1. doct. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de const. c. duo sunt. 12. q. 1. cap. duo sunt. 96. distin. Host. c. cum contingat. de ætate, & qualit. c. nullis. de tempor. ord. 6. c. 1. de cleri. coniug. 6. Lap. alleg. 118. Dec. d. cap. ecclesia, num. 19. & seq. de const. vbi doct. commu. Med. re. 2.

¶ IVDEX laicus non potest punire clericum licet iudex clericus quandoque laicum puniat, Doctor. l. nullum. C. de testib. item non potest eundem pro eodem casu absoluere, & condemnare. l. 3. ff. de re iudi. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. c. nouit. de iudi. l. iudex postquam. ff. de re iudi. not. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

Iudex non impartitur officium suum irrequisitus. l. 1. §. hoc iudicium. ff. de dam. infect. & l. 1. §. postulare ff. de postul.

Amplia 1. vt nullo modo sententia pro reo ferri possit, neque citatio nisi petatur. l. ad peremptorium. & l. post edictum. ff. de iud. Ro. sing. 570. non potest.

Amplia 2. vt iudex non possit etiam inquirere, nec inquisitionem formare ex officio super iuribus & rebus ecclesiæ, secundum Ro. sing. 525. inci. Inn.

Amplia 3. vt possit restituere in integrum minorem, prout etiam nemine petente potest dare aduocatos

catos parti, per text. in l. ne quicquam. §. aduocatos. ff. de officio proconsu. Rom. sin. 462. incipien. quod iudex.

Fallit 1. in causis fiscalibus vbi iudex ex officio, nemine petente, potest ferre sententiam. l. 2. §. senatus. ff. de iure fisci. Alex. in l. 4. §. hoc iudicium. numer. 25. de dam. infect.

Fallit 2. in causis piis, vbi nemine petente potest iudex officium suum impartiri, vt l. ne quicquam. §. vlti. vers. plerumque. ff. de offi. procons. & ibi Bar. & d. §. hoc iudicium. opp. 4.

Fallit 3. cum agitur de restitut. vsurarum. ita text. in l. vsurarius. ff. de vsur. maximè cum tractetur de periculo animæ, vt Can. in c. cum nobis olim. de elec. hoc idem voluit Tiraq. in priuil. piæ causæ. nu. 152. in prin. & prope finem.

Fallit in criminalibus, vbi iudex tenetur defendere reum etiam nemine instante. l. & si non defendantur. ff. de pœn. Bar. in l. fi. de fer. Io. de Ana. cons. lix. nu. 1. Aret. in cons. 147. Bar. in l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæst. Dec. cons. clxxxix. nume. 10. vers. 3. respondetur, vbi dicit quòd officium iudicis est laborare pro innocentia inquisiti, all. Bar. Veronen. cons. 29. nu. 21. & cons. 48. num. 3.

Fallit etiam in reo carcerato ex delicto alibi commisso, quia iudex requisitus tenetur reum remittere ad locum sui iudicis de necessitate, secundum tex. in l. 1. C. vbi de crimine agi opor. & in authen. vt nulli iudicum. §. si quis. vers. comprehensorum, & ibi Ang. & Iac. de Beluis. Boe. latè multa accumul. in q. xxix. num. 2. & 3. aliter iudex punietur in l. 3. & pro tali coactione ad superiorem habebitur recursus: nam & Pilatus sponte remisit Christum ad Herodem, vt Lucæ c. 23. pro quo Cæpol. cons. 59. quod not. & stude.

Fallit in delicto extra territorium commisso, quia iudex domicilij seu originis non potest ex officio, seu per viam inquisitionis procedere contra delinquẽtem extra suum territorium, vt l. fi. ff. de iurisdi. omnium iudi. Alexan. cons. 111. vers. fortius. num. 1. vol. 1. Mars. d. l. fi. nu. 133. & cons. cx. nu. 15. Bart. in l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudic. & l. 2. C. vbi senat. vel claris. Boe. q. 270. nu. 4. I. Nouel. re. 42.

¶ IVDEX si incipiat à præcepto executiuo, tale præceptum factum sine causæ cognitione, quando in eo non est clausula iustificatiua, est ipso iure nullum, & potest sperni, & quamuis citatus non compareat, non incurrit pœnam præcepti: notat Bart. in l. 1. C. de execut. rei iud.

Limita quatuor modis, vt per Iaso. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. Proconsul. & legat. qui dicit esse magis communem cõclusionem. firmando. B. Dias reg. 372.

¶ IVDEX in iudicando regulariter debet sequi opinionem communem, secundum Ioan. And. in ca. 1. de constitutio.

Fallit, quando contra communem opinionem esset ratio probabilis, quia tunc debet iudicare secũdum illam rationem & non secundum communem. Io. And. in d. ca. 1. Alberic. de Rosa. in l. 2. §. neque. C. de iure vete, enuclean. S. Ian. re. 149.

¶ IVDEX, omissa conscientia, secũdum acta, & probata pronunciet: tangit Abb. allegando sanctum Thom. in cap. pastoralis. §. quia verò. de offi. deleg. tenet Ricardus de media villa, in 4. distin. 18. q. 3. artic. 2. Inno. in cap. cum dilecta, in glo. magna, in fin. de rescriptis. Bar. & Bald. post glo. ibi in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsidis.

Limita septem modis hanc conclusionem, vt per Fel. in d. c. pastoralis. §. quia verò. B. Dias re. 377.

¶ IVDEX petitus* suum interponit officium, & non aliàs. l. vnica. C. vt quæ desunt ad hoc. part. iu. sup. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. B. Soci. reg. 255.

ADDITIO.

* Petitus. Adde Cor. in cons. 293. incip. in hac. in litera f. in 3. parte. B. Vad.

Primò fallit, quando iudicis officium concernit id, in quo versatur publica vtilitas*. ff. de officio presidis. l. congruit. & in authentico, vt nulli iudicum. §. 1. & §. quoniam, & C. de episcopis, & clericis. l. si quis in hoc genus. B. Soc. re. 255.

ADDITIO.

* Publica vtilitas. Quam fallentiam limita prout infrà in reg. cc. B. Vad.

Fallit secundò in casibus, in quibus licet vertatur priuata vtilitas: tamen concerneret honorem iudicis. ita itelligatur C. de appel. l. eos. §. fin. & l. iudicibus. eodem tit. & Bar. sequitur in d. §. hoc autem. in tertia oppositione.

Fallit tertiò, vbi officium iudicis concernit miserabiles personas: vt in l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de officio Proconsul. & C. de administrat. tutor. l. sancimus. §. 1. & tenet Bartol. vbi suprà in quarta oppositione.

Fallit quartò, in iis, quæ concernunt principaliter personam iud. & iur. publici obseruantiã: vt dicit Bart. in d. l. vnic. C. vt quæ desunt ad voc.

Quintò fallit in emergentibus post litem contestatam, etiam si partium vtilitatem concernant. ff. de ædilitio edicto. l. ædiles. §. item sciendum. Ex quo inferas, quòd in expensis potest ferre sententiam iudex, etiam si partes non petierint: licet pars non teneatur si iudex non condemnasset, & ita intelligatur glos. in l. fi. §. beneficia. quando appel. non est necesse. de quo per Bar. in d. §. hoc autem, in 6. q. & idem dicendum de fructibus, de quo tamen vide in Spec. in tit. de alleg. §. fi. vers. fructus.

Sextò fallit in iis, quę cõcernũt ius pretoris. l. quos prohibet. ff. de postu. de quo vide quod tangit Bar. in l. 1. de iurisdictione omnium iudic.

Septimò fallit, vbi iudex ad sui informationem repeteret testes post didicita testificata. l. vbi tenet. ff. de interrog. act. & in auth. de testibus, §. illud. & extrà, de testib. c. cùm clamor. & de fide instrumentorum. c. cum Ioannes eremi. & Bart. in d. §. hoc autem. in secunda oppositione.

Octauò fallit, vbi supplet defectum partis absentis inducendo instrumenta & alias probationes. de quo in authen. qui semel. C. quomodo, & quando iudex. & l. ampliorem. §. 1. ff. de appel. de quo per Bar. in d. §. hoc autem.

Nonò fallit, vbi inquirere vellet ad reperiendam veritatem post instrumenta in iudicium producta: vt in auth. de tabel. in princ. cum ibi not.

Decimò fallit, vbi iudex vellet inquirere post conclusionem testium productorum. glo. est not. in l. licet in vers. inimicitiæ. ff. de testib.

Vndecimò fallit in causa criminali. in qua potest quærere defensionem accu. l. si non deferri. ff. de pœnis. & de appel. l. non tantum. vbi per Ang.

Fallit 12. in quæstionibus omnibus. quæ veræ sunt, vt l. vnic. C. vt quæ desunt adu. & in Specul. de elig. & postu. §. fin.

Decimotertiò fallit in iis, quæ sunt ei cognita vt iudici, etiam si in facto consistant, vt gl. in l. vbi pactum. C. de transf. & Gul. de Cu. in d. §. fin. versic. itē sicut. & probatur in l. si interruptione. ff. fi. regundo.

Quartodecimò fallit in iis, quæ veniunt ex natura actionis. in l. bonæ. §. fin. ff. de ædil. edic. & Gul. in d. fin. vers. creditor.

Decimoquintò fallit in electione, in qua iudex debet supplere ea, quæ illius substantiam cōcernunt. 97. distinctio. c. Petro. & 61. distinctio. ca. suffraganeis. de elect. cap. pro nobis. & Spec. in d. §. fi. & Archid. in d. c. quia.

Decimosextò fallit, & hoc est singulare, vbi vertitur commune periculum, putà si contrahatur matrimonium cum consanguinea: quia tunc iudex (ne talia fiant) interponit officium. tex. est de clandest. despon. c. in iudicio. Gul. in d. §. fin. & Arch. in c. pia. de except. in 6.

Decimoseptimò fallit, vbi cognoscit partem sine actione experiri: ita dicit glos. in d. l. vbi pactum. C. de transact. ad hoc tamen vide quod not. Bar. in l. si Titius, aut Seius. de verb. oblig.

Decimooctauò fallit, vbi actio proposita fuisset inepta. l. 1. ff. si mens. fals. mod. di. de quo vide Bal. in l. 1. ff. de iur. om. iud.

Decimononò fallit* in notoriis, de quo per Bal. in l. 1. vt quæ desunt aduoc. par. & gl. in l. 1. C. qui & aduersus quos. Bal. in l. 1. ff. de pet. hæred. B. Soc.

ADDITIO.

* Fallit. Hinc fal. adde Corn. in cons. 2. incip. in hac. in litera h. in 2. parte. B. Vad.

Vigesimò fallit in causa criminali, in eo, qui promisit stare sub pœna, & non stetit, secundum Barto. in l. si quis. ff. de cu. reorum. & est casus extrà, de iureiur. c. ad nostram. el 2.

Vigesimoprimò fallit, vbi iudex cognosceret per inquisitionem, vt not. dixit Inn. in c. 1. extrà, de adult.

Vigesimosecundò fallit, vbi fuisset proposita inepta exceptio. l. Labeo. & ibi per Bar. ff. de fide instrum.

Fallit 23. vt per Odof. & Bald. in l. vnic. vt quæ desunt aduo. par. & l. 1. C. de edendo.

Vigesimoquartò fallit in casu l. item apud Labeonem. §. quod ait. ff. de iniur.

Fallit 25. secundum quosdam in omnibus contractibus bonæ fidei, quod tamen non est semper verum vt dixi in l. 3. de transf. & in l. age. C. eo. de quo dic vt ibi.

Vigesimosextò fallit in casu incidenti vel emergenti coram iudice, secundum gloss. in l. filiusfamilias. ff. de procur. §. veteri.

Vigesimoseptimò fallit in casibus gestis corā se, quia tunc supplere poterit. C. de iudiciis. l. properādum. §. sinautem.

Fallit 28. in allegando consuetudinem, quæ est notoria: vt quando dicitur esse iuris, & non facti, ita dicit Bald. in d. §. veteri. licet aliter sentiat in dict. l. vnic. vt quæ desunt ad. sed pro primo dicto videtur casus in d. cap. ad audientiam. extrà, de simonia. vbi iudex se mouet ad faciendam seruari consuetudinem laudabilem.

Fallit 29. in casu mirabili. §. fin. ff. de peti. hær. quem aliter allegat Inn. in c. Ray. in vl. gl. in fi. & Arch. q. 7. c. adierit. facit l. si pater. ff. fam. ercis.

Trigesimò fallit in casu, in quo executio iurisdictionis esset offensa. l. secunda. C. de sportu. & C. de testi. l. nullum.

Fallit 31. in arbitriis, per ea quæ habentur in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & in l. & si seuerior. C. eod. tit.

Fallit 32. in casu c. tua. de consang. & affin. & in c. fideius. de offic. ord.

Fallit 31. etiā, quia inquiritur ex officio in causa principis. l. si vacantia. & l. pen. de bo. vacan. C. lib. x.

Fallit 34. etiam quia inquirit episcopus, vel papa de iuribus causę. c. cum venissent. de institutionibus.

Fallit 35. quia interponet officium iam non petitum ad concordiam partium inducendam. l. æquissimum. ff. de vsufr. l. 1. §. operis. ff. de noui oper. nunc. vltimò adde glos. singul. 28. quęstio. 3. cap. iudicandum. quā refert & sequitur Bal. in d. §. pœna grauior. in secunda op. primæ partis principalis, quòd omnibus aliis casibus, quibus potest iudex officium suum interponere non petitum, eidem iudici semper incumbit onus probandi causam propter quam se mouet ad officium interponendum: ideo dicit not. Bald. in l. vbi pactum. C. de transac. quod iudex potest supplere defectum personæ, non causæ, &c. B. Soc. re. 275.

¶ IVDEX. potest esse omnis, qui superiorem non recognoscit, in causa sua propria, vt colligo ex Bald. in l. 2. in fin. C. de sent. quæ sine certa quantitate vbi dixit, quòd ciuitas, quæ superiorem recognoscit, non potest esse iudex in causa propria, secus si nō habet superiorem, & idem voluit Bart. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi, vel clam. argu. l. vnic. C. ne quis in causa: dicens, quòd ciuitas litigans cum suo ciue dat iudicem curatorem suum, &c.

Fallit quo ad alios. Regula tenet quo ad suos subiectos. Abb. post Host. in c. nouit ille. de iudi. in ver. & hoc notanter intellige, &c.

Fallit quando populus, vel princeps esset reus, quia tūc si subiectus vult suum dominum superiorem non recognoscentem conuenire, potest ipsum conuenire coram Papa. Regula tenet, quando vasallus est reus, secus quando est actor, secundum Abb. in c. 1. de probat. & in c. exposita. de arbit. per textum sing. in d. c. 1. S. Ian.

Quando iudex procedit contra reum, ex officio, per viam inquisitionis, pœnam legalem vel ordinariam mutare vel minuere potest. Gl. fi. & ibi cōmu. Doc. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. infa. Quādo verò proceditur per viā accusationis, pœna legitima & ordinaria mutari non potest. Host. in c. archiepiscopatū. de rapt. Dec. in c. Clerici. §. 1. de iudic. Hip. in sing. 524. inquisito. M. Chærianus.

¶ IVDEX potest parcere reo contumaci: expectando eum etiam actore inuito & contradicente. text. est in ca. consuluit. de offic. deleg. quod dicit ibi Felin. singulariter notandum.

Limita tripliciter, vt per Felin. ibi. B. Dias re. 358.

¶ IVDEX potest sententiam definitiuam à se latam declarare, seu interpretari: notat Card. Ant. Ab. Io. de Ana. & Maria. in c. qualiter. el 1. de accu. vide bonam gl. in c. loci nostri. §. is ita. 35. q. 9. in gl. magna. per. Bar. in l. ab executore. ff. de appel. Vide Hispane l. 2. tit. 22. part. 3. in fine.

Limita quatuor modis, vt per Felin. in dicto cap. qualiter. el 1. vbi vide singu. de materia, & pro ipsa principali regula. Vide l. iij. titu. & part. alleg. in regula. B. Dias reg. 374.

¶ IVDEX potest supplere in accessoriis, postquam tulit sententiam, debet tamen illud facere eodem die. l. Paulus respondet rescindere. ff. de re iudic. facit

facit l.iudex posteaquam.eod.tit.

Amplia hanc regulam in prima parte, scilicet quòd iudex potest supplere in accessoriis duobus modis, vt per Zasi.in d.l.Paulus.

Limita tripliciter, vt per eũ vbi suprà. B. Dias re.267.

¶ IVDEX non potest procedere contra tertium possessorem, nisi prius excusso principali debitore & illius fideiussore. Docto. omnes in l.persecutione. C.de pignor. Alexand.consi.67.num.3.& 6.volum.3. Barto.in l.fin.& auth. præsente. C. de fideic. Guid. Pap.decisio.432. suprà per totam, vbi multa discurrit Alexand.consi.58.in fin.num.7.volum.5. Afflict. decis.139.num.1.4.& 7.

Fallit 1.quòd tertius possessor non potest molestari ab aliquo si post alienationem factam ipse rem alienatam præscripserit spatio ann.30. quia tunc tutus erit, stante tit. & possessione ann.30. secundum iura alleg.in d.decis.Neap.139.

Fallit 2.in casu, quando lite iam incœpta contra debitorem, rem de qua agebatur, debitor alienauit, quo casu quamuis litigiosi vitium non contrahatur quo ad omnia, In hoc tamen contrahitur, vt possessor ipse causam habens à debitore possit conueniri, antequam debitor conueniatur, & fuit de mente Bar. in d.l.persecutione.C.de pign. I.No.reg.33.

Si vnus ex tribus iudicibus delegatis appellationi detulerit, & alij eam non admiserint: an causa ad sedem apostolicam deuoluta erit: tu indubitanter tene, quòd sic, ob ipsius sedis reuerentiam, & ita Domini de Rota decisio. 222. in ca. nota quòd si vnus. in ant.in hanc sententiam inclinauere, & in Clem.1. ibi, liceat ipsis vel maiori parti. de appellati. & ibi Cardi.& Imol.q.26. licet aliqui, vt Bald.in authen. hodie.vers.sed si qui. appellauit. C. de appe. & Perusi.in c.fi.q.7.de const.dicant contrarium, & hanc esse communem: attamen inhæreas opinioni supradictæ tanquam verissimæ, & not.gloss.in dicta clem.1.in ver.maiori: & an & quando intelligatur delatum appel. Dic per termini assignationem, vel per admissionem si & in quantum: vt Deci.in c.oblatæ.num.1.& 2.de appel. Angel. cons. ccxxvij. Federic. consilio clxxij. & consilio xxviij. ad fin. Rot. decisio.xvj.

Amplia 1. procedere in causis etiam breuioribus, vt Bald.in l.& si maioribus, in fin.C.de appell. & quæ dicantur causæ breuiores, vide doc.in auth.nisi breuiores.C.de sent.ex peric.recit.

Amplia 2.de reg. locum habere tam in sententiis definitiuis, quàm interlocutoriis: & à quocunque alio grauamine, parti præiudicium inferente, dummodo causa inseratur.Ita Gem.in c. Ro.§. si autem. de appe.in 6. Deci.in c.cum speciali.§. porro.num. 16.versic.ex prædictis, de appel.Rom.cons.324. nu. 56.cum aliis, in fi.

Fallit in notoriis vbi appellatio non admittitur, secũdum communem opi.per tex.in c.cum sit Romana, in fi.c.consuluit.& c.peruenit, de app. & c.Ro.§.fin autem.de appe.in 6.Ratio ponit Old.consilio 324. versicu.8.non obstat, & idem consi.18. versicu. Ad quartum quo quæritur: dicendo, quòd in notoriis, iudicis pronuntiatio non est propriè sententia, sed est executio.secundum Inno. in cap.ex parte. il primo de verbo.significatio. & ab executione non appellatur, c. nouit de appellat. ergo secundo in notoriis delictum redditur alternatiuum ex tribus: ex rei euidentia, ex confessione, aut ex legitima probatione, vt Deci. in c.cum speciali. §. porro. de appel. & Azo in summa. C.ad l.Aquil.& in rubric. C.de proba. I.Nouel.re.34.

¶ IVDEX nõ potest reuocare definitiuam sentẽtiam. text.est in l.Pau.& in l. iudex.ff. de re iudic. faciunt iura notanda, quæ in criminalibus loquuntur in l. moris. §. sed enim. & in l.diui fratres.ff. de pœ.quæ commendauit Abb.in c.suborta.de re iudica.

Habes Hispane text.in l.2.tit.22.parti.3.

Limita 12.modis, vt per Præposi.in c. cum cessante.de app.quam etiam regulam 8.modis restringit Fel.in c.qualiter.el 1.de accusatio.vbi hoc examinauit: & vide Ripam in l. quod iussit. ff. de re iudic. vbi ampliat istam regulam octo modis, & limitat aliis nouem. B.Dias re.360.

¶ IVDEX sicut potest repellere eum, cui nulla compe tit actio, ita & illum, cui competit actio sed inefficax est.Abb.& Felin.in c.ad aures.per illum text.de præscriptio.

Amplia, quòd si probatio impugnata facit pro impugnante iudex potest ex officio ei adhærere, secundum Barto.in l.post legatum.ff.de his quibus vt indig.

Amplia etiam si reus esset talis, qui in iudicio nullo modo est audiendus, vt bannitus Bald. & Saly.in l. vbi pactum.C.de transactio.per glo.ibi, quæ incipit opponendo, &c. in l. si vnus. §. pactus, ff. de pact.

Fallit, si competat ius actori, sed ad tempus, ante quod promisit non petere, quia etiam parte non opponẽte, iudex eum non repellet, regula tenet quando nõ apparebat ius competere actio actori nec in præsenti, nec in posterum, ita Abb.in c.exceptione de except. in versicu. ex quo habes, &c. S. Ian. reg. 145.

¶ IVDEX præparatorij est iudex præparati, & sic principalis.l.ordinarij.C. de rei vẽdic.Curtius & Mod. in rubr.C.de edendo. Alexan.in l.quoties.C.de iudic.Baldus in d.l. ordinarij. & facit text.in l. maior xxv.annis fundum.in fin.princ.ff.de euictio.Paulus Castrens.consilio lxxj. incip.visis, & ponderatis omnibus, de quibus secundum veterem impressionem, per d.l.minor. Rationem adiicit Bald.in d.l. ordinarij. ne iudiciorum contiguitas, & connexitas diuidatur.d.l.ordinarij. Quæ ratio procedit, siue in iudicio ciuili, siue criminali.l.nulli.C.de iudiciis.& l.qui de crimine.C.de accusa.

Limitat Paulus Castren.d. consi.xxj. quando iudex se non posset impedire de iudicio præparato, vt qui de ea re cognoscere posset.quem sequitur Alexand. in additio.ad Bartolum, in dict.l.ordinarij. & vide And. Barbatiam in additio. ad Baldum in d.l. ordinarij.

Iudicis præceptum nudum à caussæ cognitione non valet.Ita Barto.l.filiusfam.§.diui.quæst.fin.ff.de legat.1.allegat.C.commi.vel epistol. per tot.quem refert, & sequitur Iason in d.§.diui. Nam si iubet iudex, quòd soluas, vel restituas, caussa nondum cognita, non valet præceptum.l.nec quicquam. §. vbi decretum, secundum intellectum Iacobi de Arena, quem & communem esse scribit Ripa in d. §. diui. vnde infero, quòd iudex non potest procedere via executiua, caussa non cognita. dict. §. vbi decretum.

Fallit nostra regula, quando iudex præcipit aliquid, quod est modici præiudicij.l.de pupillo.§.meminisse.& ibi Paul.Castr.ff.de no.oper.nunt. Innoc. c. 2. de in integ.resti.

Limita

Limitatur, quando fit præceptum ſuper eo, de quo fuit cognitum.l.ea,quæ.C.commi. vel episto.Bald. in rub.C.eo.tit.Alex.in d.§.diui.

Fallit in præcepto facto ſuper iis, quæ verſantur circa cauſſam coram eo pendentem: quia valet, & tranſit in rem iudicatam, niſi appelletur, vt ſi præcipiat reſpondere poſitionibus, ſecundum Bartolum in l.ius alimentorum.§.penul.ff.vbi pup.educ. debe.& probatur in ca. quod ad conſultationem. ext.de ſent.& re iudic. & ſequitur Paul.Caſt.in d.§. meminiſſe.

Reſtringitur in præcepto facto ſuper iis, quæ ad eius officium ſpectant.l.æquiſſimum.ff.de vſufr.de quo per Felin.in ca.ſi quando.& c.ſeque.de reſcript.in vol.Gregoria.

Non procedit prædicta regula in iis,quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. Bald.in ſua Margarita ſuper verb.mandatum. Felin.in ca.Eccleſia S.Mariæ.de conſtit.

Fallit in præcepto executiuo facto ſuper iis, in quibus poterat ius ſibi dicere propria auctoritate ille,in cuius fauorem fit præceptum. Bald.Alber.& Iaſon in d.§.vbi decretum.

Alias fallentias vide per Iaſonem in d.§.vbi decretum.& Alex.d.§.diui. P.Prat.re.442.

¶IVDEX propter ſententiam nullam, non facit litem ſuam:not.Ang.in l.prima.§. hæc verba.ff.quod quiſque iuris,quod dicit ſingu. Felin.in cap.ex tenore.de reſcript. qui allegat gloſ.in l.fin.ff.de variis,& extraordi. cogni.& ibi Bart.Adde vltra eum Bar. in ſuis quæſtionibus, in quæſtione ix.incipien. iudex per imperitiam, verſiculo,decimò probatur. vbi ſequitur prædictam gloſſ.Ex quo colliges rationem huius regulæ,quæ eſt,videlicet, quia talis ſententia non lædit partem: & vide Imo.in ca.fin.de empt.& vend. qui dicit non albi illam gloſſ.eam etiam commendat ad hoc Iaſo.in l.4.in §.condemnatum.in princip.ff.de re iudic.vbi etiam refert Ange.vbi ſuprà,not.etiam Paul.in l.ſi filiumfamilias. ff. de iudic. allegando d.gloſ.Et vide tu Hiſpane l. 11.tit.22.par.3.quæ ponit plures caſus in quibus ſententia eſt nulla.

Limita primò, niſi fuiſſet eam executus ſecundum Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci.quæſt.21.ff. de offi. Proconſ.quem ſequitur Felin.vbi ſuprà, & tenet etiam Pau.in dicta l.ſi filiumfami. Adde vltra eos Ange.in l.1.§.hæc verba.ſuprà allega.vbi etiam per Alexand.in princ.qui refert Fulg.hoc ſublimitantem, niſi executio poſſit retractari per grauatum, quia tũc debet eam retractare grauatus, & ſic quòd limitatio procedat, quando executio eſt irretractabilis: quam ſublimitationem nota,& credo eam intelligendam,ſiue ſit irretractabilis ex natura ipſius actus, qui fuit executus, ſiue quia lapſum eſt tempus quo pars debebat illã retractare, quia iſta negligentia non poterit opponi parti per iudicem, ex iis,quæ infrà in iiij. limitatione deſcribam. Ex hoc habes vnum effectũ, quòd actus ſit irretractabilis: confirma eo quod not.Philip.in cap.vt debitus.de appel.vbi tenet,quòd à futuro grauamine poteſt appellari,quando grauamen eſt irreparabile,vt puta à tortura, vel captura:& vide Felin.in ca. ſi quando.de offi.delega.vbi ponit v.effectus actus irreparabilis,contra regulas iuris communis. Vide etiam alium per Alexand.poſt Pau.ibi, in l.4.§. condemnatum.verſicu.& per iſtam.ff.de re iud.videlicet, quòd quando per executionem ſententiæ infertur infamia vel præiudiciũ irretractabile: tunc allegatio nullitatis vel reſtitutionis in integr.impedit executionem. Vide Iaſo.in l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure.

Secundò declara,quòd regula procedit quo ad totale intereſſe,ſed quo ad expenſas propter hoc factas & damna, bene facit litem ſuam. Ita Bartolus in ſolutione quæſtionis ix.ſuprà allegatæ,& tenent Ange.& Alexand.vbi ſuprà.tenet etiam Paul.in dicto loco.

Tertiò limita, niſi nullitas ſententiæ prouenerit ex eo,quia iudex pretio corruptus tulit eam: quia tũc licet ſententia ſit ipſo iure nulla,l.venales. C.quan. prouo.non eſt neceſſ.& in l.ſeruo inuito. §. cum Prætor.ff. ad Trebel.vbi Docto.& not.gloſ.in cap. cum ab omni.in gloſſ.final.de vita & honeſta.cleric.& in l.ſi per imprudentiam.in verbo, autore.ff. de euic.tamen tenetur parti in totum, vt eſt text.& ibi Bartol.in l.fin.C.de pœn.iudic.& in dict.quæſtione ix.in verſicu. decimò probatur.& vide Alexand.in d.§.hæc verba.vbi idem tenet per allega. l.& refert plures,idem firmantes, licet de Bartolo vbi ſuprà,non meminerit. Et aduerte, quòd Alexand.vbi ſuprà generalius tradit hanc limitationem,dicendo,quòd quando ſententia nulla fuit dolo iudicis lata,tunc iudex tenetur ad integram litis æſtimationem: licet vt videre poteris,illa lex finalis ſolum loquitur,quando iudex precibus, vel pretio tulit ſententiam.

Quartò crederem, ſaluo meliori iudicio, ſuprà dictã regulam reſtringendam, niſi eſſet lapſum tempus agendi de nullitate (quod ex iure noſtri regni Hiſpaniæ eſt tempus ſexaginta dierum, vt in l.ij.titul.xv.libro iij.in ordi.rega.) vel ſi elapſi ſunt triginta anni,infra quos poteſt agi de nullitate, iuxta notata per Barto.in l.ſi expreſſim.ff.de appella. quem refert Lanfranc.in repet.cap.quoniam contra.de probatio.& per Cardina.in clement.1.de re iudic.in 14.quæſtione.& per Philipp.in capitu.dilecto.de appel.& per Iaſ.in l.prima.ff.de feriis,quia tunc cùm ſententia lædat partem, & ratio huius regulæ ceſſet,meritò ceſſabit eius diſpoſitio. Nec arbitror, quòd poterit iudex imputare parti quare de nullitate non egerit, ſicut nec imputare poteſt, quòd ab eius ſententia iniuſta non appellauit,vt voluit gloſ.in l.prima.§.primo.in verbo, noui iuris.ff.quod quiſque iuris.& probat glo.in d.l.ſi per imprudentiam.ff.de euict.& notat Bartolus in ſolutione d.quæſtionis in princip.& tenet Innoc. in capitu.ſacro.de ſenten. excommun.quem refert & ſequitur Baldus,qui hoc comprobat rationibus optimis in capitu.j. §.iudices.de pac.iura. firman. in verſicu.quæro nunquid.in vſibus feudor.& tenet Angel.in l.4.§. fina.ff. de damno infecto.vbi vide Alexand.qui plures refert, & tandem concludit, quòd iſta eſt communis concluſio. Imò fortius opinor,quòd etiam ſi pars cœpit agere de nullitate, & cauſa nullitatis ſit deſerta, adhuc poſſit contra iudicem agere: quod infero ex illa magis communi concluſione,relata per Alexand.vbi ſuprà, quæ habet,quòd etiam ſi appellatio ſit deſerta, pars agit contra iudicem qui iniquè pronunciauit, dum tamen lapſu temporis,& non renunciatione ipſius appellationis, ſit appellatio deſerta: & ſic eodem modo intelligo de deſertione nullitatis, vt iudex teneatur.

Quintò generalius reſtringe, niſi aduerſarij interſit, quia

quia tunc bene facit litem suam. Ita tenet Baldus in l. si vt proponis. la j. in fine. C. quomodo, & quando iudex. & consonat illud quod firmat idem Baldus in allegato §. iudices. versicul. quæro nunquid. vbi tenet, quòd in casu nostræ regulæ iudex facit litem suam, in eo quòd partem damnificat: facit etiam quod voluit idem in l. penult. C. de pact. prope fi. vbi tenet, quòd quando sententia nulla generat præiudicium parti, iudex facit litem suam. B. Dias reg. 363.

¶ IVDEX quando procedit super delicto ex præsumptione, debet multum temperare sententiam suam, & maximè ne condemnet, nisi raro, & modicè ad pœnam, nec pecuniariam, nec corporalem. Verba sunt aurea Innocen. in cap. quia verisimile. de præsumpt. quæ commendat Abba. in c. auditis. de præscrip. Ant. & idem Abb. in c. quanto. de præsumpt. & celebrant hanc doctrinam Innocent. Specul. Oldrad. Petr. de Anchar. Bald. & Cæpol. & Feli. Hippolyt. in repet. rub. C. de probat. in l. repet. ff. de quæstio. Ias. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Alexand. in l. j. ff. si certum petatur. & ibi Ias. qui allegant gloss. in capit. inter solicitudines de purgatio. canonic. in gl. fin. licet Ias. in loco prædicto corruptè eam alleget. Ferr. cautela v.

Amplia istam regulam vt per Paul. de Cast. in consilio cxcvij. incip. visa inquisitione. vbi voluit quòd ad condemnandum quem ad pœnam ordinariam delicti: non sufficiunt argumenta, vel indicia quantumcunque vrgentissima, etiam si sint talia, quæ mentem iudicis adeò coarctarent, quòd aliud credere non possit: & ibi describit plura exempla.

Limita & intellige prædictam conclusionem, quando iudex procedit ex hominis præsumptione, secus si ex præsumptione iuris. Ita limitat Abb. in c. accedens. de accus. in versicu. nec obstat. Dat rationem, quia illa non ita fallit, sicut præsumptio hominis: confirma hanc conclusionem xij. differentiis, quas cumulat Felin. inter ea quæ sunt hominis, & ea, quæ sunt iuris, in cap. pastoralis. §. fi. de offic. del. B. Dias reg. 370.

¶ IVDEX qui commisit alicui de sua familia, quòd aliquem torqueat in casu illicito, si tortus moriatur, an mãdatarij teneantur. Tu tene quòd non, quia necessitas officij ipsos excusat. ita Bal. in l. liberorum. §. excusatur qui iussu. & ibi Ang. ff. de his qui not. infa. Din. in reg. si quis mandatum. de reg. iur. l. tutorẽ. in j. respon. ff. de iis quibus, vt indign. & l. si pignora ff. de euict. Th. Grammat. decisi. xxvj. num. 38. vsque 88. quod not.

Fallit hæc regula in iis, quę à iure fieri prohibẽtur, quia tunc is non tenetur obedire iudici, ita est text. in authe. sed nouo iure. in fi. ibi, obedientes. C. de custo. reorum. Ita Guid. Pap. q. cccxl. in c. non debet.

Fallit etiam quando superior deuiat à iustitia, & honestate: tunc officialis non habet necesse parere, quoniam & non semper est obediendum literis & superiorum mandatis, maximè contra leges & canones. secundum Deci. in c. si quando. nu. 2. 3. & 4. de rescr. alleg. Anch. cons. 241. & cons. 343. Bal. cons. 39. nu. 3. vol. iij. & Dec. in c. ad hæc, nu. 3. de appel.

Fallit etiam, quando superior mandat subdito inhonesta & contra iura, quia prælato nullo modo est parendum, sed rescribendum, & supersedendum, secundum c. non semper. xj. q. 3. In. in c. inquisita. de sent. excom. Abb. & Feli. in c. si quando. nume. 2. de rescr. I. Nouel. reg. 35.

¶ IVDEX qui primam sententiam tulit in causa appellationis regulariter non est citandus. probat text. in c. venerabilibus, de senten. excom. in vj. Abb. in c. sacro. de sent. excom.

Fallit quando iudex ex officio processisset, secundum Abb. & alios, in dicto cap. dilectus filius. de rescript. quod declara, vt per Felin. ibi in versicu. Regula, in causa, &c.

Fallit quando processus in causa appellationis posset inferre pœnam primo iudici, Inno. in c. cùm speciali. de appel.

Fallit quando primus iudex non citaretur. Anto. d. c. cũ speciale. S. Ian. reg. 151.

¶ IVDEX vnus stantibus pluribus iudicibus, procedere potest, ex quo in solidum habent iurisdictionem, Abb. c. prouidentiam de offi. dele.

Fallit eis, vt vniuersis. Bald. l. j. quæstio. iiij. ff. de offic. Consul.

Fallit quando extaret statutum, vel consuetudo, quòd omnes vnanimiter haberent agnoscere. S. Ia. re. 151.

¶ IVDEX qui in sententia dixit condemno te ad soluendum centum quolibet anno, secundum quod soluere soliti sunt tui antecessores, si tui antecessores nihil vnquam soluere soliti sunt, an valeat sententia ista? resp. quòd non, propter dictionem illam secundum, quæ non stat conditionaliter, sed causatiuè. Doc. com. l. eum qui. §. Iulianus. il 2. ff. de const. pec. glo. c. quoniam Abb. de offic. deleg. doct. l. penultima. C. de inst. & sub. item non valet commissio facta iudici delegato, vt procedat secundum formam priorum literarum, nisi de illis priorib. literis constiterit. not. cum dilecta. de confir. vtil. vel inuti. gloss. fi. c. 1. de fid. instr. Medic. re. 10.

¶ IVDEX regulariter partes litigantes ad compromittendum ducere non potest. Glos. & Bar. in l. seruus. §. qui iussu. ff. de iis qui not. infa.

Fallit quando esset timor scandali, secundum Alexan. post Paul. de Cast. in l. quidam existimauerunt. ff. si cert. pet.

Fallit hodie ex dispositione regiæ pragmaticæ, incip. odia: &c. S. Ian. 150.

¶ IVDEX non tenetur impartiri officium non postulatum, l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui oper. nuntiat.

Amplia sex modis, & limita aliis sex, vt per Ripam in d. §. hoc autem. B Dias reg. 375.

¶ IVDEX si non videt probationes rei, post sent. latam ad fauorem actoris cessare. Guid. Papa Decisi. ccclviij. gloss. not. in c. fraternitatis, in ver. per errorem. de frig. & malef. Corset. singu. sententia vj. Anto. de But. in c. ab excom. de rescr. Dec. in c. ex epistolæ. num 164. In. in c. plerique. de imm. eccle. Bald. in auth. ad hæc. de vsur. Abb. in c. inter cæteras. de re iudic.

Amplia j. hanc reg. locum habere in arbitrio qui incõtinenti potest sentẽtiam suam mutare. Ita Specul. in titu. de arb. sequitur. num. 62. quod secus est in sententia ordinarij. Ratio quia lata sentẽtia, ius est quęsitum parti, & sic mutari nullo modo potest, vt l. iudex. ff. de re iud.

Amplia ij. si incontinenti visis probationibus rei liquido sibi constat de iniquitate sententiæ, quo casu potest sententiam ad fauorem actoris reuocare & cassare, & incontiuenti fieri dicitur, quando fit intra triduum. text. est in l. fin. C. de err. aduoc. & Bald. in l. j. C. de bon. quæ lib. vbi declar. An, & quando dicatur

fieri incontinenti.& in c.j.versic.pacem. de pace tenen.in vsib. feud.& Docto.in l.diuortio.ff.solu.mat. I.Nouel.reg.41.

¶ IVDEX saluum conductum bannito ex causa ad tēpus concedere potest.Ita Bal.in l.reos. num.43. C. de accusat. Bartol.in l.si is qui reus.ff.de publ.iudic. Bal.in l.j.ff.de dolo.Iacob.de Beluis. in authent. de mand.princip.§.sed neque.Inferior autem iudex saluum conductum in perpetuum sine principis licentia concedere non potest.Ita Barto.in l.relegati.numer.4.ff.de pœnis.Roma.in l.si vero. §.de vero.fallen.xxxj.ff.solut.matri .Deci.consi.lj.& pro tenui facultate,per totum, Afflict.decis.iiij. Barto.in l.non omnes.§.fin.ff.de re milit.Bald.in c.j.§.sacramenta. in fi.versi.quæro.de pac.iura.firman.Ias.in l.conuentionem.nu.4.ff.de pact.

Amplia, vt saluus conductus datus alicui intelligetur tam in eundo quàm in redeundo,secundum Alex. in consi.xlvj.in j.vol.ij.ponderatis,per text.in l.j. C.de nauic.lib.xj.Guid.Pap.consi.418.num.4.

Amplia ij. quod datus per principem vel per alterum iusdicētem alicui seruari debet:aliter incidit in pœnam l.Iuliæ maiestatis.tex.in l.j.versi.vel aduers. securitatem.ff.ad leg.Iuli.maiest.Guid.Papa consilio ccccxviij.num.3.Cast.consi.ccccxxiij.iij.volum. Ita Ange.in l.vtimur.ff.de sepul.viol.Boer.decis.clxxix. nu.2.& c. noli.xxiij.q.j.& gl.in c.offerebat.xxxij.q. vij.vers.apud Barbaras,& Guid.Pap.q.ccccxviij.nu. 5.& 6.& per Cyn.& Doct.in l.denunciamus. C. de iis qui ad eccle.confugi.

Amplia iij. vt securitas data viro intelligitur concessa vxori.per text.in l.ij.§.fin.C.de episc.& cleric. quia vxor gaudet priuilegio mariti.vt l.j.C.de vxor. milit.& ideo saluus conductus datus & concessus viro ab vxore. cum bonis suis comprehendit accessoria. Ita sing.Bal.cons.ccccxiiij.concessus fuit saluus conductus per totum. volum.v.

Amplia iiij. quòd saluus conductus cōcessus debitori: quòd per quinquennium nō molestetur ab vllis creditoribus, Intelligitur quòd etiam à creditore ratione delicti molestari non possit:ita Ro.sin.182. inci. quid si Titius.Alex.& Rip.in l.j.ff. si cert.pet.& ibi Roma.

Amplia 5. quòd iudex potest dare bānito securitatem eundi vel redeundi pro veritate habenda in aliquo casu,& hoc ad tempus,ita Salic. in l.cum indulgentia.nu.4.& 5.C.de sent.pass. & Albert.in 4.par.stat. q.39.vbi disputat ad partes.

Amplia vj.quòd saluus cōductus datus pro maioribus criminibus etiam extenditur ad leuia & minora, Ita Bald.consi.cccc.vol.j.Ratio est,quia in maiori summa inest minor.l.in eo,quod plus est.ff.de regu.iur. & gl.ibi not.in fi.

Vide de hac materia Bar.in l.j.ff.ad l.Iul.maiest. Guil. de Cun.in tract.secur. circa fi.& idem Bar.in l.iij.§. transfugas.ff.de sicca.Guid.Pap.cons. ccccxviij. per totum.& Boer.consi.clxxix.nu.6.7.& 8.

Et vide alias ampliationes &limitationes suo loco,verbo saluus conductus,vel fidantia. I.Nouel.re.48.

¶ IVDEX secularis cuiuscunque præeminētiæ sit,non est competens, quando tractatur de materia iuramenti,cum sit spiritualis:not.Hostie.in c. tua.super gl.fi.de ordi.cogn.Abb.in c.significante. de pign.in j.notab.

Limita quinque modis. vt per Felin. in cap.ij.de spōs. B.Dias reg.378.

¶ IVDEX secularis non potest cognoscere de causa spirituali,nec principaliter,nec incidenter: vt probat text.in c.tuam.de ordi.cogn.& in c. lator.qui fi lij sint legiti.& in c.si iudex laicus.de sentētia excommunicationis.in sexto.

Limita nouem modis,vt per Alexand.in l.Titia. ff.solu.matr.Vide Ias. qui addit alias quatuor limitationes in l.quoties.C.de iud. B.Dias re.362.

¶ IVDEX semel electus non potest iterum eligi post litis contest.nota.l.si conuenerit. ff. de iurisd.omn. iud.l.si cum dotem.§.eo tempore.ff.sol.matrim. Iaso.l.quicquid adstringendæ.col.4. ff.de verb. oblig. Med.reg.3.

¶ IVDEX qui semel protulit sententiam non potest amplius secundo variare.Bal.l.hac l.colum. 2. C.de senten.ex Bræuil.rec.l.iudex.ff.de re iud.l.Paul.ff.de quæst.l.diui.ff.de pœnis.doct.com.l.ab executione. ff.de appel.c.nouit.de iudi.Din.& Boer.c.quod semel.nu.2.de reg.iur.6.c.mutare.eo.ti. Med. re.3.

¶ IVDEX in sententia non tenetur exprimere causam: per c.sicut.& c. cum Bertoldus, de re iudic. Imo.in l.si is quem.ff.de acqu.hære. Soz.reg.ccliiij. vbi ponit xvj.fallent. Ratio, quia aperit viam suæ impugnandæ sententiæ, nisi adiiciat dictionem maximè.secundum Panorm.in cap.ex parte, de conces. præb.

Amplia d.reg.vt non solum iudex non tenetur exprimere causam in sententia diffinitiua, sed nec etiam in interlocutoria, quia quo ad hoc censetur esse idē iudicium.

Fallit, quando ex sententia producerentur diuersi effectus: tunc iudex debet causam exprimere ad hoc vt non noceat sententia: nisi quo ad effectum quem iudex producere intendit.ita Soz.in l.si à te.nu.3. ff. de re iudic.

Fallit quando iudex in iudicando recedit à iuris dispositione, quia tunc causam exprimere tenetur, sec. Old.cons.cccxxv.& Ro.cons.ccccl xxxiij. dubitatur. Bal.in rep.l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de iis,qui no.infa.Deci.in c.consuluit.num.13.& 14.de appel. consi.viij.in princ.& idem Rom.consil.ccccxcix. in præmissa consult.

Fallit etiam,quando iudicaretur super aliquo notorio, quia tunc esset necessarium causam exprimere. secundum Felin.in c.j.de re iudi.Inno.& But. in c.vlt. de libel.obla.Corse.singu.in vers.sententia. la vij.in sing.suis.

Fallit quādo sententia fertur vigore contumaciæ,quia condemnatus in absentia præsumitur condemnatus propter contumaciam.l. si ideo. ff.de euic.& sic Bal.in l.pen. C.de const.pec.& in auct.qui semel.C. quo.& quand.iud.tenet,quòd absentia habetur pro causa in condemnationibus per contumaciam seu sententiis latis. I.Nouel.reg.40.

¶ IVDEX sententiam per alium regulariter recitare non potest.tex.est & gloss.in c.fi.de senten.& re iudic.in vj.

Primò fallit in episcopis:vt vult text.in d. c. fi. quod verum est,si sit confirmatus,& consecratus:cum dignitas & honor principalis aliis non competat: vt in d. c.j.de transla.episc.& in d.c.j.de exces.prælat. & ita disputando tenuit Dom. de sanc. Gemin. vt refert Ant.in d.c. j.& si alibi gl.si.dicit quòd episcopus ante consecrationem non vocatur episcopus sed de lectus:vt est gl.in l.j.ff.de reli.do.

Secundò fallit in iudicibus illustribus & superioribus. in l.ij.C.de sen.ex periculo recitan.

Tertio fallit, quando ex pluribus iudicibus vnus recitat sen-

tat sententiam ex mandato & in præsentia aliorum: vt in capitulo, cum ab vno. extrà, de sentent. & re iudic. lib. 6.

Quartò fallit in conseruatoribus: vt in c. fi. de offic. vica. in sexto.

Quintò fallit in inquisitoribus hæresis, vt c. commis. de hæreticis. in 6.

Sextò fallit in sententia interlocutoria: vt per Bal. in l. fi. C. de sent. ex breuiculo recit. per gl.

Septimò fallit in casibus, in quibus valet sententia sine scriptura: vt in d. c. fi. de re iudic. & glos. super verbo, illustrium, in istis enim casibus sententia poterit legi, & recitari per alium præsente & mandato iudi. vt in d. ab vno. vbi de hoc pleniùs vide. B. Soci. regul. 249.

¶ IVDEX vel superior potest auctoritate sui officij moderare dilationem legalem. gloss. in c. cum sit Romana. de appel. vt in authentic. hodie. C. eodem titul. & ibi Doctores.

Primò fallit in dilatione statuta à lege in actu modici præiudicij, quam etiam ex causa iudex non potest prorogare. glo. & Dominicus in cap. pia in verbis, octo dierum de except. lib. vj.

Secundò fallit, quando iudex moderando dilationem legalem se intromitteret de iurisdictione superioris. c. ex insinuatione, de appel.

Tertiò fallit in principe, quia etiam sine causa omnẽ dilationem abbreuiat. c. ex ore. de iis, quæ fiunt à maiori parte capituli.

Quartò fallit, vbi iudex velit in totum tollere terminũ legalem. gl. in l. quod iussit. in fine gl. magnæ. ff. de re iudic. Spe. in titul. de citatione. §. nunc de emptione. versi. fin.

Quintò fallit, vbi assignat certam dilationem, & post ipsam aliquid statuit: quia tunc dilatio non potest mutari, ita Bal. in l. j. C. de requir. reis. & Roma. in l. ff. de re iud. B. Soc. re. 240.

¶ IVDEX vt suspectus ob modicam causam remoueri non potest. Ang. & Dec. l. qui iurisdictioni. colum. 3. ff. de iuris. omn. iud. Asin. in praxi iud. §. 7. Fall. 59. nume. 26. item in minimis causis quis potest esse iudex, & tabellio. gl. l. iubemus. §. sanè. C. de sacr. sanc. Eccl. Abb. c. 3. de prob. Feli. c. quoniam contra. col. 1. de probat. licet generaliter secus sit, Innoc. c. cùm à nobis. de test. Med. re. 5.

¶ IVDICIS auctoritas regulariter quem à pœna excusat, tex. est in l. ait prætor. §. penult. ff. mino. & ibi gl. & in l. furti. §. iussu. ff. de his qui not. infa. & in l. ij, §. casus. ff. de aqua plu. arc. & not. gl. in l. id quod. ff. de iurisd. omn. iud.

Primò fallit, nisi auctoritas iud. iniustè esset interposita: quia tunc non excusaret à pœna. ita not. Bar. in l. iustè. ff. de acq. posses. & in l. meminerint. C. vnde vi. quod tamen intellige, nisi auctoritas iudicis esset interposita iuris ordine seruato; quia tunc excusat à pœna, licet iudex iniustè pronunciet. ita tenet Abb. in c. ad nostram. extrà, de iureiurando. quia imputãdum est parti, quæ non appellauit: sed qui non seruat ordinem iuris actus eius est ipso iure nullus, & non excusat, nec est necessaria appellatio: vt ibidem ipse tenet, & eodem modo iussus patris excusat regulariter filium vel seruum: vt not. gloss. in c. mulieres. in gloss. fin. de sententia excommunicationis. quod singu. limita, videlicet, quòd mandatum patris vel domini mitiùs debeat puniri, & pro hoc alleg. duos textus, vnum est in l. seruus. C. ad l. Iuliã de vi. alius est in l. secundum. C. de sepulchro viola. & pro hoc alleg. tres gloss. singulares hoc idem tenentes in l. seruus. ff. de act. & obli. bene faciunt ea, quæ notat Bar. in l. non solùm. in §. si mandato. ff. de iniuriis, & est glossa in lege, si ea. ff. de reg. iur. Bald. & Salic. in d. l. si seruus. quod nota perpetuò, vt scias adiuuare illos, qui interficiunt homines de mandato dominorum suorum. B. Soc. reg. 251.

¶ IVDICIS ciuilis impotentia. Adiudicatio ciuilis nõ prodest ad hoc, vt criminalis feratur sententia.

In Decret. c. 2. q. 1. nihil manifestè. Azo, rubr. 104.

¶ IVDICI, eiúsve officiali non licet resistere. Bart. in l. prohibitum. per illum tex. in fi. de iur. fisc. lib. x. C. Odoffr. in l. prohibitum. Fel. in c. si quando, de rescript. in antiq. Io. Faber. in §. pœnales. inst. de actio. quinimò illis parendum est l. vnica. ff. si quis dicen. non obtemp.

Fallit regula, quando iudex, parte non citata, faciat executionem, pars potest appellare, & si iudex non vult admittere appellationẽ sed vult exequi, poterit illi de facto resisti. vt tradit Cyn. in l. j. C. de iur. & fact. ign. quem ibi sequitur Ias.

Fallit si adpareat de iniustitia sententiæ, & damnum est irreparabile, potest appellari, & si nõ admittitur appellatio, potest de facto resisti. c. non debet. iuncta gloss. xj. q. iij. cap. non inferenda. xxiij. q. iij. Bart. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi, aut clam. Io. de Plat. d. l. prohibitum. versi. & similiter dicit Gul. Benedict. in repet. c. Rainutius. in verb. mortuo itaque testatore. part. ij. de testam. Limitatur ista limitatio si damnum esset reparabile. Ioan. de Platea d. l. prohibitum, per l. nec magistratus. ff. de iniuriis. quo casu iniuriarum agi potest. dicta leg. nec magistratus.

Fallit, si extra suum territorium exequatur. l. fi. de iurisdict. omn. iud.

Fallit si extra formam iurisdictionis exequatur. l. quẽadmodum magistratus ff. ad l. Aquil.

Limitatur, si officialis non habet literas suæ commissionis. tex. & ibi Bar. Io. de Platea, & Odoffred. in d. l. prohibitum.

Fallit si officialis non habet signum suum, aut armillã. Sal. in d. l. factum à iudice. ff. de reg. iur.

Amplia has limitationes, vt non tantum iis, quorum interest, de facto resistere liceat, sed & amicis, & vicinis. Bar. Io. de Plat. d. l. prohibitum.

Fallit prædicta regula, si iudex, omisso iuris ordine aliquem iniuriat violenter, potest de facto ei resisti. gl. singularis, in c. ex literis. in verb. denuntiatis irritã. extra de off. deleg.

Fallit si officialis, vel iudex exequatur sententiam nullam. Florianus l. addictos. C. de episc. audien. glos. in c. pastoralis. §. quia verò. in verb. & si sciat. de officio deleg.

Fallit si iudex sit negligens, Bald. in extrauagant. qui sint rebelles. in verb. rebellando. nam & ei resisti potest.

Amplia supradictas fallentias, vt procedant etiam in executore dato à Papa, Imperatore, aut Rege, vt & resisti de facto possit. Innocen. in cap. cùm olim. de priuileg.

Declaro prædictas limitationes, vt habeant locum, siue violentia inferatur personæ, siue rebus. P. Prat. reg. 443.

¶ IVDICI resistere non licet. tex. in c. qui resistit. ij. q. iij. glos. sing. in c. præsentium. vij. quæst. j. allegat

eam Abb.in c.ex insinuatione.de procurat.& ibi eã facit singularem:& est text. in l.addictos.C.de episcop.audien.imò resistens puniri debet pœna criminis læsæ maiestatis.Bar.in l.iiij.in fi.ff.ad l.Iul.maiestatis.

Limita quatuor modis,vt per Fel.in c.si quando.de off.deleg. B.Dias reg.381.

¶ IVDICES. Ciuitates per se iudices facere posse.

In Aut.de defens.ciui.§.mali. Azo,ru.104.

Vsque inclusum.

In Aut.de temp.non solu.do.§.general.

In Aut.de defenso.ciui.§.iudicare.

In Aut.de appel.§.illud.§.si mali.§.illo.

In Aut.de fid.instr.§.vlt.

CONTRA.

In Aut.de fid.instr.§.& super.

In Aut.quib.mod.nat.effi.leg.§.ne. Azo, rub.104.

¶ IVDICES ordinarij plures, licet habeãt iurisdictionem & exercitium in solidum,tamẽ si omnes simul cœperunt de causa cognoscere, non debet pronuntiare vnus sine alio,sed omnes simul debent iudicare:notat.gl.quam ibi omnes sequuntur in l. si vni.ff. de re iudi.in verbo,proferre.

Limita hanc regulam tripliciter,vt per Ias.in d.l.si vni.

Primò,nisi vnus eorum iuret sibi non liquere.

Secundò,nisi in sententia interlocutoria.

Tertiò limita,si aliquis eorum sit impeditus aliqua iusta causa. B.Dias reg.380.

¶ IVDICIVM. Repetita die fieri condemnationem.

C.de dol.l.vlt.

C.qui admit.ad bon.posses.poss.l.2.

ff.de oper.nou.nunc.l.de pupillo.§.si quis.

ff.ad exhib.l.Iulian.§.qui autem.

ff de his qui not.inf.l.gener.

ff.de inoff.test.l iud.§.sicut filius.

ff.de iuris & fact.ign.l.3.§.præterea.

ff.de transact.l.si quis.

ff.de maior.l.sed etsi.§.si feriæ.

ff.de vi & vi arm.l.si plures.§.dare. Azo, rub.90.

Dilationem iudicij,vel restitutionem, sine dãno temporalis actionis fieri.

In Aut.vt cum de appel.cog.§.memi.

C.de temp.in integ.rest.l.petend.

C.qui bon.ced.poss.l.vlt.

C.de iure delib.l.sancimus.§.donec.

ff.de noxal.l.2.

ff.de minor.l.vlt.

ff.de off.præs.l.senatus.

ff.de iud.l.2.pen.

ff.ad Velleia.l.debitrix.§.vlt.

ff.de oper.nou.nun.l.de pupillo.§.si quis.

ff.qui bon.ced.poss.l.vlt.in fi.

ff.de itin.actúque priuat. l.1.§.preterea. Azo, rub.90.

Si eius sit manifesta calumnia, non est danda dilatio.

C.qui accus.non poss.l.2.

ff.ad exhib.l.3 §.ibidem.

Contrà,in Aut.vt cum de app.cogn.

Absentiam patroni vel aduocati,iustam esse causam dilationis iudicij.

ff.de min.25.ann.l.ait prætor.

C.de iud l.properandum.§.illo.

Ad iudicium suscipiendum, certum diem statui.

C.de vsufr.l.2.

Ad agendum,certum diem statui.

ff.de pet.hær.l.si quis liber.

Iudicium sortis.

Inst.de leg.§.optionis.

C.comm.de leg.l.si duobus.

C.de iud.si ambo.

ff.fam.hercis.l.si quæ sunt.§.1.

ff.de fideic.lib.l.generaliter.§.si quis alij.

Consul,deposito officio,litem coram se cœptam potest terminare.

ff.de iurisd.om.iud.l.pen.

ff.de iud.l.vbi.

In Auth.vt nulli iud.§.hæc.

ff.de iud.l.venditor.§.iudices.

Repetita,&c.Dilationem,&c.De iudicio,&c. Cõsul,&c.Hic videtur contrà, quod dicitur, in incerto ad præsidem recurrendum,vt C.de nupt.l.1.&de amit.tut.l.3.§.vlt. Azo,rubr.90.

Hæ omnes sunt notæ:& de prima etiam aliàs diximus. Azo,rub.90.

Iudex suspectus rectè recusatur.

C.de iudic.l.cum specialiter.

CONTRA.

In Auth.vt differ.iud.§.1.in fin.

Iudex,&c.& contrà.] Si suspectus fuerit iudex delegatus,recusatur,vt hic:si autem sit ordinarius, contrà: vt in contraria Rub.& vt notaui in C.de iurisd.om. iud.l.nemo potest. Azo, rub.90.

Ante litem contestatam examinationem testium fieri,& sententiam proferri.

In Auth.de testib.§.pen.

C.de iud.l.properandum.§.si man.

C.vbi quis curial.l.vlt.

C. quomodo,& quan.iud.Aut.qui semel.

C.de liber.caus.l.si is.

C.de iurisd.om.iud.l.quis quæ proprium.

Ante litem,&c.)Hæc est nota. Azo, rub.90.

Aequalitatem in iudiciis & arbitriis debere seruari.

ff.de arbit.l.non distinguemus.§.item si quis.

ff.de arbit.l.sicut.§.etsi. Az.ru.90.

Ius interpretatur gestum,quod non est gestum.

C.de inst.& subst.l. si mater.

C.de neces.hær.l.quidam.

ff.de adopt.l.his verbis.

ff.de leg.1.l.turpia.§.si Titiæ.

ff.de appel.l.cum quidam.

ff.quod vi aut clàm.l.1.§. qui si. Azo,rub.90.

Non interpretatur gestum.

Inst.de act.§.rursus.

C.de postlim.reuers.l.ab hostibus.

ff.de noxalib.l.in noxa.

ff.de vsucap.l.rerum mixtura.

ff.de minor.l.1.§.1.& l.sed etsi.§.quoties.

De iure communi est, vt æstimetur factum id demum, quod est factum, vt in contraria Rubr. quandoque tamen id fallit:id est,in his, in quibus aptatur fictio iuris:vt in hac Rub.& suprà in illa Rub. Videtur esse quod non est.

Iura mihi competitura,non transire ad hæredes.

C.de reuoc.donat.l.1.& vlt.

ff.de priuil.cred.l.4.& vlt. Azo,rubr.90.

Iure admisso singulari,non admittitur ius commune:& econuersò.

C.de adult.l. virum.

In Insti.de success.ed.§.cog.

ff.de

ff. de testa.milit.l.si miles. Azo,rub.90.

Ius interpretari,est idem quod est aliud:& est aliud,quod est idem.

In Inst.de rer.diuis.§.cum ex.& §.Titius.
In Instit.de iust.& iure.§.ei verò.
C. de natur.lib.l.si quis ser.
ff.de iudic.l.proponebatur.
ff.de seru.vrb.præd.l.cum quis.
ff.de liber. & posth.l.in suis. Azo,ru.90.

Esse aliud,quod est idem.

In Inst.de rer.diuis.§.si Titius.
ff.quib.mod.vsufr.amit.l.repeti.§.si arcæ.
ff.ad Trebel.l.ex facto.§.ex.
ff.de alim.præstan.l.si seruus.
ff.de acquiren.rerum dom. l.sed & si extraneæ. §.ar.
ff.de solution. l.qui res.§.aream. Azo,ru.90.

In his iudiciis venit dolus præteritus.

ff.de pet.hær. l.nec vllam.§.sed etsi.
ff.ad exhib.l.si quis hominem.
ff.depositi.l.1.
ff.de iur.iur.l.qui dolo.
ff.de rei vend.l.si mater.§.sed & is. Azo, rubr.90.

Quod permittitur agere, demonstrari debet:non enim permittitur vagari.

ff.de rei vend.l.si in rem.
ff.si cert.pet.l.certum.
ff.de inter. act.l.qui seruum.§.iure.
ff.depositi.l.1.§.argentum.
ff.de furt.l.act.furt.
Iura mihi,&c.
Admisso,&c.
Ius inter,&c.
In his,&c.
Quod permittitur, &c.
Qui legem,&c.
Hæ omnes sunt notæ. Azo,rub.90.

Qui legem offendit,eius non vtatur præsidio.

ff.de solut.l.etiam.
C.de Episc.au.l.nemo.
C.de incest.nupt.qui contrà.
ff.de minor.l.auxilium.in fi.l.

Solutio.

Distingue,an ius singulare contrarium sit iuri communi:quo in casu,vno electo,constat alterum repudiari.vt ff.de mino.l.filius. Azo,rub.90.

Quædam fiunt in figura iudicij.

C.de Latin.liber.tol.§.similique.

Probationes vel confessiones in iudicio, in alio prosunt, vel obsunt.

ff.de liber. caus.l.iubemus.
ff. de iureiur.l.si duo.
ff.de arbit.l.non distinguemus.§. si is.
ff.de Carb.edict. l.Carbo.§.ibidem.

Contra.

ff.de iureiur.l.nam.§.vlt.sed si post.

Solutio.

Prosunt quædam,quo ad præsumptionem, non autem ad præiudicium. Azo, rubr.90.

Rem peto, & rem habeo.

In Inst.de legat.§.si cui.
ff.de verb.oblig.l.Iul.
ff.de solut.l.etiam.
ff.de leg.1.l.non quacunque.

Rem peto,&c.] Circa hoc ita distingue. Cum rem indebitam quis soluit, & ego propter id quod fecit debitor ante solutionem,damno afficior, si quidem res mihi auferatur: vt quia alij obligauerat, vel in emphyteosin constituerat, vel similia fecerat: rem eandem postea ex eadem stipulatione peto: quia nec soluisse videtur, cum ita soluerit, vt apud me non remaneat.vt ff.de solut.l.si rem.& l.qui res. primo respon.& l.si hominem,in quo.& l.cum quis.§. si hominem. & de act.emptio. l.emptorem.§. idem Nerat.& ff. de leg.1.l. non quocunque. Si autem res mihi non possit auferri, facto tamen suo in re facta est mea conditio deterior: si quidem debeat ex contractu bonæ fidei,agatur ex eo. vt ff. commodati.l. 3.§.si reddita.& ff.depos.l.1.§.si res. Idem in his quę paria sunt,in iudiciis bonæ fidei:id est, in leg. & fideicom. vt C.in quibus caus. in integr. rest. non est necess.l.in minorem. Et probatur hæc distinctio, ff.de solut.l.qui decem.§. qui hominem. Sed si ex cōtractu stricti iuris fuerit primò debita, nec mihi soluta possit auferri: si quidem obiicio promissori, quòd non fecit id quod facere promisit: puta cautionem promissam, vel ascriptitium gratia fundi promissum non præstitit: ex stipulatione tenetur.vt ff.de solut.& de verb oblig.l. Iul. Si verò promissor totum quicquid promisit, soluit, si in re soluta, antequam solueret, dolum adhibuit, vel culpam, vt pereat, penes se promissorem perpetuauit actionem. vt ff. de verb.obliga.l.si seruum stipu. & l.si ex legati.Si verò soluerit rem dolo suo deterioratam, vel vilioris precij factam, liberatur quidem vetere actione,sed tamen tenetur actione de dolo. vt ff.de dolo.l.eleganter. §. non solùm.& C. ad exhib.l.exhibitionis. Vel si velit quis breuiter transire,dicat, semper agi posse prima actione,si facto suo debitor rem deteriorem,vel vilioris precij facit, & eandem soluit: tenetur enim prima actione, vt deteriorationis præstet æstimationem. Cæterùm ad alia damna, scilicet rerum suarum distractarum, vel pœnarum commissarum, ideo, quia rem expeditam & liberam, & non deteriorem habuit, agetur actione de dolo,vt ff.de dolo.l. cum quis.& l.eleganter.§.non solùm.Nec obstat,quod dicitur, C.ad exhib.l.exhibitionis.quia ibi non erat obligatus dare, sed exhibere,sicut habeat experiundi copiam.vt ff. ad exhibend.l.2.primo respon. Si ergo exhibet, licet deteriorem: tamen quia iam facta est experiundi potestas per exhibitionem, non tenetur actione ad exhibendum, sed in factum actione subsidiaria. Quæ actio in factum, non habet locum in re promissa:quia tempore deteriorationis,stipulator nullum ius in ea habebat. Alij dicunt, promissorem teneri prima actione, si post moram rem suam fecit deteriorem, vel interemit. Si autem tenetur de dolo, vt ff.de triticar.act. l.penult. sed ibi ab alio erat eluscatus. Si verò ipse interemit,etiam ante moram tenetur prima actione, vt ff. de verborum obligationib.l.si ex legat. & l. si seruum. primo respons.

Adiectio.

Hoc ita,si quid iuris desit: vt per leges subiectas apparet, suprà de æqual.fac. Rubrica, quod factum est. Nunquid ergo res ipsa tota repetitur: arg.quòd sic, vt ff.de solut. l.si stipulat.sum.§.1 Agetur ergo propter rationem,sicut ageretur re non tradita, & hoc ideo:quia denotatio iuris in actione venit. secus, si iudicis officio.vt C.deposit.l.3.& ff. de eo quod cer.

loco.l.antepen.nisi fortè incontinenti suppleret,vt ff.de re iud.l.Paulus.Rub.& ff.de rei vendic. l.ex diuerso.§.vbi.Vel melius. Si in re ipsa quæ soluta est, aliquid desit, res tota petitur. Si verò in re soluta nihil desit,sed pars debiti tantum,pro parte tollitur obligatio.vt ibi,& vt notaui,ff.de le.2.l.Mæuius. §. pen. diximus ibi: quia fundus legatus continet omne emolumentum,etiam vsumfructum.vt ff.de vsufruct.l.si Titio.& l.si alij non fundum.Sed in casu sequenti petit ipsum fundum.& est ratio:quia pro parte contingit liberatio,in primo casu:vt in proprietate,in secundo non,vt ff.de solut.l.si stipulatus.§.idē. & vt dixi,ff.commod.l.2.§.si reddita.Et hæc omnia, quasi superflua. Azo,rub.90.

Vendico dominium quod habeo.

C.vbi in rem actio.l.1.

C.de rei vend.l.cum à matre. Azo,nu.90.

¶ Iudicium nullum est quando caret forma.l.prolatam.C.de senten.& interl.omn.iud. quæ figura iudicij nuncupatur.Bald.leg. neque. §.de plano colū. 2.ff.de offi.procons.gl.l.iubemus. C. de liber.causa. Maranta in trac.de ordin.iud.p.2.nu.26.Cor.consil. 54.col. 2.vol.2. Med.reg.7.

¶ Iudicium possessorium,& petitorium, simul procedit,& simul possunt cumulari si non opponatur à iudice,vel à parte,l.si mancipium, vbi glo.ff.de euictio.

Fallit in 3.casib. quos not.Ias.in l.naturaliter.§.nihil cōmune,ff.de acq.pos.nu.16.

In iudicio possessorio recuperandæ non admittitur concursus petitorij,sed agitur prius possessorio.no. DD.in d.§.nihil commune.

Fallit in 2.casibus,quos not.Horman.Det.in d.§.nu.33.

In iudiciis possessoriis requiritur litis contestatio. Fallit in 3.casib.vt per Horman.Det.in d. §.nihil commune.num.36.vbi Ias.nu.65.attestatur esse communem opinionem.

In iudicio prius legitimandæ sunt personæ.Ampliatur & limitatur in multis casib.vt per Marsil.in l.si quis, nec quæstio.ff.de quæst. vbi latissimè tractat de ista materia.

Iudicium vbi semel cœptum est,ibi finiri debet , l.vbi cœptum,ff.de iud.

Fallit in 11.casibus,vt per Felin.in c.ex tenore, de res. col.2.

Ampliatur in 10.casibus,& limitatur in 16. à Port.lib. 3.suarum conclus.regu.22.Ampliatur in 11.casibus, & limitatur in 16.ab Ant.Gabr.libro 2.de iud. conclus.1.

Excommunicatus non habet legitimam personā standi in iudicio. Fallit vt per Damas.regul.120.

Iudicium non potest esse cum seruis,l.seruus,C.de iudic.Ampliatur & limitatur per Ias.in d.l.

Quantum ad ordinaria iudicij, & processus solemnitatem, considerantur consuetudines, & statuta loci,in quo iudicium agitur, Bart.in l.cunctos populos,C.de summa Trin.columna 6.l.3.in fin. ff.de testibus.

Fallit in 4.casib.vt per Maria.in c.quòd Clericis,de foro comp.

Iudicium inquisitionis dicitur extraordinarium,& nō ordinarium.Fallit in 2.casib.secundum Rip.in Rub. de iud.colum.13.

Mulier etiam pro filio suo non admittitur in iudicio ad defendendum,licet filius esset pupillus, l.alienā, C.de procur.l.qui absente,& l.neque fœminæ,ff.de procu.

Fallit in 9.casibus,vt per Iaso.in d.l.alienam. columna 1.& 2.

Filius non potest vocare patrem in iudicio sine venia, l.fi.C.de in ius vocando.

Ampliatur in 11.casibus, & limitatur in 5.vt per Petr. Duen.reg.532.

Filiusfa. potest esse in iudicio sine consensu patris in peculio castrensi.fallit in 3. casib.vt per Bapt.à Villa conclus.120.in litera E.

In iudicium non intelligitur deductum ius de futuro. fallit in 4.casib.vt per Rip.in c.cum ecclesia, extra de causa possess.& propriet.nu.112.

In iudiciis non est habenda acceptio personarum, c.in iudiciis,de reg.iur.

Fallit vt per Dy. in d.c.

Minor non potest esse in iudicio, l.exigendi, Cod.de procu.

Fallit in 4.casib.vt per Alexand.in d.l.num.17. Don. Fina,lib.3.

¶ Iudicium vbi semel acceptum est , ibi finem accipere debet. Verba sunt text.in l.vbi acceptum. ff. de iudiciis.

Limita vndecim modis,vt per Fel.in c.ex tenore.de rescriptis. B.Dias re.382.

¶ Iudicium soluitur morte, l. ex iudiciorum. ff.de accusat.quando agitur criminaliter, & principaliter ad pœnam afflictiuam corporis,secus si quæstio erat super bonis, quia tunc quamuis reus sit mortuus tamen adhuc quæstio durat super bonis.l.fi. C. si reus,vel accus.mort.fuer.l.3.C.si pend.appel.mors interue. & agitur contra hæredem quatenus ex illis bonis factus est locupletior, DD.Com.l.1. C.ne ex del.def.Bart.l.1.ff.de priu. del.gl.§.per contrarium. Institu.de hæred.quæ ab intest.defer.conc.cum hac concl.super concl.2.& concl.27.& 32.& hoc quo ad iudicium criminale. Iudicium autem ciuile soluitur multis modis,de quibus super.concl.31. not.l.iudicium soluitur,ff.de iudiciis. l.mortuo iudice.ff.de iudiciis.l.amplius.ff.rem ratam haberi, DD.Com.l.2. C. qui test.fac.poss. c.quorundam. 23. distin. Angelus in tractat.malefic.versicul.Dominus.nume.41. Decius l. pupillum.§.in hæredes.num.3.ff.de regulis iuris.Bellamera capit.ex parte. numer.17. de arbitr. Decius,& DD.Com.l.Imperium.nume.16.ff.de iurisd.omn.iudicum.Abb.c.ecclesia.num.23.de const. Med.tract.2.par.

¶ Iudicia.Paulus Lib. 51.Ad Edictum.

Lex clxiiij. al. lex cxxv.

Pœnalia iudicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt.

Ex titu.de libera.caus.l.vtique. Viuiennus.

¶ Iudiciorum ordo seruari debet. l.si pacto, quo pœnam. C.de pact.& ibi hoc adnotauit And.Alcia. nu.mihi 17.text.in l.prolatum. vbi gl.explicat iudicij ordinem.C.de senten.& interloc.omn.iud.& ibi hoc no.Bal.

Amplia vt procedat etiam in iudicio criminali. capit. dilectus. ibi postquam crimen. extra de simonia. Specul.in tit.de accusat.§.j.versicul.in summa nota, quod Paulus Castrens.consil.cxcix.incip.super hoc puncto interrogatus,secundum veterem impressionem.

Limitationes in materia Ciuili.

Fallit quando constaret reo, nullam reo defensionem competere, ídque propter euidentissimè rei naturam: nam tunc à reo non citato potest possessio auferri. l.qui potest inuitis. ff.de reg.iur. Rom. cons.

conſ.483.incip. dubitatur. in fi.

Fallit quando debitor eſſet ſuſpectus de fuga.Barto.in l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau. cred.

Fallit niſi aliter ſtatuto cautum eſſet. Sed hæ tres limitationes tutæ non ſunt: quod ad citationem attinet. Nã ea eſt iure diuino introducta.Gen.j.Cum Deus Adam poſt eius lapſum in ius vocaſſet, dixit Adam vbi es? atqui naturalia, diuináque iura ne princeps quidem tollere poteſt.§.ſed naturalia.Inſt.de iur.natural. gent.& ciuil.

Quocirca,citationem neceſſariam eſſe docui lib. j. forenſis diſpoſitionis.cap.iij.Cynus tamen ſcribit à iudice eam ex cauſa tolli poſſe.l.fi. C.ſi contra ius,vel vtil. public.Alciat.l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de lib.& poſthu.

Fallit quando inſtrumentum eſſet guarentigionatũ, de quo latè ſuprà, vbi de inſtrumẽto guarentigionato egimus.vbi latè vide.pro quo Franc. Ripa l. obligatione. nu.28. ff. de pign.

Fallit in caſu l.ſi quis filio. §. quid tamen. ff. de iniuſt. rupt.& irrit. fact.teſt.veluti in delictis, quæ moram non recipiunt:puta in latrone manifeſto, ſeditione prærupta, & cruenta factione, in quibus permitti ſcribit Iuriſconſultus primùm punire, deinde ſcribere.& hoc eſt quod Galli dicunt, Faire le proces apres la corde.

Fallit ſi ſtatuto ordo iuris ſublatus eſſet,vt tradit Paul. Caſtr.conſ.cxcix.ſuprà citato, quale videmus in regno Franciæ.vt refert G.Benedict.in repe. cap. Rainutius.verſ.mortuo itaque teſtatore.parte ij.nume. 200.de teſta.Nam in delinquentes in hoc regno proceditur via extraordinaria.

Nec titulus de accuſationibus,habet locum in hoc noſtro regno.

Fallit in nocturnis furibus deprehenſis à cuſtodibus, ſiue vigilibus:nam horum denunciatione, ſine alio ordine condemnabuntur illi,niſi ſe legitimè defenderint. Spec.in tit. de accuſ.par.iij. §.in ſumma ij.in fine. P.Prat.re.444.

¶ In iudiciis procedit in hac reg.l.nõ debet.ff.de reg. iur.item in contractibus etiam,capitulo primo, locati,tertio, & in vlt.vol. vt ſi teſtator mandet fratrẽ auxiliũ fratri præſtare viciſſim, intelligitur per hãc reg. de qua per Pariſ.conſi.82.numer.33.volumine 1.conſi.2.nnmero 16.eodem volumine.Ruin.conſil. 33.nu.11.volum.1.Soci.conſ.56.num.3.volu.1. Med. reg.9.

¶ Ivrare de calumnia actor,& reus recuſantes incidunt in pœnam,vt actor ab inſtituta actione cadat, reus verò pro confeſſo habeatur.capit.fin.& ibi per doct.extrà,de iur.calum.

Primò fallit, quando recuſaſſet iurare de calumnia ante litem conteſta. non enim ſuper tota cauſa iurare tenetur,ſed tantum poſt litem conteſta. vt extrà, de iura.calum.capitulo,cum cauſam.& per do.Anton. in d.c.fi.

Secundò fallit,quando ipſe reus recuſans iurare, vellet purgare contumaciam,&iurare:cum tunc admittendus ſit:vt per doct.in l.ij.C. de iura.calum.& Ioann. Andr.in addi.Spec.§.fi.eod.titu.ver.ſed nunquid.argum.l.ſi quis libellos,de appellat. C. quod non tantum verum eſt de futuro ſed etiam de præterito, ſecundum dom.Anton.in dicto c.fin.item hoc verum quando pœnitet vſque ad ſententiam condemnatoriam vel declaratoriam;cum tunc ipſe poſtea pœnitere non poſſit.arg.l. quia viator. §.qui accuſare.ff. de bo.quæ libe.ſecundum dominum Nico. in dicto c.fin.de iura.calum.de quo extrà, de foro comp. c.ſi diligenti.

Tertiò fallit,quando ambæ partes nolunt iurare: quia conueniſſent fortè de non iurando, vt voluit Spec. in eodem titu. §.fin.ver.ſed quid ſi.& Ioan. Andræ. in dicto cap.fin.compenſat enim delictum cum delicto quo ad hanc pœnam euitandam, ſed non quo ad hoc,vt iudex procederet in cauſa ſine iuramento, cum ſi procedat non valet ſententia,ex quo tale iuramentum expreſſè remitti non poteſt.l.ij.ſed quia. C.eodem titulo.l.prolatam. C.de ſenten.& interlocut.ſecundum dom. Nicol. in dicto cap.fin.de iura. calum.

Quartò fallit in parentibus & patrono,vt parentes ſeu patroni qui nolunt iurare de calumnia, non teneantur.l. iuſiurandum.ff.de iureiur. vnde in hanc pœnã non incurrunt,vt voluit Io.And.in d.c.fi.

Quintò fallit in tutore & procuratore:quia licet nolint iurare,minor tamen in prædicta cauſa non habetur pro confeſſo,nec eidem nocet:vt voluit Spe.in d.c. fi.eo.titu.ver.quid ſi tutor.& idem quod habetur in d.l. j.§.ij. ff.ſi quis ius dicen.nõ obtem.ad hoc quod not.in l.non eſt ignotum.C.de adminiſt.tut.

Sextò fallit in prælato,vel ſyndico qui quantumcũque nolint iurare,non præiudicãt eccleſię,vt voluit Ioã. And.in addi.Spec.in d. §. quid ſi tutor. per id quod habetur xvj.q.vj. epiſcopus, & ibi pleniùs per eum. ſimiliter concludit hoc procedere quando cauſa eſſet calumnioſa ex parte eccleſiæ. argũ.l.quoties.§. ſi eſt.ff.de admin.tut. Soc.reg.259.

¶ Ivrare de calumnia principalis perſona tenetur. vt eſt tex.& gl. in c. in pertractandis.vbi per doct.extrà de iura.calum.

Primò fallit,quando dominus eſſet abſens à longe, ꝙ in breui haberi non poſſit:cũ tunc admittatur procurator ad iurandum, dummodo habeat ſpeciale mandatum:vt voluit Bart.in l.ij. C.de iura.cal.l.ſi lõgius. ff. de iudi.cap.fi.de iuram.calumniæ. in vj.ſecũdum dom.Nicol.in d.cap.in pertractandis.quod an procedat:vide not.gl.& doct.in c. cæterùm. eodem titul.

Secundò fallit, quãdo eſſet procurator ad negotia, qui haberet agere & defendere, vt habetur in c.generali.de procur.in vj.& latiùs per docto. in d.c.in pertractandis.de iura.calum. B.Soc.re.257.

¶ Ivrare debenti de calumnia terminus ad deliberandum non datur:vt per doct. in cap.cum cauſam. extrà,de iuram. calum.

Primò fallit, quando quis habens iurare de calumnia reſpondiſſent libello:vt quia ſit hæres, vel procurator illius,qui reſpondit:cum habere debeat tempus ad deliberandum,vt ſe informet: cum tunc ceſſet ratio prædicta,ſecundum dom.Nicol.in d.c.cùm cauſam.de iura.calum.

Secundò fallit,quãdo ſuperueniſſet cauſa: propter quã veriſimiliter poſſet dubitare,vt quia reperit aliquid in arca paterna,quod faciat eum dubitare, ſecũdum dom.Nicol.in d.c.cùm cauſam. pro quo facit quod not. de iureiur.l.iuris gen. §.fi.per Bar. & Bal.vt ibi patet. B.Soc.re.258.

¶ Ivrare faciens aliquem, quem falſum iuraturum ſcit,peccat.c.qui hominem.xxij.q.v.

Primò fallit in iudice, vel in alia perſona publica, qui defert iuramentum ad inſtantiam alicuius ſecundum ordinem iuris:quia tunc non peccat,licet ſciat illum,cui defertur,iuraturum falſum. ita tenuit ſanctus Thom.j.quæſt.ij.articul.iiij.vbi facit differen-

tiam inter personam publicam, & priuatam, quæ exigit iuramentum: quia si scit ipsum iuraturum esse falsum, quia scit eum fecisse contra id, quod iurat, tunc talis cogens iurare est homicida, quia suppressit manum illi, quem cogit iurare, vt suo periculo se interimat. & hoc modo loquitur capit. ille, qui hominem. xxij. quæstion. 5. sed persona publica cogit iurare ad petitionem alterius, secundum quod ordo iuris exigit, siue sciat eum iurare falsum, siue verum *: quia non videtur ipse exigere iuramentum, sed ille, ad cuius instantiam exigit. & ex hoc habes singularem limitationem ad præallegatum c. qui hominem. 22. q. 5. B. Soc. re. 260.

ADDITIO.

* Verum. Vide Ias. in l. ambiguitas. de indi. vidui. tol. nu. 5. & sequ. Ben. Vad.

¶ IVRARI de calumnia debet in causa etiam leui. l. thesaurus. ff. ad exhib. capitulo de appellationibus. vbi Doct. comm. de appellatio. Ioann. Andr. & Baldus in Add. ad Spec. in titu. de iur. calum. §. sequitur. Med. reg. 5.

Iurans non alienare bona Ecclesiæ inconsulto Pontifice, vel ordinario, non incidit in periurium, si rem minimam alienauerit. Ber. cap. quæ in ecclesiarum. numer. 49. de const. Feder. de Sen. cõsilio 210. Abb. Imol. & Anch. c. vt super de reb. eccl. non alien. Corsetus in tracta. de minim. num. 11. dixi suprà ampl. 6. Med. reg. 5.

¶ IVRANDI facultas (in casu l. si quando. C. vnde vi. & in casu capit. fin. de his, quæ vi, metúsve caus.) transit ad hæredes damnum passi, si sit mortuus damnũ passus antequam iuret: notant Paul. Romanus, & Alex. in l. si per alium. §. fi. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est vi exi. ponit Iaso. vbi hoc ratione confirmat in d. c. si quando.

Limita, & intellige, quando hæredes sunt in tali conditione quòd possunt iurare, quia sunt bene informati, alias non ideo oportet, quòd sint tales hæredes, qui morati essent cum defuncto, & gessissent negotia eius. Ita Bal. in c. j. de inuest. inter do. & vas. lis ori. & refert sequendo Iaso. pro quo facit gloss. j. iuncto text. in leg. maritus. ff. de quæstionib. ex qua not. ibi Hippolyt. quòd iuramentum non defertur habenti vnum testem, quando ille non potest scire veritatem rei. Et ponit exemplum in hæredibus, & in successoribus in ius alterius, quibus dicit non deferendum iuramentum per prædictam gloss. quod est notandum, quia sæpè contingit in practica. B. Dias re. 257.

¶ IVRAMENTVM. Bonifac.

Reg. lviij.

Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum.

Ferè cõcordat hæc lex seu regula, cum suprà d. reg. nemo potest ad imposs. Viuien.

¶ IVRAMENTVM. c. Non est obligatorium cõtra bonos mores præstitum iuramẽtum. in vi. vide Expressum, Natura, & Dd. in l. si quis maior. C. de tran. Auth. Sacram. impuberum. C. si aduer. vend. l. admonendi. De iniur.

Metu aut vi extortum iuramentum non valet. d. Auth. sacramenta. Riisvvich.

¶ IVRAMENTVM appositũ in testamento habet vim clausulæ codicillaris, & sic operatur repetitionem à venientibus ab intestato. Text. singul. in leg. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. secundo, ita tenet Baldus per illum text. l. si iure. C. de testamen. manu. Et Bartolus in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & l. si quis in princip. ff. de leg. iij. & l. j. §. si quis ita ff. de verborum obligat. l. eam quam. C. de fideicom. versic. sextus casus. & Socin. in reg. xcviij. incip. testamentum si non valet. fallẽtia iij. & Ias. §. item si quis postulante. Inst. de actio.

Limita dupliciter, vt per Ias. in d. l. eã quã. Dias re. 389.

Fallit in 4. casib. vt per Lancillot. in tract. de off. præto. in tit. de iura. calu. nu. 3. & seq.

Iuramentum, cessante qualitate in persona eius, cui est iuratum, non tenetur iurans illi seruare iuramentũ, puta si ego iuro episcopo, qui posteà depositus est, non teneor illi, ita etiam cessante qualitate in persona iurantis, vt si canonicus iurat seruare statuta capituli, si desinit esse canonicus non tenetur. Abb. capitulo, veritatis de iur. iur. inspiciendum enim est quo nomine aliquid fiat, Bald. l. si pater, §. qui duos. ff. de adop. leg. post mortem ff. quando ex facto tutor. leg. si ita. §. Chrisogonus. ff. de verb. obli. l. procurator. ff. de procurat. l. si socium. ff. pro socio. glos. capitulo conquestus. de vsuris. l. emancipatum. §. si. ff. de senator. leg. cum aliquis. C. de iure deliber. l. si quis domum. §. pe. ff. locati. l. fin. C. de vsufru. capitulo requisisti. de testam. gloss. l. sed si. §. in arrogato. ff. de vulg. item not. quod iuramentum necessarium potest deferri tam reo, quàm actori. docto. comm. l. admonendi. ff. de iureiurand. Bald. capitulo finali. extra eodem tit. not. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & iuramentum iudiciale, quod potest deferri vsque ad conclusionem in causa, potest etiam vsque tunc præstari, Baldus, & Ang. l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred. Baptist. in tract. de correla. numero 40. item quemadmodum iurans contraxisse cum aliquo actione ex illo contractu agere poterit, ita & alter contrahens. l. si duobus. §. si quis. ff. de iureiurando. Med. re. 9.

Iuramentum cum vnico actu sufficit. quando scilicet ad validitatem actus requiritur geminatus consensus. Authent. siue à me. C. ad Velleia. glos. & Abb. capitu. cum contingat. de iur. iurand. Ias. l. si is qui. nu. 36. ff. de acquiren. hæred. quod valde notandum est. Med. reg. 2.

¶ IVRAMENTVM ille, cui defertur, iurare, vel referre debet, aliàs est in turpitudine: est tex. est in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiuran.

Primò fallit in eo, qui iam plenè probauerat intentionem suam antequam deferretur iuramentum: quia tunc ipse non cogitur referre nec iurare, imò cõsuetudo contraria dispositionis legis non valeret: vt est text. not. in c. j. de probation.

Secundò fallit, vbicunque actor nihil probauit: quia actore nihil probante, reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. & in c. vnico, vt ecclesia. beneficia. & hæc regula dictæ leg. manifestæ. debet intelligi, quando actor aliquid probauit, sed non plenè, ita singula. limitat illam legem Specu. in titu. de iuramen. delatio. §. primo, versiculo si autem actor, per cap. fina. de iureiurand. Sed Paul. de Castro in dicta l. manifestæ. & in l. iusiurandum. §. ait pretor. ff. de iureiuran. tenet contrarium per leg. generaliter. C. eodem titu. & respondet ad l. manifestæ. per dict. §. ait prætor. quia illa limitatur prout ibi per eum, & etiam dicit quòd text. in dicto c. final. §. fanè. de iureiuran. non obstat, qua loquitur in iuramento necessario seu prærogatiuo: cum deferatur à iudice non à patre. & hanc secundam opinionem tenet Bald. in dicta l. manifesta. in lectura antiqua: non

non tamen facit mentionem de dicto Specul. idem videtur etiam esse de mente Angel. in dicta l. manifestæ. sed Abb. in dicto capitul. sequitur opinionem Specul. & dicit quòd ita sentit Ioannes Andr. in dicto capitulo fina. super textu, in verbo, & nihil præstiterit. super gloss. secund. & pro hoc adducit dom. Bartol. in l. bonæ fidei. C. de iureiurando. dum dicit quòd causa seu lis decidi debet per iuramentum ergo ex simplici delatione, & dicit quòd ita videtur sentire gloss. & Bartolus in dicta l. in bonæfidei. & in l. admonendi. de iureiurando. & dicit hoc intelligi tam in iuramento, quod defertur à iudice, quàm quod defertur à parte, quia si ex hac causa potest recusare iuramentum necessarium deferendum à iudice. vt dicto capitulo final. magis etiam iudiciale, & pro hoc facit secundum eum quod not. Ioannes Andræas, in capitulo primo, de clandestina despon. & text. in capitulo secundo, eodem titulo, & Barto. opinionem puto veriorem, & pro hac opinione adduco text. in dicto capitulo, finali, inducendo sic. Nã ibi primò dicitur, quòd si actor omnino in probatione defecerit, reus dicitur obtinere si nihil præstiterit, postea autem dicitur, præsumptione verò fauente pro illo, reo potest deferri iuramentum: sed nota dictionem verò, quæ est aduersaria & dicitur aduersari in iure & in facto. l. sed & si. l. de petitio. hære. & in l. 1. ff. ne quis eum. l. vsufruct. ff. de verborum obligat. vt ergo aduersetur in iure & in facto, necesse est intelligere versiculum, sanè, dum dicit quod si actor omnino in probatione defecerit, quòd nihil omnino præstabit, ita quòd nulla præsumptio est pro eo, nam verbum omnino est vniuersale negãtis, vt notatur in capitulo, & si Christus. in gloss. in verbo, omnino. de iureiurando. & est tex. & ibi per Bar. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiussor. item est necesse exponere verba, si nihil præstiterit, dato quòd non iurauerit: quoniã ille qui iurat aliquid præstat: quia præstat ipsum iuramentum, & ita etiam exponit Ioannes Andr. quæ expositio est facienda, vt verba intelligantur semper secundũ subiectam materiam. l. si in stipulationibus. ff. de verborum signification. & in capitulo ex literis. cum ibi notat. de sponsa. vnde in versicul. præsumptione in verb. optimè nouit. aduersatur in facto & iure. in facto, quia ibi loquitur quando est præsumptio pro actore, in versiculo autem sanè, loquitur quando nulla præsumptio est pro eo. item aduersatur in iure, quia ibi reus absoluitur sine iuramento: sed in verbo præsumptione: alleg. versiculo, debet ferri iuramentum, vnde eo iudicio ibi aptissimè probatur, quòd ibi nulla præsumptio est pro actore, & reus debet absolui sine iuramento: & dicit ibi dominus Abbas hoc esse notandum: quia multi decipiuntur credentes generaliter quòd aduersarius vel iudex posset deferre iuramentum, & istam opinionem expressè tenet Hostien. in summa, de iureiurando. in rubric. de iura. assertiuo. §. primo, versiculo, vel possit aliter intelligi. vbi dicit lex quòd manifestæ turpitudinis, est nolle iurare vel iuramentum referre, quod debet intelligi, quando est præsumptio pro deferente: sed si non est aliqua præsumptio pro deferente, tunc potest indistinctè recusari iuramentum: quia non committit aliquam turpitudinem, ex quo nõ est præsumptio pro deferente.

Limita ibi Paul. de Castro, dicit enim quòd illa l. cùm simi. habet locum, quando actor vult deferre iuramentum reo, antequam constet quòd ipse actor non probauerit: vt quia nõ omnes sunt examinati testes, nam quando vult deferre iuramentum reo, tenetur reus, & tunc reus debet iurare vel referre iuramentum, postquam omnes testes essent examinati & publicatus processus, & sic apparet intentionem rei fundatam: nam non posset actor ipsum cõpellere ad iurandum, sed debet simpliciter absolui, & dicit, quòd hoc multum sibi placet, & quòd habet æquitatem, quia econuerso si intentio actoris esset fundata, nõ audiretur reus volens deferre iuramentum actori: vt l. in contractibus. §. illo. C. de non numera. pecunia, & in capitulo secundo, de probatio. & pro ista opinion. allego bonum text. in l. tutor. in princip. ff. de iureiurando. vbi dicit textus, quod tutor deferens iuramentum omnibus probationibus deficientibus, audiendus est, ad idem facit l. cum de indebito. §. in quibus. ff. de probationib. vbi text. dicit, quòd ille, cui probandi onus incumbit, potest deferre iuramentum aduersario suo de veritate dicenda, dummodo priùs iuret de calumnia: debet tamen ille, cui defertur, habere facultatem referendi iuramentum, ex his conclude, quòd quando loquimur de iuramento necessario, quòd tunc iudex non debet ipsum deferre, nisi aliqua præsumptio sit pro actore: vt suprà dictum est, dicit tamen Dyn. in dicto capitulo mulieri. de iureiurando. quòd ad hoc vt reus teneatur subire iuramentum purgationis, quod sufficit minus quàm semiplena probatio. Ad hoc facit quod not. Baldus, in d. capitulo primo. §. item vasallus. de controuersia inuesti. vbi respondendo ad dictam l. qui accusare. dicit, quòd non tenetur actor vel reus iurare, nisi stantibus indiciis, & vide gl. quæ ibi incipit, per guardiam, & istum intellectum tenuit Bartol. in dicta l. admonendi. & Butri. & Abb. in d. capitul. final. §. sanè. de iureiurando. B. Socin. re. 255.

¶ IVRAMENTVM. Iuramentum non dicitur propriè probatio. hanc esse magis communem opinionem attestatur Viuius in suis conclusio. in ver. iuramentum non dicitur, Plot. in l. si quando, C. vnde vi. num. 55.

Semiplenè probanti deferendum est iuramentum in supplementum probationis, leg. in bonæfidei, Cod. de reb. cred. c. fi. de iureiurando. capitul. Romana. de testi. in 6. leg. admonendi. vbi docto. ff. de iureiur. & si iudex non defert istud iuramentum, ab eo potest appellari, vt dicit Viui. in suis conclu. in ver. iudice neglecto.

Fallit in 80. casib. quos not. Soc. regu. 204 Fallit in 75. casibus, vt per Lancil. in tract. de off. prętο. in tit. de iura. numero 5. fallit in 38. casib. vt per Ioan. Baptist. Caccia. in d. leg. admonendi, num. 98. fallit in 77. casib. vt per Fran. de Curte in d. leg. admonendi. num. 152. vbi etiam Lanf de Oriano ponit 40. limitation. fallit in 5. casib. vt per Marsil. in leg. maritus, ff. de quæstio. numero 36. videas Bar. distinctionem in d. l. admonendi, in fi. & si iudex non defert. Itẽ in causis magnæ quantitatis non defertur iuramentum in supplementum probationis.

Fallit vt not. Mars. singul. 27. Fallit in 17. casib. quos refert Cato Sachi. in d. l. admonendi, numero 96. quid in criminalibus, videas Matth. in suis conclu. in ver. iuramentum. Fallit in 43. casib. vt per Iacobum Petr. de Ptolo. in dicta l. admonendi, nu. 73.

Filio spurio in supplementum probationis non defertur iuramentum, Roma. in d. leg. admonendi, num. 84. vbi omnes Doct.

Amplia

Ampliatur in vno casu, & limitatur in 4. à Marsili. in sing.273.

Iuramentum interpositum à minore super contractu rei immobilis, obligat minorem ad obseruantiam iuramenti,& validat contractum, quia aliàs erat inualidus,Auth.sacra.pub.C.si aduers.vend.

Fallit in 14.casib.secundum Fran.Curt.in d.Auth.num. 56.vbi etiā Ias.limitat in 14. Ampliatur in 18.casib. & limitatur in 14.ab Ant.Gabri.lib.2.de mino.con clu.5.videas pulchram distinctionem Bene. Cap.in suo tract.concl.87.nu.135.& iuramētum in minore, & muliere, non requirit certiorationem. hanc esse communem opinionem attestatur Port.lib.4.re.33. vbi limitat.

Authoritate propria nō potest quis venire contra proprium iuramentum,aliàs est periurus. c.præiudicandum,22.quæst.2.c.peruenit,de fideiuss.c.cum dilectus,de temp.ordin.

Ampliatur in 4.casib.& limitatur in 2.per Felin.in c.2. de sponsal.fallit in 8.casib.vt per Socin. regul. 206.

Iudex secularis cuiuscunque præeminentiæ sit, non est competens,quando tractatur de materia iuramenti. Host.in c.tua super,de ord.cog.Abb.in c.significante.de pig.

Fallit in 5.casib.vt per Felin.in c.2.de spons.colum. 10.

Iuramentum per metum præstitum obligat,Fel.in c.si verò,de iu.iur.

Fallit in 6.casibus, vt per Io.Sylua.in tract. de iureiur. fol.6.col.1.declaratur à Feli. in c.si verò, de iureiur. nu.7.

Iuramentum in litem de veritate ad hoc, vt deferatur, requiruntur duo: primum difficultas probationis: secundum dolus aduersarij,gl.& Bar.in l.in actionibus,ff.de in litem iurando,Cano.in c.si quod metus causa.

Fallit in 2.casib.vt per Ias.in d.l.in actionibus,nu.39.

Iuramentū non transit ad hęredes cum sit personale,c. veritatis,de iureiur.Bal.in l.1.C.de reb.cred. & in auth. sacramenta puberum.C.si aduer.vend.

Ampliatur & limitatur per Dias.reg.386.videas Port. in lib.1.suarum conclus.reg.3.& an &quando ob dolum defuncti iuretur in litem contra hęredes distinguendo declarat Bart. in l.in actionibus,nu.21.ff.de in litem iurando. sed facultas iurandi transit ad hæredes. Fallit hoc in 5. casib.quos not.Plot.in repe.l. si quando,C.vnde vi,nu.625.

Iuramento acquiritur obligatio, & per consequens actio,c. qui sacramento,22.q.4.c.fin. de foro compe. lib.6.

Fallit in 24.casibus,vt per Io.de Sylua. in tractat.de iureiur.in 3.par.q.1.Fallit vt per Bapt.à Villa. conclu. 121.in litera I. Fallit si iuramētum est contra bonos mores,c.non est obligatorium,de reg.iur.vbi Dam. declarat.

Iuramentum in fauorem alicuius præstitum, potest ab eo sine periurij nota remitti,c.1.de iureiur.c.2.de renunciat.capit.significanti,de censib.l.fin.ff.qui, & à quibus.

Fallit vt per Fel.in c.2.de spons.col.14.

Iuramentum oppositū in testamento habet vim clausulæ codicillaris,& sic operatur repetitionem à venientibus ab intestato,l.cùm pater,§.filij matrem,ff. de leg.2.Bald.in l.si iure,C.de test.manu.

Fallit vt per Soci.reg.98.Fallit in 2.casib.vt per Ias. in l.eam quam,C.de fideic.col.9.Fallit in 2.casi.vt per Socin.reg.49. in add.

Iuramentū sapit naturā actus, super quo interponitur, l.fi. C.de non num.pec.Bald. in c. quæ in ecclesiarū. de const.

Fallit in 8.casib.quos no. Mar.Ant. in tract.de virtu.iuramenti,in 7. effectu,col.fi.

In omni iuramento semper intelligitur authoritas superioris excepta, c.venientes de iureiu. c. ad nostrā. eo.tit.

Fallit in 4.casib.vt per Io.de Sylua.in tract.de iure iur. fol.6.colu. 4.Ampliatur in 3.casib.&limitatur in 4. per Fel.in c.constitutus,de res.nu 13.

Recusans iurare,habetur pro confesso,l.manifestè, ff. de iureiur.

Ampliatur in 2.casib.& limitatur in 20.à Lancillot.in tract.de off. præt.in tit.de iura.nu.6.

Iuramentum calumniæ videtur repetitum in quolibet articulo,auth.hoc sacramentum, C. de iura calumniæ,vbi Bar.

Præstito iuramento nihil vlterius quęrendū est,l.quod si deferente.& seq.ff.de dolo.c.& si Christus,de iure iur.& tunc iuramento stari debet quando nō potest constare quo animo actus sit gestus. fallit in 3. casib.quos no.Iaso.in d.l.pro hærede,ff.de acq. hær. nu.15.

Fallit in 5.casib.vt per Lancillo.in d.tract.de off.pręt. in tit.de iura.nu.10. fallit vt per Ias.in d.l.ait pretor. 1.§.iurari,ff.de iureiu.

Iuramentum partis plenè non probat, Ias.in l.in actionibus,ff.de in litem iurando. Plot.in rep. l.si quādo, C.vnde vi.

Fallit in 19.casibus,vt per Lancil.in tract.in ti.de iura. numero 12. fallit contra dolosum non facit plenam fidem.Fallit hæc fallentia in quatuor.casibus, vt per Iacob.Thol.in l.admonendi, ff. de iureiurand. numero 269.

Iurare debent testes dicere totam veritatem rei: communis est opinio.vt dicit Iaso.in l.is apud quem,C. de edendo,nu.18.

Fallit in 7.casibus,vt per Lancil.in tract.de off. pretor. in tit.de test.numero 11.& si testis non iurat, nō probat,l.iurisiurand.C.de testi. Fallit in 4.casib. vt per Soc.reg.424.

Causæ,quæ repellūt à testimonio,repellunt à iuramento,Doct.in d.l.admonendi.

Fallit in 9.casib.vt per Iaco.Pet. de Ptolo. in d.l.admonendi, nu.272.

Iuramenti sunt 40.quos refert d. Iacob. Pet.in d.l.admonendi,nu.299.

Iuramentum delegatum à iudice ad purgationē illati criminis faciendam probat. Ampliatur & limitatur per Franc. Hercul.in tractatu de negatiua, numero 233.

Statur iuramento eius, qui iurat, rem non reperiri penes eum, contra quem fuit actum ad exhibendū. Fallit in 2. casib.secundum Franc.Hercul.in d.tract. de negatiua,num. 272.

Iuratur in litem contra eum, qui currit fundum dotalem,vel aliam rem de iure inalienabilem, Bart.in l. 1.vbi DD.C. de cupres.lib.10. Ias.in l.fi.C.de ind. viduita.tol.

Fallit in 4.casib.vt per Plot.in rep.l.si quando,C.vnde vi,num.438.

Si vnus ex cohæredibus,vel sociis, vel fratribus, vel similibus, capsam, aut aliud simile absque præsentia testium, vel fratrum, vel cohæredum ademerit,poterunt alij cohæredes, vel fratres iurare in litem pro maiori quantitate quam dicunt fuisse in dicta capsa.

Amplia-

Ampliatur & limitatur in vno casu vt per Plot. in l. si quando, C. vnde vi, nu. 493.

Statur iuramento eius, cuius scriptura est lacerata circa illud, quod in scriptura continebatur. Dec. consi. 521. Bald. in l. si de possess. C. de prob.

Fallit in 2. casibus, vt per Plotum in dicto §. si quando, num. 653.

Iuramento actoris non statur de quantitate debiti, si per testes constat de debito, sed non de quantitate, si reus confessus fuit debitum, sed non in quantitate, quam asserebat actor. Franc. Purp. in d. l. admonēdi. nu. 265.

Fallit in 2. casib. vt per Plot. in rep. l. si quando, C. vnde vi, nu. 661.

Iuramentum in litem datur etiam in causis criminalibus, gl. in l. cum fur. ff. de in litem iurand. cum qua est communis opinio.

Fallit in 2. casib. vt per Plot. in l. si quando, C. vnde vi, nu. 687. licet Mar. Ant. Blanc. in praxi crim. fol. 37. nu. 63. facit hanc regulā, quod iuramento non dirimantur criminalia, & limitat.

Ob culpam non iuratur in litem. Dec. cons. 9. Paul. de Cast. in l. 1. C. vbi sent. vel cla.

Fallit in 2. casibus, vt per Plot. in dicta l. si quando, numero 766.

Iurari non potest in litem contra laboratores, vel operarios, gloss. in l. in rem, §. tignum, ff. de rei vend. vbi Doc.

Fallit in 7. casibus, vt per Plo. in l. si quādo, C. vnde vi, nu. 780.

Iuramentum excludit præscriptionem, Ang. Ro. & Ias. in l. nam & postea, §. si is qui, ff. de iureiuran.

Fallit in 2. casib. quos not. Port. in lib. 1. suarum concl. reg. 10.

Iuramentum vim specialis expressionis habet, Bal. in l. 1. C. commod. Videas multos tenentes hanc opinionem, & contrariam, apud Port. in lib. 3. suarum conclusio. reg. 2. vbi limitat in 2. casib.

Iuramentum nō venit in generali dispositione, nisi de illo specifica fiat mentio, c. constitutus, de res. & est magis communis opinio.

Fallit in 9. casibus. & limitatur in 5. à Port. lib. 3. suarum concl. reg. 29.

Actus factus contra iuramentum, nō valet, etiam si sit iuratus, gl. in c. licet mulieres, de iureiur. in 6. & hæc est com. opin. vt per Ale. in l. duob. §. fi. de iureiur.

Fallit in multis casib. vt per Port. lib. 4. reg. 17.

Iuramentum præstitutum per maiorem de nō veniēdo contra contractum simpliciter præiudicat ipsi iurāti, vt non possit intentari remedium l. 2. C. de resci. vend. hanc esse communem opinionem attestatur Bene. Capra in suo tractat. reg. 87. nu. 119. vbi limitat in 4. casib.

Iuramento probantur ea, quę in animo consistunt, & ea quæ committuntur conscientiæ, & animę alicuius, gl. in §. sed iste. inst. de act. gl. in l. at qui natura. §. me absente, ff. de neg. gest.

Fallit in 5. casib. vt per Soci. regu. 72. fallit in 4. casib. vt per Fran. Hercula. in tract. de negatiua, nu. 275. fallit in 3. casib. vt per Fel. in c. significasti, de homicidiis, num. 1.

Iuramētum, ille cui defertur iurare, vel deferre, necesse habet, aliàs est in magna turpitudine, l. manifestè turpitudinis, ff. de iureiur.

Fallit in 3. casib. secundum Soc. reg. 205. fallit in 20. casib. vt per Lancil. in tract. de off. præt. in titu. de iure iur. nu. 6.

Iuramentum seruandum est. Cano. in c. si verò de iure iur. c. florentium, dist. 85.

Fallit in 8. casib. vt per Soc. reg. 206.

Iurare de calumnia principalis persona tenetur, c. in patrocinandis, vbi doctor, extra de iura. calum.

Fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 207.

Iurare debenti de calumnia terminus ad deliberandū non datur, dd. in cap. cùm causam, extra de iura. calumniæ.

Fallit in 2. casib. vt per Soc. reg. 208.

Iurare de calumnia actor, & reus recusantes incidunt in pœnam, vt actor instituta actione cadat, reus verò pro confesso habetur, c. fi. extr. de iur. calum.

Fallit in 6. casib. vt per Soc. reg. 209.

Iurare faciens aliquem, quem falsum iuraturum scit, peccat, l. qui hominem, 22. quæst. 7.

Fallit vt per Soc. reg. 210.

Iuramēto licito alibi quā in contractu posito cōtrauenīens ipso iure infamis efficitur, c. infames. 6. 2. q. 1.

Fallit in 2. casib. vt per Fran. Turz. concl. 1.

Iuramentum prodigo, cui est facta interdictio, nō pręiudicat: hāc esse communem opinionem attestatur Franc. Turz. concl. 183.

Contractus firmatur iuramento, si per statutum quis prohibetur contrahere: hanc esse communē opinionem attestatur Ias. in Auth. sacramenta pube. nu. 53. C. si aduer. vendit.

Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Baptist. à Villa. conclus. 123. in litera I. Fallit in 14. casib. vt per Fran. Cur. d. Auth. sacramenta pube. num. 56.

Iuramentum super contractu simulato interpositū est nullum, gl. in l. emptor, C. plus valere.

Fallit vt per Viuium in suis conclusion. in verb. iuramentum.

Iuramentum recipit interpretationem secundum subiectam materiam, super qua præstatur, l. fi. C. de nō num. pec. l. fi. ff. qui satis. cog.

Fallit in 7. casib. vt per Soc. reg. 50. in addit.

Qui semel iurauit potest iterum iurare. fallit in 3. casi. vt per Feli. in c. pastoralis, de excep. nu. 27.

Super quolibet iuramento potest Papa dispensare, no. in c. præterea, de sponsa.

Fallit in 3. casib. vt per Fel. in d. c. nu. 16.

Quando iuramentum non est manifestè licitum, & vtile, sed dubium est an sit licitum, vel illicitum, profuturum, vel nociuum, episcopus potest dispēsare, vel absoluere.

Ampliatur & limitatur in multis casib. vt per Fel. in c. præterea, de spons. nu. 21.

Iuramentum in litem affectionis vt habeat locum, quæ requirantur distinguendo declarat Bar. in l. in actionibus, nu. 3. ff. de in litem iurando.

Per iuramentum minoris validatur sua confessio ex arbitrio eo quare in iudiciis quasi cōtrahitur, no. doc. in d. auth. sacramenta pube. C. si aduers. vend.

Fallit in 2. casibus, vt per Felin. Corn. in dict. auth. numero 23.

Statutum non valet, nec potest disponere contra iuramentum, doct. in d. auth.

Fallit in 4. casibus, vt Corn. in dicta authentic. numero 95.

Iuramētū à minore pręstitū de nō veniēdo contra ipsum iudiciū, neque sententiā ferendā seruari debet.

Fallit in 2. casi. vt per Fran. Curt. in d. Auth. nu. 49.

Per iuramentum potest probari impedimētum. Fallit in 4. casib. quos no. Ias. in l. non exigimus, §. quod diximus, ff. si quis caut. nu. 1.

Iura-

Iuramentum testis, quod de necessitate præstatur, potest remitti de consensu partium. Fallit in 2. casib. quos no. Ias. in l. ne quis messium, ff. de feriis, numero 11.

Iuramentum impedit actum secundum fieri, not. in l. duobus reis, §. idem Pomponius, ff. de iureiurando.

Fallit in 3. casib. quos not. Ias. in d. §. item Pomponius, nu. 11.

Si petitum sit iuramentum calumniæ, & non sit præstitum, processus redditur nullus, l. iusiurandum ad pecunias, §. qui iusiurandum, ff. de iureiur.

Fallit in 2. casib. vt per Ias. in d. §. qui iusiurandum. nu. 3. Don. Fina, lib. 3.

¶ IVRAMENTVM facit vt dispositio in modicis verificari debeat, nam ipsum indiuiduum est, quod separari non potest. Fulgo. consilio 113. Cuman. consilio 179. Parpal. & omnes. leg. si quis maior. quæstion. 9. C. de transact. Albert. Brun. in tract. stat. super fœm. arti. num. 110. Crauetta consilio 182. nume. 16. Alexand. l. in executione. §. penult. ff. de verbor. obliga. idem consi. 16. col. 3. volum. 3. Ioannes Anania consi. 7. nu. 15. Asinius in praxi iudic. §. 7. fall. 59. num. 22. Med. re. 5.

¶ IVRAMENTVM falsum. Iurans falsum scienter, vel alium iurare cogens, diebus quadraginta pœniteat in pane & aqua: & septem sequentibus annis, nunquam sit sine pœnitentia.

Scilicet interiori. Alij etiam si conscij fuerint similiter pœniteant. 22. quæstion. 5. capitu. si quis conuictus. Viuien. re. 23.

¶ IVRAMENTVM in fauorem alicuius præstitum potest ab eo, sine periurij nota remitti. text. in cap. 1. de iureiur. in capit. 2. de renuntiato. in c. significanti. de censibus. & in l. fi. ff. qui, & à quibus. Abb. & doct. in c. 2. de sponsalibus.

Limita vnico modo, vt per Fel. in d. c. 2. B. Dias re. 388.

¶ IVRAMENTVM habet vim clausulæ codicillaris. l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. 2. Bart. in l. si quis pro eo. de fideiusso.

Primò fallit, vt procedat in iuramento testatoris, secùs in iuramento delato per testatorem hęredi, ita Bar. in l. 2. per illum tex. cum gl. C. communia de leg. verum est, ꝙ dicit ipse contrarium d. §. filius matrem. vbi formaliter summando tex. dicit iuramentum testatoris vel hæredis. de quo per Ias. in d. l. 2. infrà, cōmunia delega.

Secundò fallit d. §. filius matrem. vt procedat, quando testamentum deficit ratione solemnitatis omissæ: tunc iuramentum bene vim habet clausulæ codicillaris, secùs quando deficeret ex defectu substantiæ in persona testatoris, vel ratione deficientis consensus, ita limitat Ludouicus Roma. in consilio 67. incipi. in casu propositæ consultationis. sequitur Franc. de Aret. in cons. 24. incip. quatuor dubia. facit l. fin. de non num. pec. vbi iuramentum nihil facit, quia deficiebat consensus. B. Soc. reg. 253.

¶ IVRAMENTVM in litem de veritate ad hoc vt deferatur, requiruntur duo. Primū, difficultas probationis. Secūdū, dolus aduersarij. Doctrina est Bart. post gl. ibi in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. notant Canonistæ in c. fin. quod met. causa. facit tex. cum glos. in l. semper. §. hoc autē edicto. ff. quod vi aut clàm. & dicit eam communem Ias. in d. l. in actionibus.

Limita hanc conclusionem duobus modis, vt per Ias. vbi s.

Primò, vt nō procedat in actionibus bonæ fidei, in quibus etiam si non concurrat difficultas probationis, sufficit dolus aduersarij, lege, nummis. vbi Fulg. no. eod. tit.

Secundò limita, quando quis conuenitur ex dolo proprio, secus si alieno: quia tunc non defertur iuramentum in litem de veritate. B. Dias re. 385.

¶ IVRAMENTVM per metum præstitum, obligat. Firmat hanc regulam Feli. in c. si verò. de iuiuran.

Limita sex modis, vt per Ioan. de Salua, in tractatu de iureiur. B. Dias re. 257.

¶ IVRAMENTVM nō est modus inducendæ, vel tollendæ obligationis. l. si quis pro eo. in prin. ff. de fide iuss. vbi Barto. & reliqui. Procedit conclusio nostra, quando nulla obligatio præcessit. ita declarauit hāc regulam Marsubracius rubr. ff. de iureiur.

Fallit, quando aliqua conuentio, aut pactum, quantumuis nudum præcessit. text. auth. sacramenta. C. si aduer. vendit.

Fallit de iure Canonico, quo iuramenta seruanda sunt. c. quamuis pactum, de pact. lib. 6.

Fallit in casu speciali. l. vt iurisiurandi. in prin. ff. de oper. libert. vbi etsi nulla præcesserit obligatio, tamē obligatur. Prat. re. 450.

¶ IVRAMENTVM necessarium non debet recusari, hæc regula probatur text. cap. fina. in princip. de iureiur. & ibi gloss. Ripa l. admonendi. in princ. ff. eod. Panormi. & alij. d. cap. fin. porrò iuramentum necessarium definit Azo in Summa. C. eo. §. necessarium autem. quod necessitate à iudice impositum defertur & suspicitur. arg. l. fin. ff. de in litem iurand. Ita etiam definit Accursius in l. j. in gl. in verb. nisi specialiter. C. de reb. & iureiuran. Cum gl. videtur transire Bald. in d. l. j. & alij permulti. Ripa aliam definitionem tradit in d. l. admonēdi, his verbis, Iuramentum necessarium, quod à iudice defertur in defectū, vel supplementum probationis. Rip. definitionem excutiamus. Quod ait à iudice, rectè ait per text. in d. c. fi. in prin. iuncta inscriptione. Ea enim decretalis epistola ad N. iudicem scripta fuit: ídque glossator Bernardus confirmat in d. cap. fin. in verb. à te. Adiicit Ripa in defectum, aut hoc superfluum est, aut falsum. Superfluum dixi, quia si defectum intelligat, quod semiplenè, non plenè probatum sit, frustra, & superuacaneè adiecit hæc verba, in supplementum probationis. Quòd si nulla facta probatione, nec semiplena quidem deferat iudex, falsum est: vt infrà in limitationibus docebimus.

Quòd ait in supplementum, restringit vires iuramenti necessarij, multò magis quàm oporteat. Nam iuramentum necessarium non tantum in supplementum probationum defertur, sed etiam ad purgationem inducendam. auth. nouo iure. C. de pœn. iudic. qui male iudica. & alibi sæpissimè. Sed & si deferat iuramentum in litem, necessarium quidem est. dicta l. fi. ff. de in litem iuran. Vera est igitur Azonis & Accursij definitio.

Fallit nisi iusta caussa aliud suadeat, d. c. fin. extr. de iureiur. & ibi Canonist. Quæ autem sit caussa iusta docent doctores in d. c. fi. Quæ limitatio vt generalis & latè patens est, ita vna pro omnibus seruit.

Fallit si à parte deferatur, Ripa d. l. admonendi. quia nō fuit delatum à quo debuit: vt idem tradit.

Fallit quando nihil probatum esset: nam tunc etiam delatum à iudice recusari potest, per d. capitu. fin. §. sanè si actor. gloss. in l. in bonæ, in verb. decidi. C. de iureiur.

Fallit si

Fallit, si ritè delatum non fuerit. l. generaliter. §. fin au tem non ritè. C. eod.

Dixi suprà in 1. limitatione, nisi iusta causa, &c. quærit Bal. in d. l. generaliter. §. sed iuramento, quæ sint caussæ iustæ: & ait si persona non est legitima, vt ff. de iureiur. l. tutor. §. 1. qui §. de prodigo loquitur. Equidē, quod ad nostram regulam attinet, iustam caussam appello, si iudex, qui iuramentum defert, non sit competens: nam recusare potest iuramentum. arg. l. fin. ext. de iureiur. extra eius iurisdictionem ei parendum non est: dicta l. fin. proximè allegata. Prat. reg. 449.

¶ Iuramentum necessarium semiplenè probanti defertur in causa eius, cuius respectu mod ica est, non tamen defertur ei ex cuius persona litigante magna eadem causa est, doc. com. l. admonendi. ff. de iur. iur. l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. c. fin. de iur. iur. item iurans obligatur ei, cui iuratur, & successori eius. capit. veritatis. de iur. iur. tamen successor iuris non obligatur ad periurium ex iuramento prædecessoris etiam si iurans iurauerit per se, & successores suos, Abb. capitu. veritatis. de iureiurando. Med. re. 9.

¶ Iuramentum nullum est, si actus est nullus, super quo interponitur, ideò iurans ex colore iracundiæ non obligatur iuramento, Doc. com. ca. sicut. de iur. iur. Rom. sing. 513. sicuti nec votum iracundiæ: tenet glo. cap. dudum. de conuers. coniug. Euer. in loco à vi iur. numer. 82. facit tamen actum valere eo modo, quo potest, Bart. l. cum pater. §. filius. ff. de leg. 2. Bald. l. eam quam. columna 3. C. de fideicom. & in l. si iure. C. de man. test. Med. reg. 6.

¶ Iuramentum potest remittere episcopus, intelligas vniuersaliter de quolibet iuramento illicito, vel licito, proficuum, vel nociuum, doct. com. c. ex administrationis. de iur. iur. Inno. c. debitores. eo. tit. Abb. c. ad aures. quod met. causa. Io. Andr. c. cum qudam. de iud. Laur. in trac. de vsur. q. 122. Ancha. c. venerabilem. de elect. Specul. in tit. de leg. §. nunc ostendendum. num. 24. Cardin. cons. 38. Fede. cons. 14. Mathes. sing. 59. Rom. sing. 425. Med. re. 2.

¶ Iuramentum. Post iuramentum prestitum, licet probare contrarium.

In Aut. vt litig. iur. §. si verò.
Calumniator præsumitur, Eo ipso quòd non probat.
In Aut. vt lic. mat. & aui. §. causas. Az. ru. 104.

¶ Iuramentum præstitum ante, vel paulo post dispositionem à testibus nihil refert, Host. in summa. de test. §. super quib. Paul. l. iurisiuandi. C. de testi. Cald. C. de testi. eo. ti. Tiraq. in trac. de retr. conuent. §. 1. gl. 5. num. 8. quia quæ incontinenti fiunt, cēsentur inesse. l. lecta. ff. si cert. pet. Med. re. 5.

¶ Iuramentum in probationis supplementum defertur. l. in bonæ. C. de reb. cred.

Primò fallit, quia iuramentum in supplementum probationis non defertur, vbi lex, vel statutum, vel alia dispositio requirit probationes exactissimas, vel plenissimas, vtendo superlatiuo, vel euidentissimas, vel liquidas, seu dilucidas, vel manifestas, seu veras, vel plenas, seu legitima gloss. est singula. quam doctores sequuntur in l. fina. quod metus causa. Ludouic. Rom. in singu. xij. quod incipit, tu scis quòd datur omnis. & Bald. l. C. fin. de secundis nup. pro quo etiam vide not. per Inno. in ca. cognoscentes. de consti. & quod per Card. ibidem in 6. oppo. & quod per text. in l. si creditor. C. de pig. & vt per Bald. in c. sacramentum. de consuet. rec. feu. & per glos. sing. in cap. cupientes. in ver. plenam. de elect. & vide glos. in l. cum de indebito. in princ. in versicu. legitimam. ff. de proba. & glos. in l. semper. §. offi. quod vi aut clam. & per Alberic. de Rosa in d. l. cum de indebito. & vide quæ habentur per Lud. Rom. in l. admonendi. de iureiur. per ca. 2. de probatio. & per glos. in c. statutum. §. insuper. de rescript. in 6.

Fallit 2. quia tale iuramentum non defertur, vbi dicitur, quod procedi possit facta fide. glos. est in cap. cupientes. in §. quod si per xx. in verbo, facta fide. de elect. in 6.

Fallit 3. vbi probatio deducitur in conuentione, vt quia dicatur in statuto vel testamento, si probauerit, vel probatum fuerit: quia non defertur tale iuramentum: istud sing. tenet Barto. in l. ait prætor. §. si iudex. iuxta fin. ff. iudi. sol. & Baldus in l. in bonæ fidei. C. de iureiurand. & ratio est, quia non propriè probatio: vt l. sed & si possessori. §. fin. ff. de iureiurand.

Fallit 4. si in sententia dicatur condēno, si probatum est, isto enim casu non videtur absolutus propter inopiam probationis. ita dicit Bal. in c. quò ad consultationem. extrà, de re iud. per Bar. in l. Lucius. ff. de condi. & demon. & hoc etiam alleg. Bal. in l. 1. & 3. C. de sen. quæ sine certa quantitate.

Fallit 5. quando statutus est terminus ad probandum per omne genus probationis: quia tunc elapso termino, non potest peti tale iuramentum deferre: vt not. Bald. in cap. cum contingat. de iureiuran. & idem videtur tenere Ange. in l. certum. §. si quis absentem. ff. de confes. & vide Domi. de sancto Gem. in c. 1. §. 2. de exceptioni. idem tenet, & ratio est secundum Bal. quia iuramentum est loco probationis, vt suprà dictum est.

Fallit 6. vbi agitur de legitimatione personarum, vt est in procuratore ad agendum: nam licet probauerit semiplenè, iuramentum prædictum in supplementum probationis non defertur, & istud tenet Angel. in l. non solùm. §. qui in alieno. ff. de procur. & Lud. in l. admonendi. prællega. licet Franc. Accur. tenuerit contrarium in l. 1. C. de procur. in suis addi. Ratio est: quia mandatum debet liquere, vt per Bal. in d. §. qui in alieno. & vide Inno. & doct. in c. insinuante. & in c. cum dilectus. de suc. ab intesta. licet secus sit in reuocatione mandati probanda: quia in illo casu defertur iuramentum prædictum. c. insinuatione. de procurato.

Fallit septimò, quia procurator non admittitur ad recipiendum solutionem cum cautione de rato, nec sufficit semiplena probatio cum iuramento: quia debet liquere de mandato: vt in authen. de coll. §. eos. secundum Bal. in dicto §. qui in alieno.

Fallit octauò, quia si quis est procurator in rem suam, & vult sibi solui, debet hoc probare, nec defertur hoc casu prædictum iuramentum. ita dicit Bald. in d. §. proximè allegato.

Fallit ix. si quis agit vt cessionarius: nam liquidè debet docere de cessione, nec prædictum iuramentum defertur. ita Bal. in d. §. proxi. alleg.

Fallit decimò, in executione iudicis: nam mandatum suum debet liquere, & ideò prædictum iuramentū non defertur: vt per Bal. in d. §. qui in alieno. in fine tertiæ columnæ, &c.

Fallit 11. vbi est quęstio, vtrum filius sit legitimus, quo casu non defertur iuramentum in supplementum probationis. ita dicit Bal. in l. in bonæ. C. de iureiu.

Fallit 12. in causa criminali, quia in ea non defertur iuramentum tale: gl. est in l. 3. §. 1. ff. de iureiu. & Spec. in titulo de iura. dela. §. 1. & Bald. & alij in l. in bonæ fidei. C. eodem. sed Lud. in l. admonendi. dicit hoc esse arbitrarium, per textum in c. fin. in fine. extrà, de iureiur. & vide Bal. in l. fi. C. de testi. & vide Bart. in l. maritum. ff. de quæstio. vbi per ipsum.

Fallit 13. in causis ciuilibus & criminalibus à priuato descendentibus, & infamiam irrogantibus: quia in istis non præstatur iuramentum tale, & ita notat Spec. in tit. de iuramen. dela. in ver. ait autem plenius instrueris. v. q. Bal. in l. bonæ fidei. de iureiur. & vide de hoc gl. in capitulo, tamis. extrà, de testib. & ibi per doctores: & not. Card. in c. cognoscentes. in 6. quæstio. extrà, de constitutionibus. licet Bar. senserit contrarium in l. maritus. ff. de quæstionibus.

Fallit 14. in causa syndicatus: quia si est semiplenè probatum contra officialem, non defertur sibi tale iuramentum. ita tenet Angel. in l. 1. C. vbi de ratiociniis agi oporteat.

Fallit 15. in causa vsuraria: quia non defertur tale iuramentum. ita dicit Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iure iur. quod intelligo, quando ageretur criminaliter, vt puniatur ex statuto: aliàs secùs, & facit quod no. Io. And. in c. quanquam. de vsuris, in nouella, & ista causa vsuraria sapit vim criminalis: vt habetur in clementina, exigendi. de vsuris. & vide Baldum in l. in bonæ fidei.

Fallit 16. quando probanda est ingratitudo: nam si probatum est semiplenè, non defertur iuramentum tale. casus est in l. fi. C. de secundis nuptiis.

Fallit decimoseptimò, vbi est causa vsuraria quia famosa: quia iuramentum tale non defertur, licet non sit criminalis: ita tenent Canonistæ, in c. fin. extrà, de iureiur. & Specu. in §. & vt pleniùs. de iuramen. dela: sed contrarium tenet Bart. in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. sed ibi loquitur de iuramento iudiciali, vel conuentionali.

Fallit decimooctauò, vbi agitur de dolo: quia non defertur, vt dicit Bal. in l. 1. C. qui & aduer. quos. & gl. in l. 3. §. 1. ff. de mino.

Fallit decimononò, quando obiicitur exceptio excommunicationis: quia in vim dilatoriæ non defertur: quia requirit aptissimas probationes: vt est textus in capitulo, qui in verbis, aptissimis documentis. extrà. de exceptionibus. in 6. & ita tenet Ludouicus de Roma. in quodam singu.

Fallit 20. vbi est quæstio, vtrùm aliquis sit filius spurius: quia non defertur in tali causa, quæ est quodammodo famosa: cum sit infamia quædam esse illegitimum, secundum Azo. in Summa de infami. & not. Bald. in d. l. in bonæ fidei.

Fallit vigesimoprimò, vbi causa est ciuilis & magna: quia tale iuramentum non præstatur: glos. videtur hoc tenere in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fi. & quia causa ciuilis magna æquiparatur criminali: vt in l. propter litem, de excusa. tut. & vide glos. in l. 2. & ibi hoc not. Bal. C. de probat. & sentit glo. in cap. cum contingat. extrà de iureiur. & vide Bald. & Cy. in l. in bonæ fidei.

Fallit 22. vbi pœna petitur ex contractu: quia tale iuramentum non defertur. ita dicit not. Bald. in l. 1. in 3. opposi. C. de his, quæ pœn. no. quia ad istud probandum debet liquidè probari, secundum eundem. facit. l. fi. C. de probat.

Fallit 23. dicta regula vbi agitur ad interesse: quia ratione lucri debet plenè probari, nec defertur tale iuramentum. ita not. dicit Bald. in d. l. vnic. C. de sen. quæ pro eo quod interest.

Fallit 24. in causa beneficiali secundum Bald. in l. in bonæ fidei: quia causæ beneficiales regulariter sunt graues. item quia tractatur de præiudicio tertij, scilicet, ecclesiæ & de hac quæstione vide Dom. de sancto geminia. in c. 1. in titu. de eo, qui mit. in pos. causa rei seruandæ.

Fallit 25. vbi tractatur de probando præscriptionem, quæ est inducta in pœnam negligentiæ, ita dicit Bald. in l. admonendi. licet quidam illum reprehendant, igitur, &c.

Fallit 26. vbi agitur de rescindendo sententiam: quia tunc istud iuramentum non habet locum: ita dicit Bal. in l. fi. C. si minor se maiorem dixerit, per illũ tex. & Lud. Ro. in d. l. admonendi. igitur, &c.

Fallit 27. in causa feudali, vbi est quæstio de feudo. quia non defertur nisi possessori. ita dicit Bald. in l. 1. §. si vasalli. de consue. reg. feu. idem ponit Bal. in l. in bonæ fidei.

Fallit 28. & isti casus non continentur amplius sub primis tanquam extrà, vbi factum in iudicio deducitur, quod de sui natura debet esse pluribus apertum: tunc probatio vnius testis non sufficit pro semiplena probatio. & sic non potest deferri tale iuramentum, vt not. Bart. in d. l. admonendi. & doct. in c. cum contingat.

Fallit 29. vbi debet probari notorium: quia non defertur iuramentum, & ratio huius, & præcedentis est, quia tale quid debet similiter sciri per plures, & ita tenet Bald. in l. de quibus. de legi. quod no. &c.

Fallit 30. vbi probanda est consuetudo: vt dicit Bal. per prædictam rationem in d. l. de quibus.

Fallit 31. vbi agitur de communi vsu loquendi vel intelligendi: quia largo modo appellatur consuetudo, secundum Bal. in d. l. de quibus. vide Bart. in l. Labeo. ff. de supel. legata. & in lege, librorũ. §. quod tamen Cassius. de leg. 3.

Trigesimosecundò fallit vbi est tale pactum, quod verisimiliter venit ad notitiam eius, nam & hoc casu non defertur iuramentum, istud ponit Bar. & Bald. in l. in bonæ fidei.

Fallit 33. vbi lex requirit certum numerum testiũ pro solennitate formali: quia tale iuramentum non defertur. vt dicit Bald. in l. 2. C. de bon. pos. secũdum tab. & Lud. in d. l. admonendi. probatur in l. cùm quærebatur. de leg. 2. & ibi glo. & Bal. in c. 1. §. item si vasallus. qui succes. teneantur.

Trigesimoquartò fallit in executione vltimæ voluntatis, & sic in vltima voluntate non defertur tale iuramentum in supplemẽtum probationis, secundum Bald. in l. non solum. §. qui in alieno. ff. de procurato. & idem tenet ipse Bald. in l. in vltima quæstione. C. de bono. posses. secundum tabulas.

Trigesimoquintò fallit in causa monachali, vt est glo. ordin. in d. l. 3. §. 1. & ibi per Bart. & doc. ff. de iureiu. & per Anto. de But. & alios in dicto cap. cum contingat. & est ratio, quia per monachationem quis obligatur Deo, & inferior illam tollere non potest: vt in c. cum inferior. de maior. & obed.

Trigesimosextò fallit, quia contra præsumptionem consuetudinis non defertur hoc iuramentum: tex. est

est not. in d. §. præterea. in titu. qui sit inuestitura. in vsibus feudorum, & ibi hoc tenet etiam Bal.

Trigesimoseptimò fallit in contractu in scriptis celebrato: nam eo semiplenè probato non recurritur ad hoc iuramentum: vt in authen. sed nouo iure. C. si certum petatur. & ita dicit Salicetus in l. in bonæ fidei. C. de reb. creditis. & idem dicit in authen. sed nouo iure. in vltimo notabili.

Fallit 38. quando pars aduersa non fuit citata ad videndum deferre iuramentum: quia talis dilatio non tenet, secundum Bart. in titu. de controuersia inuesti. & idem tenet Ang. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confess.

Fallit 39. si iudex deferat iuramentum parte non petente, talis enim delatio non tenet: vt not Bar. in l. admonendi. circa fin. & ratio est: quia iudex non debet impartiri officium suum non petentibus, vt l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infecto.

Fallit 40. vbi in causa est conclusum: quia pars non potest petere sibi deferri iuramentum, vt no. Bald. in titu. de controuer. inuesti. per Bal. in l. admonendi. & Bal. in c. cum contingat. de iureiu. in antiq.

Fallit 41. quia iuramentum tale nunquam defertur, nisi viso & discusso quòd talis sit effectus probationis, nam causæ cognitio in eius delatione requiritur: & partis citatio, secundum Bald. qui ita notauit in c. 1. de gradi. succes. in feud.

Fallit 42. vbicunque causa omittitur, vt sub hac forma procedatur de iuris rigore, & non de æquitate, nam hoc casu iudex non poterit deferre tale iuramentum, vt colligitur ex doctrina Bald. in ca. 1. si de feu. fue. contro. vbi dicitur quòd iuramentum potiùs debet deferri ei ex æquitate, quàm ex legis rigore, vide Baldum in capitulo primo, de gradi. succe. in feud. in vsib. feud.

Sequitur videre de personis propter quas iuramentum non defertur, & primò de persona eius qui defertur, secundò de persona testis, hoc dicit.

Fallit 43. quando ille, qui debet iurare, est talis quòd non potest esse testis vel non est omni exceptione maior, vt infamis infamia facti, Iudæus, vel alius infidelis, vide Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & Bal. in d. l. admonendi.

Fallit 44. si ille est vsurarius, cui defertur iuramentũ, secundum Bald. in l. improba. C. de infami.

Fallit 45. quia non defertur prædictum iuramentum stipendiario, qui est infamis infamia facti, secundum Albericum de Rosa. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testi. & Bald. in d. l. qui accusare.

Fallit quadragesimosextò, quia non defertur iuramentum illi, qui semel iurauit falsum. text. & ibi glo. ordina. in capitulo, per nullius. vigesimasecunda quæst. quinta, & est textus in cap. non potest. in fine, 2. quæst. 7. & idem 23. quæst. 1. quicũque. & no. in capitulo, testium. de testi.

Fallit 47. quia non defertur iuramentum tale excommunicato in causa defensionis, vbi potest comparere si semiplenè probauit. ita not. dicit Bald. in c. inter priorem. de except.

Fallit * quadragesimooctauò, quia non defertur hoc iuramentum ei qui facilis est ad iurandum, istud not. dicit Baldus in l. quæ sub conditione. ff. de condition. institut.

ADDITIO.

* Fallit. Adde eundem Bart. Socin. in consi. clv. incip. præstantissime. ver. 41. & vltim. in 2. parte. vbi dicit, quòd nunquam defertur periuro, nec de facili defertur rustico, cum ipse non dicatur persona legalis, & sit facilis ad deierandum. Bened. Vad.

Fallit quadragesimononò, quia non defertur ei, qui sua culpa amisit instrumenta, vt quia lacerauit ea, vel offuscauit. ita not. dicit Bald. & Paul. de Castro in l. 1. C. de fide instrumentorum.

Fallit quinquagesimò, quia si agitur contra aliquem debitorem, qui est furatus instrumentum creditori, non sufficit probare amissionem, si amisit aliquo casu: ideò probare debet de instrumenti tenore, & demum deferre sacramentum: aliàs non. ita dicit Angel. in authentic. si quis in aliquo. C. de eden. alleg. ad hoc. gl. singu. in l. si quis in iniquum. C. de fide instrumentorum.

Fallit quinquagesimoprimò, quando semiplenè probans fuit negligens in faciendo semiplenam probationem: quia eidem non defertur prædictum iuramentum.

Fallit quinquagesimosecundò, quia non defertur tale illi, qui nescit veritatem rei. glo. est not. in l. maritus. & ibi Barto. ff. de quæstio. & not. per doctores in c. cùm contingat.

Fallit 53. quia hoc iuramentum non defertur pupillo, sed tutori deferendum est, si probatum est semiplenè, ita not. Pau. de Cast. in l. videamus. incip. ff. de in lit. iuran.

Visum fuit de persona cui defertur, nunc videndum est de persona testium.

Fallit igitur 54. quando testis non est omni exceptione maior, vt quia affinis, colonus, vel alia persona domestica, quo casu non defertur iuramentum: vt dicit Bartol. in l. admonendi. de iureiuran. & Bald. in capitu finali, de iureiurando. & in capitu. sacramentum. in titu. de consuetudine recti feu. & dicitur qui omni exceptione maior, cùm nihil potest contra eum opponi: vt est gloss. in capitulo primo, de consan. & affini. & in §. item verò Institu. de inuti. stipula.

Fallit lv. quãdo testis est fœnerator, vel spurius: vt Azo in Summa de infami.

Fallit 56. quãdo testis est infamis infamia facti, quia nõ defertur hoc iuramentum: cùm non sit integer homo. l. Cassius. ff. de Sena. & vide ad hoc gloss. & Nico. de Mata. Cy. & Bal. in l. j. C. de sum. Trini.

Fallit lvij. quia non defertur iuramẽtum si testis deposuit primò, & postea tractu temporis variat: quia per istam variationem minor adhiberetur fides primo dicto. & pro hoc vide Ioan. Andr. in c. præterea. extrà de testi. cogen.

Fallit lviij. quando testis non fuit legitimè examinatus, licet fuisset habilis: vt quia à notario non à iudice: vt per Barto. in l. admonendi. & per doct. in d. cap. cum contingat, quo casu tale iuramentum non defertur. ita not. dicit Bald. in c. sacramentum. in ti. de consuet. recti feudi.

Fallit 59. si testis interrogatus non reddit rationem sui dicti: vt dicit Bald. in c. sacramentũ. de consuetud. recti feud. in ij. facie: & pro hoc facit optimè quod not. Bald. in l. presbyteri. C. de episcop. & clericis. vbi dicit, quòd duo testes non reddentes rationem dicti sui, non reprobant instrumentum.

Fallit lx. si contra partem aduersam, & testem in me productum, ego protestor me velle oponere contra eius personam, & posteà ille testis deponat pro me: nam etiam si sit nobilis, nõ inducit semiplenam probationem: cùm iudex præsumat collusionem inter me obiiciẽtem, & testẽ, istud est dictum not. Ar-

chidiac.37.distin.c.si quis velit.& ita Lud.Roman. in quodam sing.quod incipit, tu scis:& pro hoc videtur tex.in c. præsentium. de testibus.

Fallit 61. vbi est aliqua præsumptio contra semiplenam probationem:nam tunc, quia semiplena probatio est elisa, non defertur hoc iuramentum.glo. est nota.in l.1. C.qui & aduer.quos.& ibi Bar.Bald. & doct.& not. Ange.in l.fina.ff.quod metus causa. quod fallit nisi esset leuis præsumptio : vt not.Præposi.in c.super eo.ante finem,de testibus.

Fallit 62. licet sit facta semiplena probatio, si non est verisimilis: quia in contrarium sit aliquid verisimile dicitur semiplena elidi, & sic non defertur iuramentum.ita dicit Bald.in l.circa me.C.qui & aduersus quos.

Fallit 63. vbi contra semiplenam probationem est aliqua præsumprio etiam leuissima, per d.gloss.in dicta l.1.C. qui & aduersus quos.vt si esset testimonium de auditu, qui facit æqualem probationem: vt not.Anto.de But.& Innoc.in capitu. præterea. de testibus.

Fallit 64. si probandus est error notarij: quia licet quis probauit per vnum testem, non defertur sibi iuramentum: quia præsumptio est contra eum, quòd notarius non errauerit. & ita dicit Bald.in l. Imperatores.de statu homi.

Fallit 65. vbi probandum est pactum contrarium extraneum à natura contractus, quod non solet poni in simili contractu.ita not. dicit Bald.in cap.1. quid si inuestitu.& vide Bald.in additio. Specu.in titu.de iure dotium.

Fallit 66. vbi propter defectum iustitiæ secularis habetur recursus ad iudicem ecclesiasticum, iuxta not.in c.nouit.de iudi. & in ca.licet de suspecto. de foro compet.& not. Bald.in c. si quis per xxx.annos.§. fi.versic.postremo.si de no. benefi.fue. inuesti.in vsib.feu.

Fallit * 67.vbi sunt testes singulares,quia nõ defertur tale iuramentum, vt not. Bald.in l.de quibus.ff.de legib.Ratio est, quia testes singulares, etiam si essent mille, non faciunt semiplenam probationem: vt habetur l.iurisiurandi. C.de testib.& per Bald.in l.1.eodem titu.Sed hoc fallit in singulari, qui comprehenditur sub aliquo principe, vel vniuersitate: vt si volo probare possessionem, vnus dicit, quod collegi frumentum alicuius vel vinum: vel vidit arare, nam hoc casu probat,idem si quis vult probare quòd aliquis dixit missam & vnus deponit quod vidit dicere confessionem, alius quod vidit dicere euangelium,alter leuare corpus Domini, quod isti probant,ita not.Innocen.in cap.qualiter, & quando. de accus.& habetur 1.quæst.1.in ca.nihilominus,per glo.& Doct. in l. ob carmen.§.fi.ff.de testib.& per Ange. in sua disputatio. quæ incipit, Asten.miles,&c. B.Soci.

ADDITIO.

* Fallit. Vide Lanfranc.in repet.l.admonendi.de iureiurando, versiculo, secunda conclusio. & adde quod habetur per Paul.de Cast.in consilio clxvj. quòd singularitas tunc nocet tantum, quando probatio remanet dubia: quia potest se habere ad esse & non esse, aliàs non, quando omnia tendunt ad esse & ad eundem finem sine quacunque dubietate.alleg. no.per Bald.in l.prima. C.de testamen. Bened.Vad.

Fallit 68. vbi adest præsumptio minor semiplena probatione.glo.alleg.pro not.& ibi per doct.in l. licet. §.si minor.de mi.

Fallit 69. vbi est sola fama probata: quia non poest deferri prædictum iuramentum, & ita not.Bald.in c.fi. de iureiur.

Fallit 70. quando testis deponit in causa vniuersitatis: quia non est omni exceptione maior, & ideò iuramentum prædictum non defertur,ita dicit Bal. in l.in tantum.§. vniuersitatis.de rerum diuisione, allegando Speculatorem in tit.de testibus.

Fallit 71.vbi aliqui testes requiruntur pro forma: quia non præstatur iuramentum in supplementum probationis, ita not. dicit. Bal.in c.1.in §.quia vasallus. de controuer. inuesti.in vsib.feud.

Fallit septuagesimosecundò, si statutum vult,quòd solutio non possit probari nisi per instrumentum: nã facta semiplena probatione non est locus iuramento.ita dicit Bald. in additio. Specul.in titu.de probatio.circa medium.

Fallit 73.quia non defertur iuramentum alicui,vbi aduersarius eius plenè probauit, ita dicit Bald.in addi.Spec.in tit.de iura.dela.

Fallit 74. quando vnus testis assignat bonam rationem, alius testis malam pro dicto suo: quia diminuit fidem alterius, & ideò non defertur iuramentum,sicut si nullam causam haberet,ita dicit Bald. in l.de quibus.ff.de legibus.

Fallit 75. in alio casu in l. imperator.ff.de statu homi. vbi Bald. ponit.

Fallit 76. si actor probauit plenè & reus semiplenè: quia reo non defertur dictum iuramentum, vt dicit Bald.in c.sicut.extrà,de probatio.

Fallit 77. quia non defertur illi qui plenè probauit, ita dicit Bald. in cap.sicut.extrà, de probatio.per illum text.

Fallit 78. quia contra matrimonium, scilicet, quod non tenet si per vnum testem est probatum, non defertur iuramentum, secus si pro matrimonio,ita dicit Bald. in l.mulieri. in fin. extrà,de iureiurando. vide suprà in 42.fallen.

Fallit 79. si est dubium super intellectu legis vel statuti, & cum non consistat in facto, non defertur iuramentum prædictum,vt dicit Bald.in cap.iuramentum.extrà,de iureiuran.

Fallit 80. si est statutus terminus ad probandum per omne genus probationis: quia post illũ terminum non posset deferri prædictum iuramentum, nisi ad purgationem, ita dicit Bald.in ca.fin.extrà, de iureiurand.& de hoc vide suprà in duodecima fallentia, & similiter infinitas similes fallentias in locis ibi allegatis. B.Socin.re.252.

¶ IVRAMENTVM recipit interpretationem secundum subiectam materiam, super qua præstatur.l. finali.C.de non numerata pecunia. l.fina.ff.qui satisd.cogan.

Primò fallit, cum intelligitur hoc procedere in contractu, in quo deficit consensus: quia iuramentum non intelligitur nisi quatenus quis verisimiliter consensit,ita tenet Imol.in ca.per tuas. & Alexand. in l.si conuenerit.& alij ibi allegati per Mod.& ita communiter tenetur,pro quo facit quod not. Are. in l.1.§.si quis ita.ff.de verborum obliga.

Secundò fallit, & intellige prædictam conclusionem vt reguletur secundum naturam primordialem, non autem secundum accidentalem.argum. l.item veniunt.§.cùm prædiximus.ff.de peti. hæred.gloss. & scriben.in l.certi condictio. in princ.ff.si certum peta.intelligitur autem natura primordialis, quæ conside-

considerata regula, semper habet locum nisi ex causa: tunc est natura accidentalis: facit quod not. Bald. in c. I. extrà de is, quæ metus causa.

Tertiò fallit, & intellige prædictam conclusionem vt iuramentum ita regulctur, quòd faciat aliquem obligari efficacius, non autem plus, ita tenet Decius in capite I. de iud. argu. not. per Alexan. in l. I. ff. de pact. & Mod. in l. miles. §. decem. ff. de re iudicata. de quo dic vt per eum, cuius ratio non impugnat hoc dictum.

Quartò fallit vltra dicta ibi per Moder. quod d. l. fin. procedit in iuramento simpliciter & generaliter prolato: quia regulatur secundum naturam contractus: secùs in iuramento explicitè prolato: quia illud ad vnguem seruandum est, ita tenet Baldus in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutio. & Cald. in consi. primo, de iureiurando, quæ tamen limitatio videtur contra nota. in l. si quis maior. C. de transactio. & not. per Iason. in l. sancimus. vbi allegat quasdam decisiones Bald. Cod. de testi. & Bald. in consilio quadringentesimoquadragesimoprimo, in quinta parte: vbi dicit quòd iuramentum factũ in parte instrumenti intelligitur factum super toto, adde quod iurans in contractu implicitè, intelligitur iurare super omnibus. Alexand. in consilio 21. versiculo, & ex prædictis. in 3. volumine.

Quintò fallit quia dicta l. finalis, procedit solùm de iure ciuili, secùs de canonico, quo iure iuramentum maiorem efficaciam habet l. pactum quod dotali. C. de col. iuncto cap. 2. de pact. libro sexto. l. non dubium C. de legibus. iuncto cap. cùm contingat. extrà, de iureiurand. & ita Moder. sequuntur: Contrarium tenet Anton. in cap. Quintauallis. de iureiurando, refert in consiliis Francisc. Curt. in consili. 3.

Sextò fallit, quòd dicta l. fina. procedit in iuramento de non contraueniendo, secus in iuramento assertorio, putà, quia iurando dixi, iuro prædicta omnia vera esse, &c. & ita tenet Ioann. de Imo. in l. nemo potest. & ibi Iaso. ff. de legat. primo, de quo per Ange. Areti. instit. de exceptio. §. primo, capitulo decimooctauo.

Septimò fallit dicta l. finalis, vt non habeat locum, quando qui soluere promisit in aliquo loco: nam quamuis pœniteat, tamen sortietur ibi forum ratione contractus: quia lex fingit eum ibi contraxisse. ff. de actio. & oblig. cum si. l. 3. ff. de bon. actio. iudic. pos. & l. hæres absentibus. §. fin. eo. & ista conclusio procedit etiam quò ad accessoria, in quibus qui sortitur forum in loco, in quem collata est solutio: vt Abb. dicit in capit. dilecti. per illum text. in titu. primò de foro conpetenti, & sequitur simpliciter Decius ibi. Sed in contrarium facit quod not. Barto. in l. I. de vsur. per l. si fundus. ff. de euict. sed solue vt ibi per Barto. ex cuius dictis collige, quòd vsuræ attenduntur non pro consuetudine regionis in qua contractum est, sed pro consuetudine regionis in quam destinata est solutio, quod procedit etiam si reus alibi conuentus sit: vt declarat ibi Salic. post gloss. facit regula, quòd in quo cognoscitur de principali, in eo etiam cognoscitur de accessorio. l. minor xxv. annorum. in fin. princip. ff. de euictio. Bald. in l. ordinarij. in secundo not. C. de rei vend. Mod. in rubri. super eodem. B. Socin. reg. 254.

¶ Iuramentum sapit naturam actus super quo interpon[...]ur. text. est not. qui ad hoc solet allegari. l. fi. C. de non nume. pecunia. & ibi Barto. & Bald. dicunt cum singu. idem Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Anto. de But. c. I. de iud.

Limita istam conclusionem octo modis, vt per Marcum Anto. in tractatu de virtu. iuram. in lxxij. effectu. B. Dias. re. 390.

¶ Iuramentum seruandum est, vt per Cano. in c. si verò. de iureiur. & c. 2. 85. distinctio. vbi per glo. Archid. in c. animaduertendum. 23. q. 2.

Primò fallit, quando tale iuramentum vergeret in interitum salutis æternæ: vt patet per tex. in d. cap. si verò.

Secundò fallit, quando intenderet in interitum salutis corporalis. & vide glos. in d. c. si verò. & 22. q. 3. c. vlt. vers. quisquis ergo. in fine.

Tertiò fallit, quando vergeret in peiorem exitum: vt patet in dicto cap. si verò.

Quartò fallit, quando esset contra bonos mores, scilicet, naturales: vt si præberet occasionem delinquẽdi, vt ca. quemadmodum. de iureiur. & not. in regula, non est obligatorium. in 6. secus si esset contra bonos mores ciuiles: vt extrà, eodem. c. cum contingat. & ca. 2. de pactis. in 6.

Quintò fallit, quando præstitum esset ratione iracundiæ & timeritatis, cum tunc consensum iur ans non videatur habere ad hoc, quod not. in ca. ex literis. extrà de diuortiis. & hoc vult dominus Antonius in capitulo sicut. extrà, de iureiurando. vbi de hoc vide plenius.

Sexto fallit, quando iuramentum esset reprobatum à iure canonico: vt ibi in dicto capitulo, sicut. & extrà, de foro competenti. cap. si diligenti. si verò sit reprobatum à iure ciuili, tunc dicendum est, vt per doct. in cap. cùm contingat. extrà, de iureiurand. c. quemadmodum. eod. tit.

Septimò fallit, quando conditio in eo iuramento subintellecta non adesset: vt est conditio, (si Deo placuerit) vt dicto capitulo, quemadmodum. & conditio intelligitur, si res in eodẽ statu permaneat: vt notatur ibidem.

Octauò fallit in casu quo autoritas superioris interueniret contra iuramentum: cùm tunc secus esset, vt in c. venientes. extrà, de iureiur. & extra, de testi. c. constitutus. vbi de hoc latiùs. B. Soc. re. 256.

¶ Iuramentum soluitur morte iurantis, vnde non obligat hæredem in foro ecclesiastico, Docto. Com. c. veritatis, de iureiur. Ruin. conf. 71. num. 75. vol. 3. vbi dicit, quod iuramentum super contractu nullo, non firmat contractum, sed obligat iurantem Deo ad obseruantiam: hæres tamen potest contra uenire sine metu periurij, etiam absolutione non obtenta: quia iuramentum personale est, & nõ trãsit ad hæredes, nec eum obligat ad obseruantiam: si verò esset super contractu valido, obligatio transiret ad hæredes, non quo ad vinculum periurij, sed quoad efficaciam, concl. idem Ruin. conf. 20. nu. 2. volum. 4. Rol. conf. 17. nu. 15. vol. I. gl. in summa. 24. q. 3. Ioan. And. c. fin. de sepultur. Rom. sing. 232. Bauer. in tract. de iuram. vers. 8. colum. 3. Baldus l. cum quis. §. codicilli. ff. de leg. 3. Afflictus decisio. 382. Alba. conf. 77. numer. 18. l. generaliter. C. de reb. cred. Corn. conf. 27. colum. 4. volum. 4. Decius conf. 203. Paris. conf. 64. num. 93. volumin. I. Socin. consil. 115. volumin. I. Cor. 72. volumin. 3. Paulus l. falsus. ff. de plus pet. not. l. nam pœna. §. fin. ff. de iureiurand. §. I. Authen. de iureiuran. Baldus l. 2. ff. eod. tit. Docto. l. si quis maior. C. de transact. Paris. conf. 56. nu. 66.

volum.1.conſ.74.num.22.volum.3. Doct.cap.1.ca. quamuis.c. cùm contingat. de iureiur.ampl. etiam ſi hæres eſſet pater, vel filius, vxor, vel maritus, ſeruus, vel dominus. Item ampl.in diſpoſitione contra iuris formam corroborata iuramento: contra quod vniuerſitas venire poteſt, Auguſt. Ber.conſil. 92.numer.1.& ſequen.volum.1.Tertiò Ampl.vt hæres ratione iuramenti præſtiti per defunctum non poſſit conueniri in foro eccleſiaſtico, Docto. cap. fin.de foro competen. de com.atteſtatur Auguſt. Ber.dicto conſilio 92.numer.18.Bart.l.cùm quis.§. codicillis.ff.de legat.3.l.cum pater.§.filius.ff.de legat.2.Baldus l.2.C.de fruct.& lit.exp.Quartò amp. etiam ſi eſſemus in donatione facta per defunctũ, Ioan.Corraſ.l.frater à fratre. numero 76.ff.de condi.indeb.Thom. Parpalia l.ſi quis maior.q.5.nume. 93.C.de tranſact. vbi dicit, quòd quemadmodum iuramentum non trahitur ad res futuras, ita nec etiam ad perſonas, d. loco, numero 43. Doct.com. l.qui ſuperſtitis. ff.de acquirend.hæred. Francus c. quamuis. de pact.6.Archid.cap. longinquitate.12. quæſt.2. Ratio rationis eſt, quia iuramentum eſt obligatio animæ. Card. Clem.vnica.§.nos itaque. de iureiurand. anima autem ligari non poteſt ſine proprio conſenſu, cùm ius ſpirituale non tranſeat de anima in animam, Docto. Com.cap.veritatis. de iureiurand. Authen.ſacramenta puberum. C.ſi adu.vend. Gozad.l.2.numero 55.C.de pact.inter emp.& vend. Baldus Nou.l. rem minoris.numero 44 C.de reſ.in.vend.Thom.Gramma. deciſio.76. numer.21.Afflict.deciſ.381.nume.9.tit.de compenſat.vbi tenet quòd agi poteſt ciuiliter, ſed non criminaliter,Barb.l.1.ff. de priu.del. Deciſ. Can.2.numer.10.tit.de iureiuran.Alex.conſ.7.num.6.vol.6. conſ.150.nume.11.volum.7. Paulus l.rationes.num. 3. C.de probat.conſi.306.num.4.volum.2.Quando autem ciuiliter agitur, tranſit effectus iuramenti primò ad iurantes.ca.1.de iureiurand. Secundò ad ſucceſſorem, tam ſingularem, quàm vniuerſalem. l.ait prætor.ff.de iureiurand. l.etiam l.nam poſtea. ff.eodem. Tertiò ad procuratores.l.non ſolum.§.1. ff.de procu. Quartò,ſi duo ſunt rei debendi,vel credendi ſacramentum vnius ſocij, alteri prodeſt, & obeſt, l.duobus.ff.de iureiurand. l.ſi duo. ff.de arbitr. Quintò iuſiurandum rei principalis prodeſt fideiuſſori, fideiuſſoris autem iuſiurandum reo, ſi iurauerit ſe ſoluiſſe.l. duobus.§.primo.ff.de iureiur. Hoſti.in Summa,de iureiurand.numero 8. Ex quibus dictis no.Primò, quòd ſi hæres creditoris non poteſt accuſare debitorem de periurio, deciſione Neap.75.numero 6.Gomeſ.§.actionum.numero 5. inſtitu.de actio.Secundò infertur quod hæres, vel ſucceſſor non cogitur petere abſolutionem à iuramento, Alexand.conſ.129. volum.6.conſ.151.volu. 7. Ruinus conſil.107.numero 18.volu.1.conueniri tamen poteſt indirectè, vt ſatisfaciat exonerando animam defuncti,Gome.§. actiones.numero 6.inſtit.de act.com.dicit, Doctor.cap.cum ſit de foro compet.Paul.l.ſi grege.de leg.1.Fed.conſi.81.Aret. conſ.59.Iaſ.76.volum.1.Chaſſan.conſi.47. Anton. Gabriel.tit.de iureiuran.concluſi.6.numer.3.Tertiò no. quod iuramentum ſoluitur morte, quoad vinculum periurij, ſecus quo ad efficaciam obligationis,Baldus l.etiam.ff. de iureiurand.Innocen.ca. veritatis. eodem tit. Chaſſan. deciſ.2.de iureiurand. Pariſ. conſ.75.volum.3.Feder.conſ.281.Bald.l.iuſiurandi.ff.de iureiurand. Soc.conſ.77.volum.1.Cor. conſ.112.volum.4.Brun.conſ.12.Cur.conſ.110. Cæpola conſ.30. Guid.deciſio. 414. Afflict.deciſ.381. Chaſſan.conſ.47. Dec.conſ.639.Pariſ.conſi.54.volum.1.Ruin.conſ.95.volum.1.conſi.107.num.18.volum.1.Gemin.cap.2.de iur.cal.Bart.& alij l. admonendi.ff.de iureiu.Bald.l.generaliter.nume.2. C.de reb.cred.Steph.Bertran.conſ.53.num.5.vol.2.Paul. conſ.336.nume.4.volum.2. Aret.§.ſequitur.nu.32. inſt.de except. Socin.conſil.115.numer.11.volum.1. Dec.conſi.203.numer.7.Angel.§.1.num.2. Authen. de iureiur.à mor.præſt. Ant. Corſ.Rub.de iureiur. priuile.21. Afflict.d. deciſ.381.gloſſ.54.q.3.in Summa,& gloſſ.1.q.4.in ſumma. Card. conſ.137.Ioann. Andr. cap.fi.de ſepult.Pariſ.conſ.75.num.23.vol.3. conſil.54.num.8. volum.1. Nam iuramentum adeò perſonale eſt,quod in alterum minimè extendi poteſt, Bauer.in tract.de virt.iur.numer.14. quicquid dicat Dec.conſi.639.nume.6.& Afflict.d.deciſ.381. numer.8.Bar.l.cùm quis.§.codicillis.nume.12.ff.de lega.3. Sed iſtorum dicta procedunt cùm ciuiliter agitur, non ad periurium, ſed ad pœnam obligationis, Barto.l.1.ff.de priu.del.& hoc propter vim iuramenti reddentis validum contractum nullum, not.cap. cùm contingat. de iureiurand. c.licet. eodem titu.6.Authenti. ſacramenta puber. C.ſi adu. ven. Corſet.in tracta.de virt.iur.numer.45.Pau.l.ſi quis pro eo.num.5. ff.de fideiuſſor. Ancha.c.veritatis.numer.2.de iureiur. Bal.l.fi.numer.16.C.de pac. Bert.conſ.153.num.6.vol.2.& hoc tertium notabile relatum intelligitur, quando ſcilicet iuſiurandum defertur ab homine,id eſt, de voluntate partium, no.l.3.§.fi. ff. de iureiurand.l. iuſiurandum.eod.tit. Iaſo.l.ſi quando. C.vnde vi.Bauer.in trrcta.de virt. iur.nume.64. Bal.in l.bonæ fidei,num.10. C.de reb. cred. Doct.l.generaliter. C.eo.tit.Si verò iuſiurandum à l.vel à iudice defertur; tunc in hæredes iuramentum transfunditur: nam eo caſu,in quo defunctus tenebatur iurare, & in eodem tenentur etiam hæredes, Dec.l.ædita.colum.12.C.de edendo. Afflict.deciſ.169.Doct.l.ait pretor.ff.de iureiur. Bart. l.gerit.colum. 6.ff.de acq.hære. præſertim quando hæres ſcit, quod aſſerere propoſuerit, quod defunctus etiam iurauit, ſeu quòd iurare debebat, Soci. conſ.194.volu.4.Rom.conſ.290. Steph. Bert.conſi. 100.nu.25.vol.1.& hoc ne hæres dubius ſumat periurium.l.iubemus.ff.de in litem iur.Bald.c.fi.de offic.deleg.Paulus conſ.296.vol.1. Alber.l.fi.C.de fideicom. Tiraqu.in tracta. de retr.c.Monſtrer.§.ſecundo.gloſſ.2.numero ſecundo.Medic.tract.2.part.

¶IURAMENTUM à ſtatuto neque tolli, neque annullari poteſt.ita tenent Ant.de Butrio,Abbas, Panorm.& Ioan.de Imol.in cap.cum contingat. extrà de iureiur.ita concludit Paul.Caſtrenſis in conſilio ccxvij. incip.circa prius quæſitum.verſic.circa tertium.& verſi.igitur non poteſt.& hanc eſſe communem concluſionem tradit Alciat.in d.cap.contingat.verſic. conſequenter ergo.& ita dicit tenere Paul. Caſtr.& Corn.in auth.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus vendit.Iaſ.in l.fin.ff.qui ſatiſd.cogan. Alex.conſil.lix.libr.j. Huius autem regulæ multiplex eſt ratio. Prima, quia iuramentum eſt de iure diuino,Geneſis cap.xxxv.iuncto cap.ſunt quidam. xxv.quæſt.j.quod per ſtatutum tolli non poteſt, vt ait.glo.in d.c.ſunt quidam.Secunda, quia iuramentum redditur Deo.cap.debitores. extr.de iureiur.at qui ſtatutum nõ poteſt tollere obligationem Deo quæſitam.Alias rationes vide per te.

Procedit regula nostra de iure canonico, vt prodidit Alciatus d.c.cum contingat. Nam vt ait Paul. Cast. in d. consi.ccxvij. ratione iuramenti quis efficitur de foro ecclesiastico. Est enim iuramentum quid spirituale, vt tenet idem Alciat. post alios in d.cap. cùm contingat.

Fallit de iure ciuili, eo enim iure annullato contractu annullatur contractus, siue actus.l. iurisgentium. §. & generaliter.ff.de pact.l.non dubium.C.de legib. & constit.

Fallit quando statutum indirectè de iuramento disponeret, vt quia non interueniente certa solennitate, statutum vel lex, dolum vel metum, vel simulationem præsument, hoc enim lex ciuilis facere potest, argument. l.final.C.de non numer.pecunia. & hanc limitationem dedit Bartolus.l. omnes populi.secunda quæst.tertiæ quæst.princip. ff. de iustit. & iure, quem cæteri communiter sequuntur. Hæc tamen fallentia intelligenda & admittenda est, prout docet Alciatus dicto capitulo, cùm contingat.ídque quatuor difficultatibus, quas apud eum videas.

Fallit quando statutum esset prohibitorium ratione bonorum morum fundatorum super colorata, & inevitabili ratione naturali, vel sit prohibitorium ratione publicæ vtilitatis principaliter, nam tum censebitur iuramentum annullasse, & valebit statutum quia in hac parte videtur approbatum à iure Canonico.capitul.non est obligatorium.ext.de regu.iur. libro 6.vbi glos.Din.& Petr.de Ancharan. & capitul.si diligenti.de foro compet.in antiq.Hoc intelligit Alciatus in d.cap.cum contingat. quando illa publica vtilitas esset probabilis & verisimilis.

Limitatur quando statutum imponit pœnam recipienti iuramentum: talis pœna est exigibilis, quia istud de directo non infringit iuramentum, nec per hoc quis fit periurus, sed potius facit quod quilibet abstineat à iureiurand. & istud est conforme legi Euangelicæ, Matthæi 5.vbi Christus ita iubet, Ne iuretis omnino.& Iacob.5.Ante omnia fratres, ne iuretis, neque per cœlum, &c.& capitul.etsi Christus, ext.de iureiurand.& pro hac limitatione siue declaratione potius, facit quod ait Fulgos. in auth. sacramenta puberum.C. si aduersus vendit. vbi concludit, quòd statuto ita caueretur, nemo cum minore etiamsi iurauerit contrahat: & si contra fecerit, omne ius in fiscum deuoluatur. Valet tale statutum, & pœna locum habebit. & putat Alciatus quod Raphael Fulgosius dicat veritatem ex quo à principio statutum prohibet ne iuretur. Secus si postquam esset iuratum, induceret aliquid per quod non obseruaretur. & hanc opinionem tenet Bald.dicto cap. cum contingat. Nam per indirectum euacuabitur vis iuramenti.

Fallit quòd si statutum tollit vires obligationis, quæ ex iuramento caussatur, in partem valeat: quia ratio cur lex ciuilis non possit disponere super iuramento est, quia ex eo quæritur obligatio principaliter Deo.capitulo debitores.ext.de iureiurand. Sed dato, quod statutum non possit eam tollere; tamen debet posse auferre eam obligationem, quæ in consequentiam quæritur parti. & istud intelligit Butrius procedere, quando lex in personam prohibiti verba digeret, nam tunc in dubio videtur voluisse auferre vires iuramenti, quatenus ipse versus partem obligetur, & ideò non oritur obligatio secundaria quærenda parti, & illud quod possit lex auferre vires iuramenti, tenuere Butr.Panor.& Capra in d.ca. cum contingat, quem refert & sequitur Marianus Socinus conf. lxvj.lib.1.

Fallit quia licet statutum regulariter non possit tollere iuramentum, potest tamen limitare, putà differendo executionem, differens enim per hoc non videtur transgredi.capitul.non est.de vot. & vot.redempt.

Fallit quia licet tolli non possit à statuto iuramẽtum, remitti tamen potest: scilicet præstandum, non præstitum, per l.quæ sub conditione.§.si quis sub iurisiurandi.ff.de condit.instit.

Fallit quando statutum esset confirmatum à Romano Pontifice, tūc enim haberet vim Apostolici, ex quo Romanus Pontifex tollit iuramentum.ca. venerabilem.§.fi.in fi. de elect. in antiq.

Limita quando iuramentum tendit in damnum iurantis, vel etiam tertio aliqualiter præiudicat. arg. cap. cùm contingat.Bald.in l.fin.C.de bon.quæ lib. P. Prat.reg.448.

¶IVRAMENTVM non transit ad hæredes, cum sit personale, vt in cap.veritatis.de iureiurando.vnde licet iurans possit cogi ad factum, vt est gloss. singularis in l.si pecuniam.ff.de condictione causa dat. tamen eius hæres non poterit. ita not.Bald.in præludiis feudo. nec hæres iurantis efficitur de foro ecclesiæ, vt not.idem Bald.in l.j.versic.extrà quæritur. C. de reb.credit.& in auth.sacramenta puberum.C.si aduers. vendit.

Amplia quod sicut non transit iuramentum, ita nec facultas iurandi.not.Bal.in l.2.C.de condictio.indebi.Vide quatuor conclusiones per Marc.Ant.in loco infrà allegando.

Limita non procedere in iuramento confirmatorio contractus, sicut in casu tex.in cap. cùm contingat, de iureiurand.& in cl.licet.eodem titulo.in vj.& in d.authent.sacramenta puberum, quia tunc sicut ipse contractus validatus transit ad hæredes, eodem modo transit effectus iuramenti, tanquam eius sequela.Ita Cast. in consilio lxv.& lxvij.idem in auth. quod obtinet. C. de probatio. Petr.de Ancharan. in d.c.veritatis.quos & alios refert ad hoc Marcus Anton.in tract.de virtute iura. in effectu xlv. Et idem videtur velle Felin.c.cum sit generale.de foro compet.quem vide ponentem aliam, & secundam limitationem ad hanc regulam. B.Dias re.386.

¶IVRAMENTI absolutio nemini datur non citata parte.Flor.l.in l.ad l.Aquil.idem est cum defertur in supple.prob.Ang.in termin.l.iuris iurandi.C.de reb.cred.Imo.c.fi.quod met.cau.Ale.conf.64.vol. 2.Ias.l.admo.2.lect.col.26.ff.de iur.iur.Med.re.8.

¶IVRAMENTI causa regulariter quis forum ecclesiasticum, & non seculare sortitur.cap. prædicandum, xxij.q.nota.per Moder.& omnes in cap.cùm sit. de fo.compet.Host.in c.tuam.de ordi.cogni.

Amplia ex quotidiana doctrina.Bald. in l.ordinarij.in C.de rei vendi.vbi dixit, quòd si quis dicturus contractum vsurarium petat absolutionem iuramenti, & est absolutus coram episcopo, debet agere super ipsa vsuraria prauitate, vel super ipsa simulatione in eadem curia episcopi, & non in alia, quia idem debet esse iudex vtriusque causæ, sequitur etiam Paul. de Castr.in consil.lxix.

Fallit, quando agatur de iuramento omissa disputatione, an valeat, vel competat absolutio, sed solum vt seruetur, quia misti est fori, patet in cap.licet mulieres.de iureiurand.in vj.& ita voluit Abb.in cap.ex

literis.in 4.nota.de sponsa. quod pro complemento sponsalium iuratorũ potest adiri iudex secularis cum de ecclesiastico est tex. in cap. fi. de fo. compet. in vj.

Fallit quando de iuramento agitur ad pœnam periurij. c. nouiter. & c. Rex debet. 23. q. v.

Fallit quando agitur de compellendo recipientẽ turpe iuramentum, vt illud relaxet. c. 1. de iureiur.

Fallit in iuramento præstito ab hærede iurãtis, qui non est de foro ecclesiæ. Io. And. c. fi. de sepul.

Iuramentum regulariter omnes obligat, & ligat, cap. cum contingat. de iureiurand. l. si quis Maior. C. de transact.

Fallit quando iurat aliquid quod est peccatum mortale, facit text. in c. vnum oratorium. xxv. distinct. Vnde qui iurauit in spõsalia diuidere non tenetur, quia debet reddere. capitulo, eam te. de iureiurando.

Fallit quando iurat peccatum veniale in se. arg. ca. secundo. de pact. in sexto, facit capitulum, qualis. xxv. distinctio.

Fallit quando iuratur aliquid quod est contra consilia euangelica. doct. in dict. cap. cum contingat. de iureiuran.

Fallit quando iuramentum excludat opus pium in intentione faciendo, vt quia iurauit non facere charitatem, tractaui hoc dubium in meo tract. eleemosynarum, in 38. par. princ. in 89. q.

Fallit quando iuramentum est contra bonum publicum. Abba. in capitul. peruenit. el primo, de iureiurando. facit tex. in c. significasti. de foro comp.

Fallit quando iuramentum vergit in dispendium salutis æternæ, vel salutis corporalis. xxij. q. 4. c. 1. cum c. sequenti.

Fallit quando iuramẽtum tenderet in salutis propriæ detrimentum. capitu. si non licet. 23. quæst. 5. 22. q. 4. §. illicitum.

Fallit quando iuramentum profertur ex iracundiæ calore, quia non obligat. Ioannes Andr. in capit. sicut ex literis, de iureiurand. facit glos. sing. in c. sicut ex literis. de diuor.

Fallit quando iuramentum est metu extortum. glo. in c. auctoritatẽ. xv. q. vj. vide domi. Ab. in d. c. si verò.

Fallit quando res super qua iuratur, non durat in eod. statu. Arch. c. animaduertendum. 22. q. 2.

Fallit quando est contra bonos mores naturales. c. non est. de reg. iur. in. 6.

Fallit quando iuramentum est contra votum. ca. sicut. de spons.

Fallit quando mandatum legis, vel superioris, vel contrarium iuramento. c. significauit. de censib. l. fin. ff. qui satisd. cog.

Fallit quando iuramentum est in præiudicium alterius, puta canonici iurant, quòd si aliquis eorum efficiatur episcopus seruabit quædã in præiudicium episcopalis dignitatis. ca. sicut est nostris. de iureiuran. possunt plura adduci quæ ne amittam tempus omitto. S. Ian. reg. 384.

¶IVRAMENTI forma seruari debet ad vnguem. Bal. tract. de testibus. nu. 5. Ias. l. qui per salutem. nu. 1. ff. de iur. iur. c. ego de iur. iur. dixi super amp. 06. Med. reg. 7.

¶IVRAMENTI VIS. Iuramentum haberi loco probationis.

Inst. de hær. quæ ab intest. §. ex his.

In Aut. vt litig. iu. in prin. tit. Azo, ru. 104.

Alleganti suam turpitudinem credi debere.

In Aut. vt lic. mat. & au. §. causas.

Eo quòd non probat, calumniator præsumitur.

In Aut. vt litig. iur. §. si verò.

Nota eum nõ videri abesse, cũ pater, aut frater, aut cognatus in fundo moratur. vt C. de agri. & cens. l. is cuius. & l. 2.

Quæritur si duo hæredes instituti sunt: vnus purè, sub conditione alius, an purè institutus, interim totam habeat hæreditatem & responderi potest ꝙ habet, vt ff. de vsuf. act. l. 1. §. si mihi. & ff. de bon. pos. cõtra tab. l. 1. §. si ex tribus. & ff. fam. herc. l. si maritus.

Argumentum quod fundus emphyteuticarius venire in iudicio possit. vt ff. com. diui. in prin. ff. de adim. leg. l. solutum. ff. de pecu. l. ancillam. §. si quis.

Si primum infirmatur vel secundum, secundo infirmato resurgunt vires primi.

C. de pact. l. pactum.
ff. de bonor. pos. secund. tab. l. vlt.
ff. de rit. nup. l. qui adop.
C. de adop. l. cùm adop.
C. de reb. cred. l. generaliter.

CONTRA.

ff. quib. ex caus. infam. irro. l. furti.
ff. de mil. test. l. militis. in fin. leg.
ff. de solut. l. qui res. §. arena. Azo ru. 104.

Inimicitiæ superuenientes, quæ à nexu, quo tenebatur, absoluunt.

ff. de procur. l. filius. §. si pos.
ff. de arbitris. l. licet.
ff. mandati. l. sanè.
ff. de excusat. tut. l. athlet.
ff. de adim. legat. l. 3
ff. de his quib. vt indig. l. si inimici.

CONTRA.

ff. de quæstionib. l. 1. §. diuus.
ff. de excus. tut. l. propter litem.

Deteriorationis, non lucri fit præstatio.

ff. ad l. Rhodiam. de iact. l. 2.
ff. de peric. & com. rei ven. l. vlt.
ff. de ac. empt. & ven. l. si.
ff. de iur. dot. l. quoties.
ff. ex quib. caus. maio. l. sciendum.
ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. item Labeo.
ff. de admin. tut. l. Titius.
ff. ad Treb. l. ex asse.
ff. de oper. lib. l. medius.
ff. de cond. indeb. l. ius mun.
ff. ad Iul. Imperator.
ff. de seruit. ven. l. etsi for.

CONTRA.

ff. locati. l. cum lege.
ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor.
ff. rem rat. hab. l. si commissa.
ff. de eo quod cert. loc. l. 2.
ff. de leg. 3. l. patronus.
ff. ad exhib. l. Iul. §. sed si hæres.
ff. ad l. Aquil. l. vnde Neratius.
ff. ad Treb. l. apud nos, qui admit.
ff. de neg. gest. l. atqui.
ff. de vi & vi arm. l. 1.
ff. de iur. iur. l. generaliter.
ff. de dol. l. Illicianus.
ff. quod met. caus. l. sed etsi par.
ff. ex quib. caus. ma. in integ. rest. l. etsi pater.
C. arbitr. tut. l. quicquid.
ff. de ac. emp. l. sicut. Azo, ru. 104.

Non esse aliquid faciendum, nisi ex mag[na] causa.

ff. de iur. deliberan.
ff. de mino. l. si ex causa. §. vlt.
ff. de in lit. iur. l. 4. §. iurare.
ff. de re iudic. l. 3.
ff. quod vi aut clam. l. semper. §. ex hoc.
Azo, rub. 104.

Si pecunia credatur proditori, non repetitur, licet ille consilio mutato bene expenderit.
ff. mand. l. si verò. §. si id.
ff. de mino. l. quòd si.
ff. de procu. l. si quis eum.
ff. de admin. tut. l. si fine. §. Modestinus.
ff. de adimen. leg. l. eum qui.
ff. ad senat. cons. Mace. l. sed si pater.
ff. ad exhibend. l. 1.
ff. de donat. l. quod id.
ff. de in rem vers. l. si pro patre.
ff. commu. diuid. l. nam hoc.

Contra.

ff. de relig. & sumpt. fun. l. & si quis.
ff. de pet. hær. l. planè.
ff. de iureiur. l. iure naturæ.
ff. de neg. gest. l. si pupil.
ff. de instit. l. si quis. Azo, ru. 104.

Si quis contra vetitum gessit, non agitur etiam in id, quòd alter factus esset locupletior.
ff. de neg. gest. l. vlt.
ff. mand. l. si pro te.

Contra.

ff. si seruit. vend. l. etsi for. Azo, rub. 104.

Inuito beneficium tribui.
ff. de lib. caus. l. j.
ff. de solut. l. si debitor.
ff. de appel. l. non tantum.
ff. de verb. obli. l. seruus.
ff. de leg. 2. l. si cui.
ff. de vsufr. l. si Titio.
C. de caduc. tol. §. is ita.
ff. de fideiuss. l. ita illi.
ff. de lib. caus. l. principaliter.
ff. de iur. dot. l. quemadmodum.
ff. de episc. & cler. l. si quenquam.
ff. de acquir. rer. dom. l. etiam.

Contra.

C. de bonor. pos. l. 3.
ff. de reg. iur. l. inuito.
ff. de cloac. l. hoc iure.
ff. de vsufr. l. quamuis. Azo, ru. 104.

Id potest generaliter concedi, quod posset specialiter.
ff. ad munic. l. Lucius.
ff. de offi. eius, cui mand. est iuris. l. 3.
ff. de lib. & posthum. l. Gallus.
ff. quæ res pign. obli. pos. l. 1. §. specie.

Contra.

ff. de leg. 1. l. si de in ius.
ff. de leg. 2. l. qui concubinam.
ff. de pecul. lega. l. dominus. Azo, ru. 104.

Illicita in agendo, esse licita in defendendo.
ff. de in ius voc. l. libertus.
ff. de iud. l. 2. & l. qui non.
ff. de bon. lib. l. qui cum.
ff. de iurisd. omn. iud. l. cog. §. si idem.
In Aut. de sanct. Ep. §. reueren.
ff. de arbit. l. non distin.
C. de sent. & interlo. om. iu. l. per le.
ff. de reb. cred. l. generaliter.

Qui se defendendo deliquit, impunitus est.
ff. ad l. Aquil. l. 4. & 6. scientia quæ ex.
ff. de vi & vi arm. l. 1. & 6. idem qui post.
ff. si quad. paup. fec. dicatur.
ff. ad l. Corn. l. 1.
C. de ali. mo. l. 1.
In Instit. de iur. naturali.

Contra.

ff. ad Aquil. 4. si expla.
C. quando liceat sin. iud. l. 2.
C. de his qui ad Eccles. confug. l. 2. Az. ru. 104.

Non vlciscenda.
ff. ad l. Aquil. l. scientia.

Contra.

ff. de iur. fisci. l. 2.
ff. de bon. lib. l. qui cum.

Quidam sunt qui in alienando faciunt meliorem conditionem, non autem deteriorem.
C. de pact. l. seruus.
ff. de iur. iur. l. quando.
ff. si seruit. vend. l. etsi for.
ff. de procur. l. ignorantes.
ff. de neg. gest. l. soluendo.
ff. de dol. excep. l. Lucij. §. 2.
ff. de instito. l. 1. Azo, ru. 104.

Argumentum præposteram petitionem admitti debere.
C. de emancip. lib. l. iubemus.
C. de adop. l. 1.
ff. de iniuf. rup. test. l. si quis. §. est. in fin.
C. de his qui ven. æt. imp. l. 2.
Contrà, C. de hær. act. l. vt debitum.
Contrà, C. de inof. test. l. si maritus.
In Instit. de inutil. stip. §. item. Azo, ru. 104.

Argumentum, quod delictum personæ in damnum Ecclesiæ vertitur.
C. de hæret. & Manic. l. idem est.
C. de sacros. ecc. iubemus nullam.
In Decret. dist. 43. quoniam.
C. de fund. patri. l. 2.
ff. quod quisque iur. l. 3. §. contrà.
Contra, C. vnde vi. l. meminerint.

Sed hoc locum habet in acquirendis, secus in acquisitis. C. de acquir. pos. l. vl. Vel vbi simplex persona & singularis, non collegium, vel si delinquens de propriis satisfacere potest. vt C. de iud. l. properandum. in fi. Azo, ru. 104.

¶Iuramento acquiritur obligatio, & per consequens actio. probat text. in capit. qui sacramento. xxij. quæst. iiij. & in cap. fin. de foro competen. libr. vj. probat glos. in c. quoties cordi. j. quæst. vij. & est communis opinio doct. latiùs videbis in loco infrà alleg.

Limita xxiiij. modis, vt per Ioannem de Selua, in tractatu de iureiurando. 3. par. quæst. j. Dias reg. 387.

¶Iuramento damnum passi stari, etsi statuto cautum sit, in contrarium tamen admittitur probatio. glos. in cap. 2. in verb. affectata. de temp. ordi. libr. vj. Abbas in cap. proposuisti. de probat. in antiqu. Innoc. & Ioan. Andr. in cap. quia propter. §. illud. de elect. & elec. pot. in antiq. facit quod tradit Innoc. in cap. fi. ext. quod met. causa.

Limita regulam procedere, quando ageretur contra damnum inferentem, secus si ageretur contra tertium qui damnum non intulit. Pone exemplum, statuto cauetur, quòd ciuitas teneatur de violentia

tia vi illata in Comitatu, quod isto casu non stabitur iuramento damnum passi contra ipsam ciuitatem quæ non deliquit. Bartol. in l. ne quid. versicul. quæro tunc quando. ff. de incend. rui. naufrag. allegat Cyn. in l. si quando. C. vnde vi. vbi hoc idem tenet ipsemet Bald. versic. conclude ergo. Salice. in dicta l. si quando. Petrus de Ancharan. cap. sicut. ij. de iureiur.

Fallit quando damnum passus iuraret per procuratorem. hoc dicit And. Barbatias in tractatu de præstā. Cardinali. ij. part. quæstio. 2. per capit. fin. ext. quod quod met. causa. ibi proprio iuramento. ergo secus in procuratoris iuramento. quam suam limitationē multis rationibus confirmat.

Fallit in extero, & (vt vulgus loquitur) forensi. Paul. Castrensis consil. 346. incip. statutum suprà relatū, ad finem. Bartolus l. 1. C. de summa trinit. & fid. Catholic.

Limitatur si damnum passus sit periurus. cap. paruuli. xxij. quæstio. v. vbi vide Archid. glos. in cap. semel. malus. & ibi Dinus de regul. iur. libro vj. Nam præsumptio est, quòd qui iam peierauit, semper peierabit. & cap. semel malus. Prat. re. 451.

¶IVRAMENTO omni semper intelligitur auctoritas superioris excepta. tex. in cap. venientes. de iureiurand. facit text. in capitul. ea. & in cap. ad nostram. eodem tit.

Limita quatuor modis, vt per Ioan. de Selua in d. tracta. de iureiurando. & vide Fel. in cap. constitutus. de rescript. vbi ampliat tripliciter regulam istam, & limitat etiam quatuor modis. B. Dias reg. 391.

Communis est & trita regula, quòd iuramentum vel iurata dispositio non venit in generali dispositione si de iuramento vel iurata dispositione non fiat expressa & specifica mentio, capitulo, constitutus. de rescript. Ioan. Andræas in regula, quod semel. in vltimis verbis. de reg. iur. in mercur. Innocen. in cap. Cùm inter. in fi. de renunt. glo. in c. cùm nō deceat. de elect. in vi. & ibi Ioann. Andr. Domi. & Philipp. Franc. Fulgo. in consilio clvj. Alexand. in consilio xxxvij. volu. ij. & consil. ccv. volu. secundo. Ias. in l. quotiens. C. de preci. imperat. offer. & in l. causas. in versi. secundo per istum text. C. de transact. Hippolyt. in sing. ccccxv. & in consi. cxvij. Decis. Neapol. 3. & decis. v. Iaso. in consi. ccxvj. volum. 2. Goza. in cons. xvj. Cassa. consi. 7. Bertran. in cons. xlj. vol. j. Afflict. super const. Mantua. in cons. 154. cons. 161. vol. quinto.

Contrarium sentit Cardi. in c. nonnulli. de rescrip. qui dicit per clausulam generalem non obstantibus, quod derogatur transactioni iuratæ, quem propter ea reprobat. Fel. in c. nonnulli. de rescr. sed opi. hanc sequitur Gomes. in cap. j. de constit. in vj.

Primò amplia etiam si iuramentum sit accessorium ad principalem dispositionē, & licet verba sint sufficientia ad tollendam dispositionem principalem, non tamen eam tollunt, quando ei accedit iuramentum, ita gl. in d. c. cùm non deceat. de elect. in vj. & ibi Io. And. Domi. & Phi. Franc. Pet. de Anch. Alex. consi. 137. vol. 6. & in cons. 38. vol. 1. idem sentit Host. in c. debitores. in primis verbis de iureiur.

Contrarium voluit Bald. l. 1. vers. quæro vtrum iuramē tum iurantis. C. de inoffi. don. Et idem Petr. de Anchar. in d. c. cùm non deceat, qui dicit quòd si iuramentum accedat super dispositione, iurando seruare dispositionem, tunc tollitur iurata dispositio, secus si iuramentum præstetur post expressionem factam contentorum in dispositione, vt ibi per eum, & per alios qui eum referunt.

Tamen tenendo primā opin. quæ videtur magis communis adduci potest ad eius comprobationem, illud quod not. Imo. in c. cum contingat. de iureiur. in versi. nunc restat. vbi tenet quod si statutum prohibeat contractum probari sine certa solennitate, tamē poterit probare iuramentū quod accessit ipsi contractui. refert & sequitur Fel. in c. sicut consuetudo. ver. 6. intellige, de prob. Hipp. in sing. cxxvj.

Contrarium in Apostil. nostris, ad statutum quod præscribitur prætorialibus actionibus. Item tenendo istam opinio. limita non procedere, quando illud iuramentum esset appositum in fraudem & in præiudicium tertij, quia tunc sublata dispositione primi, tollitur iuramentum accessorium appositum in fraudem & præiudiciū tertij. Et ita procedat quod not. Bald. in dicta l. j. C. de inoffic. donat. & declarat Alexand. in dicto consilio cxxxvij. volum. 6. aliàs volum. 1.

Secundò amplia, etiamsi verba essent geminata, adhuc non conciperent dispositionem iuratam, quādo de iuramento non faciunt mentionem, vt per Alexand. in dicto consilio 137. volumin. 6. & in consilio 38. vol. 3. per no. per glos. in dict. capitul. cùm non deceat, iuncto text. & ibi Ioan. Andr. Ias. in consilio 173. vol. 4. Chass. in consuet.

Tertiò amplia, quia in dispositionibus priuatorum hoc etiam limitat, quando partium conuentio non se refert ad dispositionem iuratam, vt not. Decius in l. pacta nouissima. C. de pact. Iaso. in dicto cons. 193. vol. 4.

Et propterea infertur quòd si partes dederint facultatem notario extendendi instrumentum, non tamen poterit opponi iuramentum, vt not. Anto. de Butr. in capitul. penultim. circa fin. de iureiur. refert, & sequitur Deci. in c. constitutus. de rescr. & propterea infertur quod dicitur in ampliatione v. de impetrāte contra statuta iurata.

Quartò amplia etiam in statuto, quia statutum simpliciter loquens, non comprehendit debitum iuratum.

Et propterea si statutū mandat fieri inter coniunctos compromissum, non habet locum in debito iurato. Paul. de Castr. in consilio 13. volum. 2. Dec. in d. ca. cōstitutus. de rescr. Ias. in consi. 173. vol. 4. Alex. in consil. 37. volum. 2. qui dicit ita fuisse iudicatum in ciuitate Parmæ. Ferrat. cautel. lv. Fel. in c. inter monasterium. de re iudica. Gozadi. in consilio 32. Bertrand. in consilio 85. & in consilio 155. & in consilio 157. volumin. 1. & in consilio 66. & consilio 176. volu. 2. & in consilio 14. vol. 3. & in cons. 30. & in cōs. 117. & in cons. 132. & in consilio 104. & in consilio 308. & in cons. 306. in fin. volum. eodem. Felin. in c. secundo de sponsa. Paris. in consilio 16. volumin. secundo. vide Brun. in tractat. de forma. Et stante statuto, quòd contractus mulierum & minorum, non valeant sine certa solennitate, non habet locum in contractu iurato. Brun. in d. tractat. de forma. Paris. in cons. 96. & in cons. 97. volum. 1. Grammaticus cons. ciuil. 100.

Et per istam rationem pariter concluditur, quòd statutum quod dictat, quòd si quis non petierit debitum per decem annos, excludetur à consecutione sui crediti, non habet locum in debito iurato, ex quo de iuramento in statuto non fit mentio. ita in isto statuto per istam rationem conclu-

dit

dit Corne.in consilio cccviij.volum.j.& in consilio clxxx.in fin.volu.ij.Balb.in tracta.præscrip.in 3. par te,& in 6.parte.Marcus Anton.Bauer.in tractatu de vir.iuram. & statutum quod trahatur etiam ad præterita,non extendit se ad præterita,in quibus interuenit iuramentum.Iason in l.causas. in versiculo secundo.per istum textum.C.de transact.Chassanæ.in cons.vij.

Nonò fallit in coniunctis coniunctione legali.l.Proculo.ff.de leg.2.

Decimò fallit,quando portio in principio est pro non scripta:quia in coniunctis coniunctione legali no habet locum ius accrescēdi:vt est in casu l.Plautius. ff.ad leg.Falcidiam.

Vndecimò fallit,quando legatur piæ causæ:vt quando filius testatur ad piam causam,& in illo legat fundū ecclesiæ,vt accrescat ecclesiæ.ita dicit Bald.in l. senium.in fin.C.qui testamenta facere possunt.& hoc quando filius testatur ad piam causam cum consensu patris.

Duodecimò fallit inter eos,quibus legatur à diuersis hæredibus.l.penultim.& fin.de vsufruct.accrescēd. quod limita per tex.in l.planè. §.si coniunctim, de legatis primo.

Tertiodecimò fallit inter eos,qui habent communionem in re,sed vni expressa est dispositio,alteri verò tacita.l.in 2.& 3.responso.& l.item si apud.§.1.ff.de vsufruct.accrescendo.

Quartodecimò fallit in contractibus inter viuos.l.fundus cum Titio.ff.de verb.oblig.præterquàm in vsufruct.l.1.§.interdum.ff.de vsufru. accrescend.

Quintodecimò fallit inter eos,quibus legatur res ad vnam causam,quæ non recipit pluralitatem impletionis.l.dominus.de vsufruct.

Sextodecimò fallit inter legatarios, quibus est legata pecuniæ quantitas,secundùm Pet.in l.iiij.ff. de leg. j.si inter.de leg.iij.

Decimoseptimò fallit,si illi,cuius portio vacat, substitutus suppositus est:vt l.vnica. §. in primo. & §.pro secundo.C.de caduc.tollend.& in l.si seruus cōmunis.ff.de acquir.hæred.

Decimooctauò fallit,vbi per fideicommissum ob alimenta fructus pluribus relinquitur:nam si alimentarij deminuūtur, legati commoditas non augetur. l.dominus.postremo responso.ff.de vsufruct.

Decimononò fallit,vbi testator prohibuisset ius accrescendi,vt d.l.dominus.in princip.

Vigesimò fallit vbi non relinquitur vsufruct. sed eius commoditas:casus est in d.l.dominus. de vsufruct. secundùm vnam lect.

Vigesimoprimò fallit,vbi sunt plures vsufructuarij:nā illis non competit ius accrescendi.l.non multùm.& l.Titium.ff.de cond.& demonst.

Vigesimosecūdò fallit per tex.l.ex contrac. de re iud. de quo vide Paul.in l.pen.ff.de ac.hær.B.So.re.266.

¶ Ius accrescendi cessat,vbi portio vacās fuit acquisita.Ita text.in l.aquam. ff. quemadmodum seruit. amit.in l.prima.§.interdū.ff.de vsufruct.accrescend. Platea in l.prima.C.si lib.imper.socius.lib.decimo.

Limita nouem modis per Ias.in l.re coniuncti.ff.de legat.tertio.à num.221.vsque ad 238.& eundem Ias.in si mihi,& Titio.ff.de verborum obligat. à numero 5.vsque ad 10. B.Dias re.403.

¶ Ius accrescendi in contractibus locum nō habet. l.si mihi,& Titio.& ibi per doctor.ff.de verb.oblig.

Primò fallit in his, quæ indiuidua sunt, vt seruitutes.lege, proprium.ff.communia prædiorum. & in l.fi.ff. quibus ad libertatem proclamare non li[illegible]

Secundò

Secundò fallit in casu l.communi diuidundo.§. si debit.ff.communi diuidundo.& in l.Iulianus.§.idem Celsus.ff.de action.empt.

Tertiò fallit in assignatione libertorum.

Quartò fallit,quando esset concessio in contractibus ex liberalitate principis:l.j.C.si lib.imp.soc. sine hę red.decess.lib.x.

Quintò fallit in vsufruct.l.j.§.fin.ff.de vsufruct.accr.

Sextò fallit quando interest promissoris, vel stipulatoris:vt est casus in lege, fundus ille.ff.de contrah. emptione.

Septimò fallit in donatione causa mortis,per tex.in l. vnic.in fi.C.de caduc.tollend.

Octauò fallit in mortis causa capione.l.mo.causa capione.de bon.causa mortis.& de ista materia vide plenè per Bart.in d.l.si mihi, & Titio.ff.de verbor. obligationibus. B.Soc.re.267.

¶Ius accrescendi non habet locum in legatis inter coniunctos coniunctione legali.l.& Proculo.& ibi hoc not.Barto.& Ripa d.l.re coniuncti.numer.203. dicit ibi text.quod communi seruo legatum est,si alter ex dominis omitteret, alteri non accrescere, & rationem ibidem subiecit Celsus filius, nō enim coniunctim,sed partes legatas ait: id quod à patre suo didicisse scribit.Hāc regulam tradit etiam Bal. in d.l.& Proculo.apud quē falsò legitur, legalium, in summario pro legali non.& d.l.& Proculo.meliorem de iure dicit Iason in d.l.re coniuncti.versi. coniunctio legalis dicitur.ff.de leg.3.post Angel.in l.item quod Sabinus ff.de hæred.institu.

Fallit in legato vsusfructus. Originalis est limitatio glossæ in d.l.& Proculo.quā ibi probat & sequitur Bal.& Ias.in d.l.re coniuncti. nume.51.per l.j.§.idē ait.ff.de vsufruct.accres.Ratio est, quia vsusfructus inspicitur persona serui,vt tradit Ripa post Bartol. in d.l.re coniencti.nu.204.vbi hanc rationem quatuor fundamentis examinat.

Limitatur in legatis pro non scriptis.l.verum.§.si seruus communis.ff.pro socio.

Sublimita in legatis pro non scriptis vitio eius,qui sibi adscribit, l.filius emancipatus.§.sequens quæstio. ff.ad leg.Cornel.de falsis:& ibi vide gloss.& Alber. de Rosat qui text.probat oppositum, si Fran.Ripæ credamus.tu diligenter rem inspice.

Fallit,si legatum esset seruo communi pro expressione nominum ipsorum dominorum, puta lego fundum Sticho seruo Mæuij.& Sēpronij.ita tenent Albericus,& Besutius in d.l.& Proculo.Sed aduerte, quia hoc exemplo admisso,esset coniunctio hominis, & non legis:ideóque non esset fallentia. & vide Raphaelem Cuma.in d.l.& proculo.P.Prat.re.458.

¶Ius accrescendi locum non habet, vbi nullum interuenit testamentum:introductum enim fuit hoc ius ne quis decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus.gloss.l.seruus.ff.de acquir.hæred. Docto. com.l.1.C.quando non pet.part.Ias.l.re coniuncti, col.7.ff.de leg.3.Soci.leg.si mihi.ff.de le.1. Cagnol. l.ius nostrū.nu.5.ff.de reg.iur.com. dicit.Med.re.6.

¶Ius accrescēdi non habet locum inter succedentes iure diuerso.tex.in l.sed cum patrono.ff.de bon.pos sess.glos.fin.in l.vnic.C.quādo non pet.partes.& vtrobique scrib.veteres,& Ripa in l.re coniuncti.G. Bene.in repet.c.Raynut.versi.in eodem testamento relinquens j.parte j.extra de testament.id quoque respondit Alc.respons.cccccxxxv.numer.9.vbi dicit inter diuersas successionis species nullum esse iuris accrescendi effectū,per d.l.sed cum patrono.

& l.j. C.de test.milit.vbi institutus in bonis paganicis non est hæres Castrensium.

Amplio regulam, vt procedat in directè substituto, & fideicommisso,nam deficientis vnius portio, alteri non accrescit.hæc enim diuersa esse Alciat.respondit d.respons.ccccclxxxv.inci.frequenter casus hic.

Fallit,nisi ille,qui succedit diuerso iure,subrogetur in locum eius,qui succedit diuerso iure:quia tunc virtute subrogationis admittitur. ita limitat Iason in d.l.re coniun.versic.v,& vlt.facit.

Non procedit supradicta regula in petendo,& hæc est glossæ limitatio in d.l. vnic. C.quando non peten. part.pet.quam reprobat ibidem Lancelot.

Fallit,quando quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decederet.Alciatus in d.l.vnica.

Fallit,quando quis succederet iure speciali.Bald.in l.j. C.de indict.vid.tol.Alciat.d.l.vnic.

Fallit,si succedant diuerso iure ciuili.Bart.in auth.præ terea.C.vnde & vxor.

Limita,nisi alius succederet diuerso iure ficto,in veritate tamen eodem:ita consuluit Ludouic. Roma. cons.lxxxj.incip.quò dicta hæreditas. Prat.re.455.

¶Ius accrescendi transmittitur ad hæredes.l.Papinianus.ff.ad S.C.Trebellian.hæc regula tractatur per Bart.in q.v.j.q.princ.latius per Ias.l.re coniuncti. ff.de leg.iij.& ibi per Andr. Alciat. & eundem Alciatum l.vnica.C.quando non petent.part.pet.accresc.G.Benedict.in repet.c.Raynutius. in verb.in eodem testamento.le premier. part.j.& in verb. mortuo itaque testatore.le second. extr.de testam. text.& ibi Bart.l.hæc scriptura.§.cum eadem.ff.de cond.& demonst.& vide Rip.in d.l.re coniuncti.

Amplio,vt procedat in hærede legatarij.text.in d.§. cum eadem.

Declaro regulam procedere in proprietate.l.si ex pluribus.ff.de suis & legitim.l.vnic.§.his ita. C.de caduc.tollend.

Ampliatur, etiam si ius accrescendi sit coniunctum cum substitutione intransmissibili.l. qui patri.& l. qui ex duabus.ff.de acquir.hæred.

Amplio.vt procedat in hærede instituto in re certa,dato cohærede vniuersali:nam talis transmittit ius accrescendi ad suos hæredes. Bar.in l.ex facto.vers.eodem modo quæro.ff.de hæred.instit. Scribentes.in l.quoties.C.eod.titu.

Amplia, vt etiam in singularem successorem transeat ius accrescendi. Doct.in d.l.re coniuncti. Sed hoc dubio non carere scribit Ripa in d.l.re coniuncti. tandem in hæc verba concludit.Ego(inquit) in hac ambiguitate dicerem inspicienda esse verba venditionis.Nam aut venditor vēdidit portionem suam simpliciter,aut cum omnibus iuribus ad se quomodolibet spectantibus in portione vendita: & illius occasione primo casu procedat communis opinio. Secundò opinio Bartoli. Bartolus pro emptore tenebat,pro venditore Petr.de bella pertica.& communiter Doctor,

Fallit in vsufructu ius accrescendi non transmittitur: quia vsusfructus finitur morte.§.finitur.institu.de vsufruct.& quia accrescit portioni,& non personæ. & ita tenet Bart.in d.l.re coniuncti.

Fallit in instituto in re certa, qui decessit ante agnitam portionem.ita limitat Bar.in d.l. quoties.quē ibi sequitur Iason.

Ius canonicum.scripsi ad l.187.non omne quod l.158. semper in con. Riisvvic.

¶Ius ciuile in eius foro seruandū est.c.quod clericis,

& ibi per doct. de foro compe.

Primò fallit, quando tale ius odiosum esset odio irrationabili: prout voluit Bald. in l. j. de summa Trini. vbi plenius vide per eum, de quo etiam per ipsum in c. si clericus. extrà, de foro competenti.

Secundò fallit, quando tale ius concernit personã non subiectã: prout est si statutũ disponat, quòd nullus possit facere testamentum sine certa solennitate. Nam tunc cum statutũ non afficiat non subditum, vt l. j. de ma. lib. & l. j. de tut. & cur. nõ ligat clericũ. vnde, secundum ipsum non iudicabitur etiam in foro seculari. sed Imo. aliter in c. quod clericis. extrà de seculari. sed Imo. aliter in c. ecclesia. extrà, de cõsti. & no. per Bar. in l. j. de summa Trini. & fide cath. quod sic disputãdo tenuit Lapus in quæstione sua, quæ incipit, statuto Mutinensi. & Petrus de Ancha. in c. j. de constitu.

Tertiò fallit, quando ius laicorũ disponeret circa modum decidẽdi: vt si dicat, quòd stetur libris mercatorũ: quia tunc non statur tali statuto in præiudiciũ clerici, etiam in foro seculari, cui non subiectus est, ad hoc facit text. in d. c. quod clericis, intelligendo quòd loquitur generaliter, & non loquitur specialiter: vt voluit gl. & text. & dicit quòd causæ clericorum decidi debent, secundum ius canonicum, etiã si clerici agant cõtra laicum in foro seculari, & hoc, nisi ipse clericus vellet librum pro se inducere, secundum Nico. in d. c. quod clericis. extrà, de foro compe. vbi pleniùs per ipsum. B. Soci. re. 268.

¶Ius ciuile. l. 8. iura sanguinis. l. 103. l. 46. neque pign⁹. l. 55. nemo plus. l. 203. omnis definitio. l. 33. quod attinet ad ius. c. nemo. in vi. Vide Interpretatio.

Ius suum nemini auferri debet. De his qui sunt sui. l. dominus. §. dominorum.

Pluribus quod placet hoc statuatur. C. lib. 7. titu. 71. l. 8. §. Pari.

Deceptus non videtur, qui iure communi vsus est. De fideiuss. l. inter eos. §. cùm inter.

Iuris præcepta sunt hæc: Honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. Vlp. lib. 1. Reg. l. iustitia est. De iust. & iu.

Qui contra iura mercatur, bonam fidem habere non præsumitur. C. de agri. & cen. l. quemadmodum.

Indultũ à iure beneficiũ nõ est auferendum. Reg. vi.

Non spectandum quid Romæ factum est, sed quid fieri debeat. ff. lib. 1. tit. 18. l. 12.

Ius ciuile vigilantibus scriptum est. Quæ in frau. cre. l. pupillus. 24. §. fi.

Multa iure ciuili, contra rationem disputandi, pro vtilitate communi recepta esse innumeralibus rebus probari potest. lib. 9. titu. 2. l. 51. §. multa autem. vide Iudex, bona fides.

Ius. l. 122. in iure. l. 121. §. fin. l. 166. nemo. §. temporaria. l. 55. nemo plus iu. inf. Remissio.

Vnicuique contemnere licet ea, quę pro se introducta sunt. Iul. de min. l. si Iudex.

Iuri suo quilibet renuntiare potest. C. de pact. l. si quis in conscribendo. ff. eo. l. pactum. De renuntiatione iuris futuri tractatur in l. qui superfluis. De ac. hæ. in l. pactum quod dotali. C. de pact.

Reg. vi. Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

De suo, non de alieno iure quenquam agere oportere. Vlpi. l. vti. Si vsusfr. pe.

Iuris quidem ignorãtia cuique nocet, facti verò ignorantia non nocet. Pau. De iu. & fact. ign. l. regula est. Vide Deceptus.

Executio non est facienda iuris ordine prætermisso. De re iud. l. si cum nulla. C. de exc. re. iu. l. 1.

Speciale ius faciliùs tollitur, quàm commune. De mil. test. l. eius. §. 1.

Omittitur faciliùs ius quærendũ, quàm quæsitum. De ac. poss. l. fi. Riisvvich.

¶Ius nõ decrescendi remanet penes coniunctum sine onere. text. l. vnica. §. sinautem ad deficientis. C. de caduc. tollend. l. si separatũ. ff. de cond. & demon. Barto. in d. l. re coniuncti. versic. si verò quæritur. Et huius cõclusionis ratio est, quia coniunctus totum habet iure proprio. d. §. sinautem ad deficientis.

Declarat Ripa procedere in coniunctis re tantùm.

Fallit in coniuncto re & verbis: nam tunc remanet cum onere, glossa in d. §. sinautem ad deficientis. Bart. in l. quæ conditio. ff. de condit. & demonstr. & vide Ripam in d. l. re coniuncti. versicu. quinta conclusio vbi adfert hanc fallentiæ rationem: quia (ait) quando plures sunt re & verbis coniuncti, copula in eadem oratione posita repetit onus adiectum vni in personam omnium. argum. l. Seio. §. Gaio. ff. de fun. instr. Prat. reg. 456.

¶Ius disponens in vno de correlatiuis extenditur ad alterum. l. fin. C. de ind. vid. toll. Cum. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. Decis. Pedem. 140. numer. 7. Fel. in procem. decretal. numero 5. Ronchegallus l. eandem. nume. 43. ff. de duob. reis. Decis. Pedem. 115. numero 10. Boer. decis. 23. numero. 7. Felin. capitu. fin. numero 4. de iudic. Ias. l. transigere. numero. 2. C. de transact. leg. quod dicitur. numero 39. ff. de verborum oblig. l. non tantum. numero secundo. ff. de re iud. item not. hanc reg. non solùm respectu iuris cõmunis, sed etiam municipalis. Barto. & Angel. l. fi. C. de ind. vid. tol. Cum l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. Medic. reg. 9.

¶Ius naturæ. L. 206. Idem libro nono ex variis lectionibus.

Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem.

Natvrae. Hoc est gentium. Cicero primo Officior. in princ. Ra. interprete, Insti. de iusti. & iu. §. iuris præcepta capit. 48. Locupletio. in 6. Iunge l. 177. §. nemo ex suo, l. 75. non debet alteri, l. 198. factum cuique, de cond. ind. l. nam hoc natura. l. 14. de inst. ac. l. si quis mancipiis, §. fin. & pen. l. 13. l. pen. rerum amot. l. rerum quidam, in fin. de trib. l. 3. §. si seruus, de neg. gest. l. si pupilli, 5. de trãs. l. 8. §. sanè, de of. pręs. l. 5. de pig. ac. l. si seruos, 25. de act. tu. l. 1. §. 1. Ins. quib. aliẽ. li. §. fi. C. de vsu. pro emp. l. fi. de peti. hæred. l. planè, C. de episc. l. si quis presbyter, 20. distinct 99. ca. cccc. 21. q. 2. c. bonæ rei, 11. q. 3. c. si quis verò, 14. q. 5. denique, 22. q. 2. cap. primũ, 17. q. fi. c. fi. de iu. do. l. iure. Ratio, sup. l. id quod nostrũ, 11. l. domũ, l. culpa, 76. l. nemo potest mutare, C. da Iudeis, l. nemo exterius. Exc. de præscript. c. vigilante. C. de nõ num. pecun. l. in cõtractibus. Excipe itẽ casus, in quib⁹ quis priuatur iure suo ob publicã vtilitatẽ, de rei ven. l. itẽ si verberatũ, §. item si agger, de euict. l. Lucius, Com. præd. l. venditor. §. si cõstat. Idem est, Inst. de rerũ diui. §. & ex diuerso, C. de æd. pri. l. si is contra quem. Lor. axio. 191. Detrimento. De pœn. c. suam. Inivria. Cõsiliatio. l. Paulus, de exc. do. arg. l. nemo damnũ, sup. ad l. Aq. l. scientiam, l. si quis fumo, §. quod dicitur. Ad fi. de con. & de l. cum pup. §. disiunctio. Riisvvic. paratit.

¶Ius naturæ. Pompon. Lib. ix. Ex Variis lectionibus. Lex ccvj. al. Vlpian.

Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

Inde est, vt possessori hæreditatis, etiam malæfidei possessori, restituantur necessariæ impensæ: sed & vtiles si extat res melior. Et habes hanc regul.l. nam hoc à natura. de condi. indeb. & reg.l. locupletari. eod. ti. in vj. G. Viuiennus.

¶ Ius patronatus. Iuri patronorum nunquam censetur Romanus Pontifex per literas derogare, nec præiudicare. Hosti in c. dilectus, de offi. deleg. Abb. in c. cum dilectus, de iure patro.

Fallit in 11. casib. quos not. Felin. in tract. quando literæ Apost. noceant patr. eccl.

Ius patronatus potest vendi cum vniuersitate, & transit in emptorem, c. cum seculum, de iure patro. not. in c. ex literis, eod. tit.

Fallit in 4. casib. vt per Paul. de Citadinis, in tract. de iure patron. in 9. parte, in versiculo, nonò quæro.

Dos de necessitate debet ecclesiæ, vel pio loco sufficiens, & perpetuò tradi in limine fundationis, vel acquisitionis iuris patronatus. hanc regulam cum 20. Amplia. & 6. limitat. ponit Cæs. Lambert. in tracta. iur. patr. in 1. parte, 1. li. in 22. arti. 5. q. num. 3.

Edictum iuris patronatus est prohibitoriũ, & omnes ex fundatione, constructione, & dotatione acquirere possunt ius patr. qui specificè à iure prohibiti nõ sunt. Ampliatur in 9. casib. & limitatur in 3. à Lambert. in tractat. iuris patron. in prima parte, lib. 1. arti. 15. quæst. 7. princip. num. 10.

Edictum de præsentandis dicitur permissum, vt quilibet admitti possit, dummodo in ecclesia vel locis piis, sit Clericus, in aliis locis, iuxta qualitatẽ eorũ.

Ampliatur in 11. casibus, & limitatur in 5. à Lamb. in d. tract. in 1. parte, lib. 2. art. 8. q. 7. num. 7.

Fundare, & constituere ecclesiam pro iure patronatus acquirẽdo non sufficit, sed requiritur eius perfectio.

Ampliatur in 14. casib. & limitatur in 4. à Lamb. in d. tract. in 1. lib. in 14. art. q. 4.

Ius patronatus coram iudice seculari tractari non potest, c. quanto, de iud.

Fallit in 3. casib. quos not. Socin. reg. 217.

Ius patronatus regulatur prout alia iura spiritualia, c. quanto, de iure patr.

Fallit in 3. casib. vt per Socin. regul. 54. in additio.

Ius patronatus præscribi non potest, no. in cap. cura, de iure patr.

Fallit, vt not. Franc. Turza. in suis concl. reg. 11.

Patrono inscio nihil potest fieri in præiudiciũ iuris patronatus. Abb. & communiter Docto. in c. cùm accessissent, de const.

Fallit in 4. casib. vt per Socin. reg. 68. in addit.

Licet patronus propter negligentiam perdiderit potestatem præsentandi, tamẽ superior conferens, iure deuoluto non potetit aliter conferre, quàm se habeat institutio, & natura beneficij.

Fallit in 3. casib. secundum Felin. in c. cùm accessissent. de const. num. 28.

Institutio facta spreto patrono est nulla, not. in c. cum Bertoldus, de re iud.

Fallit in multis casibus, vt per Feli. in d. c. cùm Bertol. numero 6.

Beneficium patronatus non comprehenditur, etiam si Papa mãdaret prouideri de beneficio, ad cuiuscunque dispositionem pertinente.

Ampliatur in 11. casibus, & limitatur in 11. à Feli. in trac. quando literæ Apostolicæ noceant patronis eccle. num. 6. Donat. Fina, lib. j.

¶ Ius patronatus ecclesiæ non amittit filius ob delictum patris, nisi pater esset primus fundator. glos. & doc. clementina pastor. §. rurs. de iud. dixi super ampl. 110. Medic. reg. 8.

¶ Ius patronatus coram iudice seculari tractari non potest, vt in c. quanto. de iudic.

Primò fallit, quando interuenit accessoriè cum vniuersitate seculari: in qua esset patronatus: cùm tunc potest de ipsa causa cognoscere: vt vidi, & dicit Flor. se ita consuluisse per ca. ex literis. extrà, de iure patronatus. pro quo facit glossa singularis vigesima quæstione septima, filiis. secundum Antonium in c. quanto. de iudiciis.

Secundò fallit, quando ageretur de iure patronatus nõ actione reali: vt in dicto capitulo, quanto. sed ageretur regulariter actione personali, putà exceptione vel promissione de donando: cum & tunc possit secularis de tali causa cognoscere, secundum Ant. in d. c. quanto. cuius dictum non videtur tutum: cum tex. ibi generaliter loquatur, ad hoc duodecima distinctio. c. si Roma.

Tertiò fallit, quando patronatus ecclesiæ fuisset exclusus de custodia ecclesiæ vacante, vel in ea turbatus: cùm tunc agere possit actione iniuriarum coram iudice seculari: agit enim tunc de iniuria commissa in persona sua: omnis enim violentia dicitur iniuria personalis: vt sing. no. ff. de fur. l. quæ falso, secundum Bald. qui ad hoc etiam adducit quod no. in ca. cæterùm. extrà, de testibus. vbi latiùs vide per canonistas. B. Socin. reg. 270.

¶ Ius patronatus regulatur prout alia iura spiritualia. cap. quanto. iure patronatus.

Primò fallit in casibus in contrarium expressis.

Secundò fallit etiam in odiosis, quia appellatione spiritualium non venit causa iuris patronatus: vt per Abb. Pan. in c. 2. de iuramento calumniæ. de quo etiam in c. translato. de constit.

Tertiò fallit quò ad actionem personalem quæ competit ad constituendum ius patronatus: quia non regulatur vt alia spiritualia, nec est de foro ecclesiast. & per consequens non habet priuilegium: vt per Anto. de But. in d. c. quanto. & idẽ vult Barb. ibi, & Felin. in fine. B. Socin. reg. 270.

¶ Ius patronatus potest vendi cum vniuersitate, & transit in emptorem. text. in capit. cum seculum. de iure patronatus. not. in cap. ex literis. eodem ti. Vide in materia Roch. in tract. eiusdem. tit. in vers. vigesimóquintò quæro.

Limita quadrupliciter, vt per Paul. de Citadinis in tractat. de iure patronat. in ix. parte. in versi. ix. quæro. B. Dias reg. 401.

¶ Ius patronatus non venit in generali confiscatione bonorum facta per iudicẽ laicum: gl. & Doct. cõm. Clem. pastoralis. §. rursus ver. subiecta. de re iud. sed redibit ad ecclesiã, Cardin. Clem. 2. q. 8. de iure patr. vide Brixiensem c. filiis. 16. q. 7. Imola l. insulam. ff. solu. mat. Flor. l. via. §. si fundus. ff. de seruit. Abb. c. sicut. §. nobis. de iur. patro. Bald. l. 1. C. de bon. lib. Bar. l. fina. C. de cõtr. emp. Oldrad. consi. 16. l. venia. C. de in ius voc. itẽ nec in generali donatione. Abb. c. sedes. de rescr. Medic. reg. 1.

Ius patronatus sublatum dicitur cum in totũ destructa est Ecclesia, nisi reficiatur de cõsensu episcopi. gl. c. 3. de iur. patr. Host. in summa. de eccl. ędifi. §. fi. amp. ẽt si reficiatur ex iisdẽ cemẽtis. no. l. seruũ. §. pocula. ff. de le. 1. l. q. d tamẽ. §. vni⁹. ff. queãdm. vsuf. amit. ius enim nullũ cõpetit in re destructa penitus. l. Arist. l. in tantum

in tantū.ff.de pignor.l.1.C.de iur.emph.& qualitas esse nō potest sine subiecto.l.2.ff.de vsufr.not.l.lex vectigalis.ff.de pigno. Fran.in tracta.de testibus,cōclu.27.numer.58.Ias.l.si ita.numer.5.ff.de verb.obl. Ang.consi.390. Medic.reg.6.

¶Ius,priuilegium reuocandi domum,si competat alicui,& cœpit alium conuenire,durāte causa concessiua dicti iuris,seu priuilegij:tunc potest conueniri, & cogitur defendere se.text.in l.secunda.§.sed si agant.ff.de iudiciis.tenent gloss.& doctores in capitulo finali,de foro competenti.Habes,Hispane,legem idem disponentem,in parte tertia, titu.tertio, lege quarta.quæ etiam seipsam limitat.

Limita quinque modis,vt per Marian.in d.c.quæ limitationes transcripsit Felynus ibi. B.Dias reg.402.

¶Ius sanguinis. L.8. Pomponius lib.4. ad Sabinum. Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

De cōiunctione naturalis necessitudinis iunge de suis, l.4.inf.143.l.quod nullius,de pactis,l.ius agnationis C.de patria potesta.l.abdicatio.Instit.de iure nat.§. 1.2.quæstion.6.ca.cōsuluisti.Ratio,de pactis, l.si vnus.§.pactus,27.de cap.diminu.l.eas obligationes, arg.3.l.qui ad dandum,inf.vbi pugnantia, Inst.de nupt.§.illud.IVRE.Hoc est,nulla iuris ciuilis vel fictione,vel solennitate. Excipitur mors naturalis & ciuilis,vnde cog.l.is,de sta.ho.l.homo.lib. Pe.Fab. ad fi. Et effectus eorū in totum tolli. Instit.de cap. dimin.§.quod autē,C.de pa.qui fi.l.2.iuncta d.l.ab dicatio,l.qui filios,C.quę res pig.l.hinc,C.de proc. l.ad prob.C.de transf.l.transactione matris,de statu hom.l.& seruorum,Inst.de iur.nat.§.penultim. Sed illis derogari potest. Inst.de leg. ag.tu.§.fin.argu. de acqui.rer.dom.l.3.in fi.infr.l.quod attinet, de vsufr.ea.l.2.§.1.Inst.de c.dim.§.quod.Riisvvich. par.

¶Ius sibi in caussa propria dicere nemini licet,l.vnica.& ibi gloss.C.ne quis in sua caus.& ibi Bald.hoc not.Azo in summa.C.eodem titul.l.extat edictum. ff.quod met.caus.l.si quis in tātam.C.vnde vi.l.nullus.C.de Iudæis.l.non est singulis.vbi gloss.Alberi. & P.Decius.ff.de regul.iur.gloss.in c.conquerente. verb.volueris.de restit.spoliat.glo. Panorm.& Fel. in c.cum venissent.de iudic.in antiq.Rationem subiicio ex d.l.non est singulis.ne sit occasio maioris tumultus. Si quis enim sibi propria auctoritate ius diceret,seditiones orirentur, vt satis apertè indicat P.Decius in d.l.non est singulis.

Fallit in iudicibus,qui non recognoscunt superiorem. Barto.in d.l.vnic.quem refert & sequitur Panor.in c.cum venisset.versicul.oppono contra text. & ibi Felin.& alij Cano.per l.& hoc Tiberius.ff.de hær. instit.gloss.in l.est receptum.ff.de iurisdict.om.iud. Hoc exemplificat.P.Pau.Paris.in addit.ad Bar.in d. l.vnic.in princ.vel populo non recognoscente superiorem:& remittit ad Felinum, & P.Decium in d. c.cū venissent.Exemplificat & Abbas Sicul.in c.cū venissent,in Papa:neque enim superiorem recognoscit.Sed hoc sine distinctione non admittit Panor. ibidem,apud quem latissimè vide.

Fallit,quando alicui defertur iuramentum : nam tunc iudex est in propria caussa.hanc limitationem tradit Azo in Summa.C.ne quis in sua caus.text.in l.j. ff.quar.rer.act.non det.l.fi.C.de fideicommis.

Fallit,quando quis non habet copiam iudicis,vel magistratus.Originalis est limitatio Azo.in Summa. C.ne quis in sua caus.Bart.in l.generali.de decurio. lib.x.Cod.per illum text.

Limita,si iudex denegasset iustitiam: nam tunc potest quis sibi ius dicere.ita dicit Ioan.de Plat.in d.l.generali.vers.ita propter institiam.

Non procedit secundùm quosdam,quādo præsidi prouincię furtum factum esset.ita limitat Azo in Summa.allegat text.in l.Senatusconsulto.ff.de offic.prę sid.Contra hanc limitationē est glossa in d.l.Senatusconsulto:quam videtur ibidem sequi Bart.& vide Cynum in d.l.vnic.C.ne quis in sua caus.

Fallit in casu l.j.& ij.C.quādo liceat.quas, quia vulgatę sunt,nō iudicaui referēdas:& eas pro limitatione nostræ regulæ citat Bart.in d.l.generali.

Fallit in specie l.creditor.ff.de reg.iur. Sed certè ille text.non probat, neque infert aliquam limitationem ad regulam nostram:nisi dicas ex textu inferri posse,consensu partis vnius, alteram fieri iudicē in caussa propria.

Fallit secundùm Bar.in d.l.generali.in casu l.debitor. ff.de nego.gest.vbi creditor negotia creditoris gerens sibi soluit: ergo ius sibi inquam sua caussa ius dixit rectè.& ibi hoc dixit Bald.Perus.in iij.notab.

Limitatur in casu l.quoties.§.sicut.ff.de admi.tut. vbi tutor sibi soluere ipse potest:ergo ius sibi dicit,&in propria caussa.Ex hac & superiori proxima limitatione nota duos casus,quib' quis potest sibi ipsi soluere. Idem crederem dicendum in curatore bonis dato.de quo extat tit.ff.de cura.bon.dan. eadem ratione qua gestore negotiorum.

Fallit(& hūc in casum in rub.idem dicit Bar.in d.l.generali)in specie l.quòd si possessor.ff.de petitio.hæred.vbi si possessor hæreditatis legata de suo soluerit citra stipulationē,euicta hæreditate, legata reddi,per retentionem rerum potest sibi ipsi satisfacere.ergo & eo casu sibi ius dicit.

Limitatur in casu l.ait Prætor.§.si debitorem.ff.de iis quæ in fraud.credito.vbi permissum est creditori auferre rem à debitore fugiente,ídque propria auctoritate.gloss.j.in c.ius gentium.distinct.j.& ita tenet Bart.in d.§.si debitorē.& vide Bart.in quæst. 6.incip.Lapus fuit captus.nume.8.Quid autem hoc casu sit obseruandum,docet Alexand.consi.ccxij.incip.perspectis statutis.vol.6.

Limitatur in casu l.j.§.licet.ff. de peric.& commodo rei vend.vbi propria auctoritate effundere vinum potest venditor, cuius admetiendi diem emptori præstituerat:ergo Iudex est in propria caussa.& ad hoc hunc textum citat Bart.in d.l.generali:quod rectè colligitur ex d.§.licet.

Fallit,quando maritus ei, quem suspectum habebat, de vxore sua,denuntiauit, ne de cætero cum ea colloquium haberet:nam si posteà colloquatur ei, potest impunè eum occidere,& in caussa sua iudex esse.ita Bart.in d.l.generali.per text.in auth.vt liceat mat.& auiæ.§.fi.& ibi Barto.& ante eum Iacob.de Beluisio,qui illum §.produxit,eos,qui cum filiabus & neptibus colloquerentur. Dicit præterea idem Iacob.de Belui.quòd lex facit maritum iudicem,& vltorem.Vide apud eum latiùs.

Restringitur postremò in casu l.fistulas.§. fundū.ff.de contrahen.empt.vbi si quis fundū ab eo emerit,cuius filij tutelā gesserit,potest sibi fundi empti possessionē tradere:& sic sibi ipsi ius dicit. Prat.reg.459.

¶Ius superueniens actori,lite pendente, regulariter ei non prodest.c.fi.& ibi per doct.extrà,vt lite pēd. & colligitur in l.non potest.ff.de iudic.

Primò fallit,quando post litem contestatā accederet aliquid,quod esset accessoriū ad id,quod est in iudicio deductū.ff.de æd.edict.l.ædiles.§.it sciendū.&

Se-Iure

hoc etiam voluit glos. in d.l. non po.ff. de iudiciis.
Secundò fallit, quando esset defectus non ex parte actoris, vt quia non possidebat, cũ incipiat possidere post litis contestationem, & hoc eueniret iudicio pendente. l. iij. ff. de pet. hæred. l. si autem. ff. de poss. not. de excep. c. aduersario.
Tertiò fallit, quando superueniret ius ex causa in iudicio iam deducta. ff. de pign. act. l. si rem. §. fin.
Quartò fallit, quando fuisset generaliter actum nõ expressa aliqua causa: cùm tunc superueniens ius prosit ex quadam æquitate: vt pleniùs no. c. Abbate sanè, extrà, de iudi. in 6. & plenius de hoc per Bart. in d.l. nõ potest. ff. de iud. & in l. an eadem. §. actiones. ff. de excep. si verò ius superueniret ex parte rei, tũc regulariter prodest eidem: vt d.l. si autem. ff. depositi, & c. aduersario. extrà, de excep. adde l. rei iudicatæ. ff. sol. mat. cum simil. quod tamẽ fallit si post vsucaptũ, vt l. si post. ff. de rei ven. vbi non prodest reo vsucapio completa pendente iudicio. & hoc, quia est odiosa: vt ibi notatur. de quo pleniùs in l. j. ff. de expen. & per Io. And. in additio. Specu. in tit. de causa poss. §. nunc videndum. ad fin. & quod ibi habetur per doct. cano. in d. c. fi. extrà, vt lite pend. circa quæ vide quæ notantur in d.l. non potest. ff. de iud. & ibi per Bald. & Barto. & doct. in d. c. Abbate sanè, extrà de iudic. in 6. B. Socin. reg. 269.

¶Ivs superueniens ex causa de præterito, pendente lite prodest, & potest sequi condemnatio, etiam de iure ciuili. tex. in l. si rem. §. fi. ff. de pignor. actio. in l. si tibi mãdauero. vt à Titio exigeres. ff. mãdat. Ista est communis conclusio docto. in l. non potest, de iudic. ff. & in dict. §. fin. vt firmat Marian. in ca. significantibus. de libel. oblatio. quem vide in materia.
Limita tripliciter, vt per eum ibi, per totam, vide Pau. in d.l. non potest, in fin. vbi hanc regulam limita dupliciter. B. Dias reg. 399.

¶Ivs quæsitum si est per primum actum non quæritur aliud: secus autem si quæsitum non sit. c. cum inter, de elec. c. bonæ. il 2. de postul. præl. vbi doct. cõ. l. nemo. ff. de re. iur. Clem. 1. de renun. Card. c. ofius. §. 1. 61. distin. Roch. de Curte in tract. de iure patr. ver. honorificum. col. 11. ver. 2. Io. Mon. c. cum expediat. de elect. 6. Din. c. mutare. de regu. 6. Host. in summa, de elect. §. sed vtrum.

¶Ivris appellatione indefinitè omnes iuris species intelliguntur: secus si cum adiuncto proferretur ius ciuile, nam de iure ciuili Romanorum intelligitur. §. sed ius ciuile. inst. de iure nat. gent. & ciuil. Dec. in terminis ad hanc reg. cons. 657. numero 8. Abb. Rubric. de consuet. Bar. l. rerum. ff. rerum amotar. Dec. cap. licet. de elect. & per totum d. consil. 656. nume. 3. & seq. Medic. reg. 2.

¶Ivris definitio. L. 203. Idem libro vndecimo epistolarum.
Omnis definitio in iure ciuili periculosa est, [a] parum est enim vt non subuerti possit.
Addit. a rarum.
Iunge ad l. 1. de iuris & æquitatis, nõ autem de factorũ generali definitione intelligit Oldẽdorpius, ne obstet de le. 3. l. Iulianus. 67. in princ. de hæ. inst. l. quod si Mæuius. C. eodem titu. l. 2. Pericvlosa. Nam in casibus, quos non continet. falsa est, vt in definitione hæreditatis, iudicij, & dotis, de reg. Ca. l. 1. Parvm. Al. rarum. quod multis magis probatur. Parum. id est vix, vt interpretatur, de verborum obligation. l. penultim. §. etsi placet, de iuris & facti ign. [illegible]ula, sup. l. eum principalis, l. ferè, 153. l. plerúque sup. & inf. Ratio, sup. l. in toto. de præscrip. ver. l. natura. Authen. de reb. qui in ad. ap. 50. in prin. Authen. de tabel. §. neque tabelliones, 44. Possit. scilicet, per legem, vel rationem, propter quam in præsenti specie locum habere non debeat. Ita interpretantur qui definitionem pro regularum definitione intelligunt. vt Math. Vuescenbecius in suis Parat. Viglius in titu. Instit. de testa. Græci, Ant. August. Hier. Frãcus, & Petr. Fab. ad l. 1. sup. qui verò hîc veram definitionẽ intelligunt, vt Alc. in l. 1. de verbo. signific. Para. 6. c. 9. Georg. Tarpezon. in Rhetorica, tradunt in iure nostro sufficere quascunque crassiores descriptiones, per quas res cognoscitur. Has Gellius libr. 1. ca. 25. typous, & ypographàs vocari tradidit, & nõ orísmous. Riisvvich. paratit.

¶Ivris definitio. Iabolenus lib. Epistola. Lex ccij. al. Vlpian. sic in P. florent.
Omnis definitio in iure ciuili periculosa est [a] rarũ est enim vt non subuerti possit.
Addit. a ratum. in P. florent.
Omnis regularis traditio est difficilis, eò quòd ferè subuertatur, si nõ spectetur in quod excipiatur. Bar. l. j. col. j. de test. Viuiennus.

¶Ivris exorbitatio. Bonifac. Reg. xxviij.
Quæ à iure communi exorbitant, nequaquàm ad cõsequentiam sunt trahenda.
Hoc est, quæ contraria sunt Iuri ciuili, minimè sunt ad consequentiam adducenda vel alleganda. vt c. j. sup. de fil. presbyteror. l. in honorariis. §. sed cùm rescissa. ff. de action. & obliga. l. eius militis. §. si militia missus. de testam. milit. Viuiennus.

¶Ivris geminatio multum operatur. l. legata inutiliter. ff. de le. 2. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. Authen. siue à me. C. ad Vell. Rimin. consilio 420. nu. 2. per l. Balista. ff. ad Treb. Cephal. consilio 298. numer. 7. Paris. consilio 71. nu. 19. vol. 3. Ruin. consilio 218. volum. 1. Medic. reg. 3.

¶Ivris ratio. Paul. libro liiij. ad edict. Lex cxlj. al. lex clxxxiiij.
Quod contra rationem receptum est, non est producendum, ad [a] consequentiam. duo pro solido hæredes esse non possunt.
Addit. a consequentia. in P. Florent.
Ex tractatu de vsucapion. vid. etiam l. quod verò de legibus. Viuiennus.

¶Ivris translatio. Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse [a] habet.
Addit. a al. haberet.
Extit. vnde legit. Innocen. ca. 79. nemo potest plus, l. qui in ius, l. 121. §. absurdũ, l. 136. l. in omnib. off. §. fi. 166. nemo plus. commo. 60. hæredẽ, l. 198. inuitus, §. plerũq; de acq. rer. do. l. traditio, 1. q. c. Daibertũ, de ac. om. l. ex emp. de pig. l. 3. §. fi. C. de dist. pig. l. si debitor. C. sine ce. l. 2. & fi. de iu. pa. c. quod autẽ de cõ. & de l. 4. l. quom. C. de don. l. si filius, C. de. pe. l. 2. C. qui pro suo iu. l. 1. dist. 62. c. nulla ratio, de off. procõ. l. obseruare, C. quod cũ eo, l. si liberã peculij. Ratio, de cont. em. l. qui tabernã, de vsu & ha. l. si ita le. de don. c. pastoralis. de do. inter vi. c. nuper. Excipe tutorem & curatorẽ. C. de admi. tu. §. fi. l. Lex. in fi. Item creditorẽ, qui aliena. licet, §. 1. de acq. rer. do. l. nõ est nouũ. Item procuratorẽ, Inst. de rer. di. §. nihil. Iudicẽ, Inst. & de off. iu. §. n. Executorẽ, de euic. l. si pig. Cẽsitores & flumina, de acq. te. do. l. ergo. §. alluuio. Data bonæ libertatis. Instit. de lib. §. fin. Itẽ exc. §. quod. de vsuc. c. suffragantis. de el. ca. solet, de cons. dist. 4. Riisvvich. paratit.

¶IVRIS translatio. Vlp.lib.26.ad edic. Lex lv.
Nemo pl⁹ iuris ad aliū trāsferre pōt, quàm ipse^a habet.
ADDIT. a haberet, in P. Flor. & sic quoque legendum.
Ex tit. vnd. legi. Nam maxima est iuridica: onus rei im minens apud auctorem, residet apud successorem: & cōcordat reg. nemo. de reg. iur. in 6. l. traditio. de acq. rer. do. c. nuper. de donat. int. vir. & vx. Viuien.

¶IVRI patronorum nunquam censetur Romanus Pontifex per literas derogare, nec præiudicare: ita tenet Ho[illegible] dilectus. ff. de offi. deleg. & Lapus al legatio[illegible]cipien. beneficia vacantia. Dominic. post Ioan. Andr. in cap. 2. de præbend. lib. 6. reproba ta ibi gloss. & Abb. in ca. cùm dilectus. de iure patr. & plura ponit Felyn. in tract. quādo literæ apostolicæ noceant patronis ecclesiarum.
Amplia hanc regulam xj. modis, & limita totidem, vt per Fely. vbi suprà. B. Dias reg. 400.

¶IVRE communi sublato, intelligitur sublatum statutum illi simpliciter cōforme, colligit Felyn. post plures hanc regulam defendit, & dicit eam Communem in cap. primo. de rescript.
Limita xij. modis, vt per eum ibi. B. Dias reg. 398.

¶IVRA appellatione rerum continentur. tex. in l. rei appellatione. ff. de verb. signi. vbi Alberic. & Alciat.
Fallit, si in libello dicatur, Peto talem rem, puta, Stichum, vel fundum, gloss. in dicta l. rei.
Fallit, (si Alcia. credimus in l. nominis & rei. ff. de ver. sig.) cùm res, quas nullo fundo habeo tibi promitto: nam tunc iura non cōtinebuntur. l. Gaius Seius. ff. de legat. P. Prat. reg. 446.

¶IVRA Canonica ligant omnes. tex. iunctis glos. in c. 1. de const. vbi omnes Doct. quā ibi cōmendat Fel.
Limita x. modis, vt per eum ibi. B. Dias reg. 383.

¶IVRA sanguinis. Pomponius. Lex 8.
Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.
Hoc est, iura cognationis, quasi naturalia, nullo iure ciuili, vel emācipatione, vel adoptione tolli pos sunt. l. ius agnationis. de pac. l. abdicatio. C. e. Viuie.

¶IVRA scire quilibet præsumitur. l. leges sacratissimæ. C. de legib. l. regula. §. fi. ff. de iur. & fact. ignor. Alcia. in tract. præsump. reg. 3. præsumptio. 31.
Quod declara procedere, siue sint leges, siue consuetudines, siue constitutiones: modo sint generales: vt colligitur ex Bartol. in dict. l. leges sacratissimæ.
Intellige, vt præsumatur quilibet scire leges siue per se siue per alium: vt ait Bar. in l. bonorum. ff. de bo. pos. titu. generali. vbi etiam regula nostra probatur.
Fallit in extrauaganti, quæ non est publicè nota: quia tunc non presumitur peruenisse ad notitiam cuiuslibet. Baldus in dicta. leges sacratissimæ. versiculo, secundò quæro an liceat ignorare.
Fallit in milite armatæ militiæ. l. prima. C. de iuris & fact. ignoran. & l. fin. in princip. C. de iur. deliber. Arma enim magis quàm leges scire voluit Imperator, dicta l. fi. & vtrobique scribentes.
Limitatur in rustico: ei enim erranti parcitur. Iason & Decius in l. venia. C. de in ius vocand. nā circa agrorum culturā vacare magis debet. Nec minor est ratio in rustico, quā in milite: nam hic vitā tuetur armis repellēdo hostiū impetū, & incursiones, ille ali mētis, q̄ vitę subsidia sunt: nā vita ex alimētis pēdet.
Fallit in cōsuetudinib. particularib. tex. in c. j. de cōst. li. 6. Hæc enim sunt facti. dict. c. j. & ibi Petr. de An.
Fallit in muliere in casib. à iure expressis. l. fi. in fi. C. de iur. & facti ign. Quam limitationem extēdit Bal. in dicta l. leges, ad omnes alios casus quarumcūq; personarum in iure expressos. P. Prat. reg. 447.

¶IVSSVS patris præsumitur, si filius bona paterna possidet, ita & econtra glo. Pau. & Docto. l. si filius, C. de pet. hæred. dixi super amp. 34. Medic. re. 9.


¶IVSSVS. L. 128. Idem lib. 49. ad edictum.
Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur accipiētis nō fiūt. §. Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, ^a q. parere necesse habet.
ADDIT. a al. quia.
Regula hæc de rerum potius quàm verb. signific. tractat, & eo magis huic titu. quadrat. Nec obstat sup. tit. l. verbū reddendi, de con. & de. l. Meuius cui fundus, de statuli. l. si quis libertatem, §. seruus hæredis, de vsur. l. si stipulatus, de lib. cau. l. in tantum. Ex tit. de aqua pluuia arc. de cond. cau. da. l. fin. de leg. 1. l. si rem, §. si res suas, arg. inf. l. 209. non potest videri desiisse, de in ius voc. l. 12. qui satisda. cog. l. 2. §. inter. Ratio, de in diem ad. l. Imp. de ver. obl. l. vbi, §. fi. In stit. de ac. §. sic itaque, Inst. de rerum diui. §. singulorum, de leg. 3. l. qui concubinam, §. si hæres. Ad fi. de iu. do. l. mater, 35. l. si serua. Exem. de aqua pluu. l. si tertius, si quis prius.
§. Qui iussu. IVDICIS. s. Pedanei, de aqua plu. l. si tertius, §. officiū, l. suprà iter, §. officium. Ac multò magis si Principis aut Senatus iussu, atque adeo publica auctoritate quis aliquid fecerit. inf. l. non potest dolo. 160. de iniur. l. iniuriarum, §. 1. ex quib. cau. ma. l. etsi per Prætorē, §. ait. Inn. in 6. c. 24. quod quis mādato, de acq. poss. l. iuste, de sē. ex. c. si clericos. Quod fal. tu. l. nouissimè, l. interdum, de iis qui notant. inf. l. Athletas, & l. seq. l. furti, §. qui iussu, de sol. l. si stipulatus, §. si lancem, de iurisdict. l. si quis id, §. doli. Ad Syl. l. si quis quasi, de aqua pluu. atcen. l. quanquam, de sen. ex. c. si cleric⁹, 23. q. 5. c. miles. inf. l. ad' ea 200.
NECESSE. Si de cons. dist. 5. c. discipulos, de fur. c. 3. Ad leg. Rhod. l. 2. §. cùm in eadem naui. Hæc intelligunt si iudex officium suum exequitur. Ad Treb. l. seruo, §. cùm Prætor, arg. inf. l. factum à iud. Ad fi. de bo. lib. l. qui cum maior, §. si pater, C. de calum. l. mater, de sol. l. si stipulatus, §. si lancē, quæ in frau. cred. l. qui autem, §. Labeonē, de sen. exc. c. vniuersitatis. arg. sup. l. 4. Cōtrà. C. de decu. l. omnes, C. de ex. mu. l. euidenter. C. de ma. scri. l. 1. in fin. Rom. 13. 1. Pet. 2. Vide Io. Oldendorp. Clas. 1. Act. 3. in fi. Ratio, [illegible] l. 130. is damnum. extra, eo. c. quod non est lic. Ad legem Aquil. l. ita vulneratus. Riisvvich. paratit.

¶IVSTITIA. Bonifac. Reg. xij.
In iudiciis non est acceptio personarum habenda.
Hoc est, in sententiis dandis, non est habēda acceptio personarum, vt iustitia fiat, & cuique tribuatur ius suum. l. j. ff. de iust. & iur. Dec. in rub. C. de edend. & l. quod. §. j. & §. communicator. in authen. iusiurand. quod præstatur. Viuiennus.

¶IVSTE possidet, qui auctore Prætore possidet. De acq. poss. l. iustè. l. pe. Riisvvich.

¶IVSTVM. Quod in aliis putat iustum, hoc in seipso putare debet.
ff. de pact. l. cum meo.
ff. mand. l. si fundus. §. si purè.
ff. quod quisque iur. l. 1.
ff. de rescind. vend. l. ratas.
Quod in aliis, &c.] Hæc Rubr. debuit poni suprà, eo. Quod quisque iur. nam pars seu species est illius. & sequentium duarum Rubr. Azo, rub. 69.

Finis Primi Tomi Regularum Iuris.



colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm